Maffei
Commentariorum
urbanorum
1530

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Biblioth. de D. Jos. Villaverde

25682

Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bibliot. de D Josef Villaverde

25683
Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADIVI IVNIORIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD IVLIVM II. VRBIS ROMAE EPISCOPVM SANCTIS. SVMMVMQVE Pontificem R. Volaterrani Proœmium.

RES ORBIS Platonicum ferè illud, sed informe Pandocheũ, ex mille penè utriuſq; linguæ uoluminibus quocũq; modo conſtipatas Beatiſſime Papa Iuli, quãdo his dei prouidentia præſides in humani generis faſtigio cõſtitutus: ac eas in urbe tua cõſcripſi, iure tibi cognoſcẽdas miſi: cui trita iam ſcriptorum orbita protinus loco præfationis encomiũ facere per tuam naturam non licuit, quæ nihil habet ſanctius, quàm hoc totum genus reſpuere: nihil uero magnificentius, quàm libertatẽ omnibus concedere, quam proximis annis exulantem, nũc tandem reducem fuiſſe, Roma ſimul cũ patribus ac populo gauiſa eſt, ac ueſtem, quam ob filiorum tot cædes orbata mutauerat, priſtinã quoq; recuperauit hilaritatẽ. Ex quo etiam contigit, ut meus hic labor ſolutus omni metu tuis nũc prodeat auſpicijs: qui ſi quam eſt hominibus adlaturus utilitatẽ, id authori omniũ deo optimo maximo, qui nos idoneos facit, tum multorum ingenijs, qui hanc corniculam decorauerunt, referendũ: ſi uero quicquã deſiderabitur, meæ tenuitati. Nam cum in altum inprudẽter ingreſſus maria undiq; & undiq; cœlum circũſpicerem, audaciã meã incuſaui, qui repugnante Minerua oram ſoluiſſem: durandũ tamen quando cœperam par animo potius cũ uiribus cenſui. Quippe cum mecũ ipſe cogitarem, quantũ ex uniuerſali hiſtoria, rerumq; uariarũ cognitione ſacroſancta eccleſia, ac mens illuſtretur humana, ſatius his, cũ lyricis, aut inutilibus lectionibus animũ (quo nihil diuinius in terris poſſidemus) adplicare ſum arbitratus. Enimuero non ſolum bonorũ, ſed improborũ exempla mentem admonent ſapientum, ut ex illorum ruina ac fine infauſto cautiores ſe præbeant ad euitandum quod minime legẽtes probauerint. Felix profecto diſciplina quæ alienis ediſcitur periculis. Adde, quod in rebus publicis ac priuatis, & ad cõſulendum & deliberandum, tempeſtiuius contingit. Cæca ſine dubio mortalium uita ſine rerum præteritarũ memoria: quas qui probe tenuerit, priorum quoq; uitam ſe uixiſſe poterit exiſtimare. Id autẽ iure meo adfirmauerim, in hac tam uaria cum principum uirorum cenſura, tum rerum componendarum diſſidentia, ubi præterire quicquã indiligentis, omnia cõſectari difficillimum, iudicare periculoſum eſt uiſum: ita ſum conatus, ut ingenio fidem, prudẽtiæ libertatem admiſcerem, ac nemo meum niſi ambitioſus expoſtulet officium. Enimuero ſingula numeroſius alibi, hic aceruatim omnia uidere commodius licebit. Qualiacunq; igitur hæc candidis ante omnes ad bene beateq; uiuẽdum edidi parata documenta, curioſis ingenij pabulum: Ariſtarchis autem interpolandi curam ac diligẽtiam, ut quæ opica lingua meo more exaſciaui, ipſi Romana quandoq; dolent. Nam & Antigenides muſicus dulcius ad populum canere ſuos diſcipulos putabat, ſi mali prius audirẽtur. Sic malis æque ac bonis debent ſcriptoribus literæ, ſi per malos boni excitati gratiores fuerint.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER PRIMVS.

LIBRI XXXVIII. tribus conſcripti ſunt tomis. Primus Geographiã ueterem continet ad inſequẽtium temporũ indicaturam interpolatam, ac diuiſam in cõmentarios XII. cum breuiario antiquæ recentiſq; hiſtoriæ uniuerſi orbis prouinciatim deſcriptæ. Lib. II

Segmentorum cœleſtiũ breuis explicatio. Ratio gnomonis & umbrarum ex Plinio & Ptolæmeo. Abacus ad deprehendendã nobiliũ locorũ longitudinem & latitudinẽ. Prouinciarum principia, media & fines. De Periœcis, Antœcis, Antichthonibus, Periſcijs, Amphiſcijs, Heteroſcijs, Antiſcijs. Quãtum orbis habitetur, & eius generatim dimenſio. Hiſpaniæ omnis enarratio cum locis & geſtis in ea Gothorum, Saracenorũ, Hiſpanorumq; regum. Lib. III

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Gallia uniuersa. Deinde Britannia cum locis, regibus, ac gestis earum. Lib. IIII
De Italia eiusq; populis Liguribus. Subalpinis, Trāspadanis, Venetia, Istria, Venetorumq; rebus. De Gallia togata urbibusq; & familijs omnium. Lib. V
De Hetruria populisq; & gestis in ea. Lib. VI
De Latinis, Equis, Volscis, Hernicis, quomodo antiquitus diuisi, quomodo mutati. Præterea latij, urbisq; Romæ origo, ueteraq; ædificia. De Picentibus, Sānitibus, Ausonijs, Aruncis, Sidicinis, Hirpinis, Ferentanis, Præcutinis, Amiternis. De Campania, Picentinis, Lucanis, Brutijs, Iapygia, Messapia, Peucetia, Daunia, Salētinis. De Insulis Tyrrheni maris. De Sicilia omniq; eius uetustate ac regum successione cum rebus gestis. Lib. VII
De Germania omni. De Lōgobardis eorūq; regibus & gestis. De Marcomannis, Cattis, Bohemis & Polonis, déq; regibus & gestis eorū. De Sarmatia europea. De Roxolanis. De Taurica Chersonneso. De Tartaris, Vandalis, eorumq; gestis ac regibus. De Sarmatia Asiatica. De Hunnorum Turcarumq; gestis & regibus. Lib. VIII
Illyrici totius descriptio. De Pannonia regibusq; ipsius, Hunnorumq; ac Tartarorum in ea gestis. De Dacia. De Iazigibus. De Mœsia utraq;, Dardania. De Thracia, de Macedonia Pæonia, Pelagonia, Pieria, Edonia. Lib. IX
De Thessalia. De Epiro, Acarnania, Ætolia, Locrēsibus, Phocensibus, Bœotia, Attica, Peloponēsi regionibus viij. Corinthia, Syconia, Achaia, Elide, Messania, Laconica, Argo, Arcadia. De Insulis Ionij, Ægaiq; maris, inter quas cōtinentur Cyclades, Sporades, Hellespontus, Propōtis, Bosphorus, Euxinus, Eubœa, Creta, Rhodus, Cyprus, cum singularum locis, æquoribus, regibus, & gestis. Lib. X
Asiæ, Tauriq; montis descriptio. De Chersonneso magna, in qua Asia minor, Pontus, Galatia, Cappadocia, Armenia minor, Bithyniæ duæ, Mysiæ duæ, Phrygię duæ, Epictetus, Æolia, Ionia, Lydia, Caria, Pamphylia Cilicia: decq; locis, regibus, & historijs ipsorū. Lib. XI
Syriæ latissima regio, in qua Phœnicia, Cœlosyria, Palæstina, Idumæa, Iudæa, in qua Hierosolyma, eiusq; urbis profana & sacra ab initio repetita cum omni Iudæorum historia. De sectis Syriæ. De Mesopotamia. De Babylonia, Assyria, Adiabena. Lib. XII
De Persia, Parthia, Media, Armenia maiore, Colchide, Iberia, Albania, Hircania, Margiana, Bactriana, Sogdiana. De Scythia ultra & citra Imaū. De Seribus. De Arabia triplici, Petrea, deserta, & felici. De Saracenis & Mahumethis uita & secta. De Africa & eius partincijs. Mauritania duplici, Numidia, Cyrenaica, Marmarica, Libya, Nasamonibus, Psyllis. De Ægypti locis ac regibus uniuersis. De Æthiopibus multiplicibus. Sub Ægypto occidentalibus Nigritis, Macrobijs, Troglodytis. Postremo de insulis nuper repertis ab Hispaniarū regibus. Vsq; XXI inclusiue,

SECVNDVS Tomus Anthropologiam habet hominum clarorū omnium temporum, linguarum, gentium libris ix. Equibus octo ueteres comprehendunt. In uno autem hoc est xxi. Neoterici scribūtur, qui proximis seculis claruerunt, ac ante omnis ordinum & religionum institutores primi. Deinde eorū professores ac successores qui doctrina sanctitateq; præcellunt. Decq; operibus eorum. Post hos de reliquis qui cæteris in artibus proxime emicuerunt, ac primū in oratoria & poētica. Demum qui in matheſi & iuris scientia profecerunt, scriptitaruntq;. Reliquis autem duobus libris Pontifices. Deinde Imperatores Romani.

TERTIVS Tomus Philologiam continet, id est, uariarum artium rudimenta libris xv. qui sequuntur. Lib. XIIII
De animalibus, ac primum de homine singulisq; eius membris & morbis. De partitione totius medicinæ, & his quæ pertinent ad ualetudinem. De Pharmacorum generibus. De alimentis, excrementis, somno, uitæq; tempore. Lib. XV
De reliquis animalibus in uniuersum. Deinde sigillatim de omnibus quadrupedibus, uolucribus, piscibus, insectis, auiarijs, piscinis, uiuarijs. Lib. XVI
De ratione & causis plantarum ex Aristotele. De ipsarum diuisione ex Theophrasto. De arboribus, fructibusq;. Herbis hortensibus, coronamentis, unguentis. De simplicium natura in uniuersum. Prognostica tempestatum. Lib. XVII
De metallicis. De pigmentis. De lapidibus. De gemmis ac statuis. De ædificijs ueterū & nouorum. Architecturæ breuis diuisio. De partibus ædificiorū. De architectis & operibus nobilibus.

De Serico, purpura, cocco, byſſo, bombycinis, ſetabo, cotono. De ueſtibus omnis generis & ſexus. De uarietate ſtragulorum & pellium. Lib. XXVIII
De honesto & eius partibus, ac primum de Prudentia. Apophthegmata sapiētum Græce Latinéq; scripta. De noscēdo seipsum. De imprudētia locutionis. De Parasitis. Dicta contra parasitos, & adsentatores. De ueritate. De Ironia, & iactātia officiosa. De loquendi libertate. De taciturnitate. De stultitia. Lib. XXIX
De iustitia. Quod animaduersio necessaria. Difficultas in seruanda iustitia. Quomodo seruabitur. De referenda gratia. De legislatoribus ac legibus. De legibus Platonis. Quod ante omnia preces ad deum necessariæ. Quomodo aut quid orandum. De celebritatibus antiquorum sacrorū, conuiuiorum, ludorum. De ludo diuerso. De magistratibus Græcorum ac Romanorum. Lib. XXX
De principe præcepta nobiliū authorū. De tyrannide ex Xenophonte. De his qui contra tyrannos coniurāt. De re militari, ac primū de officio ducis ex Xenophonte. Dicta ducum. Parallela stratagemata. Mos antiquæ mīlitiæ. De disciplina ac pœnis militaribus. De celeritate in bellis, de ordinibus & mīlitū exercitatione. De signis tropæis & triumphis. De castris metādis. De magnis expeditionibus, de machinis bellicis. De nūmis & mensuris ueterū. De nominibus. De fortuna cōplura. De Pronœa: de diuinatione: de cōiugio, & in eo ueterum ritus. Contra coniugiū: pro coniugio: de moribus mulierum. An ducere præstet. Ex liberis bona malaq;. De parentibus erga liberos. De seruis commoda & incommoda. Quomodo tractandi. De patriæ charitate. De felicitate opiniones. De uera felicitate. Lib. XXXI
De laudibus laboris. De ocio. Quid ab eo retrahit, quidue iuducit. De solitudine. De tēpore & ocasione. De ira eiusq; remedijs. Exēpla mansuetudinis & patiētiæ. De ira officiosa. De inuidia eiusq; remedio. De dolore. De doloris necessitate & remedio. De morte, quod bonis miníme expauescenda. De uitæ fragilitate: & defunctorum memoria ueneranda. De modo funerandi: de cura sepulchri & laudandis defunctis. Lib. XXXII
De modestia Græcorum dicta. Exempla modestiæ. De uerecūdia. De his qui bene cœperunt & male finierunt: ac contra. De amore impudico & pudico. Contra diuitias Græcorum dicta. Quomodo utēdæ diuitiæ. De paupertate. Cōparatio utriusq; ex Xenophonte C. ōtra auaritiam Græcorū dicta. De mensis ac cibis: decq; his quæ ad ea pertinēt: & quis priscorum cibus. De conuiuijs: de tempore & adpositis mensæ: de mensarum sumptu & polyphagia: de sumptibus alijs. Dicta cōtra prodigos & sumptuosos. De uino ac repertoribus eius: de uini parsimonia apud ueteres: de abstemijs: de uiris claris qui uino diti fuere: de uini immodici damnis: de moderati utilitate. Vina laudata ac factitia. De frugalitate & abstinentia dicta nobilium authorum. De risu & fletu. Lib. XXXIII
De scientijs cyclicis: & primum de grammatica, & de literis: de syllabis & pedibus: de dictione & accentibus: de oratione: de orthographia: de modo scribendi apud ueteres: de poetica: de poematis: de comœdiæ ratione: de fabulis poeticis ex Hesiodi Theogonia, Homeroq;, ac alijs sigillatim enarratis. Lib. XXXIIII
De oratoriæ initio, fine, ac uiribus, De ipsius multiplici diductione ex Aristotele, Hermogene, Ciceroē, Quintil. De elocutione & loquēdi generibus. De partibus elocutionis. De memoria. Adagia Græcorū græce latinecq; scripta. Adagia latinorū & loci qdā. Lib. XXXV
De scientijs mathematicis: ac primum Arithmetica. De Harmoniacis. Adcommodatio Harmoniæ humanæ naturæ ac celi[illegible]nibus. De instrumentis musicis: de saltationibus: de partibus Geometriæ: de proportione.
De optice & Catoptice: de Astrologiæ partibus, & circulis cœlestibus: de Sole, de Luna: de reliquis planetis, sphæris, & phænomenis. Lib. XXXVI. XXXVII. XXXVIII
Reliqui tres libri Aristotelicis dicantur operibus: ubi singula eius uolumina delibantur.
Postremo Paralipomena, id est addita quædam prioribus libris ac retractata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A litera incepta illustria nomina Fo. 140
Abaci nobilium locorum 25
Abicellus 289
Abstinentiæ laudes 380
Accipitres 305
Adagia Græcorũ 401
Adagia latinorum 405
Aeacidarũ genus 396
Aegyptus 135
Aethiopia 137
Aedificatio 327
Aeolia 117
Aeolidarum genus 396
Aetates mundi 140
Affabania 129
Alces 298
Alimenta & excrementa animalium 290
Alpes 15
Amores impudici casti 375 374
Anachoritæ 257
Analytica 426
Animaliũ membra 280
Animalia bruta 292
Animalia in mari uiuẽtia 307
Anima & quæ super ea scripsit Aristo. 442
Anthropologia & 457 140
Apollonius 151
Apulia 71
Aphrica 133
Arabia triplex 131
Arbores maliferæ 312
Architectura 327
Architecti & opera nobilia 330
Aristotelis philosophia in commentarios redacta 415 & seq.
Arithmetica 405
Arragoniæ regnum 12
Ars equestris 294
Arte aliqua excellentes uiri 24
Arunci 64
Asia 111
Asini 297
Assyrij 126
Astrologia 412
Atticæ, Ionicæ, Aeolicæ insulæ 108
Aues nocturnæ inauspicatæ 303
Auaritiæ mala 376
Aues paruæ & canoræ 304
Aues ouiparæ 301
Aues aquatiles 302
Aues Indiæ & aliarum regionum 305
Augustini fratres præclari 245
Ausonij 68
Aures 284
B litera incepta illustria nomina 158
Bactriana 130
Basilij ordo 238
Benedicti ordines & monachi illustres eo.
Bernardꝰ & eiꝰ or. 240
Boemia 81
Bosphorus, Euxinꝰ 108
Boues 296
Brigidæ duæ ac earum ordines 243
Britannia & eius reges ac populi 25
Brutij 70
C litera incepta illustria nomina 106
Camalduleñ 239
Cameli 297
Campania 68
Canes 295
Canonici seu regulares 238
Caput 282
Capræ 298
Cares 118
Carmelitæ 243
Carthusieñ 240
eruix 285
Cerui 296
Cibi & mensæ 377
Cyclades 107
Cilicia 118
Cimbri & reliqui usq; ad Vistulam 79
Cyrenaica 134
Cistertienses 241
Cluniaceñ eodem
Cœlestini 245
Cœlosyria 122
Cœlũ & elemẽta 446
Colchis 129
Coniugium 361
Conuiuia 377
Eorũ celebritates 345
Coronamenta 317
D litera incepta illustria nomina 170
Dacia 92
Dardanidæ 397
Daunia 71
Dẽtes, lingua &c. 284
Dialectica 424
Dictio, oratio &c. 384
Diuinatio 361
Diuitiæ detestãtur 374
Doctos semper fuisse in precio 353
Dolor 369
Dominicus & ordo ac fratres eius clari 240
Domꝰ & eiꝰ partes, 327
Ducum dicta 353
E litera incepta illustria nomina 174
Elenchi 430
Epaphi genus 395
Epirus 97
Equi 59 & 293
Equestris ars 238
Eremitæ 237
Eremitarũ S. Augu. ordo & uiri illustres 242
Ethica Aristo. 416
Euclidia traditio 410
Excrementa animalium 290
F litera incepta illustria nomina 170
Facies 284
Fauces 285
Febres 290
Felicitas 265
Ferrariceñ. res 57
Finis turpis uitæ 373
Florentinorũ res 55
Fluuiorum filij 397
Fortuna 359
Frãcorum origo & successiones 18
Frãcorũ genꝰ tertiũ 22
Franciscus & ordo ac fratres eius clari 248
Frentani 67
Fruges 315
Frutices odorati 315
Funerandi modus 378
G litera incepta illustria nomina 131
Gallia 15
Gallorum reges & gesta 17
Gallia togata 45
Gemmæ 225
Genealogia deorum & heroum 388
Genitalia 387
Genitura ibidem
Generationis & corruptionis libri 445
Geometria 408
Germania 77
Gnomonis & umbrarum ratio 1
Gothorum genus & gesta 7
Grammatica 405
Guttur 285
H litera incepta illustra nomina miscentur cum a,e,i,o,u.
Herbæ campestres 318
Harmoniaca 406
Hellespontus 108
Hernici 59
Hetruria 45
Hircania 130
Hirci 298
Hirpini 68
Hispania 4
Hispanorum gesta usq; ad Gothos 6
Hispaniæ reges 9
Homœomera 281
Honesti partes 332
Hortensia 315
I litera incepta illustria nomina 185
Iapigia 71 Iberia 129
Iesuati 245
Illyricum 86
Illyrici insulæ 87
Imperatores de quibus est tabella 265
Imperatores Constantinopolitani 275
Imperatores Galli 277
Impetigines 289
India 132
Insaniæ genera 288
Insecta 310
Intestina 286
Inuidia 369
Insulæ Aegæi 106
Ionia 117
Ionij insulæ 106
Ira 368
Ironia & iactãtia 337
Istria 43
Italia 29
L incepta illu. noia 189
Labor 365
Lapides 325
Latini 59
Legislatores 340
Leges Platonis 341
Leones 296
Lepores 298
Libertas loquẽdi 337
Liberi 365
Lycaonia 118
Lycia 118
Lydia 117
Liguria 30
Lingua 284
Literæ & syllabæ 405
Loca nuper inuẽta 138
Longobardi 78
Lucani 70
Ludi 347
Lupi 269
Lusitania 12
M incepta illu. noia 193
Macedonia 94
Machinæ 330 356
Magistratus Græcorũ 347 Romanorũ 348
Mantuanorũ res 55
Mansuetudo 368
Margiana 130
Marrucini 67
Marsi eodem
Matrimonium 362
Medicinæ partitio 291
Media regio 129
Mediolanẽ. res 53
Memoria 401
Mensuræ 356
Mensæ & cibi 377
Messapia 71
Mœsia duplex 92
Metallica 323
Metalla: aut aurũ, argentum, æs, ferrum 459
Meteora 448
Metaphysica 450
Militaris res 352
Militares ordines 355
Militia antiqua 354
Milites S. Ioãnis, Templarij s. Mariæ &c. 245
Milites S. Iacobi, Iesu Christi, de redẽptiõe captiuorum, sancti sepulchri &c. 244
Minimorũ ordo eodẽ
Minois genus 406
Modestia siue sophrosine 372
Morbi 288
Mors & mortui 370
Muli 297
Mulierum mores 362
Musica 406 407
N incepta 200
Nares 284
Nauarræ regnum 12
Narbona 14
Nomina rerum 358
Nosse seipsum 335
Numidia 133
Nummi 356
Nuptiæ 362
O incepta 202
Ocium 366
Oculi 283
Oeconomica 424
Orbis habitatio 4
Ordinum institu. 257
Orthographia 384
Oues 297
Os, dentes 284
P incepta 204
Palæstina 122
Pamphilia 118
Pannonia 87
Paralipomena 453
Parasiti 336
Pardi tygrides 298
Patriæ charitas 364
Patientia 369
Pauimenta 328
Paupertas 376
Peligni 67
Peloponnesius 102
Peri hermenias 425
Periscij &c. 4
Persia 126
Persei genus 395
Peucetia 71
Philologia 281
Physica 438
Prygia maior 116
Picentes 65
Picentini 70
Pigmenta 324
Pipini genꝰ & gesta 20
Pisanorum res 46
Pisces 304. per to. Rubri maris 308. Salsamenta facientes 306
Plantæ 311
Politica 410
Polonia 82
Põtifices summi 259
Populi à Romanis debellati 454
Posteriorum li. 429
Præmonstrateñ. 239
Precum necessitas 371
Præcutini 67
Principes Romani ac Imperatores 264
Principis præcepta 350
Pronœa 360
Propontis 108
Prodigi & sũptuosi 378
Pudicitia 372
Purpura 330
Q incepta 217
R incepta 118
Rhetorica 398
Risus 282
S incepta 220
Sabini 64
Sacrorũ celebritas 345
Salentini 71
Salsamenta & piscículi 306
Saltationes 408
Samnites 67
Samnium 68
Sapientum dicta 354
Saracenicũ bellum 9
Sarmatia 85
Saxones 79
Scythia 130
Segmenta cœli 1
Sepeliendi ratio 378
Sericum 330
Serpentes 300
Serui 364
Seruorum ordo 245
Sicilia 72
Sidicini 68
Simiæ 298
Simplicium natura 322
Syria 120
Syriæ sectæ 125
Sogdiana 130
Sol 457
Somnus 292
Sporades 107
Stratagemata 353
Stultitia 338
Subalpini 31
Sues 297
Sumptus 377 378
T litera incepta illustria nomina 227
Taciturnitas 337
Temporum ratio 292
prognostica 322
Tẽpus & occasio 367
Terræ nuper reptæ 138
Theogonia Helio. 388
Thessalia 95
Thorax & eius partes 285
Thracia 93
Tyrannis 351
Tyrrheni insulæ 72
Topica 432
Torporis genera 288
Transpadani 32
Tropæa & triũphi 355
Turcarum res 85
V litera incepta insignia nomina 233
Vandali 83
Venetiæ 38
Venetorum res 39
Venter 286
Verecundia 372
Veritas 336
Vesica 287
Vestini 67
Vestium genera 331
Vinum & uinosi 379
Vini damna 380
Vina laudata eodem
Virtutes morales 335

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viscera 286
Vitæ tempus 292
Vlcera 289
Vlyssis genus 397
Vmbri 64
Volsci 59
Volucres 300
Vrbiũ ædificatio 329
Vri 297
Vrsi 296
Vulpes eodem
X incepta 235
Z incepta 336

Finis tabellæ capitum totius operis.

A

ABACE 74
Abantes 98
105 110 396
Abderæ 5 93
Abella 69
Abij 130
Abydus 115 136
Abylæ duæ 133
Abyla 5
Abela 74
Aborigenes 59
Abrotarium 134
Acacesium 105
Acamantium 116
Acarnanes 98
Achæi 456
Acharon 123
Achatus 98
Achaia 102
Acanthus 95 136
Achelous 98 398
Achæmenia 127
Acerræ 18 69
Acheron lucaniæ 70
Acheron Epiri 98
Acheron Cãpaniæ 68
Acherusia palus 68
Vrbs 70
Aceste 74 394
Acesè 95
Acesame ibidem
Acesines flu. 132
Achedorus 95
Accij 5
Aciris flu. 71
Achilleus cursus 84
Achilleũ pmon. eodẽ
Achilleum 116
Achillis tumulus 84
Achomeni 131
Actium 98
Achne 96
Acone 114
Acrephnia 100
Acrocorinthus 102
Acroceraunia 98
Acrite 103
Acutæ insulæ 106
Adana 119
Adepsa 110
Adiabena 126
Adonis flu. 121
Adramyctum 116
Adranum 73
Adria 33 39 66
Adrastea 115
Adrius mons 33 86
Aduersa 69
Aduantinum 16
Adula mons 52
Addua flu. 33
Aea 129
Aeane 95
Aedessa ibidem
Aegas 105
Aegades insulæ 134
Aegæum mare 106
Aegilios insula 72
Aegilips 98
Aegosthene 101
Aegion 103
Aegys 104
Aegimurus 134
Aegipanes 135
Aegis 43
Aegea 95
Aegialus 103 112
Aegira 103
Aegirosa 101
Aegina 108 398
Aegyptus 135 136
& 396
Aemon 136
Aemus mons 93
Aemonia 43 116
Aenus 93 94
Aenas flu. 78
Aenaria 72
Aeoliæ insulæ 74 108
Aeolicæ urbes 117
Aepea 104
Aepy 103
Aeræ duæ 95
Aesarus F. 70
Aesopus F. 115
Aeson 95
Aetoli 98 456
Aethiopia 137 138
Aetna 73
Aethusa 93 134
Aethiopium 117
Africa 133
Agathopolis 14
Agathyrsi 83
Agareni 263 456
Agedum 39 455
Agennenses 16
Agillina 53
Agrigentum 73
Alabanda 118
Alatrium 63
Alani 83
Alabastra 116
Alantie 95
Alalcomeneum 100
Alabis flu. 74
Alba Eluorũ 14
Albi pop. 83
Alba 64 67
454
Alba Marsorum 67
Alba Latinorum 63
Alba Pompeia 31
Albani 94 129
Albis 81
Albigaunum 30 47
Albula 6 67
Alcimenes 78
Alea 105 347
Alexia 16
Alesium 103
Alex flu. 70
Alemani 80 456
Aleria 72
Aletium 71
Alexandreæ 115 130
135
Alpheus F. 103
Algidum 65
Alizea 98
Alisa 68
Allia flu. 65
Aliphyra 105
Alfatenia 65
Alma 118
Almissa 86
Almopia 95
Alopa 96
Alona flu. 6
Allobroges 14
Allodium 15
Alorus 95
Alponus ibidem
Alphæus flu. 103
Alos 96
Altitia 50
Alpes 13 31 14
Alpini 456
Alsium 53
Altinum 39
Altamura 70
Aluona 86
Amantia 94
Amantini 87
Amardus 129
Amaxobij 83
Amaxia 119
Amanus mons 120
Amaranti 129
Amasis 81
Amastris 112
Amazones 84 113
Ambiani 16
Ambracia 97 456
Ameria 64
Amyclæ 62 104
395
Amyrus 95
Amisus 113
Amyctæ 98
Amiternum 65
Ammanitæ 131 67
Amorgus 107
Ampsanti colles 73
455
Ampelos 95
Amphissa 98
Amphrisa 99
Ampsaca 135
Amphimala 110
Amphipolis 93 95
106
Amphigenea 103
Amphilace 96
Amphilochi 98
Anactorea 98

Anagnia 63
Anaphe 107
Anabura 119
Anas flu. 4
Ancona 66
Anchiala 93 119
Andania 103
Andes 15
Andrea 116
Andros 108
Anio flu. 63
Anemo flu. 45
Ancyra 113
Anemorea 99
Anobi montes 78
Anxanum 67
Anfidonia 46
Antilibanus 123
Antandrus 116
Antaradus 121
Antron 96
Antiphellus 119
Antipolis 14
Antipatris 123
Anticragus 119
Anticyra 99
Antibaris 86
Antigoneæ 95 115
Anthemos 95
Antedon 100 122
Antennates 63
Antiocheæ 120 130
Antissa 107 108
Antonia 93
Anxur 62
Aonia 100
Aorus 110
Apameæ 115.116.120.129
Apesum 110
Aperantes 96
Apia 105
Apidanus flu. 96
Apidones 103
Apila 122
Aphete 96
Aphite 93
Aphneon 116
Aphne 116
Apolloniæ 93 94 116
Aponus uicus 38
Aphrodisia 93
Aphrodisias 120
Aphrodision promontorium 6 15
Apraxopolis 72
Aphrica 133
Apsyrtides insu. 87
Apsorus 87 106
Aptera 110
Apulia 71
Apuani 46
Aquila 67
Aquilonia 68
Aquileia 39 88
Aquinum 64
Aquæ calidæ, Quintiæ & cæteræ. 6
Aquæ Sextiæ 14
Aquæ statyellæ 31
Aquæ augustæ 16
Aquisgranum 17
Aquitania 16
Aquula 52
Araxes flu. 114
Arabia trip. 131
Arabes Traconitæ 122
Arabes 456
Aradus 121
Aramei 130
Aracosia 133
Araris 15
Araurius, Araurio 14
15
Arasum 119
Aracynthus 98 101
Arachthus 98
Arbis flu. 133
Arbies eodem
Arba 87 123
Arbela 74 127
Arcadia 105 110
Arca 122
Archelais 113
Arctax 109
Ardea 63
Argentum 73
Argissa 96
Argentoracum 78
Argos 96 104
Argãthonius mons, 115
Argenium 14
Argyppa 71
Argyrini 98
Arretium 131
Arretini ueteres 49
Arelate 14
Arethusæ quatuor 95
Arena 103
Aria 133
Ariani 68
Aritia 63
Arisba 115
Arimaspi 84
Ariminum 65
Arimpæi 84
Armoricæ 15
Armeniæ duæ 113 114
Arna 100
Arnatæ 64
Aroma 138
Aroa 103
Aropus 129
Arpinum 64
Arpos 71
Arlacia 129
Arsia 86 454
Arsinoe 134
Artace 116
Artabicia 109
Artaxata 114
Aruisia 108
Aruerni 16
Arunci 68
Asae 102
Asacani 132
Asbeste 135
Asbocus 96
Ascania 108 116
Ascalon 122
Asculum 66 71
Ascra 100
Assia 78
Asia 112 117
Asius campus 117
Asis mons 64
Asisium 64
Assyria 126
Asine 103 105
Asopus 99 102
Aspledon 99 100
Aspendus 119
Aspis promon. 134
Astæ duæ 5 75
Astacus 115
Astaceni 132
Astarte 138
Asterion 96
Asteria 106 117 392
Asterusia 96 110
Astipalea 107
Astyra 115 117
Astigis 5
Astures 5 9
Astragite 108
Asturica 6
Asturia 62
Assus 115 119
Attagis flu. 15
Atarna 115
Ataceni 131
Attalia 116 119
Aternus flu. 67
Atesis flu. 33
Atellæ duæ 69 71
Athenæ 101 456
Attica 101 108
Atintani 455
Atina 64
Athyra 94
Atlas mons 133 392
Atrium 64
Atriani. ibidem
Athos mons 95
Atrax 96
Atracia eodem
Atrebates 17
Atueta 5
Auaricum 16
Aucnio 14 75
Auella 68 69
Auellinum eodem
Auernus 68
Aufidus 62 71
Augustæ sex 6 17 31
49 77 78
Aufidena 67
Augustodunum 16
Augustonemetum 16
Aulis 100
Aulon 94 104
Aulerci 15
Ausa 6
Auscicula 69
Ausci 16
Auximum 66
Auseris 47 48
Ausones 68
Aurelianum 15
Auctoriatæ 98
Auus flu. 6
Axius flu. 95
Axiaces 84
Azania 105 116
Azorus 95
Azotus 122
Azotium 96

Universidad de Deusto
Biblioteca

B

Babylones duæ 126.136
Bacuntius flu. 87
Bactriani 130
Bactra ibidem
Badacum 78
Bagradas 134
Baiæ 68
Baleares insu. 12 47
Balania 121
Balteum mare 81
Barderate 31
Barbaricum promon. 5
Barcemis sylua 81
Barchane syl. 53
Barce 134
Bargilia 118
Barcino 6
Barium 71
Basilea 78
Bassetani 6
Bastuli 5
Basternæ 83
Batala 68
Bataui 78
Bauli 68
Bebricij 114
Bœbe 96
Belleuiones 81
Belo 5
Belunum 39
Bellouaci 17
Bellocassij 17
Bemi 81
Benacus 33
Beneuentum 68 455
Bœotiorũ hi. 99 100
Berga 95
Bergomum 33
Berythus 122
Berithis 116
Berecynthus eodem
Berenice 134 136
Berna 78
Beroea 95
Bersana 122
Betulus 6
Besbicum 109
Betulo 6
Bethania 125
Becis 4
Bethleem 122
Beterræ 14
Biblus 121 391
Bibracte 16
Bigerra 6
Bigerones 16
Byprasus 118
Bilbilis 6
Bisaltæ 95
Bithynia 114
Bituriges 16
Bituntum 71
Byzantium 93
Byzantes 134
Blemmyes 135 138
Boagrius flu. 98
Bobium 45
Boemorũ historia 80.81
Boiaria 78
Boi 17 45 78
Bolæ 65 64
Bononia 44
Bonni montes 98
Borbonnia 15
Borsippe 126
Borysthenes 84
Bosphorus Tra. 108
Bosphorus cim. 84
Bostrenus flu. 53 454
Bosna 93
Botrys 122 97
Bouianum 68
Bouillæ 68
Brabantia 17
Brachobij 138
Brachara 5
Branchiadæ 118
Branchidæ 130
Bractia 87
Brechari 5
Brigantium 5 32
Brigetium 6
Briges 95
Brysinium 98
Bryssiæ 103
Britannoꝝ historia
25
Britones 15
Brixia 33
Brixellum 33
Brixillum 45
Brutij 70
Brundusium 71
Bubastis 136
Bubo 119
Buchia 117
Bucephalia 132 345
Budea 96
Buda 87
Budini 83
Bulgari 92
Bunema 98
Bura 130
Burdegala 16
Burgundiones 15 83
Bupransum 103
Burianum 39
Busiris 135
Butonodoty 78
Butua 86
Butrotum 70
Buxentum 70

C

Cabira 113
Cabiri 100 110
Cabilo 16
Cabalienses 119
Cabaleschia 130
Caduslj 129
Cadmus mons 118
Cayster 118
Caieta 62
Calatia 93
Calathis 113
Calaris 72
Calleci 5 9
Callicutum 139
Callirhoe fons 114
Callirhous 112
Cales 68
Caleti 17
Chalcis 455
Chalybes 113
Chaldæi 126
Callium 67
Callitere 95
Callipolis 94
Calor flu. 68 71
Chalcedonia 114
Chalcidica reg. 95
Chalcis 109 455
Caletrani 63
Calcti 17
Calabria insu. 107
Calidium 68
Calpe 5
Calagurium 6
Calateria 68
Calathi 98
Calatia 68
Caledonia insu. 25
Caledoniũ mare ibidẽ
Caledonij 225
Callichorus 112
Calidonia 98
Calidnæ 107
Camarina 73 74
Camelei 95
Camerinum 66
Cameracum 17
Cãbulteria uide Cõbul teria 69
Cambises flu. 129
Cambisene 114
Campi macri 45
Campus phlegrus 69
Campus roseæ 65
Campus Stellates 69
Campus Spartarius 6
Campania 68
Canastrum 95
Canopus 135
Canarij 135
Canaria insu. 139
Candauia 93 95
Candianum flu. 66
Candia 110
Cantabri 6
Cannæ 71
Canephoræ 119
Canusium 71
Cantium 25
Chaonia 98
Caparnaum 125
Caphira 105
Capissene 135
Capissa eodem
Capinates 53
Caput uiride 138
Capena 62
Cappadocia 113
Capitolium 59
Capraria 72
Capreæ 72
Caprus flu. 126
Caphareus 110
Caphyta 105
Charax mons 84
Cares 118
Carteia 5
Carbantorate 14
Cardia 94
Cardamyle 104
Carianda 118
Carmania 135

Carræ 126
Carthago 133 141
Carthago hisp. 6
Carambis 109
Characeni 131
Carpathus 107
Charibdis 75
Carystus 109
Carinthia 88
Carmona 5
Carcaso 14
Carnutes 15
Carcinas 70
Carni 86 88
Carsuli 64 65
Carseoli 67
Carmelus 123
Castulon 5
Cassiterides eodem
Cascontum 6
Castellani eodem
Casinum 65
Casilinum 69
Castellum græci 69
Castrũ nouum 46 66
Casandrea 95
Casuentini 64
Castabala 120
Casperij 65
Casiæ tres 107
Casiotis reg. 120
Casius mõs 120.127.131
Casos 107
Caspium mare 130
Cataium 130 457
Cathalani 7 16
Cathea reg. 132
Cataractus flu. 119
Catti 455
Catina 75
Caudinæ furcæ 68
Caudini 68
Cauca 6
Caucasus 130
Caucones 111
Caulonia 70
Caunus 108
Cauni 98
Caurium 5
Cea 107
Cecina flu. 46
Cecinus flu. 70
Cecubus mons 62
Cœlosyria 122
Celenna 69
Celenæ 116
Celtiberi 6 7
Celtici 5
Celtæ 13 17
Chelidoniæ insu. 119
Chelidonij 86
Cheloneus sinus 86
Cemeni montes 15
Centumcellæ 46
Cenchrea 102 116
Cenchrius flu. 107
Cenchreæ 116
Cenomani 15 17
Centuripæ 73
Centrones 15
Ceninenses 63
Cephalenia insu. 106
Cephisus flu. 99
Cephisi 99
Cerauni 86
Ceraunia insu. 134
Cerastus 110
Cere 53
Ceretum 64
Ceretani 6
Cercyra 106
Cerna insu. 138
Chersonesus aurea 132
Chersonesus thra. 94
Chersõnesus cimbri. 80
Chersonesus taurica 84
Chæronea 100
Cæsaraugusta 6
Cæsareæ quatuor 115
Cesena 43
Cessero 14
Cyalus 117
Cia 107
Cyaneæ petræ 109
Cybalis 87
Cybirenses 119
Cybelea 117
Cyclades 107
Cyclopes 72
Cicones 93
Cydnus flu. 120
Cydon 110
Cydna 95
Cilia 87
Cilicia 118 119 120
Cilla 108 116
Cillene mons 106
Cilleus flu. 116
Cimbri 7 78 80 456
Cimmerij 69 85 109
Cimolus mons 107
Cimínus lacus 53
Chimæra 119
Cynara 108
Cynocephali 96
Cynopolis 155
Cynos 98
Cynosura 106
Cynetenses 104
Cingulum 66
Cinga flu. 6
Chelidonij 86
Cynips 134
Cyparissus 99 105
Cyprus 111 123
Cyrus flu. 129
Circeius mons 62
Circij 129
Cyrene 154
Cirta 133
Cyta 129
Cirra 99 100
Cyrupolis 127
Cissi 127
Cytharista prom. 14
Citheron 101
Cithera 107
Cythina 96
Cithorus mons 112
Cinthus mons 107
Cythnus 107
Chius 108 115
Ciuario 14
Clastidium 45 67
Claterna 45
Clanis flu. 62
Clazomene 117
Cleone 105
Clitumnus 64
Clodianus flu. 6
Cluentellus flu. 16
Clusium 50
Clupea 134
Cnosus 110
Coasspes 127
Cobebum promon. 17
Cocosates 16
Colapis 87
Colossis 118
Colchi 129
Colophon 117
Collatia 63
Colimbrica 5
Colonia 78
Columna op. 65
Combuteria 69
Comum 33
Comaclum 33
Compsa 68
Comani 83 457
Comana pontica 113
Comana cap. eodem
Comagena 120
Comari 130
Concordia 39
Constantiæ 77
Constantinopolis 93
Consentia 70
Conueni 16
Copais lacus 101
Coptum 136
Copæ 100 106
Corduba 5
Corbio 63
Corsica 72
Cortona 49
Coroneæ 96 100 103
Corcyra 87 106
Coraxi 129
Corax 63 129
Coryphasiũ promõ. 103
Core 62
Coriolum 63
Coricus 119
Corybantes 110
Corinthus 102 456
Corsinium 67
Cortyna 110
Cosas 63
Cosæ 52
Cosetani 6
Cranae 107
Cranon 96
Crathis 70 106
Crateræ 73
Cragus mons 119
Cracouia 81 82
Crepsa 87
Cremna eodem
Creta 110 455
Creusa 100
Cremera 53
Cremona 33

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cremmyon 102
Cretenſes 450
Crenides 95
Chryſa 115
Chryſaoris 118
Crimene 97
Criſſa 99
Chryſopolis 114
Chryſoroas F. 122
Crios 103
Criumetopon 109. 110
Crocea 104
Crocylia 116
Croto 70
Cruſtumium 63
Cteſiphon 128
Cumæ 68
Cuma 116
Cures 65
Curetes 98. 110
Curita 87
Curopolis 118
Curiſolitæ 15
Curienſes 78
Cupra 66
Cuſanus flu. 68

D

DAGIA 80. 91
Daci 455
Dai 130
Damaſcus 122
Dani 92
Danubius 92
Dalmatæ 86
Daphne 120
Daphnus 98
Darſania 132
Dardæ eodem
Dardani 93. 455
Dardanium 116
Daulis 99
Dauni 71
Decapolis reg. 122
Decem pagi 52
Dædala mons 118. 119
Delminium 86. 94
Delmatæ 86
Delphi 99
Delta 135
Delos 107
Delium 100
Demetrias 96
Dæmonas 130
Dertoſa 6
Derto 51
Derba 119
Derbitæ 130
Derceto 122
Derra 104
Dexamene 98
Dia 96
Dianium inſula 72
Dicarchæa 69
Dictamum 110
Dicte ibidem
Dinantium 15
Didymus mons 117
Dymæ 105
Dinia 14
Diocleatæ 86
Dioſcurias 129
Dipnias 96
Dium 109 110 122
Dyrrhachium 94
Doberienſes 94
Docleates 86
Dodona 98
Doliones 109
Doliche 108
Dolopes 96
Domenenſes 94
Doria flu. 31
Dorion 96
Drangena reg. 127
Drauus flu. 87
Drepane 74 119
Drelia 116
Drinus 86
Dryopes 86 99 105
Drongillum 96
Druentius 15
Dulichium 106
Dulopolis 134
Duris 15
Duria 53

E

EBORACVM 25
Ebora 5
Ebrus flu. 93 94
Eburones 17
Echalia 108
Echatana 129
Echinades inſu. 106
Echinum 96
Edeſſa 126
Edil flu. 84
Edones 94
Eduenſes 16
Egeſta 74
Egitania 5
Egnatia 71
Elacatæum 96
Elana 131 136
Elatea 99
Elea 70 116
Eleates 70
Elienſes ibidem
Electriades inſulæ 81
Eleutheræ 100 110
Elephantia 136
Eleutherius flu. 121
Eleum 100
Eleuſis 101
Elymea reg. 95 127
Eliberis 5
Elis 70 103
Elia 70
Ellopia 109
Eluetij 78
Emathia 95
Emaus 123
Emerita 5
Emingia inſu. 81
Emonia 96
Emimontani 93
Emodi montes 130
Emporiæ 6
Enna 74
Eneti 112
Enipeus 96
Eniſpe 105
Eniochen regio 129
Enona 86
Entella 73
Eordane reg. 95
Epheſus 117
Epheſtia 108
Epiphania 122
Epirus 97 456
Epipole 74
Epicnemidij 98
Epizephyrij ibidem
Epidaurus 105
Epidaurum 86
Ephyra Corinthi 102
Ephyra theſprotia 98
Eporedia 31
Equi 59 64 454
Equiculi 67
Erdonia 68
Ereſſus 108
Eretum 63
Eretria 96 109
Erythrea 5 135
Erembi 138
Erythræ 100 117
Erithyni 109 112
Erigon 95
Eris flu. 62
Eryx 73
Erymanthus 106
Erulli 84
Eſar 47 48
Eſſidones 84
Eſſeni 123
Eſernia 68
Eſium 66
Eſis flu. eodem
Ereonus 100 110
Ethyeſtæ 96
Etna 73
Euboea 109
Euenus flu. 98
Euganei 38
Eugea 74
Eugubium 64
Eumenea 116
Euonyma 74 118
Euporia 95
Euphrates 126
Eurymene 96
Eurymedon flu. 454
Europæ ſinus 4
Europus 95
Eurotas mons 104
Eutreſis 100
Euxinus 108
Exiliſſa 133

F

FABRATERIA 64
Fabrianum 66
Facies dei 122
Falernus ager 68 69
Falerij 53
Faliſci 52
Fanũ uoltumnæ 454
Fanum fortunæ 66
Fanum Herculis 48
Farfarus 65
Farſina 66
Fauentia 44
Fenilia 46
Ferentium 53
Ferentinum 63
Ferentani 67
Ferraria 37

Fertum

Fertum 39
Feretrum 66
Feroniæ lucus 53 62
Feſcennium 53
Feſulæ 49
Fidentiola 44 45
Ficinum 54
Fidenæ 63
Firmum 66
Fiternus flu. 67
Flamona flu. 86
Flandrij 17
Flauinium 53
Flauiopolis 93
Flauia colonia 122
Flauona 6
Flexum 78
Florentum 70 71
Florentia 53
Fluſſates 16
Fons ſolis 135
Fons Veneris 53
Formiæ 62
Formio flu. 43
Fortunatorũ inſulæ 138
Foroflaminienſes 64
Foruli 65
Forumſempronij 66
Forumcornelij 44
Forumliuij 43
Forumfuluij 31
Forumclaudij 53
Forumiulij 14 35 39
Forumcaſſij 53
Forumneronis 14
Forumtyberij 78
Foſſa clodia 33 39
Foſſa philiſtina 33 39
Foſſæ papyrianæ 46
Foſſæ marianæ 14
Frabateria 64
Francones 78
Francorum origo & genealogia 18
Frentanum 67
Fregellæ 64
Fruſino 63
Furconium 67
Fucinus lacus eodem
Fucetium 48
Fulginia 64
Fundi 62

G

GABALA 121
Gaba 122
Gabanopolis 122
Gabellium 33
Gabij 63 454
Gadara 122
Gadera 5
Gades eodem
Galli 13
Gallograeci 17
Gallorũ hiſto. 17 456
Gallus flu. 117
Galatæ 13 17 113
Galliæ diuiſio 13 45
Gallipolis 71
Gamala 112
Ganges 132
Gargara 116
Garganus mons 71
Gaunodorum 77
Garamantes 135
Garumna flu. 16
Garumni 16
Gaſtronia 95
Gaucamela 127
Gaurus mons 68
Gaza 122
Gazaca 129
Gazum 132
Gebbanitæ 131
Gebenna 14
Gedroſia 135
Gela 73 74
Geloi 73
Geloni 83
Geminianum 51
Genea 47 102
Geneſa 104
Genatium 15
Genaſara 123
Genua 14 50
Georgiani 129
Gepidæ 84
Gerania 95 117
Gergouia 16
Gergis 116
Gerunda rubr. 6
Gergobina 16
Germania 456 77
Germanici maris nomina 81
Geranthe 104
Gerrhæi 131
Geſſoriacum 17
Geſara 112
Getæ 92
Getulia 135
Gyarus 107
Gymnoſophiſtæ 132
Gymneæ inſulæ 138
Gyrthon 96
Gytheon 104
Gythones 80 83
Glanius 69
Glanum 14
Glanis flu. 454
Glaucus flu. 103 129
Glaucia 117
Glauconis 134
Glaphyræ 96
Gleſſariæ inſ. 4 81
Gliſſa 100
Gloſyra 134
Gnidus 108
Gnoſus 110
Gomphi 95
Gonuſa 96
Gonoeſſa 103
Gonnus 96
Gordiæa 127
Gordynia 95
Gorgona 72
Gorgoris 7
Gothorum hiſt. 7 84
Grauiſcæ 46
Granatæ regnum 5
Græa 100 101
Græci 456
Grinium 108 116
Greſcouia 95

H

HABIS 7
Hadrianopolis 93 94 122
Haliacmon 95
Haliartus 100
Halicarnaſſus 118
Halys 112
Halizones 115
Haloneſſus 108
Halone 109
Harma 100
Hebrus 93 94
Hebron 123
Hecateſia 118
Hecatõpylos 128
Helona 96
Heluetij 78
Helia 70
Helena 107
Helenia regio 98
Helicon 101
Heliopolis 136
Hellas 96
Helleſpontus 108
Helorus 74
Helos 104
Hemicynes 130
Heptacometæ 115
Heptapolis 135
Heracleopolis 136
Heracleæ 39 71 74 95 110 112
Heraclium 135
Herculis portus 46
Herculis promon. 69
Herdonia 68
Hermione 105
Hermopolis 135
Hermus 118
Hernici 59 65
Herodium 125
Heſperis 134
Heſperidũ orti eodem
Hetruria 45 454
Hyampolis 99
Hybla 73
Hydaſpes 132
Hydruntes 71
Hyelles 85
Hierapitna 110
Hierapolis 117
Hiericus 125
Hieroſolyma 123 124
Hyettus 101
Hyle 101
Hylas 113
Hile 102
Hylea regio 83
Himatopodes 135
Himera 73 74
Hypanis 84 132
Hypata 97
Hyperborei 84
Hyperea 97
Hippocrene 101
Hippo ſeu Hipponum 70
Hippones duæ 134
Hipponiates 70
Hippurus 107
Hippus 122 123 129
Hypſa 74

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hypſus 106
Hyrcania 130
Hyrium 71
Hyria 101
Hirpini 68
Hiſpania 4 6
Hiſpalis 5
Hiſpaſij 133
Hiſpellum 68
Holmus 120
Homeritæ 138
Homolium 95 97
Horma eodem
Horininium 96
Hunni uide Vnni.
Hydruntum 68
I
IACCA 5
Iadera 86
Ialyſus 111
Ialmon 77
Iapigia 71
Iapidia 86 87
Iardanus flu. 118
Iaxartes flu. 130
Iazíges 92
Ibernia 25
Iberus flu. 6
Iberia 129
Icaria 107
Icium promon. 17
Ichthys promon. 105
Ichthyophagi 131 133
Iconium 118
Ichne 74 95
Ichnuſa 72
Ida 110 116
Idea 118
Idomene 95
Idæi dactyli 110
Idothea mons 135
Idruntum uel hyd. 71
Idumei 122
Igilium 72
Ilerda 6
Ilercaones eodem
Ilergetum eodem
Ileſium 100
Illiberis 14 15
Ilipa 5
Illyricum 86 87
455
Iliſſus flu. 101
Ilium 115
Ilurgis 5
Ilua 72
Imaus mons 130
Imbrus 108
Imellum 65
Inarime 72 117
Inachus flu. 104 105
India 132 456
Indus flu. 132
Indoſcythæ 132
Inſulæ Diomedeæ & Tyrrhenæ 71 72
Intemelium 30
Interamnæ tres 64 65
& iterum 67
Ingínum 64
Iolcos 96
Iones 117
Ioniæ inſulæ 108
Ioppe 122
Iordanis flu. 123
Iotapata 111
Ipſellum 64
Iria flauia 5 18
Iris flu. 115
Iros 96
Iſſa 87
Iſar uel Iſara 15
Iſaurus flu. 65
Iſauria 119
Iſchya 72
Iſſicus ſinus 120
Iſmenus 99
Iſmarus 93
Iſtiæa 109
Iſteuones 78
Iſtriopolis 97
Iſthmi 84 94 101 109
Iſtria 98 455
Italica 5
Italia 29 71
Ithaca 106
Ityca 134
Ithome 96 103
Ituria regio 122
Iturum 64
Iubedæ montes 6
Iudæa 122 455
Iulia 133
Iuliacum 17
Iulium Carnicum 39
Iuliobriga 86 6
Iulia regia 5
Iura mons 15
Iuſtinopolis 45
Iuuantius flu. 67
L
LASATVM 45 87
Labicum 63
Labro 46
Lacedæmonia 104.456
Lacinium promon. 70
Lacus regillus 63
Lacus uadimonis 52
Laconica 103
Lacus ciminus 53
Ladon 106
Laius flu. 70 99
Lamber flu. 32 33
Lamia 97
Lampe 110
Lampſacum 115
Laodiceæ 117 120
127 129
Lapithæ 97
Larinum 71
Lariſſa 97
Larius 32
Latini 59 454
Latobrigi 141
Laurentum 62
Lanuuium 63
Laus Pompeia 35
Las 104
Leboriæ 69
Lecheum 102
Leletani 6
Lelex 104
Legio Germanica 6
Lemouici 16
Lemnos 108
Leontini 73
Leo 110
Lepreum 103
Lerus 107
Leſbos 108
Leptis 134
Lethe 6 95
Leucas 98
Leucothoe 72
Leucoæthiopes 138
Leucæ 110
Leucoſyri 115
Leuctra 104
Leuoni 80
Leuca promon. 71
Leuci montes 17 110
Lexouij 15 17
Libanus 125
Liburnus 68
Liburni 86
Libethrus fons 101
Libya 134
Licoſthene 117
Licus flu. 78 115
126
Lycaonia 118
Lycij 116 118
Lycij troadis 116
Lycopolis 136
Lyctus 110 296
Lycaſtus eodem
Lydia 117
Lygdamum 116
Liger flu. 16
Ligos 95
Liguria 30
Liſea 99
Limagus flu. 88
Limenæa 105
Lindij 75
Lindus 113
Lingones 116
Lipara inſu. 74
Liris flu. 62
Lyrneſſus 116
Liſſa 87
Liſſus 86 94
Lyte 97
Liternum 68
Lituani 80
Lix & Lixus 135
Locrenſes 98
Locrenſes Italiæ 70
Lombardia 52
Londinum 25
Longobardi 78
Longones 16
Longula 52 65
Lotoríngia 17
Lotophagi 134
Luca 48
Lucani 70
Lucenſes 5
Lucerna 78
Lucrinus 68
Luceoli 66
Lucus Auguſti 5
Lucus Feronia 46
Lucus Hetruriæ 52
Lugdunum 16
Luna 46
Lunæ

Lunæ mons 5
Lunarium promon. 5
Luppia 17
Lupiæ 71
Luſitani 7 12
Lutetia 15
M
MACAE 134
Macarium 75
Macedonia 94 455
Maconciacum 78
Macris 107
Macra flu. 46
Macrobij 138
Macrones 109
Maciana 129
Macinum 131
Madera inſu. 138
Magneſia Theſ. 117
Magneſia Lydiæ ibidē
Malea 104
Malſitanum 70
Malliacus ſinus 97
Malli 132
Malium 105
Mallus 119
Malienſes 97
Malua flu. 135
Mamertum 71
Mamertini 73
Manduria 71
Manteum 108 119
Mantinea 105
Mantua 35
Mariana 72
Mardi 129 130
Mardomedi eodem
Marcomanni 81 455
Mareotis 455
Margiana 130
Marrucini 67
Marruuium ibidem
Margus flu. 130
Marathon 101
Marathus 121
Maryandini 112
Mardones 98
Marſias flu. 117
Marmaridæ 134
Maronea 95
Marſi 67
Maſburgi 6
Maſes 127
Maſſilia 14
Maſſyli 135
Maſſicus mons 68
Maſtaura 117
Maſſagetæ 80 130
Mateola 71
Matelica 66
Matiana 129
Mathyrea 105
Matiſco 16
Matrinus flu. 66
Mauri 133
Mauriſij eodem
Mauritania eodem
Mazaca 113
Meabus 6
Mæander flu. 118
Media 129
Mediolanū galliæ 15,16
Mediolanum Italiæ 33
Medoacus 33 59
Medon 99 100
Medimnus 98
Mediomatrices 17
Medua 70
Medus flu. 129
Megalopolis 105 113
Megara 101
Megara Siciliæ 75
Megaris 72
Melas flu. 106 113
Melanchlæni 83
Melampea 117
Melanes 131
Meldæ 16
Melena 108
Melſita 71
Melſitenſes 68
Melitene 114
Melite 87 134
Melium 113
Meliboea 97
Melimna 105
Melos 107
Melittea 97
Melphas 64
Melphis oppidum & flu. 454
Memphis 135 136
Menapij 17
Meninx inſula 134
Mendes 135
Menus flu. 81
Mæonia 117
Mœotis 84 109
Mœris 136
Mœſij 355
Merula flu. 30
Meroe 138
Mercurij promon. 134
Meſembria 93
Meſoa 104
Meſogis 117
Meſopotamia 126
Meſſana 72
Meſſenia 103
Mœſia utraq; 92
Meſapeæ 104
Meſſapia 71
Metapontus ibidem
Metaurus flu. 65
70 74
Metapa 98
Methone 86 97
& iterum 103
Meuania 64
Mybæ 136
Mycon 107
Mycaleſſus 100
Mycale 118
Mycenæ 104
Midia 100 105
Mylaces 98
Miletus 118
My e oppidum 73
Mineruæ promon. 70
Mynius 118
Minius flu. 6 100
Mincea 74
Minyiæ 97
Minio 46 49
Mintius flu. 33
Minturnæ 62
Mirandula 45
Myrina 108 116
Myrmidones 97
Myrſinum 103
Myſia duplex 92 115
Miſenum 68
Mitylene 108
Mobeni 131
Modruſa 87
Moloſſi 97
Molena 108
Mondauia 91
Mons ſacer 63
Monœchi portus 30
Monferratenſes 29
Mons falcus 64
Mons regius 74
Mopſum 119
Morgus flu. 31 33
Morgentia 74
Morini 15
Moſa flu. 17
Moſchi 129
Moſella 81
Moſcouij 85
Moſqua ibidem
Moſinœci 115
Munda 5
Munichia 101
Murgi 4
Murgantia 68
Muſæum Aegypti 135
Muſæum Macedoniæ 95
Muſicani 132
Mutina 45
Mutillum 44
Mutiſcæ. 65
N
NABIS 456
Nabatei 108
Nacolia 116
Nannetes 15
Nantuates 14
Napata 138
Narona 86
Narbo 14
Narius 6
Narnia 65
Nar flu. ibidem
Naſamones 134 135
Naucratis 135
Nauarræ regnum 10 12
Naupactum 98
Nauportus 43 87
Naxum 73 107
Nazo 107
Nazaret 125
Neapolis Italiæ 69
Neapolis colchorū 129
Neapolis numidiæ 134
Neapolis Macedo. 95
Nebris mons 75
Necarus flu. 81
Neda 105
Nemus opp. 65
Nemea ſyl. 105
Neocæſarea 115
Nelia 96
Nemauſum 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nepet 93
Neritum 71
Neritus mons 106
Nerium promon. 5
Neruij 17
Neſus 93 94
Neuri 83 130
Nibis 6
Nicea 114
Nicopolis bithy. 114. 115
Nicopolis Epiri 98
Nicomedia 114
Niceæ 30 33 114 132
Nigir flu. 138
Nilus 135 136
Nympheus flu. 62 63
Nympheũ ꝓmõ. 84. 95
Ninus 126
Niſa 101
Niſſa 132
Niſea 101 130
Niſci 128
Niſibis 126
Niſyrus 107
Niphates 114
Niuernenſes 15
Nola 68 69
Nomentum 63
Norici 78
Nonacria 105
Normandi 17
Norvvegia 41 801
Nouaria 29
Noua mœnia 84
Nouella 63
Noua Roma 93
Nouiodunum 16
Nouocomenſes 33
Nuceria 64 69
Nuceria appulorũ 71
Numicius flu. 65
Numantia 6 7
Numidia 133
Numana 66
Nurſia 65

O

Oaxus flu. 130
Obulco 5
Oche 110
Ochus flu. 130
Odera flu. 79 80 81
Odones 94
Odriſij ibidem
Oenoe 107
Oenotriæ inſu. 70
Oenotria 71
Oene 105
Oenus 104
Oechalia 97 100
Oeta mons 97
Oetylus 104
Ogygia 100
Olbia 14 114 119
Olchinium 86 94
Olenus 98 103
Olenia petra 103
Olearos 107 108
Olerus 110
Olympias 93
Olympi ſex 93 95
97 115 119 120
Olynthus 93
Ollium 33
Olyra 95
Olyzon 96 97
Olmeus 101
Olooſſus 97
Omatrinus 66
Omani 83
Onchoe 99
Oncheſtus 100
Oncheſinus portus 98
Oncheum 106
Opici 69
Opitergium 39
Opus 98
Orchomenium 100 106
Orchades 25
Orchani 126
Oreſtæ 94 98
Oreſtaſum 106
Oricum 94
Oretæ 83
Oræus 109
Oritæ 135
Orexartes flu. 145
Ormenium 97
Ortanum 63
Oroſpeda 6
Orontes 120
Oropus 100 101
Orta 97
Ortona 67
Orneæ 105
Orobius 15
Orthoſias 121
Ortygia 107
Oſcorum terra 62
Oſci Opici 69
Oſtia 62
Oſſa 95 97
Oſſiſſini 15
Oſſonoba 5
Ocriculum 64
Othryſij 95
Othrys 95 97
Oxus 130
Oxidrachi 132
Oxyringus 136
Ozolæ 98

P

Pactalea 132
Pactolus 117 118
Padua 38
Padus 33
Paduſa flu. 33 44
Pagaſe 96 97
Phalacrũ promon. 106
Phalacra 116
Pallantium 106
Pallantia 6
Pallene Maced. 95
Pallene Thraciæ 94
Palæpolis 69
Palebiblus 122
Palæſtina 122
Palice 73
Palinurus promontorium 70
Palmenſis ager 66
Palmyra 122
Palus ſtephane 73
Pamphylia 118 119 456
Panchaia regio 127
Pantagia 74
Pharnacia 115
Pharæ 100
Phanaticus ſinus 86
Phanagoria 84
Phanarea 115
Panacra mons 110
Paniſus flu. 103
Paneas 122 124
Pania 119
Pande 132
Pandoſia 70
Pannonia 87
Panormus 73 98 110
Panope 99
Panopolis 136
Panticapeum 84
Paphus 111
Paphlagonia 112
Parma 45
Parnaſus 99
Parrafia 106
Pariadra 115
Paros 107 115
Paropaniſades 130 135
Pharus 87 135
Parentium 43
paretonium 135
pariſij 15
parium 115
parthi 128
parthyæi eodem
parthini 94
parthenius flu. 108
parthenium 84
parthenopolis 95
pharſalus 97
phaſelis 119
phaſis flu. 107
phariſæi 123
Paſargada 127
Paſumena terra 49
Patalia 95
Patareni 91
Patara 119
Patræ 108
Pathmos 108
Pauſilipum 69 454
Pax Iulia 5
Phæacia 106
Pedaſus 116
Pedum 65
Pelagonia reg. 95
Pelaſgi 97 66
Pella 95 120 122
Pellene 105
Peligni 67
Palamidia 112
Pelius mons 96 97
Peloponneſus 102
Peluſium 135
Phellus 119
Pheneus 106
Phenni 80 85
Phœnix flu. 96 105
Pephnon 104
Pephnus ibidem
Peneus flu. 96 105
Peparethus 108
Pegnum 105 104
Pœonia 95
Perinthus 64 456

Perrhebi 97
Pergamum 116
Perſia 126
Permeſſus flu. 101
Periandra 112
Perſepolis 127
Pheræ 97
Peruſia 49
Peſſimus 114
Peſtum 70
Pheſtus 67 110
Petala 132
Petelia 70
Peteon 100
Petramala 49
Petra ponti 113
Petraſogdianæ 130
Petra arabiæ 131
Petrocorij 16
Peuce 92
Peucetia 71
Peucini 83
Picardi 16
Picentes 65
Picentini 70
Pictones 16
Pidna 95
Pieria regio eodem
Pieris mons eodem
Phila 93 95 145
Phylace 87
Philadelphea 117 122
Phyliæ 74
Pylene 98
Pilum 103
Pylæ 106
Philippi Maced. 95
Philippopolis 93 94
Philiſtina foſſa 33 59
Philiſtini 122
Pinara 119
Pindus mons 95
Pyramus flu. 120
Pyreus 101
Pyreneus mons 4
Pyrgi 46
Pyrrha 108
Pyrrhea 87
Pyraſus ibidem
Piſa 103
Phyſcus 95 98
109
Pyſæ 46
Piſaurum 65
Piſcia 49
Piſidia 119
Piſtorium 49
Pityuſæ inſu. 5
Pityea 115
Pythecuſa inſu. 72
Pytho 99
Pixientes promon. 70
Planaſia 72
Plateæ 100
Placentia 45
Placentia hiſp. 6
Platuum 38
Phlegra 94
Phlegrus campus 69
Plemmyrius 74
Pleuron 98
Phlius 102
Phœnicia 121
Phœnices 92 121
Phocea 118
Phocenſes 72
Pholus mons 106
Pholoe 106
Polonia 82
Poloniæ denoia. 81 66
Pollentia 31
Politianum 52
Polycaſtrum 70
Polyrenum 110
Poluſtra 63
Pompelon 6
Pomerani 79 80
Pometia 63
Pontina palus 62
Pompeij 69
Pompeiopolis 113 119
Pontum 7 64
Pontus 95 109 112
Pontia inſu. 72 134
Populonia 46
Populium 67
Populinum 46
Portæ Armeniæ 112
Portæ caucaſiæ 130
Portus Romanus 46
Portus Veneris 30
Portus delphini 30
Portus Herculis 46 70
Portus Traiani 46
Portunata 97
Poſſidonia 70
Poſſidium 97 98 121
Potentia Traiana 66
Potentia 66
Potidea 93 95
Potniæ 101
Practius flu. 116
Praſij 132
Praga 81
Pratum 49
Praxylus 95
Præcutini 67
Præneſte 63
Priene 117
Prilla flu. 52
Priuernum 64
Phrygiæ duæ 115 116
Phryſij 79 456 109
Proconneſus 95
Prochyte 72 108
Propontis 108
Pruſia 80
Pruſia utraq; 114 115
Pſelia 138
Pſylli 135
Ptelcon 97
Phthia 97
Pthir 118
Ptolemais Syriæ 122
Ptolemais Africæ 134
Ptolemais Aegypti 136
Phuth 133
Puteoli 69

Q

Quadi 81 455
Quarentena 125
Quiquecclefiẽſes 87. 88

R

Rha flu. 84
Rhaga 129
Rhamata 120
Raphana 122
Raphace 122
Ratiſpona 78
Rauenna 43
Raurici 78
Reate 65
Rhebas flu. 454
Redones 15
Regium 45 70
Regillus lacus 63
Remi 16
Rhenus flu. 33 45 81
Rhetij 77
Ricina 67
Rhymnium 84
Rithyum 116
Rhithnia ibidem
Rhindacus flu. 116
Rhipheí 84
Rhipa 106
Rhizus 96
Rhizo & Rizonicus ſinus 86
Rhoda 6
Rhodanus 14 15
Rhodope 93 94 136
Rhodus 110
Rhodij 456
Rhodius flu. 116
Rogi 84
Romandui 17
Roma 60 454
Rhombites flu. 84
Rhotomagum 17
Roxolani 85
Rœzus 118
Rubicon 65
Rudiæ 71
Rufræ 68
Ruſcino 14 15
Ruſcenius lacus 15
Ruſcellæ 52
Ruteni 16 85

S

Sabatia ſtagna 53
Sabaudia 14
Sabatus flu. 68
Sabathra 134
Sabæi 131
Sabini 64 454
Sacrani 65
Sacrum promon. 5
Sacæ 130
Sadducæi 123
Sacaſani 130
Sagra flu. 70
Saguntum 6
Saiticum oſtium 135
Salas 81 135
Salapia 71
Salaſſi 51
Salamin 108 111
Salamis ibidem
Salernum 70
Salentini 71
Sallyes 14
Salinus 67
Salmantica 5
Salmacis fons 118
Salon flu. 6

Salona 86
Salpa 71
Salutiæ 31
Samaria 123
Samarobrina 17
Sambroca flu. 6
Samotus 17
Same 106
Samus 108
Samothracia eodem
Samnium 68
Samnites 97 455
Samosata 120
Sangarius flu. 117
Santones 16
Sapis flu. 45
Saraceni 9 131 456
Sarepta 121
Sarnus flu. 68
Sarmatia 82 84
Sardinia 72
Sardis 117
Saronicus sinus 105
Sarpedon 118 120
Sarus 119
Sasina 171
Satrium 63
Satrianum 71
Satura 62
Satyri 135
Saturnia 52 59
Sauus flu. 87
Sauari 83
Sauena 45
Sauona 50
Saxones 26 80 456
Saxoferratum 66
Scandauia insu. 81
Scardona 86
Scarpha 98
Scatones 46
Scamandrus 116
Scenetæ Arabes 131
Scepsis 116
Scilcia 87
Scythia 130
Scythopolis 122
Scythopilus 130
Sciletium 70
Scirus insu. 107
Scyathus 108
Scironides eodem
Sclaueni 86
Scodra 86 94
Schœnus 101 106
Scholus 101
Scombraria promon. 6
Scotia 25
Scotitia 104
Scotusa 95 97
Scotina 86
Scultenna flu. 33 45
Sebastopolis 129
Secontia 6
Secouia 6
Secobriga 6
Sedetani eodem
Sebenitica 135
Sebasta 113 119 123
Scordisci 456
Seduni 14
Segeria 106
Segestica 82
Segesta 24 355
Selynuntes 74
Selga 119
Seleucis reg. 120
Seleucæa 120 126 136
Selleentes 98
Sela flu. 105
Selium 5
Senogallia 66
Sena 50 454
Senia 86
Senones 15
Sentica 5
Sentinates 66
Sepinum 68
Sepia 96
Septem ciuitates 133
Sequana flu. 15
Seres 131
Seriphus 107
Seruia 93
Sesanium 112
Sessites flu. 310 33
Sessuuij 15
Setabis 6
Sestus 94
Setia 64
Seuerinum 70
Sexi 5
Siassus 116
Sybaris flu. 70
Sybaritæ 294
Sicambri 78
Sicani 72
Sicaminum 121
Sicar 225
Sicum 86
Sicilia 72
Siculi 59
Sicyon 102
Sicyonia ibidem
Sida 119
Sidicini 68
Sidina 115
Sidon 121
Syene 136
Sigeum 116
Sigrium promon. 108
Sigius mons 15
Signia 63 86
Sylua Arsia 55
Sylua mesia 55
Sylua ercinia 81
Sylua arduenna 16
Sylua barcenis 81
Sylua cimina 55
Silarus flu. 70
Sillon 117
Simethus flu. 73 74
Simois 116
Symplegades 109
Sina 125 131
Sinarum regio 132
Sinada 116
Sinope 112
Sinuessa 62 68
Sintia regio 95
Singus 95
Sindi 57
Sinda 119
Singiticus sinus 95
Sion 125
Sipylus 116
Sipontum 71
Siphnus 107
Siris flu. 71
Sysaceni 131
Syracusæ 73
Syria 120
Sirus 107
Sirenes 98
Sirenussæ insulæ 74
Syrna 118
Syrmium 87
Sisaponæ duæ 5
Sitace 227
Slesia 80
Smintha 108 116
Smyrna 117
Sodoma 123
Sogdiana 130
Soli 119
Solimi ibidem
Solis mensa 138
Soloe 119
Soletum 72
Sonciates 17
Sora 63
Soracte 53
Sosandra 107
Spalatrum 41 86
Sparta 104
Sperchius flu. 97
Spina 55
Spira 78
Sporades insu. 107
Spoletum 64
Staberis flu. 6
Stabiæ 69
Stellates 69
Stœcades insu. 15
Styra 109
Stiria 87 88
Stymphalia,us 95 106
Stratonicea 95
Strimon 94 95
Strobis 95
Strophades 106
Strongile 107
Suangela 118
Subalpina regio 31
Subertani 46
Sublaqueum 65
Sucro flu. 6
Suda 119
Suduna 126
Suessa 65
Sura 119
Suetia 80
Sueui 78
Sulca 72
Sulgas 15
Sulmo 67
Sunium promon. 101
Surrentum 70
Surianum 58
Susa 127
Sutrium 58

T

Tabor 125
Tabuda 17
Tagasta 154
Tagus flu. 8

Taygeta 124
Tamesis flu. 25
Tamara fluuius 6
Tametum 44
Tanagra 101
Tanais 84
Tanarus 31
Tania 113
Taprobane 132 139
Tapyri 130
Taphiæ insula 106
Tapsus 72 74 134
Tarraco 6
Taricheæ urbes 136
Tarsus 119
Tarsius 115
Tarbel 16
Tarbasus 119
Tarquinij 46
Tartessus 5
Tarentum 71
Tarus flu. 33 45
Tartari 83 455
Tartarus 33 457
Taruisatij 16
Thasus insula 107
Taurus mons 111
Tauriſci 59 77 78
Taurini 19
Taurica cherſ. 84
Taurominium 73
Taururum 87
Taulantij 94
Thaumantia 97
Theanum Appulũ 71
Theanum ſidicinũ 68
Theata 67
Thebais 135
Thebasa 118
Thebæ 456
Thebæ Bœotiæ 101
Tectosagæ 14
Tegea 106
Tegyra 101
Telamon 46
Telchines 110
Telmessus 119
Telphusa 106
Tempe 96
Temenos 110
Templarij 125
Tempsa 70
Tenus 107
Tenarus 104 108
Tencaterij 78
Tenedos 108 456
Tentyra 136
Theogonium 97
Teos 118
Theodosia 84
Theramne 104
Thera 107
Terea 116
Terracina 62
Therasia 107
Theredon 131
Thermaicus sinus 95
Thermæ 74 95
Themesa 70
Therina 70
Thermiscira 113
Thermodon flu. 113
Tergeste 43
Thessalonica 95
Thessalia 95
Thespiæ 101
Tetricus mons 65
Teutrona 104
Theumessus 101 119
Teutones 79 456
Teutoburgium 87
Teutrania 115
Thyamis 98
Tyana 113
Tyberis 454
Tyberias 123
Tybur 63
Tibarni 113
Tibiscus 89
Ticinum 32
Ticinus 33
Tyde 6
Tieldones 5
Tyessus 117
Tisata 69
Tifernum 64
Tigle 134
Tignum 66
Tigris 126
Tigulia 46
Thyle 25
Tiliauentum 89
Tymphei 98
Timbra 108
Timauus fluuius folio 38 & 39
Tyndaris 74
Tinge 133
Tinna flu. 454
Thyneum 106
Thinia promontorium folio 93
Tyrea 65
Tyrus 121
Tyrrheni maris insulæ folio 72
Thisbe 101
Thisna 106
Titanium 97
Tius 112
Thoas flu. 98
Tobiscus flu. 89
Toletum 6
Tollentinum 66
Tolosa 14
Tomi 92 93
Tongri 17
Topazon 138
Toparchiæ 122
Trachin 97
Traconitis 122
Tragurium 87
Trallis 118
Thracia 93
Transpadani 32
Transyluania 91
Trapezus 106 113
Traianopolis 116
Traiectum 78
Trasimenes 49
Trebula 65 68 69
Trebia 31 45 65
Thyessus 117
Tremyli 118
Triballi 92 455
Tribullum 86
Treueri 116
Tricorij 15
Tricaricum 68
Tryche 110
Tricastini 14
Tricorinthum 101
Tridentum 38
Trifernum 68
Trimontium 94
Trinacria 72
Trinium 67 71
Triochala 73
Tryon 105
Tripoles 121 134
Tripolites 98
Triphylia 103
Tritones paludes 134
Troadis urbes 115
Trœzena 105
Troglodytæ 131 138
Troiæ tres 68.71.94.278
Thronium 98
Tropæa Augusti folio 454 30
Tropæa Drusi 81
Tropæa Pompeij 6
Truentum 66
Tullum 17
Tuder 64
Tugurinum 78
Tunis 134
Turingi 78 79
Turia flu. 7
Turduli 5 7
Turditani 5
Turoentium 14
Turones 15
Tusci 45
Tuscanenses 52
Tusculum 63

V

Vbij 456
Vaccei 6. 7
Vagedrusa 74
Vallachia 91
Vada Sabatia 30
Vada Volaterrana 46
Valdanus flu. 87
Valeria Hispaniæ 6
Valeria Pannoniæ 87
Valeria Marsorum 67
Valentia Hispaniæ 6
Valentia Galliæ 14
Valentia Italiæ 30
Valesij 15
Vandalia 7
Vandali 82
Vangiones 78
Varini 80 83
Vardei 355
Varus flu. 14 30
Vassarij 16
Vascones 6. 16
Vasio 17
Vatrenus flu. 33. 44. 45
Vbij 78
Veca 6
Vegerra 17
Veijs 55
Veientes 53 454

Universidad de Deusto
Biblioteca

Velitræ 63 64
Velia 70
Vellica 6
Velinus lacus 65
Venafrum 64
Venusia 71
Veneti 38
Veneti Galliæ 15
Venedicus sinus 81
Veragri 14
Verona 38
Vercellæ 31
Verulum 63
Vesevus mons 69
Vessones 16
Vestini 67
Vetelia 65
Veturonia 52
Vfens flu. 62
Vicus Aurelij 53
Vicus Eluij 55
Vicus aquarius 6
Vicus cominarius 6
Vicus sparcorum 6
Vicentia 38
Vienna 14 78
Vigilia 87
Vindelici 77
Vindili 83
Viromandui 16
Virbanus lacus 33
Visontium 16
Visontium Hispaniæ 6
Vistula F. 80 81
Visurgis flu 78. 81
Viterbium 52
Vlyxipona 5
Vmbri 64
Vmbro flu. 46. 52
Vnni 84
Volcæ 14 52
Volsci 59.63.454
Volaterræ 51
Volsinij 52
Voltumnæ fanum 455
Vomanus 66
Vratislauia 80 81
Vrbs Saluia 66
Vrbinum 67
Vrbs Roma 60
Vrcesa 6
Vrsi 6
Vrium 5
Vrpanus flu. 86
Vsipetes 68
Vtica 134
Vulturnus 68
Vxentum 71
Vxij 127

X

XANTHVS 116
Xerxene 114

Z

ZAGRIVS MONS 129
Zariaspis 130
Zacynthus 106
Zama 134
Zancle 72
Zani 109
Zapirus 120
Zelea 115
Zela 115
Zelotæ 115
Zelia 133
Zephyriũ pro. 110 120
Zerbis 126
Zygi 48
Zuma seu Zeugma 126

Finis tabulæ primi tomi, de locis & populis insignibus.

HOMINES CLARI

ABAGARVS 126
Abas 105 395
Abelus 145
Abraamus eodē
Ablabij 140
Acastus 397
Achatij 141
Achæus 141
Achelous 98 398
Acteon 394
Actij plures 141
Attilij 141
Acilinus eodem
Accilius miles eodem
Acylas phi. 142
Achillæ duo ibi.
Achilles 368 398
Acrones 142 218
Acusilaus 142
Adon puer 396
Ademarus 50
Adonis 395
Admetus 144. 934
Adrast⁹ 100.106,242.395
Adriani 142
Aeacus 395
Aeta rex 389
Aegeus rex 102 391
Aegemon 142
Aegeon 279
Aegistus 295
Aegina 397
Aelij 142
Aelianus ibidem
Aeliodori ibidē
Aemylij 142 371
Aemilia Tertia 142
Aedesia eodem
Aeneas 397 140 142
Aeolus 396
Aeson ibidem
Aeschynes 142
Aesculapius 392
Aesopus philo. 143
Aesopi eodem
Aeschylus 379
Aeschron poeta eodē
Aetius 143
Aetius patricius 202
Aethalis 392
Afranij 143
Agathones 143 251
Agamemnon 357 397
Agathias 143
Agatha eodem
Agatocles eodē
Agapius eodem
Agapitus eodem
Agaue 395
Agesilaus dux eodē
Agesidamus 144
Agesiæ duo eodem
Agenor 105 390
Agis 357
Aglaophron 144
Agoracritus 144
Agrippæ ibidem
Agrippinæ ibidē
Agricolæ eodem
Aiax Oileus 395
Aitonius 456
Albini 144
Albutij eodem
Albigenses hæretici 239
Alcibiades 144
Alcyone 396
Alcinoi 144 368
Alcidamas 144
Alciphron 144
Alcestæ 142
Alcæus Lyricus 144
Alcmanes eodem
Alcman Lyricus ibi.
Alcmæones 445 396
Alphenus 144
Alesus 397
Alexij 40 144 207
Alexis 144
Alexãdri 97 144 146
Almedon 240
Aloeus 390
Amantij 146
Amandus eodem
Amasis rex 81 147
Ambrosij 146 393
Amelius philoso. 146
Amipsias 147
Ammonij eodem
Amœbeas 146
Amilchares eodem
Amilco 168
Amyclas 105
Amicus 114 391
Amythaon 396
Amphiaraus 100 106
& iterum 396
Amphion 147
Amphitryo 395
Amphictyones 99
Amilco 157 174
Amphilocus 150
Amphilochus 105
Amphiteon 101
Anacreon 148
Anastasia 196
Anatolius 148
Anaxarchus ibidem
Anaxandrides ibidem
Anagallis 319 368
Anaxilas cõicus 148
Anaxenor 148
Anacharsis ibidem
Anaximander 148
Anaximenes duo ibi.
Anaxagoræ 148
Anaxippus 148
Anastasij 273 148 150
Ancus Martius rex 218
Anceus 148 394
Andocides 148 380

Androcleus 148
Androdamus ibidem
Andronici 148.155.225 276
Androgeus 394
Andromachus 148. 356
Andromache 148
Andromade ibidem
& iterum 395
Anna Didonis 395
Annæ tres 147
Annibales 147
Annibales Ro. 254
Anniceris 150
Annones 147
Ansanus 150
Anselmi 150
Anteus 457
Antenor 149
Antimachi 148
Antiphanes ibi.
Antiphon ibidē
Antinous 148
Antigenides ibidem
Antigonus 145 146
Antisthenes 148
Antiochi reges 149
Antiochij alij ibi.
Antiochus magnus 379
Antiopa 391
Antipatri 145 149
Antilochus 149 391
Antichristus 150
Antiphon 149
Antiphilus 150
Antidotus 150
Antigoni 146
Antiope 395
Antonij 149 159
Antonius pius 264
Apelles 150 225
Apelicon Teius 155
Apitius 150
Apis 147 285
Appius pulcher 455
Appius Cl. 166
Appianus 48 150
Appion eodem
Apollo 98.109. 223. 392
Apollinares 150 151
Apollodori 151
Apollonij 151 153
Apsyrti 153
Apsines sophistæ eodē
Aphthonius eo.
Aphrodisius eo.
Apuleij eodem
Aquila 213 228
Aquilij 155.160.199.393
Arati 153
Arator poeta 154
Archelai 354
Archesilaus 154
Archesilas sculptor eo.
Archila⁹ eunuch⁹ 174
Archimedes Syracusanus eod.
Archimedes gram. eo.
Archidamus Lace. ibi. 398
Archiæ eodem
Archibius eodē
Archedicus com. 156
Archippus comi. eodē
Architæ eodem
Archilochus eo.
Areta 155
Arganthonius 5
Ariarathes 113
Arideus 145
Ariobarzanes 155
Aristides quinq; 154
Aristo 102
Aristonycus 158
Aristoteles multi 155
Aristippus eodē
Aristarchi eodē
Aristogenes duo eo.
Aristogiton orator eo.
Aristogiton tyran. 155
Aristeas 155
Aristeus 393
Aristocles duo 155
Aristophanes duo eo.
Aristodemus gram. eo.
Aristomenes eodem
& iterum 155 395
Aristonici 155
Aristoxeni 156
Aristonymus 155
Aristonus cytha. 156
Aristolaus pictor eo.
Aristoboli eodē
Arrij eodē
Arriani eodem
Arion cytha. eodem
Areta mulier docta eo.
Arelius pictor 156
Armodius 155
Arnuphus 156
Archadius gram. ibidē
Arnobius 271
Arsicoras 157
Artemidori duo eodē
Artemisia eodē
Artemius præfect⁹ eo.
Artabazes eod.
Artabanus rex 129
Artaxerxes reges eodē
Argus 457
Argia 394
Asbylus 157
Asclepiades tres 156
Asclepiodorus 156
Asconius ped. 157
Asdrubales 157
Asellani 70
Asellius 157
Asinij ibidem
Aspasia 157
Aspasij ibidem
Asterius 196
Aster puer 157 210
Astreus 288
Astrea eodem
Assisini 125
Astydamas Tra. 157
Astydamas iunior eo.
Astyampsicus eodē
Astyanax ibidē
Astylus ibidem
Athanais 177
Athanasius 146 158
Athamas 396
Athenæi 158
Athenodorus eo.
Attali reges 157 158
Atteius capito 158
Atteius philo. eodē
Atreus 397
Atlas 133 285 380
Atratinus 158
Athlantæ II. 393 394
Atys rex 141
Aufidius Bassus 159
Aurelia gens 158
Augustinus 46. 238.336
Augustarum no. 158
Augeæ 98
Augeas comicus 158
Auidius Cassi⁹ 162 265
Auitus 202
Ausonij duo 158
Autolyci tres 158 397
Autonoe 395
Aurea uirgo 158
Auxentius 146

B

BABYLAS 158
Bachylides eodē
Bacchi duo 158 392
Bacchidæ 98
Bacchiadæ eodē
Bacchias eodem
Bacchus 372
Bairon 158
Balbi eodē
Balbina eo.
Baltiorũ familia 255
Baliardus phi. 254
Barbara 158
Barbi eodem
Berdasanes 151.158
Bartholus 158
Barcha 147
Basilij 159
Bassus martyr 159
Bassiani eodem
Batto Sinopensis eodē
Baton comicus eodē
Balenus eodem
Beatrix eodem
Beda 159
Beduini 125
Bela II 89
Beli tres 395
Belides eodem
Bellerophon 119 396
Belisarius 275
Bemarchius 157
Bndicti 239.251.252
Beniamin 237
Bernar. 359.240.336
Berenicæ plures 159
Bersane 145
Berillus præsul 159
Berosus eodem
Bestia Appia eo.
Bestia eod.
Byzes Naxius eodē
Bias Priæ. eodē. & 396
Byblis 389
M. Bibulus eodē
Bibiana uirgo eo.
Bibeculi duo eo.
Bion 159 335

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bituitus rex. 173
Bocatius 244
Boetius 160
Bolus ibid.
Bochus rex Numidiæ 135.
Bomilchar 147
Bonifacij 160
Bonicius ibidem
Bonus ibidem
Bonauenturæ duo 241
Brasidas dux 160
Branchus 392
Bragmanes 152 159
Briareus 388
Brigidæ duæ 256
Britius 160
Bruti ibidem
D.Brutus 301
Busyris 18
Buccellus dux 200
Buthes 391
C
CACVS 393
Cadmus Milesius 160
Cadmus agenoris 395
Caij 160
Caia Cæcilia 160
Calanus 145 167
Can 457
Candidæ duæ 160 206
Calocerus 206
Calpurnius Sura 161 208
Calui ibidem
Calliæ 167
Callimachi ibidē
Callinicus ibidē
Callisthenes 145.161. 160
Callicrates sculptor 161 199
Callistus ibidem
Calisto 390
Cambises 127 129
Camillus 161 454
Camilla Volsca eodē
Canuleius ibidē
Caninius consul ibidē
Caninius eques Ro.ib.
Canthus ibidem
Capellæ eodem
Capito Lycius 163
Carbones 161
Carneades duo ibidē
Carcinus ibidem
Charontes tres ibid.
Charisius orator ibidē
Chrysoloras 244
Carbilij duo ibi.
Carpophorus 5
Carpocrates 163
Charillus 161
Charandes ibidē
Cassij 161 162
Cassiani 162
Castritij 48 162
Cassiodorus ibi.
Casander 145
Castor & Pollux 159 394
Catones 161
Cataldi 14 26
Catuli 163
Catullus ibidem
Catilina ibidem
Cantarus poeta ibidē
Capton ibidē
Caunus & Byblis 389
Cebes philosophus 163
Cebriones ibidē
Cerbones ibidē
Cecinæ ibidem
Cæculus 395
Cælius Bassus 159
Celij 193
Cælsi tres 194 400
Celsus albinouan⁹ 400
Ceneus 394
Centauri 393
Cephal⁹ orator 164 396
Cephalus 395
Cerinthus hæretic⁹ 164
Chærephon ibi.
Chæremon ibid.
Cheris ibi.
Chœrilus ibid.
Q.A.Ceretanus ibid.
Cepiones 222
Ceres 390
Cæsares 164
Cæsar Vopiscus ibid.
Cæsarij tres ibid.
Cethegi 164
Ceus 290
Cinnæ 176
Cynegerus 141
Cinara 395
Cicero 232
Cydias 165
Cincij 194 253
Cynesias ibid.
Cyprianus 165
Cyparissus 392
C.Cor.Cinna 164
Cimones 165
Cyneas ibid.
Cygnus 391
Cyane 398
Cyrene 367
Cyriaci 165
Cyrinus 165
Cyrus 127 120 & ite rum 372 377
Cyrus poeta 165
Cyrilli ibi.
Chilo 165 167
Chiron 390
Circe 389 397
Claræ 242
Claudij 165 166
Claudianus 165
Claudius præsul 16
Claudiæ uestales 166
Claudia gens 165
Cleomenes duo 166
Cleones ibi.
Cleophas 223
Clearchi tres ibi.
Cleantes 386
Clemens historicus 166
Clemens episcopus Alexan. ibid.
Clemens 458
Cleomachus pugil 166
Cleopatra 164
Cleophon tragicus ibi.
Cleodamus ibi.
Cleobulus 98 166 334
Cleobulina uirgo ib.
Clisthenes 166
Clinias ibidem
Clitomachus philosophus ibidem
Clitarchus eodē
Clitemnestra 172 394
Clodij 167 266
Chlorides duæ 392 & iterum 391
Cluentius 167
Codrus ibidem
Columella ibidē
Columbanus 32 238
Columnensium familia 368
Columba uirgo 15
Conones 167
Concordius martyr 183
Confus deus 390
Constantij tres 267
Constantiæ tres 270
Corax Siculus 167
Corax & Tybur ibidē
Corinnæ duæ eo.
Corinnus poeta ibid.
Cordilio Stoicus 167
Cornutus philo. 167
Coroebi tres ibi,
L. Cornificius poeta ibidem
Cornificia soror ibidē
Iul. Cordus ibid.
Cordus Cremutius ib.
Val.Cordus ibi.
Cornelij plures ibidē
Cornelius Cor. Gadita ni nepos 134.
Cornelia 168
Coruncani duo 168
Cosroes rex ibid.
Cossi duo 199 167
Cotys rex 15 167
Cotus 388
Cottæ 168
Cotiso rex 190 455
Crassi 368
Crates tres ibidē
Cratinus poeta ibidem
Craneus 141
Crantor ibidem
Craterus ibidem
Crassitius ibidē
Cratippus ibidē
Creophilus ibid.
Creon rex 169 396
Creon rex The. 169
Creusa 396
Cretheus ibidem
Crœsus 169 Cresti ibi.
Critones ibidem
Critolai duo 169
Critolaus dux 200
Chrysippus 169
Christodorus 169
Cristobulus ibid.
Critias

Critias 165
Chryseis 395
Chrysaor 390
Crispi 169
Crispinus 195
Crispinianus eodem
Chrysanthus eodem
Chrysogoni duo eodē
Chrysostomus 185
Christophorus eodem
Chromatij duo eodem
Ctesias 167
Cresiphōtes III 169 330
Curtij quatuor eodem
Curius eodem
Curiones eodem
D
Dædalus 393 394
Damascenus 186
Damascius histor. 170
Damianus eodē
Damoxenus com. eod.
Damostratus phi.eodē
Damophilus sop. ibi.
Damophila ibidē
Damon & Pythias eo.
Danaus 158
Danae 170
Daniel 170 127
Dantes 244
Daphnes tres 170 392
Daphnis 170 392
Dardanus 396
Dares Phrygius 170
Darei reges 125 364
Dareus nothus 127
Daria 169
Daunus 394
Deianira 393
Deiphile 393
Delphobus 171
Deiotarus rex 171
Deiotarus gram. eodē
Demades orator 170 336
Demetrius poliorcetes 145 170
Demetrij 170
Democles 146
Democrates tres 170
Democritus architectus 330
Democrates philosophus 171
Dæmonax phi. 171 335
Demarathi duo eodē
Demosthenes duo 174
Demarchus 171
Democides eodem
Demolchus eodem
Demochares orator ib.
Desyderius 14 183 270
Deucalion 389 394
Dexippi duo 171
Dexter 171
Diagoræ duo ibidem
Dias sophista ibidem
Diana 389
Diadumenus 171 266
Dicæarchus ora. eodē
Dicæogenes poeta eo.
Dibutades figulus eo.
Didymus eodem
Dido 396
Dinocrates dux ibidē
Dimophilus plastes 172
Diocles medicus 282
Diodori eodem
Diogenes plures eodē
Diogeneti tres eodē
Diones plures eodē
Dioxippi tres ibidem
Dioscorius eodem
Diomedes 171 395
Diogenianus 172
Diocles Comicus eo.
Diocles medicus eodē
Dioscorides ibidem
Dionysij 172 125
Dictys Cretensis eodē
Diopen⁹ & Scybis 127
Dirce 389
Dolobellæ 175
Domitij 175 174
Domitia, Domitiāi 174
Domicillæ tres eodem
Domnini tres eodem
Dominicus eiusq; ordo 240
Donati tres 174
Dorotheus præ. 174 237
Dorotheæ uirgines eo.
Draco 225
Draccus 200
Dryas 394
Gn.Duilius cos. 174
E
EBION HAERESI archa 174
Ecebolius sophista eo.
Egemon characen⁹ 180
Egerius 219
Egeria nympha 218
Egesistratus 174
Egesias orator eodē
Egesippi eodem
Egidij 15 238
Electræ III 175 397
Electrio 395
Eluidij 175
Endymion 183
Ennij duo 175
Epaphus 395
Epimetheus 389
Epaminondas 175
Epeus 103
Ephestiones 175
Ephippius cumeus eo.
Epicrates tres eodem
Epictetus philosophus ibidem & 335
Epicurus ibidem
Epicarmus ibidem
Epimenides eodem
Epiphanij tres 176
Epitherses tres eodē
Ephori duo eod.
Ephren Syrus eodem
Ephren Græcus eodē
Eratosthenes eodem
Erasistratus 176 291
Ergoteles eodem
Eriphus eodem
Erichthoni⁹ rex Troiæ 393 397
Erichthonius siue Erichtheus rex Athen. 101 395 399
Erythrus 395
Erdonius 455
Eryx ibi.
Ero 190
Eros 177
Erostratus eodem
Ersilia Romuli ibidem
Esdras ibidem
Esione 397
Etheocles 395
Euangelus 177
Euander 390 392
Euadne 393
Euagrius 178
Eubulus Comicus 177
Eudemus eodem
Eudoxi eodem
Eumolpus 178
Eumenes reges 157
Euemerus 178
Eugenius gram. ibid.
Eugenia 178 183
Eulalia eodē
Eustorgius eodē
Eunomij ibidem
Euphronius poeta ibi.
Euphranor pictor ibid.
Euphrosyna 174
Euthymus pugil 178
Eutyches hæreticus ib.
Eutyches poeta ibid.
Eutichiani ibidē
Eutidemus ibidē
Eupompus pictor ibi.
Euodianus ibidem
Europij ibidē
Eupolis Comicus ib.
Eupolis Niciæ ibidē
Euphorbus ibid.
Eurip des ibidē
Eustathij ibidem
Euristeus 395
Euryd ce 398
Eurimedon 390
Eusebij 179
Eustochius sophista ib.
Eustephius eodē
Euphenia uirgo eo.
Euphrosyna uirgo eo.
Exarchus 202
Exuperantius 179 220
F
FABIORVM fa. 179
C. Fabritius eodem
Faucula Cluuia 155
Fausti 180
Faustus Syllæ F. 456
Faustini 159 180
Faustinæ 180
Faunus 390
Fauorinus 180
Fenestella eo.
Festus Rufus 219
Felices eodē
Felicianus ibidem
Felicitates 180 225
Firmini duo 17
Fl.Fimbria 180
Flaminiorum pro. 180

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flacci 180
Flauia gens ibidem
Flauiani mar. ibidem
Floræ duæ mar. ibidem
Flora meretrix ibi. & 390
Florus martyr ibidem
Floridus ibidem
Florentij ibidem
Fonteius 181
Fonteia ibidem
Fortunati 176 181
Fortunatiani ibidem
Franciſcus eiuſq; ordo 241
Frãciſcꝰ petrarcha 244
Fraticellorũ ſecta 256
Frontones 16 181
Fuluij 180 181 297
Fuluia ibidem
Fulgentij ibidem

G

GABINI 181
Galla Symmachi ibid.
Galli ibidem
Gallio 224
Galbarum familia 181
Galatea nympha 381
Galenus 191
Gargilius mar. 196
Ganymedes ibidem
Gaudentij ibidem
Geganij 454
Gellij 181
Gemini ibidem
Geminiani 16
Gennadij 181
Geneſius martyr 182
Gentius rex 455
Georgius ibidem
Georgiani 125
Gerardi quatuor 16 48 182
Germani tres 182
Geruaſius 235
Getulus 223
Giges rex Lydiæ 182 195
Giges ex Titanis 388
Giraldus 182
Gildardus ibidẽ
Glauci plures ibidem
Glaucon ibidem
Glaucus 326 394
Glyceriũ meretrix ibid.
Gnæus ibidem
Gnefactus 136
Gordianus 182
Gorgias 399
Gorgophon 395
Gotardus 182
Gracchorũ familia ibi.
T.Gracchus 455
Gregorij 182 185
Gorgones 388
Gorgonius 174
Gorgoris 7
Guarinus 238

H

HABIS 7
Hannones 147
Hanno Cartha. 296
Harpalus 174
Harpalice 590
Harpyiæ 391
Harpocrates 338
Hecate 390
Hecateus hiſto. 174
Hector ibidem
Hecuba 397
Helladius 175
Hellanicus 175
Helle 396
Helena 175
Helerna 175
Helchefaitæ ibidem
Heliæ duo 237 241
Heraclides tres 176
Heraclíti ibidem
Heracleon ibidem
Heracleas ibidem
Heracleus 275
Herdoneus 455
Hermagoræ 176
Hermaphroditus 392
Hercules tres 145 392
Hermogenes 176
Hermetes ibidem
Hermocrates duo ibi.
Hermeas dux ibidem
Hermione 295
Hermippus 176
Hermodori 177
Herodotus ibidem
Hermolai ibidem
Herodiani ibidẽ
Herodes Atticus ibid.
Herodũ profapia 124
Herſilia Romuli 177
Herophila ſybilla ibid.
Heron orator ibidem
Heſiodus ibidem
Heſione 397
Heſychius 177
Heſperides 387
Heſperus ibidem
Hyas ibidem
Hyacinthi 183 389 392
Hydra 388
Hierones 185
Hieronymi 193 296
Hyginus 185
Hilarij 14 185
Hilarion 237
Hipparchi 186
Hypatia ibidem
Hippalus philoſophus ibidem
Hypenus athleta ibi.
Hyperides orator ibid.
Hyperechius ibi.
Hyperion 388
Hippiæ tres 186
Hippocrates plu. ibid.
Hipponicus ibidem
Hippomachus 183
Hippodamus ibidem
Hiopodamiæ tres 397
Hippomanes 391 394
Hippolyti 187 391
Hippodromus 187
Hippodorus ibidem
Hipponax ibidem
Hypſipyle 296
Hipſeus 210 398
Hypſicratea 199
Homeri duo 202
Honoratus 14 16
Horatius poeta 205
Horatiorum proſa ibi.
Horabbas 239
Hortalus nepos 204
Hortenſij ibidem
Horteſius ibid.
Hortenſia ibid.
Hoſtilij ibidem
Hoſtus Hoſtilius 218
Humiliati 240

I

IACOBITAE 125
Iamblicus phi. 183
Ianus 141 183
Ianuarius 183
Iapetus 338 388
Iarchas 151 185
Ialij duo 395 396
Iaſon 396
Ibycus hiſtoricus 185
C.Icilius ibidem
Icari duo 394
Ictus palæſtrita 185
Idanthyrſus rex ibid.
Ideus Aetoliæ rex ibi.
Ideus poeta ibidem
Idmon uates ibi.
Idomeneus rex 394
Ieſus ibidẽ
Ignatius 185
Ilas 106
Ilus 396
Io 84 Ino 396
Ioãnes plures 185 186 237
Ioan. Scoti duo 240 252
Iob 186
Iolaus 395
Ioſephi 186
Ioſue 141
Iouinianus ibidẽ
Iphis 106
Iphiclus 187
Iphicleus 187 395
Iphigeniæ II 187 & iterum 397
Irene pictrix 187
Ireneus ibidem
Iris 388
Irus 187
Iſandrus 396
Iſæus 187
Iſis 188 389 457
Iſidori 187
Iſmenias ibidem
Iſocrates tres 187
Iubæ reges 134
Iudæ 187
Iugurtha 136 197
Iulij 164 180 268 & iterum 375
Iuliæ impudicæ 188
Iuliæ pudicæ ibi.
Iuliæ uirgines ibid.
Iulianus Antonius 168
Iulius maternus 292
Iuliani ibidem
Iuliana ibidem
Iunij 187 Iuno 390
Iuppiter 218 389 391
Iuſti 7 188 Iuſtini

Iuſtini 188 273
Iuſtinæ martyres ibidẽ
Iuſtiniani 244
Iuturna 394
Iuuencus 188
Iuuenalis poeta ibidem
Iuuenal. E.Narnieñ ibi.
Ixion 293

L

LABDACVS 395
Laberius eques 189
Laberius poeta 217
Labeo Antiſtius 189
Labienus dux ibidem
T.Labienus hiſt. ibid.
Lacedæmon 394
Lacydes Cyreneus ibi.
Lactantius ibidem
Lais Corinthia 228
Laius 99 395
Lamiarum familia 189
Lamia meretrix 146
Lamiæ 152 189
Lampridius 189
Lanati 190
Lanfrancus 16
Laodamia 396
Laodice 397
Laodocus citharœdus 201
Lares 392
Laſus 189
Latinus 241 390
Latona 289
Latro Portius 189
Laurea Tullius 233
Læliæ eloquentes 168
Læti ibidem
Lænates 190
Leander & Ero ibidem
Leander E.Iſpalen. ibi.
Learchus 396
C.Lælius 190
M.Lælius Strabo 300
Lenates & lanati ibidẽ
Lentulorum familia 189 190
Lenæus Pompeij liber tus 190
Leodamas 100
Leones 189
Leonidæ ibidem
Leonardus ibidem
Lepidi 190
Leontij martyres 189
Leontiũ meretrix 190
Lepidi 190
Libanus ſophiſta ibid.
Liberatus martyr 190
Lycas 393
Lycon 191
Licinforum familia ibi.
Liciniæ eloquentes 169
Licinius Murena 305
Lycurgi tres 191
Lycurgus rex Thraciæ 191 394
Lycaon 191 390
Lycophron ibidem
Ligarius 190
Lygus 290
Lynceus 395
Linus 191 194
Lyſander laced. 191
Lyſias orator ibidem
Lyſippus ſculptor 192
Lyſippus poeta ibidẽ
Lyſiſtratus ibidẽ
Lyſimachi tres ibidem
Liuia gens 190
Liuius Andro.poe. 191
Liuius hiſtoricus ibid.
Lolliorum gens 192
M.Lollius 192
Lollia Paulina ibidem
Lollianus ſophiſta ibi.
Longini ibidem
Lucas ibidem & 225
Lucretij 192
Lucretiæ duæ 192
Luculli 192
Licilius Balbꝰ ib. & 340
Lucilius poeta 192
Lucillus ib. Luciæ 193
Lucillæ 192
Lucina uirgo 192 249
Luciani ibid. Lucij ibi.
Lucifer ibidem
Lucanus 224
Lupi duo 264 308
L.Luſcius 193

M

MACAREVS 396
Macaon 394
Macarij duo 237
Macedoniꝰ hæreticꝰ 193
Macer poeta ibidem
Macriani ibidem
Macrinus 266
Macrina uirgo 238
Magij quatuor 193
Magi tres ibidẽ
Magnes comicus 193
Magnes puer ibidem
Magones 193 194
Magni 195
Maiolus 239
Malchion 194
Malchus, Mamurræ ib.
Mamerci ibidem
Manes hæreſiarcha ibi.
Manliorũ ſob. 194 195
Manilius Tuſcus 195
Mandonius ibidem
Manethus ibidem
Manius ibi. Mars 393
Marciorũ proge. 195
Marciæ plures ibidem
Marcellorũ pro. ibidem
Marcellinus E. An. ibi.
Marcellinus E. Ebre. ib.
Machutus 195
Maturinus ibidem
Marij plures 195 196
Marini 196
Marci 196
Mardonius perſa. ibid.
Marcio hæreticus ibi.
Marſyæ ibidem
Martiani ibidem
Martiana uirgo ibidẽ
Martiales ibidem
Martini ibidem
Mariæ 196
Marina uirgo 196
Maronitæ 125
Margarita 196
Maximi 196
Maximiani 197
Maximini ibidẽ
Maximæ martyres ibi.
Marulli tres ibidem
Maſiniſſa rex ibidem
Maſurius Sabinus ibi.
Matthæus ibidem
Mahumetes 131
Mauricius 197
Mauritius 14
Mecœnas 197
Mechophanes ibidem
Medardus 182
Medea 391
Meduſa 391
Megabyzus 197
Melanthi tres 191 197
Mela 224
Sp.Melius 197
Melinus ibidem
Melito ibidem
Meliti tres ibidẽ
Meletius ibidem
Meleager 395
Melanthus 200
Meleus pelaſgus 197
Meliſſi duo ibidem
Meliſſandrus ibidem
Melchiſedech ibidem
Memius 153 197
Menandri 197
Menalippus 295
Menalippides 197
Menecrates duo 197
Menedemi 198
Menæchmi ibidem
Meneſthei 390
C.Menius 198
Menenij agrippæ 454
Menius E.catalau. 198
Menippi 152 198
Menelaus poeta 198
Menœcius ibidẽ
Mentor ſyracu. 296
Mercurij tres 392
Merulæ 158
Meſomedes poeta 198
Meſon aſtrologus ibi.
Meſſalæ ibidem
Meſſalianorũ ſecta 199
Metellorũ familia 198
Metij tres ibidẽ
Metrodori tres ibidem
Methodius præſul ib.
Meuius poeta ibidem
Mycon pictor ibidem
Mida ibidem
Minerua 158
Milones duo 199
Miltiades quatuor 200
Mymnermus poeta ib.
Miniates ibidem
Minianus ibidẽ
Minicij ibidem
Mineruæ plures 295
Minutiorũ familia 199
Minetides ibidem
Minutia ueſtalis ibidẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Minos 394
Minotaurus eodem
Myron statuar. 199
Myrmecides ibi.
Myrrhinus poeta ibi.
Mithecus 199
Mithridates' eodem
Mnaseas rhetor 200
Mnesimachus eodem
Modestus eodem
Morychus eodē
Iu. Modestus 188
Montani duo 200
Mopsi tres eodem
Monothelitæ ibidem
Morichus poeta eo.
Moschus gram. eodē
Morsimus tragicus eo. & 215
Moses 141 215
Moses quinq; ibidē
Mumius 200
Munatius eodem
Musanus 200
Muriatil 200 210
Musactus 14
Musonij & musei ibid.
Mutiorū prosapia ibi.
Mutius monachus 237
Mutiæ eloquentes 169

N

Nabocodrosorus rex 200
Nabocodrosorus secundus 127
Nannacus rex 200
Narses ibidem
Narcissus E. Hierosolymitanus 201
Narcissus puer 397
Narcissus discipul⁹ 223
Nausithous 391
Nauatus hæresiarcha 201
Nauplius 391
Nasicæ 221
Nearchus 145
Neemias Iudæus 201
Neleus 391
Nepos 201
Neptunus 391
Nereides 389
Nero 152
Nereus eunuchus 174
Nestor Nelei 391
Nestores alij 201
Nestorius eodē
Nessus 393
Neuius poeta eodē
Nicandri eodem
Nicanores eod.
Nicetes sophista eo.
Niciæ IIII 201 174
Nicocles 155
Nicophanes pictor 201
Nicodorus pugil ibidē
Nicostrati plures eodē
Nichochares Com. eo.
Nicolai plures eodē
Nicomachi Sex 202
Nycteus Iesbi rex 391
Nyctimene eodē
P. Nigidius 202
Niger pescennius eodē
Nymphis hystor. eodē
Ninus 141
Nympha 231
Nisus rex 394
Nonnus poeta 202
Gn. Norbanus eodem
Nouatus 217
Nouellius Tricongius 202 379
Numius orator ibidē
Numa Pompilius 212 & 218

O

OCNVS 226 397 401
Octauij 164 202
Odenatus ibidē
Oebalus 104 394
Oeneus 395
Oenomaus ibidem
Oedipus 209 395
Oenopides Astro. 203
Ogyges rex eodē
Oiclus 396
Olympij eodē
Olympias 145
Onesicritus hist. 205
Onesimus rhetor eodē
Onosandrus Plato. eo.
Opheltes 396
Cn. Oppius trib. plæ. 205
C. Oppius eodem
Q. Oppius 199
Oppia & Floronia uestales eodē
L. Opimius Cos. 205
Aur. Opimius grā. cod.
Oppianus poeta ibid.
Opiter ibidem
Orbilius gram. 205
Orestes tres 397
Oribasius 205
Origenes ibidem
Orion 544
Orphei duo 205 398
Opheltes seu Archemorus 204
Optatus 205
Otus & Ephialtes 590
Othriades eodē
Oxidrachi 151

P

PACVVIVS 204
Pacatus gram. ibidem
Palæmon uicen. 204
Palæmon marinus 596
Palamedes 204 394
Palamedes gram. 204
Palæphatus eod.
Pallas 390
Palladius sophista 204 395
Palladius 205
Pamphila 205
Pamphili plures 205
Pamprepius poeta eo.
Panætij duo eodem
Panæus 205
Pancratius eodē
Pācrates duo grā. eod.
Pandora 388
Pandulphus capiteferreus 456
Paneus pictor 205
Panolbus poeta ibidē
Pantaleon eodem
Pantherus eodem
Panthaura lapis 152
Pandion rex 101 395
Panutius 156
Papyriorū familia 205
Papiæ eodem
Papinus eodem
Papinianus eodē
Pappus philo. eodem
Parrhasius pictor eod.
Parthaon 393
Paris Troianus 205
Parmenides eodem
Parmenio eodē
Parthenij tres 205 206
Partenopeius 393
Pasiphae 389 394
Patroclus 395
Patritius 205
Patroclus præsul 15
Pauli & Paulini 203
Paulæ eodem
Paulinæ eodem
Pausaniæ tres ibidē
Pausias pictor ibidē
Pauson ibidē
Pegasus 391
Peleus 395
Pelyas 391 396
Pelops 395
Pelopidas 208 397
Penelope 208 302 394
Pentheus 295
Perpetua 180
Perpenna 206
Peregrinus eodē
Perseus Iouis F. 207 308
Persei tres 286
Perdica 145
Persij duo 207
Pericles 398
Perillus 208
Perilla ibi.
Periander 207
Periclimenes uide Nestor 392
Perinthus 455
Perithous 395
Pero 391
N. Perotus 249
Petrus Chrysologus 208
Petri 240 245
Petrei 207
Petronij eodem
Petronilla ibidē
Pœtelij 208
Pretus 458
Picus 390
Pyttaci duo 209
Pygmalion 295
Pigres 208
Pilumnus 394
Pindarus poeta 208
Pindarus tyran. eodē
Pinythius gram. 208
Pisandri tres eodem
Piseus eodem
Pisonum genus eodem
Pyrrho phi. 208
Pyrrhus Achillis 369
Pyrrhus rex 396
Pysistrati tres eo.
Pyreicus pictor eod.
Pyrgoteles eodē
Pythagoras eod.
Pytheas orator eodē
Pythis pictor eodem
Pythodoris 191
Placidiæ 285
Plato philo. 209
Plato poeta 210
Plautus eodē
L. M. Plancus eod.
Plocius 234
C. Plautius eodē
M. Plautius eodē
Titus Plautius Syluanus eodem
Plinij duo eodē
Plotius 205 210
Plotinus eodem
Pluto 390
Plutarchi 176 210
Polybius eodem
Polycarpus eodē
Polycrates duo eodē
Polycletus sta. eodem
Polynices 395
Polystratus 210
Polyphemus 391
Polyænus 210
Polyeuectus eo.
Polyzelus eodē
Polydamas Pancratiastes 210
Polydamas Troianus 211
Polydorus eodē
Polymestor eodē
Polyxenus 103
Polyxena 395
Polygnostus 211
Pollux 211 394
Polus sophista 211
Pollio eo.
Pompeij eodem
Pomponij eodē
Polemones tres eodē
Polemon rex 199
Popilij 211 212
Pompilij 212
Numa Pompilius eo.
Possidonij eodē
Posidippus eodē
Posthumij eodē
Posthumia uestalis eo.
Porphyrius phi. eodē
Porus rex 145 456
Porsena 454
Pontij 212
Potamon rhetor eodē
Praxeas hæresiarcha ib.
Praxiteles statua. eodē
Praxedes 217
Praxyla mulier poe. 213
Priamus rex 392
Primus 180
Prisci tres 213
Prisca uirgo eod.
Prisilla & Aquila eod.
Priscianus eodē
Proæresius sophista eo.
Probus 213 269
Prœtus rex 254 395
Procli quatuor 213
Procustes 391
Proculus 185
Prometheus 388
Prodicus Co. 213 399
Procopius sophista ib.
Procopius tyrānus ibi.
Procilius gram. eodem
Proculus 269
Protogenes pictor eo.
Prosper aquitanus eo.
Proserpina 390
Phœnix 394
Protagoras 213
Protagoræ alij 214
Propertius eodē
Procus eodem
Progne. 392
Prothasius S. 235
Prodetius poe. 214 387
Ptolemæi reges eod.
Ptolemæi reliqui eodē
Pharnaces 199
Phalaris 214
Phaon eo.
Phædra 394
Phaeton 389
Phaotes rex 217
Phædrus Elien. 214
Phædimus poeta ibi.
Phæmonoe uirgo eo.
Pherecydes tres eodē
Pherecrates eodem
Philetas 215
Philetærus eunuchus 157
Philochorus eo.
Philones IIII 214. 215
Philo academicus 214
Philo architectus 330
Philolaus Co. 215
Philostrati tres ibidē
Phidamus poeta ibi.
Philetærus comi. ibidē
Philemon poeta eodē
Philocles Tragicus eo.
Philoxeni tres ib.
Philomenes med. 287
Philomena 393
Phidias 215
Philopœmenes eodem
Philisti tres ibidē
Philistion 215 327
Phillis 294
Philippi plures 215. 216 327
Phileus E. 215
Phileas 216
T. Ponutanus 217
Philisthenes 395
Philippides 216
Phineus rex 390
Phyrne meretrix 217
Phyrnis citharœd⁹ ib.
Phynici plures 217
Phlegon libertus 216
Phlegias 397
Phocylides 217
Phormus eodem
Phormiones tres eodē
Phorcinodes eo.
Photini eodē
Phoroneus 104 397
Phorcus 391
Phorbas 104
Phraotes rex 217
Phrynici plures 217
Phryxus & Helle 396
Procris eodem
Psamniticus 248
Pudentiana 217
Publi⁹ & Laberius 217
C. Publius Pudens ibi.

Q

QVADRAGINTA martyres 217
Quadratus 217
L. Quietus 254
Quintiorū prosap. 217
Quintius poeta 218
Quintiliani duo 218
Quintilij 218 268
Quirini 218
Quintij ibidem

R

RABANVS 218
Rabirius eodem
Rhadamanthus 394
Rainaldi tres 218
Raimundi ibi.
Reguli 218
Remigij duo eo.
Reparata uirgo eod.
Rhea 489
Richardi 238 240 457
Rochus 14
Rodo 218
Romuli 217
Romani 219
Roscij ibidem
Rhoxane 256 268
Ruffi 219
Rufini quatuor ibidē
Rufina & Secunda eo.
Rullus 219
Rustic. 172 300
Rutilij 220
Rulli 219
C. Rusius 225

S

SABINI PLVRES 220
Sabaudiæ duces 15
Sabinæ 220
Sabas eod.
Sabellus hæreticus eo.
Sabellorum genus 256
Saleius bassus 159
Sallustius Crispus 220
Salmoneus 396
Saluius 16
Sampson 220
Saniones ibidem
Sappho Lyrica 220
Sappho meretrix eodē
Saracenī facinus 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sardanapalus 227
Sarpedones ibi.& 226
Satrius Rufus 219 309
Saturnus 269
Saturnini 227
Sauini 220
Scauri eodem
Scaurus 221
Scipiones 221
Scylax math. eodem
Scillis urinator eodem
Scillæ duæ 221 391 394
M.Scæua Cēturio 221
Scopelianus sophiſt.222
Scribonius 222
Scropha Tremelī eo.
Seleuci reges 120
Semiramis 222
Semele 398
C.Septimuleius 222
Secūdi eo. Sēpronij eo.
Senecæ duo 223
Septem fratres 222
Septem fratres 225
Septem fratres eodem
Septem dormiētes 225
Septuaginta duo diſcipuli ibidem
Septuaginta duo interpretes ibidem
Seruiliorū pſapia 222
Seruius Tullus 219
Seruilius Vacia 234
Seruilius Rullus 297
Sp.Seruilius Cos. 414
Q.Sertorius 222
Sergius Orata 309
Serenus 222
Serapiones plu.222.237
Seſoſtris rex 143
Seueri 224
Seuerini eodem
Sextus phil. ibidem
L.Sextius eodem
M.Sextilius eodem
Sextilia ibidem
Sibyllæ 177
Sidonius Gallus 224
M.Silanus Cos. eodē
De.Silanus eodem
Syluani 224 238
Siluerius 15
Syloſon tyrannus 225
Silius Italicus 224
Symphoroſa 222
Simones 224
Simonides quatuor ſolio 224 225
Symmachus 160
Symmachi tres 215
Simmias phūs eodem
Syneſius philoſophus Chriſtianus 225
Syrianus eodem
L.Siſenna eodem
Syſiphus 396
Sitalces rex 94
Smaragdus 165
Socrates tres 226
Socion eodem
Sol 389 Solon 225
Sophocles eodem
Sopater eodem
Sophiſt. eo. Sophrō eo.
Sophronius eodem
Sophronia eodem
Sophia martyr eodem
Soranus eodem
Soſibius grāmatic. eo.
Soſitheus poeta eodem
Soſipatra eodem
Sozomeni 226
Soſtrati quatuor 225
Sotades eodem
Sotericus eodem
Soteridas muſicus eod.
Spartacus 226
Speuſippus eodem
Spintharus architect. folio 226 & 330
Spurinæ tres eodem
Staſeas Neapolitanus philoſophus eodem
Steſichorus eod.
Steſimbrotus 175
Steneleus 395
Stilpon philoſ. 224. 226
Stratones 9 226
Sugilas 330
Suidas eodem
Sulla qui & Sylla eodē
Suetonij tres 227
Sulpitij 226 227
Sulpitia 227
Suſanna 181
T
Taberius heros 227
Tacitus 227 269
Tages auruſpex 227
Taxiles rex 145
Thaïs Atheniēſis 145
Thaïs meretrix 228
Thales Mileſius 227
Thales poeta eodem
Talus eodem
Thamyras poeta eod.
Talao 395
Talaſſius 218
Tanaquil 219
Tantalus 152
Tarpeia uirgo 218
Tarquius collatin. 219
Tarquinius priſcus 219
Tarquini. ſuperb. ibi.
Taur. philoſoph. 227
Taurea Iubellius eod.
Theagenes IIII. 228
Theano 398
Theano pythagorea ſolio 228
Theano uates eodem
Thecla eodem
Thearco rex eodem
Telephi 228 392
Teladeus 229
Telamon 395
Tellen 228
Tellus 225 228
Thelephanes rex 228
Teles 394
Thaïs 145
Themiſtius 229
Themiſtogenes eodē
Themiſtocles eodem
Themiſon eodem
Themis eodem
Telemachus 397
Telegonus eodem
Theognet. comic. 228
Theogones duo eodē
Theodectes duo eod.
Theodoſius poeta eo.
Theodoli eodem
Theocriti eodem
Theophanes hiſto. 229
Theophili 228
Theones eodem
Theotimus eodem
Theodotiō & aqla 228
Theopompi eodem
Theophraſtus 228 336
Theodoti 228 229
Theodori 229
Theodorus Gaza 246
Theodora eodem
Tethys 389
Thetis 395
Terpādrus lyricus 229
Theramenes 229
Terentij 230
Terentia 230
Terentianus 180
Therſandrus 395
Tertullianus 229
Theſeus 391
Theſpetiō gymnoſ. 152
Teuca regina 455
Theſpis Tragicus 230
Theſpis Theſpiadarū pater eodem
Tetrici pa.& filius eod.
Teucri tres 229.395.396
Tibullus poeta 230
Tyberius eodem
Ticinius pictor 252
Thyeſtes 307
Timagenes duo 230
Timæi duo eodē
Timagoras legatus 231
Timanthes pictor eo.
Timomachus 231
Timon Athen. eodem
Timō apoloniates eo.
Timoleō dux Corinth. folio eodem
Timolaus philoſo. eo.
Timocles Comicus eo.
Timoſthenes 230
Timothei q̄tuor 230.231
Tinca orator 49
Tyndarus 394
Tyrannion 155 231
Tyrannion iunior ibi.
Tyreſias 397
Tullius 235
Tyro 396 Titi 231
Tyri eodem
Tirteus eodem
Titius orator eodē
Titianus orator eo.
Titianus hæreticus eo.
Tityus 390
Titani 389
Titonus 399
Titornus fortis 231
Titus 152

Tlipole-

Tlipolemus 231
Theodora 174
Thoas 392 396
Thomæ ſex 241.243.& 267 299
Trachalus orator 231
Traianus hiſtoric. eo.
Trapezontius 246
Traſimachus ſophi. 231
Thraſibulus eodem
C.Trebatius eod.
C.Trebonius eodē
Tryphones q̄tuor ibid.
Triphonia eodem
Tryphiodorus poe. 231
Tritanus 231
Tucca 234
Tuccius 235
Thucydides II 231. 232.
A.Tullius 232
Tull. hoſtil. 204.217.455
Tulliorū genus 232
M.Tullij Ciceronis familia eodem
Tullia 219 232
Tulliola 233
Turianus plaſtes 233
Turnus rex 394
Turmius 235
Turpilius pictor 233
Turpilius comicus eo.
Turci. Apronian. eo.
M.Turbo 264
V
Vacia 234
Vacchores 245
Vaticnus montanus ſolio 200 457
Valeriorū proſapia 232
Valerius fla. poeta ibi.
Valeriæ marty. 232. 235
Valeria obſes 457
Valerianus 235
Valdenſes eodem
Vargunteius 234
Varrones 234
Varij & Vari eodē
Varinus eodem
Vatinius eodem
Vegetius Renatus eo.
Velius longus eodem
Venus 392
Venerij duo 234
Verres eodem
Vergilius 235
Verrij tres 224
Ælius Verinus 204
Verus 254
Veſores rex 457
Vectij tres 234
Veturij 205 254
Veturia 334
Vgones 20 235 238
Vgo præfectus 277
Vgutius tyr. 49
Vibius Vitrius 234
Victor E.Carteiæ eo.
Victor apher & martyr eodem
Victorini tyranni ibi.
Victoria auguſta ibidē
Vigilantius eodem
Vigilij II. martyres eo.
Vincentij 234
Vinuti. declamator 235
Vindicius ſeruus eo.
Virgilius eodem
Virginia eodem
Virginij 219 235
Viriatus dux 7 235
Vitalis 235
Vlpianus 235
Vlyſſis genus 397
Volcatij tres 235
Voltacilius ibid.
Volumnij ibi.
Vrſicinus martyr eo.
Vrbanus 223
Vrſus miles 272
Vrſinorū familia 255
Vulcanus 393
X
Xanthus hiſtoricus 235
Xantippus ibidē
Xanthus poeta ibid.
Xenophontes ibid.
Xenophanes duo eo.
Xenocrates II 235. 236
Xenophil. muſic. 236
Xenarchi duo eodem
Xerxes reges 127
Xerxes pictor 236
Xuthus 117
Z
Zaleucus 236
Zamolſis thrax eo.
Zathalias Babyl. ibi.
Zenones quatuor eod.
Zenon 291
Zenodoti quatuor eo.
Zenobij 49 236
Zenobia regina eodē
Zetus & Calais 390
Zeuſis pictor 236
Zoe martyr 201
Zoilus homerom. 236
Zoilus martyr eod.
Zonaras hiſtoricus ib.
Zopyri eodem
Zoroaſtes rex ib.
Zorobabel eodē
Zozimas 237
Zozimi eodem

ADRIANVS ui de in Adeodatus 251
Agatho ibidem
Agapitus 250
Agapitus II 252
Alexander 249
Alexan.II 253
Alexan.III 254
Alexan.IIII 255
Alexan.V 241 257
Alexander VI 261
Anacletus 249
Anaſtaſius 250
Anaſtaſius II eodē
Anaſtaſius III 252
Anaſtaſius IIII 254
Anicetus 249
Antherus ibidem
B
Benedictus 250
Benedictus II 251
Benedictus III 252
Benedictus IIII ib.
Benedictus V ib.
Benedictus VI ibidē
Benedictus VII ib.
Benedictus VIII 255
Benedictus IX eodē
Benedictus X ibidem
Benedict.XI 256
Benedictus XII 257
Benedict.XIII eod.
Bonifacius 250
Bonifacius II eodem
Bonifacius III 251
Bonifacius IIII eo.
Bonifacius V eodem
Bonifacius VI 252
Bonifacius VII eodē
Bonifac.VIII 256
Bonifacius IX 257
C
Caliſtus I 249
Caliſtus II 255
Caliſtus III 259
Caius 249
Cælestinus 250
Cælestinus II 254
Cælestinus III eodem
Cælestinus IIII 255
Cælestinus V 256
Clemens 248
Clemens II 253
Clemens III 254
Clemens IIII 255
Clemens V 256
Clemens VI 257
Cletus 248
Conon 251
Conſtantinus eod.
Corneliu 249
Chriſtophorus 252
D
Damaſus 250
Damaſus II 253
Deuſdedit 251
Dionyſius 249
Donus 241
Donus II 252
E
Eleutherius 249
Euariſtus eodem
Eugenius 251
Eugenius II 252
Eugenius III 254
Eugenius IIII 258
Euſebius 249
Eutychianus 249
F
Fabianus 249
Felix ibidem
Felix II 250
Felix III eodem
Felix IIII eodem
Formoſus 252
G
Gelaſius 250
Gelaſius II 253
Gregorius 250
Gregorius II 251
Gregorius III eodē
Gregorius IIII 252

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius V eodem
Gregorius VI 255
Gregorius VII ibidē
Gregorius VIII 254
Greg.IX eodem
Greg.X 255
Greg.XI 257
Greg.XII eodē
H
Hadrianus I 251
Hadria.II 252
Hadrianus III eod.
Hadria.IIII 254
Hadria.V 255
Hyginus 249
Hilarius 250
Honorius 251
Honorius II 254
Honorius III eodē
Honorius IIII 256
I
Innocentius 250
Innocentius II 254
Innocentius III eodē
Innocen.IIII 255
Innocentius V eodem
Innocen.VI 257
Innocen.VII eo.
Innocen.VIII 260
Ioannes I 250
Ioannes II eodē
Ioan.III eodem
Ioan.IIII 251
Ioan.V eo. Io.VI eo.
Ioannes VII 252
Ioannes VIII eod.
Ioan.IX eodē
Ioannes X eodē
Ioan.XI eodem
Ioan.XII eodē
Ioannes XIII eod.
Ioan.XIIII eo.
Ioan.XV eodē
Ioan.XVI eo.
Ioan.XVII 253
Ioan.XVIII eo.
Ioannes XIX eodē
Ioan.XX eod.
Ioannes XXI 255
Ioannes XXII 256
Ioannes XXIII 258
Iulius I 250
L
Lando 252
Leo 250
Leo II 251
Leo III eodem
Leo IIII 252
Leo V eodem
Leo VI eodem
Leo VII eodem
Leo VIII eodem
Leo IX 253
Liberius 250
Linus 248
Lucius eodem
Lucius II 254
Lucius III ibi.
M
Marcus 250
Marcellus 249
Marcellinus 249
Martinus 251
Martinus II 252
Martinus III eo.
Martinus IIII 256
Martinus V 258
Milciades 249
N&O
Nicolaus 252
Nicolaus II 253
Nicolaus III 255
Nicol.IIII 241 256
Nicolaus V 259
Ormisda 250
P&R
Paschalis 252
Paschalis II 253
Paulus 256
Paulus II 259
Pelagius I 250
Pelagius II eod.
Petrus 248 Pius 249
Pius II 259
Pius III 262
Pontianus 249
Romanus 252
S
Sabinianus 251
Sergius ibi.
Sergius II 252
Sergius III ibi.
Sergius IIII eo.
Seuerinus 251
Siluerius 250
Symmachus eodem
Syluester eodem
Syluester II 255
Syluester III eo.
Simplicius 250
Siricius eodem
Sisinius 251
Soter 249
Sozimus 250
Stephanus 249
Steph.II 251
Stephanus III eod.
Steph.IIII 252
Steph.V eodem
Steph.VI eodem
Steph.VII eo.
Stephanus VIII eo.
Steph.IX 253
T
Telesphorus 249
Theodorus 251
Theodorus II 252
V
Valentinus 252
Victor 249
Victor II 253
Victor III eodē
Vigilius 250
Vitellianus 251
Vrbanus 249
Vrbanus II 253
Vrbanus III 254
Vrbanus IIII 255
Vrbanus V 256
Vrbanus VI 257
X&Z
Xystus 249
Xystus II ibidem
Xystus III 250
Xystus IIII 246. 259
Zacharias 251
Zepherinus 249

PRINCIPES Romani.

IVLIVS Cæsar folio 263
Augustus ibidem
Tyberius eodem
Caius eodem
Claudius eodem
Nero eod.
Galba eodem
Otho eodem
Vitellius eo.
Vespasianus eo.
Titus eodem
Domitianus eod.
Nerua eodem
Traianus eodem
Hadrianus 264
T.Antoninus Pius ibi.
M. Antonin⁹ pius philosophus 265
L.Anto.uerus ibi.
L.Anton. cõmodus ib.
Aelius pertinax ibidē
Didius Iulianus ibi.
L.Sep. seuer⁹ pertinax folio eodem
M.Antonin⁹ Caracalla 266
Macrinus & Diadumenus tyranni eo.
Antoninus Heliogabalus ibi.
Alexander ibidē
Maximini, pater & filius 267
Maxim⁹ & Balbi.ibidē
Gordiani tres, pater, filius,& nepos ibidē
Philippi, pater & filius folio ibidem
Decij pa.& filius 268
Gallus hostilianus ibid.
Valerianus ibi.
Galienus ibidem
Tyranni XXX ibi.
Claudius II ibi.
Aurelianus ibid.
Tacitus 269
Metius Falconius ibi.
Florianus ibidem
Carus 269
Numerianus ibi.
Carinus ibidem
Diocletianus ibidem
Maximianus ibi.
Galerius Cæsar ibidem
Maximianus Cæsar ib.
Constantius ibidem
Maximinus 270
Constantinus magnus folio eodem
Arbogastes tyr. 271
Eugenius ibidē
Maxentius ib.
Licinius Cæsar ibid.
Constantius ibi.
Constantius II ibi.
Constans Cæsar ibi.

Dalmatius Cæsar ibi.
Iulianus 271
Iouinianus ibidem
Valentinianus ibid.
Valens ibid.
Gratianus eodē
Theodosius eodem
Arcadi⁹ et Honori⁹ ib.
Theodosius iunior 272
Valētinianus iun. eod.
Maximus tyrānus ibi.
Auitus ib. Maioria. ib.
Seuerianus eodem
Anthemius eodem
Ricimerus ibidem
Olibius ibidem
Nepos ibidem
Augustulus ultimus occidentalium ibidē
ORIENTALES
Martianus 272
Leo ibi.
Leo II ibi.
Anastasius 275
Iustinus eodem
Iustinianus eodem
Iustinus minor ibidem
Tyberius II ibi.
Mauricius eodem
Phocas eodem
Heraclius eodem
Constan.iunior eodem
Martina cum Heraclona ibidem
Constans ibidem
Constantinus pogonatus eodem
Iustinus IIII eodem
Leontinus 274
Apsimarus eodem
Philippicus ibidem
Anastasius II ibid.
Theodosius III ibi.
Leo III ibidem
Constantinus V. ibi.
Irene mater ibid.
Nicephorus ibi.
Stauracius ibid.
Michael Curopalates ibidem
Leo Armeniacus ibid.
Michael thraulus ibi.
Theophilus ibidem
Michael & Theod. ib.
Basilius macedo ibidē
Leo V & Alexāder ibi.
Cōstantinus VII 275
Roman⁹ Lacapen⁹ ib.
Romanus iunior ibi.
Nicephor⁹ Phocas ib.
Ioannes Zimisces ibi.
Basilius ibidem
Cōstantinus VIII ibi.
Romanus Argyropolus 275
Michael paphlagon ib.
Zoe ibidem
Cōstantinus monomachus ibidem
Theodora ibidem
Michael ibi.
Isacius Comnenus ibi.
Cōstātinus Ducas,Eudochia Augusta ibi.
Roman⁹ Diogenis ib.
Michael parapinaceus folio ibi.
Nicephor⁹ Botoniates folio 176
Alexius Cōnenus eod.
Caloioannes Cōnenus folio eodem
Manuel ibid.
Andronicus ibidem
Isacius Angelus ibidē
Alexius Angelus ibid.
Alexius puer ibidem
Murzyphlus eodem
Balduinus ibidem
Henricus ibi.
Petrus Antisiodorensis folio eodem
Robert⁹ Antisiodorensis eodem
Balduinus II ibidem
Ioannes Lascaris ibi.
Michael Palæolog⁹ eo.
Andronicus senior ib.
Michael ibid.
Andronicus iunior ib.
Ioannes Catacunzenus folio 277
Caloioannes ibid.
Manuel eodem
Ioannes eodem
Constantinus ultimus orientalium ibi
OCCIDENTALES
Carolus magnus 277
Ludouicus pius ibidē
Lotharius ib.
Ludouicus II ibid.
Carolus caluus ibi.
Ludouicus balbus ibi.
Carolus Crassus ibidē
Arnulphus ibi.
Ludouic⁹ trāsalpes ib.
Reges Italiæ pro Imp.
Berengarij duo 277
Rodulph⁹ Burgun.ibi.
Vgo Arelatensis ibidē
Lotharius ibid.
Berengarius III ibi.
Adalbertus ibi.
Otho Imperator ib.
Otho II ibidem
Otho III ibidem
Henricus I 278
Conradus ibi.
Henricus II ibi.
Henricus III eo.
Henricus IIII eo.
Lotharius eodem
Conradus II eo.
Fredericus I eo.
Henricus V eod.
Philippus eodem
Otho IIII eodem
Fredericus II eodē
Rodulphus 279
Ataulphus ibid.
Albertus eodem
Henricus VI eo.
Ludouic⁹ Bauarus eo.
Carolus IIII eodē
Venceslaus eodem
Robertus 280
Sigismundus eodem
Albertus eodem
Fredericus III eod.
Maximilianus eod.

ANIMALIA

ACANTHIS 304
Accipitres 305
Acipenser 306
Acontia 300 450
Acus marina 307
Adonis 307
Aegoceros 299
Aemorrhois 300
Aesalus 305
Aegithus 304
Aegithalus eodē
Aethnæus 307
Aiscopes 304
Alces 298
Alectoris 301
Alcyones 302
Aleces 306
Alauda 304
Alosa 306
Aluco 305
Amphisbena 300
Anates 302
Anguilla 306
Anser 302
Anthus 305
Anthias 306 348
Anubis 295
Aper post sus 296
Apes 302 310
Aphyæ 306
Apodes 302
Aquilæ 301 308
Aranei 310
Ardea 304
Argatylis 304
Aries 308 309
Aselache 304
Asellus 307
Asinus 297
Asiones 305
Aspalacus 299
Aspis 300
Asterias 305
Astacus 307
Astorgius 305
Asylus 310
Attagen 302
Aues ibidem
Aues externæ ib.
Auiaria 301
Auis incendiaria 304
Aulopa 308
Aurata 307

B

Balæna 305
Barbus eodem
Basiliscus 300
Batis 304
Bisons 298
Boæ 300
Boces 306
Bolitæna 307
Bombix 310 330

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bonasus 298
Bosa 305
Bos 296
Branchiæ 204
Bubalus 298
Bubo 303 304
Bubrastes 310
Buteo 303
C
Chalcis 303 307
Calidris 305
Callionymus 308
Cammari 309
Chamæ eodem
Chamæleon 299
Camela 305
Camelus 297
Camelopardalis ibid.
Campe 310
Cancer 309
Canis 295
Canicula 307
Channa ibidem
Cantharus eodem
Cantarides 300 310
Caos 296
Caprea ibidem
Capra 298
Caprimulgus 304
Carandrius 299
Charandri 305
Charace 308
Carduelis 304
Castor 299
Castoris 307
Catobleptus 296
Cataracta 305
Chelones 306
Centipeda 310
Chamæ 309
Chenalopeces 302
Cephalus 306
Cepi 297
Cærulea 304
Certhia eodem
Ceruus 296
Cerastes 300
Ceryces 309
Cestra 307
Cybia 306
Cicada 307 310
Cis 310
Cicidela eodem
Ciconia 304
Cygnus 305
Cimex 310
Cinclus 302
Cinamologus 293
Cinædus 327
Cinnamomus 305
Cyprinus 307
Cytharœdus 308
Clerus 310
Clidia 306
Chrysalis 310
Chloris 304
Chlorio ibidem
Cocyx 305
Cnopoligus 304
Cochlea 309
Colymbris 305
Colius 304
Coluber 300
Columba 301
Collurio 304
Congrus 307
Cordyla 306
Coracinus eodē
Cornix 301
Coruus 301
Coruus marinus 308
Coruulus eodem
Crabrone 310
Crambe eodem
Crocuta 298
Chronus 307
Crex 304
Chrysometris co.
Crocodilus 308
Cuculus 303 307
Culex 310
Cucumis 307
Cuniculus 298
Curuca 305
D
Dactylos 304
Dama 296
Delphinus 305
Dipsas 300
Dorcas 296
Draco 300
Draco marinus 307
E
Echeneis 308
Echinus ibidem
Elephas 151
Enydrus 300
Encraules 306
Elminthes 310
Ephemera ibidē
Equus 293
Erinaceus 299
Erythacus 304
Erythrinus 307
Erodius 305
Eruca 310
Exocœtos 307
Externæ aues 302
F
Falco 305
Feles 299
Fiber ponticus eo.
Ficedula 304
Formicæ 310
Fringilla 305 304
Fulica 301
G
Galeus 305
Gallus 305
Gallinarum genera fo/lio 301
Galgulus 304
Garum 306
Gauia 305
Glanius 306
Glaucus 307
Glauciscus eodē
Glires 299
Glottis siue lingulaca folio 304 307
Gobio 307
Gracculi 302
Gryphes 305
Grillus 310
Grues 302
Grues marini 307
H
Harpyiæ 291
Helops 306
Helecatenes 307
Hemerobia 310
Hepar 307
Hepiolus 310
Herodij 302
Higrophœnix 308
Hydrus 300
Hyena 298
Hippocampi 307
Hippolaphus 296
Hippuris 307
Hircus 298 308
Histrix 298
I
Ibis 300
Ichneumon 298 308
Iynx 304
Imantopodes 305
Incendiaria auis 304
Ips 310
Irundo 302 308
Iulides 306
Iulus eodem
L
Lacerta 299
Lacertus 306
Lagopus 302
Lagopodes 305
Lagnis 307
Lampirides 310
Leuciscus 306
Lepus 298 307 309
Lepades 309
Leo 296
Lœna eodem
Lynx eodem
Lingulaca 304 306
Locustæ 309
Ligo 306
Lollius eodem
Lupus 269
Lupus marinus 306
Lucerna 307
Lumbrici 310
Luscinia 304
M
Malacia 307
Malacostraca co.
Malacoderma 309
Malacocraneus 304
Mantichoa 297 198
Margari 308
Martes 299
Matrices 310
Melanuri 307
Melandria 306
Meses eodem
Melcagrides 301
Mergus 305
Merula 304 307
Meryx 307
Meropes 305
Memnoniæ aues co.
Menæ 306
Mygale 299
Mergus 303 Metys 310
Miluus 301 308

Midas

Midas 310
Myrus piscis & serpes 306
Myscus 307
Monedula 302
Monops 298
Monoceros 299
Motacilla 304
Mugil 305
Muræna 305
Muria 306
Murex 309
Mulus 297 205
Mus 299 309
Mus araneus 299 307
Musimones 296
Mus muscus 299
Mus pōticus eo.& 332
Mures 309
Mures marini 307
Mustela 299 307
Musca 310
Musculus 307
N
Narica 306
Natrix 300
Nautilus 309
Neades 299
Nepar 306
Nycticorax 305
Noctua 303
O
Oculata 306
Olothyræ 309
Oenanthe 304
Oenas 302
Onocrotalus 303
Onagri 297
Ophthalmia 306
Orchis 307
Orcynus eodem
Orca 305
Orospizes 304
Oryx 299
Onocentaurus 299
Orphus 307
Ortus 299
Ortygometra 302
Ossifraga 301
Ostrearū uiuaria 309
Ostracoderma 304 309
Ostrea 309
Otus 304
Otia 309
Otides 302
Ouis 297
Oxyringus 308
P
Paguri 309
Phalacrocoraces 305
Phattaga 299
Phalangij 310
Phalerides 305
Phalitis 305
Phagrus 307
Palumbus 301
Panthera 298
Pardus 298
Pardalus 304 307 308
Parias 300
Parnopus 305
Pastinaca 306 309
Passer 304 307
Patellæ 309
Pauo 302 307
Pectines 309
Pediculus 307
Pelargi 304
Pelamides 306
Pelicanus 302
Penelopes ibidem
Poephagus 298
Phyrna 299
Phœnix 305
Phœnicurus 304
Phœnicopterus 302
Pholis 307
Pernæ 309
Percæ 306
Perdices 301
Philomena 304
Physalus 308
Picus martius eodem
Pica 302
Pinna 309
Pinnotheres eodem
Pissoceros 310
Pyrrocotes 305
Pyrausta 310
Phoicus 304
Pompilus 309
Porcus marinus 308
Porphyrus 300
Porphyrio 305
Polypus 284 305
309
Phocæna 305
Præster 300
Pfitacus 305
Purpura 309
Pulmones ibidem
Pulex eodem
Pullorum exclusio 301
Phuca 307
Q
Querquedula 305
R
Raia 308
Rana eodem
Rana piscatrix eodem
Regulus 304
Ricinus 310
Rhinoceros 299
Rubeta 310
Rusticæ gal. 301 458
Rumbus 307
S
Sagittarius 308
Salamandra 299
Salmo 307
Salpa eodem
Salpynga 310
Sargus 306
Scarabei 310
Scarus 306
Sciurus 299
Scolopendra 307 309
Scombri 306
Scopes 304
Selache 304
Seleucides 302
Sepia 306
Seps 300
Scorpius 310
Scorpius marinus 308
Scorpena 308
Serpentum genera 300
Ser 310
Silurus 306
Simiarū genera 298.308
Sipedon 300
Syroperdix 305
Sis 310
Sitta 304
Smerides 306
Solea 307
Solenes seu dactyli 309
Sphyrena 307
Sphinges 298
Sphizites 304
Sphondylus 307
Spongiarum genera 309
Squilla 309
Stella marina 307 309
Stellio 299
Striges 304
Strombi 309
Strutiones 300
Sturni 304
Suduni 307
Sues 297
T
Tabanus 310
Talpa 299
Tarandus 298
Taurus 297
Telline 309
Testudo 308
Testudo marina eodē
Teredo 310
Tetraones 302
Tigris 298
Thymallus 308
Thoas 296
Tincha 306
Thynnus eodem
Thynnum ibidem
Tyrannus 304
Torpedo 309
Torsio 305
Tragelaphus 296
Trynga 305
Thrissa 306
Tritones 307
Trichiæ 306
Tryxalis 310
Trips 310
Trigon 306
Trochus eodem
Trocta eodem
Trochilus 304 308
Turdus ibidem
Turtures 301
V
Velia 304
Vertibulum 309
Vermes 310
Vespæ 310
Vipera 300
Vitulus marinus 305
Viuerra 299
Vlula 304
Vmbra uel umbria 306
Vngues 309

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vpupa 302
Vræon 306
Vrtica 309
Vri 298
Vrſi 297
Vulpes 296 307
Vultures 301
Zoophyta 309

PLANTAE.

A

ABIES 312
Abrotanum 317
Abſynthiũ ibi.
Acacia 319
Acer 312
Aconitum 319
Acte 458
Acrimonia 319
Adiantis 318
Adoreum 315
Adrachne 316
Agaricum 314
Ageraton 319
Agnus 315
Agriophyllon 320
Alica 315
Alypium 318
Allium 316
Alnus 315
Aloe 314
Amaranthus 318
Amaracus 316
Ambroſia 320
Amylum 315
Amygdalus 312 458
Amomum 314
Ammonicum 314
Anagallis 319
Anagyris 320 321
Anethum 317
Anemona 318
Androſaces 321
Andrachne 216
Anchuſa 319
Anthillum ibidem
Antirrhinum 321
Apate 320
Aphace ibidem
Apij genera 316
Aqualiculus 287
Arbores glandiferæ 312
Arbores maliferæ 312
Arbores infelices 315
Arbutus 312
Arrhenogonon 321
Arction 321
Argemona 319
Arinea 315
Ariſtolochia 319
Armoracia 316
Arnogloſſum 318
Aron 321
Artemiſia 320 458
Arundo 315
Aſcalonium 316
Aſclepias 320 321
Aſphaltus 314
Aſparagus 319
Aſphodelus 317
Aſter 321
Aſtericum 318
Atractylis 320
Atriplex 316
Auena 319
Auellana 312
Aurelia 318
Aurea mala 312
Auricula muris 319

B

Baccharis 315
Baccæ 312
Balanus 314 458
Bacchar 313
Baccinij uaccinij 318
Braſſica 317 319 379
Ballota 320
Balauſtium 312
Balſamum 313 315
Batrachium 321
Bdellion 314
Beetonica 318
Beta 316
Blitum ibidem
Botrys 320
Borrago uide Bugloſſa
Bromus 321
Bulbi 316
Bugloſſa 318
Bunion 321
Bulapathum 316
Buphthalmon 320
Buxus 458
Butonium 315

C

Calla 322
Chalbana 314
Calcifraga 321
Calta 318
Chamemelon ibidem
Chamæacte 458
Chamæpitis 318 320
Chamædrys 320
Chamedaphne 312
Chameciſſus ibidem
Chameleuca 318
Chamæleon 317
Chamelæa 321
Chamæſyce ibidem
Capnion 458
Canaria 319
Capparis 316
Capillus Veneris 318
Caprificus 315
Carduus 317 319
Caricæ 315
Caryophyllon 318
Carota 318 458
Caſtanea 312
Caſia 314
Caucalis 320
Caucamon 314
Centaurea 320
Cenchris 312
Cerinthe 318
Ceſtron 318
Chelidonia 319
Cedrus 315
Cedria, Cedrides ibi.
Cepa 316
Cepæa 320
Ceraſus 313
Cerebra palmarum 313
Cyanus 318
Cicuta 321 457
Cichorium 316 458
Cicer 315
Cicercula ibidem
Cicerbita 316
Cyndrilla 318
Ciclaminus 317
Cyminum 317
Cynara 317
Cinnamomum 314
Cynops 318
Cynia 321
Cynogloſſum 318
Cynoſbatos 314
Cyprus ibidem
Cyperus ibidem
Cyperis ibidem
Cyphi 314
Circea 322
Circeſion ibidem
Ciſtus 214
Cytinus 312
Citrus 315
Citreæ menſæ ibidem
Cytiſus 317
Clematis 319
Clinopodium 320
Cnecum 321
Colytea 321
Coccum 319
Coctana 315
Colacia 321
Colocaſium 321
Combretum 315
κονύζα 318
Conſerua 319
Conuoluolus 318
Cornus 312
Coronæ 317
Coronopus 320
Coſtus 314
Coſti radix ibidem
Cotylidon 319
Cotonea 312
Crategus 321
Crategonon 320
Critharmum 320
Chryſanthemon 318 319
Chryſogonon 319
Chryſitis 318
Chryſocoma ibidem
Chryſomela 312
Crocum 314 317
Cucumis 315 458
Cucurbita 316
Cunilæ genera ibidem
& folio 318
Cunilago 316 318
Cupreſſus 318

D

Daucon 316 318
Delphinion 320
Dendrolibanum 315
Dictamum 319
Dipſacos 320
Dracontia 321
Dracunculus 318
Δρῦς 312
Dryophonon 321
Dryopteris 321
Dulcis radix 320

E

Ebenus 458
Ebulus ibidem
Elaphoboſcon 320
Empetron 321
Epetiocaulis 317
Epimedium 319
Epithymum 321
Equappium 316
Eryce 313
Eruca 317 219
Eryſinium 320
Erythrodanum 319
Eruum 315
Eruale ibidem
Eupatorium 319

F

Faba 315
Farrum ibidem
Feniculum 317
Ferula 317
Ficus 315
Flos Iouis 317
Fraga ibidem
Frugum genera 315
Frumentum ibidem
Frutices aquatici 315
Frutices odorati 315
Fungi 319
Furfur 315

G

Galion 321
Galaton ibidem
Garum 306
Glandes 312
Garyophyllon 318
Geranium 319
Getium 316
Gladiolus 315
Glaucion 314
Glaſum 319
Gramen 318
Guadum ibidem

H

Halum 318
Hedera 312
Helenium 318
Helichryſos 318
Helioſelinum 317
Heliotropium 316
Helxine 318
Helleborum 318
Hemionitis 320
Hemerocallis 317
Heptapleuron 318
Heracleotica 458
Hyacinthus 318
Hidrolapathum 316
Hydropeperi 214
Hioſiris 321
Hypericum 320
Hippice 319
Hipociſtus 314
Hipochœris 320
Hippomarathton 316
Hippoſelinũ ſeu equappium 316
Hippuris 319
Hyſopum 317
Holoſteon 321
Hordeum 315
Holcus 321
Holuſatrum 316
Hormum 315
Hortenſia 315

I

Ia 318
Ibiſcum 318 321 458
Idea 321
Intibum 316 458
Ipnum 315
Iryon 314
Iſopyron 321
Iſatis 316 319 458
Iuglandes 312 458
Iuncus 314 315
Iuniperus 315

L

Labruſca 318
Lactaria 318
Lactuca 316
Ladon 314
Ladanum 314
Lagenis 321
Lapathi genera 316
Lappa 319
Laſerpitium 318
Lathyris 321
Laurea 318
Laurus 312
Lauer 318
Legumina 315
Lens ibidem
Lentiſcus 315
Leontopetalon 320 321
Leontopodion 321
Leucanthemon 318
Leucas 320
Leucoia 319
Lychnis ibidem
Liguſtrum 318 322
Lilium 317
Limonium 318
Linozoſtis 321
Lirium 317
Lithoſperma 320
Lotus 458
Lupinus 315
Lutea 318 322

M

Macer 314
Malorũ plura gña 312
Malua 316
Maiorana 316
Malobathron 314
Manna 314 458
Mandragoras 318
Marathrum 317
Marrubium ibidem
Maſtiche 314
Meliſſophyllum 317
Melilotos 317
Melãpodium 319
Meniſphlora 315
Menta 317
Meſpilus 312
Metopium 314
Myagros 321
Microcomum 321
Milium 315
Millefolium 319
Myricæ 315 314
Myrobalanum 314
Myrrha 315
Moly 318
Morus 315
Muria 306
Muriſauricula 319
Muſcus 319

N

Napum 458
Narciſſus 317
Nardus 315
Nardũ ruſticum ibidẽ
Naſturtium 316
Nautea 458
Nepeta 317
Nerium 321
Nymphæa 320
Nucũ genera 312 458

O

Ocymum 316
Oenanthe 314 318
Oenothera 321
Olea 312
Oleaſter 312 315
Oliuarũ genera ibidẽ
Oleagnus 315
Oleſtium 319
Olyra 315
Opobalſamum 313 315
Opium 316
Origani genera 316
Orchys 321
Oryza 315
Ornithogalon 320
Oxygarum 306
Oxybaphum 319
Oxylapathum 316

P

Pæonia 320
Palladium 321
Palma 315
Phaſelion 321
Phaſeolus 315
Phalaris 320 321
Phalangium 320
Paliurus 319
Pancratium 320
Panacea 314
Panax 314 316
Panicum 315
Papauerũ genera 316
Papyrus & chartæ 315
Parietaria 318
Parthenium 318
Paſtinaca 316 458
Pedegallinaceum 320
Phelandrion 321
Phœnix palma 315
Pelecynus 318
Pentapleuron ibidem
Pepones 315 458
Peplis 318
Peplon ibidem
Peplus 321
Peplion ibidem
Perſica 312 358
Perſeum 316
Perdicium 318
Periſterion 319
Periclimenos 321
Pes gallinaceus 318
Petroſelinum 316
Peucedanum 320
Pezices 319

Picea 312
Phyllon 321
Pinus 312
Pineacarduus 317
Piperitis 316
Pira seruanda 413
Pyrus 313
Pisum 315
Pistacia 312
Platanus 313
Plantago 318
Phleum 315
Phlomon 318
Phœnix 313
Polenta 315
Polygonaton 319
Polygonon ibidem
Polygalum 321
Polyrizon 320
Polycnemon 321
Polymonium 319
Polium 320
Populus 313
Portulaca 316
Porrum 316
Proserpinaca 321
Prototomi 317
Pruna 312
Psyllion 322
Ptarmice 320
Pteris 321
Ptisana 315
Pulegium 317
Pultes 315

Q

Quinquefolium 318

R

Rha ponticum 314
Rha barbarum ibidē
Rhacoma 315
Rhamnus 319
Radicula 458
Radix Assyria ibidem
Raphanus 315 458
Robium 319
Rhododaphne 321
Rosmarinus 316
Rosa 317
Roseum ibidem
Rhitace 318
Rhus 314
Rumex 316
Ruscus 319
Ruta 317

S

Salix 313
Saliunca 317
Saluia 316
Sambucus 458
Sanguinaria 319 320
Sarcocola 314
Satureia 317
Satyrium 321
Saxifragia 318
Scamonia 319
Scilla 321
Scolymus 319
Scaropegia 318
321
Scolopendrium 320
Scorpiurus 316
Sedum 318
Sempe uiuum 318
Seris 316
Serpyllum 317
Sesamum 315
Seselis 318
Sycis 321
Sycomorus 313
Sida 315
Syderites 318
Silago 318
Siligo 315
Siler 313
Similago 315
Symphyton 318
Sinapi 316
Sion 318
Siser 358
Sisymbrium 317
Smilax 312
Solatrum 458
Soncus 316
Sorba 315
Spartum 315
Spica 314
Spinarum genera 314
Splenion 320
Sphodylion 320
Straphilinus 316 458
Stacte 314
Stratiotes 319
Styrax 314
Strychnon 319 458
Strutheon 319
Suffrutices 315

T

Tamarix 313 314
Thalictrum 321
Thapsia 321
Taxus 312
Teda 312
Theligonon 320
Thelypteris 321
Telephion ibidem
Therebinthus 313
Teucrium 320
Tilia 312
Thymum 317
Tymbra ibidem
Typhe 320
Tithymalum 318
Tragacantha 314
Tragopogon 320
Tragoriganum 316
Thryallis ibidem
Tribuli 319
Trichomanes 331
Trionum 315
Tripolium 320
Triticum 315
Thus 315

V

Vaccinium 318 322
Verbascum 305 318
Verbena 458
Vinca peruinca. 318
Vinaciola 313
Violæ 318
Viola alba ibidem
Vites 313
Vitex ibidem
Vitis agrestis 318
Vitis alba ibidem
Vlmus 313
Vmbilicus Veneris 319
Vnedo 312
Vnguenta 317
Vrtica 319
Vua 313
Vua seruanda ibidem
& folio 458

X

Xylobalsamum 313
315
Xylocinnamomum fo
lio 314
Xyphion 318

Z

Zea 315
Zinziberis 314
Zizifus 313

A

Abscessus 290
Achores 285
Apoca 292
Acrocordo/
na 290
Acuta febris eodem
Aemorrhois 488
Aegilops 285
Agrippæ 288
Alimēta & excre. 290
Alopecia 285
Alphi 289
Amaurosis 284
Amblyopia ibidem
Anastomosis 290
Antylogloſſi 284
Anchilops 285
Ancurysma 285
Angina 285
Antidota uide Apoca
286
Anhelit⁹ difficultas 285
Antheromata 290
Animi defectio 289
Anorexia 286
Apoplexia 288
Aphthæ 284
Apoptosis 285
Apostemata 290
Aphemerina 290
Aqua intercus 288
Aquilini 284
Arquatus 288
Arpe 290
Area 285
Argemon ibidem
Ascites 288
Asthma 285
Atheromata 288
Attoniti 288
Atocia 288
Atonia 286
Atra bilis 292
Atrophia 289
Aurium morbi 284

B

Balani 292
Balnea 291 329
Batrachus 284
Bilis 298
Bothrium 285
Broncocele 284
Bubocele 287
Bulimus 286

C

Cachexia 289
Chalazia 285
Caluities 291
Calculus 285
Canities 291
Capitis morbi 285
Capilli fluxus ibidem
Cardiacus 286
Caros 288
Carbunculus 289
Cariatides 285
Carcinoma 283 289
Catarrus 283
Catoche 288
Catalepsis eodem
Chemosis 285
Cerion 290
Cerusicum morbi 285
Cerebrum 285
Cephalea 283
Cynanche 285
Cion ibidem
Cynantropia 288
Chironeum ulcus 289
Cirson 289
Cirsocele 287
Clysteria 292
Clides 285
Cnesmus 289
Coclites 284
Cor 286
Cœliaci 286
Cœloma 285
Chlamys 284
Cholera 286
Coles 287
Comitialis morbus 288
Conuulsa 290
Cophosis 284
Coriza 285
Cordis accidentia 285
Costæ octonæ 285
Cremasteres 287
Crethe 283
Critici dies 290

D

Decessio 290
Deiectio alui 281
Dentati & dētes ac den
tium morbi 284
Diabrosis 285
Diabetes 285
Diaphragma 284 286
Diaprosis 290
Diaplasma 292
Didymi 287
Dies critici 290
Distillationes 285
Dyspnoia 287
Dystochiasis 285
Dystocia 288
Dysuria 287
Dysenteria 286
Dyscoia 284
Dolor capitis 285
Dracontium 285
Drimtasis 284
Ductio alui 292

E

Ecpiesmus 284
Ectica febris 290
Ectropia 283
Elephantiasis 289
Emplastrum 292
Emphysma 283 287
Empiema 285
Emprostoton 285
Encanthis 283
Enterocele 287
Ephelides 285
Ephialtes 288
Ephemera febris 290
Epialus ibidem
Epicauma 285
Epilectici 288
Epiplocele 287
Epatice 288
Epistrophe 285
Epinyctis 289
Epneumatosis 286
Epulis 284
Erotes 288
Excrementa alui. 290
Exomphelos 287

F

Facici morbi 285
Febres uariæ 290
Fel 286
Fistulæ 290
Furunculus ibidem
Furor 287
Frictio 291
Fluxus uentris 287
Fluxus muliebres ibid.

G

Gangrena 289
Genitura 287
Glauci eodem
Glaucoma 284
Goniorrhea 287
Gramiæ 283
Grauedo ibidem

H

Hæmorragia 287
Hemicranea 283
Hemitriteus 290
Hepar 286
Hepatici ibidem
Herisypilas 289
Hermaphroditi 287
Hernia 287
Hydrocele 287
Hydropicorū genera
288
Hypercatharsis 287
Hypocaustum 291
Hypochyma 284
Hypopios 285
Hypoplasma 283
Hypospatismus ibidē
Hyptiasmus 286
Humores 252

I

Ictericus 288
Ignis sacer 289
Ileon 286
Ileus ibidem
Ilia 287
Incubi 288
Inflammationes 290
Insaniæ genera 288
Intercus aqua 288
Intertrigo 289
Insomnia 291
Intestinorum noia 286
Ischuria 287

L

Labeones 284
Lagophthalmia 283
Lenticulæ 285 289
Leontiasis 289
Lepra 289
Lethargus 288
Leucoma 282
Lichenes 289
Lienosi 286
Lienteria 286
Lycantropia 288
Lingua 284
Lingula ibidem
Lithiasis 283 285
Linguæ morbi 284
Loci 287
Lunatici 288

M

Malagmata 202
Melicerides 283 290
Menses mulierum 287
Melancholia 288
Mentagra 289
Myocephalon 284
Myopes 284
Myrmeciæ 285 289
Mochtheria 283
Mogilali 284
Monstra 288
Morbus comitialis 288
Morbus regius 288

N

Narium morbi 284
Narce 458
Narcodes ibidem
Nasones 284
Nausea 286
Nephelion 285
Nyctilopes 284
Nomæ 289
Nuscitiosi 284

O

Oculorum morbi 283
Olei usus 317
Opistoton 285
Ophiasis 283
Ophis ibidem
Ophthalmia ibidem
Orthopnoia 285
Otalgia 284
Ozæna 284

P

Phalacris 285
Pharmaca 289
Papulæ 289
Paralysis 288
Parasynanche 285
Paronychia 415
Paroxysmus 292
Parotides 284
Paristhmia 285
Parulis 284
Pastilli 292
Pericarpion 290

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perigalion 288
Perniones 289
Peſſi 292
Peſtilentia 290
Pyriaterium 292
Pityriaſis 285
Pili 291
Pyria 292
Pituita 285
Phymata 287 289
Phymoſis 287
Phygetlon 289
Pleuretis 285
Phlictena 289
Polypus 284
Pneumonia 285
Phreneſis 288
Porrigo 285
Poſca 453
Priapiſmus 287
Proptoſis 284
Pſydracium 289
Pſorophthalmia 285
Pſora 289
Pterygium 283 458
Ptiloſis 285
Phthiriaſis 285
Phthiſis 284
Pulmo 286
Puſtulæ 289
Q
Quartana febris 290
Quotidiana febris eo.
R
Regius morbus 288
Rhegmocaſmus 298
Remiſſio 291
Reiectio ſanguinis 290
Renum uitia 285
Rhydes 285
Rupta 290
S
Sanguis 282
Sarcocele 287
Scabies 289
Sacellum 283
Sarcites 288
Satyriaſis 289
Scirrum 289
Sciroma 287
Sclerophthalmia 285
Scotoma 288
Scrotum 287
Serpitiones 289
Sfacelus ibidem
Sycoſis 285
Simones 284
Syntexis 286
Synchyſis 285
Synanche 285
Symphyſis 284
Syriaſis 285
Signa mortis 290
Sopores 285 288
Syringæ 290
Sphrangitides 285
Spaſmus 285
Spina 285
Splen 286
Spondyli 285
Staphyloma 284
Steomata 285
Stigmata 285
Stomachia 286
Strabones 284
Stranguria 287
Strangulatio ibidem
Struma 285 289
Sudatorium 292
Suſpirioſi 458
Sugillata 285
T
Tabis genera 289
Tenontes 285
Tertiana febris 290
Therioma 289
Termintha 290
Tetanum 285
Thymus 287 290
Titillatio 286
Thlaſis 284
Tympanites 288
Tonſillæ 285
Tormina 286
Thoracis dolor 285
Trachoma 283
Trichiaſis 285
Tuſſis ibidem
V
Varij 285
Venæ 282
Vermes in aluo. 287
Vermina 286
Verrucæ 285 289
Veſicæ dolor 287
Veternus 288
Viſcera 287
Vlcera hiberna 289
Vnguētorū luxuria 517
Vua 285
Vulua 287
X
Xerophthalmia 287

Finis tabularum ſecundi Tomi.

TRACTATVS Tertij Tomi.

A
Abſtemij 379
Abſtinentia 580
Adagia 402
Aedificatio 32
Aetates animaliū 367
Agricultura 511
Amor 375
Analytica 426
Anima 442
Apophthegmata 534
Architectura 527
Architecti 530
Arithmetica 405
Aſtrologia 412
Auaritia 576
B
Bellica 556
Bellorum celeritas 554
Bella gerēdi ratio ibid.
C
Ciborum genera 577
Cœlum 446
Cœli & terræ prog. 589
Coniugium 562
Conuiuia 545 577
Coronæ & coronarum uſus 517
D
Defunctorū memo. 571
Defuncti laudādi 571
Dialectica 424
Diuitiæ 574
Diuinatio 560
Dolor 569
Domꝰ & eius ptes 527
Ducum dicta 555
E
Elenchi 450
Elocutio 400
Enunciatio 425
Ethica 416
F
Felicitas 565
Figuræ orationis 400
Fletus 582
Fluminum filij 597
Fortuna 559
Frugalitas 580
Funerandi mos 571
G
Gemmæ 525
Geometria 408
Generatio & corruptio 445
Genera dicendi 400
Grammatica 382
Gratiæ 559
H
Harmoniaca 406
Hermenia ſiue enunciatio 425
Honeſti partes 532
I
Iactantia 537
Inuidia 569
Inſtrumēta muſica 407
Ira 568
Ironia 537
Iuſtitia 538
Iuriſcon. ueteres 540
L
Labor 565
Lapides 525
Legiſlatores 540
Leges 548
Liberi 565
Lini genera 550
Loquendi libertas 537
Ludi 547
Luna 415
M
Magiſtratus 547
Machinæ fabriles 530
Machinæ bellicæ 556
Memoria 401
Menſuræ 556
Metallica 525
Meteora 448
Metaphyſica 450
Militia 552
Mors 570
Modeſtia 572
Morbi 288
Muſica 406 407

Nomina

N
Nomina 558
Noſſe ſeipſum 535
Nummi 556
Nuptiæ 562
Numeri 406
O
Ocium 566
Oeconomica 424
Occaſio 567
Optice ſeu proſpectiua 412
Orandum quid 543
Ordines religioſorum 537
Ordo anachoritarum ibidem
Ordo canonicorū 238
Ordo Baſilij 538
Ordo ſancti Benedicti multiplex 239
Ordo Cluniacen. 238
Ordo Carthuſien. 239
Ordo Ciſtercien. ibidē
Ordo Camalduleñ. 239
Ordo Albigen. 240
Ordo prædicatorum ibidem
Ordo minorum 241
Ordo eremitarum ſancti Auguſtini 242
Ordo carmelitarū 245
Ordo ſeruorū eodem
Ordo Ieſuatorū ibidē
Ordo Cæleſtinorum ibidem
Ordo regularium canonicorum 16. Sancti Georgij ibidem
Ordo canonicorū montis Oliueti ibidem
Ordo eremitarum Sancti Hieronymi 242
Ordo eremitarum Honophri ibidem
Ordo militum ſancti Ioannis ibidem
Ordo Templariorum 244
Ordo Teutonicorū ſanctæ Mariæ eodem
Ordo militum S. Iacobi 244
Ordo militū Ieſu Chriſti ibidem
Ordo milítum alcanta. ibidem
Oratores neoterici. ibi.
Orthoepia 385
Orthographia 384
P
Paraſiti 536
Paralipomena 453
Parſimonia 579
Patria 564
Patientia 569
Paupertas 575
Pauimenta 528
Peri hermenias 425
Pigmenta 524 448
Philoſophia 415
Phyſica 438
Plantæ 511
Poetica 586
Polyphagia 577
Politica 410
Preces 571
Principatus & præcepta de principe 550
Prodigi 578
Pronœa ſiue prouidentia 560
Proſpectiua ſiue optice 412
Proportio 412
Prudentia 500
R
Rhetorica 598
Riſus 582
Romani magiſtratus 547
S
Sacra 543
Saltatio 408
Scommata 404
Scribēdi modus apud ueteres 588
Sepulchrorū cura 571
Serui 564
Sericum 550
Solitudo 567
Sol 412 457
Stratagemata 553
Stultitia 538
Sumptus 577
Sumptuoſi 578
T
Taciturnitas 537
Tempus 567
Theologi Neoterici, ut deantur in ſuis ordinibus.
Topica 432
Tyrannis 551
V
Veſtes 531 454
Veritas 556
Verecundia 572
Vinum 579
Vnguentorum luxuria ac nomina. 517

Finis omnium tabularum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Segmentorum cœleſtium breuis explanatio.

IN TELLVRE metienda quale ac quantũ conſiderari ſolet. Primum chorographi eſt: aut cuiuſuis grãmatici ſeu periti regionum ſimul & picturæ: ſingula enim ſectatur, maria, mõtes, flumina, portus, oppida, quæq; citra proportionis curã deſcribendo. Secundũ uero coſmographi tantum, aut mathematici: ubi orbis magnitudinem ad cœli rationem accõmodare: præterea dierum noctiumq; uarietatem, ac incolarum ſitusq; differẽtiam & naturã inſpicere oportebit. De hoc igitur paucis ex Ptolemæi, tum aliorum libris autorũ ante omnia diſſerẽdum: ut plane hoc deuorato tædio liberum ſit loca ipſa quod ad reliquam pertinet hiſtoriã enarrare. Quartam ſphæræ partem ſpecie chlamydis ponit habitam, longitudine ab inſulis fortunatis uſq; ad Sinarum regionem in partes quas Græci κλίσεις, noſtri uero mathematici gradus uocãt, clxxx. ſpatio ſegmentorum meridianorũ xxxv. quinq; gradus quolibet obtinente, tertiaq; horæ parte diſtãte. Gradus item xv. hora qualibet habente diſſimiles, alioqui nec eodem omnes ſpatio, ob ſegmentorum anguſtiam, quanto magis polo propinquant. Horum igitur graduum differentiam per remotionẽ ab inſulis ipſis fortunatis, Temporis uero à ciuitate Alexandrea ſiue ad ortum, ſiue ad occaſum accipit: horarum æquinoctialium xij. ſpatio, Marini Tyrij mẽſuram interpolando, qui xv. ſcripſerat, nimium orientẽ tranſgreſſus. Totam itaq; noſtri orbis longitudinem ſuper æquinoctiali xc. mil. ſtad. metitur, quæ milliaribus conſtant xi. millibus ac ccl. Super ſegmento autem maxime ſeptentrionali, qui per Thylen ſcribitur, ſtad. xl. mil. Dcccxlviij. Super Syenes lxxij. Super Rhodi ſegmẽto qui mediam ferè latitudinem tenet lxv. latitudinẽ uero à Thyle ad æquinoctialem gradibus lxiij. terminauit, & ultra quicquid ad oppoſitũ Meroes ſegmentũ protrahitur: Marini ſimiliter deſcriptione interpolata, qui uſq; ad capricornum proceſſerat. Climatis inſuper vij. Segmentis uero (Sic enim Plinius lineas uocat parallelas) xxi. diſtinxit incuruis ob ſphæræ obliquitatẽ: ac horis viij. differentibus. Gradus autẽ non ſicut in longitudine ſunt inæquales, ſed eodem omnes cum æquinoctiali obtinent portionem, tantũ numero diſcreti. Nam polo uiciniora climatum ſegmenta paucioribus diſtãt gradibus, ex quo minus habent telluris, plus uero temporis diurni. In primis ſub æquinoctiali dies ſemper xij. horarum eſſe uoluit. Longitudinis uero ſub eo gradus unus lxij. ac ſemis milliaria continet, id eſt, ſtadia quingenta. Trãſit autem per Aethiopum regionẽ, Taprobanen, & Cherſonneſum auream. Primũ ſegmentũ horis xij. xv. gradibus ab æquatore iiij. xv. Secundũ ſegmentũ horis xij. xxx. grad. ix, xv. Tertiũ ſegmentũ principium primi climatis horis xij. xlv. grad. xij. xxx Gradus unus in eo longitudinis cõtinet milliaria lx. Quartũ ſegmẽtum mediũ primi climatis Dia Meroes horis xiij. grad. xvi. xxx. Tranſit per Meroen & extremos Arabiæ fines ac initium gangetici ſinus & magni. Quintũ ſegmentũ principiũ ſecũdi climatis, & finis primi horis xij. xv. gradibus xx. xiiij. Sextum ſegmentũ, medium ſecũdi climatis Dia Syenes horis xij. xxx. grad. xxv. li. Vnus in eo longitudinis gradus milliaria ferè lvij. continet. Tranſit per Getuliam & mediam Indiam extra Gangem. Septimum ſegmentum principiũ tertij climatis, & finis ſecũdi horis xiij. xlv. grad. xxvij. xij. Tranſit per Libyam interiorem. Octauum ſegmentũ medium tertij climatis Dia Alexandreas horis xiiij. grad. xxx. xij. Vnus in eo longitudinis gradus milliaria ferè liij. cõtinet. Tranſit per Mauritaniã Tingitanã, Africam minorem, Syrtim magnam: Arabiæ petrææ medium, Oſtia rygridis, ſinum Perſicum, Carmaniam, Drangianã, Aracoſiam. Nonum ſegmẽtum principiũ quarti climatis horis xiiij. xv. grad. xxxiiij. xvij. Tranſit per montes Athlanticos, Africæ littoralia, ſinum Numidicũ, medium Babyloniæ & Perſidis, ac extremam Aſiæ partem. Decimum ſegmẽtum medium quarti climatis Dia Rhodu horis xiiij. xxx. grad. xxx. Vnus in eo lõgitudinis gradus cõtinet milliaria. L. Tranſit per fretum Herculeum, Sardinię finem, Lilybœum, Strophades, mediã Peloponneſum, mare Adriaticum, Myrtoum, Rhodum, Halicarnaſſum, Patara, ſinum Iſſicum, Meſopotamiam, Aſſyriam, Parthiam, Paropaniſades. Vndecimũ ſegmentũ principium quinti climatis, horis xiiij. xlv. grad. xxxviij. xxxvi. Vnus in eo longitudinis gradus cõtinet mil. xlix.

Exhoræ quarta parte differentia.

Dia Meroes

Dia Syenes

Dia Alexandreas

Dia Rhodu

Dia Romes

Trãsit per Beticam, pelagus balearicũ, Pelorũ, Siciliæ insulas, Veliam Calabriæ promon. Epirum, Thebas, Clazomenas, Tripolim, Iconiũ. Duodecimũ Seg. Dia Romes siue Hellespontu mediũ quinti climatis, horis xv. grad. xli. lvi. Vnus in eo longitudinis gradus cõtinet mil. xlvij. Transit per Lunæ montẽ, qui sinũ recipit Vlyssiponensem, Toletũ, Segobricam, Barcinonem, Corsicæ partẽ septentrionalem, Romã, Misenũ, Neapolim, Garganum montẽ, Dirrachium, Candauiæ montes, Lemnum, Hellespontũ, Troadis regionẽ, Antitaurum, Armeniam minorẽ, Caspios, Hyrcanos, Scythiam extra Imaum, Sericam. Decimum tertiũ Segmentũ principiũ sexti climatis per Byzantios horis xv. xv. grad. xliij. xv. Vnus in eo lõgitudinis gradus milliaria xlv. cõtinet. Trãsit per Brecaros, Vacceos, Masburgos, Calagurium, mediũ Iberum, Tolosam, Arelate, Massiliam, Alpes Italiæ, Genuam, & eius littora: Lucã, Perusiam, Firmũ, insulas diomedeas, Traguriũ, extremam Mœsiam superiorem, Byzantiũ, Paphlagoniã, Cappadociam, Ponti oram, Trapezũtem. Decimũquartum

Dia Pontu

Seg. Dia Pontu mediũ sexti climatis, horis, xv. xxx. grad. xlv. ij. unus in eo lõgitudinis gradus continet milliaria xliij. Transit per Callæcos, Astures, Cantabros, Aquitanos, Aruernos, Auscios, Allobrogas, Alpes, Venetias, Benacum, Tergestũ, Illyricũ, Pannoniæ inferioris extrema. Dacię partẽ, Danubiũ, Pontũ, Mare Caspium, Sacarũ regionem. Deinceps

Ex semihora differentia. Dia Borysthenes

ex semihora differentia. Decimumquintum Seg. septimi climatis Dia Borysthenes, horis xvi. grad. xlviij. Vnus in eo longitudinis gradus cõtinet milliaria fere xli. Transit per ostia Ligeris, Galliã Lugdunẽsem, Parrhisios, Remos, Argentoracũ, Eremũ Eluetiorũ, Marcomannos, Borysthenis ostia, Tauroscythas, Tauricã Chersonesum, Scythiã extra Imaũ. Decimumsextum Seg. horis xvi. xxx. grad. li. xxxij. Vnus in eo longitudinis gradus mil. fere xxxviij. cõtinet: trãsit per ostia Sequanæ Bellouacos, Atrebates, Coloniam Agrippinam, Longobardos, Poloniam minorẽ, Mæotidem, Sericã regionẽ. Decimumseptimũ Seg. horis xvij. grad. liij. Vnus in eo longitudinis gradus cõtinet milliaria xxxvi. Transit per Cantios, Londinũ, ostia Rheni, partem oceani germanici, Phrisios, Poloniã maiorem, Roxolanos, Tartaros, ostia Tanais, partẽ Sericæ regionis. Decimumoctauũ Seg. horis xvij. xxx. grad. lvi. Vnus in eo longitudinis gradus cõtinet milliaria xxxv. Transit per mediam Britanniam, Saxones, ostia Albij & Vistulæ fluminũ, Phennos, Gythones, conuersionem Tanais, Rha flumen, Scythiam intra Gangem, sericam regionẽ, Deinceps ex hora differẽtia.

ex hora differentia

Decimumnonum Seg. horis xvij. grad. lviij. Vnus in eo lõgitudinis gradus milliaria ferè xxxij. cõtinet. Transit per Iberniæ & Scotiæ Britannicæ partẽ, Cimbricã Chersonesum insulam Scandauiam, Oceanũ germanicũ, Leuonios, Rypheos: ubi aræ Alexandri. Vigesimum Seg. horis xix. grad. lxi. Vnus in eo lõgitudinis gradus milliaria cõtinet ferè xxxij.

per Thylen

Transit per extremã septentrionalem Iberniam, & Oceanũ Deucaledoniũ & Sarmaticũ, Hyperboreos, & extremos Scythiæ populos. Vigesimumprimum Seg. per Thylen horis xx. grad. lxij. unus in eo lõgitudinis gradus cõtinet milliaria xxvij. Et hæc quidẽ segmenta, quæ cũ æquatore erunt numero xxij. cumq; indice mox abaci sequẽtis cõuenient. Inter climata uero interualla sunt huiusmodi. Primũ stadiorũ quinq; milliũ cccxv. Secundum quatuor milliũ Dccc. Tertiũ quatuor milliũ cccxvi. Quartũ trium millium Dxxxvij. Quintũ trium millium cl. Sextũ duum millium Dcxxvi. Septimũ duum millium cclxxv.

Ratio Gnomonis & umbrarum ex Plinio, ac Ptolemæo.

Gnomonis & umbrarum ratio

PLINIVS uero umbris & Gnomone, quem umbelicum uocat, hæc interualla distinxit, ut quarta pars Sphæræ xc. gradibus constans, ita uariet Gnomonem, ut quanto is à Sole recesserit, maiores faciat umbras. Ex quo in Aegypto ac eius parallelo æquinoctij tempore, umbra paulo plus quàm dimidiam Gnomonis mensuram efficit. In regione Venetiæ & eius parallelo, qui gradibus xlv. distat ab æquinoctiali, eo quod mediũ spatium quartæ sphæræ partis corripit, umbra par est Gnomoni. In urbe Roma quæ gradibus prope xlij. attollit: nona pars Gnomonis umbræ deest: quod nona pars de partibus lx. deficiat, quæ mensura supereſt umbræ in parallelo per Borysthenẽ gradibus propè xlix. distante. Nos tamen posteriores qui in hac arte diligentius scripserunt sequemur. Quapropter ex Ptolemæi editione magna, quã Almagestum uocant lib. ij. indicem pulcherrimũ subiunxi: qui res huiuscemodi demonstrat. Primo climata vij. Lineas parallelas xxxix. Latitudinẽ cuiuslibet circuli ab æquinoctiali. Nomina locorũ supra quæ transeunt lineæ. Quantitatẽ umbrarum per partes Gnomonis sub

sub prędictis lineis existẽtes in signis æquinoctialibus & tropicis. Prętera in quibus regionibus umbra est meridionalis, & nulla. Nã quãdo Sol distat à tropico Cancri tot gradibus quot ponũtur in linea, umbra est nulla: tunc enim supra uerticẽ consistit. At quãdo paucioribus distat tunc umbra est meridionalis: quando uero pluribus, est septentrionalis usque ad secundũ clima quod transit Dia Syenes. Deinde septentrionales tantũ umbræ scribuntur usq; ad lineam xxij. inde reliquæ facile deprehendi possunt ex adnotatarũ proportione usq; ad lineã xxxiij. Postea uero in sequentibus usq; ad polum umbræ uoluuntur. Et ideo mensibus & non horis linea quælibet adnotatur. A linea uero xxxiij usq; ad xxix. adnotantur horæ. Ab ea uero usq; ad xxv. semihoræ. Quæ deinde sequũtur usq; ad prima lineam, quartæ horarum partes. Gnomon autem constituitur partium lx.

	Lineæ paral lelæ	Longitudo horarum Ho	M	Latitudo linearum G	M
Circulus eq. noctialis	1	12	0	0	0
	2	12	15	4	15
	3	12	30	8	15
Principium pri. climat.	4	12	45	12	30
	5	13	0	16	27
Prin. ij. cli.	6	13	15	20	14
Vmbra sep.	7	13	30	25	51
Prin. iij. cli.	8	13	45	27	12
	9	14	0	30	22
Prin. 4. cli.	10	14	15	33	18
	11	14	30	36	0
Prin. 5. cli.	12	14	45	38	56
	13	15	0	40	56
Prin. 6. cli.	14	15	15	43	15
	15	15	30	45	1
Prin. 7. cli.	16	15	45	46	51
Medium	17	16	0	48	32
	18	16	15	50	15
	19	16	30	51	30
	20	16	45	52	50
	21	17	0	54	1
	22	17	15	55	0
	23	17	30	56	0
	24	17	45	57	0
Media hora	25	18	0	58	0
	26	18	30	59	30
	27	19	0	61	6
	28	19	30	64	0
Deiceps hora.	29	20	0	63	0
	30	21	0	64	30
	31	22	0	65	30
	32	23	0	66	0
Vmbræ uoluuntur.	33	24	0	66	10
	34 M.	0	67	0	
	35 M.	0	69	30	
	36 M.	0	73	20	

	Partes gnomonis in æquatore	In Cancro	In Capricorno	Vmbra meridiõ, & nul.
Taprobane	0 0	26 2	30 26	50
	4 21	21 20	32 0	57 30
	8 50	16 30	57 54	69
	13 20	12 0	44 40	47 46
Meroe	17 45	7 45	51 0	54
Napata	22 10	5 45	58 41	31
Syene	26 30	0 0	65 50	
Thebais Ptolemais	36 50	5 30	74 10	
Alexandrea	35 5	6 50	85 5	
Phœniciæ medium	39 30	10 0	95 5	
Rhodus	43 56	12 55	103 26	
Smyrna	47 50	15 40	114 55	
Hellespontus Roma	52 10	18 30	137 50	
Massilia Byzantium	55 55	20 50	140 15	
Pontus Venetia	60 0	23 15	155 5	
Danubij fontes	63 55	25 30	174 55	
Borysthenis ostia	67 50	27 30	188 55	
Meotidis medium	71 26	29 55	208 20	
Britãnię maio. australia.	75 25	31 25	229 20	
Rheni ostia	79 5	33 20	253	
Tanais ostia Londinũ	82 55	34 55	278 45	
Brigantium	85 20	36 14	304	
Britãnię maioris mediũ	88 50	37 40	335	
Britãniæ maio. borealia	92 25	39 20	372 40	
Britãnię mino. australia	69 0	40 44	419 5	
Britãnię minoris mediũ				
Britãniæ mino. borealia				
Supra insulas boreales				
Thyle				

Polus Articus.

Abacus alius ex eodẽ autore ad deprehendendã nobiliũ locorũ longitudi. ac latitudi.

Loca	Longitudo GM	Latitudo GM	Loca	Longitudo GM	Latitudo GM
Ex Hispania					
Sacrum promontorium	2 50	38 15	Anæ flu. ostia	4 20	37 30

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Longitudo		Latitudo	
	G	M	G	M
Calpe mons	7	36	36	15
Iulia regia	8	30	38	0
Corduba	0	20	38	20
Caridemũ promontoriũ	11	20	36	30
Neli flu. Cãtabrorũ ostia	12	0	45	10
Carthago noua.	13	0	37	30
Pallantiæ flu. ostia	15	0	39	30
Iberi flu. ostia	15	30	39	20
Taraco	16	20	41	0
Barcinon	17	15	41	0
Ex Gallia.				
Garumnæ flu. ostia	18	30	46	30
Burdegale	16	0	59	0
Aruerni	21		45	
Rothomagus	21	30	51	0
Sequanæ ostia	23	0	50	30
Lugdunum	24	15	45	20
Lutetia Parrhisiorũ	24	30	48	30
Mosæ ostia	25	30	53	30
Itium ꝓmon. Morinorũ	23		53	
Rhedones	21	45	47	20
Aueldæ	24		45	30
Visontium	27		45	45
Forumiulium	27	20	43	30
Vari flu. ostia	28	20	43	0
Massilia	25	30	43	
Ex Germania				
Rheni ostiũ occidentale	27		53	15
Agrippinensis	28	45	51	30
Raurícum	29		48	
Amasi ostia.	28		55	
Amasi fontes	54		56	
Visurgis ostia	35		51	
Visurgis fontes	34		52	
Vistulæ ostia.	45		55	
Ex Pannonijs				
Flexum	40		42	
Theutoburgium	44	15	25	20
Taururum	45	0	45	0
Cibalis	43		45	50
Sirmium	44	30	45	
Aramsci ubi buda	43		48	
Ex Illyrico				
Sicum	43		45	
Salona	43	20	43	30
Lyssus ultimum	45		41	
Arba	40	20	43	20
Corcyra uel Nigra	44		41	
Scorda	45	20	41	
Ex Italia				
Genua	30		42	30
Mediolanum	30	50	44	20
Ticinum	30	30	44	0
Parma	32	10	43	30
Bononia	33	20	43	30

	Longitudo		Latitudo	
	G	M	G	M
Florentia	33	30	43	0
Pisa	33	20	42	30
Arretium	34	20	43	30
Sena	34	20	42	20
Fauentia	34	10	43	30
Ariminum	33	10	43	30
Roma	36	30	41	30
Priuernum	37	50	41	30
Cumæ	36	10	41	30
Capua	36	30	41	20
Parthenope	40	0	41	0
Petilia	40	30	38	30
Tarentum	41	30	39	30
Hydruntum	43		39	
Iapigium siue Salentinũ promontorium	41	20	38	30
Brundisium	42	30	39	20
Ex Sicilia				
Pelorus promon.	31	40	38	30
Drepanum	36	30	36	20
Lilybœum promon.	37	0	36	0
Panormus	37	0	37	0
Hibla mons	38	20	37	0
Aetna	39	0	38	0
Agrigentum	38	30	36	20
Syracusæ	39	30	37	
Pachinus promon.	36	0	36	20
Ex Sarmatia				
Borysthenis medium	53	0	30	40
Borysthenis ostia	57	30	48	30
Riphei montes	63	0	57	30
Tanais ostium orientale	67	0	54	30
Occidentale	66	20	45	10
Ex Thracia				
Nessi ostia	51	30	41	30
Abdera	52	10	41	30
Rhodope mons	52	30	41	30
Byzantium	56	30	43	0
Ex Macedonia				
Pindus	47	40		
Phæstus	47	18	39	20
Antigonea	46	40	41	20
Strimonis ostia	50	15	41	20
Penei ostia	50	30	39	20
Olympus	50	0	39	20
Ossa	50	40	29	40
Othrys mons	50	0	40	30
Pelion	51	10	39	20
Larissa	51	20	38	30
Athos	51	0	38	40
Lemnos insula	53	20	40	30
Scyros insula	54	0	39	0
Ex Epiro.				
Acrocerauni montes	44	20	39	10
Butrotum	45	30	38	30

	Longitudo		Latitudo	
	G	M	G	M
Acheron flu.	47	10	38	20
Ambracia	48	0	38	10
Actium	48	15	37	30
Leucas promon.	48	20	37	40
Acheloi insula	48	30	37	50
Ithaca insula	48	0	37	30
Ex Achaia				
Calidon	48	0	37	40
Eueni ostia	48	0	37	30
Cyrrha mons	50	0	37	30
Delphi	50	0	37	40
Parnassus	51	0	37	30
Thespiæ	51	20	37	40
Orchomenus	51	20	37	40
Cytheron	52	30	37	40
Eleusis Athenæ	52	20	37	10
Aulis	53	30	37	30
Chalcis	53	30	38	0
Chersonesus	54	30	38	10
Caphareus promon.	55	0	37	20
Delus insula	55	20	37	20
Olearus	55	20	37	30
Scriphus insula	55	0	36	50
Ex Peloponneso				
Strophades insulæ	47	20	36	20
Alphei ostia	49	20	35	35
Pilum	48	40	36	0
Elis	49	10	35	30
Troœzen	49	20	35	20
Lacedæmon	50	20	35	30
Eurotæ ostia	50	30	35	10
Epidaurus	51	1	37	30
Inachi ostia	51	30	35	30
Corinthus	51	15	36	30
Isthmus & Nemea	51	1	36	20
Argos	51	20	36	10
Mycenæ	51	30	36	10
Ægina	52	20	36	30
Ex Africa				
Tingis Cæsarea	6	30	35	20
Atlas minor	6	0	33	20
Vtica	23	0		
Carthago	34	30	32	40
Syrtes paruæ	38	30	32	0
Triton palus	38	40	29	40
Syrtes magnæ	43	10	31	0
Cyrenæ	50	0	31	20
Ex Ægypto				
Alexandrea	60	30	31	20
Canopus	60	30	31	0
Nili primum ostium	60	30	31	1
Vltimum	63	15	31	10
Thebe	63	30	25	30

	Longitudo		Latitudo	
	G	M	G	M
Memphis	62	0	29	20
Heliopolis	62	30	28	30
Syene	62	0	29	20
Ex Asia minore				
Abydus	55	20		
Ilium	55	30	41	0
Tenedos	55	0	30	30
Lesbos	55	0	40	0
Mytelene	55	40	39	40
Gnidus	56	15	36	0
Smyrna	57	20	38	20
Colophon	57	40	38	20
Ephesus	57	40	37	40
Mæandri ostia	57	40	37	20
Pergamum	57	20	39	30
Samus	57	0	37	20
Cous	57	0	36	20
Rhodus	57	20	35	20
Miletus	58	0	37	0
Laodicea	59	30	38	40
Antiochea	59	50	38	
Tarsos	67	40	36	30
Thermodontis ostia	67	0	43	15
Tanais	67	30	54	30
Phasidis ostia	72	0	45	0
Colchis	75	30	39	0
Ex Syria				
Carmelus	66	20	32	20
Ptolemais	66	30	33	0
Iordanis	67	40	32	30
Tyrus	67	0	33	20
Sidon	67	0	33	50
Libanus	68	30	34	10
Casius mons	68	30	35	20
Damascus	69	0	33	0
Ex Iudæa				
Iopata	65	40	32	30
Azotus	65	15	31	30
Ascalon	65	0	31	40
Sebasta	65	40	32	30
Hierosolyma	66	15	31	10
Ex Assyria				
Ninus	78	0	36	40
Babylon	79	0	30	0
Ctesiphon	80	0	35	0
Cambisis flu. ostia	81	10	42	30
Ex India				
Bactra	116	0	41	0
Oxiana	117	10	44	40
Bragma	128	0	19	0
Ganges	129	0	17	20
Gangis primum ostiũ	144	30	18	10
Quartum	307	14	18	10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prouinciarũ principia, media & fines. In longitudinis & latitudinis gradibus

	Lõgitudo GGG P	M	F	Latitudo GGG P	M	F
Ex Europa						
Hibernia	7	13	18	82	58	57
Albion insula	14	22	30	62	56	51
Hispania Betica	4	8	12	40	38	36
Lusitania	2	6	12	41	36	37
Tarraconensis	4	12	20	45	39	34
Aquitania	17	16	21	55	51	43
Lugdunensis	16	20	24	51	45	39
Belgica	22	25	29	55	43	49
Narbonensis	21	25	29	45	43	42
Germania magna	27	36	46	59	52	48
Heluetia	29	30	31	47	46	45
Vindelicia	32	33	34	47	46	45
Noricum	34	35	36	49	47	45
Pannonia superior	37	42	48	47	46	45
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42
Illiricum	36	42	49	45	39	34
Delmatia	37	41	46	44	42	41
Italia	28	36	44	45	41	38
Corsica	30	34	39	41	40	39
Sardinia	29	31	33	39	37	35
Sicilia	36	38	40	39	36	43
Sarmatia	47	59	72	68	54	41
Taurica	60	62	64	48	47	46
Iazyges	43	44	45	48	47	46
Dacia	43	51	59	48	45	43
Mœsia superior	45	47	49	44	43	42
Mœsia inferior	47	52	57	48	45	43
Thracia	51	53	56	44	42	41
Chersonnesus	54	0	55	41	0	41
Macedonia	44	49	54	48	43	38
Epirus	44	46	49	39	37	36
Achaia	48	50	53	38	37	36
Euboea	52	53	55	38	37	36
Peloponnesus	46	49	51	35	2	34
Creta	52	53	55	55	44	34
Ex Africa						
Mauritania Tigitana	6	12	18	35	30	26
Mauritania Cesariẽsis	11	18	26	36	31	20
Africa minor	26	36	46	14	30	20
Numidia	20	33	46	38	32	26
Setia	156	166	177	51	44	47
Cyrenæ	47	49	51	31	26	21
Marmarica	51	58	65	39	31	25
Ægypti mediterranea	52	58	65	39	31	23
Libya interior	1	24	41	33	19	5
Æthiopia sub ægypto	59	70	82	22	11	1

	Lõgitudo GGG P	M	F	Latitudo GGG P	M	F
Meroe	61	73	85	12	14	16
Æthiopia interior	10	45	80	12	14	16
Ex Asia						
Pontus & Bithynia	56	59	62	45	41	40
Asia minor	55	58	62	48	41	35
Lycia	59	60	61	37	36	35
Galatia	61	63	66	44	41	38
Pamphylia	61	62	64	38	36	35
Cappadocia	62	65	68	51	44	37
Armenia minor	65	68	71	42	39	37
Cilicia	64	66	69	38	37	36
Sarmatia Asiatica	64	75	87	55	50	46
Colchis	71	72	74	46	45	44
Iberia	74	75	76	46	45	44
Albania	77	81	85	47	45	44
Armenia maior	71	75	76	44	41	38
Cyprus	61	64	67	36	34	33
Syria	66	69	73	39	33	30
Palæstina & Iudæa	64	65	67	32	31	30
Arabia Petrea	65	67	69	31	29	28
Mesopotamia	72	75	79	44	39	34
Arabia deserta	72	75	79	35	32	29
Babylonia	28	59	80	35	22	29
Assyria	76	79	82	39	37	35
Media	80	89	99	43	38	34
Susiana	80	84	88	38	34	30
Persia	85	89	94	35	32	29
Parthia	94	97	100	42	40	38
Hircania	94	97	100	42	40	38
Arabia felix	65	69	74	39	30	11
Carmania	94	99	104	29	25	18
Margiana	101	103	106	43	41	39
Bactriana	111	115	119	44	41	39
Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Scythia intra Imaum	91	97	104	48	45	43
India intra Gangem	109	128	147	37	24	11
Aria	103	106	111	28	35	35
Paropanisus	113	116	119	58	35	33
Drangiana	103	107	111	32	30	28
Aracosia	112	115	118	32	30	28
Gedrosia	105	111	118	28	22	17
India extra Gangem	137	154	172	35	18	1
Aurea Chersonnesus	145	157	169	9	5	2
Sinarum regio	175	177	180	26	10	2
Taprobane	116	125	135	12	6	1

DE PERIOECIS, ANTOECIS, ANTICHTHONIBVS, Perisciis, Amphisciis, Heteroscijs, Antiscijs.

ED locus expoſcit ut de terra deq́ habitatoribꝰ eius pauca in uniuerſum referam. Terram ipſam ſtabilem rotundamq́ ob naturalem grauitatem in medio conquieſcere par eſt: quæ res in primis eſt argumẽto, ſphæricam eſſe, quũ ſit neceſſe undiq́ ab extremis æque abeſſe, ut in libris ſcribitur Meteororũ. Ex quinq́ autẽ zonis, quũ duæ ſint omnium cõfeſſione temperatiores, ex ijs Cleomedes de orbibus cæleſtibus quatuor facit habitationes. Primã dimidiã apparentẽ uerſꝰ arctũ, quã nos homines cogniti colimus. Alterã dimidiã in eodẽ climate terræ nobis circũuerſæ, quã incolere ij quos uocat Periœcos, id eſt, circũcolas putant. Tertiã habitationẽ qui alterã temperatã uerſus auſtrũ colũt, uocatq́ Antœcos, id eſt, anticolas & antomos, q́ humeros nobis obuertant. Quartã qui Antœcis aduerſam ſub terra colunt regionem, quos Antichthones ſiue antipodas nominat, q́ nobis è diametro ueſtigia uertant. Noſtri uero Periœci nõ nobis è diametro ueſtigia, ſed Antœcis noſtris obuertũt. Cũ Periœcis cõmunia habemus, Primo quidẽ eandẽ incolimus temperatã. Deinde eodẽ tempore hyemẽ atq́ ęſtatẽ, aliaq́ anni tempora habemꝰ, incrementa itẽ diminutionesq́ dierũ ac noctium. Differentiã uero tantũ in diebus ac noctibꝰ, q́ luce apud nos exiſtente, apud illos noctem eſſe oportebit, & cõtra. Nõ tamẽ exacta ratione ſol illis oritur, quũ nobis occidit. Nã hoc pacto apud nos longa dies apud illos longa foret nox, & quatuor anni tempora apud nos uariarent auctu & diminutione noctiũ. Sed quũ terrã ſphæricã ſol circũagat, eos ex ordine paulatim illuſtrat, quibus terræ tumoribus ſuppoſitus radios primũ iniſcit in itinere. Quare adhuc ſupra terrã nobis cernitur, quũ alius alijs exoritur. Cũ Antœcis uero cõmunia ſimul nobis, q́ unũ quidẽ illis & nobis eſt hemiſphæriũ & dies, uerũ apud nos maximꝰ eſt dies, apud illos minimus, & cõtra. Variatur autẽ inter nos anni temporibus & auctu diminutioneq́ dierũ & noctiũ. Cũ antipodibus nihil omnino cõmune habemꝰ, ſed omnia cõtraria. Poſthæc è quinq́ zonis tris habitatiões ex umbra Solis nominat idẽ Cleomedes. Periſcios primũ uocat eos qui ſub uerticibus cõſtituti ſunt, ſi modo ſunt ulli, quibus annus in unũ diẽ, unamq́ noctẽ diuidit, ſexq́ ſigna perpetuo eadẽ ſunt ſupra terrã, & totidẽ ſubter. Umbræ igit illis molarũ more circũuoluunt. Alterã habitationẽ ſub æquinoctiali Amphiſcios uocat, quos Sol trinis umbris uerberat: una per cathetũ, alteris utrinq́ diſcedens. Tertiam uero habitationẽ, quæ terras tẽperatiores cõprehendit, noſtrã uidelicet & antœcorũ, q alterã tantũ umbrã habemus, nos ex uno polo, illi ex altero, appellatq́ Heteroſcios. Sunt & Solis Antiſcij, qui in anno in ſimilẽ Sol incidit parallelũ: uerbi gratia XIX. pars Leonis eſt Antiſciũ primæ partis Tauri, & prima Geminorũ eſt Antiſciũ XXIX. Cancri. Sed hæc nihil ad habitatores, niſi q́ ſecũdũ Mathematicos magna in Geneſi & rebꝰ humanis portẽdũt momẽta. Præter hæc aũt umbræ maiores & minores, dextræ ac ſiniſtræ dicunt. Minores quũ Sol eſt in meridie, maiores uero quũ eſt in oriente aut occidẽte, ut Vir. Maioresq́ cadũt altis de mõtibꝰ umbræ. Dextras ãq́ nos habemꝰ, q polũ arcticũ habitamꝰ. Siniſtras q meridiẽ. Nã oriẽs unde initiũ eſt Solis & aſtrorũ, ſeptentrionẽ dextrorſꝰ habet, Siniſtrorſus uero meridiẽ. Luca Ignotumq́ Arabes & uos ueniſtis in orbẽ. Umbras mirati nemorũ nõ ire ſiniſtras. Ex quo auſpicia ſeptentrionẽ uerſus feliciora putabant, ut Ver. Intonuit læuum, Læuum eñ ex parte noſtri orientẽ reſpicientium, ex parte ipſius orientis dextrũ eſt.

Terræ forma
Zonæ
Periœci
Antœci
Antichthones
Antipodes
Tres habitationes
Periſcij
Amphiſcij
Heteroſcij
Antiſcij
Vmbræ maiores & minores, dextræ, ac ſiniſtræ

Quantum orbis habitetur, eiusq́ generatim dimenſio.

NVNC habitatæ finis ſpectandus, quam Ptolemæus ex parte arcti & auſtri ac orientis terra terminat incognita, non tam conſcientia rei quàm mathematica putauerim ratione perſuaſus, ut ex quartæ partis deſcriptione omnia perfectius monſtraret. Nam uniuerſam terram cognitam, oceano uelut inſulam, circunfuſam eſſe, in confeſſo non ſolum apud Homerum, ſed & Orpheum ita canentem. κύκλον ἀκαμάτου καλλίῤῥοον ὠκεανοῖο, ὃς γαῖαν δαίεκται πηχυῖ ἀμφιελίξας. Et Dionyſiũ poëtam. πάντη δ' ἀκαμάτοιο φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο, εἰς μιὴν ἠῶ, πρὸς δὲ ὑπωρυμίησιν ἀρηγώς. Quod quidem experimentis cognitum: Diui Auguſti ſeptentrio totus ad Scythicum pelagus remigatus, ac teſte Plinio conterminæ Cymbrico Cherſonneſo Gleſſariæ ſunt inſulæ, à Græcis Electrides ab electri copia uocatæ, quas Noruuegiam ac Suetiam hodie

Gleſſariæ inſulæ
Noruuegia

Universidad de Deusto
Biblioteca

putamus esse. Altera uero parte ex Indico pelago ad mare Hircanum Macedonum armis Seleuco atq; Antiocho regnantibus nauigatum. Circa Caspium quoque multa oceani littora explorata. Ex parte autem occidentis magna pars meridiani sinus lustrata Alexandri Magni uictorijs. Hanno quoque Carthaginensis uir potens à Gadibus ad Arabum finem circunuectus, nauigationem eam scripto prodidit. Sed iam ueterum testimonio non egemus, dei prouidentia ac felicitate nominis Christiani longe late que nobis orbe patefacto, quum insulas Britannicas & ultimam Thylem olim inadcessas, priscam exutas immanitatem adiri atque frequentari quotidie, tum diuinis personare laudibus, uideamus. Ad Zephyrum prorogatus item terminus, regis Hispaniæ uirtute, ultra fortunatas multis partibus, ad nostros Pericœcos nauibus transgressis ac insulis repertis. Ad austrum uero regis Lusitaniæ nautæ ultra Capricornum præteruecti Antœcos contigerunt. Iidem quoq; mediam Zonam, hoc est, totam sub zodiaco partem habitatam esse monstrantes, poëtarum & Aristotelis ipsius falsam de hac opinionem patefecerunt. Continens tamen nullum ultra zodiacum uersus meridiem ab eis repertum, præter insulam quandam, neque sanè aliud credere par est quàm hoc apparens, quod aquæ locus non esset si decuplo terram ex ipsius philosophi sententia superet. Qui autem sub æquinoctij catheto sunt, coloratiores (ut ait Ptolemæus) existunt, minus autem pro portione recedentes. Verum quid causæ sit quod sub eodem parallelo alijs magis alij sint atri, ut Mauritani magis quàm Indi, Strabo siccitati, aquarum'que penuriæ adscribit, quæ in oriente magis scatent. Ipse igitur Oceanus à littoribus suis cognominatur, Athlanticus, Libycus, Indicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicꝰ, Gallicus, Eodē modo & sinus quos efficit, ut Persicus, Arabicus, Gangeticus, Magnus. Reliqua uero Maria aut à prouincijs dicuntur, ut Asiaticum, Phœnicium: aut ab insulis, ut Carpathium, Cyprium, Sardoum: aut à gentibus, ut Ausonium, Delmaticum, Ligusticum, Tuscum: aut ab oppidis, ut Adriaticum, Corinthiacum, Tyrium: aut à casibus, ut Myrtoum, Hellespontiacum, Ionium: aut à moribus accolarum, ut Euxinum. Ex ijs uero quæ à terra cinguntur maius Indicum pelagus est. Secundum uero nostrum mare, quod mediterraneum uocant. Tertium Hircanum. Præterea sinuum insignium, primus Gangeticus, secundus Persicus, tertius is qui Magnus dicitur, quartus Arabicus, quintus Aethiopicus, sextus Ponticus, septimus Aegæi pelagi, octauus paludis Mæotidis, nonus Adriaticus, decimus sinus Propontidis. Insularum uero seu peninsularum prima Taprobane. Deinde Albion insula Britannorum. Deinde Aurea Chersonesus. Quarta Iuuerna siue Ibernia, quinta Peloponnesus, sexta Sicilia, septima Sardinia, octaua Corsica, nona Creta, postremo Cyprus. Atque hæc quidem, ex Ptolemæo. Longitudo autem uniuersæ terræ habitabilis Straboni LXX. milium stad. Pli. autem LXV. LXVIII. mil. pas. Latitudo LIIII. LXV. Hoc est, quinquagies quatuor centena sexagena millia. Cum igitur hoc spatium tribus partibus constet Asia coniungitur Africæ per dorsum Arabiæ supra Nilum, Europæ uero per dorsum supra Mæotidem iungitur. Africa ab Europa disiungitur Herculeo solū freto, per seipsam Europæ nulla parte contigua. Igitur ab occidente exordiri par est tanquā à sinistra in dextram, nisi forte Dionysij poëtæ more ordinē peruertere uelimus, cū ille ab Africa, ceu à patria sua cœperit. Quatuor itaq; magni sinus Europæ Plinio ponuntur. Primus à Gadibus ad Lacinium usq; promontoriū Italiæ. Secundus à Lacinio ad Acroceraunia, inde ad Hellespontiacū. Quartꝰ ab Hellespōto ad Mæotidis ostia. Ex occidente igitur Hispania primū sese offert, ab hac initiū sumam.

De æquoribus

Insulæ terræ magni tudo

Quatuor magni sinus Europæ

HISPANIA.

HISPANIA (quam Græci Iberiam uocant) corio bubulo simílem Straboni, & à Gallia montibus discretam Pyrenęis, ueteres plærique in tris diuidunt partes, Beticam, Lusitaniā, Tarraconensem. Rufus uero in prouincias sex. Tarraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Callęciam, Beticam. Transfretanam. Nam insula Africæ Hispaniarū est, quæ Tingitana cognominatur. Ex his Betica & Lusitania consulares, ceteræ præsidales sunt. Nonnulli recentiores in quinq;: Carpetaniam, Beticam, Lusitaniam, Callęciam, Tarraconensem. Plinius in citeriorem & ulteriorem. In ulteriore igitur Betica omnis cum parte Lusitaniæ tantum cōtinetur. Hanc Anas fluuius à Lusitania diducit, Betis uero mediā abluit. Ex orientis parte Murgi & Vrci oppida usq; terminant. Capella ab Vrcitano inquit fine citeriorem intrat. Eius longitudinis

Anas
Betica
Murgi
Vrci

dinis Plin. à Castulone facit mil. pas. ccl. Latitudinē à Carteia ccxxxvi. In hac cōuentus ponit iiij. Gaditanum, Cordubensem, Astigitanum, Hispalensem: oppida uero clxxi. In his coloniæ vij. municipia xviij. Latio antiquitus donata xxix. libertate vi. fœdere iij. stipendiaria cxxi. Strabo Betica inquit, plebi attribuitur. Ad quam prætor mittitur: qui legatum habet & quæstorem. Reliqua Hispania Cæsaris est, qui duos mittit legatos, prætoriū & consularem. Prætorius legatum habet, qui Lusitanis uicinis ius dicit. Columen totius eam esse Hispaniæ apud omnis in confesso est. Plinius in ultimo lib. secūdum Italiam extollit. Nam salubritate aeris & pulchritudine regionis, magnitudine fructuū, & ingeniorum fœcunditate facile cæteris antecellere uidemus. Nam & in uicino hesperio mari fortunatorum insulæ iacent. Subest & quarto climati, quod optimam ad omnia temperiem præstat. De diuitijs eius regionis Anacreon insuper testis. οὔ τ' ἂμ οὔ τ' ἀμαλθίης βαλοίμιλω κέρας, οὔτε τὰ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ταρτήσσου βασιλεῦσαι. Tartessus enim olim Betis appellatus est. De quo Mar. Betis oliuifera crimen redimite corona Aurea qui nitidis uellera tingis aquis, Quem Bromius quem Pallas amat. Rufando enim uelleri aptissimū dicunt. In ora igitur prius insula parum à cōtinenti remota Gades, à Græcis Gadera appellata penul. produ. cuius situs etymo conuenit: collo quod δείραν illi uocāt similis, angustaq; & oblonga uittæ modo, Dionysio poetę Cotynusa uocata, quod oleastro abūdet. Scribit Aelianus de ua. historia, apud Gaderam aras esse duas: alteram Anno, alteram Mensi, ut longiori & breuiori tempori dicatam. Præterea templum senectuti, quod maxime ætatem utpote magistram rerum uenerentur. Alterum item morti: ut communi quieti & portui miseriarum post exantlatos labores. Sed & paupertati & fortunæ sacra etiā cōstituere, ut per hæc altera placetur: altera fortuna remedium paupertati obueniat. Hæc ille, Templū insuper Herculis in ea notissimum cui & Annibal antequam alpes transcenderet profectionem uouit: & Lucullus decimas rerum suarum dedit. In hoc Strabo fontem esse dicit contraria maris natura: cum enim illud augescit hic decrescit, & cōtra: eodemq; autore Gaditani originem suam à Tyrijs repetūt: iam inde à Philistene conditore qui Phœnicis filius fuit, frater Beli patris Didonis ac Pygmalionis: ferūtq; in eo templo auream Pygmalionis oliuam esse, præterea Græcorū multa esse monumenta: qui ea loca adierūt, præsertim Athenienſium, quamobrem Menesteo regi Athenienſium sacra faciunt, ut testatur Philostratus in uita Apollonij. Huic proxima Erythrea insula quam eandē esse cum Gadibus Pherecidi placet. Strabo tantæ eam fœcunditatis dicit, ut pecudes pabuli copia sit necesse excreatiōe sanguinis purgari: cuius rei gratia ea finguntur, quæ de Gerionis armentis dicuntur. Hanc insulam Aristoteles, ut tradit Aelianus, negat esse, neq; inde boues Herculem abegisse, sed ex Hypate, ut ex antiquo epigrammate in columna ibi reperta demonstratur: ubi Erythum eum locum cognominatum dicit. A gadibus ad fretum stadia Decl. ubi Herculis columnæ, Briarei olim dictæ, ut Aristoteles apud eūdem testatur autorem. Duo sunt hæ promontoria, Calpe & Abyla. Silius,

At laudibus olim terminus Herculeis Calpe: hunc postea Zibaltar locum munitissimū Saraceni cognominauerūt. Iuxta est Carteia, dicta ab eisdem Tariffa. Hic etiam regnauit Arganthonius, qui ut Plinius refert cxx. uixit annos, ut Silius trecentos, qui eius meminit in tertio libro, Arganthoniacos armat Carteia nepotes. Rex proauus fuit humani ditissimus æui, Terdenos decies emensus belliger annos. Ilipa cognomine magna Plinio. Ilipula mons, Belo fluuius & oppidum ab acuitate dictum eidem. Malaca item prope & Melaria oppidum, Ptolemæo Meralia flagitiose scribitur, à mellis copia. Nunc Begerra de Melana uocatur. In hoc tractu Turduli sunt inter quos Granatæ regnū continebatur, cuius Metropolis Eliberi, quam quidam nostri temporis eruditi Granatam existimant, à cocco postea quod in ea regione abundet cognominatam. Prope Turdulos Bastuli, quorum Sexi Abdera, Ilurgis, Obulco qui & ab Hispanis Vbida. Sexi enim & Hexi Græce dici potest, salsamentis nobile apud Strabonem: apud etiam Plinium Sexitani pisces cōmemorantur, lib. xxxij. Interius uero Hispalis colonia. Hic Carpophorus presbyter & Abūdius sub Maximiano martyres fuere. Corduba item colonia patricia Plinio. Straboni autē à Marcello deducta. Astygis, Carmona nomina adhuc retinēt. Atuetā uero nunc Hispani Atuagiam. Castulon Italica Silij patria. Mūda ubi Pōpeij liberi à Cæsare debellati, quæ sit hodie nō satis cōstat. Nōnulli Xeritiū oppidū esse contendūt. Iulia regia nūc Baena esse deprehendit, ex antiqua inscriptiōe in eo loco reperta. Vriū ab urio amne Beticę Straboni Oria uocato, hodie

Erythrea
Calpe & Abyla
Carteia
Argāthonius
Ilipa
Belo
Turdulī
Eliberis
Granatæ regnum
Bastuli
Sexi
Abdera
Obulco
Hispalis
Carpopho.
Abundius
Corduba
Astigis
Carmona
Atueta
Castulon
Iulia regia
Italica
Munda
Vrium

Universidad de Deusto
Biblioteca

Turditani

hodie ciuitas Auriēſis. Aſta nomen retinet. In hoc etiā tractu Turditani interiere, gens di/ues, ut quæ à Carthaginenſibus quondam inuenta ſit præſepibus utens argenteis, uti Stra bo commemorat. LVSITANIA à luſu liberi patris Plinio à Septētrione & meridie duo bus fluminibus Ana & Doria, ab occidente autem oceano claudítur. In ora ciuitas regia

Vlyxipona

Vlyxipo Plinio uocata, Antonino in Odœporico Vlyxipona: Straboni uero Vlyxea, q una cum Mineruæ templo Vlyſſis indicabat errores, & exercitū huc delatum, ut idem te/ ſtatur autor: tandē eiecti, quod ad piraticam ſe conuertiſſent. Hæc urbs nō diu Metropolis facta cū prius Cōpoſtellano ſubeſſet præſuli. Pax Iulia parum à mari remota, Pacenſis nūc

Pax Iulia

ciuitas. Oſſonoba nunc Siluenſis, quantum conijcere licet, nō longe à ſacro promontorio, quod nunc ſanctum Vincentiū uocant. Colimbrica Plinio memorata nomen retinet. Cau rium item & Emerita Auguſta: Merida ab Hiſpanis uocata, & Auguſti uictoria nobilita/ ta. Ebora item Plinio & Antonino, Elborēſis nūc urbs. Egitania quoq; ac Siſapones duæ, noua & uetus, altera iuxta flumen Duriam ſita Zamorenſis putat ciuitas. Cicero in Anto nium. Qui Siſaponam tanq; Miſenū tenebas. Selium, Sentica, Salmantica nūc Salmanca. Sūt item plurima quę in briga terminātur, quod antiqua Hiſpanorū lingua oppidū ſignifi cabat. Hinc Laccobriga, Mirobriga, Arcobriga, Arabriga, Talabriga, ſicuti & Burgi apud Germanos & bria apud Thracas, ut autor eſt Stephanus. Celtici in Luſitania ad oceanum ſiti ſunt, quæ gens antiquitus Gallica qui ex Celtiberis eo fluxere, ut ait Plinius. Mōtes Lu ſitania non habet, ut Strabo. Tantū in maritimis mons Lunæ qui recipit ſinum Vlyxípo/ nenſem. Lunarium uero promontorium eſt in Laletanis. Barbaricum promontorium è re/ gione montis lunæ. Cuneus Græce σφῆν ab acuitate dictus, ſacro promontorio uicinus. Flumina quoq; Munda. Vacus. Tagus ramentis aureis celebris. Chalybs iuxta Aradum & Pacem Iuliam fluens. Durius Ptolemæo Doria dictus è Tarraconēſi oritur, & per fines Celtiberorum labens ad Luſitanos in Oceanum deſinit. Silius, Hic certant Pactole tibi Du riuſq; Tagusq;. Hæc eſt Luſitania quondā breuior, nūc regum auſpicijs amplior, ultra Le then etiam prorogata, quæ pars citeriorē attingit de qua iam dicam. TARRACONEN/ SIS ſiue Citerior Hiſpania utrunq; cōplectitur littus Aquitanici uidelicet & Balearici ma ris, omniū ampliſſima, longitudine Plinio à Pyreneis ad Caſtulonem mil. paſ. Dcvij. lati/ tudine à Tarracone ad alterum littus cccvij. è radicibus Pyrenei ubi curuatur anguſtijs, in ter duo maria: paulatim ſeſe pandens, qua contingit ulteriorem. Diuiditur autem in con/ uentus vij. Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunicenſem, Aſturū, Lucēſem, & Bracharenſem. Cōtinet oppida cccxiij. in quibus coloniæ xij. Oppida ciuium Ro xiij. Latinorum ueterum xvij. Fœderatorū unum. Stipendiaria ccxxij. Nūc uero ad unum regnum omnia redacta, paulo ante in plura diuiſa. Nauerræ, quod inter Cantabros continetur. Caſtellæ, quod inter Callœcos & Aſtures. Aragonię, quod inter Celtiberos ac Tarraconenſes. Igitur primum Callæci Lucēſes & Brechari cognominati inferiora tenēt littora uſq; ad Nerium promontorium. Horum eſt Flauium Brigantium Ptolemæo: Anto nio autem Brigantium tantum, nunc Compoſtella, prope quam S. Iacobi oraculum. Huc aditur ex omnibus populis eo præſertim anno more lobilei, quo ipſius feſtum die domini/ co celebratur. Lucus Auguſti frequens urbs nunc Lucenſis dicta. Lucus Aſturum ocea/ no propinquior. Brachara auguſta Ptolemæo & Antonino: cuius Præſul metropoliticus ſimul & primas appellatur regni Luſitanię. Iuxta eſt Iria Flauia è regione Nerij promon/ torij, qui nunc ſancta Maria finis terræ dicitur. Inſulæ ſunt Caſſiterides Ptolemæo nume/ ro x. à ſtanni copia quæ iam deſijt: & in proxima Britannia nunc cernitur. Aſtures Callæ/ cis proximi auri fodinis, & equis quondam nobilitati: ab Aſtyre, Memnonis auriga extin cto domino eo adplicante originem habuere. Silius his carminibus omnia notat, Venit & auroræ lacrymis perfuſus in orbem Diuerſum patrias fugiens cum deuius oras, Armi/ ger eoi non fœlix Memnonis Aſtyr. His paruus ſonipes nec Marti natus, & idem Aut in/ concuſſo glomerat ueſtigia dorſo, Aut molli placata celer trahit eſſeda collo. Plinius item de his. In eadem Hiſpania gens Aſturia eſt, equini generis, quos Tieldones uocant, mi/ nori forma appellatos Aſturcones gignunt, quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mol/ lis alterno crurum explicatu glomeratio. Mar. Hic breuis ad numerum rapidos qui colli/ git ungues, Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus. Aſturconis item Tranquillus in Ne/ rone meminit. Eos nūc proxima Britānia mittit, ſic tempore ſoli natura uariante. De auro

Callæci
Lucenſes
Brecari
Brigantium

Lucuſauguſti
Brachara
ria flauia
Nerium pro
nontorium
Caſſiterides
Aſtures

Tieldones
Aſturcones
qui

idem

idem Silius ſic ait, Sed ſcelerum cauſas aperit deus, improbus Aſtur Viſceribus laceræ tel/ luris mergitur imis, Et redit infelix effoſſo concolor auro. Montibus hi muniuntur arduis: quibus ſe quondā à Saracenis cæterisq; barbaris tutati ſunt, ſemperq; inuicti fuere. Horum urbes Auguſta Aſturica: nunc Aſturicenſis. Legio Germanica nunc legionenſis. Brige/ tium, Veca, nunc Ouetēſis ciuitas, ubi Saracenorum temporibus multa Chriſtianorū tem plorumq; ornamenta adſeruata ſunt. Ex horum finibus plura naſcuntur flumina, Auus, Ni bis, Tamara, Meabus, Narius, Minius, Lethe. Minius enim in mare oceanum è montibus Aſturum delabitur, eius ferè coloris, per quem nomē habet, ut Iſidorus teſtatur. Lethen ue ro cæteri, Ptolemæus Limum appellat. Silius. Inferni populis referens obliuia Lethes. Stra bo nominis cauſam dicit, quod cum Galli atq; Turduli ſocijs ad id flumen armis peruenif/ ſent, eo traiecto ſeditione orta diſſidentes, eorumq; duce extincto: oblíti quod in Hiſpanos mouerant belli, iuxta flumen reſedere. Hunc etiā D. Brutus contra Callæcos profectus pri mus in exercitu religionē fluminis expaueſcēte trāſmiſit. Cantabri in eodem littore orien/ taliores Aſturibus ſunt, tuti & ipſi ſitu locorū, ultimi ſanè Hiſpanorum ab Auguſto ſubiu gati. Hor. Cātaber ſera domitus cathena. Horum Iuliobriga item in montibus & Vellica. Propius autē Pyreneo Vaſcones ſequūtur gens fortiſſima, qui in proximam Galliam mi/ grauerunt. Sine galea pugnāt. Silius lib. iij Aut Vaſco inſuetus galeæ ferre arma. Horum eſt Pompelon, quaſi Pompeij ciuitas, ut ait Strabo, nūc Pampilona regni Nauarræ caput: præterea Calagurium Quintiliani patria. Interius autem Secontia nunc Seguntina urbs. Iacca. Masburgi gens Ptolemæo poſiti ubi nunc Burgenſis ciuitas. Vaccei, quorum Tyde à Diomede poſt bellum Troianū de nomine patris Tydei regis Aetoliæ ædificata. Silius, Et quos nūc Grauios mutato nomine Graium Oeneæ miſere manus, Aetolaq; Tyde. Di/ citur & Tude ſicut hodie, regibus Hiſpaniæ ſubiecta. Pallantia nūc Pallentia: flumen eius nominis haud longe à Valentia eſt, quod equidem miror tam procul ab oppido diſiunctū: præterea Cauca, Viſontium nunc Viſeum. Toletum clarū Ildefonſo Preſule & monacho ac Leocadia uirgine & martyre ſub Diocletiano. Huc conuenitur ad concilium, & epiſco/ pus ſecundum regem primus habetur. Duæ quoq; procul etiam ab his ciuitates nouis ap/ pellatæ nominibus, Placentina & Ciuitatenſis, quæ olim fuerint non ſatis auſim iudicare. Alterum Tarraconenſis littus Cathalani nunc appellati totū una cum Celtiberis poſſidēt. In his igitur occidētaliores ſunt Baſſetani: quorum Vrci Accij, Carthago noua Haſdruba lis ædificium Straboni: uetus autem Teucri Telamonis. Silius, Dat Carthago uiros Teu/ cro fundara uetuſto. Scombraria promontoriū à ſcombris capiendis. Oroſpeda mons, Sta beris item & Alonæ fluuiorum oſtia: intus Bigerra, Albula nomina retinent. Setabis lino tenuiſſimo nobilitata: unde ſudaria Setaba à Catullo commemorata. Hanc abluit Sucro è montibus oriens Oroſpedanis. Silius inter Sedetanos, quos Ptolemæus Edetanos uocat, eum conſtituit. Sedetana cohors, quam Sucro rigentibus undis, Atq; altrix celſa mittebat Setabis urbe. Inter Sedetanos item Saguntum à mari recedens in colle, clarum fide in Ro/ manos & Annibalis expugnatione, nunc oppidi parua mōſtrantur ueſtigia. E regione Va lentia eſt in ora, quam Turia interluit, Ptolemæo Turulus appellatus. Claudianus, Flori/ bus & roſeis formoſus Turia ripis. Cicero in ultima contra Verrem actione, Valentino/ rum inquit hominū honeſtiſſimorū teſtimonio. Meminit & Dianij, ut urbis claræ, & Va/ lentiæ uicinæ. Salluſtius in quarto hiſtoriarum libro, Caſtra hoſtium apud Sucronem ca/ pta, & prælium apud Turiam: & dux hoſtiū C. Herennius cum urbe Valentia & exercitu deletus. Campus Spartarius, ut Plinius, à littore Carthaginis nouæ minus xxx. milliaria in longitudinē porrigitur, magno accolarum quæſtu. Iuncus eſt ſponte naſcēs, unde carbaſa funesq; cōficiunt. Poſt hos Coſetani, quorum Tarraco Scipionis ædificium, indicio mar/ moris ibi adhuc extantis huiuſmodi inſcriptione. Vrbs Coſetanorum. Plinius item hanc regionem Coſetaniam uocat. Barcino & eidem cognominata Fauentia, cuius Præſul ac ciuis Pacianus Hieronymo inter ſanctos ſcriptores commemoratur, obijt ſub Theodoſio ſeniore. Intus uero Ilercaones, quorum Ilergetum, Ilerda Petrei & Afranij clade nobili/ tata, Sicori abluitur amne è Pyreneis fluente. Lucanus, Colle tumet modico, leniq; excre/ ſcit in altum Pingue ſolum tumulo, ſuper hoc fundata uetuſto Surgit Ilerda mari, placi/ dis perlabitur undis, Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes. Saxeus ingenti quē pons amplectitur arcu, Hibernas paſſurus aquas. Celtiberorum quoque gens maxima eſt in hoc

tractu,

Auguſta
Aſturica
Legio Ger/
manica
Brigetium
Veca quæ
ouetenſis
Auus Nibis
Tamara
Meabus
Narius
Minius
Lethe
Cantabri
Iuliobriga
Vellica
Vaſcones
Pompelon
Calagurium
Secontia
Maſburgi
Vaccei
Tyde
Pallantia
Cauca
Viſonium
Toletum
Placentia
Baſſetani
Vrci Accij
Carthago no
ua & uetus
Scombraria
promont.
Oroſpeda
Staberis flu.
Alona flu.
Bigerra
Albula
Setabis
Sucro flu.
Sedetani
Saguntium
Valentia
Cāpus ſpart
Coſetani
Tarraco
Barcino
Pacianus
Ilergetum
Ilerda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celtiberi
Numantia
Valeria
Bilbilis
Sale flu.
Flauona
Cæsarag.
Vrsega
Segobriga
Secauia
Cascontum
Dertosa
Ausa
Vicus aqua.
Vicus com.
Aquæ cali.
Aquæ quin.
Quernæ
Terebellicæ
Castellani
Leletani
Betulo
Betulus flu.
Gerunda
Rubricata
Ceretani
Emporiæ
Sãbroca flu.
Clodianus fl.
Rhoda
Aphrodisium
Trophea
Cinga flu.
Iubeda mons

tractu. Eorum urbes ccc. à Ti. Graccho subuersas scribit Polybius, origo ex Gallia uenit, Gallos enim Græci Celtas uocant, qui cum Iberis commixti Celtiberi appellati sunt. Lucanus libro IIII. Profugiq; à gente uetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. Silius libro III. Venere & Celtæ sociati nomen Iberis. Hanc partem nunc Viscaiam nominant. Horum sunt Numãtia quæ iam interijt: clade à L. Mumio accepta insignis. Valeria Ptolemæo posita nunc Concha. Bilbilis patria Martialis cum Salone fluuio ferri temperatura insigni. Flauona. Cæsar augusta Aragonensium regni caput. Secobriga Vrcesa Ptolemæo posita, Nunc Vrgellensis quantum conijci licet. Secouia. Cascontum. Dertosa Antonino posita, Osca, Ausa. Tyroson apud Plinium. Vicus aquarius: nũc Vicensis urbs, apud Antoninum quoq; & uicus Spacorum & uicus Cominarius, aquæ calidæ apud eũdem, & aquæ Quintianæ, Quernæ, Celenæ, originis Bilbilitanorum Terebellicæ. His proximi Castellani & Leletani, ubi uinum testimonio Martialis illaudatum. Quorum in ora Betulon Ptolemæo: iuxta quem fluuius Betulus, intus Gerunda Rubricata. Ceretani quorum Emporiæ oppidum Phocensiũ. Silius, Phocaicæ dant Emporiæ. Strabo tamen Massilienſium dicit, cũ & ipsi eandẽ habuerint originẽ: nominis & loci uestigia adhuc restãt, abluitur flumine Sambroca ab Hispanis Sambuca appellato: cui miscet alter fluuius Clodianus Ptolemæo uocatus, à nõnullis Alba, oriẽtalior quàm Sambroca. è Pyreneis in mare Balearicum fluens. Rhoda Rhodiorum colonia Plinio, & item Hieronymo in epistolã ad Galatas. Strabo aũt Rhodope uocata. Templũ Veneris apud Pyreneos Ptolemæo: Straboni Aphrodisium appellatum, terminus est Hispaniæ citerioris, quam Iberus amnis mediã abluit: oritur inter Cantabros in agro Iuliobricensi, ac in itinere Sicori Cingaq; fluminibus augetur. Lucanus, Cinga rapax fertur fluctus & littora cursu Oceani pepulisse suo, nam gurgite uasto, Qui præstat terris aufert tibi nomen Iberus. Iubedæ montes perpetuí è littore Tarraconensi ad interiora penetrant. Pyrenei Hispaniam à Gallia disterminant à Pyrene Bebrycia uirgine, ab Hercule in eo loco uitiata, ut Silius in III. Pyrene celsa nimbosi uerticis arce Diuisos tellus late spectabat Iberos, Atq; à terra tumet, magna diuortia terris. Nomen Bebrycia duxere à uirgine colles. Hospitis Alcidæ crimẽ, qui sorte laborũ Geryonis peteret cum lõga tricorporis arua, Possessus Baccho sæua Bebrycis in aula Lugendã famæ sine uirgine reliquit Pyrenẽ. uel ἀπὸ τοῦ πυρός, quod, ut ait Diodorus, impolito ibi à pastoribus igne uaria metallorum genera eruperunt. In Pyreneo trophæa Pompeij Straboni ponuntur. Insulæ adiacent Tarraconensi Baleares, etiam Gymneæ, quod æstate nudi in eis degant, Liuio uocatæ: altera maior appellatur, ubi Palentia & Palma: minor altera, ubi Mago & Ianua. Has uicit Metellus cognomine Balearicus. In eodem prope pelago alteræ duæ Pityusæ appellatæ à copia pinuum. Ophiusa, & Ebusus. Fiscus apostolicus ciuitates in tota Hispania metropoles sex in sacro codice descripsit. Tarraconẽsem cui subijciunt Barcinonenſis, Gerundensis, Vicensis, Ilerdensis, Vrgellensis, Maioricensis, Dertosensis, Valentinus. Cæsaraugustanam: cui subiectæ Oscensis, Tyrasonensis, Pompelonensis, Calagurritana, Segobricensis. Toletanam cui Secontina, Oxouiensis, Secouiensis, Burgensis, Palentina, Conchensis. Compostellanam: cui subiectæ, Abulensis, Placẽtina, Salmantica, Cauriẽsis, Legionensis, Cordubensis, Malachitana. Carthaginensis, Gadicensis, Eluensis. Bracharensem, cui subiectæ Colimbriensis, Lemacensis, Visensis, Auriensis, Tudensis, Lucẽsis, Astoricensis, Mindouiensis, Vlyxiponensis quoq; haud diu facta metropolis. In Granatæ olim regno urbes iiij. Granatensis, Rondensis, Malachitana, Almeriensis.

GESTA IN HISPANIA VSQVE AD GOTHOS

PERCVRSIS Hispaniæ locis reliqua nũc historia breuiter subijciẽda, in qua pleraq; ex his quæ supradicta sunt, clarius uidebuntur. Nam cũ tres uiri Præsules Hispanam scribant historiam, Lucas Tudensis, & Rhoderici duo Toletanus & Palentinus, ego quæ potiora mihi uidebuntur, ac pluribus probatiora, tum uero similia, ex omnibus conabor adducere. Gentis originẽ ab orientalibus Iberis prouenisse Plinio placet, quibusdã uero à Phœnicibus, qui primo Gades incoluerunt. At Berosо aliter, si modo uerus est eius qui fertur libellus, quẽ mihi uerisimile non uidetur Plinium qui eius alibi meminit quo ad hunc locum latuisse. Tubalem quendam ex Arameis qui Persæ sunt, profectum in Hispaniam dicit: deinde Iberũ successisse, postea Iubedam, Brigum, Tagum, Bethum, Gerionem, Hispalum, Herculem, Testam, Romanum,

manum, Palatinũ, Cacũ, Erythium. Postremo Gorgorim; qui & Habis dictus. Sed de hoc apud Trogum mentio in huiuscemodi sententiam. Gorgorim, inquit, apud Hispanos mel lis inuentorem fuisse: cui cũ nepos è rapta filia natus esset, ac necari iussus nullo pacto potuisset, inter greges ferarum & ceruorũ haud illis uelocitate inferior relictus est. Tandem uti fera laqueo forte in uenatione captus ac cognitus aulæ regiæ restitutus est: Habisq; deinde appellatus, quod regnum habuisset, adeptusq; fuisset, Hispanos postea demeritus, & boues aratro domando, & fruges serere docendo. Post aliquot deinde successores Hispaniam primi Carthaginenses occupauere, qui missis contra eos auxilijs pro Gaditanis consanguineis suis maiorem Hispaniæ partem subegere. Demum per Amilcarem & eius generum Asdrubalem: postremo Annibalem, pene uniuersam in potestatem redegere. Post hæc Carthaginensibus bello Romanorum occupatis Romani missis eo Scipionibus primo Pœnos prouincia expulerunt, postea cum ipsis Hispanis grauia bella gesserunt, nec nisi ab Augusto penitus sub iugum missi. Florus omnẽ breuiter Hispaniæ statum Romanorum tempore percurrit, dicens in ea. cc. annos dimicatum a primis Scipionibus usq; ad Augustum: quanq; non continuo, sed ut causæ lacessiuerant, nec initio cum Hispanis, sed cum Pœnis in Hispania. Primi Scipiones per Pyreneum iugum Hannonem Asdrubalemq; fratrẽ Annibalis cecidere, captaq; eo impetu fuisset, nisi illi occubuissent. Africanus successit: qui statim capta Carthagine Hispaniam stipendiariam Romanis fecit, omnemq; ultra citraq; Iberum amnem imperio subiecit, primusq; Romanorum uictor ad Gades & Oceani ora peruenit. Celtiberos primus aliquot prælijs fregit M. Cato Censorinus. Deinde Gracchus pater Graccorum eos urbiũ euersione mulctauit. Denicq; sæpe deficientibus Numantia ciuitas eorum bellum annos. xiiij. sustinuit, uictoq; per Megaram fortissimum ducem Romanorum exercitu Pompeium aggressi fœdus maluere cum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum fregere, cum hoc quoq; fœdus maluere, contenti armorum ma, nubijs, cum ad internitionem læuire potuissent, sed fœderis ignominia deditus Hostilius fuit. Postremo Scipio minor urbem euertit, cum sese suaq; omnia igni traderent. Beticam Fabius Max. Cos. oppresserat, sed à successore Popilio uiolata uictoria est: qui conficiendæ rei cupidus fractum ducem per fraudem & insidias & domesticos percussores aggressus est. Turdulos Metellus Macedonicus uicit. Vacceos Lucullus, de quibus Scipio ille posterior cum rex fuisset singulari certamine prouocatus opima retulit spolia. Lusitanos uero & omnis Callæciæ populos D. Brutus latius domuit, simul formidatum militibus fluuium obliuionis transmisit usq; ad ultimum occidẽtem. Eos autem Viriatus erexit, qui annos xiiij. cum Po. Ro. uaria uictoria pugnauit. Cuius ea uirtus & abstinentia fuit, ut consulares exercitus quum sæpe uicissет, tantis rebus gestis non armorum, non uestis cultum non deniq; uictum mutauerit, sed in eo habitu quo primum bellum cœperat perseueraverit, ut quiuis gregarius miles ipso imperatore opulentior uideretur. Tumultuantes etiam Hispanos M. Iunius Sylanus pacauit. Deniq; omnes occasione belli Sertoriani per L. Metellum & Pompeium Magnum in deditionem accepti sunt. Postea prorogato in quinquẽnium imperio Pompeio attriti sunt. Ab augusto tandem Cantaber omnium ultimus subiugatus est, una cum reliqua Hispania in prouinciæ formam redacta, eoq; modo per Prætores administrata: deinde per Comites usq; ad Honorium principem. Quo tempore primum Vandali, & Alani, mox Gothi: postremo Saraceni locum eum diuersis cladibus diripuerunt. Vandali quidem Beticæ partem occupauere: quę adhuc apud eos Vandalia, corruptoq; uocabulo Vandalusia dicitur apud Hispalim, paucisq; immorati annis, & a Gothis expulsi in Africam penetrauere, de quibus cũ de Sarmatis scribam mentionẽ faciam, originem gestaq; ipsorum breuiter repetendo. Alani loca tenuerũt, quæ hodie Cathalani appellati, unde nomen eis inditum quasi Gothalani: q utriq; in ea parte confederunt.

Gorgoris
Habis
Celtiberi
Numantia
Turduli
Vacceі
Lusitani.
Viriatus
dux
Vandalia
Cathalani

GOTHORVM GENVS ET GESTA.

NVNC uero de Gothis qui usq; in hanc diem per successiones regum Hispaniam tenuerunt, dicam, initio à gentis origine sumpto. Horũ uaria traduntur genera. Tacitus ante omnis in historia Germanica Gothinos inter Germanos ponit. Huic consentire uidetur Ablauius Gothus, qui genus suum ex insula maris Germanici prodire narrat. Extat & Gothlandiæ nomen in ulæ. Spartianus autem in uita Cæsarum, Getas eos esse dicit, quorum ccc, millia Claudius. ii. princeps

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Martinopolim in Mœsia prelio deleuit. Procopius uero Græcus autor qui sub Iusti-
niano scripsit historiam: dicit Gothos & Visigothos & Vandalos & Alanos uno Sarma-
tarum nomine appellari: eandemq; esse nationẽ, tantum ducibus quorum nomina accepe-
re discretos: cæterũ albos esse, coma flaua, magnis oculis, eisdemq; penitus legibus, secta
Ariana, & lingua Gothica appellata. Idem lib. v. dicit: Famam esse primũ Gothos ex Cim-
merijs, qui ad Tanaim habitant, uenisse iuuenes quosdam, ac ceruum insectando fluuium
traiecisse: reuertentes deinde suis agrum optimum se uidisse renunciauerunt. Illi armis fre-
ti cum exercitu ad Istrum usq; uincendo peruenerunt. Atq; hi sunt qui postea cum Rom.
Imperatore fœdus inierunt, demũ in Italiam, postremo in Hispaniam penetrauere. In hanc
Cimbri ille sententiam. Ego uero hos esse Cimbros putauerim, qui olim à Mario uicti fuere: ex
Germanico mari uti supra memorauí prodeuntes: Visigothosq; dictos, id est occidẽtales.
Ostrogothos autẽ, id est orientales, eos esse, quos Florus dicit ex reliquijs Marianæ uicto-
riæ ad Mæotidem consedisse, ex quo nomen & gens Gothorum inter Tartaros in eadẽ ho
die parte conspicitur. hi sunt qui duce Theoderico postremo uenerũt. Recte autem utriq;
Sarmatæ appellati, Græcis autẽ Sauromatæ: q; ita barbaras eas omnis Germanis uicinas
nationes uocet antiquitas: inter quos Cimmerios Homerus ponit, à nobis Cimbros appel
latos. His itaq; de causis Gothos Getas esse qui longe in ponto habitant, uerisimile nõ fue-
rit. Sed quid hi gesserunt in Italia, ex ipsius Procopij, tum aliorum qui huiusmodi scripsere,
historia breuiter ante omnia narrabo. Igitur hi tempore Valentis principis ad Danubij ri
pam iuxta Mœsiam ea conditione consedere, ut non ultra procederent: & una Christia-
ni fierent. Itaq; Valens missis ad eos Arianis, quorum sectæ se addixerat, cunctam gentem
eo dogmate pollutam reddidit. Post aliquot uero annos, q; gens barbara non posset à male
ficio contineri, coactus Valens aduersus eos proficisci, superatus atq; interfectus est. Qua
Dominica Valentis uictoria illi elati Constantinopolim cum exercitu cõfestim petiere: & cum Dominica, quæ
Valentis fuerat coniunx, muliere sapientissima pecunia transegerunt, ac domum pacati se
receperunt. Hos igit ausus Gratianus qui orientis imperio successerat reprimere cupiens,
nec bello satis aptus, Theodosium ex Hispania accersiuit. qui pluribus postea prælijs cum
Atanaricus eis initis, postremo pacem fecit. Qua fretus Atanaricus rex eorum Constantinopolim ut-
bis uisendæ studio profectus: honorificeq; à Theodosio exceptus: ibidem paucis post die-
bus morbo extinctus est. Gothi igitur rege carentes Theodosio tunc militare cœperunt.
Alaricus rex è Balto-num familia Radagasus Sed fraude Stiliconis, ut dicitur, eos Italiam inuadere cupientis, exauctorati rege Alarico
creato è Baltonum nobili familia Pannonias & Illiricum occupantes incõmodis omnibus
adfecerunt. Anno salutis CCCCVII. coniuncti cum Radagaso altero Gothorum rege
de inuadenda Italia cogitarunt. Radagasus itaque primum ingressus ad Apenninum
circa Fesulas consedit: ubi angustijs locorum ac montium famẽque oppressus à Sti-
Alaricus licone cum toto exercitu superatur & capitur. Alaricus rex alter subsecutus in agro Ra
uennate occurrentem cum copijs Stiliconem habuit, qui cum triennio bellum cum eis
duceret potius q; gereret, iussu Honorij pacem fecit hac conditione: ut in Galliæ parte con
sidere possent. Post aliquot deinde annos Stilico contra fœdus Gothos in Gallia per Sau-
lem Hebræum in die paschæ incautos: & ex religione resistere non audentes adoritur. Po-
stero uero die Alaricus Saulem cum toto exercitu insectatus sustulit. Deinde Stiliconi ab
Honorio auxilium petenti missus est successor: qui eum ob temeritatem quam gesserat ob
truncauit. Alaricus rebus feliciter successis, in Italiã hostiliter ingressus omnia ferro igniq;
uastat: Vrbemq; nemini defensam facile occupat. Anno CCCCXII. Vrbis autem condi.
M.CIIII. Iussitq; primum ad templa confugientes saluos esse, inde magna ciuium facta
strage post diem tertium discessit: ac per Campaniam iter faciens populabundus apud Cõ
Ataulphus Placidia uxor sentiam ciuitatem correptus morbo interijt. Ataulphus successit: qui & ipse Vrbem ingres
sus siquid erat reliqui diripuit, rapta insuper Placidia Honorij sorore: cuius nuptias disce-
dens apud Forum Cornelij celebrauit. Dicitur & Barbari pectus eius cõfortio delinitum,
ut non ea patraret, quæ sæuiter in Romanos cogitauerat. In animum enim induxerat Ro-
mam Gothiam uocare. Itaq; relicta Italia in Galliam se recepit: quem postea Theodosius
Iunior bello petens compulit relicta Narbone & omni Gallia in Hispaniam cõfugere, ubi
Segericus Vallias breui deinde tempore à suis interfectus est: q; urbi Romæ pepercisset. Cui Segericus succe
dens, & ipse quoq; q pacem cum Imperatore fecisset à suis necatur. Vallias post hunc re-
gnum

gnum susc ipiens fœdus cum eodem iniuit, ut sedes ei apud Tolosam in Gallia darentur,
Placidiamq; uiduam remisit. Aduersus insuper alios barbaros, qui Hispaniam occupaue-
rant opes & auxilium pollicitus. His igitur fretus Honorius Constantinum ducem aduer-
sus Alanos & Vandalos misit, qui totam Hispaniam præter Cantabros uastauerant, & q̃-
q̃ fusi fugatiq; apud Emeritam fuissent, paulo post uires redintegrabant. Itaq; uno tempo
re Gothi, Alani, Vandali, Hispaniam possidebant. Valliæ extincto Rodericus successit, *Rodericus*
qui inito cum Aetio fœdere Valentiniani principis duce in campis Catalaunicis in Gal-
lia contra Attilam Hunnorum regem è Pannonia Italiam petentem in prælio occubuit. *Turismundus*
Cui Turismundus filius successit, qui ab Aetio in Hispaniam in regnum paternum remis-
sus, paulo post à Theodorico fratre interficitur. Re postremo Romana ad Augustulum
deducta, Gothi rursus excitati quum tertiam agri partem in Italia peterent: Orestes Augu-
stuli pater minime consentiens eis ad Ticinum occurrens in prælio occubuit. Odoacer au- *Odoacer*
tem eius miles uir Italicus Gothorum simul & Erulorum auxilijs, ut ait Procopius, fuga-
to Augustulo & omni nobilitate Romam inuadit, tenuitq; annos xiiij. Donec Theoderi- *Theodericus*
cus rex à Gothis appellatus, amicitia Zenonis principis fretus, à quo etiam statua honora *rex*
tus fuerat, petijt urbis Romæ imperium, si Odoacrum expelli ab eo contingeret. Quo im-
petrato in Italiam cum maxima manu ingressus eundem ad Aquileiam occurrentem præ
lio superauit. Ille Romam reuertens, ac clausas offendens portas, Rauennam petijt, quam
breui tempore per Theoderici obsidionem relinquere coactus est. Specie deinde concor-
diæ inuitatus ab eodem ad cœnam, contra iusiurandum interficitur. Theodericus post
hæc tota potitus Italia Romam pacificus adijt, templisq; ac rebus alijs cum omnium gra-
tia restitutis Rauennam reuertitur, quam regiam sibi delegerat. Eaq; animi magnitudine
simul & mansuetudine fuit, ut nemini barbarus uideretur: quippe qui Germanum præsu- *Germanus*
lem Ticinensem uirum sanctissimum in Burgundiam cum pecunia ad redimendos capti- *Præsul*
uos miserat, aliaq; pietatis opera obiuerat. Quo uita functo eius filia Amalasunta cum par *Amalasunta*
uo filio Atalarico regnũ administrauit, adhibito Theodoro propinquo, cuius opera mox *Atalaricus*
interfecta est. Ipseq; solus regno potitur. Missus interim Bellisarius à Iustiniano in Italiã *Theodorus*
cum exercitu ad ulciscendam Amalasuntam cum filio, ac Romam tyrannide Gothorum *Bellisarius*
liberandam, Theodorum interfectum offendens urbem capit. Gothi itaq; tanto priuati im
perio qui ad eam diem annos XLVIII. regnauerant in Italia: xxxviij. sub Theodorico
viij. sub Amalasunta & filio, ac duos sub Theodoro: Vestigem regem sustecerunt, non re- *Vestiges*
gio sanè genere, sed probata militia, qui Amalasuntæ filiam Theoderici neptem in matri-
monium duxit. Hic ad urbis obsidionem cum CC. mil. proficiscitur, ac primum molis Ha-
drianæ ambitum cingit, mox Portuense castrum, unde commeatus prohibebat. Aquæ du
ctus xiij. rupit. Quare Bellisarius intus pistrina in Tyberi constituit, qui mos adhuc durat.
Liberium Pont. quod Gothis fauere uideretur in exiliũ misit, suffecto Vigilio. Cumq; diu
resisteret, ac multis Vestigem prælijs peteret, profligatum ad extremum cum toto exerci-
tu cepit, ac Constantinopolim in triumphum duxit. Creatis post eum Ildebaldo, deinde *Ildebaldus*
Alarico regibus, ad postremum Totila regnum accepit, cuius pater Tauriscis regnabat, *Alaricus*
qui cum Bellisario uarijs prælijs congrediens, uictor tandem urbem cepit, ac cuestigio Pe- *Totila*
lagium Pontificem ad Iustinianum Constantinopolim oratorẽ de pace mittit, qui rediens
retulit imperatorem nihil aliud respondisse, quàm se Italiæ res semel Bellisario delegasse,
cum eo transigeret. Totila furiatus tertiam murorum partem urbis diiecit. Capitolium
incendit, ac omnia diripuit, ex quo dei flagellum cognominatus est. Hunc Totilam Proco-
pius magnis extollit laudibus, ut liberalitate ac alijs animi uirtutibus præditum: Cum alij
crudelem ac singulari arrogantia uirum taxent. Duces plures sub se habuit, inter quos Bar
batia princeps nominatur. Postquàm ab urbe discessit: Bellisarius eam recepit, mœni-
bus ædificijsq; refecit, portas restituit, earum clauibus imperatori missis. Totilam Vrbem
repetentem, ac ui magna obsidentem repulit. Verum cum apud portum postea in ualetu-
dinem incideret, resq; paulatim iterum amitterẽtur, omni studio per Antoninam uxorem
reditum à Iustiniano impetrauit, atque ita post annos V. quàm uenerat, reuersus Dioge-
nem cum tribus millibus Romæ in præsidio dimisit, qui Totilæ furorem non expectans
Centumcellas aufugit. Ille rursus Vrbem ingressus mitius se gessit, multaq; ab se prius ua-
stata restituit, quod fama est diui Benedicti contigisse beneficio, qui incognitum Totilam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta Cœnobium eius prætereuntem placauerit. Iuuit etiam Pelagij pontificis occurren/tis cum sago & lachrymis adspectus uenerabilis. Ea tempestate plures Iustiniani duces per Italiam diuisi magnis uiribus resistebant, ut scribit Procopius. Ioannes circa urbem tutan/dam. Iustinus Florentiam, Constantinus Rauennam, Cyprianus Perusiam, Bessas Spole/tum. Mundus Illiricum tuebatur, ubi post Salonas receptas multasq; de Gothis uictorias ad extremum perijt. Germanus postremo Iustiniani patruelis in Italiam missus, & ipse bre ui tẽpore interficitur. Deinde Conon qui Anconæ præfuit. Item Vitalianus Bellisarij fra/tris filius. Post annos IX. quàm Totila urbem secundo ingressus est, cum Narsete ac iu/uantibus Longobardis apud Brixellum prælio congressus interficitur. Narses interea qui Bellisario successerat iterũ urbẽ recuperat. Deinde Teiam post Totilam regnantẽ in Apu/liam consectatus prælio interfecit. Atque ita demum post annos XVIII. bello Gotho/rum finis impositus, qui ab initio regni Theoderici Italiam annos LXXI. tenuerant. An/no salutis DLXII. Pax deinde Gothis data, ac uolẽtes permissi circa Padũ remanere. Qui tamen non contenti sæpe Francorum auxilia quæsiuere, ut Agathius qui post Procopium scripsit, restatur, ac omnem eorum postquàm regno Italiæ sunt electi, prosequitur historiã. Ego uero cum tantum quid in Hispania gesserint ab initio scribere proposuerim, necesse habui hæc altius explicare, ut eorum in ea res gestæ melius appareant. Nam Theodericus (quem supra diximus in prælio Hunnorum cecidisse) tres reliquit liberos. Turismundum, Theodericum, & Henricum. Turismundus ulciscendi patris Hunnosq; bello persequen/di cupidus, Aetio prohibẽre destitit, ac in Hispaniam ad regnum paternum redijt, qui post annos tres à Theoderico fratre interficitur. Henricus uero alius frater regno Hispaniæ suc cedens ad annos XVIII. tenuit. Leges primus scriptas Gothis tradidit, sedente Simpli/cio, imperante Leone primo, filiumq; hæredem reliquit Alaricum II. qui ex concessione & hæreditate patrui Theoderici Tolosæ in Gallia regnum obtinuit, ubi & sedem consti/tuit. Inde postea expulsus à Clodoueo Francorum rege prælio ingenti amissis omnibus quæ in Gallia possidebat intra Hispaniam se recepit, ubi regnauit annos XVI. interfectus demum à Childeberto Francorum rege quod Clotildem coniugem eius sororem Arianæ sectæ repugnantem male tractaret. Post hunc Tenda annos XVII. quo à suis trucidato Theodegosilus annos XII. qui ob libidinem in matronas item interficitur. Agla annos IX. Hic aduersus Cordubam bellum sumpsit, in quo eius filius interficitur. Nec multo post ipsemet à suis apud Emeritam. Atanagildus annos XXII. & ipse apud Toletum in/terfectus. Lenogildus cum Luiba fratre, & postea solus annos XLVI. Regni fines dilata/uit, Cantabria deuicta, & Andecam regem Sueuorum è Callæcia expulit, cuius maiores annos CLXXVII. in ea parte regnauerant. Filium Hermogildum, quod à secta paren/tum abhorreret, ac Childeberti Francorum regis orthodoxi filiam duxisset in matrimo/nium, bello persecutus, & in potestatem redactum supplicio adfecit, quem pro martyre co lunt, anno salutis DLXXII. circiter ferè tẽpora Gregorij primi. Recaredus alter filius pa tri dissimilis uir Christianissimus concilium Toleti celebrauit, ubi Arianam sectam impro bauit à Leandro & Fulgentio Præsulibus rite ab incunabulis in fide institutus. Cum Fran cis bellũ gessit, ex eisq; XL. millia in campis Catalaunicis interfecit. Post hunc Luiba suc/cessore Veterico interficitur. Gundamidus deinde regnauit annos XXVIII. Vascones domuit, Romanorum exercitum fugauit. Decessit Toleti. Sisebathus orthodoxus dicitur fuisse, præterea Iudæos omnis expulisse: aduersus Romanos & Africam feliciter dimicasse. Quo fautore permotus Isidorus Præsul Hispalensis concilium habuit contra Acephalo/rum sectam. Recaredus II. huic successit. Deinde Suitilla in bello exercitatus, quo duce usus est olim Sisebatus rex in propulsando Ro. exercitu. Primusq;, ut ait Lucas Tudensis, Hispaniæ Monarchiam est assecutus. Deinde Sisenandus, Suitilla secundus, Tulgas Vi/desuindus, Recensuindus rex optimus, annos XIII. cuius tempora diuus Ildefonsus mo/nachus ac Præsul Toletanus illustrauit. Bamba rex bonitate prædítus ab Heringio succes sore propinatus memoriã amisit, regnoq; deinde administratione prohibitus se Cœnobio addixit, in quo uixit annos VII. cum prius regnasset VIII. Dum tamen sensus uiguit res præclaras ac indignas tali calamitate gessit: primum Vascones, deinde Nemausenses re/belles, præterea Narbonenses perdomuit. Ducem quoq; Biterrensem in Gallia res Gotho rum infestantem superauit, Saracenorum naues CCLXX. ad Hispaniæ littus primum ap plicãtes

annes
stinus
onstantinus
yprianus
essas Mũdus
onũ Narses
cia rex
inis belli
othorum

e Gothis in Hispania
heodericus
urismundus
lenricus
laricus II.

Tenda
Theodegosilus
Agla
Atanagildus
Lenogildus
Recaredus
Christianus
uiba
undamidus
isebatus
sidorus præ.
ecaredus II.
uitilla
isenandus
uitilla II.
ulgas
ridesuindus
. Ildefonsus
ecensuindus
Bamba
Heringius

plicãtes magna ui animi classe ingenti obuiam missa, partim cepit, partim depressit. Postre/mo Toleti concilium XVII. celebrauit. Heringius annos XIII. Egicam generum, succes/sorem reliquit, qui annos XIIII. regnauit. Fafillam ducem Tudensem ut eius uxore po/tiretur interfecit. Vitizam filium ei ciuitati præfecit, qui postea regno successit, uir admo/dum facinorosus. Nam Theodebertum Recensuindi regis filium paruum olim relictũ cui regnum debebatur oculis priuauit. At ille diuina benignitate ac prouidentia ducta nihilo/minus uxore Rodericum genuit, qui postea regno successit, auxilioq; Pelagij patrui Viti/zam una cum filijs captum reddita talione Cordubæ relegauit.

Egica
Vitiza
Theode/bertus
Rodericus
Pelagius

SARACENORUM INITIVM BELLI.

Is igitur Rodericus tres annos regnauit, cuius fœda libido finem attulit Go/thorum non tam generi quàm pacifico imperio, Saracenis superueniẽtibus. Nam cum filiam cuiusdam Iuliani præfecti, qui Tingitanam administrabat prouinciam, uitiasset, dolor domesticus patrem ad ultionem sollicitauit, loci fretum cõmoditate. Quare Iulianus clam ex Africa Saracenos euocat. Qui anno salutis DCCXIIII. duce Muza misso à Miramomelino eorum tunc rege, per an/gustias Herculei freti ingresso, biennij spatio omnem ferè Hispaniã occupant, præter Astu res natura loci munitos. In quo temporis spacio dicuntur ad DCC. hominum milia in eo bello utrinq; absumpta. Rex ipse qui filium Sanctium cum parte copiarum obuiam præ/miserat, atque is occubuerat, ad Xeritium oppidum occurrens cum reliquo extinctus est exercitu. Saraceni tanto potiti Imperio cum late ferro ignicq; omnia uastassent, regna in/ter se plura, ac sedes constituere. Primum Cordubæ quod Abenalibeti regnũ uocauerunt, Alterum apud Hispalim, Tertium apud Carthaginem nouam usq; ad quorundam princi/pum tempora quos uocant Almorades. Eaq; potestate usq; ad Ferdinandũ tertium regem perseuerauerunt. Hic demum anno MCCXVI. Toleto Corduba multisq; alijs recupera/tis locis, Saracenos regnis ex magna parte deiectos compulit Granatam ac Malacam, quæ prius sub Cordubæ regno fuerant, sese recipere, ac usq; ad ætatem nostram retinere. Vn/de tandem dei benignitate ac Ferdinãdi regis uirtute nuper expulsi sunt. Hæc compendio dicta paulatim per regum gesta & successiones explicanda. Pelagius igitur Roderico fra/tris filio successit. Is ab initio ubi Theodebertum patrẽ oculis mulctari uidit, furorem Viti zæ fugiens in Cantabria latitauit, ubi magno forte fuit adiumento rebus collapsis. Nam post à Saracenis cladem illatam cum ijs qui supererãt ex exercitu profligato, partim etiam operis & colonis, Asturiam se recepit. Astures enim & Callæci montibus & natura loci muniti tantum incolumes permansere. Legioneq; in primis capta annos ibi XX. quibus regnauit bellum gerendo, multa etiam recuperando paulatim effecit, ut afflicta gens, ali/quantulum respiscere uideretur. Hanc sedem posteri Castellam nouam uocauere, ueteris differẽtia quæ circa Cordubam & Hispalim fuerat. Sic eĩ Hispani regiam & munitũ circa locũ appellant. Dictiq; post hunc nõ Gothorum sed Hispaniæ siue Castellæ reges, qui ma/gna uirtute res patrias quotidie recuperauerunt. Fafilla Pelagio patri succedẽs paucis post annis extinctus est, dum uenaretur ab ursa petitus. Imperante Leone III. quo tempore alij Saraceni qui in oriente imperabant Constantinopolim obsedere. Hic cum uirili prole care ret, Alfonsum generum regno asciuit cognomẽto Catholicum, quod relicta Ariana secta, qua Gothi omnes infecti erant, celebrato concilio fidem orthodoxam sequeretur. Is enim Petro Cantabriæ duce natus, è genere Recaredi Gothorum regis, multum amissi regni re/cepit, multaq; oppida ac templa restituit, tum donis ornauit. Regnauit annos XIX. Frio/la Alfonsi filius Saracenos qui Callæcos infestabant, prælio ad L. milia cecidit, Vascones rebellantes in officio cõtinuit: interfectus deinde à fratre Aurelio post annos regni XII. Constantino VI. cum Irene matre imperante. Aurelius per parricidium regnum consecu/tus, sex tantum annos postea uixit. Cuius tempore serui in Hispania contra dominos arma corripuere, quem tumultum ipsemet sedauit. Silo gener Alfonsi Catholici regnauit annos VIII. Pacem cum Saracenis ignominiosam quidem fecit, sed fœdus rumpentibus bello re stitit. Callæcos rebellantes perdomuit. Muregactus Alfonsi Catholici filius nothus annos V. auxilio Saracenorum regnum assecutus paternũ. Quapropter illis ex fœdere uirgines certas quotannis pro tributo mittebat, impar omnino patrijs uirtutibus. Veremundus Al/fonsi Catholici ex Bilimarao filio nepos cum esset Diaconus regnum iniit, factiq; postea

Sanctius Ro/derici filius
Saraceni Hi/spaniam inter se diuidunt.
Pelagius
Astures
Castella noi
Fafilla
Alfon. Cath
Friola
Aurelius
Serui contr dominos.
Silo
Muregactu
Veremũdus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uetense &
sturicense
mpla.

troli Ma-
ni aduentus.

pœnitens, sese sponte abrogato monachum egit, eius consobrino surrogato, qui apud Cantabros agebat: regnauit annos II. Ramyro & Garsia puerili ætate relictis. Alfonsus II. Cognomento castus Alfonsi Catholici ex Friola filio nepos, cognominis causam asse-cutus, quod utr religiosissimus fuerit, & uxorem quam habuit nunquam attigerit, insu-per uictorijs gloriosissimus Ouetensis ac Asturicensis ciuitatum Basilicas cõstruxit, simul & donis locupletauit. Cum auxilia Caroli magni per legatos peteret, procerum indigna-tionem excitauit, passim dictitãtium præstare Hispanos mori, quàm Gallis subijci, aut per eos esse incolumes. Itaq; coactus est frustra per eosdẽ legatos rem detractare, cũ ille cũ Ro-lando cæterisq; ducibus Pyreneũ iam superasset: ex q̃ magnas in Hispania strages hostiũ magnaq; facinora fecit, ut in Gallorum historia & Caroli uita continet. Toletanus autem negat hæc uera omnino, sed tantum partem eum Vasconiæ territasse, deinde ab Hispanis obuiam factis recipere se confestim in Galliam coactum. Regnauit annos LII. In Oueten-si templo prodigiũ in aurea cruce quã donauit fama est uiuentem ostendisse, quod sine arti-

Ramirus

fice factam euestigio compererit. Ramirus Veremundi regis filius fratrem Garsiam, quan-quam ætate paruum regni consortem uoluit. Normandorum ingentem classem Callæco littori adpulsam nauibus LX. succensis reppulit. Saracenos apud Calagurium uicit, op-pido ipso in potestatem redacto, in quo prælio dicitur in equo albo apparuisse sanctum la-

Ordonius

cobũ auxiliarem. Regnauit annos VI. Imp. Ludouico Pio. Ordonius Ramiri filius Vasco-nes iterum rebellantes compescuit, à quo bello reuertens Arabes, quos late populantes of-fendit, cõmisso prælio cum Muza eorum duce confregit. Sed & Muzæ filium apud To-letum in deditionem cum oppido recepit. Decessit anno regni decimo, quinque superstiti-

Ilfõsus III.

bus liberis Alfonso, Veremũdo, Nunio, Ordonio, Friola, ex quibus Alfonsus III. cogno-mento magnus rem suscepit paternã anno DCCCLXXXIII. De Saracenis sæpe trium-phauit, ciuitates Lusitaniæ Colimbricam & Viseum recuperauit. Vascones Nauarrosq; qui tunc à Saracenis dominabantur sæpe depopulatus. Hæc tamen opera egregia domesti-ca crudelitate fœdauit, quatuor eius fratribus qui in eum conspirauerant euulsis oculis.

rnardus è
rpia.

emplum
. Iacobi &
uetense.

Sub eo Bernardus quidam è Carpia militasse commemoratur, Regnauit annos XL. Suscepit Garsiam, Ordonium, Froilam. Hunc etiam Alfonsum scribit Toletanus tem-plum sancti Iacobi primum excitasse, tum alterum Ouetense Metropoliticum cõstituisse,

Alfonsus chri
anissimus.

Ad eum insuper Io. VIII. scripsisse Io. seruus seruorum dei Alfonso regi Christianissimo, ex cuius autoritate scripti, Hispaniæ regem in primis Orthodoxum existimant Præterea cum Carolo Caluo in ualle Rosada prælio fuisse congressum. Garsias natu maior rem pa-

arsias rex

ternã assecutus, Arabum regẽ Aiolam in bello cepit, cuius spolia Ouetensis tẽpli tholo su-spendit, ubi & sepultus est, cum regnasset annos tres, imperante Carolo Caluo. Ordonius

rdonius II.

II. Garsiæ fratri successit. Legionense templum ædificijs ac donis ornauit, aduersus Sara-cenos infeliciter dimicauit, captis in bello nonnullis præsulibus, inter quos Asturicensis

emplum Le
onense

æsul Astur.

etiam martyrio affectus, iussu Abderæ regis eorum. Post hæc Ordonius quatuor Castellæ comites qui bellum id detrectauerant, iussos ad se uenire, & incolumes fore pollicitus, ne-cari mandauit. Ob quam perfidiam Castellani, qui tunc Legionensi suberant regi, rebella-

artyr.

astellani à
egionensi re
llant.

uerunt, factisq; inter se magistratibus ac iudicibus, rem ipsi administrabant. E quibus po-stea reges descenderunt. Regnauit annos VII. Froila II. alter Ordonij frater, Alfonsi ma-

roila II.

gni filius ultimus crudelis admodum habebatur, ut qui multos è nobilitate interfecerit. Quare lepra correptus, morte ærumnosa absumptus est, superstitibus quatuor liberis. Al-

Ifonsus IIII.

fonso, Ramiro, qui patri succedere. Item Ordonio, & Froila. Regnauit annum. Alfon-sus quartus, sese regno sponte abdicato, monachum egit surrogato fratre Ramiro, deinde

amir frater

per inconstantiam ad regnum redire conatus, à Ramiro capitur, atque illata cæcitate mul-ctatur, quam ille postea crudelitatem cuius pœnitebat, pietate constructi ab se templi pen-sauit, ubi eum tumulauit. Contra Areffam Saracenorum regem, cum quo Ferdinandus Hyuarensis & Didacus Nunij comites conspirauerant, dimicauit, quo expugnato, comi-tes cepit, eosq; amicis rogantibus condonauit. Sanctius cognomento Crassus, frater

Sanctius
Crassus.

Ramiri, & Ordonij, portentosa dicitur obesitate fuisse, ac ualitudini contraria. Quamob-rem pace facta cum Abderamo Saracenorum rege medicinæ perito, ut ab eo curaretur: Cordubam profectus est. Interea domi per eius absentiam, Ordonius cognomento Ma-

lus, filius

lus, filius Alfonsi illius cui lumina diximus adempta, auxilio procerum regnum inuasit. SANCTIVS uero Saraceni auxilio, amissum recuperat. Præterea Ferdinandum Ca-

Ferdinandus

stellæ comitem, eiusq; successores, à iurisdictione regis Legionensis in perpetuum im-munes esse uoluit. Decessit anno salutis circiter nongentesimouigesimo octauo, regni

Castellæ Co
mes immunis

undecimo. Ramirus puerili ætate post eum annos rexit uigintiquinque. Quo tempo-re Normandi ad littus Gallæcum cum classe ualida applicuere, quibus comes Gundisa-

Ramirus rex
Normandi

luus Sanctij restitit. Arabes quoque rupta pace quam olim cum Ramiro puero fe-cerunt, omnia depopulabantur. Quapropter Gallæci contempta regis ætate, Veremun-

Gundisaluus
Sanctij dux.

dum regis Ordonij filium, apud Compostellam regem declarant. Contra quem Rami-rus bellum mouet, prælio commisso, utrinque sine uictoria discessum. Almanzor item Saracenorum rex cum ingenti exercitu aduersus Hispanos pugnans, à Ferdinando Gun-

Veremundus
II.

disalui comite magna uirtute repulsus est, imperante in Italia Berengario tertio. Vere-mundus secundus, Ordonij filius iuuante Garsia Ferdinandi Castellæ comite aduersus

Almanzor
Templũ Con
postellanum

Almanzorem mouet: prælioque primo uictor decessit. Mox Saracenus redintegratis ui-ribus, Veremundum fugere ad Asturum montes cum sanctorum reliquijs coegit. Inde Legionem per obsidionem expugnat, ac diruit. Mox Lusitaniam ingressus Compostel-lanam euertit Basilicam. Diui tamen Iacobi sacellum attingere non est ausus, territus (ut aiunt) quodam diuinitus fulgore. Cui bello dysenteriæ morbo correptus finem fecit. Post hæc Veremundus & Garsias iunctis castris apud oppidum de Canatannazor ma-gnam Almanzori cladem intulere. Ex quo ille animi dolore prostratus, post paulo de-cessit. Veremundus hac uictoria elatus, cum domum reuerteretur, superbe nimis ac crudeliter omnis habuit. Tum Compostellanum & Ouetensem Præsules in carcerem coniecit. Ouetensem paulo post uiso portento quodam, admonitus liberauit, facinusq; suum detestans, alijs compensauit officijs, pia diui Iacobi loca à Saraceno diruta instruen-do. Regnauit annos septem. Alfonsus quintus, Veremundi filius adolescens regnum

Alfonsus V.

inijt, tenuitq; annos triginta septem. Sororem Tyresiam Abdalæ Saraceno Toleti re-gi locauit, ut ei contra Cordubæ regem auxilio foret. At uirgo sancta, infidelis uiri consor-tium ac congressum detrectauit, quamuis sæpe precibus, sæpe minis uexata. Mox eo ex-tincto, liberata sese deo in cœnobio perpetuo dicauit. Alfonsus interea dum Viseum, quod

Tyresia soro

tunc Saracenorum erat: obsidet, sagitta uulneratus interijt. Veremundus tertius Alfon-si filius, sine liberis, anno regni quarto decessit, quod ad Ferdinandum sororium eius dedu-ctum est. Is Sanctij maioris Castellæ comitis, filius fuit, ac Sanctiam filiam Alfonsi Le-gionis, sororem Veremundi supradicti duxerat, ex quo Legionis regnum iure uxoris hæ-

Veremun
dus III.

reditario assecutus, primus omnium utrunque tenuit regnum anno millesimo decimose-ptimo. Nam ad hunc usque diem Castella per comites regebatur, cum titulus tantum Hi-spaniæ regni post ingressos Saracenos apud Legionem esset. His etiam Nauarræ re-

Ferdinandus
primus rex
ſtellæ.

gnum adiecit, quod interfecto Garsia fratre arripuit. Tanta itaque potentia fretus Co-limbricam, partemq; Lusitaniæ recuperauit. Decessit anno regni quadragesimo. Hoc tem-pore Rodericus Cidus dux exercitus inuictissimus, in Hispania claruit: Cuius res gestæ

Nauarræ
regnum

maximæ celebrantur. Hunc genus à comitibus Castellæ ducentem, Ferdinandus quin-que terris præfecit, quas à totidem Saracenorum ducibus fortissime dimicando defen-dit. Martinum Gometij ducem qui regis Aragonum nomine Calagurium recuperaue-rat, cum toto exercitu subiecit. Regem Hispalensem qui Alfonsi Legionis regis uecti-

Roderieus
Cidus

galis erat, obsessum à rege Granatæ liberauit. Castrum de Alcozer fugatis ducibus regi-bus Saracenis qui Alfonsum obsederant, recepit. Postremo Valentiam nobilem ciuita-tem recuperauit, anno Millesimo trigesimo, quam Vnes rex Saracenus potenti ex A-

Valentia re
pta.

frica classe delatus, recipere conatus, repulsus, amissa magna nauium parte domum reuertit, ubi dolore animi paulo post moriens, fratri Buchari mandauit uti bellum in-staurare t. Ille itaque redintegrata classe potentissima (nam eius nauigia Gilbertus qui historiam scripsit Africanam, ad trecenta fuisse tradit) non meliorem & ipse tulit exi-tum quàm frater antea tulerat, fusus fugatusque cum triginta milibus partim cæsis, partim mari depressis fuisse memoratur. His itaque gestis RODERICVS reuer-sens, ALFONSVM sextum FERDINANDI huius filium apud Legionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

obuium habuit, propecq; dexterā collocatus, in perpetuo maximoq; apud eū honore perse/
uerauit. Ab hoc dicūt domū de Mendoza clara stirpe descendisse. Ferdinandus igit cum
XL. annos regnasset, excessit Sanctio & Alfonso filijs supstitibus. Sanctius Alfonsum fra/
trem fugauit, ille Toletū ad Regem Saracenū se recepit, donec eo mortuo à populis reuo/
catus ad regni successionē, non prius à Saraceno dimissus est, q̄ iureiurādo affirmauerit se
perpetuo in eius amicitia permansurū, quod minime seruauit. Sed inito regno, statim Tole
tum, expulso Saraceno, recepit, Mesquita (sic enim eorū tēpla uocant) ei tantum concessa,
quam postea Bernardus Præsul, & regina adeuntes, ea loca ingressi, Saracenis expulsis, di/
uæ Genitrici cōsecrarunt. At Saraceni oratores questū iniurias ad Alfonsum mittūt. Qui
confestim iratus, iurauit se sine ulla uenia in suos animaduersurū, neq; precibus ullius faci/
le assensurum. At illi præsentientes, astu pœnā uitauere, missa regis filia obuiam, quæ mul/
ctam eis precaretur. Quapropter rex iuramento solutus, illis se cōciliauit. Hoc tēpore Sara
ceni è Carthagine in Hispaniam excurrentes, oīa uastabant, quibus obuiam infans cum
Septē comites septem comitibus missus, interfecti ad unum omnes fuere apud Alcazar de Cōfuegra, lo/
cusq; adhuc Septem comites appellatus. Quare rex hoc animis mollitia nimia corruptis
adscribens: Toleti ob balnea illecebrásque alias uoluptatum, à Saracenis apud ea lo/
ca quondam instituta omnia sustulit, ac ad pristinam populos seueritatem reducere cona/
Alfonsus VII tus est. Post hæc Toletanam Burgensemq; basilicam donis plurimis locupletauit atq; au/
xit. Viracam filiam Raimundo comiti Barcinonis locauit. Ex qua ille Alfonsum VII. ge/
nuit, qui postea regno successit. Mortuo uiro, illa iterum Alfonso Aragonū regi nupsit, qui
cum uir sacrilegus esset ac iniustus, in ærumnis ac sine liberis perisse dicitur. Alfonsus aūt
Beatrix filia Ludouico nu. de quo nūc dicimus, cū regnasset annos XLIII. sine uirili prole decessit. Alfonsus VII.
Alfonsi VI. è filia nepos, iterū regna diuisit: Castellā Sanctio: Legionē Ferdinando filijs tri
buens. Beatricem filiam Ludouico VII. Francorū regi locauit, qui diui Iacobi templū sa/
lutatum ueniens, à socero magnificentissime apud Burgensem ciuitatē exceptus fuit, Tole
tiq; eius gratia cōuentus habitus, ubi legitimū genus Beatricis uxoris, quæ notha prius pu
tabatur, declaratū est. Hic Alfonsus potētissimus omniū qui ante se fuere est habitus. Qua/
re imperator Hispaniarum appellabat. Cordubam, Almeriam, Baionam recepit, quæ loca
anctius III. Desideratus lancha uxor erdinandi. cum adiret in itinere sub arbore quadam repentino excessit, Frederico primo imperante.
Sanctius III. Alfonsi filius, cognomēto Desideratus, q̄ intempesta & immatura morte de
cedens, ob eius egregios mores iustitiamq; in omnes, desideratus à populo fuerit: fratrem
Ferdinandū Legionis regem ab eo dissidentē cepit, ac rursus in regnum restituit. Blanchā
Garsiæ regis Nauarræ filiam duxit uxorem, ex qua Alfonsum VIII. genuit. Ferdinandus
secundus apud Legionem regnauit, Sanctij frater, cuius filium pupillū Alfonsum eius iuri
ac regno subijcere sacramēto fidei adactū conatus est. Quod animaduertēs Nunius unus
è tutoribus, puerum in arce ac præsidio collocatum ab iniustitia patrui asseruit. Regnauit
lfonsus VIII onus lācha mater illi Ludouici Ferdinandus annos XXXI. Alfonsus igitur octauus, cognomento Bonus, ex Helionora
Ricardi regis Angliæ filia, plures suscepit liberos, inter quos Henricum, qui postea regna/
uit: Blancham quæ nupsit regi Gallorum, ex qua diuus postea Ludouicus genitus est: Be/
rengariam quæ Alfonso regi Legionensi, ex qua Ferdinandus tertius: Hieracam, quæ Lusi
taniæ, & Helionoram, quæ Aragoniæ reginæ fuere. Igitur Alfonsus, quum semel aduerso
marte pugnaret contra Saracenos, temeritate & arrogātia ducis Didaci de Haro principis
rucis, pdigiū de Viscaia, apud locum de Halarcos instaurato prælio iterum congressus, insigni eos clade
afflixit, cæsis fere. CC. milibus, ubi crux ei è cœlo ueluti magno Constantino quondam
apparuisse dicitur. Eadem fere tempestate Romam misit Rodericū præsulē Toletanum,
ad impetrandas in expeditionem Saracenorum collationes. Excessit anno M.CLX. regni
Ifonsus IX. enricus I. autem LIIII. Post quem rem tenuit Alfonsus IX. Ferdinandi regis Legionis filius, an
nos XXVIII. Cui successit Henricus Alfonsi VIII. regis Castellæ filius, puer admodū,
impulsoréque Aluaro comite tutore, consobrinā eius Lusitaniæ regis filiam, inconsulto
Pontifice, in matrimoniū cepit. Quod postea ab Innocentio III. diremptum fuit. Perijt
una cum pueris ludendo & gulæ casu, apud Palantiam urbem, anno secundo quàm re/
erdinā. III gnare cœperat. Ferdinandus tertius, Alfonsi VIII. filius, patris ac patrui sine liberis dece/
dentis regna obtinuit, omnium Hispaniæ regum felicissimus, simul & potentissimus.
Nam post illam Saracenorum irruptionem, primus Hispaniam ferè omnem restituit, Hi/
spali,

spali, Corduba, Vandalia, Beticáque magna parte recuperatis. Saracenosq; in angu/
lum quasi quendam Beticæ, quem Granatæ regnum appellabant, concluſit. Tanta alio/
quin iustitia & religione, ut statuam ei à principibus oblatam, moriens nullo pacto statui
mandauerit. Eius gesta persequitur Rodericus Præsul Toletanus, qui ad hæc usque tem/
pora peruenit: ex Beatrice filia ducis Brabantiæ suscepit Alfonsum X. qui post eum regna *Beatrix Brabantina*
uit, è secundo matrimonio plures alios. Huius quoque auxilio hoc tempore rex Tarraco/ *Iacobus Tar/*
nensis Iacobus cepit insulas Baleares, uti refert Cusentinus, anno M.CCLII. Alfonsus *raconum rex*
X. Ferdinandi filius, Violantam Iacobi Aragonensis filiam duxit, qua ob sterilitatem abdi *Christiana*
cata, Christianam Daciæ regis filiam, conspicua forma, in matrimonium accersiuit. Quæ *Daca*
dum in itinere esset, præter spem, repente grauida apparuit, ex quo ab Alfonso ante nu/ *Alfonsus X.*
ptias abdicata est, quam postea regis frater Philippus abbas Vallisoleti, & de Caueis ru/
beis, simul & præsul Hispalensis, spreta religione ac sacerdotio duxit in matrimonium, gra
uiter ferente fratre. Alfonsus igitur plures suscepit postea liberos, Ferdinandum qui Blan/
cham diui Ludouici filiam duxit, cuiq; pater superstes fuit, Sanctium qui postea regnauit,
Ioannem, Iacobum, Petrum, Berengarium, & Helionoram. Ex cōcubina uero Beatricem.
quæ locata Alfonso Lusitaniæ regi Dionysium peperit. Ex his igitur Ioannes multa aduer
sus Saracenos bella fortissime gessit, uxorem duxit Margaritā Marchionis Montisferrati
filiā. Ad Alfonsum redeo, cuius domi, & in ocio, multa præclare gesta memorant. Leges à
maioribus in Hispania conditas, immensum opus, in septem digessit uolumina, quæ parti/
tas appellant. Edidit, aliorum tamen ingenio, historiam orbis, quam generalem Hispani uo
cant. Canones item in astrologia, quas tabulas nominat Alfonsinas, unde astrologi cogno *Alfonsus X. astrologus*
men est adeptus. Prædicatur præter hæc liberalitas publicaq; eius munificētia: quippe qui
in Ferdinandi & Blanchæ nuptijs congiarium populo dedit, pauperes omnis ueſtibus uiri
tim donauit, Imperatorem Constantinopolitanum à Soldano captum ære ingenti collato
redemit. At idem foris non æqua felicitate res gessit. Nam Saracenus Granatæ rex, rupto
cum eo fœdere, Murtiæ quædam loca, tum Xeritium oppidum, post longam obsidionem
consecutus est: quo bello pulcherrimum facinus Garsiæ Gometij Carillo, qui arci præerat, *Garsias Carillo*
memoratur. Hic extremam expectans ruinam, ac solus interfectis cæteris restitans, in ho/
stes ruit, stragemq; circa se fecit, aliquandiu irruptionem impetumq; moratus: tandem ui/
uus captus, ob fortitudinem uenia donatus, & ad Alfonsum incolumis remissus est. Sed &
regni proceres passim rebellantes, ac cum Granatæ rege conspirantes habuit. Causa discor
diæ diminuta regni iurisdictio, quod Dionysium ex filia nepotem Lusitaniæ regem, qui an
tea regi Castellæ suberat, à tributo & uectigali immunem fecerat, illis in consilio reclaman
tibus. Dum de Frederici secundi abrogatione ageretur, delectus ipse imperator à bona ele/
ctorum parte in Germaniam profectus est: uerū spe frustratus, paulo post redijt, nihilo me/
liora domi offendens, morte filij Ferdinandi de la Cerda comperta. Reges quoque Grana/
tæ & Belamarini, per ipsius absentiæ occasionem magna Beticæ Vandaliæq; incommoda
intulere, cecideréq; Sanctium Aragoniæ infantem Præsulem Toletanum, ac Nunium de
Larca. Sanctius item eius filius secundo loco genitus, regno occupato, patrem uenientem
excluſit, qui Hispali subsistens ex animi dolore decessit, Sedente Alexādro III. Sanctius
quartus Alfonsi filius, annos XI. regnauit. Cum Saracenis feliciter dimicauit, quibus Ta *Sāctius IIII. Carteia re/*
risam, quondam Carteiam uocatam, ademit. Regem de Phez Machometum appellatū, *cepta*
ac Benyrizaph ex Africa cōtra Hispaniā maxima classe soluētes, p Benedictum Zachariæ
Admiratum, bello nauali superauit. Patrem redeuntem è Germania, regno occupato, non
admisit. Sæuus natura fuisse traditur, in disciplina præsertim militari minima de causa mili
tes plectendo. Apud Pacemiliam, quatuor hominum milia trucidari iussit, quod in tumul
tu quodam exorto, Alfonsum fratris filium, regem appellauissent. Ferdinandus quartus
Sanctij filius, ex Maria coniuge, Alfonsi de la Molina fratris Ferdinandi III. filia, Anno
M.CCXCV. extincto patre, puer in genetricis tutela remansit, cuius prudētia multa eua/
sit pericula. Nam cū Alfonso de la Cerda, qui se Castellæ regē dictitabat, ac regibus Nauar
ræ, Lusitaniæ, & Aragonū grauia bella p legatos gessit. Sed & huius mulieris nō minor re/ *Mariæ relī gio*
ligio narrat, diuendita lautiore supellectile, ut egētibus subueniret, ipsa fictilibus frugiq; ui
ctu & abstinētia singulari est usa. Cœnobia septem egregia cōstruxit. Ferdinandus igit dū

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alfonsus XI. per ætatem licuit, ex Constantia regis Lusitaniæ filia, Alfonsum XI. genuit, qui Castellæ regno successit, & Helionoram quam Alfonso Aragonum regi locauit. Zeliam oppidum ex Saracenis recepit. Delatoribus dicitur aures præbuisse, quare duos nobiles uiros è familia Carutial necari sola suspicione iussit. Regnauit annos XV. Alfonsus eius filius anno M.CCCX. aduersus Saracenos Almohazen Machometem & Hynzeph reges Bellamarini & Granatæ feliciter dimicauit, subiugatis oppidis Alcala de Bencay, quam nunc Regalem appellant. Gundissaluum Martini magistrum de Calatraue uirum maximum, & de Hispanis bene meritum, leuibus de causis necari mandauit. Ipse uero dum oppida Sarant, & Zibatar obsidere cœpisset, pestilentia castra passim occupante excessit, superstite filio Petro. In ea obsidione res mira, & Scæuolæ Romani exempli æmula narratur. Saracenus quidam patriam cæde regis liberaturus, ex oppido egressus, gladio clam subueste abdito per castra inimicorum ad Hispaniæ regem contendit. Captus, ubi res detecta, & gladius manifestatur, rex hominis uirtutem & audaciam admiratus, incolumem remisit, qui ut domum peruenit, regis sui uitare iram non potuit, quod clam eo rem fuerit aggressus, statim necatur. Regnauit Alfonsus annos XL. Petrus autem filius XVIII. qui omnes Hispaniæ reges crudelitate, parricidijs, ac scelere superauit, cunctam nobilitatem, tum proximos quosq; alios alia de causa matre frustra uociferante necando: Inter quos Petrum Stephani magistrum de Calatraue, Rodericum Gundissalui de Casanda: Alfonsum Tellem Alfonsum, & Martinum. Postremo aduersus fratrem Henricum sæuire cœperat, ille ad Aragoniæ regem confugiens, eius auxilio Hispaniam repetit. Toletum obsidet, Petrum ad oppidum Montiel confugientem, in arcem persequitur, ibiq; obsessum tandem interfecit, regnoq; potit, tenuitq; annos VIII. M.CCCLXIX. Ante omnia proceres humanitate ac liberalitate deuinxit, ex Ioanna coniuge suscepit Io. & Helionoram, quæ Nauarræ fuit postea regina. Sepultus apud S. Dominicum dela Calzada Calagurritanæ diœceseos. Ioannes filius qui ei successit, ex Helionora Petri Aragoniæ filia suscepit Henricum ij. regni successorem, & Ferdinandum qui postea Aragoniæ rex fuit. Duo grauissima bella gessit. Primum cũ Lusitanis, quod defuncto Ferdinando socero, ei ratione uxoris succederet. Illi uero suffecto quodam Ioanne notho ordinis equestris ex stirpe regia Ioanni restiterunt, à quo etiam uicto, & in morbo iam constituto, per oratores pacem impetrare non potuere, ea arrogantia dicitur fuisse. Interea dux Alencastriæ ac Cloceſtriæ regis Angliæ filius Castellæ ac Legionis regnum ad se pertinere dictitabat iure uxoris Constantiæ Petri Aragoniæ filiæ. Igitur Gallæciam ingressis Anglis, iuuantibus Lusitanis, Ioannes cum exercitu occurrit, pugnatumq; diu est: post aliquantulum tempus bellum id sedatum, & animi conciliati ob matrimoniũ Catherinæ ipsius ducis filiæ, & Henrici Ioannis huius filij. Perijt autem Ioannes lapsu equi, cui Henricus ipse ex ordine tertius successit, regnauitq; annos XVI. MCCCXC. Ex Anglicano matrimonio quod supra commeraui, Ioannẽ II. præter omnium spem edidit, cum longo prius interuallo Mariam & Catherinam suscepisset, quarum primam locauit Alfonso fratris Ferdinandi filio, mulierem longe sapientissimam, quę annos XXV. Aragoniæ regnum uiro absente, & res in Italia gerente, administrauit. Excessit autem ipse Toleti, Ioanne II. filio successore in cunis relicto, ac Catherina matre, & Ferdinando patruo, Alfonsi patre, illius qui postea rex Siciliæ fuit, tutoribus adhibitis. Is cum primum per ætatem licuit, ex Mariæ ipsius Ferdinandi patrui filiæ matrimonio Henricum IIII. Ex Helisabeta uero Ioannis regis filia Alfonsum & Helisabetam suscepit. Cum Saracenis bella gessit: Aluarum de la Luna præcipuum inter amicos habuit, cuius gratia multa passus bella à propinquis regibus quibus ille infensus fuerat, qui pulsus tandem, deinde reuertens, ad extremum ob nimiam arrogantiam regi ipsi inuisus, capite plectitur. Bellum maximum sustinuit, Alfonsi & Ioannis Aragonensium eius cognatorum, ad quod componendum legatus cardinalis de Fuxo missus à Martino V. adhibitis utrinq; pacificatoribus atque arbitris, rem composuit: inter quos Præsul tunc Valentinus Alfonsus Boria, qui postea Calistus tertius fuit, partes Alfonsi Aragonẽsis tutabatur. Vincentius uero ordinis prædicatorum, qui postea inter sanctos relatus fuit, alteram fouebat partem. Quo etiam impulsore, Ioannes ipse Iudæos omnis relictis bonis, ex Hispania discedere iussit, nisi qui Christiani fieri mallent. Bona igitur pars, metu amittendæ rei, sacro

Saraceni gestum par Scæuolæ

Petrus

Henricus ij

Ioannes I. Henricus iij. Fer. Arag. rex

Anglorum motus

Io. ij. Maria Catherina

Henricus iiij. Helisabeta soror

Aluarus de la Luna

Pax inter Hẽ cum, Alfon. Ioannem

Iudæi expulsi Iarani

sacro fonte abluti: clam uero paternis legibus inuigilantes, pessimum genus hominum euasere. Hi sunt quos Marranos hodie uulgus appellat. Ioannes igitur rebus cõpositis, extinctus est cum regnasset annos XLVII. Henricus IIII. uiuo patre in regno cõfirmatus, cum prius Asturibus, alijsq; regni paterni populis præfuisset. Anno M.CCCCLIIII. Oppida nonnulla per legatos ex Saracenis recepit: Zibalthar per Murciæ ducem (Nam huiusce modi oppida sæpe utrinq; uariabant) Estiponam prope Malacam, per Ioannem Pachachum Marchionem de Villera, Archidonam per Petrum Giron magistrum de Calatraue. Inter præcipuos habuit aulicos Petrum de Mendoza Præsulem Secontinum, in patrũ postea collegium eius opera cooptatũ, missis ad hoc ad Calistum iij. oratoribus, inter quos fuit Rodericus Præsul Valentinus, quem uidimus Pauli tempore molis Hadrianæ præfectum. Henricus deinde Nauarræ regnum per Caroli mortem Ioannis Aragonis filij, armis adsecutus est. Ex coniugio nihil liberorum suscepit, quod eum inhabilem ueneri, ac uirilitate deficere constans esset fama. Filiam spuriam, quam suam esse sibi persuaserat, regni hæredem instituerat, si per proceres licuisset, qui omni studio resistentes, Helisabetam eius sororem illi prætulerunt. Cui Præsul Toletanus, cæteriq; nobiles, Ferdinandum Ioannis Aragonensis regis filiũ, eius propinquũ, in matrimoniũ accersiuere, concilijsq; nuptijs, cuius rei gratia missus à Sixto Pontifice Rodericus Boria legatus, ac Romanæ ecclesiæ uicecancellarius fuerat, anno M.CCCCLXXI. pax ac concordia inter reges inita, & Henrici consensu Ferdinandus una cum coniuge, legitimus regni utriusque hæres est institutus, ac post eius mortem rem suscepit, nulli maiorum suorum felicitate ac potentia secundus: ut qui limites imperij, gloriæq; Hispaniæ propagauerit, & gentem Saracenicam quæ Granatæ regnum, Beticæ partem, annis iam prope DCC. occupauerat, suis armis ac uirtute anno M.CCCCXCII. penitus expulit, ex quo sectam ac potentiam eorum debilitauit, ut nemo dubitet paruo iam negocio reliquias quæ Africam tenent, euerti posse. Religionem præterea in tota prouincia magnopere auxit, expulsis pseudochristianis, quos Marranos uocant, de quibus supra mentionem feci. Deinde eiectis omnibus qui in ordine minorum citra illius obseruantiam ac instituta uiuebant: quorum ingens numerus, multaq; milia discessere. Sed & regijs auspicijs nautæ nouum ingressi pelagus nostros Pericœcos lustrauere, ac ignotas orbi insulas, de quibus alio loco dicam, Hispanorum gazzæ adiecerũt. Lusitaniæ regem de finibus tumultuantem, breuiter armis compressit, ac in uniuersa Hispania mores populis, ociaq; ferro dedit. Pro quibus meritis suarum animos gentium obsequentissimos habet, & ab Alexandro Pontifice, ac patribus rex Catholicus appellatus, ac omnium consensu, lauream inter principes Christianos meritis & autoritate maiorem hodie refert. Non minor Helisabeta uirtute, animoq; uirili matrona uisa est, anno superiore extincta, quæ mater castrorũ honoris gratia, nõ modo dici poterat, sed & religionis, & Hispanicæ quietis, cũ uiri sapientissimi cõsilijs omnibus in rebus præsto fuerit. Hos igit ad beatas quãdoq; sedes deducturus deus omnipotens, in hac uita exercuit, ac orbitate mulctauit, unico filio adolescẽte amisso regni principe, specq; nominis tãti. Verũ diuina prouidẽtia nõ minoris indolis generũ regnis adoptauit Philippũ archiducẽ Maximiliani Cæsaris filiũ, cui pater habenas post secula tradat. Ferdinãdus post hæc cũ Frederico regi Siciliæ, ppinquo suo, expulso subuenire pararet cõtra Gallorũ regẽ, in eã cõcordiã uterq; rex uenit, ut Apuliã atq; Calabriã sibi retineret omni ditiõe, reliqua Gallus. Verũ exorta postmodũ inter eos de finibus cõtẽtio est, magnoq; se ambo iudice tuẽtes, ad arma deuenerũt. Gundisaluus Ferdinãdus Hispanorũ dux, q ut alter Viriatus uirtute armisq; nuper effulsit primũ lacessitus, ac Baroli obsessus, ea fuit animi cõstantia, ut paulatim emergens, parua ad modũ & collectitia manu maiores Gallorũ copias fuderit, ac eorũ ducẽ Viceregẽ appellatum interfecit. Fama deinde uictoriæ peruagata diuersis in locis, uarijsq; prælijs superior semper apparuit, donec oppidatim ui cuncta subegit, ac Neapoli demum recepta, munitissimam illam & inexpugnabilem arcem breui post tempore in potestatem redegit, muro ponteq; Hispanorum solertia superatis, ac custodibus partim cæsis, partim captis. Summa deinde belli ad Caietam redacta, quo se Gallorum reliquiæ ad octo milia ex fuga receperant, clausisq; obsidione, supplementum post annũ armatorũ fere decem milia superuenere, magnis machinis, bellicisq; operibus instructa, quibuscum Italici principes nonnulli aderant. At Gundisaluus quanq; uenientibus occurrere animus non deesset, maluit tamen

Hẽricus iiij Zibalthar recepta

Nauarræ regnum

Ferdinandus rex & eius præconia

Helisabeta regina

Philippus Archidux Fœderis cum Gallo forma Gundisaluus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen Fabianis artibus bellum ducere,atq; hoc modo lenta obsidione sine cæde potiri:& fortunam periclitando,ac militum sanguine abutendo,repentina hostem clade superare. Quod proculdubio euenit.Nam ad ultimam redacti famen Galli,& à suis ob metum appropinquare nolentibus frustra auxilium prestolantes:primum hi,qui montem Caietæ uicinum tenebant,deditionem fecerunt:post hos uero ciuitas tota anno. M.D.IIII.Gundisaluus igitur uix toto triennio elapso, Siciliæ totius regno potitus, Neapolim se recepit: ubi rebus in pace constitutis,pro rege presidet,iuratq; populis dicit.In quo factum periculum nunquam Hispanum ducem feliciorem quàm Romano milite fuisse. Nam Prosper ac Fabritius Columnenses,maximum uictoriæ pondus accessere:nec contra hoc tempore Romanus untq; fortior q̃ Hispano duce:ut ex Italicis XIII.conspeximus,qui in eo bello cum totidem Gallis congredientes,toto spectante exercitu superiores fuere. Ferdinandus itaq; rex his rebus per hunc gestis tributum Pontifici misit,album equum, ad quem Alex. VI.Ferdinandũ reliquo remisso,taxauerat.Quumq; satis animi,uiriumq; ad reliquas Italiæ oras inuadendas habere posset:cupiens tamen arma ciuilia,quæ coactus suscepit,in crucis inimicos conuertere,triennales cũ hoste inducias pepigit,hoc animo,ut in Africanam expeditionem se accingat:cuius iam initia dedit.Quod utinam eo diutius superstite absolui contingat,ut res Christiana tot principum ambitione atq; discordijs tamdiu lacessita. unius saltem religiosissimi prouidentia,uirtuteq; resipiscat.

Ro.miles

De regnis Nauarræ,Aragoniæ,& Lusitaniæ.

NEQVID autem Hispanæ desideretur historiæ:cæterorum regnorum in ea natione que fuerint initia,par fuerit paucis explicare.Ac primum Nauarræ regnum:quod inter Vascones partim etiam Cantabros continetur:cœpit circiter annum. DCCCCLXI.à quodã Eneco comite Bigorræ.Hic è montibus Pyreneis in uicinam Nauarræ planitiem cum exercitu descendens,omnẽ eam regionẽ à Saracenis liberauit:pro quibus meritis,rex in eo loco primus appellatus, successorem habuit filium Garsiam:postea Sanctium cognominatum Abarcam,qui contra Saracenos res gessit magnas,Aragonẽseq; regnum magna ex parte adauxit.Garsiam & ipse filium successorem dimisit,cognomento Tremulentum:hic deinde Sanctium filium cognomento Maiorem,quintum Nauarræ regem,qui duxit in matrimonium Eluiriam comitis Castellæ filiã pariter & hæredem:ex qua Sanctius Castellæ rex postea uocatus fuit, sicut supra in Castellæ regibus commemorauí. Tris hic liberos suscepit,Ferdinandum cui Castellæ,Garsiam cui Nauarræ,ac Ramirum ex cõcubina,cui Aragonense regnum dimisit. anno.M.XVI,à quo Aragonenses postea reges.Ipse uero Ramirus in debellandis Saracenis,maiorum suorum uirtutem magnopere referebat.Nõ minor etiam gloria filij ac successoris Sanctij:qui in Oscæ obsidione,sagitta uulneratus interijt:relictis Petro Alfonso, & Ramiro filijs:è quibus Petrus successit:qui Oscam,& nõnulla oppida Aragonensi adiecit imperio.Hic à Roderico Cido qui Valentiã cepit,dũ Saracenis auxilio ueniret,in bello captus,deinde dimissus ex liberalitate fuit:anno.M.LXVIII.ut in Alfonso VI.supra diximus:cui ille militabat.Igitur primis duobus fratribus sine hæredibus defũctis, regnũ ad Petrũ quendã priuatum,bonũ alioqui uirũ existimatũ,deferunt:sed breui tẽpore cũ minime satisfaceret,eo abrogato,tertiũ fratrẽ Ramirũ monachũ in cœnobio agentẽ, regem cõstituũt,qui unicã filiã in regno susceptã Viracam nomine Raimũdo Barcinonis comiti locauit.Hic postea soceri loco Aragoniæ regno successit, cui Barcinon patrio iure accessit. Deinde ex successione Iacobus circiter annũ M.CCL. annis XL. id regnum tenuit, qui Alfonsi X.Castellæ regis socer fuit:ac,ut refert Cusentinus,maiorem & minorem insulas Balearicas recepit. Valentiam quoq; olim,ut diximus,à Roderico Cido recuperatam,deinde deperditam,rursus regno Aragonensi restituit; quo tempore Ferdinandus Castellæ rex etiam recuperauit Hispaniam,præter Granatam. Petrus huic filius deinde successit, ille cui Nicolaus III.Pontifex concessit regnum Neapolitanum:quiq; nauali prælio cũ Gallis decertauit, & ex uulnere occubuit,relictis Iacobo cognomento Dongiano, & Frederico filijs:de quibus etiam in rebus Siciliæ dicam. Fredericum Clemens V. Sardiniæ regem fecit,hac conditione,ut Saracenos inde depelleret,cum diu Genuenses ac Pisani de ipsius imperio decertassent: anno M.CCCXIII. Res deinde Aragonensis ad Martinum Iacobi filium deducta,qui superstite tantũ una filia regi castellæ nupta moriens in discepta-

Nauarræ reges
Eneccus rex primus
Garsias Abarca
Garsias Tremulentus
Sanctius
Ramirus rex primus Arag.
Sanctius
Petrus
Petrus alius rex
Ramirus monachus rex factus
Raimundus
Iacobus
Baleares insulæ & Valẽtia
Ceptæ
Petrus
Iacobus Donianus
Frederícus
Martinus Iacobi filius

in disceptatione populos dimisit,cum alij ad comitẽ Vrgellensem,alij ad Ioannem II.Castellæ regem,nonnulli autem ad ipsius Ioannis patruum Ferdinandum rem deferrent. Vicit itaq; Ferdinandus, ac omniũ consensu rex Aragoñ.declaratur : anno M.CCCCVII. arbitris postea iudicãtibus, Petro Luna,qui postea Benedictus xiij.Põt.& Vincentio ordinis prædicatorũ.Hic igitur Ferdinãdus Ioannis primi filius fuit, frater Henrici iij. patruus Ioannis castellæ regum, ac pater Alfonsi illius,qui postea Siciliæ rex fuit, uir magnus ad modum bello ac pace,Tutor quoq; Ioannis fidissimus. Schisma eius temporis exortũ, ut tolleretur omni studio conatus est, Constantiense concilium procurãdo: Petrumq; Lunã. quanq; amicissimum,& ciuem suum, ut se pontificatu abdicaret, quando precibus compellere non potuit,ab se expulit.Saracenorum in Granatæ regnum penetrando, magnam edidit stragẽ,Antequedra oppido per uim recepto. Sed hoc fortitudinis : illud etiã modestiæ fuit,quod Ioanni fratris filio Castellæ regi uictoriam adscripsit.Adsecutus Aragonense regnum,eò concessit cum uxore & filio natu maiore Alfonso : reliquis Ioanne ac Petro apud Castellam relictis,quibus patrimonium suum diuisit, regiq; Ioanni fratris filio commendauit. Alfonsus deinde patri successit : quo uiuente, Mariam Henrici iij.patrui filiam in matrimoniũ duxit, quæ uiro in Italia res gerente,annos XXV.summa prudentia Aragonense regnum administrauit,sterilis alioqui: quapropter Alfonsus è stupro mulieris nobilis Valentinæ Ferdinãdum genuit,quem postea Siciliæ,Ioannem uero fratrẽ Aragoniæ successores dimisit:qui pater Ferdinandi nunc regnãtis fuit:ac Blanchæ uxoris,quæ Martini regis coniunx extitit,iure hæreditario Nauarræ regnum adsecutus, Carolum ex ea susceptum ei præfecit:litesq; inter patrem & filiũ de re postea fuere,quas ipsius Caroli mors immatura diremit.Is Io.natura bonus:alioquin infortunatus, ac bellis & laboribus exercitus plurimis,orbatus insuper luminibus in senectute:annis hinc XXX.decessit. Cuius uices perpetua filij nunc Hispaniæ regis felicitas compensat. Nauarrenses cum uacui regni diuersis competitoribus aliquandiu armis restitissent, in potestatẽ tandem Henrici iiij.Castellæ regis,cuius supra mentionẽ feci,uenerunt. At sub eius hodie successore feliciter degunt.Deinceps pauca de regno Lusitaniq,quod circiter annum M.CX.cœpit hoc modo. Henricus Lotaringiæ comes è Gallia ueniens, magnas aduersus Sarracenos res gessit,pro quibus meritis Alfonsus VI.castellæ rex permotus filiam notham nomine Tyresiam ei locauit:Gallæciæ partem quæ in regione Lusitaniæ continetur, pro dote assignando.Ex eo postea matrimonio natus Alfonsus,qui primus Lusitaniæ rex appellatus est. Primus item qui Vlyxiponam à Sarracenis recepit,quorum quinq; simul regibus uno prelio superatis, quinq; scutorum insigne facti monumentum posteris reliquit. Verũ hoc decus in matrem crudelitate fœdauit,quam,quod post uiri mortẽ nupsit,in uincula coniecit, nec ut eam dimitteret,tunc per legatũ à Pont.missum,compelli ulla ratione aut interdicto potuit. Quapropter materna in eũ ira atq; imprecatio causa fuit,ut ab hostibus caperetur. Huius continenter ex ordine successores usq; ad ætatem nostram xiiij numerantur. Post Alfonsum Sanctius, Alfonsus ij. Sanctius ij.cognomento Capella, Alfonsus iij, Dionysius,qui fuit è filia nepos Alfonsi,x.regis castellæ, ab eoq; impetrauit perpetuam ab omni uectigali immunitatẽ, cum prius reges Lusitaniæ Castellæ regibus subiacerentur.Alfonsus iiij. Petrus Ferdinandus,Ioannes nothus ex ordine ac religione militari uocatus ad regnũ, animo uir ingenti,ciuitatem Septensem è Sarracenis bello recepit, felix septena liberorũ prole, inter quos Eduardus,Ferdinandus,Ioannes,Petrus,Henricus,& Eduardus fuere. Ferdinãdum uitæ abstinentia pariter & religione inter beatos referũt.Is enim bello Sarracenorũ captus ea patientia in custodia apud eos uixit, ut molæ (ea enim uiuere cogebatur) cum famulo quanq; per se sufficiente suas partes obiret. Ioanni filiæ tantum duæ fuerũt, quarum altera Alfonso,altera Ferdinãdo ex fratre Eduardo filijs locatæ. Petrus Petrũ alterũ Aragonum regem genuit,qui sine successore decessit,& Ioannem regem item Cypri: tertium uero Iacobum,qui in patrum postea collegium cooptatus,sanctis moribus ac fama conspicua sub Pio ij.Florentiæ excessit, ac tumulatus est. Henricus infans in Athlantico primus Pelago nouas insulas reperit, de quibus in Aethiopia postea latius dicam. Eduardus autẽ rex natu maior Ferdinandum genuit,& Alfon. V. qui post parentem regnauit. Hic Zeliam, Tigem, & Alcazar Africæ ciuitates prælio expugnatas regno Lusitaniæ adiecit. Ex sororibus alteram Io.Castellæ regi,alteram Helionoram Friderico iij.Imperatori locauit,ex qua

De regno Lusitaniæ
Henricus Alfon.vi.
Tyresia
Alfonsus primus rex Sanctius
Alfonsus ij.
Sanctius
Capella
Alfonsus iij.
Dionysius
Alfonsus iiij
Petrus
Ferdinandus
Io.nothus
Eduardus
Alfon.V
Zelia, Tig
& Alcaza
receptæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maximiſianus nunc Cæſar eſt genitus: uir ſane foris domiq; præcharus, & ingenijs maxime fauit. Cuius rei gratia præcipuos inter aulicos habuit Georgium ſummũ theologum, qui nunc agit Romæ eius opera cardinalem Vlyxiponenſem. Ioannes Alfonſo patri ſucceſſit, qui ætate florẽte lapſus ex equo, ſine liberis deceſſit. Poſt quem Emanuel eius frater rem hodie tenet.

Ioannes ij. Emanuel

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER III. GALLIA

Celtæ Galli Germani Galatæ

GALLOS omneis & Germanos uno uocabulo ueteres Græci Celtas, Romani Gallos appellabant. Nam & Germaniam Comatam Galliam dicebant. Poſtquam uero Rhenum tranſiere, inq; Gallorum finibus conſtitere, ab inita quodam modo adfinitate, Latini Germanos uocauere. Gallos deinde Græci Galatas, ab Herculis filio. Hercules enim, ut ſcribit Diodorus li. ij. de uicto Geryone, in Galliã ueniens Alexiam condidit ciuitatem, ac è uirginis cuiuſdam eius loci indigenæ cõplexu Galatẽ genuit, qui regnum obtinẽs incolis nomen dedit. Iſidorus quoq; ἀπὸ τῶ γάλακτ῾ dicit appellari, quod Gallorũ corpora ob immenſa frigora modo lactis albeſcant. Quod ſanè non diſcrepat

Diuiſio Galliæ

à uerſu Vergiliano. Virgatis lucent ſagulis tum lactea colla. Romani triplicem fecere, Togatam, eandem & Ciſalpinam in Italia, à Toga cum Latio cõmuni. Comatam, quo nomine, ut ait Plinius, omnem tranſalpinam Galliam uocabant, ab intonſis crinibus, ut Lucani etiam carmen teſtatur. Crinibus effuſis toti perlate comatæ. & Brachatam olim quę

Brachæ

nunc Narbonenſis, teſte item Plinio. dicta eſt à Brachis, id eſt, femoralibus prolixis, quibus utebantur, ut eſt author Strabo, qui etiã præter hæc ſagis & ueſtibus breuibus, quibus uix nates tegerent, eos utentes dicit, quod & noſtra uidimus ætate. Femoralia uero adhuc durant, quanq; ſunt qui & brachas aliud genus ueſtis dicant, nulla tamen authoritate. Rufus Gallias cum Britannijs in prouincias xvij. diuidit. In Alpes maritimas. Maſſilienſem, quæ & Prouincia dicitur, Ambianenſem, Vienenſem, Narbonẽſem, Nouempopulanã, Aquitanias duas, Alpes Gagias, Enaxuma Sequanorum, Germanicas duas, Lugdunẽſes duas, Belgicas duas. In Britannia maxima Cæſarienſi, Britanniã primam, & Britanniam ſecundam. Cæſar in Celtas, Aquitanos, & Belgas eos diuiſit. Auguſtus in quatuor, Aquitaniã, Lugdunenſem, Belgicam, & Narbonenſem. & hæc quidem quæ antiquitus de Galliæ diuiſione traduntur. Nunc ſigillatim loca repetenda.

DE ALPIBVS.

ALPES primũ quas contra barbaros Italiæ deus obduxit, patent longitudine à Varo ad Arſiam Iſtriæ fluuiũ paſſ. mil. cccl. altitudine uero infra famam, ex quo traijcere Annibali nõ tam difficile fuit quàm authores cõmemorant, ut Polybius teſtatur. Alpinos prędones omnes eſſe cõſtat, ac à Iulio Cæſare quondam per legatũ Serg. Galbam perdomitos, deín à Tyb. Cęſare uiuente Auguſto, ut ex arcus inſcriptione in eo loco apparebat. Imper. Cæſari Tyb. Diui fil. Aug. Pont. Max. imper. xxiiij. Trib. pot. S. P. Q. R. Quod eius ductu auſpicijs q; gentes Alpinæ omnes quæ à mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium populi Ro. ſunt redactę. Ad eos igitur quatuor aditur uijs, una per Ligures mari proxima, altera per Taurinos, qua Annibal & Hercules trãſmiſere, quorum gratia Pœninæ & Graiæ appellatæ, eædem & Cotiæ, in quibus xij. fuiſſe ciuitates Plinius teſtatur, regnum quondam Cotij regis, qui perdomitis Gallis eas conſtruxit militibus uiatoribus accõmodas. Is Marcellino teſte Cæſaris Auguſti amiciſſimus fuit. Cotus autem Thraciæ rex alius, qui, ut legitur in Cæſaris commentarijs, Pompeianas partes fouit. Alpibus hodie mons Cineſius nomen eſt, tenduntq; in Prouinciam & Hiſpaniam citeriorem. Tertia uia per Salaſſios, quas Cæſar ſummas appellat, ac latronibus purgauit, nunc S. Bernardi, non quidem illius abbatis celebrati. ſed cuiuſdam Auguſtenſis archidiaconi, qui in eo mõte inter nemora perſancte degiſſe dicitur.

quatuor Ipium uiæ œninæ & raiæ & Cotiæ idem. otius rex otus Ipes ſummæ Bernardus

dicitur. Hæ igitur in Lugdunenſem Galliam ducunt. Quarta uia per Rhetios, quæ & Rhetiæ dicuntur Alpes, & agro Tridentino ac Veronenſi adiacent, nunc S. Gothardi appellatæ. quæ ad circumrhenanos Danubianosq; populos ducunt, quas Iulias nonnulli eſſe dicunt. Alij Iulias poſt Rhetias, ubi mons incipit Adrius, qui Illyriam à pannonijs diuidit, quarum meminit Hiero. Inter Alpes, inquit, Iulias & Conſtantinopolim. Gentes Alpinas has Strabo commemorat, Sallyes, Albienſes, Taurinos, Centrones, Caturiges, Veragros, Vennones, Lepuntios, Nantuatas, Tridentinos, Rhetios, Vindelicos, qui omnes partim interiere, partim nomina mutauere, moxq; à me in Narbonenſi dicentur. Vindelicos autem & Rhetios dicam in Germania.

Alpes retiæ

Alpes Iuliæ

Alpinæ gẽtes

DE NARBONENSI

POST ALPES prima pars Galliæ Narbonenſis occurrit, quæ terminatur ab oriente Adula monte & Alpibus, uſque ad Vari fontes. Ab Auſtro mari Gallico, ab occidente Pyreneo, à ſeptentrione Iura monte. Qui proprie Celtæ Straboni appellantur. Patet Agrippæ longitudine paſſuum mil. ccccIxx. latitudine cclxxiij. Regiones uero his hodie continet nominibus appellatas. Sabaudiam, Prouinciam, Delphinatum, & prouinciam Toloſanam. Sabaudios enim ex Sabatijs uadis ac populis, Ptolemæo cæterisq; inter Alpes poſitis, putauerim nomen accepiſſe. Hi nunc agros tenent, qui quondam Vocontiorum, Veragrorum, Caturigum, Centronum, Lepontiorumque fuerant ad Alpes pertinentes. Eorum urbes Tarantaſienſis olim Nantuates exiſtimati, deinde Lauſanenſes olim Latobrigi, præſuli ſubiecti. Gebenna urbs Genua Cæſari appellata, apud lacum Lemanum, ubi Cataldum eius urbis præſulem ac profeſſorem adorant. Forum Neronis Tricaſtini nomen adhuc ſeruat. Dinia nunc Dignenſis urbs. Vocontijs ac monti Cineſio proximum eſt oppidum Ciuario, quò initio belli Cæſar quoque legiones traduxit, cuius etiam meminit Plinius nepos in quadam epiſtola, hodie quoque Viuarienſis ciuitas nominatur. Veragri in montibus S. Bernardi, caput gentis uicus ubi cœnobium S. Mauricij Sedunenſis diœceſeos: per hos Cæſar in Galliam penetrauit. Seduni adhuc nomen retinent. Sabaudiæ duces è Saxonum ducibus ac ſtirpe Auguſta originem ducunt, annos prope c c c c. Inter quos Amedeus Aimonis comitis filius ab imperatore Friderico III. dux primus fuit aopellatus. Qui defuncta uxore, relictaq; regni cura Ludouico filio, cum paucis ſuorum ſeceſſit in agrũ Gebennenſem ſtudio rerum diuinarum, prope lacum Lemanum cœnobio conſtructo. Deinde ob abſtinentiæ, clariq; nominis famam, inuitus, in conſilio Baſilienſi pontifex factus, mox concordiæ gratia ſeſe ſponte abrogans Nicolao quinto ſedente, cardinalis ac legatus remanſit, ſimul cum his quos ipſe cardinales prius creauerat. Huius filia Maria Philippo Mariæ uicecomiti nupta, quod è uomica circa fœmina laboraret, uiro nunquam congreſſa eſt, quapropter eo extincto, cœnobio uirginum, quod ipſa conſtruxerat, ſeſe dicauit, patris animum imitata. Ludouicus alter filius ex Anna Iani Cypri regis filia ſeptem mares præter fœminas nonnullas genuit. Quorum maior natu Amedeus aui nomen ac uirtutem referẽs, ſanctitate maxime claruit, morbum comitialem quo laborabat uſq; ad extremum patientiſſime tulit, tempus quoq; ſuæ mortis prædixit. Rogatus quondam à quibuſdam oratoribus, qui tunc aderant, ſi quos haberet canes uenaticos oſtenderet, annuit ut poſtera die redirẽt. Cum uero adeſſent Amedeus pergula ingentem ab latere ædium mendicorum multitudinem eis oſtendit, unà diſcumbentium. Atque hi ſunt, inquit, Canes mei, quos alo quotidie, quibus ue cœleſtem gloriam me ſpero uenaturum. Ludouicus eius frater Ludouici filius rex Cypri fuit, Carlotta Ioannis regis unica filia ſimul cum regno in matrimonium ſumpta, de quibus poſtea clarius in hiſtoria Cypri. Amedeus igitur uxorem duxit Violantam Caroli VII. Gallorum regis filiam, ex qua quanquam abſtinentiſſime cum ea uiueret, quatuor ſuſcepit mares, aliquot etiam fœminas. inter quos Philibertus patri ſuccedẽs breui tempore ſine coniugio & prole Lugduni deceſſit. Carolus deinde frater rem tenuit, qui ex Blanca Guilelmi Montiſferratenſis filia Ioannem Carolum Amedeum appellatum genuit. Hic autem ſextus ex ordine Dux, in puerili admodum decedens ætate, Philippo patruo rem dimiſit. Ipſe poſtremo Philiberto filio ex filia Ducis Borbonij ſuſcepto, qui à Maximiliano Cæſare nuper gener adſcitus, Margarita eius filia in matrimonium accepta,

Sabaudia
Prouincia
Delphinatus
Toloſa prouincia
Tarãtaſien.
Lauſanenſes
Gebenna
Genua
Cataldus
Forũ Neroñ
Tricaſtini
Dinia
Ciuario
Viuarienſis
Nantuates
Latobrigi
Veragri.
Vicus & cœnobium S. Mauricij.
Seduni
Sabaudiæ duces
Amedeus dux
Canes Amedei
Carolus
Philibertus

anno superiori decessit. Domum igitur nobilitate ac meritis florentem nolui silentio præterire, In ora uero Gallici maris Prouinciæ urbes ex parte magna sitæ sunt. Post Varum fluuium Antipolis & Forumiulij Octauianorum colonia Plinio nomen seruant. Post hæc Argenij ostia, Olbia, Citharista promontorium, Turoentium antiqua sane nomina. Deinde Massilia Sallyum Metropolis. Sallyes enim à Sextio Duce Romanorum perdomiti teste Liuio fuere. Massilia uero ipsa Phocensium colonia, ubi authore Strabone, portus templaq; Ephesiæ Dianæ & Delphici Apollinis, studium quoque Græcarum literarum nobile secundum Athenas fuerat. De hac Hieronymus in epistola ad Galatas. Massiliam Phocenses condidere, quos ait Varro trilingues esse, quod græce loquantur, latine & gallice. Hæc ciuitas Pompeij partes secuta, à Cæsare per uim expugnata fuit. Libertate antiqua utebatur, nec prætoribus prouinciæ parebat, ut ait Plinius. Etymum urbis tradit Eustat. ἀπὸ τοῦ μάσσω, quod lingua Aeolica ligare dicitur, ἡ δὲ ἁλιέως, id est, piscatore, quod gubernator Phocensis eo applicans, uiso piscatore statim ex omine ligare rudentem iussit: ponitur q; ab eo inter Ligures transalpinos. Decoratur insuper diua Marta eo aduecta, cuius uirtute lucus dracone liberatus ostenditur. Vinum Massiliense Martialis uituperat.

Varus flu.
Antipolis
Forumiuli
Argeniũ
Olbia, cy/
tharista
Turoentiũ
Maßilia
Sallyes

Arelate urbs etiam inter Sallyes, Plinio colonia Sextanorum dicta, quod è sexta Leg. milites coloni eo deducti sint. Harum coloniarum author Cæsar, qui Tyberij patrem è III uiris præfecit, qui colonias deducebant, eosq; agros uiritim diuidebant. Arelate præsules habuit sanctos Honoratum & Hilarium. Sequuntur ostia Rhodani, & Fossæ marianæ, quas aquas mortuas nostri nautæ appellant, opere C. Marij C. pass. à Rhodani ostijs deductæ Plinio. Deinde Agathopolis cum parua è regione insula Agatha, quam Stephanus ἀγαθὰ τύχη, id est, bonam fortunam appellat. Agathopolim nonnulli Montem Pessulanum, siue ex eius uestigijs esse contendunt, quod oppidum ornatur Rocho eius loci principe. Hic defunctis parentibus anno uigesimo, relictis omnibus ignotus Christi causa peregrinatus uenit in Italiam, ubi plura prodigia in curanda pestilentia monstrauit. Demum post annos multos in patriam reuertens, cum omnia bellis turbata inuenisset, pro exploratore captus, carcericq; inclusus, ibi tandem decessit. Anno M. CCCX IIII. Cui ante hos annos Romæ templum ex ære collecto, dicatum in uia Flaminia prope mausoleum Augusti conspicitur. Postremo Narbo, quæ ob claritatem nomen regioni dedit. Hãc Plinius coloniam Decumanorũ uocat, quod decimæ legionis milites in eam deducti sint. Reperitur & Narbo fluuius supra Meotim. Intus autem aquæ Sextiæ, nũc Aquensis ciuitas, quam Sextius dux (ut ait Liuius) reductis in potestatẽ Sallyibus ædificauit, ubi erant aquæ calidæ. Arausio colonia secundanorum, ubi secundæ Legionis milites traducti, nunc Aurasiccensis Ciuitas, Glanum nunc Glandantensis. Alba Eluorum Plinio nunc Eluensis. Beterræ Plinio & Antonino, nunc Biterrensis. Cauillio Ptolemæo, nunc Caullicensis. Allobroges iuxta sunt inter Isaram & Rhodanum siti, quos domuit Cn. Domitius. Horum legati Romæ cum Catilina conspirauerant, nũc Delphinatus appellatur potius quàm Saubadiensis, cui præsidet pro tempore regis filius natu maior. Caput gentis Vienna, ubi Antonij uenerabile templũ, & Mamercus ac Maurus eius urbis præsules sanctissimi coluntur, unà cum Adiuto & Desyderio martyre præsule Lugdunensi ibidem sepulto. Auenio Col. quam Ioanna Siciliæ regina Clementi Pont. uendidit. In ea ius dicit Vicegerens. Is fuit ætate nostra Nicolaus Liscius Volaterranus unicum iustitiæ ac seueritatis exemplum. Valentia item Col. Plinio. Vasio antiquum retinet nomen. Carbantorate Plinio, quod Carpentoratum uocant. Tolosana prouincia pars fuit olim Hispaniæ citerioris, teste Hieronymo, quam Massilienses occuparunt, postremo Gothi. Inter hos Tectosagæ gens triplex Pyreneis propinqua montibus ex aquilonis latere, tanta multitudine habitãtes, ut necessarium eis fuerit in colonias exire, & occupare finitimam Cappadociæ & Paphlagoniæ Phrygiam. Horum, ut ait Plinius, Rhoda est Rhodiorum Colonia, unde dictus Rhodanus fluuius, ut Hieronymo placet. Volcarum item in hac parte gens, quorum Illiberis oppidum & fluuius. Ruscino etiam Plinio, Straboni, Ptolemæo, quem Galli Ruscinionem & Perpinianum uocant, de quo inter Galliæ Hispaniæq; reges longa quandoque contentio. Carcaso, Cessaro, Nemausum, Tolosa, prisca nunc quoque retinent nomina. Tolosa nanq; ipsa urbs quondam florẽtissima, ubi nobile templum gaza refertum antiqua fuerat, quam si quis attigisset exitu infelici plectebatur: compertum id in Cepione, alijsq; ducibus Romanis,

Arelate
Honoratus
Hilarius
Fossæ ma/
rianæ.
Aquæ mor
tuæ.
S. Rochus
Agatopol.

Narbo.
Aq̃ Sextiæ

Arausio
Glanum
Alba El/
uorum
Beterræ
Allobroges
Vienna
Maurus
Desyderiꝰ
Auenio
Valentia
Carbãtorate
Tolosa
Tectosagæ
Volcæ
Rhodanus
Illiberis
op. & fl.
Ruscino
Carcaso
Cessero
Nemausũ
Tolosa

manis, ex quo prouerbium in his quæ causa sunt aduersitatis, Aurum Tolosanum: authores Gellius & Plinius. Hæc Gothorum sedes diu fuit, deinde à regibus Gallorum pulsi, intra Hispaniam se continuere. Facta est autem Metropolis à Ioanne XXII. Hæc igitur quæ de tota comperi antiquitate. Nunc quæ de Narbonensi in fisci codice adnotantur hodie subijciam. Primum Metropoles sex, Narbonensis, Tolosanus, Ebredunensis, Aquensis, Arelatensis, Viennensis. Narbonensi rursus subest Bitterrensis, Agathensis, Magalonensis, Electensis, Vticensis, S. Pontij, Eluensis, Venacensis, Antipolitana, Arelatensi subest Massiliensis, Auenionensis, Tolonensis, Caullicensis, Vapiensis, Tricastinus, Carpentoracensis. Vienẽsi subest Valentiana, Dignensis, Viuariensis, Gratianopolitana, Mauranensis, Gebennensis. Tolosanæ subest Apamiarum, Montisalbani, sancti Pauli, Riuensis, Lombriensis, Mirapincensis, Vaurensis. FLVMINA uero in Narbonensi hæc præcipua, Rhodanus omnium maximus ac rapidissimus ex Alpibus per fines Allobrogum orientem uersus fluit, usque Lugdunum, inde conuersus tribus ostijs in mare Gallicum desinit. Eius etymum Plinius & item Hieronymus noster à Rhodiorum colonia urbe citerioris Hispaniæ uenire uolunt. Dicitur à nonnullis alter Eridanus. Nam una commiscentur ex Alpibus fluentes, scilicet alia uia in Oceanum, alia in Adriaticum sinum descendit: quod Apollonius in IIII. Argonauticorum pulchre describit. οἳ μὲν ἔθεσαν κραιπνοῖς ὕδασιν ἄμβολον, ἐκ δὲ τοῦ μὲν ῥοὸν ἀνοῖο βεβαύρου ἵσταν ἐπέβησαν, ὃς ἐς ἁλὸς ἀψορρόον μετανάσσεται ἄμμιγα δ' ὕδωρ. & quæ sequuntur. Araris, item que Duris ex eodem quo Rhodanus monte exeuntes, atque una corriuantes in Rhodanum iuxta Lugdunum commiscentur. Arar uero lenis adeo fluit, ut nescias in utram partem descendat, clarus ponte Cæsaris uno die militum opera fabricato. Isara quoque & Druentius ex eodem orti loco Rhodano corriuant. Apud Isaram Quintus Fabius Maximus XXX uix milibus, CC. Gallorum milia cecidit. Vltra uero Rhodanum è montibus Cemenis fluunt in mare Gallicum Ptolemæo Orobius, Araurius, Straboni Rauraris appellatus. Is enim prope Massiliam Pelosus uocatur, quod lapidibus sit maxime refertus. Sulgas paruus amnis Rhodano etiam commiscetur, ubi Cneus Domitius Aenobarbus complura Gallorum milia uertit in fugam, ut Strabo commemorat. Nunc Surgam uocant Petrarchæ carminibus celebratum. Ruscenas Straboni, Ruscino Ptolemæo dicitur: & Illiberis, è Pyreneo exeunt in mare Gallicum, uterque eiusdem nominis urbem habens. Ruscenium item efficit lacum, ubi Cestriæ optimæ aluntur. Atax Straboni, Atagis Ptolemæo appellatus, prope Bliteram ciuitatem fluit. Orobis Straboni, Orobius Ptolemæo uocatus, è Cemenis montibus in meridiem iuxta Agatham descendit. Sigius mons Straboni, Setius Ptolemæo duos distereminans sinus: maior Gallicus appellatur, in quem Rhodani ostium erumpit: minor usque ad Narbonem & Pyrenem spectat. Aphrodisium ueneris promontorium, in quo eius erat templum. Iura Sequanos ab Heluetijs diuidit, Ptolemæus Iurassum uocat. Is nanque ex Alpibus usque ad Cemenos montes & fontem Sequanæ pertinet. Cemeni enim montes continui sunt inter septentrionem & occidentem incedentes. Insulæ autem in hoc mari è regione Antipolis, IIII. Stœchades ex ordine uocatæ. LVGDVNENSIS nunc attingenda Gallia, quæ ab occidente Garumna flumine disterminatur ab Aquitanis, à septentrione Britannico Oceano, ab oriente Sequana & Matrona, à meridie flumine Arari. Quæ regio has habet hodie prouincias siue principatus. Ducatus Britonum, Burgundiæ, Borbonensem, Aurelianensem, Valesij, à quo recentes Francorum reges. Comitatus autem Niuernensem, Antissiodorensem, Montisbelicardi, Ferretensem, Caropolitensem, Matisconensem, Blesnensem, Campaniæ. Ante omnes Britones summum occupant ad mare locum. Hos Procopius ex Britannia insula colonos esse dicit. Beda uero hos potius in Angliam trajicientes insulæ nomen dedisse. Plinius Britannos populos in hoc Gallorum littore nominat. Strabo etiam Britanniam urbem inter Aquitanos Britonibus uicinos ponit. Cæsar in commentarijs scribit Gallos proxima Britanniæ littora ad prædandum occupasse. Gens est nunc bello fortissima, sæpe Gallorum regibus formidolosa. Postremo in Italiam à Gregorio undecimo missi, res gessere, ut postea dicam. His patrum memoria imperauit Ioannes Dux, uir domi militiæque clarus, ut qui patrios fines uincendo dilatauerit. Huic Ioannes, Arturus & Ricardus nati fuere. Ioanni autem totidem,

Metropo.
Narbonensis
Flumina N.
bonensis
Rhodanus
Araris
Duris
Isara
Druentius
Orobius
Araurius
Sulgas
Ruscino &
Illiberis.
Ruscenius
lacus
Atagis
Orobius
Montes
Sigius
Aphrodisius
Iura
Cemenus
Insulæ
Stœchades
IIII.
De Lugdun
Ducatus
Britonum
Burgundiæ
Borbonensis
Aurelianen
Valesij
Comitatus
Niuernensis
Antissiod.
Britãnia u

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. Aegidius

Arturus

Talbotus

Franciscus

Anna

Cenomãni

Mediolanũ

Redones

Nannetes

Curiosoli.

Veneti

Tricorij

Sessuuij

Ossisini

Vnelli

Aulerci

Diablitres

Ambiates

Maclouiẽ.

Dolenses

Armoricæ

Lexouij

Turones

Arnulfus

Albinus

Columba

Andes

Senones

Patroclus

Velauno/dunum

Carnutes

Cenabum

Parisij

Lutetia

Genouefa

Burgundi.

Philippus Dux.

Ioannes

Philippus

Carolus

Allodium nunc Leo/dium.

Dinantiũ

Franciscus, Petrus, & Aegidius. Horum primi duo ex successione, rem patriam tenue/runt. Aegidius uero pro martyre apud eos colitur, interfectus ob inuidiam, opera (uti fer/tur) F. fratris: quod æqui seruantissimus, in administratione rerum, cunctorum sibi gra/tiam populorum conciliasset. Post hos res ad Arturum patruum deducta: qui regis Caroli septimi magnus Conestabulus, & dux inuictus Francorum gloriam ab externo hoste tutatus est. Anglos sæpe irruentes duce Talboto bello repressit, Cum'que non toto bien/nio regnasset hæredem Franciscum ex Ricardo fratre nepotem reliquit, de cuius gestis posthea referam. Hic Anna filia tantum superstite decessit, quæ deinde Caroli octaui Gal/lorum regis simul cum paterno imperio in matrimonium uenit. Viro defuncto rursus Lu/douico successori nupsit. Eorum populi olim Cenomanni, quorum urbs Mediolanum: hi in Italia colonias plures fecere, postea præsulem habuere Iulianum ab ipsis Apostolis constitutum, cuius festum pridie Nonas Martij colunt. Redones, Nannetes, Curiosolitæ nunc Consopitenses, Veneti, Tricorij, Sessuuij, Ossisini, Vnelli, Aulerci, Diamblintres, Ambiliates. Quos ferè omnis Cæsar nauali prælio cum Venetis gesto in potestatem re/degit. In Mediterranea quoque nomina recentiora, Maclouienses, Dolenses, quibus præ/fuit Samson episcopus & professor sub Iustino iuniore. Leonenses. Armoricæ autem Lexouij ac Turones nomen adhuc retinent. Horum præsul Arnulfus à sancto Remigio baptismate ablutus inter professores relatus est. Andes quoque nunc Andegauenses, qui/bus præfuit Albinus patria Venetus primus Abbas. Hos simul & Turones diuus Ludo/uicus rex Galliæ Britanniæ principatu exemit, & alteris Metropolim constituit, alteris Andegauensibus fratrem ducem præfecit, qui postea à Nicolao tertio in Italiam ad Sici/liæ regnum adcersitus fuit. Hi optimo abundant uino, quod in totam maritimam & Nor/mandorum & Britonum eo carentem exportatur. Senonum dein regio sequitur, sedes & ipsa Metropolitica, ubi Columba uirgo & martyr sub Aureliano principe passa est, & sepulta: prius enim ex lupanari, quo per contumeliam adducta fuerat, diuinitus eua/sit. Hic & Patroclus martyr sub Valeriano etiam fuit. Et Lambertus, ac Valfranius uiri sancti Dagoberti regis tempore præfuere. Eorum oppida Agedicum, Velaunodunum. Carnutes quoque, quorum oppidum Gennabum. Parisij, quorum Lutetia ad Sequa/nam posita, ubi nunc regia Gallorum, consilium quod Parlamentum appellant, & stu/dium literarum Caroli magni opus. Sanctorũ insuper complura corpora, Germani, Eligij, Peregrini, Aureæ, Genouefæ: hæc enim uirgo Parisien. tempore S. Germani præsulis cœ/nobio dicata, ob uitæ abstinentiã pluribus annis ex lepra laborauit, sepulta apud sanctum Dionysium. Sunt & in hac parte Burgundiones inter Sequanos, intra Ararim & Iuram montem siti, quorum originẽ è Germania Orosius ultimo libro his uerbis repetit. Valenti/nianus Burgundionum nouum nomen oppressit, qui plus quàm L X X. mília (ut fertur) armatorum ripæ Rheni insederant. Hos quondam subacta Germania à Druso & Tyberio per Castra dispositos in magnã coaluisse gentẽ, atq; etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta Burgos uulgo uocant: hodiéque prævalida manus in Gallia, quamuis prouidentia dei Christiani omnes modo facti mansuete uiuant, non quasi cum subiectis Gallis, sed cum fratribus Christianis. Hæc ille. Burgundiones Pli/nius, itemq; Ptolemæus ultra Vistulã Germanis proximos ponũt. Ea gens priscum adhuc robur & animum spirat. Duces habuit è Gallorũ regibus prognatos, quibus postea sæpe aduersa fuit, deq; imperio paribus auspicijs cõtendit. Ex hac diuus Sigismundus fuit à Gal/lis interfectus. Proximis uero temporibus, anno M. C C C C X X II. Philippus eorũ Dux decedens filiũ Ioannẽ reliquit patrem alterius Philippi, qui ætate nostra una cum Carolo fi/lio Ludouico Gallorũ regi maxime fuit aduersus: quod Carolo eius fratri profugo Philip/pus faueret, bellum ingens exortum, cuius postea inter reges mentionẽ faciam. Post hoc Alodium Carolus obsedit, quod suæ ditionis dicebat esse, cum oppidanis deinde pecunia transegit, ac se in Dinantios ex eadẽ causa conuertit, quo pater Philippus iam senex & in/ualidus se transferri uoluit, urbem cepit ac diripuit: Interim extincto Philippo, Carolus Alodienses, quod Dinantijs auxilium tulissent, iterum obsedit, iuuante quoque Ludo/uico rege, quem sibi conciliauerat. Vrbem expugnauit, ac diripuit, nullique nec ordini nec ætati pepercit. Terror fuit suo tempore Galliæ, sæpeque Regi, quanquam non æquo imperio

imperio formidolosus. Extinctus tandem in bello, quod aduersus Renatum Renati nepo/tem Lotoringiæ Ducem mouerat, ac ibidem ab hoste honorifice sepultus est, superstite tantum filia Maria ex Margarita Eduardi regis Angliæ sorore, quæ postea Maximilia/no Cæsari nupta, paternum pro dote imperium attulit. Ex his genitus Philippus Archi/dux appellatus, qui nuper Hispaniæ regi gener, ac successor adscitus, dum illac iter in Hi/spaniam haberet, aui materni corpus supplex repetijt. Renatus uero supra dictus cum tan/to hospiti nihil denegare posset, maluit honoratissimi hostis trophæis, ac perpetuo facti monumento priuari, q̃ excellentissimæ charitati deesse. Vt esset omnibus mortalibus do/cumento maiorum se indolem animo retinuisse, nec minora domi per pietatem gessisse, quàm antea in bello per fortitudinem gesserat. Ciuitates uero Burgundionum, Vison/tium nunc Bisontium Metropolis, ubi plura ueterum ædificiorum uestigia cernuntur, & Claudij præsulis ac professoris sedes, qui anno sexcentesimo uigesimo sexto cura ecclesiæ alij delegata in Cœnobium sancti Agendi ad duriorem uitam secessit, tantum oleribus contentus, ubi & sepultus. Id hodie sanctus Claudius uocatur. In eodem agro Bisuntino locus Salinensis uocatus, ubi duo sunt fontes, alter aquæ dulcis, alter unde sal igne den/satum conficiunt candore præstans, ac maximum eius nationis uectigal. Matisco, cuius meminit Antoninus in itinere. Eduenses Romanorum amicitia clari, horum urbs opulen/tissima Augustodunum in Cemenis sita montibus. In finibus quoq; ipsorum erat Alexia expugnatione Cæsaris memorabilis, nunc ad Vicum redacta, putatur'que ea quam uo/cant Alsetum. Est & Nouiodunum: Cabalio Antonio Strabonique. Hodie uero Cabilo, quẽ honestat Syluerius eius loci præsul & professor, Gergobina, ubi Cæsar Heluetiorum bello impedimenta collocauerat, Heduis confidens. Bibracte prope ciuitatem Heduen/sem ad exiguum nunc uicum redactum, olim celebre oppidum, in quo Cæsar concilium Galliæ totius coegit. Longones, nunc Lingones, unius literæ tantum mutatione, quo/rum erat Adunantinum. Bellio Plinio nunc Bellicensis urbs. Lugdunum ipsum ad Ce/meni radices, ubi Arar Rhodano congreditur. Colonia hæc est à Planco deducta. Fla/grauit Senecæ temporibus, ut ipse in quadam epistola refert, Templum habebat Au/gusto dicatum, aramque uenerabilem, ubi inscripta gentium nomina numero Sexa/ginta, earumque singularum statua una. Hanc urbem Imperatores Romani nobile Empo/rium statuerunt, ubi etiam monetam cudebant. Hæc Strabo. Hæc deinde urbs ornata san/ctis præsulibus fuit Nicetio & Eucherio, qui sub Valentiniano secundo emicuit. Supra uero inter montes Meldæ Ptolemæo ponuntur, Meldensis adhuc urbis nomen seruan/tes. Hic Pharo & Ildenricus ex successione præsules sancti prefuere. Vessones & Augusta Vessonum. Viromanduos quoque Ptolemæo in hac parte positos Virdunenses putaue/rim esse. Hos prope Campania nunc appellata, ubi Catalanensis est urbs noua nomine, clarissima clade Attilæ Hunnorum regis ab Aetio superati. Fisci codex has habet ho/die Metropoles descriptas in hac parte. Lugdunensem, cui subest Parisiensis, Carnuten/sis, Aurelianensis, Antisodorensis, Trecensis, Meldensis. Turonensem, cui subest, Ceno/manensis, Redonensis, Andegauensis, Nannetensis, Baiocensis, Trecorensis, Leonen/sis, Dolensis, Maclouiensis. In Burgundia, Tarantasiensem, cui subest Sedunensis, Au/gustensis, Bellicẽsis. Bisuntinam: cui subest, Basiliensis, Lausanensis. Aquitania tertia pars Galliæ ab occidẽte Oceanum, à septentrione Ligerim fluuium. Cæsari uero Garumnam. Ab oriente Lugdunensem & partem Narbonensis. A meridie Pyreneum & Narbonen/sis partem. Aquitani enim à cæteris Gallis corporibus & lingua differunt magis Hispanis similes, quibus finitimi sunt. Eos subiugauit Crassus Cæsaris legatus, ut narratur in com/mentarijs. In sequentibus temporibus duces habuerunt: qui cum Carolis Martello & Ma/gno interneciuum ac diuturnum bellum gessere, cõtraq; eos ex Hispania Saracenos quan/doq; uocauerunt, tandem succubuerunt, ac una cum cętera Gallia regibus Francorũ nunc parent. Comitatus inter eos hodie IIII. Armeniaci, de Bigorra, de Fusso, ac Pictauensis. Ciuitates eorum plæræque in cõmentarijs nominantur: Pictones, nunc Pictauenses. Ta/ruisatij, nunc Turſæ. Tarbelli, nunc Tarienses ad Aturi ostia prope Pyreneos. Bigerones, nunc Bigerrenses, ubi castrum Bigorram dicunt in Vasconia. Prætiani. Garietes, qui nunc Lectorienses esse putantur. Garumni, Cocosates, Sibuzates, Ausci, nunc Auxitani:

Visontium

Claudius

Matisco

Eduenses

Augusto/dunum.

Alexia

Alsetum

Nouiodunum

Cabilo

Syluerius

Gergobina

Bibracte

Longones

Adunantinũ

Lugdunum

Nicetius

Meldæ

Pharo

Ildenricus

Vessones

Viromanduã

Catalanum

Aquitania

Comitatus IIII.

Armeniaci

de Bigorra

De Fusso

Pictauenſis

Pictones

Taruisatij

Tarbelli

Aturus

Bigerones

Cocosates

Sibuzates

Auſcij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vassarij unde regio cognominata. Horum sunt Vassarij Ptolemæo, nunc Vassatenses. Armeniaci
Vascones comes sub Calisto tertio, propriam germanam duxit sororem, reclamanti autem regi uir
sceleratus literas apostolicas falsas ostendit: itaque ipse sacris interdictus, de his uero qui
Flußates eas procurauerant ac scripserant sub Pio postea sumpta est pœna. Flussates, quibus de
Flusso comites nunc appellati diu præsident, ex qua domo duo Cardinales nostra memo-
ria fuere, iunior tamen longe fama uirtuteque inferior decessit Innocentij tempore. San-
Sanctones ctones nomen etiam seruant, quorum urbem Mediolanum Strabo & Ptolemæus ponunt.
Mediolanũ Sonciates, Bituriges: hi uno die uiginti urbes incenderunt, ut Cæsarem commeatu &
Bituriges pabulatione prohiberent. Horum oppidum Auaricum, cuius Cæsar in commentarijs me-
Auaricum minit. Præterea Nouiodunum: alterum est huius nominis, proximum Parisijs, in prouin-
Noviodunũ cia Remensi: tertium Heduorum. Petrocorij, quibus ciuis & præsul Fronto uir sanctus à
Petrocorij Petro baptismate ablutus. Burdegalenses inter Garumnam & Auscios, è Burgedale fuit
Fronto Ausonius poeta. Vascones gens Hispana uetustissima, Pyreneis & Aquitaniæ uicina in
Burdega- hæc Galliæ loca traiecerunt. Quo magis miror à Pio & Blondo scriptum Vasconiam
lenses quasi occidentalem Gothiam eorum lingua appellatam, quod in hic locis consentiente
Vascones Honorio Vallia rex Gothorum confederit. His igitur Librettensis imperat princeps, tan-
tum dominus appellatus. Itaque unum aiunt esse in Gallia dominum Librettensem.
Vnum Armeniaci comitem. Vnum denique Britonum ducem, qui potentia post regem
Aquæ Au antecellant. Sunt & in ea urbes Aquensis olim Aquæ Augustæ Ptolemæo Plinio que.
gustæ Conseranensis, Olorensis, Papincensis, Lascurrensis, Rigonensis, Adurensis, Bigorren-
Agẽnenses sis, Maleacensis, Sarlatensis, Agenensis, sic etiam Antonino uocata. Ptolemæo Agennas.
Conueni Conuenarum urbs olim Conueni ad fluuium Aturiam inter montes siti pyreneos: apud
Aturia flu. hos Lugdunum altera colonia Ptolemæo ponitur. Præterea Ruteni nunc Rutenenses.
Lugdunũ Lemouici & Aruerni nomen seruant, inter Aquitanos & ipsi ac trans Ligerim à Geo-
alterum. graphis positi. Ex Lemouicensibus quatuor ex ordine pontifices olim fuere. Aruerno-
Ruteni rum autem ut gentis fortissimæ plurima apud authores mentio. Hi, ut scribit Strabo, cum
Lemouici milibus ducentis olim cum Aemiliano Maximo ad Isaris & Rhodani confluenta, postea
Aruerni cum Domitio Aenobarbo, ubi Sulgas cum Rhodano coniungitur prælijs congressi sunt.
Proiectus Eorum oppida Augustonemetum & Gergouia in monte sita, ubi pugnatum est à Cæ-
Augusto- sare. Deinde apud Alexiam propinquum oppidum, ab eodem que post longam obsidio-
nemetum. nem expugnatum superato Vercigentorige Gallorum duce. Nũc uero Aruerni sub duce
Gergouia Borbonio agitant, ac Caroli septimi quondam temporibus adscitis sibi Lemouicensi-
Claromõt. bus ac Pictauis grauem seditionem excitarunt, Ducem sibi quendam Buuorium deli-
Sanctiflori gentes. Itaque passim grassando nobilem quemque uirum impune obtruncabant, quem
Tutelensis tumultum Biturigum dux cum exercitu regio compressit. Aruernorum præsul & martyr
Mimotẽsis sub Constantino Iuniore, ut ait Sigisbertus, fuit Proiectus. Sed & in reliqua Aquitania
Albiensis nomina quædam etiam recentia. Claromontensis, Sanctiflori, Tutelensis, Mimotensis,
Castrensis Albiensis, Castrensis, Anicensis, Vabrensis. Metropoles omnino tres, Bituricensis,
Anicensis Burdegalensis, Auxitana. Flumina in ea Liger potissimus, qui prouinciam eam à cætera
Vabrensis Gallia diducit, Cluentellus, Garumna, Eginanus, Aturus: omnia à Cemenis montibus
Metropo- in mare Aquitanicum procurrentia. BELGICA sequitur, in qua prouinciæ sunt hu-
les III. iuscemodi nominibus hodie uocatæ, Picardia, Flandria, Lotoringia, Normandia. Est
Liger autem à cætera Gallia Matrona & Sequana diuisa, magna ex parte Germanorum mo-
Cluẽtellus ribus & catalecto, eo præsertim tractu, qui Oceano ac Rheno proximus est, cum ab il-
Garunna lis hæc loca sint occupata. Populos enim Transrhenanos M. Agrippa citra flumen teste
Eginanus Plinio traduxit. Syluam Arduennam in hac parte prius commemorabo totius Galliæ ma-
Aturus ximam. Hæc à Rheno incipit, per fines Treuerorum, Eburonum, & Menapiorum D. pas.
Sylua Ar- mil. in longitudinem per mediam Belgicam in Oceanum tendit. Populi autem ex Oceani
duenna. parte post Britones, Picardia cui comes imperat. Hanc ætate nostra Ludouicus undeci-
Picardi mus rex Philippo Burgundo pignori dederat, quæ deinde recuperata causa belli maxi-
Ambiani mi inter utrunque fuit. In hac parte Ambiani Ptolemæo ponuntur. Nunc etiam Am-
Firmini bianenses sanctis ornati præsulibus duobus Firminis martyre & professore, ac Hono-
Honorat⁹ rato & Saluio. Is ultimus Chilperico regi Francorum Arriana secta infecto, restitit.
Saluius

Atrebates

Atrebates quoque quos Vedastus eius urbis præsul sanctissimus maxime exornat. Dein Attrebates
Cameracenses uetères sane populi. Nam & Cameracum apud Antoninum tantum repe- Cameracum
rio. Postea Morini, in quorum littore Icium promontorium Ptolemæo Cæsariq;. Gesso- Iciũ promon.
riacum quoque portus Plinio Tranquilloq; in Claudio, unde in Britanniã facili transmis- Gesßoriacum
su Claudius penetrauit. Is nunc à Britanniæ regibus tenetur, Calesium appellatus, quan- Caleti populi
quam & Caleti populi, Straboni in hac parte ponuntur. Sequuntur Bellocassij Ptolemæo, Bellocaßij
ubi nunc Flandria. Huic olim à regibus Francorum præfectus mittebatur, quem Foresta-
rium appellabant, qua administratione cum Balduinus quidam fungeretur, contigit ut Iu-
ditham Caroli Calui filiam pactam Adoulpho Angliæ regi, illac transeuntem raperet, quę
post longam discordiam, patre consentiente, in iusto matrimonio apud eum remansit,
proq; dote Flandria recepta, de Forestario comes factus est. Nunc ei successit Maximi- Flandrij
liani Cæsaris filius Philippus Archidux, cuius supra mentionem feci. Tongri ubi nunc Tongri
Brabantia cui dux imperat. Menapij nunc Iuliacenses putati. Eburones uero iuxta, nunc Brabantia
Alodienses Syluæ Arduenæ uicini inter Mosam & Rhenum. Hi sunt qui Cottam & Menapij
Titureium Cæsaris legatos cum toto exercitu per colloquium circumuentos absente Cæ Iuliacenses
sare trucidarunt: apud hos oppidum Vegerra, nunc Aquisgranum, Caroli Magni sepul- Eburones
chro nobilitatum. Prope uicus est etiam Luppia. Neruij ubi nunc Tornacenses Belgarum Vegerra
fortissimi Cæsaris exercitum in maximum discrimen adduxerunt, ita ut uni militum de- Aquisgranum
tracto scuto, ipsemet in acie primus inter pedites procedens, labantes suorum animos con Luppia
firmauerit. In mediterranea quoque penitiore Normandi ad mare ex Mediterranea per- Neruij Tor-
tinent, usque ad promontorium Cobeum Ptolemæo nuncupatum, nunc autem Tubale- nacenses.
na: iuxta castrum est Mons sancti Michaelis, cum arce regio præsidio munita, quod sit Normandi
eius oræ uniuersæ tutela. Normandos enim aduenas, ut nonnulli recentiores tradunt, mi- Cobeum pro.
nime constat esse: neque enim apud ullos receptos authores Normandorum nomen aut in montorium
Germania, aut in Scythia usquam nominari contingit. Itaque indigenas loci esse uerisimi-
lius est, eos uidelicet quos Ptolemæus parua literarum mutatione Romanduos uocat. Hi Romanduj
seculis insequentibus, Rollone duce, Carolo tertio imperatori bellum mouerunt, postre-
moq; cum eo fœdus & affinitatem inierunt. Præterea in Italiam cum Tancredo duce mi-
grasse, & Siciliæ regnum primi constituisse dicuntur: quandoque etiam Angliam sub re-
ge Guilielmo tenuerunt. Nunc uero regibus Gallorum sine controuersia parent. Ho-
rum historiam in Carolo tertio, partim etiam in Sicilia repetam. Eorum urbes Rotoma- Rotomagum
gum uetusta ciuitas. hanc ornat Lanfrancus homo Papiensis, qui sub Honorio tertio Lanfrancus
Pontifice, hic ludimagister fuit: incidens in latrones, cuncta bona amisit, ex quo postea in
Cudonensi Cœnobio monachum agitans claruit sanctitate. Augusta Romanduorum, Augusta Ro.
quam postea Constantius Cæsar de suo nomine Constantiam appellauit. Est alia item manduorum
inter Sueuos & Heluetios. Sunt noua item nomina, Lexouiensis, Briocensis, Ebricen- Lexouiensis
sis, Abrincensis, Sagiensis. Bellouaci autem nunc Beluacenses. hi nostra ætate obsidio- Bellouaci
nem Caroli Burgundi plurimos dies passi sunt, in quo bello cuiusdam puellæ uirtus præ-
dicatur, quæ in mœnibus consistens, à milite Burgundo murum ascendente, uexillum ex-
torsit, tandiu luctando, donec auxilium adesset. Triberi Ptolemæo, quorum urbs Au-
gusta Triberorum, nunc Treuerensis, quæ Ildebertum habuit præsulem, prius Ceno-
manensem, uirum sanctissimum. Maximum item. Is enim Athanasium, Constantium eo
fugientem, hospitio excepit. Rhemi erga populum Romanum fidelitate conspicui Cæ-
sari in commentarijs. Apud Rhemenses ex ampulla sancti Remigij rex oblini, deinde dia- Samarobrin
demate iam inde à Clodouæo primo christiano redimiri solet. Eorum fuit oppidum Sa-
marobrina, ubi Cæsar Gallorum concilium indixit, impedimentaque reliquit. Postre- Lotaringia
mo Lotoringia inter Belgas sita est, à Lotario Lotarij Imperatoris Caroli Magni nepotis
filio cognominata, quod in fratrum diuisione hæc in portionem cederet. In hac parte do
minati sunt Gottifredus & Balduinus Baliones, felices illi fratres, qui Hierosolymam pri-
mi ex Saracenis receperunt sumpta mutuo pecunia & oppigneratis terris. Proximis au-
tem seculis successit Fredericus comes Vademontis, qui ex Violanta Renati Sicilię quon
dam regis filia Renatum Iuniorem genuit uirum fortissimum, qui nunc uiuit, ac Caro-
lum Burgundum aduersus uenientem cum toto exercitu sustulit, uti supra commemora-
ui. In hac continentur Mediomatrices nunc Metenses. His Theodericus Othonis primi Mediomatr.
propinquus ces

Universidad de Deusto
Biblioteca

Godericus Gerardus Leuci Tullum Mosa Tabuda Phrudis

propinquus, & ante eum Godericus circa Gregorij primi tempora sancti præsules præfuere. Leuci quorum oppidum Tullum Ptolemæo nunc quoq; Tullense appellatum. Liberi omnes populi ac tantum Imperatoribus subiecti. Tullensium ciuis & præsul Gerardus fuit, Henrici iij. tempore, relatusq; a Leone ob uitæ merita in professorum numerum, ut Vincētius scribit. Flumina in Belgica, Mosa, Tabuda, Phrudis, omnia in Oceanū exeuntia, Ptolemæoq; posita haud sane magna.

GALLORVM REGES AC GESTA

Samotus

DE locis hactenus. Nunc historia subiungenda. ac priscos quidem Galliæ reges ab ipso qui fertur Berosi libello, ne nescius tantum præterire uidear, mutuabor. Ille Samotum tempore Beli primum in Gallia dominatum fuisse tradit. Deinde filium eius Magum, postea Sarron Dryum Galatem Bardum Longonem Lugdum Allobrogem Romum Lemannum Galatē iuniorem Nannetem Francum. De quibus nulla sanè cognitio, præter nomina & nonnullorum etymologiam populorum, deprehenditur. Tantum hæc diligentioribus perscrutanda relinquo, & ad ea quæ pluribus notiora sunt authoribus ueniam. Ante aduentum Annibalis in Italiam Gallos quinquies Alpes traiecisse compertum est. Primum, ut ait Liuius, dulcedine uini adlecti Celtæ duce Bellouaso excitis Biturigibus, Heduis, Ambianis, Carnutibus, Aulercis, regnante Prisco Tarquinio, mutādi melioris soli gratia in agro Insubrium, augurio Pagi Heduorum sic cognominati, Mediolanum ædificarunt. Cenomanni deinde Celtronio duce uestigia priorum secuti eodem fauente Bellouaso cum transcendissent Alpes, ubi nunc Brixia & Verona loca tenuere. Postea Boij Ligures q; transgressi cum intra Padum & Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Hetruscos modo, sed Vmbros inde pellentes intra Appenninum sese tenuere. Postremo, ut ait Polybius, Senones omnium potentissimi ad mare Adriaticum Senam urbem incoluere, ac ab Vfente fluuio ad Athesim fines habuere. Hi sunt qui Brenno duce Clusium obsedere, ac inde cum essent legatorum temeritate lacessiti, Romam properantes incenderunt, fuso apud Alliam exercitu, quos discedentes Camillus opprimens signa & aurum ablatum retulit. Rursus cum paucis post annis legatos Romanorum interfecissent, ut ait Liuius libro duodecimo, L. Cæcilium prætorē contra eos missum cum toto exercitu trucidauerunt. Iidem in Græciam trajicientes, ac Delphos spoliare conati, imbre grandineq; Phœbo quodammodo ultore (uti putabatur) extincti sunt. Et, ut Strabo ait, qui reliqui fuere in Asia considentes Gallogræci siue Galatæ dicti sunt. Polybius uero, cuius authoritatem secutus, reliquam eorum percurram historiam, scribit, quod Galli postquam Delphos euasere, nequaquam in Asiam transiuere, sed loci opportunitate adlecti circa Byzantium constitere, ubi deuictis Thracibus, & Thyle rege cōstituto, Byzantijs bellum intulere, qui tributo annuo lxxx. talentorum se redemerunt usque ad Cyari tempora, quando Gallorū genus defecit à Thracibus funditus eradicati. At hi qui in Italia remansere, post Alliensem cladem annos xlij. Albam cum exercitu se recipientes Romanos occurrentes habuere, eosq; terga uertere perterritos coegerunt. Deinde pace facta annos xlij. quieuere. Postea Hetruscis coniuncti aduersus Romanos profecti cum ingenti præda incolumes domum rediere. Quarto exinde anno cum Samnitibus denuo Romanos inuadunt, plurimos eorum cædunt. Paucis post diebus iterato aggressi iuxta Sentinatum regionem prælium ineunt, plurimos obtruncant. Post annos decem comparato exercitu in Hetruriam profecti Aretium obsidēt, Romani auxilium ferentes procul à mœnibus dimicarunt, ubi superati amisso etiam Lucio Cos. Manium Curium suffecere. Is statim legatos in Galliam ad redimendos captiuos misit, quibus cōtra ius gentium interfectis Romani indignati, nouo delectu habito in Galliam penetrant: ubi parum processum, obuios Senones prælio commisso obtruncant, relíquos sedibus suis ejciunt. Nouam ipsi colonsam indicunt, eamque ueteri nomine quo primum à Gallis habitatam appellant. Boij uero exemplo Senonum sibi timentes Hetruscis in auxilium uocatis bellum aduersus Romanos mouent, in quo Hetruscorum magna pars, Boiorum pauci effugere. Nec ita tamen animis cecidere, quin redintegratis uiribus proximo anno prælium rursus inirent, in quo ita profligati fuere, ut penè ad internicionem delerentur. Qua clade perterriti, fœdus cum Romanis per legatos percutiūt. Hic erat

Gallogræci Galatæ

Gallorum in Italia clades

Noua Colonia Senonum.

Boij

Galli quinquies alpes traiecere

Celtæ

Cenomanni

Boij

Brennus

Mediolani conditio

erat annus tertius quo Pyrrhus in Italiam uenerat, & quintus post eam cladem quam Galli apud Delphos passi sunt. Ex illo Galli tot cladibus uexati, à bellis deinde XLV. annos quieuere. Quum postea ex lege C. Flaminij promulgata, ager ubi Senones fuere militibus dederetur, indignati Boij uicini Gallos transalpinos excitere, Congolitanum & Anereſtem reges circa Rhodanum habitantes ac præcipue gelatas cum peditibus L. milibus, equitibus & curribus duobus mil. præter auxilia Cisalpinorum Gallorum & Insubrium & Gallorum qui circa Padum habitāt. Nam ex Venetis Cenomanni tantum cum Romanis consenserunt. Romani igitur tantæ multitudini & terrori occurrere parantes, ex omni Italia septies centena peditum milia. Equitum uero lxxx. milia sine transpadanis coegerūt. Ea uis tunc erat Italiæ, aduersus quos Annibal paulo post uix cum xxx. millibus ausus est alpes transcendere. Hoc itaque militū numero partito, ut de aduentu ipsorum acceperunt L. Aemylium Cons. Arimínum misere. Atilli per Hetruriam iter facientes ad Clusium obuios Romanos habuere, quos fugere stratagemate simulantes insectati, ad sex milia ex eis cæsa sunt. Reliqui in proximum tumulum sese recepere. Aemilius Cons. cognito eorum itinere ex Ariminio Romam uersus contra eos proficiscitur. Galli consulis aduentu formidantes tumuli obsidionem, per littus Hetrusci maris remeare statuunt, relictis impedimentis quo tutius pugnarent. Aemylius descendentes persequitur, nec tamen congredi audet. C. Attilius Regulus alter Cos. qui nuper à Sardinia Pisas uenerat, miratus subitum eorum discessum, ut forte interclusum eorum uidit exercitum prælium commisit, atq; ita utrinq; à Coss. ad unum omnes cæsi fuere. Vtebantur gladijs oblongis cuspide obtusa, & paruis clypeis. At Romani contrà paruis & acutis gladijs & oblongis scutis, ut comínus magis ualerent. Terrori tamen fuere nuda Gallorū corpora, & pulchritudo torquium aurea, & uirgata sagula, quibus toto corpore coruscabant. Post hanc uictoriam Aemylius Paulus per Ligures in Boiorum agrum tendens omnia uastabat, paucis post diebus triumphans urbem ingressus est, ærariūq; ex gaza ditauit. Post hæc P. Furius & C. Flauius Coss. creati contra Insubres profecti, ac uicti sese in Cenomannorum agrum receperunt. Rursus redintegratis copijs cum longe superioribus numero prælio ad Adduam fluuium instaurant, ubi Romani Cenomannos, quibus non satis fidebāt præmisere, ac eis ponte rescisso necessitatem pugnandi fecere. Quamobrem uictores Coss. cæsis ex eis L. milibus discessere. Insubres tanto accepto incommodo pacem anno proximo petiere, omnia pollicentes, quæ Coss. M. Claudius & C. Cornelius minime concessere. Quare illi conductis triginta milibus gesatis ultimam periclitantur fortunam. Coss. Acerris urbe inter Padum & Alpes post obsidionem potiuntur. Deinde apud Clastidium collatis signis hostes fugant, fugientes Mediolanum persequuntur, atq; in potestatem postremo redigunt. Quo bello Galli ex Italia penitus sublati sunt. In hanc Polybius it sententiam, qui monet non timendos esse Gallos aut barbaros, si uiribus suis aut prudentia Italia experiatur. Transalpinos post hæc diuersis attritos tempestatibus & bellis. Q. Fabius primum Allobrogas, deinde Cn. Domitius Aruernos perdomuit, ducto in triumphum Batuto eorum rege: ad ultimum Iul. Cæsar decennali bello sub iugum omnes misit.

Galli inuasere Italiam cum peditum L. millibus.

Congolitanus

Anereſtis.

Ex Italia

Dcc. M. pedítum: equitum lxxx. M. sine Transpadanis

L. Aemilius

C. Attilius Regulus

Consules

Gallorum cædes

P. Furius

C. Flauius Coss.

M. Claudius

C. Cornelius Coss.

Acerræ

Q. Fabius

Cn. Domi.

Iul. Cæsar

FRANCORVM ORIGO AC SVCCESSIONES

GALLOS dein paulatim occidente Imperio, circa Honorij tempora barbari diuersarum nationum, ut etiam cæteras inuasere prouincias: è Scythia Gothi, Alani: ex Hispania Vascones: è Germania Sueui, Burgundiones, Franci, De his igitur ultimis dicendum, qui rerum potiti cæteros expulerunt. Horum originem annales Gallorū iam inde à Franco quodam Hectoris filio repetunt, qui post Troiæ occasum in Germaniam primum applicuerit: gentemq; ex eo paulatim propagatam in Galliam migrasse, de quo sane apud nullum legi ueterē authorem. Posteriorū quidem primus qui Francorū mentionem faciat, Agathias græcus author, qui circa Iustiniani tempora scripsit historiam his uerbis: Francorum natio est Italiæ proxima, & terminis iuncta. Veteres tamen hos Germanos dixere. Nam circa Rhenū habitant, Galliarumq; magnam partē occupāt, qui quanq; ut reliqui Germani sunt barbari, Romana tamen politia & aliis institutis utunt. Sūt etiā Christiani & rectissimæ opinionis. Et paulo inferius. Eorum reges longos post terga crines gerunt, non more Turcarum atq;

Alanorum

Gothi

Vascones

Sueui

Francus

Gallorum mores

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alanorum incomptos atq; inordinatos, sed pulchre discriminatos unguentoq; delibutos. Reliqua uero turba circumtõsa crinibus. Hæc Agathias. Ex quo satis cõstat ex ea natione migrasse quæ trans Rhenum, nunc quoq; Franconia dicta est. Franconũ enim uetustum nomen Cicero quoq; in epistolis ad Atticum meminit. Hi posteris temporibus anno salutis circiter CCCCXX, Theodosio Iuniore imperante exagitati à uicinis, simul & mutandi melioris soli gratia in proximam Galliam Belgicam cum eorum rege Clodio traiecere, locaq; Metensium primo ac Tullensium tenuere, ubi Aetio duce Imperatoris, deinde Gothis & Aquitanis, postremo Normandis ac Longobardis uaria successione, ac magna uirtute superatis, tota paulatim Gallia potiti sunt, & ad hunc usq; diem inclytũ inter Christianos regnum constituere, ac barbaris nationibus magnopere pro Christi religione restiterunt. Reges uero, ut ex eorum, tum etiam aliorum historia accepi, ordine ac compendio referam. Primum igitur genealogias eorum in tris diuidunt progenies. Prima à Pharamundo usq; ad Childericum. III. quæ durauit annos CCCXXX. usq; ad annum salutis DCCL. Secunda à Pipino usque ad Ludouicum VI. Lotharij filium, quæ durauit annos CCXXXVIII. usque ad annum DCCCCLXXXVIII. Tertia uero ab Vgone Capeto comite Parisiensi usq; ad ætatem nostram. Itaq; duces primum uti tradunt in Germania cœpere post Francum, quem supra dixi Hectoris filium ab eis dictũ. Huius deinde natum Marcomirum patrem Pharamundi, qui primus ab eis rex dicitur constitutus anno CCCCXX. Regni uero XI. interijt. Nutrire comas instituit ut à Gallis discernerentur, quam consuetudinem, ut ex Agathia supra memorani, Reges tantum usurpauere usq; ad Petri Lombardi præsulis Parisiensis tempora, quo reclamante postea desiere. Clodius cognomento Capillatus ob promissam longe cæsariem, Pharamundi filius atque successor, Anno regni XX. extinctus est, Imperante Theodosio iuniore, primusq; traiecto Rheno cum copijs in proximam Belgicam uenit, Tornacensem, Camaracensem, Tullensem, Metensemq; ciuitates occupauit, Meroueumq; filium regni successorem reliquit. Hic annos XI. rexit. Attilam in Galliam uenientem fugit in ciuitatem Aurelianensem. unde iunctis cum Aetio duce Romanorum castris ac Attila pulso paulo post in regiã remigrauit. Post eum Childericus natus annos XXXIII. Leone primo imperante. Hic ob libidinẽ in matronas regno expulsus, deinde restitutus fuisse traditur. Clodoueus rex V. Childerici filius. anno CCCCLXXXIIII. Clotildem Gundebaldi Burgundi regis filiam mulierem sanctam duxit in matrimonium. Quam cum ad Christi religionem exhortantem audire nollet, tandem cum Alemanis prælio concurrens uotum uouit, si compos fuisset, se uxori obtemperaturum. Igitur re feliciter gesta accersito Remigio præsule Rhemensi primus regum Francorum una cum tribus milibus è populo sacro fonte abluitur anno regni XI. Quo tempore diuino miraculo missa cœlitus ampulla per columbã dicitur, ubi Chrisma quo est oblitus inerat. Seruataq; deinde in cœnobio. S. Remigij ad idem in posterum officium regibus exhibendum. Regnante in Italia Theoderico rege, feruntur & alia huius uiri prodigia, Proficiscens aduersus Alaricum Gothorum regem, qui Tolosæ regnabat, Lygerim fluuium qui inundatione creuerat eius precibus nocte ita decreuisse, ut uado transmitteretur, & apud Pictauos castrametaretur, Gothosq; una cum rege cecidisse, ac Galliæ penitus regno & antiqua possessione expulisse. In basilica. S. Martini diadema ab Anastasio principe accepit. Moritᵛ ætatis anno XLV. Regni XXX. superstitibus liberis Theoderico, Clodomiro, Clotario, Childeberto, qui omnes ex successione regnauere. Sepultus Parisij in Aede S. Petri à se constructa, quem Galli perpetuo colunt, ac pro sancto ueneran tur. Theodericus maior natu regnauit annos X XIII. apud Metensem ciuitatem, partitis alijs cum fratribus locis. Huius maxima gesta commemorantur. Turingiam cum rege sibi subiugauit, in Italiam cum armatis LXXX. milli. traiecit, Bellisarij copias repentino impetu fregit, Transpadanam omnem regionem subiugando. mox inopia pabuli coactus est dimisso in Italia Bucello & Amingo ducibus, qui & ipsi superati à Narsete apud Cannetum in campania fuere. Decem Burgundiorum milia auxilio Gothis misit, quorum rex Theodericus sororem eius olim in matrimonium duxerat. Demum per seditionem interfectus dum de imperio cum patruis certat, anno regni XIII. superstite Theodebaldo filio, qui post eum regnauit annos X. Deinde ad Clodomirum Clodouei filium Theoderici fratrem res peruenit. Qui apud Aurelianensem ciuitatem regnauit, prouinciamq;

Aetius dux

Fracorum genealogiæ tres

Pharamudus rex primus

Clodius Capillatus

Merouæus

Childericus Clodoueus primus Christia. Clotildis uxor

Ampulla sancta

Contra Alaricum

Theodericus rex trangressus in Italiam

Bucellus & Amingus duces separati à Narsete.

Theodebaldus.

Clodomirus

ciamq; ac Burgundiam bello ciuili acquisiuit, hoc modo. Gundebaldus Burgundiæ rex Chilpericum fratrem maternum Clodomiri auum interfecerat, quamobrẽ eum ulciscens bello aduersus Gundebaldum moto è duobus eius filijs alterum Sigismundum in prælio cepit, alterum Gothimarum interfecit, regnoq; eorum potitur. Sigismundi præclara est fama sanctitatis, quem captum atque in puteum una cum uxore & filijs demissum, & post aliquot dies extinctum, ac sepultum in cœnobio Aganensi apud ciuitatem Sedunensem, quod ipse construxerat, febricitantes inuocant. Childebertus tertius. Clodouei filius fratri successit. diuiso cum alijs regno, apud Parisios regiam ipse cõstituit, Cenomanos, Pictauos, ac Normandos sibi adiudicauit. Clotildem sororem Amalrico Gothorum regi locauit, quæ cum à uiro minime Christiano tum iurgijs tum uerberibus ob Christi fidem incesseretur, questa apud fratrem eum ad ultionem compulit. Quamobrem profectus in Hispaniam cum exercitu, Amalricum in prælio apud Toletum commisso, ad templum quoddam fugere contendentem obtruncat, urbemq; diripit, ac sororem reducit, quę in itinere morbo correpta interijt. Post honestissimum facinus animum ad parricidium conuertit, duos fratris defuncti filios pupillos, quos mater eius Clotildis apud Parisios alebat, ad se aliud simulãdo uenire iussos necauit. Quorum cadauera relata Parisium ab auia mœstissima ac sanctissima muliere multis cum lachrymis contumulata fuere. Childebertus unà cum fratre Clotario puerorum inter se regna partitus, expeditionem postea in Hispaniam sumpsit, ac magna ui Valentiam obsidenti urbis Præsul extra mœnia egressus cum dalmatica S. Vincentij occurrit, quam ei dono dedit. Quo facile munere delinitus, domum reuertit. Quo postea dono templum S. Germani præsulis Parisiensis, qui eo forte tempore decesserat, ac miraculis florebat, ornauit, ubi postremo & ipse decedens sine prole sepultus est. Anno salutis DXV. Clotarius igitur frater superstes omnium suorum Monarchia Galliarum potitur. Cum Conabro Britonum duce bellum gessit, eumq; interfecit. Crominum eius filium nothum suppetias ei ferentem, captum in prælio cum uxore ac liberis igne cremauit. Cœnobium sancti Medardi Suessionense ædificauit, in quo & sepultus est. Anno regni quinquagesimoprimo. Quatuor superstitibus liberis, partito inter se regno Chilperico Suessiones, Ariperto Parisij, Guntiano Aurelianenses, Sigisberto Metenses obuenere. Aripertus igitur ex omnibus fratribus patrio successit regno, apud Parisios regia constituta. De quo nihil aliud memoratur, quàm quod ob amorem in ancillas coniugem abdicauit. Quamobrem frustra sæpe admonitus à sancto Germano Præsule tunc urbis sacris tandem interdictus, ac sine liberis extinctus est. Guntianus frater regnum inijt, qui Aurelianis imperabat. Hic fessus quondam uenando obdormisse dicitur in campis, & ex somno thesaurus ei antiquæ gazæ manifestatus, quem cum esset nactus cum reliquis facultatibus egentibus distribuit, ad regnum immortale adspirando. Decessit sine liberis Sigisberto fratre cũ eius filio Childeperto successore dimisso. Anno regni uigesimo quinto. salutis DLXIIII. Apud Francos inter sanctos relatus. Sigisbertus Clotarij filius, & Guntiani frater apud Metensem ciuitatem regnauit, quæ ei ex patris hæreditate sorte obuenit, regnum Austrasiæ appellatum. Brunchildem Atanagildi regis Hispaniæ filiam duxit, quam Arriana secta inquinatam ad ueram religionem reduxit. Bellum cum fratre Chilperico gessit, in quo filius illius Theodebertus post multa ab eo crudelitatis exempla fœde perpetrata occubuit. At Chilpericus pater fratrem cum sectaretur ab eo fugatus, se Tornacum recepit, ubi obsessus, uxoris Phrigundis opera, quæ clam satellites aliud simulando ad Sigisbertum obsidentem interficiendum miserat liberatus est. Mox Parisium ueniens, Brunchildem Sigisberti extincti uxorem cum filiabus Rotomagum relegauit, bonis eorum direptis. Tunc denique confirmato statu, uxorem duxit Glosindam Brunchildis sororem Atanagildi Gothorum regis filiã, quæ ex Arriana secta in fidem orthodoxam uersa perfancte uixit. Dolis tandem agitata pellicis Phrigundis, relictis bonis ac coniugio, fæpe in patriam redire frustra tentauit, tandem illius insidijs noctu à uiro iugulata miraculis dicitur clarere. Sed & eiusdem Phrigundis opera Andouera prima Chilperti coniunx abdicata est, quæ tris peperit liberos, quorum natu maior Maroueus eiusdem concubinæ insectatione bonis dimissis, & abdicata coniuge Brunchilde, quondam patrui sui uxore monachum egit. Postremo tot illa malis perpetratis, necem addidit uiri, cui ad ultimum se suspe-

Gundebaldus Burgundus

S. Sigismundus Childebert.

Regia apud Parisium.

Clotildis Amalrici uxor

Parricidium Childeberti

Templum S. Germani

Clotarius

Conabrus dux Britonũ.

Cœnobium S. Medardi

Aripertus rex apud Parisios

S. Germanus

S. Guntianus

Sigisbertus

Austrasia

Brunchildis

Chilpericus

Phrigundis

S. Glosinda

d

Universidad de Deusto
Biblioteca

se suspectam cognoscebat. Redeuntem itaque è uenatione, eius opera duo satellites eum incautum aggressi trucidarunt, Anno regni trigesimotertio, relicto paruo filio Clotario, quem ex ipsa Phrigundi primum concubina, deinde uxore susceperat. Interim Childeber-
Childebertus II. cum Brunchilde matre. tus secundus Sigisberti filius, post patris ac patrui mortem regnauit in Austrasia una cum Brunchilde matre annos uiginti, quæ mulier, quod crudeliter & acerbe administrabat, po-
Inguldis Hermogillus pulo fuit infensa. Viri etiam sui fratris filium in matrimonium quondam accepit, quæ tamen omnia religione compensabat, Cœnobia, templa, sacras ædis ædificando, muneribus que immodicis ornando. Huius Childeberti soror Inguldis Hermogillo Lemogildi
Theodebertus rex Theoderic. II Gothorum regis filio locata fuerat, quæ uirum ad religionem orthodoxam deduxerat. Quamobrem à patre Lemogildo post carcerem & uincula securi percussus martyr occubuit. Theodebertus Chilperici filius ex cõcubina successit, contra quem eius ex matrimonio frater Theodericus ab auia Brunchildi compulsus bellum mouit, fugauitq; Coloniam ciuitatem, ubi obsessus, ac ciuium proditione interfectus est. Theodericus secundus uictoria potitus, ac fratris filijs interfectis, pacificus cum omnium gratia reuertit. Nec multo post aduersus Clotarium patruum de regno eadem Brunchilde adhortante dimicauit, tandem in regno confirmatus, fratris ab se interfecti filiam in matrimonium duxit, multumq; reclamantem Brunchildem consanguinitatis iura esse uiolata, contumelia ac minis repressit, tot scelerum eius adhortationes exprobrando. Quamobrem illa indignata eum uenemo necari, deinde sex liberos eius trucidari mandauit, quę omnia sanctus Columbanus ab-
S. Columbanus aufugit in Italiam. bas, dum eum à libidine cuperet auertere prædixerat. Ob quam causam à Brunchilde ex Galliæ finibus expulsus in Italiam aufugit, ubi supra Ticinum cœnobium instituit. Hunc
S. Gregorij monitio. Theodericum eiusq; fratrem sanctus Gregorius per literas monuit, ne simoniæ crimen in regno permitterent, cum ipsorum indulgẽtia par crimini patrantium haberetur. Iam enim
Clotarius rex huius contagio uitij serpere cœperat apud eos. Clotarius eorum patruus rex Francorum octauus, ex his qui recta stirpe successere, regnauit annos quadraginta quatuor. De quo quod dicam nihil reperio, quàm quæ supra dicta sunt. Tum quod ex Bertunde uxore genuit Hiltidem filiam, ex qua & Amberto cõiuge Herchenoaldus est genitus: unde Pipini,
Dagobertus & Carolorum genus descendit. Dagobertus filius hæres regni, nonus recta genealogia, uiuente patre regnauit annos sedecim. De Saxonibus triumphauit. Consortem regni fra-
Aripertus trem Aripertum fecit concessa ei Aquitania, ac regno Tolosæ, cum quo tamen quandoq; in discordiam uenit. Quapropter eum fugientem ad Dionysij templum inde nulla ui auc-
S. Dionysij cœnobium factum. lere potuit. Ex illo locum ueneratus insuper cœnobio magnifico decorauit, ubi tandem sepultus est, qui ob beneficentiam & religionem dicitur post mortem ex uiso cuiusdam uiri
Sigisbertus II sancti liberatus à cœlesti iudicio, in quo multis accusatus criminibus spiritus eius compa-
Dagobertus ruit. Ex filijs superstitibus duobus Sigisberto & Clodoueo Sigisbertus secundus rem su-
Grimoaldus scepit. Is cum prolem minime speraret, septem cœnobia magnifice extruxit. Post hæc Da-
Maiordomus gobertum filium suscepit, quem moriens Grimoaldo Pipini filio præfecto prætorij, siue, ut
Clodoueus II Galli appellãt, Maioridomus commendauit. Grimoaldus per proditionem interfecto pupillo filium suum Austrasiæ regno præfecit, quam iniuriam est ultus Sigisberti frater Clodoueus secundus, Grimoaldum interficiendo. Is enim rebus Francorum succedens, anno
Batildis facta sexcentesimo quadragesimo sexto, regnauit annos sedecim. Vxorem duxit Batildem mulierem sanctissimam è genere Saxonum, quæ quondam ante matrimonium in peregrinatione transmarina capta fuit, ac salua uirginitate redempta ab Herchenoaldo Maioredomus regiæ. Peperit uiro tris liberos, post eius mortem cœnobio se perpetuo dicauit Parisiensi, quondam à sancta Clotilde extructo primi Clodouei uxore: claruit postea miracu-
Maiordomus creatus. lis, cuius festum celebratur quarto Calendas Februarij. Extruxit & ipsa quoque cœnobia duo: alterum solo, alterum uero reconcinnauit, donis que ornauit. Cæterum his temporibus creatus nouus magistratus Maiordomus, authoritate maxima, quippe cum per regum luxuriam atque ignauiam eo res deducta esset, ut nulla regni cura aut populorum,
S. Dionisij corpus à Clodoueo retectum. nisi propriæ libidinis esset, necesse fuit huic magistratui res cunctas obire, bella gerere, domi foris q; prouidere, omnia præterea regis munera citra regni titulum gerere. Clodoueus igitur cum aliquando sancti Dionisij corpus minus atq; deceret reuerenter retexerit, atq; attrectaret, brachium q; propterea ipsius aliquantulum fregisset, dicitur in insaniam incidisse,

disse: biennio q; post excessisse superstitibus Clotario Theoderico & Childerico filijs, qui omnes ex successione regnauerunt: ac primo Clotarius III. annos tris. Deinde Theodericus frater succedens breui tempore ob morum insolentiam regno deijcitur, quem secutus est Childericus tertius, frater, qui crudelitate insigni præditus, Leodegarium prefulem Augustodunẽsem apud Lexouium relegauit. Bodolonem maximum inter Francos uirum ligari ad stipitem ac cædi iussit, à quo mox ipse rex unà cum uxore reuertens à uenatione trucidatus est. Post quem Theodericus rursus supradictus rex undecimus ex his qui recta stirpe successerant, quem diximus semel à regno pulsum, iterum succedere permissus nihilo mitior fuit fratre Childerico. Ab initio quidem Leodegarium ab exilio reuocauit, eius q; consilio multa gessit. Deinde potentiã ueritus cuiusdam Ebroini qui sese stirpe natum regia iactabat, in concordiam cum eo ueniens Præsules nonnullos inter quos Leodegarium ipsius adhortatione necauit. Regnauit annos octodecim, sepultus in æde sancti Modesti Attrebatensis, quam ipse construxerat. Hoc siquidem tempore Pipinus senior Maiordomus fuisse traditur. Clodoueus tertius, Theoderici filius regnauit annos quatuor. Decessit anno primo imperij Anastasij secundi. Dagobertus secundus Childeberti filius, anno quinto decessit, secundo imperij Leonis, filium q; paruum Theodericum fidei tutelæq; Caroli Martelli Maiorisdomus commisit. Chilpericus cognominatus Daniel, regnum inuasit, contra q; Carolum insurrexit Eudonis Aquitaniæ regis auxilijs nixus. Tandem ab ipso uictus, regno q; pulsus, ac Theodericus imperio restitutus est. Sunt qui dicant quod fugato Chilperico Carolus Clodoueum S. Batildis filium è stirpe regia regno præfecerit. Theodericus quartus Dagoberti filius, post quem Clotarius, postremo Chilpericus, breui inter se spatio successere. Hic ultimus cum esset natura segnis, populisq; male per eum consuleretur: abdicatus regno, in cœnobio monachum egit, & Pipinus tunc Maiordomus hortante ac probante Zacharia summo pontifice rex surrogatus primus ex ea familia postquam Merouengorum prosapia defecit: quæ regnauit annos CCXCVI.

Clotarius II
Theodericus
Childericus
Theodericus XI. rex iterum factus.
Leodegarius præsul Augustodunensis interficitur.
Pipinus senior Maiordomus Clodoueus III. rex.
Dagobertus II.
Theodericus
Chilpericus
Daniel
Theod. IIII
Clotarius
Chilpericus ob segnitiem abdicatus.

PIPINI ET CAROLORVM GENVS AC GESTA.

PIPINVS itaque rex anno DCCLI, secundam inter Francos incepit progeniem. De qua pauca dicendum: initio à maioribus sumpto. Genus siquidem à regibus Francorũ iactant. Ambertus enim uir magnus, ex Hiltide Clotarij octaui regis filia Herchenoaldum genuit, patrẽ Pipini, qui Grimoaldũ susceperit, patrẽ alterius Herchenoaldi. Ex quo natus alter Pipinus cognomẽto Bres uis à staturæ breuitate. Hic igitur Maiordomus sub Theoderico III. fuit: rebus in Germania feliciter gestis, belli gloria floruit: excedens Carolum Martellũ, & Carolũ magnũ filios hæredes dimisit. Martellus officio paterno succedens in aula regia res gessit item præclaras, Leone secundo siquidem Imper. anno DCCXVIII. Sequana transmisso aduersus Aurelianos mouens uno impetu hostes fudit: Rhenum deinde traijciens Saxones, Alemanos, Sueuos, Bauaros, regno Francorũ adiecit: Saracenos ab Eudone duce in Aquitaniam uocatos apud Turonũ memorabili clade adflixit. CCCLXXXV. milibus partim cæsis, partim fugatis. Post item aliquantulum temporis Amorreum alterum eorum regem ex Hispania suppetias Athimo apud Narbonem obsesso ferentem cum toto exercitu trucidauit. Hinc Gothos, qui Hispaniam citeriorem & Galliæ partem trecentos iam annos turbabant, deleuit præter paucos: qui ad Barcinonensium opem & loca confugere. Expulsis igitur exteris nationibus, Galliam omnem Francorum regno subiecit: & paulo post mortuo Theodorico rege, ut Childericus eius germanus ei succederet, curauit. Decessit ex morbo in Gallia, Carolomano & Pipino liberis superstitibus: quorum alter ut in Bauaria, Alemania, & Metensi: Pipinus autem ut in Burgundia, Francia & Aquitania dominarentur, mandauit. Carolomanus Romam petijt, & Zacharia pontifice salutato in cœnobio Casinensi in Italia monachum egit. Pipinum uero alterum filium, de quo nunc agitamus Franci adhortante eodem pontifice, detecto ob ignauiam Chilperico, regem crearunt. Anno salutis DCCLI. Hic igitur Stephano II. pontifici ab Aistulpho Longobardorum rege oppresso, & in Galliam fugienti suppetias tulit, bis que traiectis Alpibus in Italiam cum exercitu properans, Aistulphum coegit, rebus primum à pontifice repetitis: deinde exar

Carolus Martellus.
Carolomanus.
Pipinus rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

exarchatu Rauennate,& quicquid ferè in Italia ceperat Petri Cathedræ cedere, fruſtra tũc reclamante Imperatoris Protoſpatario. Inde poſtquam in Galliam reuertit, Taxillum Bauariæ ducem ſibi ſubiecit. Cum Aquitanis VIII. annos decertauit, Manfredo primo prælio in fidem accepto: quem poſtea rebellantem Carolus filius domuit. Moriens duos omnino filios reliquit Carolomanum, & Carolum cui poſtea Magno cognomentũ fuit. Huius igitur prima militia poſt obitum patris cõtra Aquitanorum regem Himuldum fuit, quem in deditionem accepit. Adcerſitus in Italiam ab Hadriano pontifice contra Longobardos, Deſyderio eorum rege per obſidionem Papiæ in poteſtatem recepto, eos ex Italia annos ferè CCIIII. poſſeſſa eiecit. Inde domum reuerſus, bellum Saxonum quod annos ferè CCIIII. cum Francis durauerat, quamuis interpellatum proſequitur: quibus tandem ſub iugum miſſis eam omnem gentem ad Chriſti cultum redegit. Poſt hæc aduerſus Aigolandum Saracenum, Hiſpanosq; male de Chriſto ob Arrianam ſectam ſentientes, expeditionem ſumẽs, breui tempore ſubiugatos, Pampilonę, Cæſarauguſta, & quibuſdam alijs oppidis expugnatis recte ſentire coegit. Redeuntẽ in Gallią Vaſcones, qui in inſidijs erãt, adorti clade adfecerunt, Rolando cum parte militum cæſo. Eam expeditionem ſicut & reliqua geſta Caroli Turpinus præſul Rhemenſis, qui rebus interfuit ſcripto tradidit: ubi Catalogum procerum qui eum ſunt comitati, hunc ferè enumerat. Rolandus comes Cenomanenſis ex Millone & Berta Caroli ſorore genitus, cum quatuor milibus bellatorum. Oliuerius comes Gebennenſis filius Rainerij cum tribus milibus. Araſtagnus dux Britonum cum ſeptem milibus. Eugeleus dux Aquitaniæ, Gauſerus dux Burdegalenſis, Gundebaldus Phriſiæ, Gellius comes Nanetenſis, Ranaldus de Bellauda, Naaman dux Bauariæ, Ogirius dux Daciæ, Lambertus princeps Bituricenſis, Sanſon dux Burgundionum, Garinus dux Lotaringiæ. Conſtantinus præfectus Romanus. Teſtatur quoque Turpinus ingentem fuiſſe exercitum, magnumq; telluris ſpatium duorũ fere iter dierum amplexum. De his multa poſteris fabuloſa ſunt tradita: ueritas tamen, ut & utribus, & corporum proceritate cæteris mortalibus præſtiterint. Italiam poſtea Carolus rurſus repetens, Beneuentanorum, qui duce Araiſo in Romanum pontificem bellum parabant, tumultus compreſſit. Taxillonem Bauariæ ducem impellente uxore, quæ filia Deſiderij fuerat, res nouas molientem ſola legatione ſedauit: acceptis etiam obſidibus. Hunnos qui Pannoniam diu occupauerant, plurimis utrinque acceptis incommodis, tandem clade maxima adfecit: amplißimisq; deinde ſpolijs onuſtus in Galliam reuertens, Gottifredum Normandorum ducem, Francorum ſocios uexantem, in poteſtatem redegit. Leonem tertium pontificem à Romanis expulſum, ac eius auxilium implorantem, per legatos confeſtim, deinde per ſe, tertio ueniens in Italiam, compreſſa ſeditione, ac repulſis inimicis reſtituit. Pro quibus meritis ab ipſo Imperator primum conſalutatus: & nomen quod annos ferè CCCXXX. ceſſauerat, occidenti reſtituit. Domum poſtremo repetens non minore dignitate ocium geſſit, artes liberales magnopere colendo. Quarum ſtudium Pariſij primus inſtituit. Tum ſacra loca exædificando, inter quæ XXIIII. cœnobia in antiqua Chronica nominata comperio. Tum nobile illud templum ſancti Martini Aquiſgrani: ubi etiam ex pleureſi deceſſit. Anno ætatis LXXII. Imperij decimoquarto. Salutis DCCCXV. Liberos vi. genuit, Cotrudem, Bertam, Gillam fœminas. Mares uero Ludouicum, Carolum, ac ex concubina Pipinum: quem Hadrianus pontifex Romæ de ſacro fonte leuauit. E quibus tantum ſuperſtes Ludouicus, ac imperij ſucceſſor fuit. Bernardum uero ex Pipino filio nepotem Italiæ regem creauit. Traditur Carolus omnia quæ pater Pipinus pontifici dederat probaſſe. Eſt & author Iacobus de Voragine, cum auxilio Genuenſium inſtructa contra Saracenos claſſe profectum Hieroſolymam recuperaſſe: cui minime cæteri adſtipulãtur: quod etiam Florentiam ædificijs reſtituerit, nullus eſt idoneus author. Illud ſanè inter omnes conſtat, cum Imper. Conſtantinopolitano de imperij diuiſione conueniſſe. Venetosq; legibus proprijs uti permiſiſſe. Traditur & in uictu delicatior fuiſſe. Venationis etiam quadantenus ſtudioſus. Corpore procero utribusq; uaſtis præter humanam cõſuetudinem, omnes eum fatentur fuiſſe. Præterea ob ingentia erga religionem merita liberalitatemq; ac miſericordiam in pauperes, apud Aquiſgranum, itemq; Pariſium, pro ſancto, quamuis in catalogum non relatum, uenerantur. LVDOVICVS cognomento Pius, accepto de patris morte nuncio

rolus Ma.

urpinus præ Rhemenſis talogus ocerum in ſpania.

xillo Baua is.

ottifredus ormandus.

Bernardus Italiæ rex.

Ludouicus Pius.

nuncio extemplo uenit Aquiſgranum: ubi Leonis Imperatoris Græci legatione audita fœdus cum eo renouauit. Bernardum Italiæ regem primo quidem probauit: mox ubi comperit imperium adfectare, captum ſecuri percuſſit: eius fautoribus, inter quos præſules multi fuere, diuerſis in locis exilio mulctatis. Quatuor ſuſcepit omnino liberos, quorũ natu maximum Lotarium in Bernardi locum ſuffecit: Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Bauariæ: Carolum uero cognomento Caluum, ex alia uxore ſuſceptũ, Franciæ Burgundięq; reges conſtituit, à quibus multa deinde incommoda paſſus, & in carcerem coniectus eſt. Deniq; poſt annum ab eiſdem in dignitatem priſtinam reſtitutus. Quæ omnia ciuiliter tuliſſe, & cum illis clementer egiſſe poſtea fertur. Stephanum IIII. Pont. Galliam petentem magna populorum celebritate ſpectatum properantiũ, magnifice excepit: à quo mox diadema apud ciuitatem Aurelianenſem accepit. Conuerſus deinde ad bella Viomarcum tyrannum Britanniæ regnum occupantem in prælio obtruncauit. Bulgaros Pannoniã inuadentes repulit, ac petentibus pacem dedit. Michaelis imperatoris Græci Legatos de imaginibus referentes ad Romanum Pont. reiecit. Ab eiſdem legatis libros Dionyſij Ariopagitæ in latinum ſermonem conuerſos ei adlatos, ut autores ſunt Landulphus de Columna, & qui ante eum de rebus Francorum ſcripſit Eginardus, templo illius dicauit. De pietate ipſius in Ro. Pont. multa Bibliothecarius refert. Ciuitates quas ei dono dedit, enumerat. Ego quoq; ex antigrapho uetuſti libri, quod in bibliotheca Vaticana hodie cõtinetur, ubi eius enarratur donatio, apographum excerpſi. IN NOMINE domini dei omnipotentis patris & fi. & ſpi. S. Ego Ludouicus Imperator concedo tibi beato Petro principi apoſtolorum, & per te uicario tuo Domno Paſchali ſummo pont. ſucceſſoribusq; eius in perpetuum ciuitatem Romanam, cum ſua iuriſdictione omnibusq; circa terris, ciuitatibus, portubus, ac maritimis locis Hetruriæ. In ea deniq; mediterranea Vrbem ueterem, Balneoregium, Viterbium, Soanam, Populoniam, Roſellas, Peruſium, Maturanũ, Sutrium, Nepe. Verſus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferentinũ, Alatrũ, Patricum, Fruſinonem, cum omnibus circa oppidis & uicis, Necnon exarchatum Rauennę integrum, ſicuti piæ recordationis Carolus pater & item Pipinus auus noſter beato Petro dudum conceſſere: uidelicet Rauennam, Bouium, Aemyliam, Forumpopuli, Forumliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, Ceruiam. In marchia Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum, Numanam, Eſium, Forumſempronij, Ferettũ, Vrbinum, territorium Valnenſe, Callium, Luceolos, Eugubium. In Campania Soram, Aquinum. Arpinum, Theanum, Capuam. Patrimonia quoq; ad noſtram pertinentia ditionem, Beneuentanum, Salernitanum, Calabriæ inferioris & ſuperioris, ac Neapolitanum: Ducatum inſuper Spoletinum, Tuder, Otriculum, Narniam: reliquaq; eius ditionis. Inſulas quoq; inferi maris Corſicam, Sardiniam, Siciliam. Quæ omnia piæ memoriæ Pipinus auus, deinde Carolus Imperator genitor noſter per Atherium & Mainardum Abbates ad hoc ſponte miſſos beato Petro eiusq; ſucceſſoribus ſcripto conceſſerunt: nos item probamus atq; concedimus. Præterea ſummi pontificis deligendi Romano concilio poteſtatem eſſe uolumus, modo ſine diſcordia fiat: ac poſt conſecrationem legati ad nos ſucceſſoresq; noſtros reges Francorum conciliandæ charitatis & amicitiæ cauſa mittantur, ſicut temporibus Domni Caroli auí, & Pipini aui, & poſtremo Caroli genitoris noſtri mos fuit. Hanc igitur noſtram uoluntatem ſcripto ac iureiurando firmamus: & per Legatum S. R. E. Theodorum Domno Paſchali miſimus, manuq; propria me ſubſcripſi. Ego Ludouicus. Subſcripſere quoq; tres eius filij, epiſcopi x. abbates viij. comites xv. Bibliothecarius, Manſionarius, Hoſtiariusq; unus. Inſequẽte deinde tempore Otho Imperator apud eundem librũ ſub Io. xij. in hæc ſe ſubſcripſit, Ego Otho Imper. pro animæ noſtræ filijq; ac parentum noſtrorum ſalute hæc omnia ſupradicta, tibi beate Petre ſucceſſoribusq; tuis libenter concedo: ſubſcripſereq; epiſcopi x. Abbates duo, Comites v. Optimates octo. anno Sal. DCCCCLXII. Indicti. v. Sub Henrico aũt ſubſcripſere epiſcopi xiiij. Abbates iiij. Duces iij. Comites viij. Optimates viij. Hæc igitur quæ de Ludouici donatione comperi in uetuſto codice iam à cõſeſſu patrum admiſſo, quo nullũ hodie potius teſtimoniũ habemus. Ludouicus reliquã ſibi præter ea quæ dedit reſeruauit Hetruriã. Deceſſit anno imperij XXV. eodem fermè menſe, quo & Michael Græcus Imper. ſub Gregorio quarto. LOTHARIVS poſt mortem parentis cum fratribus de imperio dimicãs in hanc cum eis opera Sergij pontificis pa

Ludouici donatio.

Othonis ceſſio.

Henrici ceſſio.

Lotharius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tificatoris concordiam uenit, ut Carolus Galliam, Ludouicus Germaniam teneret, reliqua sibi imperiali nomine atq; autoritate cederent. Tres suscepit liberos: Ludouicum, Carolum, & Lotarium. Huic ultimo ea pars obtigit quæ inter Austrasiam & Prouinciam sita de suo postea nomine Lotaringia dicta est. Post hæc cū orbi annos XV. præfuisset relicta Ludouico rerum cura, quem quinquennio antea Imperij consortem elegerat: sese imperio

Ludouicus II abdicauit, & in cœnobio monachum egit. LVDOVICVS II. uiuente patre anno DCCCLVI. Romā profectus à Sergio Pont. diadema sumpsit: filios habuit Carolum & Ludouicum, qui Francis Germanisq; præfuerunt. Amātissimus ante alios Nicolai primi: cuius creationi Romæ interfuit: decq; communi cōsilio ambo cuncta gerebant. Imperauit

Carolus II Caluus annis XXI. Decessit Mediolani: ubi etiam tumulatus. CAROLVS II. cognomento Caluus Ludouici Pij filius. Huic ab initio Gallia in portionē cessit: in qua regnauit annos XXXIIII. Filios Pipini fratris in Aquitania regnantis duos Carolos res nouas quærentes relegauit, monachosq; coëgit esse. Sed & ex totidem proprijs filijs eiusdem nominis alterum regnum perturbantem eodem modo tractauit: alterum in singulari certamine, cum

Contra Saracenos quodam milite exercitationis gratia pereuntem amisit. Vocatus Romam à Leone IIII. in auxilium contra Saracenos, qui iam mœnia tenebant urbis, præsto adfuit. Consecuta deinde uictoria in Galliam reuersus, post aliquot annos audita Ludouici Imperatoris morte Romam statim repetijt: & à Ioanne VIII. Pont. successor imperij factus diadema suscepit anno. DCCCLXXX. uixitq; annis postea tantum VI. Nam Ludouicus frater qui in Germania regnabat, ægre ferens se in imperio posthabitum, bellum ab initio parabat: Sed statim extinctus liberis superstitibus Carolo Crasso & Ludouico Balbo natu maiore, qui postea imperarunt. Hi aduersus patruum ingenti exercitu uenientes obuium eum apud Veronam armatum habuerunt: qui profligatus Mantuam se recepit, ubi in ualetudinem incidens, ueneno à quodam Sedechia medico Hebræo dato dicitur absumptus, cuius adhuc ibidem sepulchrum extat. Vir fuit inani iactantia ambitioneq; infinita, plura sibi quàm fas est adscribendo, ut ait Sigisbertus. Nam oppidum in Gallia Carolopolim appellauit. Eius aduentus in Italiam testem habeo Marmoris inscriptionem, quæ adhuc legitur in templo sancti Michaelis Romæ apud Vaticanum, & huiusce modi uictoriam indicans,

Inscriptio quam ponere mihi usum est. Tempore Leonis IIII. imperante Carolo Magno eo tempore, quo beata Basilica à Saracenis capta fuerat: tunc denicq; pro totius mundi capite turbato, Gallia omnis cum rege Carolo ad tuendam Italiam uenerat, ubi contra inimicos domini certando quidam mortui sunt: & in crypta iuxta Neronis palatium sepulti: eodemq; tempore à Leone Papa & rege Carolo ad honorem Michaelis archangeli supra illos facta ecclesia. His itaq; peractis rex in Apuliam abijt, eamq; beato Petro & Romæ subiugauit. In quo in primis notari licet, cur Imperatore Carolo Magno dicat, cū multis ante annis eū decessisse constet: putandum igitur ex auspicijs primi conditoris omnes ex ea familia Carolos appellare uoluisse. Prosequitur deinde inscriptio monstrans, quemadmodum in re-

Corpus S. Magni. ditu Caroli in Galliam ex Apulia nobiles quidam è Phrisia Germani corpus S. Magni Fundis repertum, secum ferentes apud Sutrium admoniti sunt in somnis ut in Vrbem Romam id referrent. Itaq; iuxta idem Michaelis templum id collocauerunt constructo in eodem loco Xenodocheo annuoq; uectigali adsignato quo eius nationis pauperes refugiū haberēt. Omnia nunc auaritia nostrorum pessum iere. Verum deinde ædificatum S. Spiritus alterum in Saxia ea de causa dictum, quod Phrisij Saxones ut supradixi in eam se partem reciperent. Sed ad reliquos reges reuertar. Ludouicum igitur Balbum cognomento

Ludo. III Balbus qui Galliam regebat, patruo successorem Ioannes XIII. Pont. elegerat, nisi multa ui à

Carolus III Crassus Romanis Carolum Crassum fratrem, qui tunc Germaniæ præerat ei præponere coactus fuisset. Biennio tamen una cum Carolo imperauit, mox ueneno sublatus Carolum cognomento Simplicem Franciæ regem & Carolomanum patrem Arnulphi qui postea Cæsar fuit liberos reliquit. Carolus Crassus interim imperium continuauit annos X. Hoc tem-

Normādorum belli. pore Normandi qui annos XL. bellis adsiduis Francos uexauerant, apud Carnutes prælio memorabili uicti sunt à Ricardo Burgundiæ duce & Roberto comite Parisiensi patre

Rollo Gottifredus Odonis eius, qui postea regnum Frācorum administrauit. Normandorum enim eo tempore duo fuerant duces, Rollo & Gello: quorum Rollo idem & Gottifredus appellatus,

Gello inita cum Francis cōcordia Caroli huius filiam in matrimonium duxit, & per Robertum comitem

comitem sacro fonte ablutus Roberti nomen accepit. Is igitur primus dux Normādorum *Robertus* Christianus genuit Gulielmum patrem Ricardi III. & Roberti Guiscardi, qui Robertus Apuliam & Siciliam in Italia acquisiuit, ac Alexium imperatorem bello uicit. Hic deinde Guilielmum ex concubina genuit, qui Aroldum Anglorum regem interfecit. Gel loni autem alteri Normandorum duci tradidit Carolus rex montem Blesensem in quo ille castrum munitissimum ædificauit, genuitq; Theobaldum patrem Odonis Campanensis, ex filia Conradi imperatoris. Odo uero alterum genuit Odonem patrem Theobaldi iunioris. Hæc igitur genealogia comitum Blesensium. Carolus autem Imperator post hæc gesta cum paulatim mente laberetur, ei uiuo surrogatur Arnulphus Carolomani filius Ludouici Balbi nepos, qui annos XII imperauit: Normandos iterum tumultuantes ingenti prælio pacatos reddidit, ultimumq; è Gallis Cæsar fuit cum annos propè centum imperassent: translatum deinceps ad Germanos imperium, ut in alia imperatorum narrauimus historia. Quanquam Ludouicus filius à Gallis patri surrogatus nec à Pontifice probatus VI. annos imperauit, à Berengario deinde imperatore superatus atque interfectus. Regno deinde Francorum Carolus Simplex Ludouici Balbi filius puer post patris obitum natus successit: cui tutorem adhibuerunt Odonem filium Roberti Parisiensis illius qui contra Normandos strenue pugnauerat, de genere Saxonum. Hic postquam annos IX. regis nomine summa fidelitate administrasset regnum pupillo restituit, pro quibus meritis ab eo parte imperij donatus est. Carolus igitur sumpta regni cura Edinam Eduardi regis Angliæ filiam in matrimonium duxit: cumq; annos XXVII. regnasset à Roberto Odonis tutoris iam defuncti fratre bello petitur, eo quod fratris ei ditionem abstulisset: hoste tandem in prælio interfecto apud urbem Suessionem ea potitur. Verum paulopost ab Eriberto fratrio amice exceptus apud castrum Petroream dolo captus est, ac in custodia demum extinctus. Edina uero uxor cum paruo filio Ludouico ad patrem Eduardum in Angliam confugit. Rodulphum post hæc Ricardi ducis Burgundiæ filium regem delegerunt, quem olim Carolus Simplex sacro fonte abluerat. Hic, ut ait Sigisbertus, ab Italis contra Berengarium uocatus uictoriam adeptus est, regnauitq; annos III. Ludouicus puer interim ex Anglia cum matre reuocatus regnauit annos IX. Et Gisberta primi Othonis sorore Carolomanum, Lotarium, & Carolum genuit; Infensos ac rebelles habuit regni proceres. Post quem Lotarius eius filius annos XXXI, qui in ordine regum trigesimus fuit: sub quo Vgo Magnus comes Parisiensis factus est dux Francorum. Hic enim fortiter aduersus Normandos dimicauit, à quibus captus demum fuit, & Rotomagi in custodiam traditus: deinde auxilijs Othonis Imperatoris cuius sororem duxerat liberatus, nunc demum Francorum regebat exercitum. Liberos suscepit Othonem, Henricum & Vgonem. Lotarius interim decessit ex ueneno uti putatur ab uxore adultera dato. Cui Ludouicus filius successit biennio, & ipse eodem fato sublatus Blanchæ coniugis opera, postremus sanè in Caroli familia.

Robertus & Rollo
Guilielmus
Robertus
Guiscardus
Gellōis genus
Comites Blesenses.
Ludouicus nō probatus.
Carolus Simplex.
Odo
Robertus
Odonis frater à Carolo interficitur.
Rodulphus
Ludouic. IIII Caroli Simplicis filius.
Lotarius.
Vgo Magnus
Parisien. dux Francorum
Ludouicus V

TERTIVM FRANCORVM GENVS.

Vgo Capet

VGO interea cognomento Capet quod capitia sic gallice appellata per iocum alijs auferre soleret, filius Vgonis Magni comitis Parisiensis. Cum Francorum ductaret exercitum, contra Carolum Ludouici patruum rebellans bellum gessit annos IIII. quem tandem in custodiam apud ciuitatem Aurelianensem misit, mortuoq; demum successit, ac regnauit annos IIII. Hunc siue huius patrem Dantes cur lanium fuisse dicat nō satis scio, cum manifesto sit falsum, nisi forte Galli sic per iocum appellant eum qui pecuniariam aut macelli annonam nimiū curet. Robertus Vgoni patri successit annos XXXIIII. qui sacerdotio prius erat

Robertus addictus, quapropter non minore in regno quoq; religionis quàm militiæ studio tenebatur. Horas canonicas quotidie obibat, ferturq; ex eo prodigium in cuiusdam oppidi obsidione, irruptione hostium nūciata non prius occurrisse quàm cœptas horas absoluisset, ex quo & hostes nihilominus fugauit, & oppido corruētibus muris potitus est. Solebat & in ipsis horis plerūq; choro S. Dionysij interesse, amictuq; monachorū serico uti. Loca plura religiosa excitauit: apud Aurelianū cœnobium sancti Aniani. In sylua Aquilina sancti Me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dardi,& ſancti Leodegari in Viteraco caſtro,ſancti Regalis in ciuitate Syluanectēſi: apud Auguſtodunum,ſancti Caſſi cœnobia. Solebat & hymnos ipſe componere. Quondam proſectus Romam aræ baſilicæ Petri chirographum obtulit, ubi reſponſorium erat cum muſicæ ratione ab eo compoſitū, putantibus omnibus magnū aliquid dediſſe, antequam res appareret:liberalis alioquin in pauperes: uerum clam uxore, quod reclamantem uideret.Ex Henrici ducis ſine liberis morientis teſtamento Burgundiam adſecutus eam poſtea

Henricus Landerico ad ſe pertinere dictitanti reſtituit. Henricus filius regnum deinde adſequitur, quanquam aduerſante matre Conſtantia ad opes & auxilium Roberti regis Normandorum confugiendo. Cum eius poſtea ſucceſſore bellum geſſit: Aedem Pariſij ſancto Marti-

urgũdorum efectio. no conſtruxit: in qua ciuitate pauloante multa ædificia flagrauerant. Hoc tempore Bur-

Philippus I gundi ad Conradum Imperatorem defecere cum annos C X X X. Gallis paruiſſent. Hen-

go Magnus ricus cum regnaſſet annos triginta, moritur ſuperſtitibus liberis Philippo & Vgone, qui Magnus cognominatus eſt.Philippus primus huius nominis regnauit annos Quadraginta octo, ciuitatem Bituricenſem à comite Arpino emit uiro ſtrenuo pariter & religioſo: qui ad expeditionem Hieroſolymitanam una cum Petro eremita proficiſcens pecunia maxime indigebat:nonnulli emptam ab Henrico patre dicunt. Vgonis Magni Philippi fra-

udouicus tris inclytum nomen eſt in armis, inter duces & ipſe ſacræ expeditionis. Ludouicus Phi-

Craſſus lippi filius & hæres,cognomento Craſſus ob uaſti corporis molem, conſtruxit ſancti Victoris cœnobium prope mœnia Pariſia. Cum ad extremum morbo premeretur ea fuit religione, ut exurgere ac obuiam ſacerdotibus euchariſtiam ferentibus proficiſci contenderit.Exceſſit anno regni uigeſimo ſecundo,ſex liberis relictis: Philippo qui equo lapſus interijt.Ludouico qui poſtea regno ſucceſſit.Henrico Peluacenſi præſule:Petro & Philippo

Ludouicus Archidiacono Pariſienſi.Ludouicus igitur poſt Ludouicum patrem regnauit annos Qua-

Ludouici F. draginta octo.Hic ex uoto probante Eugenio Pont. qui tunc in Gallijs agebat,ad expeditionem Hieroſolymitanam una cum Conrado Imperatore & ingenti multitudine profectus parum feliciter rem geſſit: per Syriam ſiquidem iter faciens fame oppreſſus una cum alijs eodem anno domum reuertit re infecta. Cum iam ſexagenarius liberis careret iuſſit omnes ſubditos uota pro ſobole facere: quo factum eſt ut anno ſequenti filium ſuſciperet

Philippus Augustus. Philippum:qui poſtea Auguſtus cognominatus eſt, quod rem Gallicam auxerit: annos XLIIII.regnauit. Patris imitatus exemplum expeditionem eandem & ipſe cum Ricardo Angliæ rege multiſcę alijs principibus ſumpſit.Itaque ſoluens à Brunduſio & cum Saladino primum concurrendo feliciter aggreſſus exitum habuit infelicem: cum in diſcordiam cum Anglo ueniſſet,domum & ipſe re infecta reuertit, Angliæcę bellum mouit.Decimas imperauit,Innocentio IIII.una cum clero Galliarum reclamante:at ille iritatus magis etiam inſtabat.Itaque & Ricardum primo, deinde ipſius filium Ioannem in bello ſuperauit. Sed & de Othone Imperatore uictoriam apud Belgas adſecutus. Victoriæ nomine cœnobium apud Syluanectum excitauit:ciuitatem Andegauenſem dirutam reſtituit: Iudæos omnes expulit:moriens anno Milleſimo ducenteſimo uigeſimotertio,multa religioſe legauit.Ludouicus Philipppi filius nulla re alia clarus, quàm quod ſancti Ludouici pa-

udouic. VIII ter,qui poſt eum regnauit, extitit: quanquam & ipſe uita continentiſſimus fuiſſe traditur:

. Ludo. IX Auenionem expugnauit, quod eum tranſitu à Biturigibus uenienti prohibuiſſent. LVDOVICVS puer in tutela matris Blanchæ relictus eſt non ſine procerum indignatione, quod mulieri tantum regnum committeretur. Quapropter in eos coniuratum: re detecta Ludouicus coniuratis ueniam petentibus benigne conceſſit. Iuuenis adhuc non procul ab Iſaræ fluuio cœnobium Montiſregalis exſtruxit collocatis in eo monachis Ciſtertientibus. Quotidie Centum uiginti pauperes alebat: mendicos ulceroſoſ que manibus attrectando ad oſculum uſque dignabatur: uenientem ad ſe Henricum Angliæ regem ſumma comitate excepit: dimiſſa inſuper ei Aquitania, ea lege ut Normandia, Andegauia, & Cenomano ipſe quoque cederet: ob quas terras ingens olim inter Francos &

Engeranus Anglos contentio interceſſerat: Engeranum maximum in eo regno uirum qui res adminiſtrabat,quod quoſdam nobiles adoleſcentes leui de cauſa cruci adfixiſſet, exulare iuſſit in Syria, ubi opem ille aduerſus Chriſtianos quæſiuit. Probante quoque Innocentio IIII. qui tunc in Gallijs aderat: ad expeditionem Hieroſolymitanam cum Roberto & Carolo fratribus ac coniuge haud felicius quàm prior Ludouicus profectus eſt: ac primo Syriam

mo Syriam ingreſſus, Peluſium nunc Damiatam in Aegypto cepit, uarijſcę exinde præliis cum Saracenis habitis, tandem ſuperatus capitur: pro cuius redemptione Damiatam reddi neceſſe fuit.Domum deinde reuerſus,omnes fœneratores Iudæos, aleatores,ac impia in deum uerba dicentes,diſcedere iuſſit.Petrum Britonum comitem, à quo bello laceſſebatur, ſimul cum eius auxiliari Henrico Angliæ rege ſuperauit. Alteram poſtremo in Carthaginem contra Saracenos expeditionem tentauit: duobus ſecum filijs adoleſcentibus, & Theobaldo Campaniæ comite ductis: ubi proſpere primum dimicauit. Deinde peſtilentia paſſim caſtra occupante ipſe una cum Ioanne filio interijt octauo Calendas Septembris M.C C L X X. cum regnaſſet annos quadraginta tres. Carolus interim frater ſubſidiariam claſſem in Africam ducens:ubi rem iam ſeneſcere ac omnia turbata uidit:pacem hoſti certis conditionibus dedit.De Ludouico inſuper traditur & illud pietatis exemplum:cum C C C. milites à Saraceno captos è ſuis ipſe redimeret, ac per hoſtis perfidiã luminibus poſtea priuatos animaduerteret,totidem cellas Pariſij extruendas curauit, ubi ex uectigali eis adſignato perpetuo alerentur. Quod adhuc Xenodocheum durat. Ex Margarita Rendi comitis Prouinciæ ſuſcepit mares quatuor, Ludouicum qui iunior deceſſit, Philippum qui poſt eum regnauit,Petrum de Alanſone.Ioannem Niuernenſem, Robertum Claromontenſem comites:fœminas totidem,Iſabellam Theodebaldo regi Nauarræ: Blancham Ferdinando Caſtellæ regis filio:Agnetem duci Burgundiæ:& Margaritam duci Brabantiæ nuptas. Relatus eſt in catalogum ſanctorum à Bonifacio octauo, cuius feſtum die colunt qua ex hac uita migrauit.Philippus cum patre profectus in expeditionem Africanam, ſtatim poſt eius mortem ad rem ſuſcipiendam domum reuertit: ac Viterbio iter faciens Cardinales qui eo conuenerant Alexandro quarto Pontifi. defuncto conſalutauit: cum Petro Aragonenſi pro regno Siciliæ nauali prælio conflixit, in quo ſuperior etiam recepta Gerunda diſceſſit: inter Genuenſes & Venetos poſt longum & maximum bellum pacis author fuit:regnauit annos quindecim. Philippus cognomento Pulcher, & nominis & regni ſucceſſor annos uigintiocto Iudæos expulit: graues cum Bonifacio inimicitias exercuit:ſacris ab eo interdictus, quod eius nuncium ad expeditionem in Saracenos,regem alioquin lentum,acerbius exhortantem, in carcerem coniecerit. Quamobrem Sarram Columnam tunc forte Bonifacij inimicum ac profugum in littore Maſſilienſi cognitum ac redemptum à piratis cum ualida triremi contra pontificē mittit: quem ille Anagniæ in domo paterna captum Romamcę deductū in carcere necauit. Hoc tempore Flandrenſes à rege Galliæ defecerūt,& Templariorum ordo ſublatus. Philippi filij tres omnes ex ſucceſſione regnauerunt: Ludouicus primum cognomento Glutinus, annos duos. Deinde Philippus cognomento Longus annos quinque: poſtremo Carolus V. Ex quibus nihil aliud dignum memoria legitur, niſi quod Ludouicus Engeranum, quem ſupra nominaui,cruci adfixit.Iudæos quoque quos pater expulerat reduxit.Philippus Valelius filius Caroli comitis de Valeſio,qui Carolus Philippi Pulchri regis germanus fuit: defici-

Damiata In Saracenos Syriæ.

In Saracenos Africæ.

Philippus III

Philippus Pulcher ſub Bonifacio VIII

Flamingorũ defectio.

Ludouicus Glutinus X.

Philippus Longus.

Engerannus cruci adfixus

ente reliqua ſobole uti proximus cognatus regno ſucceſſit. Reclamante Eduardo Angliæ rege,ac Galliæ regnum expoſtulante iure Iſabellæ filiæ Philippi Pulchri, quæ Eduardo eius patri nupta fuerat: Philippo quoque Pharamundi primi Francorum regis lege ſe tuente,quæ iubebat ut uirilis tantum ſuccederet proles. Itaque uentum ad arma: Anglus adſcitis Flandrenſibus prælio,ubi ſupra triginta milia cecidere,Philippum ſuperat:eicę Geſſoriacum portum nunc Caleſium abſtulit. Philippus Viennenſium principatum dicitur emiſſe.Huic ſucceſſit filius Ioannes, qui cum ante omnia bellum cum Anglico inſtauraſſet,ipſe una cum Philippo filio capitur:dimiſſuscę certis conditionibus tributi,quibus minime ſtetit. Quare ab Eduardo poſtea terra mari-ę magnis adficitur incõmodis. Sed cum necę æs alienum quod cum Pariſienſibus pro ſua redemptione contraxerat exoluere curaret:illi rebellauerunt duce rege Nauarræ,quē tunc captū Pariſij è cuſtodia liberauerunt, exoluto tandē ære res cõpoſita. Tempore quo captus in Anglia tenebatur, Carolus filius regnū adminiſtrabat: ubi primū dimiſſus ſtatim Burgundiã ob Philippi tunc mortē adſequitur:ante uero bellū Anglicum cum rege Nauarræ pugnauit: quem deinde per inſidias cepit. Caroli poſt hunc tres ex ordine ſucceſſere. Primus Ioannis ſupradicti filius Burgundiã quæ patri obuenerat,fratri Philippo regendam dedit.Imperatorem Carolum ad ſe ue-

Eduardo Ioannes rex ab Anglis capitur.

Carolus V Burgundia Philippo Caroli fratri cõceſſa.

nientem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nientem magno sumptu excepit. Moriens Carolum & Ludouicum pueros comiti Andegauensi tutori commisit, è quibus Carolus sextus succedens, contra Flandrenses, qui desciuerant, bellum gessit. Ad hunc in Galliam confugit Leo rex Armeniæ à Turcis expulsus, qui omnibus uijs conatus est inter eum & Angliæ regem, inter quos bellum erat pacem componere, ut de communi consilio in Turcas iretur. Cæterum Aruernos cum multis Aquitaniæ populis tumultuantes compressit. Iudæos expulit. Nouum in Gallia uectigal tentauit, cæteris consentientibus, Parisijs cum nonnullis alijs tantum reclamantibus ac penè tumultuantibus, necesse fuit ab incepto desistere, loco tamen uectigalis ei Francorum centum milia ex omni Gallia subsidio belli sponte tributa sunt. Dicitur & in mentis ualetudinem incidisse, cuius rei signa quædam ostendit. Nam contra Britones sine ulla belli causa de improuiso cum exercitu profectus admirantibus illis: inde in Normandos iter faciens perterrefactus strepitu armorum militum suorum obuios omnis hostes putando necabat. Quapropter cura regni necessarijs tradita ipse tantum cerebrum purgare, melancholiam que iocis rebusq; alijs curare nitebatur. Pannonijs itemq; Constantinopolitano imperatori contra Turcas auxilia petentibus præstitit. Catherinam filiam Henrico Angliæ regi locauit, unoque tempore socer & gener (erat tum Philippus Burgundiæ dux) extincti sunt anno Millesimo quadringentesimo uigesimosecundo. Carolus septimus superioris filius bellum Henrici regis Angliæ Henrici filij diu sustinuit: cum ille Galliam iure suo expostularet: tandem conciliatus insuper ei suppetias contra hostes tulit. Normandos bello oppressit: Roromagum cepit, Burdegalenses rebelles diruit: Magdalenam filiam Ladislao Pannoniæ Boemiæq; regi locauit: Ludouicum filium Delphinum appellatum bis rebellem sensit, quod paterno ciuilicq; animo tulit. In Galliæ concilio pragmaticam instituit sanctionem, rem quidem impiam ac pontificum potestati aduersam: per quam ipsemet Præsulatus cæteraq; officia sacerdotalia ius conferendi sibi uindicabat. Quondam dum in rerum statusq; esset turbatione, uenit ad eum uirgo nomine Ioanna, anorum uiginti, inter Gallos rusticos orta, dictitans se à deo missam eius causa tutandi status. Itaque more Amazonis terras obibat, exercitum ductabat: tandem à Burgundionibus ac Ioanne Lucemburgo capta, & Anglis diuendita ab eis cremata est, non tam hostili odio quàm quod magicam artem fœmina uirili habitu & audacia præ se ferre uideretur. Ludouicus undecimus, Caroli septimi filius immiti uarioq; & inconstanti ingenio semper fuit, bis patri rebellis, & postremo Delphinatu fortunisq; omnibus priuatus ad Burgundiæ ducem Philippum confugit, apud quem decennio moratus frustra sæpe reconciliatione per oratores tentata. Dum ille sibi conscius ad patrem quanquam indulgentem uenire partim metueret, partim etiam dissuaderetur ab ijs qui regis æmuli fuerant, dissidiumq; optabant: patre interim defuncto regnum init, multis ab initio bellis agitatus. Carolo fratri apud Burgundum agenti, & eius auxilio res nouas molienti, magna ui militum restitit. Ioannem Cardinalem Andegauensem Baluam cognominatum, quem ex humili loco ad eam fortunam euexerat: quod clam Burgundi partibus studere literis interceptis deprehenderet, capi iussit, ac annos ferè duodecim in custodia seruari: frustra per oratores à Paulo Pontifice repetitus, Sixti IIII. demum precibus condonatus cum Iuliano Cardinale S.P. ad uincula legato Romam uenit. Cum eodem Burgundo patre Philippo primum, deinde filio Carolo diuturnum bellum gessit, frustra Niceno Græco Cardinale atq; Legato rem componere studente. Cum Francisco Britanniæ Gallicæ duce habuit de finibus contentionem: unde periculosissimū omnium bellum ortum. Nam cum rex apud Turonē proceres regni in consiliū uocaret huius rei gratia, illi non pro rege, sed contra clam in eo coniurant, absentesq; alios ad id inducunt. Fuere autē hi capita. Carolus Biturigum dux regis frater, Carolus Philippi filius Burgundus. Franciscus ipse Britannus, Ioannes Borbonienſis, Ioannes Alanconienſis, Ioānes Andegauēſis Renati filius, Carolus Nemorsinorum, duces omnes. Præterea comites Carolus Andegauēſis Renati frater. Cenomanorum Ludouicus Montispenserij, Ioānes Armeniacus, Ioānes Alebretenſis, Ioānes Dunesinorū. Britannus igitur his fultus auxilijs, ne cōiuratio ante tempus detegeretur, dum se pararēt pacē cum rege factura simulat: dum agitur de conditionibus dux Borboniēſis agrū uastare cœpit: ex altera parte Burgūdus ingenti exercitu ad Parisiū obsidendū pergit. Rex eo se uelociter recepit:

cinctusq;

Carolus VI. Leo Armeniæ rex.

Carolus VII

Pragmatica sanctio.

Ioānæ puellæ fortitudo

Ludouic. XI Balua Cardi.

cinctusq; ex omni parte ab hostibus, ducis Francisci Sfortiæ auxilium petijt, extemploque Galeatio eius filio cum magna manu aduenīente ita resipiscere cœpit, ut iam hostes de inunda concordia cogitarent. Itaque Burgundus primum cæteros conciliauit, instituitque ut inuitati omnes in conuiuio iurarent se post illa regi fideles futuros. At hoc pacto post biennium res composita anno millesimo quadringentesimo sexagesimosexto. Fuit Ludouicus ingenio uario ac inconstanti, sæpe Romanis Pontificibus contumax, idem cum aliquid aduersi pateretur obsequentissimus. Cum diu sine liberis fuisset, tandem ex Carlotta Lodouici Sabaudiensis filia Carolum octauum genuit, qui post eum regnauit, cuiq; uiuente patre, Margarita Maximiliani regis filia pacta fuerat, qua postea abdicata, & Maximiliano post discordiam conciliato, Annam duxit, Francisci Britanniæ ducis filiam, ac patrij regni hæredem, repugnante ex Britonibus procerum parte, bellum usq; sustinentium: Ex quo Carolus potitus omni Gallia, patre iam defuncto, ad antiquum regni Neapolitani ius ante omnia repetendum animum adiecit, ad quod etiam sollicitabatur à Ludouico Mediolani duce ob inuisum sibi Ferdinandū regem. Igitur cum in tota Gallia, tum Britannia insula delectu habito, anno millesimo quadringentesimo nonagesimoquarto, mense octobri, cum equitum uigintiquinque, peditum quindecim milibus, instrumentorum quoque bellicorum curribus centum, regni uero principibus Philippo Sabaudiæ duce eius auunculo, & alijs nonnullis iter ingressus per Alpes, ubi primum in Subalpina regione cum tanta multitudine apparuit, timor omnibus incussus, quod sciebāt ferocissimam gentem non posse à maleficio contineri: præsertim cum in domibus ciuium habitarent, passimq; cum familijs miscerentur, nemo non fuit qui non tam de re, quàm de libertate, de pudicitia, denique de uita sollicitus fuerit. Ex Asta itaque urbe per fines Galliæ Cisalpinæ Parmam uenit, inde in Ligures Apuanos, ac regionem Lunensem, ubi quæ ditionis erant Florentinorum, tradita sunt ei à Petro Mediee oratore obuiam procedente. Inde Pisas petijt, quas in libertatem excitauit, ut in ipsa ciuitate narraui, postremo Florentiam, ubi aliquot immoratus dies, tantum impetrata pecunia, saluis rebus, discessit. Inde Romam ubi appropinquauit, Alexander sibi ac urbi timens, transitum primo prohibuit, deinde Romanis nolentibus bellum sustinere, admisit, pridie Calendas Ianuarij, ædesq; diui Marci ad habitādum concessit, ubi se rex dies aliquot continuit, donec inter eos concordia iniretur. Petebat autem tria, molem Hadriani, obsidem filium Cæsarem cardinalem, & Turcarum regis fratrem captiuum. Ex his ultima duo tantum cōcessa: Re hoc modo transacta, è uestigio Pontificem salutatum in Vaticanum uenit, apud quem in eodem palatio dies reliquos subsistit, decq; fide ac officio seruando, more principum Christianorum, præter omnium opinionem satisfecit. Nam eo animo dicebatur uenisse, ut statum etiam sacerdotum moribus corruptum componeret in melius, conspirantibus præsertim ex patrum ordine nonnullis. Facti tunc demum regis causa cardinales duo. Gulielmus præsul Maclouiensis, qui inter regis comites fidissimus omnium uenerat, & Philippus Cenomanensis, ambo Britones. His obitis post dies uigintiseptem quàm uenerat, rex per urbem mediam ordinibus militum comitantibus discessit, tanto uestium discriminatarū, armorumq; lucentium sumptu, ut Polybij commemoratio de aduentu Gallorum in Italiam sumptuoso, tum uersus Vergilianus de Senonibus fidem habuerit. Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla Auro innectuntur. Cæsar cardinalis obses è medio itinere aufugit. Ille usq; Neapolim nullum habuit aduersarium, cum Ferdinandus iunior rex (ut in rebus Siciliæ dixi) metu aufugisset. Antonello principi Salernitano, qui Ferdinādo seniori rebellis in Gallia fecesserat, possessionem restituit, Columnensibus qui eum ab initio secuti fuerunt, Fundos cum multis circa oppidis dono dedit, limitesq; ditionis eorum ampliauit. At Vrsinorum factio quæ cum Neapolitano conspirauerat, magno in metu uersabatur, sed paulo post facta mutatio, ut hi in gratiam redirent, illi uero ademptis ijs quæ acceperant, ab amicitia discesserint. Verum à Ferdinando postea reuertēte in regnū restituti, illi rursus depressi, quorū princeps Virginius, etiam in carcerē coniectus, ac extinctus est. Hoc in statu cum Carolus Neapoli menses ferè quatuor moratus esset, deficiēte paulatim exercitu, ac partim morbis, partim cædibus debilitato, iā sibi timere cœperat, eo magis quod Ludouicus dux, quē cœpti iam pœnitebat, ac Veneti nō æquo animo Gallos Italiā inuasisse patiebant, omnibusq; uiribus ad eum expellendum

Carolus VIII

Eius gesta

Universidad de Deusto
Biblioteca

lendum conſpiraverant. Rex itaque cum redire in Gallíam ſtatuiſſet, Romam calendis Iunijs repetijt, pontifice uacuam, qui de induſtria in Vrbem ueterem ſeceſſerat. Deinde Piſis iter faciens, prope Parmam ad Tarum fluuium, Ludouici, Venetorúmque occurrentes acies habuit. Horum Franciſcus Gonzaga, Mediolanenſium uero Io. Franciſcus Seuerinas duces: legatus Venetorum Melchior Triuiſanus, fuere. Equitum quoq; ac pedítum numero ferè quinquaginta milia, maiorq; diu in Italia non uiſus exercitus. Galli numero inferiores, ſed uiribus ac inſtrumentis bellicis ſuperiores extitere. Itaque pugna commiſſa, pro eis uictoria non omnino incruenta ſtetit, ex quibus ferè mille, ex noſtris uero duo milia cecidere. Inter quos hi principes fuere, Rodulphus Gonzaga, Franciſci patruus, Rinucius Farneſius, Io. Picininus, Galeatius Regías, Robertus Strotius, Vincentius Corſus, Bernardinus Fortebrachius, quorum poſtea liberos Veneti memores officij, parentum loco ſuccedere uoluerunt. Vxoribus uiduis etiam ſalaria conſtituere. Defunctos quiſque ſuos per unius diei inducias honorifice tumulauit. Regij uero exercitus duces, duo potiſſimum Italici fuerant, Ioanneſiacobus Triultius unus exul Mediolanenſis, alter Nicolaus Vrſinus Petiliani comes, qui ab initio belli captus, deinde dimiſſus, regiſq; militiæ fuit authoratus. Verum ad Venetos in prælio transfugiẽs, cauſa fuit eorum aciem collabentem reſtituendi. Dum igitur integris adhuc rebus hoſtium prohiberi poſſet, permittentibus tandem illis, rex incolumis in Gallíã penetrauit, ubi biennio poſt, morbo extinctus eſt, ætatis anno uiceſimoquarto, regni quintodecimo. ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo. Corpore fuit breui, ore inuenuſto, natura haud ſane liberalis. Etenim nec Romæ baſilicis, nec in toto itinere quicquam præterquam ea quæ ſupra dixi, Columnienſibus donauit. Ingenio præterea magis bardo quàm adroganti: nam cardinalibus neque aduenientibus de more adſurgebat, neque diſcedentes adſpiciebat. Procul alioqui à cæteris uitijs, quibus plærique principes tenentur, religioſiſq; maxime hominibus deditus. Huic igitur ſine liberis decedenti, Ludouicus duodecimus, dux Aurelianenſis, ex ſtirpe regia, ſine controuerſia ſucceſſit. Cui Carolus in Italiam proficiſcens, regni totius curam delegauit, Aſtæq; in præſidio dimiſit. Hanc ille iure dotis auiæ ceperat, Nouariam inſuper inuaſerat, quam hoſtes poſt regis reditum multis menſibus obſederunt. Tandem fame coactis Gallis, cupidiſque ſe ad ſuos recipiendi, ciuitatem certis conditionibus receperunt. Huic auus item Ludouicus Aurelianenſis fuit, qui cum gratia & authoritate in regno magnopere polleret, à Io. Burgundiæ duce ob inuidiam interfectus fuerat. Quumq; eius uxor Valentina Io. Galeacij uicecomitis filia uirago, multis lachrymis ac querelis in concilio proceres ad ultionem excitaſſet, bellum inter utroſque populos peſtiferum eſt ortum, quod in Gallia diu poſtea duravit. Huius Carolus filius olim in bello Anglorum captus, centum ſe milibus ſcutorum redemit. Mediolani deinde principatum poſt Philippi ducis mortem, iure matris hæreditario petebat. Verum cum nec illi nec poſtea filio Ludouico, quem ex matrimonio Cliuenſium ducum familiæ ſuſcepit, ſatis uirium ad id ſibi uendicandum fuiſſet, res aliquandiu conticuit. Ludouicus enim paternis ipſe ſimul & auitis laboribus ac periculis ſucceſſit, primum regi Carolo ſuſpectus, quod ad ſe hæreditas nominis tanti poſt eum pertineret. In Britonum bello contra eum uenit, ſimulq; cum toto exercitu profligatus, uulneratusq; inter iacentes uix cognitus fuit, in cuſtodiam quoque ductus, poſt quadriennium uix amicis ſupplicantibus liberatus eſt. Rex deinde factus, Annam à Carolo relictam illico duxit, dimiſſa ipſius Caroli ſorore, quæ olim puero pacta fuerat, Alexandro Pont. permittente. Nihilq; prius aut antiquius habuit, quàm ut animum ad res repetendas intenderet. Itaq; anno regni ſecũdo, ſalutis uero M.CCCCXCIX. delectu habito, exercitum equitum peditumq; ferè XII. milium miſit, qui Aſta primũ capta, Alexandriam propere uenit, ubi munitiones, roburq; omne militũ ducis Ludouici fuerãt: qua celerius omniũ opinione in poteſtatem redacta, nihil cunctatus Ludouicus, cum theſauro quem antea præmiſerat, in Germaniam ad Maximilianum Cæſarem eius neceſſariũ confugit, cederecq; ad tempus maluit furori hoſtili, quàm licet poſſet, fortunã periclitari. Galli Mediolanũ ingreſſi, quancq; à cædibus & rapinis temperauerũt, nauſeã tamen (uti ſolent) ac faſtidiũ ob morũ diſcrepantiã generãtes, ſexto quàm uenerãt menſe expulſi fuere, ac Ludouicus reuocatus. Rex igitur maioribus rem uiribus aggreſſus, contra rurſus exercitum mittit,

Franciſcus Gonzaga
Galli victores
Venetorum gratitudo
Ludouicus XII.
Anna uxor

mittit, qui non minori potentia munitum repperit hoſtem apud Alexandriam ei occurrentem. Pugna cõmiſſa Ludouicus ab Heluetiorũ peditatu, quibus maxime fidebat, proditus ac captus, unà cũ toto regno in manus hoſtis uenit. Aſcanius item Cardinalis eius frater, qui cum CCC. equis ſuorum, partim ciuium Mediolanẽſium aufugerat, à Carolo Vrſino in itinere comprehenſus, iuſſu Venetorum, regi quocum illi cõfœderati erant traditus eſt. Rex itaq; ambos cuſtodiæ adſeruari iuſſos, breui deinde tempore ex humanitate atq; miſericordia latius uagari, ac mitius tractari ex eorum dignitate permiſit. Aſcanium etiam poſt Alexandri mortem ad noui creationem Pontificis Romam unà cum Rothomagenſi remiſit, qui poſt hanc calamitatem nouos adhuc in Italia tumultus ſi per eius mortem licuiſſet (nam biennio poſt ex peſtilẽtia deceſſit) excitauerat, adeo multis indocilis eſt quies. His geſtis Ludouicus poſt biennium Neapolitanum inſuper regnũ Francorum diu familiæ debitum repoſcere ſtatuit. Verum cum Hiſpaniæ regem propinqui ſui cauſam tueri paratũ animaduerteret, cum eo tranſegit, ut regnum ipſum inter ſe diuiderent. Igitur exercitus armatorum X. milium ab eo miſſus, nullũ uſq; Capuam habuit reſiſtentẽ. Ea demum uiribus atq; operibus poſt dies aliquot expugnata atq; direpta eſt, armatis tantũ in ea cæſis omnibus. Inde Neapolim procedẽs, ſine contentione illico rege Frederico fugiente obtinuit, antiquis illius legibus, & ciuium iuribus ſeruatis: proceribus etiam regni in antiqua poſſeſſione permiſſis. Hiſpanus uero Apuliæ ac Calabriæ partes uno tẽpore eadem facilitate accepit. Verum non diu res inter eos quieta fuit, de finibusq; ſtatim certatum, ubi Gallus ſuccubuit, ut in Hiſpania latius narratum, non tam uirtutis inopia, quàm ducum negligentia: quum omnes gentes nouerint eam gentem uetere belli gloria florere, & in ſequẽtibus temporibus maximo Chriſtianis præſidio fuiſſe, nec ullum hodie magis nomen Turcarum natio potentiſſima metuat. Hoc igitur in ſtatu res Gallicæ in Italia uerſantur, in Gallia uero pacatiſſime ipſius Ludouici uirtute ac prouidentia: cuius ea eſt animi moderatio, ut cum ablata ſigna referre, & aduerſus hoſtes ſe facile uindicare poſſet, quieti tamẽ uniuerſorum (quod ita res expoſceret) ſuam ad tempus poſthabuerit ambitionem. Fredericus autẽ primo in Aenariam, deinde in Galliam ad regis miſericordiam confugit, ubi pro regis dignitate ſuſceptus, quadriennio poſt exceſſit.

Aſcanius Maria
Fredericus rex

BRITANNIA

De ſitu et moribus Britanniæ

BRITANNIA quæ Albion à ueteribus etiam appellatur, Diodoro ac Strabone, forma triangulari, lateribus inæqualibus, ac tribus erecta promontorijs eſt, Cantio, Heleno, & Orcha. Sita etiam è regione Galliæ, circuitu. XXII milibus ſtadijs Straboni, duobus millibus paſſuum Cæſari, duobus mil. ac ſexcentis Bedæ. Longitudine uero DCCC. Latitudine, CCC. milibus Plin. Tellus frugifera, pecore abundans, auro, argento, ferro, plumbo, pellibus, mãcipijs: canibus etiam uenaticis præſtãtibus. Straboni, Diodoro etiã ſtanni uena, quam iuxta Helenum promontorium effodiunt, quod nunc Cornubiam uocant, adhuc ea durante. Cæſar uero ſic deſcribit. Inſula natura triquetra, cuius latus imum eſt contra Galliã: huius lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium ad orientem ſolem, inferior ad meridiem ſpectat. Huius latus tenet circiter millia paſſuum quingenta. Alterum uergit ad Hiſpaniam, atq; occidentẽ ſolem, qua ex parte eſt Ibernia dimidio minor, ut exiſtimatur, cẽ Britannia, ſed pari ſpatio tranſmiſſus, atq; ex Gallia eſt in Britanniam. In hoc medio curſu eſt inſula quæ appellatur Mona. Complures præterea minores obiectæ inſulæ exiſtimantur, de quibus nonnulli ſcripſerũt, Dies continuo XXX. ſub bruma eſſe noctes, Nos nihil de eo percontationibus reperiebamus, niſi certis ex aqua mẽſuris breuiores eſſe quàm in continenti noctes uidebamus. Hæc Cæſar. Solinus ſcribit in ea naſci paruas ac decolores margaritas, ex quibus Iulius Cæſar thoraca fecit, quem Veneri genitrici dicauit. Tacitus in uita Agricolæ, Britanniam aurum & argentum ac alia metalla gignere ſcribit, & oceanum margaritas, ſed ſubfuſcas & liuẽtes. Cicero tantum ab his uidetur diſſentire in epiſtola ad Trebatium, ubi eius inſulæ ſterilitatem commemorat: ut ne ſcrupulam quidem argenti in ea reperiri dicat. Præterea nec muſicam. Nos tamen hodie & diuitias in ea maximas, & muſicã abſolutam cõſpicimus, eamq; à paucis antiquitus aditam, nunc mercatoribus noſtris ita frequentatam, ut XIII. die nunc ĩſ, tabellarijq; ex ea frequẽtes adferãtur. Oleo uinoq; carent, pro quo ceruiſia utuntur, quã ab Hiſpanis Plinius repertam dicit: pecore maxime abũdant, laniſq; molliſſimis, quoquo

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersus exportatis, magno insulæ compendio, quod signum, simul & cornua boum ingentia, cœli tẽperatioris, uerũ humidioris est. Nam insulæ ferè omnes humidiores, tepidioresq; continente sunt. Ea demum causa, quod Germaniæ uel Galliæ quædam loca minus septentrionalia sunt. Frigidiora. Viuaria animalium ad tria milia in tota insula cernũtur, damis & cuniculis ex parte magna referta; tum pro mœnibus palis circũsepta ligneis. Iuuentus uenationis, tum sagittandi studio tenetur, quo sese quotidie exercent. Cignos ad Tamesis ripam, nõ minus quatuor millibus cõtinuo nutriunt. Rex ad mille ferè homines domi alit. Sumptus eius annuus ad marcas Britãnicas X. milia. uectigal XCVII. milia, DCLXVII. quod partim ex portorijs, partim ex procerũ censu, tertio ex agrorũ locationibus cõstat. Gulielmus enim rex, de quo postea dicam, deuicta Britannia, omnem agrum fisco addixit, tantũ exceptus is quem ipse tum eius successores sacerdotibus, religionicq; adsignarunt. Cæterũ educit in bellum, armatorũ XL. milia, mẽsem ei totũ sine stipendijs militantiũ. Defuncto rege, qui armis potẽtior fuerit, potitur. Insulam totam sicuti olim in tria promõtoria seu tres angulos, in totidem deinde regna diuiserunt, ubi Cantium & Londinum Angliterram appellãt, quæ loca maritima uersus Galliam & humaniora continet, ex Anglis Saxonibus appellata, quia eam partem occupauerunt. Deinde ad latus occidentale Scotiæ regnũ, ubi insula ingẽs Caledonia, & mare Caledoniũ illi uicinũ, Ptolemæo cæterisq; geographis ponit. Quæ pars ab Angliterra mõtibus est arduis diuisa, simul & duobus maris euripis LX. passuũ milibus inter se distãtibus, qui uado trãsiri possunt, insuper & muro à Seuero principe cõstituto. Scotiam Angli Albaniã uocabãt. Ptolemæus Britanniã minorẽ, nam reliquã maiorẽ appellat. Rufus uero Britanniã secundã nominat. Reges Scotorũ se liberos semper fuisse iactãt. Anglici cõtrà, eos aliquãdo tributarios extitisse ferunt. Gens bello ferox, & arcu ualida, alioquin hospitalis, ac bifariam distincta: in proceres primũ, quod ruri & in uillis habitent, Scoti syluestres appellantur, Regem ad bella comitantur, muneraq; regni tutelæ subeũt. Reliqui mercatores & opifices sunt, qui urbes frequentant. Reges eorum Iacobi appellati iam nunc usq; sextam generationem, arces habitant munitas. Metropolim unam sanctum Andream habent. Tertia pars Britanniæ uersus Iberniam Vuallia dicitur, ubi Brigantes quondam populi fuerãt, simul & Helenum promontorium, quod nunc Cornubiam diximus uocari, ubi stannũ effodit. Vuestualliam uero partem Vuallíæ occidentalem dicunt quod Vuest occidentem appellant. Vnde & Vuestosaxones, & Vuestoangli etiam uocantur. Distincta hæc pars ab Anglia ex orientis parte uallo ingenti, quod Offa rex fecit, à septẽtrione hæc, à meridie uaga fluminibus à Britannis uocatis. Regnum igitur Vuallíæ usq; ad Eduardum. III. M.XXX. incolume fuit. Is demum sublato rege, locum omnem Angliæ regno subiecit. Cui regis filius natu maior (quem principem uocant) præficitur. Diuisa est rursus insula in tribus XXXII quas Scheras uocãt, cum totidem præfectis. Ciuitates præcipue atq; antiquæ, Cantium cui comes præficitur, Eboracum cui dux, Londinũ ubi regia ad Tamesim fluuium, reliquæ nouis ac Barbaris nominibus. Hodie uero in codice fisci, metropoles in toto regno duæ describuntur. Prima Cantuariensis subditas habet Londinensem, Roffensem, Cicestrensem, Vinctonien sem, Oxoniẽsem, Vellensem, Batonien sem, Lincolinensem, Serasbitensem, Vigornien sem, Erfordensem, Conuentrensem, Licofeldensem, Noruicensem, Helien sem, Manerieẽsem, Assarien sem, Aslorien sem, Laudanen sem, Bangoren sem, Eboracensis altera metropolis: habet Dunelmen sem, Carolen sem: Cãdidæcasæ. Aedes uero parœchæ ad XX. milia ferũtur. Has omnes simul cum præsulatibus concessum regi iam ex ueterata licentia, tum quod longe sepositus, sine iussu Pontificis dispensare. Insulæ autem Britanniæ minores, primum inter Angliam & Iberniam, Mona nunc Man à Britannis uocata regi Scotiæ subiecta, altera Angleſia nunc dicta regi Angliæ. Ibernia uero ipsa Ptolemæo uocatur, Plinio autẽ Iuuerna, dimidio minor quàm Britannia Cæsari. Hodie Irlandia barbaris appellata. Pars quæ angliæ propinquat, humanior, reliqua ferino cultu, ligneis ac stramineis utens ædificijs, bona etiam pars simul cum pecore in campis ac cauernis degũt, discalciati ferè omnes, ac latrocinijs diditi. Metropolitanum tantum Armachanum præsulem habent, quem primatem appellant. Tellus nihil omnino fert, præter frumentum & equos uectorios præstantissimos, quos ubinos uocãt, celeriores Anglicis: quorũ qui molliores ingressũ, cãdidioresq; sunt, Asturcones antiquitus uocabantur, quod ex Asturibus Hispaniæ uenirẽt: nunc uero ex proxima eis Britannia: soli natura mutata. Ibernia suis & ipsa lætaẽ sanctis, præsertim præsulibus Malachia,

Britannicus ager fisco addictus omnis.
Diuisio in tria regna
Scotiæ regnũ Caledonia
Vuallia
Vuestuallia
Vuestosaxones.
Vuestoangli
Tribus xxxij.
Cantium
Eboracum
Londinum
Tamesis fluu.
Metropoles duæ.
Cantuariẽsis
Eboracensis
Mona insula
Ibernia
Armachanus
Metropolites.
Equi

Cataldo

Cataldo, & Patricio, qui Christianos eos fecit, deinde Scotiæ præsul: Gulielmo Ocham prædicato illo dialectico ordinis Mi. sub Io. XXII. Insuper Cardinale Armachano, qui anno M.CCCLIII. multa doctrina scriptisq; uoluminibus claruit. Hinc orientem & septentrionem uersus Orcades in orbem constitutæ. numero XXX. Plinio, Regi Scotorum subiectæ, ultima uero Thyle orbis habitati.

Cataldus
Patricius
Orcades
xxx.
Thyle.

DE POPVLIS AC REGIBVS BRITANNIAE VARIIS

RELIQVAM deinceps Albionis insulæ historiam usque in hodiernum diem ex annalibus eorum exceptam prosequar. Primum Beda Britanniam appellatam simul & habitatam esse dicit à Britonibus colonis, ex proximo Aquitaniæ littore, quæ gens Armoricarum est: nam & Plinius Armoricam appellatã fuisse Aquitaniã dicit. Post hæc Pictos in Iberniam (quæ tunc à Scotis tenebatur) tempestate appulsos. Ibiq; postquam aliquamdiu consedissent, unà cum Scotorum auxilijs partem Britanniæ septentrionalem occupasse, atque eo pacto tres in ea insula populos, antequam à Romanis dignoscerentur, fuisse. Pictos enim Angli nominant populos è Sarmatia europea prope oceanum profectos. Danos uero ex Dacia proxima, quam illi Daniam uocant, olim Cimbricam Chersonesum. Sed prima initia penè fabulosa, dicunt enim Albinam quandã Syriæ regis filiam unà cum XXXII. sororibus, interfectis ab se uiris, à patre expulsam, in hæc loca appulisse, nomenq; insulæ de suo Albioni dedisse. Coniugia deinde sibi ac sororibus expetisse, ex quibus nati sunt homines quidam proceri atque immanes. Hos deinde pulsos à Bruto fuisse, qui & Britanniam ab se cognominauit. Hunc igitur Brutum Ascanij Aeneæ filij ex Syluio nepotem ferunt fuisse, liberosq; genuisse tres, qui totidem sibi regna constituerunt. Locrum, à quo Locria. Cambrum, à quo Cambra, nunc Vuallia, & Albanactum, à quo Albania, quæ Scotia post ea dicta est. Locrus igitur fratribus superstes, solus Britannia potitur, post quem Maddan annos quadraginta, deinde post Memprijcus filius Malyn fratre interfecto: huius deinde natus Ebraticus annos sexaginta: condidit duas urbes, Caerbranke ultra Vmbram, alteram uersus Albaniam Montisagned. quæ nunc dicitur Castrum puellarum. Brutus deinde filius annos duodecim. Leil, qui condidit Caezleil. Rudibibras, annos uiginti nouem, cõdidit Cantium, Vinctonium, & oppidum montis Paladur, quod Cosconium dicitur. Bladud condidit Caerbladud, quæ nunc Bladum dicitur. Leyr annos sexaginta, condidit Lencostrum. Post quem Cunedagius fratre Morgano interfecto, regnauit annos trigintatres, quo tempore Roma dicitur condita. kinellus deinde filius, post quem magna regni discordia inter fratres nepotesq; multos annos tumultuãtes, quousq; Dunuallus ex regia Britonum stirpe, collecto exercitu, seditionem diremit, interfectisq; regibus, ipse successit annos quadraginta. Hic instituit, ut ad templa confugientes salui essent, sepultus in æde Concordiæ quam erexerat. Belinus ac Brennus eius filij fuere, qui bus inter se dimicantibus Brennus superatus, ac mox Allobrogum auxilijs redintegratus, rursus prælio congreditur: pacificati tandem matris interuentu, Brennus quidem fratri Britanniam cessit, ipse in Italiam cum exercitu uenit: eumq; dicunt fuisse, qui Gallorum dux Senonum Romam cepit. Suruintbartheruk Belini filius regem Dacorum, qui apud Cimbricam Chersonesum sunt, tributum cõsuetum dare negantem, interfecit, cui filius Scutelinus, deinde Sisellius, huic quoq; Biuarus filius, cui Dauius frater, deinde Moruidus, Gorbanianus, Artgallus, Elidurus, Gorbauias, Morganus, Cumanus, Idualas, kiuo, Gerontius, Erelius, Coillus, Porrex, Cherin, Fulgerius, Eldanus, Androgeus, Vrianus, Bledulo, Coap, Cenus, Sisilius, Bladebred, Archinal, Eldel, keddidion, kederthius, Samuel, Peninsil, Pir, Capnir, Digneslus, Hely. Hic tres suscepit liberos, Cassibellianum, Lud, & kenidnum, quorum maior natu Lud Londinum ædificauit. Cassibelliani tempore Iul. Cæsar in Britanniam traiecit, eamq; tribuariam fecit. Themiantius, kendelnus cuius tempore natum dicunt dominum nostrum, Ginderius, Armingus, qui tributum olim à Cæsare imperatum, Romanis negauit, ex quo Claudij principis eo cum classe aduenientis, bellum sustinuit. Aluiragus, Merius, quo tempore rex Pictorum Albaniam deuastauit. Coillus cui successit filius Lucius primus Christianus, anno salutis CLVI. missis in Britanniam ab Eleutherio Pontifice, Fagato & Damiano uiris religiosis atq; doctis, qui regem cum omni familia apud Trinouãtium urbem baptismate abluerunt, quem secuta deinde maxima pars regni est. Templa condi coepta, & sacri ritus celebrari. Extincto demũ rege sine hærede, uarie fluctuatum est inter pro-

Britones primi
Picti & Dani.
Cimbrica
Albina
Brutus
Locrus
Cambrius
Albanactus
Maddan
Ebracius
Caezbrãke
Montisagned
Caezleil
Cantium
Vinctonium
Cosconium
Bladum
Lencostrum
Kinellus
Dunuallus
Belinus
Brennus qui uenit in Italiam.
Londinum
Lud ædificat.
Iul. Cæsar
Armingus
bellatus à
Claudio.
Lucius primus Christianus.

Seuerus

ceres, donec Seuerus Imperator eo cum exercitu profectus, primo quidē uicit, sed mox re-
pulsus magna suorū strage fuit. Murum cōstituit inter Deiceram & Albaniam, hoc est, Sco-
tiam, qui Romanos fines à Britannicis tueretur, cuius adhuc dicunt uideri uestigia. Caren-
tius post uarios tumultus Lucio successit, haud magno inter Britānos loco natus, qui ex ur-
be Roma imperāte Antonino Bassiano profectus, paulatim loca maritima inuadere cœpe-
rat, quo sublato mox à Romanis legionibus, Britāni maturauere successorem creare Ascle-
piodotum Cornubiæ ducem, qui Alexium ducem Romanorum cum tribus legionibus su-
stulit. Huius tempore Maximianus Herculeus missus à Diocletiano principe, in Britannia
uniuersaq; Gallia Christianos uarijs supplicijs adflixit. Asclepiodotus interim ab eius nepo-
te interficitur. Cui Coel successit, qui Coelestriam oppidum condidit. Constantinus Cæsar
ab urbe mittitur, cui ea loca cum Gallia obuenerant, Britanniā Romanis pacauit, regnumq;
id solus administrauit, ducta in matrimonium Helena, Coel regis qui ante eum regnauerat,
filia. Ambrosius tamen hanc stabularij, id est, cauponis filiam fuisse dicit. Cui successit Con-
stantinus magnus, cuius gratia Anglici postea reges imperiali diademate sunt usi. Hoc igi-
tur Romæ imperium ineunte, Octauius dux Suetiorū regnum occupauit, interfecto Tra-
hero Helenæ auunculo, quem Constantinus regem in Britannia fecerat. Hic usq; ad Gratia-
ni Valentinianiq; tempora feliciter regnauit. Post quem Maximianus eius gener, Constan-
tini magni auūculus, rem Britannicam inuasit, cum quo Codanus Octauij regis filius, ut iu-
stus hæres, bello congressus, tandemq; pacificatus paribus auspicijs rem administrauit, am-
boq; expeditione sumpta in Gallsam, Romanum imperium infestauerūt multis subiugatis
populis, Imperatorq; iam in Gallijs Maximianus habitus, demum per proditionem à fauto-
ribus Gratiani principis interficitur. Codani interea iussu, Diuotus dux Cornubiæ, quē Ma-
ximianus discedens regno præfecerat XI. milia uirginum in Galliam ad militum matrimo-
nia misit, quæ ab exercitu quem Gratianus in Galliam contra Maximianū miserat, ad unam
omnes interfectæ fuerunt. Interea is qui à Maximiano in Britanniam ad resistēdum Gratia-
ni militibus missus fuerat, regnū occupante, paulopost interficitur. Griauus uero ac Melgo
duces Britannici regnum & ipsi inuadētes, contra Scotos, qui Britanniam uastabant, à Ro-
manis frustra auxilia petierunt. Quare indignati, murum quem à Seuero principe factū di-
ximus, deiecerunt, Romanosq; finibus expulerunt. Inter hæc Cōstantius quidam tumultus
Britanniæ sedat, regnumq; adsequitur. Huic ex Romana coniuge tres fuere liberi: Cōstans,
Aurelius & Ambrosius. Constans se primum deo cœnobioq; dicans, mox regnum repetēs
à Vortigerno Gerseorum rege, qui regnum adripuit, de medio tollitur. Hoc tempore Engi-
sto duce, Saxones nouas quærentes sedes in Britanniam applicuere, qui quanquam mini-
me Christiani, à Vortigerno in regni partem excepti sunt, auxilioq; ei contra Pictos & Sco-
tos fuere. Didonis insuper dicuntur usi astutia, ut agrum mercati quantū pellis bubula ope-
riret, hac in tenues postea diuisa partes, urbē cinxerint in gyrum, quā sua lingua à pellis no-
mine Tangrastel nominauerunt. Mox Engisti filio cum alia classe superuenientē, omnia com-
pleuere, regem Vortigernum paulatim commercijs ac cōuiuijs deliniuerunt, ut in matrimo-
nium Engisti filiam duceret, reclamante Lupo tunc præsule sanctissimo. Britanni itaq; fessi,
ad filium Vortigerni cōfugiunt. Is præstantior quàm pater indole, Engistū per colloquium
circumuentum capit, locaq; omnia occupata dimittere cogit. Quorū omnium euentus lon-
ge antea Vortigerno, à quodam uate Merlino prædictus fuerat. Is enim more philosophi,
nationes eas Britannicas ac Gallicas peragrabat, abstinentia singulari, multaq; uera prædice-
bat. Aurelius inter hæc regis olim Constantij filius regnum adsequitur, qui ante omnia pa-
tris fratrisq; Constantis cædem ulturus, Vortigernum bello persequitur, superatumq; po-
stremo interficit. Deinde ad fugandos Saxones conuersus, Othonem Engisti filium ad Ebo-
racum obsessum, supplicem ad se uenire coegit, cui nō solum ueniam, sed regni partē quam
Catheneſiam uocant, concessit. Interea ægrotantem Aurelium, Saxo quidam à Pascentio
Vortigerni regis filio inductus, ueneno inter medicinas de medio sustulit. Cui succeſſit
Vther, qui Occam Engisti filium interfecit. Huic deinde Arturus qui bello magna gessit, re-
liquias Saxonum confregit, Noruuegiam, Daciam, Galliæ partē, Pictos, Iberniam, Scotiā,
omnem denique Britanniam cum adiacentibus insulis ac pelagis perdomuit. Lucium du-
cem Romanorum in Britanniam uenientem, cum toto exercitu deleuit. Domi quoque lucu-
lentus mēsa inter proceres utebatur rotūda, ne quod his discrimen ex ambitione foret. Ipse
tandem

Carētius rex.

Antonius Bassianus Maximianus Imperator

Coel Constantinus Helena Coel regis filia.

Cur Anglicis imperiale dia lema.

Octauius dux Maximianus

Gratianus tyrannus.

Diuotus rex.

Murum à Se uero factū di munt.

Cōstātius rex

Vortigernus Saxones En gisto duce.

Lupus præsul

Merlinus

Aurelius rex

Otho Engi sti filius.

Vther Occa Arturus

tandem in bello contra Madredum occubuit. Hoc tempore anno salutis DXLII. uarij ge-
neris ac factionis in Britannia principes per annos LX. fuere. Arturo enim Constantius
successit. Deinde Aurelius Vortiporius, Malgigo, Carentius, Comanus, Hely, Caduanus,
Caduallo, Baduallodrus, Etelbertus, qui regnauit apud Cantium, quo tēpore Sanctus Gre-
gorius Pont. Augustinum uirum sanctitate præditum, in Britanniam Euangelij causa mi-
sit. Deinde Coduanus, post hunc Atelstanus primus è gente Anglorum his temporibus in
Britaniæ parte, quam occupauit, regnare cœpit. Echeualdus autem in reliqua insula Etelber
to successit. Sycobertus eius filius regni hæres, natum & ipse Egbertum successorem dimi-
sit, qui fratris filios, quos patre extincto educabat, pueros necauit. Egberti Lotarius frater
ac successor, in bello contra Saxones occubuit, quos fratris filius contra eum duxerat. Post
eū Edricus Egberti filius. Deinde Vadredus anno DCCX. Deinde Egbertus alter, Etelber
tus, Egfridus, Cudredus, Vadredus. Saxonum alia manus hoc tempore uenit Cerditio du-
ce, qui superato Vadredo, regnum tenuere in parte insulæ occidentali, ex quo Vuestosaxo-
nes appellati: & hoc pacto Cantiæ regnum quod annos CCCLXV. steterat, ad eos trans-
latum. Huic Cēricus, Ceualinus, Colricus, Coluphus, kinegulphus, qui primus dicit Chri
stianus fuisse. Chineualcus qui templum Vinctoniense construxit, Sexburga, Estiuarius,
Cadualdus, qui post annum tertium regno deserto, Romam Christi causa profectus à Cu-
niperto Longobardorum rege comiter susceptus, moxq; à Sergio Pontifice factus baptis-
mate Christianus, Petri nomen adsumpsit, ac ibi decessit, in Petri Basilica sepultus. Iuo sin-
gulos Britāniæ lares, Sancto Petro singulos denarios quot annis pēdere iussit. Cœnobium
Glaston construxit. Demum imitatus Cadualdum, suadente Etelburga uxore, cōcessit Ro-
mam, relicto regno, ubi cultu plebeio priuatus ac pauper Christi causa consenuit, anno salu
tis DCCXXVII. Deinde Atelardus, Curredus, Sigebertus, Sinulphus, Butricus, Egbru-
tus. Ad reges Saxonum reuertor, qui in eadem insula regnabant. Post mortem siquidem En
gisti primi eorum regis, anno salutis DCXLVII. successere Daale, Etelria, Etelfridus, Edui
nus, Connusus, Osualdus, Osnoy, Eluinus, Egfridus, Alfridus, Ofridus, kiuredus, Ofricus,
Eolimphus, qui monachum egit, Eburtus, Ostulphus, Adeualdus, Alredus, Abalredus, Al-
noldus, Ofredus, Aldulphus, Ostrutus, Olle. Præterea Cribat, Viba, Cerilus, & Peandes,
Penda qui & Christianus, Volserus, Etelredus, qui monachum egit, kenredus qui Romam
Christi causa profectus est, Ceolkedus, Adeluoldus, Beouredus, qui ab Offa rege fugatus
est. Offa rex memorabilis, qui Vuestosaxones in Britānia subiugauit. Templum Batonien
se fundauit, ubi & diademate redimitus est. Sancti Albani cœnobium construxit, ipsius eo
corpore translato. Post eum Egfridus filius kenulphus, qui cœnobiū de Vinchetorabe ædi
ficauit, keuelmus, Eolmephus, Bernulphus. Dani postea huius partem regni, quæ confinis
est Scotiæ, ubi Eboracum, occupauere multos annos, de quibus populis supra narraui. Rur
sus ad Saxones per Edredum regem reuersum. Anglorū autem reges Cadualdus rex Chri-
stianus, deinde fidei desertor. Corualdus, Sigisbertus, qui etiam Christianus. Anna quatuor
filiabus sanctis memorabilis, Sexburga, Etelburga, Eteldreda, Virburga. Post hunc Stelte-
rus, Etelualdus, Adulphus, Alnoldus, Beorra, Etteluidus, Etelbertus, martyrio clarus con-
fugis iussu tolerato. Edimundus martyriū & ipse sub Danis passus, pro sancto colitur. Nunc
ad Butricum redeo Vuestosaxonum regem, quem supra nominaui. Hic enim eiusq; succes-
sores in Viloshire, Barakshire & Dorsen quibus olim præfuit præsul Ghibornēsis, nunc au
tem Sarensis regnauerunt. Butrico igitur Egbrutus filius successit, qui expulsus à patre, ad
Offam regē cōfugit, inde in Galliam: defuncto patre ad regnū restitutus, anno DCCC. im-
perante Carolomagno, inter principes laudatos inuētus est, ut qui bello regnū Vuestosaxo
num ampliauerit, insulamq; uniuersam in potestatē redegerit. Regibus alioqui regnare per
missis, ad extremū cū Danis infeliciter pugnauit. Cuius successor Edeluulphus regna omnia
quæ pater subiugauerat restituit, tantum sibi occidentalium Saxonum regno retento, deci-
mas omnium fructuum deo beatæq; Mariæ offerri iussit. Romam deinde profectus ad Leo
nem IIII. minorem filium Alfredum secum duxit, & tributum duorum denariorum à sin-
gulis exactū domibus, quod hodie quæstoribus apostolicis eo missis pensitant, primus bea
to Petro obtulit. In reditu ludit Caroli Calui filiam duxit, pauloq; post diem apud Vincto-
nium obijt, ubi & sepultus est. Cui tres ex ordine filij succeſſere, è quibus ultimus Alfredus,

Offa rex.

Templum Ba tonienſe.

Cœnobium S. Albani.

Dani Anglorum reges.

Anna felix iiij. filiabus Etelbertus Edimundus martyres.

Egbrutus

Edeluulp. ſub leone iiij. Pont.

Alfredus

Tributū di rum denari rum.

S. Greg.

Atelſtanus rex.

Vadredus

Saxonum alia manus.

Vueſtoſa xones.

Templū Vin. ētoniense.

Cadualdus qui & Pe trus.

Iuo denarium ſancto Petro dedixit.

Saxonum reges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oxoniēsis schola. Cœnobia plura. Eduardus

is qui cum patre Romæ fuit, ſtudium literarum Oxoniæ inſtituit. Cœnobia plura cōſtruxit, apud Adelingeniam, apud Vinctonium, apud Caphtoniam uirginū cœnobium. Tempus dicitur trifariam diſpertiſſe, ut octo horas legendo, orando, meditando, animo tantum tra/ deret. Totidē regni negocijs, reliquas corpori. Auidiſſimus inſuper lectitandi, ſtudiorumq; quanquam idiota, libros q; propterea plurimos in ſuam linguam conuerti fecerat. Eduardus Segnior cognomēto, anno M.CCC. patre quidē Alfredo literis inferior, potentia tamen & dignitate maior, Danos qui multos annos Angliam ferè omnē opprimebant, bello expulit, plures ſuſcepit liberos, Atelſtanum nothum, & Edimundum: Edredum, & Edimum ex ma/

S. Etelfrida Atelſtanus Edimūdus

trimonio. Filiam uero Carolo Craſſo Imperatori locauit, eius mater Etelfrida poſt primum partum ſemper abſtinuit à uiro, inq; beatarū numero conſcribitur. Atelſtanus Edimundum adoleſcentem in nauigio ſine remige fluctibus perdendum uno tantum comite permiſit. Ille præ dolore ſeſe in medios fluctus præcipitem dedit, à comite cadauer exportatum, ac in ur/ bem reductū. Atelſtanus uero facti pœnitēs VII. annis facinus expiauit. Conſtantinū regē Scotorum & Vallenſium ſub regibus Angliæ miſit, aliquot cœnobia cōſtruxit. Edimundus frater regni hæres reliquias Danorū expulit, exceptis hæredibus, quos ut indomitos Melco lino Scotiæ regi, cum eo tractu quē occupauerāt, conceſſit. Interfectus demū à latrone quo/

S. Odo præſul. S. Dunſta/ nus abbas. Eduinus Egdro

dam tumulatur à S. Dunſtano abbate apud Glaſton, cuius templum dotauerat. Regno fra/ ter alter Edredus ſucceſſit: felix duorum commercio ſanctorum, à quorū altero Odone Præ ſule Cantuarienſi ſumpto diademate, initium regni auſpicatus eſt, ab altero Dunſtano ab/ bate apud Vinctonium contumulatus. Eius filius Eduinus ab eodem ſancto, regni item dia dema accepit, Dunſtanum uero impellente Algina concubina, ob cuius conſuetudinem ab illo obiurgabatur, in exilium miſit, ob quā rem regno & ipſe pulſus à ſuis eſt, ſurrogato Eg/ dro, ſiue Edgaro fratre, qui remp. ad ocium & quietem reducere conatus eſt, fures & graſſa/

Luporum uenatus.

tores maxime inſectatus, uſque etiam animalia noxia. Nam Cadualliæ regi tributum quo/ tannis ccc. luporum imperauit, claſſem inſuper ad tutandam oram maximam comparauit.

S. Eduar. ij

Filium poſtremo Eduardū II. in regnum inſtituit inuita Alfrida nouerca, quæ cum filium Eceldredum adhuc ſeptennem regnare cuperet, Eduardum uenatione feſſum, poculū pro/

Eceldred.

pinando excepit, alium uero incautum confodit. Hunc igitur apud Gerſon ſepultū pro mar tyre colunt. Eceldredus itaq; per parricidiū regnum iniens, iam inde à puero indolem igna/ ui principis diuo Dunſtano dare uiſus eſt, quod quondam dum ſacro fonte ablueretur caca

Regis apud Londinum.

uerat. A Danis multa paſſus eſt. Regnauit Londini, ubi apud ædem S. Pauli tumulatus eſt. Filios e pr ma coniuge ſuſcepit, Edium Ferreum latus, ſic enim appellabatur & Ecelſtanum: è ſecunda filia ducis Normandiæ, Alfredum & Eduardum regem, qui in Normandia exula

Edius ferreum Latus.

uit. Edius ferreum latus ſucceſſit parte procerum Cuntonem Daciæ regem præferente, qui olim regnū inuadens, ab Eceldredo expulſus fuerat. Itaq; ſingulari certamine cum Edio con/ currens, cum ſe inferiorem conſpiceret, ceſſit hoſti, quem cum poſtea Edricus interficeret, ac

Cunto

Cuntoni caput facturus rem gratā referret, ab eodem facinus deteſtante, obtruncatur, haud abſimili exemplo Dauidicæ manſuetudinis, animaduerſo Saulis capite. Edius igitur Eduar dum genuit, qui exul in Pannonia deceſſit. Et Margaritam Scotiæ reginam, unde Matildis nata, regis Henrici primi uxor Auguſta. Cunto interfecto Edio, regnauit Londini annos XX. uniuerſam Angliam, Scotiam, Daciam, Noruuegiam obtinuit. Cœnobia quatuor con ſtruxit. Tria ordinis ſancti Benedicti, quartum diui Eduardi regis. Suanum filium Noruue giæ, alterum Daciæ regem conſtituit. Anno M. Romam cum Chriſti cauſa petiſſet, ingen/ tia dona Petri Baſilicæ obtulit. Domum deinde reuertēs, pridie Idus Nouembris extinctus

Aroldus rex

eſt, ac Vinctonij ſepultus. Aroldus eius filius nothus ſucceſſit, contra quem Alfredus Etelre di filius natu maior, qui exulabat, cum claſſe ueniēs, humaniter primo exceptus, mox à Can

Andebundus

tij duce captus atque oculis priuatus eſt, eius uero comites ad unum necati. Andebundus Cuntonis filius legitimus, fratrem Aroldum reſoſſum in mare proijci iuſſit. In cōuiuio quon dam tantum uini exhauſerat, ut repentino extinctus ceciderit. Quater in die dicitur epulas

S. Eduar. III

regias apparaſſe, tātum gula imperante. Eduardus III. Etelredi filius, quem dixi apud Nor mandos exulare, ad regnum accerſitus, ſanctitate ac miraculis claruit, uxorem cum duxiſſet, nunquam attigit. Matrem Euinam ob pudicitiam ſuſpectam, ex Vinctoniēſis Præſulis con ſuetudine, ablatis omnibus bonis in cœnobiū relegauit, quā illa infamiam poſtea miracula ſoluit,

ſoluit, nudis ſupra ignitos uomeres plantis ambulando. Quare Eduardus facti pœnitens, eam reſtituit: regnauit annos XXIIII. Sepultus in æde Vuenonon quam ipſe conſtruxe/ rat. Decedens ſine liberis, Gulielmum Normādiæ auunculum ſuum regni dimiſit hæredem.

Gulielmus

Aroldus dux Vueſtoſaxonum id annū uſurpauit. Gulielmus cum exercitu Angliam ingreſ ſus, Aroldum in prælio interfecit, quod cauſa mortis fuerit Alfredi cognati ſui Etelredi filij, quodq; hæres ipſe in teſtamento fuiſſet. Dicitur nocte quæ pugnam præceſſit, Normandos

Normandi

uigilijs precibuſq; uacaſſe, ac contrà, inimicos uino & cantibus. Traditur inſuper eum pro/ cera ſtatura, uaſtisq; uiribus fuiſſe, tum uenatorem maximū, adeo ut XXX. circa uillis, tem pliſq; dirutis, ſyluas coaleſcere ubi ferae alerentur permiſerit, pœna capitis eas attingentibus indicta. Omnem præterea agrum confiſcauit, ut ex illo ſint ferè omnes in ea inſula regi uecti gales. Varijs quoq; moribus fuit. Templorum modo euerſor, modo conditor. Nam cœno/ bia plura extruxit in Com Sutſaxon, ubi pugnatum fuerat, alterū de Berdinondſay prope Londinū. Tertiū apud Seuy haud longe ab Eboraco. Exceſſit anno ſalutis M.LXXXV. regni uero XXXI. conditus in cœnobio Cadani, quod ipſe excitauerat, reclamante quo/ dam milite, quod eum locum ab eo per uim abſtuliſſet. Ex quo neceſſe fuit Henrico filio, qui tunc aderat, centum libris militi traditis, uexationem & infamiam redimere. Eius liberi plu/

S. Oſmundus præſul regis cancellarius.

res, partim in Anglia, partim in Normandia ſucceſſere. Fuit hoc tempore S. Oſmundus præ ſul Sarenſis, regis cancellarius. Gulielmus iunior patri ſucceſſit in Anglia: cum Roberto na/ tu maiore, cui Normādiæ principatus obtigerat, quiq; contra eum exercitum iam ducebat,

Gulielmus iu

tranſegit pactione tributi. Auaritiæ maxima laborauit infamia, ut qui uectigalia Præſulum templorumq; plurimorum uſurparet. Ex quo decedentis ſpiritus ab Eucelino uiro ſanctiſ/

Eucelinus

mo dicitur uiſus coram ſancto Albano Angliæ protomartyre pœnas ſcelerum dare. Henri/

Henricus clericus.

cus primus cognomento Clericus fratri ſucceſſit. Matildem Scotiæ regis filiam duxit, diuo

S. Anſelmus

Anſelmo tūc Præſule Cantuarienſi nuptias cōciliante, ex qua Gulielmum & Matildem ge/

Matildis

nuit. Robertum fratrem hoſtem habuit, quem in bello captum, oculis auulſis, in cuſtodia pe dore mori coegit. Hic ille Robertus, quem ſupra memoraui, quiq; decora multa in Hieroſo lymitana expeditione dicitur geſſiſſe. Henricus præterea Scotorum ac Vualliæ reges ſibi ſubegit. Hely Præſulatu decorauit, cœnobium apud Redyung erexit. Nouum item Præſu/ latum apud Celeul conſtituit. Exceſſit in Normandia cum regnaſſet annos trigintaquinq.

Stephanus

Stephanus eius nepos ex filia Matilde imperatrice, Henrici Imperatoris filius regni hæres fuit, ſepultusq; in cœnobio Stenerſyrum, quod ipſe conſtruxerat. Henricus II. ex Auguſta

Henricus II

genitus uir maximus regno ſucceſſit, ut qui Scotiam, Iberniam, Inſulas Orcadas, Norman/ diam, Aquitaniam, Cenomanos, Pictauos, Vaſconiamq; ſuo adiecerit imperio, quam glo/

S. Thomas martyr.

riam ſcelerata deinde cæde diui Thomæ Præſulis Cātuarienſis obſcurauit, quod facinus co ram duobus legatis ab Alexādro III. miſſis, quibus obuiam ex bello, quod gerebat in Iber/ nia profectus eſt, excuſauit, tanquam minime ab ſe iuſſum. Addita nihilominus expiatio, ut ducentos tunc armatos in Hieroſolymitanā expeditionem mitteret, ipſe uero primo quoq; tempore ad eandē proficiſceretur, quod minime præſtitit. Sed & Heraclio patriarchæ Hie/ roſolymitano, pro auxilio tunc amiſſæ urbis ad eum profecto, pecuniam eſt pollicitus, dicti tans ſe ſaluis regni ſui rebus diſcedere non poſſe. At ille, ducem, ait, quærimus, non pecuniā,

Ricardus

probriſq; in eum multis iactatis iratus diſceſſit. Ricardus eius filius ad expeditionem Hie/ roſolymitanā profectus, Anno M.CLXXXI. cum Philippo Galliæ rege, alijſq; principi/ bus claſſem coniunxit. Pulſus tempeſtate in Cyprum, cum portu prohiberetur, iratus inſu/ lam eam ſibi ſubegit. Poſt hæc aliquot expugnatis oppidis in diſcordiam cum Philippo ue niens, ſoluto bello, rebuſq; infectis in Angliam reuerſus eſt. Cum Guidone Luſignano rege quodam Hieroſolymitano atq; expulſo cōuenit, ut ſibi Cyprū haberet, ac ei iura regni Hie/ roſolymitani traderet. In reditu captus ab Auſtriæ duce, Henrico Imperatori cuſtodiæ tradi tur, qui dum pluribus rebus inſimularetur, omnia diluit crimina, ex quo liberatus eſt. In obſi

Ioannes rex Ixx. march Rom. Pont quotannis.

dione demū caſtri de Chalionelo percuſſus interijt. cū regnaſſet annos X. Ioānes eius filius comes Meretonij cū graui bello à Ludouico Gallorū rege premeretē, de quo in Galliæ hiſto/ ria dixi, ex uoto Angliā Iberniāq; Rom Pont. uectigales fecit, ut auri marchas LXX. quo/ tannis penderēt, an. ſalutis M.CCVII. Henricus III. eius filius puer octo annorū ſuccedēs,

Henricus III

remp. annos LVI. feliciter adminiſtrauit, præterq; q cū regni proceribus ſemel in diſcordiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde ad certamen uenit. Ipſe cum fratre Ricardo rege Alemaniæ, & filio Eduardo capti fuere, donec res compoſita. Huius anno tertio facta translatio Thomæ martyris, per Stephium Præſulem Cantuarienſem. Quinq; dierum feſto celebrato, omnibus accedentibus, toto iti-

Translatio S. Thomæ

nere comeatus ſubminiſtrati, ac uini riui, ſiphonesq; diſpoſiti. Hoc etiam tempore quidam

Iudæi factũ

Iudæus cum apud Teuksburi in cloacam ſabbato cecidiſſet, ob diei obſeruationem extrahi noluit. At comes eius loci nec inſequente die permiſit, ob dominicæ diei reuerentiam, ex quo extinctus eſt. Eduardus IIII. Henrici ſupradicti filius, an. M.CCLXXII. Scotos ſubegit, ac rebellantes deinde memorabili pugna ad officium reduxit, ubi dicuntur cecidiſſe hoſtium ad LX. milia. Anglorum uero tantum ſeptem milia. Quapropter imperandæ pecuniæ gratia, concilium, quod parlamentum uocant, Londini celebratum. Hoc tempore ordinis Prædicatorum profeſſores tunc primum in Angliam uenientes, caſtra Baynarbi mercati ſunt, & Iudæi omnes expulſi. Vixit annos XXXIIII. ſepultus apud Vueſtmon, cui filius Eduardus V. cognomine kaeruaruan apud Vueſtmon accepto diademate ſucceſſit. Corpore decorus, animo nequaquam, quippe qui magis uoluptarios homines, quàm regni proceres audiuerit. Iſabellam Galliæ regis filiam duxit, cuius poſtea filium hoſtem habuit, procq; diſcordia cõponenda, uxor ad fratrem profecta eſt. Eduardus à Vallenſibus ad quos confugerat captus, in concilio procerum regno deijcitur, qui breui poſt tempore, dum ex eo loco ad alium transfertur, pluribus in eius liberationem conſpirantibus, uero ignito à tergo transfixus interijt, cum regnaſſet annos XX. Eduardus VI. eius filius adoleſcens, patre uiuente, ac iam deiecto, ad regnum delectus, annos L. quibus regnauit, longe alius à patre, maximum decus uniuerſæ Britanniæ peperit. Philippum Gallorum regem apud Flandriæ portũ bello nauali ſuperauit, deſideratis ex eius exercitu triginta milib. anno M.CCCVIII Benedicto XI. fruſtra ſæpe damnante, ac utriuſque paci ſtudente. Alteram uero cladẽ poſt annos XLIII. ei apud Caleſiũ intulit, quod oppidum longa obſidione unà cum Philippo & filio cepit, quos certis conditionibus dimiſit, quibus illos deinde minime ſtantes Pariſium uſque obſedit. Alij dicunt Philippum captum, & in cuſtodia in Anglia extinctum, deinde ad ſepulturam remiſſum. Ex illo igitur Gallis imperatum uſque ad certum tempus, certæq; ſummæ tributum quotannis Angliæ regi pẽdendum, quod minime obſeruatum. Hoc tempore fuit Ioannes Haucutus Anglicus, qui domi & in Italia res plurimas bello geſſit. Ricardus ij. Eduardi filius admodum puer, quod male rem adminiſtraret, à regni proceribus fame necatus eſt. Henricus iiij. cognomento Bollyntybroke dux Erfordenſis, regnauit annos XIII. Imperatorem Cõſtantinopolitanum in Angliam uenientem, magnifice excepit. Henricus V. eius filius expeditionem in Normandos ſuſcipiens, primum caſtrum de Harfleur cepit, reuertens per Picardiam, ac ab ingenti Gallorum exercitu intercluſus, ferro uiam aperuit, ex eis undecim milibus interfectis. Rurſus poſtea altera expeditione eos aggreſſus, Rothomagum, adiuuante Carolo Gallorum rege, cuius filiam Catherinam in matrimonium duxerat, cepit atq; diripuit, Anno M.CCCCXXIIII. Proceres uero qui cum eo in prima expeditione exierũt, fuere duces Clarẽtiæ, Glonæ, Oxonij: comites Marchiæ, Himling, Veruik, Caron: Domini Leroos, Pherũ, Vyllughby, Fizbug, Talbot, Haringdon, Burdeueny, Rodulphus, Leuel, & alij complures. Inter hos autem Talboti magna uirtus, & in armis gloria commemoratur, qui cum Arturo Gallorum duce congreſſus, magnas hoſtiũ ſtrages edidit, poſtremo in obſidione Burdegalæ unà cũ filio interfectus, Deceſſit Henricus apud Pariſium anno regni X I. Henricus VI. eius filius infans nouẽ menſiũ ſucceſſit, accepto ex Cardinale Vinctonienſi apud Vueſtmon diademate. Caleſium armis Philippi Burgundi petitum ui ſuorum tutatus eſt. Normandiam quam pater acquiſiuerat, amiſit. Margaritam Renati regis Andegauenſis filiam duxit, ex qua Eduardum ſuſcepit. Hic igitur Henricus qui graue bellum ſuorum ſuſtinuit, & ad ultimum expulſus eſt, cuius rem geſtam paucis enarrabo. Duæ ciuſdem regiæ familiæ factiones fuerant, altera ſigno roſæ albæ utebatur, altera rubræ, quæ fuerat Henrici: qui dum regnabat, ducis Eboracenſis alterius factionis armis petitus, primum quidem in prælio uictor fuit, occũbente ipſo duce cum bona procerum manu. Ab Eduardo autem Marchiæ comite ipſius ducis filio paternum exercitum redintegrante capitur, cuſtodiæq; Londini traditur. Interim Ricardus comes Veruik, qui patri prius Eduardi ſtudebat, accepta poſtea in matrimonium Henrici filia, de eius liberatione cogitabat,

Eduardus IIII.

Prædicatores in Angliam.

Eduardus V

Eduardus VI

Ioannes Haucutus.

Ricardus II

Henricus IIII.

Henricus V. contra Normandos.

Talbotus

Henricus VI.

Duæ factiones regiæ familiæ.

Roſæ albæ & rubræ.

bat, ac cum rege Galliæ Henrici adfine, ac eius uxore Margarita, & filio Eduardo, qui apud regem exulabant, clandeſtino inito conſilio de improuiſo Londinum cum maximo uenit exercitu, Henricum liberat, Eduardus fugatur: qui nec multo poſt mutata iterum fortuna, rurſus comparato exercitu, conciliatoq; ſibi fratre Ricardo, qui alteri ſtudebat parti, Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoſecundo, die Iouis ſancti, rege abſente, Londinum armatus ingreditur, ac Henrico qui delectus habendi gratia diſceſſerat, cũ comite Veruick, multisq; procerum armis aduerſus uenienti, cum exercitu occurrit, & apud ſanctum Albanum prælio aſperrimo cõmiſſo, fit ſuperior, Henricus capitur, ac iterum cuſtodiæ traditur. In prælio ex Eduardi partibus tria tantum milia deſiderata, hoſtium multo plura. Londinienſes fortunam ſecuti, eum pro quo uictoria ſteterat, magna gratulatione exceperunt. Interea uxor Margarita & Eduardus filius reliquias exercitus reſouentes, bellum rurſus mouent, in quo Eduardus cum omnibus ferè copijs occubuit. Margarita cum nonnullis proceribus capitur, cæteri ferè omnes uenia donati, ac miſſi. De Ricardo comite, & eius fratre ſupplicium ſumptum. Reginam benigne tractauit, optima oblata conditione, ſi manere uellet, At illa ad ſuos in Galliam redire maluit. Henricus interim in carcere, audita ſuorum rurſus ſtrage, ob animi dolorem dicitur perijſſe. Vir mitiſſimus, & æqui ſeruantiſſimus, ac omnia paſſus quæ peior fortuna poteſt. Quapropter pro ſancto colitur à pleriſque, à nonnullis uero ut imperita ſimplicitate animi præditus, taxatur: ut eſt hominum conſuetudo, pleraque ſæpe non boni conſulere. Eduardus autem ſuperatis hoſtibus, ſancti Pauli templum ſalutatum de more nouorum regum ſolenni pompa proceſſit, cæteráque pacata præter Caleſium habuit, quod tandem auxilijs Caroli Burgundi, cui ſororem Margaritam locauerat, adſecutus eſt: pro quibus meritis ei poſtea contra Ludouicum regem ſuppetias tulit: præterea tributum pendere ſolitum condonauit. Vir fuit alioqui ingenio manuq; promptus. In bello ſæpe militis partes obibat, paruáque manu ingentes hoſtium copias fudit. Erga uictos clementia fuerat Cæſariana: præterea liberalitate magnitudinéque animi reliqua, tum in adminiſtrando prouidentia par ſummis ac laudatis principibus. Reliquo tempore XXV. annorum, quibus regnauit, pacificus uixit, Decedens duos in turela Ricardi fratris liberos dimiſit, quibus ille necatis regnũ inuaſit, Cuius parricidij gratia infenſus populis Anglorum animos ad defectionem ſollicitauit, Henrico VII. prælato, tunc exule ex Henrici ſupradicti factione, à quo bello petitus, ubi ſpes nulla fuerat, ſumpto capiti diademate (tanta fuit illi uſque ad extremum ambitio) in prælio dimicando interfectus eſt anno regni III. Henricus VII. qui nunc regnat, rem ſuſcepit, Anno M.CCCCLXXIIII. cuius felicitatem cum humanitate coniunctam laudãt. Fortunam belli præter primum paucis ante annis magno Britanniæ fauore periclitatus eſt, eiecto Petro, qui Eduardi ultimi ſe filium finxerat, ſimilem Pſeudophilippi apud Macedonas, & Alexandri apud Iudæos commentus hiſtoriam. Procerum enim nonnullorum, tum Maximiliani Cæſaris apud quem agebat auxilijs coniunctis, in Angliam ingreſſus eſt, ac in prælio captus: maxima deinde principis clementia dimiſſus, inter Aulicos uerſabatur. Sed cum iam rurſus res nouas moliretur, iterum captus eſt, & in carcere necatus. Poſt hæc Henricus Scotiæ regem generum ſibi adſciuit, Ferdinandi quoque regis Hiſpaniæ filiam quæ nato ducta fuerat, eo extincto alteri filio Henrico locauit. Rationem ſumptuum à Ludouico rege expoſtulauit, quos ipſe ac eius anteceſſores in auxilia Gallorum feciſſent, resq; nõ procul ab armis aberat: cum inter eos tranſactum, ut ea quotannis penſionibus certis exolueretur. Primus præterea regũ hoc tempore qui oratores de præſtando officio Iulio nouo Ponti. miſerit, maxima in Apoſtolicam ſedem obſeruantiæ ſignificatione. Inter oratores uero eius, & Hiſpaniæ regis, inter ſacra de ſedẽdo orta eſt contentio, quæ etiam ſub Alexandro cœperat. Iulius quanquam rem minime cognouit, locũ honoratiſſimum Anglis pro tempore adiudicauit.

Margarita uxor

Henricus VII

Finis tertij libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER QVARTVS.

ITALIA

ITALIA INTER HORAM SEXTAM ET PRImam Brumalem incedit, ut Plinius ait, id est inter meridiem & hibernum solis exortum protenditur. Nam apud eos sexta semper meridies erat, Querno folio ab eodem cõparata: ac tribus ueluti peninsula circumfusa maribus, supero, infero, & Ionio. A Salassis, qui locus nunc Salutiarum, & Montisferrati est, ubi Alpes initium capiunt, Rhegium usque per Capuam passuum mil. mille XX. Latitudine uero maxima à Varo ad Arsiam amnem in Foroiulienſi regione CCCCL. Quinq; appellata nominibus. Saturnia à Saturno primo habitatore, Trogo. Italia à rege, Plinio. Ausonia à parte Italiæ, quæ apud Cales oppidũ Campaniæ fuerat, Liuio. Oenotria item à rege Arcadiæ, Dionysio. Hesperia magna Virgilio ad Hispaniæ differentiam, quæ item Hesperia dicta est: uti Seruio placet. Quæ ab autoribus utrusque linguæ de origine ipsius traduntur, satis in uulgus edita. Colonos habuisse prius Italiã, partim Barbaros, partim Græcos, Oenotrios, Morgetas, Siculos, Ausonios, Aborigines, Pelasgos, Auruncos, & Dionysius & Plinius: itemq; Antiochus Syracusanus qui de antiquitate Italiæ scripsit autores sunt. Ianum quoque eum primum tenuisse collem apud Vaticanum, qui Ianiculus appellatus est: Saturnumq; alea aduectum excepisse. Huic Picum, Faunum, Latinum, succesisse, quo tempore Euãder, paulo q; post Aeneas uenere. Quæ omnia in Latij, tum aliarum regionum descriptione clarius explicabo. Ad recentiora ueniã: cum subiugata à Romanis sociorum nomine dignata est, in municipia & colonias tota fere diuisa. Coloniarum autem Latinarum, ut Pedianus tradit, duplex genus, quando uidelicet noui coloni ex Latio deducebantur: alterum quando ueteribus colonis ius Latij dabatur, ut possent habere ius, quod cæteræ coloniæ, id est, petendi magistratus, ut ciuitatem Romanam adipiscerentur: sicuti Pompeius Strabo Transpadanis fecit. Italia igitur consulum tempore proprætoribus & præfectis committebatur. Imperatorum uero procuratoribus, postea comitibus iam inde usque à Theodosij temporibus. Deinde uariarum gentium barbari, Eruli, Hunni. Gothi, Auari, Longobardi, Saraceni, Pannonij irrucre: de quibus in alijs supra prouincijs dixi, partim in reliquis dicam. Expulsis Gothis Exarchus regebat Italiam, postremo Longobardi rerum potiti, in quatuor ducatus eam diuisere: Foroiulij, Hetruriæ, Beneuenti, Spoleti, Ticini, ubi etiam regia constituta, usque ad Carolum Magnum, quo primum tempore res cœpit respirescere, Bernardo eius nepote Italiæ rege declarato. Varia deinde introducta reipublicæ forma, alijs atque alijs hincinde dominantibus, partim ui partim iusto imperio Cæsarum concessione, ut postea narrabo. De laudibus eius Plinius in ultimo libro nonnulla ponit, tum Virgilius in Georgicis. E Græcis uero Aristides in Encomio urbis, & Plutarchus de fortuna Romanorum. Aelianus quoq; de uaria historia sic ait, Italiam multi incoluere, nec ulla magis terra frequẽtata, quod ob terræ fœcunditatem, aquarum affluentiam, maris commoditatem, portuum dispositionem, præterea hominum mansuetudinem, ciuiumq; humanitatem, cæteris regionibus antecellat. Fuerèque antiquitus in ea ciuitates mille centum sexaginta sex: hæc ille. Hyginus autem eas septingentas tantum fuisse scribit. Plinius adeo frequentem, ut nunciato Gallico tumultu, sola sine exteris aut transpadanis octuaginta equitum, peditum uero septingẽta millia armauerit. Idem ferè Polybius, uti supra in Gallia narraui. Nostra uero tempestate hæc regio à desidia, solitudinéque maxime occupata, præda barbarorum omnium facta est. Quotquot uero duces abhinc annis trecentis fuere, nullam ei utilitatem attulere: nec tam per eos custodita, quàm dissidijs crebris atque discordijs inter se, bellis quasi ciuilibus agitata. Quod autem nunc supereſt, quadruplici regitur politiæ forma: Monarchia ut regnum Neapolitanum, & Mediolani, cæterorúmque principatus. Aristocratia, ut Venetorum, ubi optimates cum principe regunt. Democratia, ut Florentinorum, Senensium, Lucensium, ubi ad magistratus & consilium populus sine discrimine admittitur. Tyrannide, ut est ex parte sacrosancta Pontificis iurisdictio

rimi habitatores Italiæ

Coloniæ

Quatuor ducatus

tudes Italiæ

tadruplex politia

iurisdictio à diuersis occupata dominatoribus. Strabo in octo partes eam diuisit. Venetiam, Liguriam, Picenum, Lucaniam, Tusciam. Romam, Cãpaniam, Apuliam. Antoninus in itinere, in prouincias sedecim. Campaniam, Tusciam cũ Vmbria in qua est Roma. Nursiam in qua est Reate. Flaminiam in qua est Rauenna. Picenum in quo est Asculum. Liguriam in qua est Mediolanum. Venetiam cum Istria in qua est Aquileia. Alpes Cottias & Appenninum, in quibus est Genua. Samnium in quo est Beneuentum. Apuliamcum Calabria in qua est Tarentum. Brutium cum Lucania in quo est Regium. Retiam primam, Retiam secundam. Siciliam, Sardiniam, Corsicam. Fiscus autem apostolicus has prouincias in sacro codice descripsit. Marchiam Taruisinam siue Venetiam. Istriam in qua Foroiulienses. Lombardiam siue Transpadanam. Liguriam, Romandiolam siue Galliam Cisalpinam. Ducatum spoletanum siue Vmbriam. Aprutium siue Samnium. Campaniam siue Latium. Terram laboris siue Campaniam, aut Leborias. Calabriam siue Lucaniam. Apuliam, terram hydruntis siue Salentinos. *Diuisio ipsius*

LIGVRIA

LIGVRES plures ab autoribus scribũtur. Alpini, Transalpini, Ingauni, Apuani, Salturi, Deciates, Exubij, Buriates. Transalpinorum meminere Trogus & Eustathius, qui scribunt Massiliam inter Ligures esse. Alpinorum uero Cicero de lege Agraria. Ligures, inquit, montanos duros atq; agrestes docuit natura ipsa loci, nihil feredo, nisi multo labore quæsitum. Apuanos, Deciates & cæteros populos iam extinctos, teste Liuio libro septimo de bello Ma. M. Aemilius Lepidus, & Cn. Flaminius Coss. domucrunt. De uniuerso autem genere Florus sic ait, Peracto punico bello: sequitur Ligusticum. Ligures imis Alpium iugis adhærẽtes inter Varum Macramq; impliciti dumis syluestribus uictitabant, quos pene maius fuit inuenire, quàm uincere: tuti occasione locorum, latrocinia magis quàm bella factitabant. Itaq; quum diu multumq; eluderẽt, Salturi, Deciates, Exubij, Buriates, Ingauni, tandem Fuluius latebras eorum igne sepsit. Bebius uero in planum deduxit, Posthumius ita exarmauit, ut uix relinqueret ferrũ quo terra coleretur. Liuius item in IX. Nulla prouincia magis militem exercuit. Post Varum fluuium Nicea Massiliensium colonia, Straboni Tropea Augusti, nunc Torpia. Monœchi portus, quod solus ibi Hercules coleretur: idẽ hodie, Monachus, Intemeliũ, nũc, Vintimilium. Albigaunum abluitur flumine Merula Plinio, & Ptolemæo memorato, obsidionem Bernardini Vbaldini, qui Philippo duci Mediolanensi militabat, passum, tandem oppidanorum uirtute post menses quatuor liberatum. Sauona cuius meminit tantum Liuius libro octauo, secundo bello aduẽtum Magonis in Italiam referens. Sauonæ, inquit, oppido Alpino, prædã depositi, Cæteri ut Plinius, Strabo, Mela, in eo ferè loco uada Sabatia ponũt. Vltra est oppidum Altilia à Tranquillo commemoratum, hodie quoq; Alteiola uulgo appellata, deinde Genua, de qua paulopost. Portus Delphini Plinio nunc etiam portus Finus dicitur. Deinde uici nouorũ nominum. Siestrum, Lauania, Rapala. Portus post hæc Veneris nomẽ adhuc seruat. Spedia item Ptolemæo, quamuis corrupto uocabulo Speciem uocẽt. Castrum S. Romuli prope Rumbam fluuium, palmis nobilitatum. Sequitur Lunensis regio, partim citra partim ultra Macram consistens: magna ex parte à familia Malaspina tum possessa, nobili ac uetusta: de qua regione in Hetruria dicam, Genuam nunc ipsam Metropolim repetam, quæ unde originem habuerit incertum. Nonnulli Transalpinæ Genuæ quam in Gallia commemoraui, coloniam esse putant. Eius meminit Liuius libro uigesimo primo, ubi Publium Scipionem dicit cum admodum exiguis copijs Genuam petijsse: libro item uigesimonono, Lucretio prorogatum imperium, ut Genuam oppidum à Magone Pœno destructum ædificaret. Fuit igitur sub imperio Romanorum usque ad annum salutis, sexcẽtesimumsexagesimum, quo tempore Rotaris rex Longobardorum per uim eam cepit ac diripuit: Imperio deinde restituta unà cum cætera Italia à Carolo, ac annos centum per comites administrata. E quibus Ademarus ab eodem propinquo suo missus Corsicam Saracenis oppressam liberauit: quo demum ab illis interfecto, Genuẽses nihilominus uicto res remansere, nauibus Saracenorum tredecim, partim captis, partim pressis, ac illam in hũc usq; diem tenuerunt. Sed & aliæ in sequẽtibus tẽporibus res ab eis maximæ terra mariq; gestæ commemorantur, quas literis mãdauit Iacobus de Voragine præsul eorũ, qui usq; ad duces scripsit historiam. Nam anno millesimo cẽtesimo sexagesimo ad expeditionẽ Hierosolymitanam

Ligures

Florus

Varus

Nicea

Tropæa Augusti

Monœci portus.

Intemelium

Albigaunum

Merula flu.

Sauona

Vada Sabatia.

Altilia

Portus Delphini.

Portus Veneris.

Lunensis regio.

Genua

Rotaris rex

Ademarus

Genuensium gesta.

Bellum cõtra Saracenos

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitanam cum ingẽti classe profecti, Tripolim ac Cæsaream deperditas, ac hostibus ademptas, Balduino regi tradiderunt, ex qua præda Catinum precioſum ſmaragdinum, ac cineres Ioannis Baptiſtæ retulerunt, Rurſuſq; hortante Eugenio, cum CLXIII. nauigijs Armeniam contra Saracenos, qui Chriſtianos infeſtabãt, profecti: ad extremum X. millibus hoſtium captis aut interfectis, domũ redierũt. Cum Piſanis antiquum ac perpetuũ odium exercuerunt, Anno MCXXVIII. Plumbinum eorũ oppidum, ac plures naues ceperunt. Anno deinde inſequẽte Piſas annali obſidione cinxerũt. Paratis tandem hoſtibus omnem recipere conditionem, iuſſerunt uti tecta uſq; ad primam contignationem deijcerent. Anno MCCLXXXV. prouocati claſſe, CXXX. triremium inſtructa, apud Meloram inſulam, cladem eis maximam intulere, captis eorũ, XLVIII. triremibus: anno MCCXCII. rurſus bello nauali congreſſi, Liburnum oppidum cum arce munitiſſima inſtar Phari, paulo diſtante à portu diruerunt, quam poſtea Piſani pace facta reſtituere. Cum Venetis non minorẽ geſſere diſcordiam, Anno MCCLVIII. in oriente capta occaſione Tyri & Ptolemaidis, quas cum annos LXIIII. unà cum Piſanis & Venetis tenuiſſent, negociandi cauſa tandem ad euitandam quandoq; litem inter ſe diuiſere, Cœnobium S. Sabæ Ptolemaidis Genuenſibus adiudicauit eius populi beneuolentia. Indignati Veneti ad Tyrũ unà ſecedentes, adſcitis ſibi Piſanis, & Mãfredo Siciliæ duce, Genuenſium claſſem in portu Ptolemaidis incenderũt, eosq; ulciſcẽdi gratia aduerſus ueniẽtes, rurſus inſtaurata claſſe apud Tyrum ſuperauerunt. Genuẽſes tanto accepto incommodo, ad Michaelem Palæologum imperatorem confugiunt, cuius auxilio, Gazam, aliaq; Venetorum loca diripiunt, & portum incendunt, Raimũdumq; ducem aduerſus cum claſſe ueniẽtẽ capiunt. Verſus etiam ſeptentrionem imperio prorogato, ad Tanaim loca, & in Taurica Cherſonneſo Capham, quæ olim Theodoſia dicta eſt, diu inter immaniſſimas Tartarorum gentes poſſederunt, à Turcis, deinde annis hinc ferè XXX. occupatã. Anno autem MCCCXXVII. domi nouum creant magiſtratũ, perpetuũ ducem more Venetorũ: primuſq; factus Dominicus Fregoſus, qui claſſe in Cyprum miſſa cũ Petro præfecto eius fratre, uniuerſam inſulã in poteſtatẽ redegit. Petrũ Luſignanũ regem captiuũ cũ regina prægnãte ſecũ Genuam abduxit, quos paucis poſt menſibus ſub tributi cõditione miſſos fecere: Famaugueſta tantum adempta, quam hiſtoriam latius in Cypro proſequar. Poſt hanc uictoriam bellum cum Venetis repetit inſtructiſſimum, ubi Petrus à Nicolao Piſano præfecto Venetorum, bello nauali ſuperatus eſt. Genuenſes incõmodum acceptũ ignauiæ principum adſcribentes utrumq; fratrem magiſtratu abrogato in carcerem coniecerunt, ac Lucianum Auriam claſſi præfecerunt, qui ut cladem Dominici leniret, claſſe XXII. triremium inſtaurata, extemplo Iaderem Venetorũ urbem cõtendit, prædaq; deinde abacta, in portum ſe recepit Polentinum, ubi cõgreſſus cum Nicolao Piſano ſit ſuperior, captis ex hoſtibus duobus milibus: in quo prælio Lucianus ipſe occubuit. In cuius locũ Petrũ Auriam ſurrogauerũt, qui adaucto nauium numero ex portu Genuẽſi ſoluẽs Iaderẽ applicuit: inde Venetias rurſus tendẽs, Gradum, Comaclũ, circaq; oppida diripit. Vlterius uero tendere in portũ cathenis prohibitus, Codiã foſſam petit, ac diripit, ſex mil. hominũ interfectis: pudicitia tantũ muliebri ſeruata. Inde aliquot etiam oppidis captis, ad urbem rurſus cõtendere conatus, anguſtijs Euripo rum prohibitus, ſimul & à bellicis inſtrumentis repulſus, Clodiam reuertit: quam dum munire ſtudet, intercluſus à Carolo Zeno Venetæ claſſis præfecto, pugna cõmiſſa occubuit. Cuius morte cõſternati animo Genuẽſes, pace facta domũ reuerterũt. Poſt aliquot deinde annos, Nicolaũ Guaſcũ ducẽ delegerũt, q claſſem auxilio Caloioãni Imp. Cõſtantinopol. miſit, cui Franciſcũ Cataluſiũ præfecit, qui rebus feliciter pro imperatore geſtis, donatus ab eo inſula Mitylene fuit, quã ipſe poſteriq; eius tenuere, uſq; ad annũ. MCCCCLIIII. quo tempore poſt amiſſam Conſtantinopolim, capta eſt. Nicolao poſt annos IX. Antonioctus Adurnus ſucceſſit, anno MCCCLXXXI. uir longe prudentiſſimus. Pacem inter Ioannem Galeatium & Florentinos, quæ multos annos durauerat, ſummo ſtudio componendam curauit. Cui defuncto Genuenſes neminem poſtea ſubrogauerunt: ob Gibellinorum Guelforũq; factiones magiſtratu ferè corrupto. Quapropter ad tutelam Caroli, VII regis Francorum, Anno MCCCCIIII. confugerunt, qui annos plurimos per præfectum regium remp. adminiſtrauit nomine Bulcialdum. Hic ſtatura roboreq; ingẽti, ſingulariq; certamine à Galeatio Gonzaga prouocatus ac uictus eſt. Deinde Dertonem tentauit, poſtremo

Bellum cũ Piſanis

Bellum cum Venetis

Tanais
Capha quæ et Theodoſia.
Dominicus Fregoſus primus dux

Lucianus Auria dux
Nicolaus Piſanus
Petrus Auria

Carolus Zeno
Nico. Guaſcus
F. Cataluſius
Caloioannem reduxit.
Antonioctus Adurnus dux
Genuẽſes ſub Francorũ imperio.
Bulcialdus præfectus

ſtremo Mediolanum, unde à Fazino cane turpiter reiectus eſt, reuertentiq; portas Genuenſes ei clauſere, peroſi Gallorum ſuperbiã: ac ſeſe Ioanni Mariæ duci Mediolanenſi dedere, in eoq; ſtatu uſq; ad annum MCCCCXXXV. durauerunt. Quo tempore à duce Philippo deſciuere. Cauſa fuit quod cum eodem anno auxilio profecti Caietanis obſeſſis Alfonſum Aragonem ducem aduerſus uenientẽ cum claſſe ui cepiſſent, ducisq; captiuum miſiſſent: is ſtatim donis inſuper cumulatum dimiſerit. Quare indignati octo capitaneos libertatis, autore Franciſco Spinula, creauerunt: quibus paulopoſt abrogatis, Iſnardũ Guarrum ducem conſtituere, uirum ſeptuagenarium, quo paucis poſt diebus remoto, quod inutilis uideretur, Thomam Fregoſum Petri, qui Cyprum ſubegerat filium, ducem delegerunt. Hic fratrem habuit Baptiſtam, à quo primum pulſus: deinde uictor, in priſtinum redijt magiſtratum. Horum item frater Io. pater fuit Pauli cardinalis & præſulis & ducis Genuenſis, qui ante hos annos Romæ deceſſit. Thomas igitur adſcito conſilio Franciſci uiri prudentis, Guidonem Torellum ducem copiarum Philippi, per agrum uagantẽ iuuãtibus Florentinis repulit. Chium in Græcia à Venetis: & in Italia Albigaunum à Nicolao Picinino preſſum defendit. Tandem ipſe coniuratione Ioannis Antonij Fliſci deiectus magiſtratu, Raphael Adurnus MCCCCXLIIII. ſuffectus nepos Antoniorum, qui ante eum duces fuere, breui & ipſe tempore ob ſeditionem ſeſe magiſtratu abdicauit, ac Barbana eius patruelis ſuffectus, quem uix menſem totum regnantem Ianus Fregoſus iuuante Ioanne Antonio Fliſco ſupradicto de imperio deturbauit. Cui poſt biennium frater eius Ludouicus ſucceſſit, qui nec ipſe diu poſt à Perino Fregoſo eius patruele expulſus eſt, uiro ſingulari audacia, qui Nicolaum fratrem doctrina moribusq; inſignem ob ſuſpicionem adfectati principatus, adcerſitum in curiã interfici iuſſit. Fuit nobilitati maxime inuiſus, quam primum ex urbe fugauit. Deinde pulſus & ipſe cum Gallorum auxilijs urbem repeteret, ab eadem nobilitate ſtatim interficitur. Paulus uero urbis præſul ſupradictus, eius frater, lo cum ducis inuadens, Gallos ex urbe pellit. Carolus interim Galliæ rex audita defectione, eo Ioannem Renati Neapoli tunc expulſi filium, cum claſſe ſeptemq; armatorum milibus mittit. Huic Paulus obuiam cum exercitu fit: pugnaq; commiſſa ſuperior diſceſſit. Proſperum Adurnum, quæ familiæ concordes erant, patriæ ducem, conſentiente populo, creat. Amborumq; uiribus Caſtelletum, quod in regis erat præſidio, expugnatur, adſcito in auxilium Franciſco Sfortia duce, qui Ferdinandi regis gratia, quem regnare malebat quàm Gallos, è ueſtigio ſuppetias mille militum miſit, conſentiente etiam Ludouico ipſius Caroli filio, qui tunc patri maxime aduerſus fuerat. Anno deinde MCCCCLXXVIII. defuncto Galeacio factione Fliſcorum impellente rebellarũt. Sed Adurnorum Spinularũq; contraria rurſus in poteſtatem Mediolanenſiũ rediguntur: paulo q; poſt iterum Proſpero Adurno aurore tumultuantes, rurſus Ioannes pupillus cum matre Bona, miſſo exercitu XII. milium armatorum adorti ſunt: quibus Genuenſes duce Roberto Seuerinate occurrẽtes, magnam ex eis fecere ſtragem. Poſt eam uictoriam è ueſtigio domum redeuntes, arcem quam Caſtelletum uocant, deiectis Mediolanenſium præſidijs, receperunt. Verum quum Proſper urbem occupare conaretur, à Franciſco Fregoſo cæteriſq; eius partium ex urbe pellitur, ac Baptiſtinus Fregoſus Perini olim ducis filius dux creatur. Vir in primis mãſuetus ac bonus, quem cum Obiectus Fliſcus ſæpe de magiſtratu deijcere fruſtra tẽtaſſet, tandem à Paulo Baptiſtini patruo cardinale, quem ſupra cõmemoraui, repulſus etiam urbem relinquere coactus eſt. Hoc ſanè tempore unà cum reliquis ciſalpinis rurſum in poteſtatẽ uenere Gallorum. Præter uero familias iam ſupradictas, Grimaldi quoq; inter eos nobiliſſimi. Nam Antonius Grimaldus claſſis contra Venetos, & Io. Grimaldus alterius claſſis præfecti, auxilio Philippi ducis ad defendendam Brixiam miſſi fuere. Grimani uero Venetijs clari, præſertim nunc Dominico S. R. E. cardinale eruditiſſimo uiro. Eandem tamen proſapiam eſſe dicunt, & è Conſtantinopoli ex illuſtribus uiris olim profectam, ac in hos duos poſtea populos diductam.

Deſciuere à Philippo duce

Iſnardus Guarrus
Thomas Fregoſus

Raphael Adurnus dux
Barbana
Io. Antonius
Fliſcus
Ludouicus & Nic. Freg.

Io. Renati
Proſper Adurnus

Baptiſtinus Freg. dux
Obiectus
Fliſcus
Grimaldi

Grimani

REGIO SVBALPINA

POST Liguriam regio Subalpina uerſus Mediterraneam occurrit, quam Padus Straboni mediam diuidit, à cuius ulteriore ripa Ticino, à citeriore uero Trebia, duobus quaſi brachijs ab latere ſeptentrionis includitur. A meridie & occidente montibus. Igitur inde Tranſpadani, hinc Ciſpadani dicuntur Alpibus & Li-

Trebia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Derto
Tanarus flu.
Alexandria

guriæ uicini. Quorum post Trebiam Derto est ciuitas, deinde Tanarus fluuius in Padum influens Plinio. In hoc auri ramenta Antonius Trottus eques Alexandrinus legit, unde torquem factum ostentat. Ab eodem abluitur noua urbs Alexandria, cuius origo sic se habet. Post dirutum à Frederico Ænobarbo Mediolanum, paulo q̃ post restitutum, Statyellæ Ligures qui uicatim cis Apenninum incolebant, relictis proprijs sedibus, ad uicum cui Robereto nomen, commigrantes, urbem condidere, quam primo Cæsaream uocauere, ut apparet in annalibus Alexandrinorum, in quibus Xistus in dedicatione facienda Cæsarienses eos uocat: deinde expugnato Frederico, Venetorum & Mediolanensium auxilijs, Alexander III. pont. eius inimicus, quod populus arma pro eo sumpserit, ob memoriam offi

Aquæ Statyellæ
Augusta Valentia
Forũ fuluij
Asta Col.
Alba Põpeia
Ceua
Castra Carrectensium
Æmylia uia.
Iria
Augusta Taurinorũ
Morgus flu.
Eporedia
Doria flu.
Alpes
Vercellæ
Libycorum Sessites flu.
Nouaria
Albutius Silus
Dulcinus & Margarita
Gazari
Pollentia
Banderatæ
Sallassi Saubaudien.
Augusta prætoria
Monferr. origo
Aledranus
Gulielmus Salutiæ
Boschum
Ponsonum
Bonifacius
Guliul. II.
Rainerius
Guliel. III.
Gulielmus Lõgaspat.

cij eam urbem Alexandriã appellauit. Secundum flumen, aquæ Statyellæ sunt Plinio Strabonicq; quanquàm in eo loco menda est. Vltra Tanarum ad Padi ripam Augusta Bacienorum Ptolemæo Plinioq;, nunc Bassinianum oppidum. In eadem ripa paulò remotius Forumfuluij, quod Valentiam Plinius dicit appellari, sicuti & nostra ætate, nobilitatum Geraldi ordinis minorum natalibus ac sanctitate. Inferius uero Asta colonia, Alba Pompeij à Tanaro abluta nomen adhuc seruans. Hinc uersus Sabbatios iter facienti, Ceua Pli. uetus oppidum, ac castra familiæ Carrectiensis, ueteris ac nobilis, quæ ab urbe Genua originem ducunt. Æmylia uia à Dertone, itemq; Pisis usq; ad Sabbatios erat, quam Scaurus strauit, author Strabo. Alia Æmylia quę Flaminiam intercipit, de qua postea. Trans Padum uero Subalpinorum hæc loca sunt. Ad ripam ferè exorientis Padi Iria Ptolemæo, quæ fuerit mihi uestiganti incompertum. Augusta Taurinorum nunc Taurinum, quod Plinius ex antiqua Ligurum stirpe ducit, Stephanus grammaticus Massilienfiũ coloniam ait esse à Tauro appellatam, quo signo adnauigãtes eo Massilienses in naui utebantur. Morgus fluuius Plinio ex Alpibus in Padum profluens, hodie quoq; Orchus appellatur. Eporedia plurali numero, apud Ciceronem epistola quædam data Eporedijs scribitur. Plinius sic ait: Oppidum Eporedia à populo Romano condi iussum, Eporeticos enim Galli bonos equorum domitores uocant. In sacro nunc fisci codice Hyporigiensis ciuitas nominatur. Amnis Doria Ptolemæo, Duria Plinio nomen adhuc retinet, ex Alpibus in Padũ defluens. Hic idem dicit author duas esse Alpium fauces, Graias & Pœninas, hinc Pœnos, illinc Herculẽ transisse. de Alpibus supra satis dixi. Vercellæ Libycorum à Sallyibus Galliæ uicinis populis ortæ Plinio, aurifodinis quondam claræ Straboni, ornatæ quoq; præsule Eusebio in sacro eloquio doctissimo, regia nunc Sabaudiensium ducum. Prope urbem Sessites fuit Plinio, nunc item Sellia ab accolis uocatus. Nouaria ex Vertacomoris Vocontiorum originem habet Plinio, patria Albutij Sili oratoris & Dulcini ac Margaritæ Gazarorũ sectæ authorum, anno MCCCVIII. Inter se more pecudum promiscue coibant, aliaq; nefanda perpetrabant. Cumq; diu latuissent inter prærupta montium, tandem deprehensi, meritas supplicio dederunt pœnas. Pollentia uersus Alpes XVI. pas. milibus à Nouaria distans uetus oppidum Plinio, nunc Pallantiam uocant, ubi Cn. Plancus à M. Antonio superatus interfectusq; fuit. Banderatæ Plinio nomen retinent. Sallassi populi post Taurinos olim ferocissimi, & aurifodinis insignes, domiti autem ab Augusto ut ait Strabo, & sub corona partim uenditi, partim in Augusta prętoria ciuitatem ab eodem in eo tractu ædificatam translati. Hos nunc esse Sabaudienses nonnulli dicunt, unde nomen auspicatũ. Alij potius Monferratenses qui ad Alpes usq; pertinent, quorum originem principum simul & successionem uacat paucis explicare, ne nobilissima Italiæ familia silentio prætereatur. Anno siquidem DCCCCLXXXVI. Aledranus è gente ducum Saxoniæ ex Alasia Othonis primi prognatus seu filia, quatuor suscepit liberos, Othonem, Gulielmum, Thetem, & Bonifacium, proq; dote marchio primus huius regionis ab eodẽ factus imperatore, moriẽs Gulielmum successorẽ reliquit, cæteris fratribus reliquas distribuit terras, Ceuam, Salutias, Boschum, Ponzonum, quæ oppida deinde per manus succedẽtibus tradita marchionibus fuere. Gulielmus itaq; ex filia ducis Clocestri Anglici Bonifacium genuit, qui cœnobium S. Mariæ de Locedio excitauit. Is deinde Gulielmũ II. qui religione sanctisq; moribus præditus, iuuenis extinctus est, dimisso Rainerio patre Gulielmi Senis. Hic Gulielmus primũ militia clarus cum Conrado imp. sororio suo ad Hierosolymitanã expeditionẽ, pfectus est. Ex Iusparthã, Raineriũ, & Fredericũ: fœminas, Iordanã, & Agnetẽ, decessit ãno MCLXXVIII.

Longa-

Balduinus

Longaspatha apud Hierosolymã in demortui patris locum atq; gloriam uenit, Balduinoq; leprosi regis Hierosolymitani Sibyllam sororẽ duxit, cuius adfinitate simul & uirtute propria primum in ea expeditione locum sibi uendicauit. Morienti filius superstes Balduinus fuit, qui in Balduini regis & auí tutela relictus, mox ei, q̃ liberis careret, in regni iure successit. Verum paulo post in ætate puerili decedente, Rainerius patruus Gulielmi frater, regni titulum hæreditario sibi iure uendicans, Chyri Mariam Manuelis imp. Constanti. filiam in matrimonium duxit, Thessaliæ regno pro dote accepto. Quo sine liberis moriente, Bonifacius minor frater hæres institutus, statim Hierosolymam proficiscitur, ubi & suos mortuos, & Sibyllam fratris quondam uxorem Guidoni Lusignano nupram uidisset, unà cum ipso Guidone contra Saladinum arma sumpsit, in quo prælio cum esset captus, à Conrado & Gulielmo filijs liberatur. Nam hi accepto patris nuncio, euestigio comparata classe, Hierosolymam petiere, tempestateq; delati Constãtinopolim casu tunc obsessum imperatorẽ liberauerunt. Deinde sequentes breui fortiter pugnando patrẽ recuperauerunt. Conradus deinde Tyrum cepit, sponte se dedẽtibus ciuibus, ut à Saladino Turcisq; eius præsidio defenderentur, Isabellamq; deinde uiduam filiam olim Balduini regis cum Hierosolymitani regni titulo in matrimonium accepit, interfectus mox à duobus Saracenis in medio foro, patrem Bonifaciũ adhuc superstitem reliquit, qui exercitui succedẽs, contra imperatorem Constantinopolitanũ, quem filius olim obsidione liberauerat, pro regno Thessalię sibi debito dimicauit, quod tandem adsecutus, Margaritam Pannoniæ regis filiam duxit, ex qua quũ nullos reciperet liberos, decedens Gulielmo alteri filio rem dimisit. Is Gulielmus dum hæc agerentur, rem paternam domi administrabat. Perijt in Græcia ueneno, relicto Bonifacio, qui regno Thessaliæ successit, & ex Constãtia Amedei comitis Sabaudiæ filia, Gulielmum cognomento Magnum, qui patrio imperio Vercellas, aliaq; oppida adiecit, ex Beatrice regis Hispaniæ filia Ioannem, trisq; filias suscepit, quarum unam Andronico imperatori, alteram Alfonso Castellæ regis filio, tertiam Poncello Vrsino Vrsi filio, procerũ Romanorum nuptui tradidit. Ioannes Margarita Sabaudiensi ducta, sine liberis decessit anno MCCCV. finemq; attulit uniuersæ prosapiæ. Quapropter populus de communi sentẽtia, rem Andronico Palęologo, ut adfini, regendã obtulerunt. Is Theodorum ex Iolanta Montisferratensi filium eò misit, qui antiquæ possessioni nonnulla etiam pugnando adiecit, uicecomitibus fauit. ex Argẽtina Opecini Spinulæ filia Ioannem suscepit ac Iolantam, quæ nupsit Aimoni Sabaudiæ comiti. Ioannes ex sorore Iacobi regis Maioricensis suscepit secundum Othonem, Ioannem, Theodorum, Gulielmũ, & Margaritã. Ex his secũdus Otho successit adhuc puer, huic deinde Ioãnes frater, qui in expeditione Neapolitana extinctus est. Theodorus demum alius frater gubernacula paternæ ditionis accepit, æque præstans uiribus corporis ac religione, ut qui hastæ concursu præcelleret, & cœnobia multa cõstruxerit. Duas ex successione duxit uxores: ex prima Ioanna Roberti ducis Bari filia Ioãnem Iacobum & Sophiam: ex altera Margarita Amedei principis Achaiæ filia nihil liberorum suscepit, ex quo illa post uiri mortem cœnobio se perpetuo dicauit. Ioannesiacobus uir mititiæ domiq; clarus, à Sigismũdo imp. uicarius totius Italiæ factus est, Philippo Mariæ duci amicissimus, adiutorq; in cõstituendo imperio fuit, reddita ei Alexãdria, quę illius quondam familiæ adempta fuit. Ex Ioanna Amedei primi ducis Sabaudię filia, suscepit Ioannẽ, Gulielmum, Bonifacium, & Theodorum, duas uero filias, quarũ alteram Amedeam regi Cypri, alteram Hisabetham Salutiarũ marchioni locauit. Ioãnes cum primum successisset, & ex Margarita Sabaudiæ ducis filia nihil liberorũ habuisset, fratri Gulielmo remp. dimisit, qui nostra ætate princeps quodãmodo militaris disciplinæ habebatur. Sæpe & Veneto rum & Mediolanensiũ copias duxit, domi in ocio cum dignitate fuit, Casale oppidum patrium templo præsuleq; ornauit. E tribus uxoribus nulla suscepta uirili prole, decessit anno MCCCCLXXXIII. Bonifacius frater hæres ex secunda coniuge Maria Stephani Seruiæ Despoti filia duos genuit, Gulielmum, & Sangeorgium, quorum primus puer adhuc extincto patre imperium hodie tenet, matre prudentissima rempub. administrante. Theodorus autem à Paulo II. in patrum collegium cooptatus, proximis annis ex uulnere à ministro dum cœnaret obsonium concidente dexteræ porrectæ casu illato, in ualetudinẽ incidit, ex qua demum post annum extinctus est. Illius & mansuetudinem & humanitatem curiæ populoq; Romano perspectam omnes collaudant.

Balduinus
Rainerius
Thessa. rex
Bonifacius
Conradus
Gulielmus
Conradus
Tyrum capit
Isabella uxor
Bonif. pro regno Thess. dimicat.
Gulielmus
Bonifac. rex
Gulielmus Magnus Vercellas cepit.
Io. finẽ attulit patriæ psapiæ
Theodorus
Andronici filius & Argentina uxor.
Ioannes
Otho II
Ioannes
Theodorus
Ioãnesiacobus
Ioannes
Gulielmus Casale
Bonifacius & Maria
Gulielmus
Sangeorgius
Theodorus cardinalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGIO TRANSPADANA

TRANSPADANAM regionem Strabo in tris diuidit partes. Subalpinã, & Venetiam, in qua est Mediolanum, usq; Aquileiam: deinde Istriam. Plinius autem Subalpinam partim cum Liguria coniungit, secutus diui Augusti diuisionem. Deinde Transpadanam, in qua Mediolanum est, quam nonam regionem constituit: postea Venetiam, quam decimam. Postremo Istriam undecimã. Ego uero itidem. De Subalpina igitur quæ utramq; ripam adtingit, diximus. Nunc eam partem quæ post Ticinum usq; ad Atesim continetur, exequar. Ticinum ex Alpibus in padum fluens, oppidum sui nominis habet, nunc Papiam, quod Plinius ait conditum à Leuijs & Maricis Gallica gente. Dirutum deinde ab Attila Hunnorum rege, atq; iterum restitutum ab incolis, Odoacer rex rursus diripuit, cum in ea Orestem Augustuli imperatoris patrem obsessum captumq; interfecit. Post hæc annos ferè centum, Balduinus post lõgam obsidionem uictor ingressus, ac delere statuens, equo in primo limine collabente, admoneri quodam modo uisus, impij sententiã animi mutauit, sedẽq; eam sibi ac successoribus constituit, qui diuersis ædificijs ac muneribus exornauerunt. Ex quo Lombardiæ toti regioni nomen indidit, quasi Longobardia, quod etiam deiectis illis durauit: ornatiorem tamẽ eam urbem reddidit Epiphanius eius præsul Aquileia oriundus, qui ad redimenda sex milia captiuorum Mediolanensium, regem Gallorum impulit. Hinc & Io. Pon. XVIII. fuit. Ticinum tertio uastauerunt Pannonij, igni ferroq; grassantes, quum in Italiam irruerunt, tempore quo Rodulphus Burgundus Italiæ regnum occupauit. Arcem in eo excitauit Ioannes Galeatius dux primus, cui sorte Ticinum obuenit. Cœnobium quoq; Carthusiensium extra muros ingenti addito paradiso, nemora saltusq; claudẽdo, ubi feras spectaculo uenationis, priuatæ delitiæ uiderent. Post eius mortem Papienses studio partium Gibillinarum excita ti, cuius factionis Beccharia familia princeps habebatur, Fazinum Canem cum exercitu in urbem introduxerunt, pacti fortunas Guelphorum: ille uero nemini pepercit: querentibusq; Gibillinis respondit eos saluos satis esse, eorum uero bona q Guelpha sint, militibus se in prædam concessurum, lepide cauillatus hoc modo in utriusq; factionis insaniam. Supra uero Ticinum S. Columbanus oppidum, ubi ille cœnobium extruxit. Ab latere occidentis oppidũ alterum etiam noui nominis Medœcia, in quo Cęsares diademate primum ferreo redimiri consueuerũt, iam à CCCC. consuetudine annorũ: muneribus ornata Theodorici regis, tum Theodelindæ reginæ Longobardorum, quæ Ioannis Baptistæ templum in ea magnifico excitauit opere, thesauroq; immodico locupletauit. Vegeuenum nouum & amœnum oppidum secessus ducum Mediolanensium, ab eis & ædificijs, & aquis intro ductis nobilitatus. Nec minus Petro Candido Nicolai V. Pont. ab epistolis ministro, qui Appianum conuertit. Sequitur Mediolanũ de quo postea. Regio uero, quæ ultra Medio lanum Alpes contingit, tota ferè ignobilis, ubi post Adulam montem, qui pars Alpium Rhetiorum est, uocaturq; hodie Mons Bralius, Telina uallis appellata iacet longitudine mil. pass. LX. ditionis Mediolanensium. Huic & aliæ ualles coniunctæ, Agnedina, Camonica. In his oppida complura seu uici potius, inter quæ Burmium. Larius primo à septentrione, in ortum hibernum excurrit, inde in duo brachia diffunditur: altero Comum inter meridiem & occasum petit: altero ad orientem Leucum, ubi Adduam amnem emittit. Circa Larium oppida, Glarea, Suricum, Domasium, Grauedona, Musecha, Mussium lapidici nis insigne, Arona, Menasium: ex aduersa Larij parte, post Adduæ ostia Collicum S. Nicolai fanum, Corenum, Delphus, Bellanum, Varena, Vallis saxina: præterea Mandellum Leucumq; oppida munitissima, ducis Philippi Marię insignem olim obsidionẽ passa. Contra Leucon, Malgratia, Orium, Ciuenna, Vessena, Bellasium, Vici, Nexum, Torium laudatum, Iremetium, Letium, Sala, Colona, Arzena, Briona. Castra Lugariũ, Alium, Caratum, Moluasium, Ceruobium: præterea qui uicus appellatur, ubi fanum humiliatorum, quo in loco olim Rufi uillam in epistolis Plinij celebratã fuisse constat. Assis uicus & uallis Assina ad montem Brigantium uocatum pertinet, ubi Assium, Cantium, Cassilinum, Scarena. Lamber amnis Incini plebem appellatam illabitur, à montibus Lario imminentibus cadit, cum Eupilo excipitur. Eum lacum uulgo recentiores accolę à Lusiano uico, qui propinquus est cognominauerunt. Inde emissus Medœciã iuxta, longeq; duobus pas. mil. à Me-

Ticinum flu. & oppidum.
Balduini astutia.
Lombardia unde dicatur.
Epiphanius præsul Pannonij
S. Colũbanus.
Oppidum Medœcia
Vltra Medianum regio.
Adula mons
Bralius
Telina uallis
Agnedina
Camonica
Burmium
Larius la.
Oppida Larij
Rufi uilla
Läber flu.
Oppida inter Läbrũ & mõtem Brigantiũ

à Mediolano perfluit in Padũ. Inter Lambrũ & montem Brigantiũ sunt Lugarũ, Inuergũ, Mongutiũ, & superne ad montes Peucianũ, Pusianũ, Boxisiũ, Cornelũ. Cis Lambrũ Canturium uersus Fabrica, Brutianũ, Cassianũ, Albesium, Carcanũ, Herba, Orzanicum. Nouta sanè cunctorum nomina. Comum uero prope Larium Orobiorũ ædificium, ut author est Cato apud Plin. quorum originem ab eo ignoratam, Cor. Alexander ortam è Græcia dicit, & nominis etymum à montibus traxisse in quibus degunt. Trogus tamen unà cum cæteris ciuitatibus trans Padum à Gallis id oppidũ conditum dicit. Strabo autem sic: Comum deuastatum à Rhetijs, Pompeius Strabo Magni pater colonis eò deductis restituit: deinde Scipio tribus hominum milibus: postremo Cæsar quingẽtis militibus auxit, quos ciuitate donatos Nouocomenses uocauit, & oppidum Nouũcomum. Hinc Addua plura circuit loca, Brugnanum, Trinilium, Riuoltam. Vetus insuper oppidum Laudem Pompeiam, quam Boij teste Plinio ædificarunt: qua demum extincta alteram ad tertium lapidem Fredericus Aenobarbus, ut Mediolano damna inferret, extruxit. Supra Bergomum est inter duos paruos amnes, Orobiorum, & ipsum ædificium sicuti Comum Plinio, de quibus supra dixi. Nunc harum ciuitatum factiones paucis reperam. Extincto siquidem Ioanne Galeatio, qui eas inuaserat, præpotentes olim qui extorres fuerunt in antiquam dominationem redierunt. Rusconi Comum, Vignatæ Laudem Pompeiam, Soardi Bergomum. Hanc enim ciuitatem prius Ioãnes Picininus uicecomes ex sorte tenebat, qui Coleones antiquam familiam ex ea expulerat. Pulsus & ipse tandem à Ioãne Suardo uiro audacissimo fuit: qui cum commode rempub. contra hostes uicecomites tutari se posse minime uideret, eam Pandulpho Malatestæ uendidit, ac ad hospitium Io. Fran. Gonzagæ ueteris amici se recepit, ibiq; usq; ad extremum uixit. Postremo ab ipsis uicecomitibus per Ioan. Galeatium recepta, ciuem habuit nostra ætate Bartholemęum Coleonem, qui rebus multis in Italia præsertim Transpadana gestis decessit anno MCCCCLXXV. ac Bergomi sepultus. Brixiam urbem Cenomãni ædificarunt, qui post Insubres in Italiam uenerũt, Liuio Polybioq; testibus. Hanc expulso Pandulfo Malatesta uicecomites ceperũt. Deinde Veneti contra Philippum ducem septimo obsidionis mense receperunt anno MCCCC/XXVI. prodente portã Petro Aduocato ex familia Mantuana olim extorre. Deinde Philippi ipsius longam passa obsidionem, à Francisco Barbaro eius loci præfecto magna uirtute defensa est. In eius agro Ludronium & Romanum castra sunt, unde Ludronum familia Brixiæ. In qua Paris Venetis contra Philippum militauit. Est item in eodem Caruagium, ubi nobilem illam cladem Franciscus Sforția Venetis intulit. Præterea Mercaria, Candum, Lamacum, Clarum, Soncinum, Martenengum, Casalemaius. Ollium flumẽ ex Sebino lacu in plana descendens, primo Brixianum agrum à Bergomatibus, deinde Mantuanum à Cremonensibus diuidit, donec Padum illabitur, crebris hinc inde castellis & agris feracissimis munitum, inter quæ Platina est. Inter Ollium, & Padum, Cremona, Rocol. Liuio lib. XXI. frequentibus adflicta ruinis. Primũ Antonianis tẽporibus quando ab Augusto rerum potito ager est militibus datus. Deinde Vitellianis apud Bebricum peracta pugna: Gothorum quoq;, deinde Longobardorũ sub Gedulpho rege anno DCXXX euersa: Frederici etiam Aenobarbi uim pertulit usq; mœnibus deiectis: postremo Francisci Sfortiæ, quod ei iure dotis Blanchæ uxoris Philippo duce socero concessa fuerit, deinde rebellauerat. Factiones in ea tres, Caualcaboues, Donariẽses, & Ponzoni. Anno MCCC/XII. Gulielmus Caualcabos pulsis Donariensibus, qui Gibillinarũ erant partium, dominationẽ patriæ Henrico imp. consentiẽte corripuit, pluresq; tenuit annos. Cumq; reliquos eiusdem factionis, qui ad oppidũ Sonzinũ cõfugerant prælio tentasset, superatus captusq; atq; currui adligatus misere discerptus est. Quo deinde exemplo usi sunt in reliquos Guelfos qui tunc aderant. Inter quos Venturinus Fundulus fugiens à uicario unà cum tribus filijs capitur, ac curribus prius tractus securi percutitur. Anno deinde circiter MCCCCVI Vgolinus Caualcabos adscitis Ponzonibus extincto Ioanne Galeatio, primum patriæ tyrannidem inuasit: qui postea reiectis Ponzonibus aduersis, Crabrinum Fundulum ex oppido Sonzino uirum impigrum exercitui præfecit. Is igitur in spem dominationis erectus ipsum Vgolinum è Laude Pompeia cum Carolo cæterisq; eius fratribus redeuntẽ aggressus trucidat. Cessit dein Philippo Mariæ duci, multa pecunia oppidoq; Castiliono donatus. Verum cum mox res nouas moliretur, prodente Oldrado Lampugnano eius necessa-

Oppida cis Lambrum
Comum
Nouumeomum
Addua flu.
Lauspompe
Bergomum
Brixia
Obsidio Brixiæ.
Ludronium
Romanum
Ollium flu.
Cremona
Caualcabos
Donariense
Ponzoni
Crabrinus Fundulus

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio captus Mediolanū adducitur, in medioq; foro securi percutitur. Ornatur insuper hæc urbs ingenijs M. Furio Bibaculo poeta, Quintilio Varo Virgilij familiari, Gerardo Sublo neta medicinæ, astrologiæq;, tum Chaldæarū Arabicarumq; literarū peritissimo, qui Auicennam Rasimq; siue Almansorē cōuertit. Sequitur Mincius amnis, qui lacum Benacum efficit. Inter quem & Ollium Mantua sita est, de qua postea. Inter Mātuam & Cremonam Brixellum sunt, & noua oppida Caruagium Venetorū clade insigne, ubi XII. milia equitum, peditum IIII. à Francisco Sfortia profligata. Riuam à sanguinis corriuātis profusione dictam uolunt, q; in eodem loco Grimoaldus Lōgobardorum rex Francos Tridento in Italiam ingressos magna cæde repulerit. Subloneta ex qua comites Persiceti prodiere. Præterea Calcinatum, Carpinetum, Capriana, Godium, Vallegiū, alto in colle situm Mincio amni incubans: hinc murus interiectis turribus per aliquot passuum milia usq; ad Tartari paludes se extendit: hoc tractu Villafranca media planitie sedet, locus opere magis q; natura munitus. Vrgatium, Scalana insula, Sāguinetum. Secundum Padum uersus mare quædam etiam noua castra locaq;, cœnobium S. Benedicti opulentissimū Matildis ædificium, in quo hospites cum quantauis comitum turba triduo excipiuntur. Ostilia & Nugarolum Veronēsium ædificia, unde Nugarola familia Veronæ, ex qua Leonardū protonotarium summum theologum olim Ferrariæ magna facundia disserētem uidi. Francolinum, quod Estenses ad tutandos eorum fines posuere. Ferraria mari propinquat, inter ostia ferè ac brachia Padi, de quo postea. Padus ipse apud Plin. in hanc ferè sentētiam enarratur. Etymum trahit à picea frequenti apud eius fontem, quæ Gallica lingua pades dicitur. A Græcis Eridanus uocatur. A Ligurib⁹ Bondingus, quod significat fundo carens. Cui rei est indicio, q; ibi iuxta Bondicomagum uetusto nomine oppidum est, ubi amnis præcipua existit altitudo. Hic Phaetontis fabula & electrum sudantium populorum, quas lachrymas eius sororum dicunt. XXX. generosos amnes in Adriaticum trahit. Quorum precipui ex Apennino Tanarus, Trebia Placentinus, Tarum, Nitia, Gabellium, Scultemna, Renus. Ex Alpibus, Stura, Morgus, Duria, Sessites, Ticinū, Lamber, Addua, Olbium, Mincius, Athesis. Atq; hi lacus inclytos XI. procreant, è quibus præcipuos Benacum Mincius longum stadijs D. latum XXX. Virbanū Ticinus longum stadijs CCCC. latum minus q; Benacus. Larium Addua, longū stadijs CC C. latum XXX. Sebinus Olbium. Ostia eius q; largius uomant septem maria dicuntur facere. Primum ostium Paduſæ uocatur ubi Augusta fossa trahitur Rauennam. Proximū Vatreni, quod Vatrenus amnis ex agro Forocornelienſi auget, quo Claudius Cæsar à Britannia triumphans prægrandi illa naui Adriam intrauit. Hoc ostium Spinetum ab alijs dictum est ab urbe Spina. Proximum deinde ostium Capraſium: deinde Sagis: deinde Volane, inter hæc fossa Philistina, quam alij Tartarum uocant. Accedit his Atesis è montibus Tridentinis & Tongisonus ex Patauinorum agro. Pars eorum proximum portum facit Brundulum, sicut Adronum Medoacus & Fossa Clodia. In hanc ferè sententiā Plin. Hodie nostri nautæ sex ostia notauerunt. A dextra primariū olim Vatrenum à flumine appellatum. Ab læua Volanen. inter hoc & primariū Comaclina stagna ostium habent, imò portum potius quem Magnū uocant. Sed æstuaria illa maris sunt, quod ex salis cōcretione dignoscitur. Ex ea item parte ubi Adriam abluit duobus ostijs elabitur in mare. Id quod Volane propinquum est Albatum dicitur: reliquum uero Gorium. Maioris aūt huius ostium quod Adriæ sinistram attingit Fornaces accolæ uocant. & hæc quidem de Pado. Comaclum, fossa Clodia, ubi prælium obsidioq; Genuensium, de quo in eorum historia narraui. Adria Tuscorum ædificium quæ & mari nomen dedit, ut Plin. refert. Hanc Pisani cum classe ad sacram expeditionē parata ceperunt. Spinam autem in hoc littore idem author à Diomede dicit ædificatam: Strabo uero à Thessalis: Dionysius à Pelasgis, qui ijdem ferè sunt. Ambæ sanè iam diu interiere, quanq; Adriæ quędam appareant uestigia: Spinæ penitus nulla. Ex harum ruina Aquileia creuit. Est & altera Piceni Adria.

Furius Bibaculus
Quintilius Varus.
Mincius
Benacus
Mantua
Brixellum
Comites Persiceti.
Tartari paludes.
Adria
Ferraria
Padus flu.
Bodingus
Bodincomagum
Tartarus
Tarus
Nitia
Gabellium
Scultemna
Renus
Stura
Morgus
Duria
Sessites
Ticinus
Lamber
Addua
Olbium
Mincius
Atesis
Ostia Padi
Paduſæ
Vatreni seu Spinetū
Capraſium
Sagis
Volane
Fossa Phi. siue Tarta.
Tōgisonus
Atesis
Medoacus
Comaclū
Fossa Clodia.
Adria
Spina
Mediolanū

RES MEDIOLANENSIVM

AD Mediolani nunc reuerto Ferrariæq; ac Mātuæ reliquā historiam, quam ideo distuli, ut principū successiones sine interpellatione uideremus. Mediolanū igitur sicuti de eo deq; plerisq; trās Padum inter res Gallicas latius scripsi, Insubres Galli ædificarunt ex nomine relicti ab eis Mediolani, quod Prolemæus inter Cenomannos ponit. De his Liuius lib. XX. ait, Gallos Insubres circiter annū urbis CCCCLX. subiugatos

subiugatos fuisse à Romanis. Rursus lib. XXXI. L. Furium prætorem Gallos Insubres rebellātes & Amilcharem Pœnum in ea parte molientem acie uicisse. Amilchareq; occiso milia hominū XXXVI. fuisse interfecta. Et lib. XXXII. L. Furiū Purpureonē & Claudium Marcellū Boios & Insubres Gallos subegisse, Marcellumq; triumphasse. Post quem triumphū annos ferè D. Mediolanū pacatissimū fuit, ac principum Romanorū fecessus, & quoddā quasi diuersoriū amœnum à Traiano usq; ad Valentinianū. Quam felicitatem & quietē Arriani primū interpellauere per Ambrosij tempora. Post hæc Attila in Italiam ingressus cum omnem depopulatus esset Venetiā, Mediolanū euertit: quod paulopost resti tutum parumper quieuit. Agitatū rursus bello Gothorum & ducum Iustiniani, tādem deditionem facere coacti sunt. A Longobardis etiam incōmoda pertulit, quibus ex Italia pulsis annos CCCLX. sub imperatoribus quasi liberū flortit, donec Fredericus Aenobarbus anno MCLXV. penitus dirutū colonis per uicina loca dispersis reddidit. Exinde anno ferè VI. Frederico in bello occupato quod cum rege Gallorum gerebat, Mediolanēses quasi resipiscentes inita cum finitimis urbibus societate solū antiquū repetunt, urbem triēnio reficiūt, annosq; hoc pacto CL. continuo creuere usq; ad annū MCCXXVII, quo tēpore uicecomites pulsis Turrianis urbe sunt potiti. Post mortē uero Philippi Mariæ populus in libertatem se erexit, sed bello fameq; obsessi à F. Sfortia deditionē fecere. Fuere ex hac urbe uiri præclari, tum tres pont. Alexander II, Vrbanus III, Cælestinus IIII. Mediolanensis præsul Stephano VIII. sedente & Henrico III. imp. Romano se pontifici subiecit, cum antea cōtenderet. Hic præterea factiones potētissimæ Vicecomitū & Turrianorū. Huius ultimæ Martinus princeps nomine, ac potentia clarus, Ecelinū quondam Italiæ terrorē ad necem usq; compulit. Deinde Philippus Neapuleo Guido successores. Sed præter hos in ea nobiles familię Lāpugnani, Gottæ, Petrasancta, Tuscani, Porri, Caimi, Marliani, Bossi, Triulci. Nūc uero Vicecomitū insequentiūq; principū prosapiā resq; gestas breuiter uideamus. Authores generis Vbertus & Berta anno circiter MCCL. quatuor susceperūt liberos Othonē Mediolanensem, Vbertū Vintimiliēsem præsules, Iacobū & Gasparē. Iacobo tantū Theobaldus filius fuit, qui Matthæū Magnum & Vbertū genuit. Ex Vberto Ioānes, Vercellinus, Otho fuere. In Matthæo res se primū extollere cœpit, qui & Mafeus est appellatus, & à rerum ac animi mensura magni nomen adeptus, uelut alter C. Marius fortunæ uices periclitatus. Anno siquidē MCCCXII, à Turrianis aduersa factione, cuius Guido caput erat, expulsus diu latuit inter paludes lacunasq; Benaci piscationibus uacans. Per Henricū deinde VII Lucēburgensem imp. qui tunc Mediolanū uenerat eiusq; parti fauerat, spiritus adsumpsit, inimicosq; se ulciscendo extorres reddidit. Huius filij ex Bonacosa uxore Galeatius, Ioannes, Luchinus, Stephanus. Galeatio nomē inditū auspicio Gallorū, qui nocte qua natus fuerat maiore solito garrulitate cecinere. Is cū eodē imp. Romā profectus magister equitū est. Accium & Marcū filios suscepit, imp. Ludouico Bauaro pecunias imperanti acerrime restitit, quapropter ab eo captus & custodiæ traditus, filiusq; eius domo pulsus est. Castrutij deinde Lucensis precibus Galeatius condonatus paulopost excessit. Accius uero reditum pecunia impetrauit, patriæq; tyrannidi succedens Bauarum iterum Mediolanum obita Italia redeūtem minime recepit. Res gessit, & admodum belli gloria floruit. Missus quondam à patre auxilio Castrutio contra Florentinos, coniunctis castris prope Fucerium cum inimicis congressi superiores fuere: qui uictoria elati apud Florētina mœnia castrametati multos dies ociose consederunt nemine ex oppidanis egrediente. Prima hæc expeditio Vicecomitum in Florentinos imperante Bauaro. His gestis Altumpassum in eodem agro, deinde Bononiam eodem Castrutio iuuāte debellauit. In qua expeditione memoratur, dum in castris meridiaret, in galeam uacuam quam prope posuerat uiperam ingressam quieuisse: mox cum surgeret, galeam q; capiti aptaret, uiperam inde innocuam per ora dilabasse. Ex quo postea signa sumpta. Alij uero dicunt quod ex eorum familia quidam contra Saracenos res gerens, anguem ex hostis deuicti galea ademerit. Accio igitur sine liberis deceden te, Ioannes præsul Mediolanensis & Luchinus patrui hæredes fuere, quibus primum ut ui carijs Mediolanum à Benedicto XII. concessum, quod uacante imperio per Bauari tyrannidem eius iura ad Romanum pont. pertinerent. His igitur domi imperantibus, tres è fratre Stephano nepotes, Matthæus, Barnabas, & Galeatius, nouem annos exularunt. Ioannes præsul animo fuit indomito, armorum potius quam sacrorum studiosus, ut qui con-

Authores Vicecomitū
Matthæus Magnus
Turrianorū factio
Bonacosa
Accij res gestæ.
Vnde anguis insignia.
Ioannis præsulis res gestæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinenter Italiam bello uexauerit, Parmam, Laudem Pompeiam, Cremonam, Bergomum, Genuam, Sauonã, aliacp loca trans Padum subegerit, quæ omnia in elogio sepulchri in ede maiore cõtinentur. Mortuo fratre Luchino fratris filios ab exilio reuocauit anno MCCCL. Barnabas in partemcp regni adhibuit. Post cuius mortẽ Barnabas unà cum fratribus remp. suscepit, opescp inter se diuisere. Bellum Bononiense diu cum diuersis pontificibus gessit, quam ciuitatem pro iure suo sibi uindicabat. Cessit tandem pactione pecuniæ. Regium à Feltrino Gonzaga LX. millibus nũmis aureis mercatus est. Sarzanam Carrariam & reliqua in Lunensi parauit, aduersus Genuenses qui rebellauerãt iuuante Galeatio fratre dimicauit, pax data pollicentibus DC. aureorum milia, uxorem duxit adhortante patruo Ioanne præsule Mastini Scaligeri filiam, quæ quoniã fastosa & imperiosa esset, Regina est cognominata, ex qua XV. suscepit liberos, mares IIII. Ludouicum Cremonæ, Carolum Parmę, Rodulphum Bergomi, Mastinum Laudis Pompeiæ principes constituit: reliquas fœminas, quarum Viridis nupta Leopoldo Austriæ duci auo Frederici III. imp. Tadea duci Bauariæ. Valentina Petro regi Cypri. Catharina Ioanni Galeatio uicecomiti. Antonia Frederico regi Siciliæ. Magdalena duci Bauariæ, Agnes Francisco Gonzagę. Helisabeta Ernesto duci Monachi in Bauaria. Angelesia Frederico iuniori. Lucia Ludouico duci Andegauiæ primo filio regis Gallorũ: deinde Baldassari marchioni Misnensi: postremo Admundo comiti Cantiæ Henrici Angliæ regis filio. Singulis uero centum aureorũ milia dotes adsignatę. Nothos habuit, primum fœminas IIII. Bernardam, Ricciardã, Helisabetã, Margaritam, mares V. Ambrosium, Nestorem, Lãcilotum, Galeottum, Sacramorum: huius ultimi progenies adhuc durat: nam ex eius filio Leonardo Sacramorus alter natus, qui tris & ipse genuit, Petrum, Franciscum, & Leonardum S. Celsi abbatem. Nunc ad Galeatium Barnabæ fratrem, ex quo reliqua fluxit progenies, quæ ad hunc uscp diem regnauit. Is postquã cum Barnaba in patriam restitutus est ex Blancha Aimonis Sabaudiensis filia Ioannem Galeatium, & Violãtam genuit, quæ Leonello duci Clarentiæ regis Angliæ filio cum dote quingentorum milium aureorũ nupsit. Aduentu uiri nuptiæ celebratæ tanta conuiuij pompa, tantocp sumptu feruntur, ut nullæ similes postea. Ad singulos intermissus munera ingẽtia fuere data, ubi adfuit & Petrarcha. Verum cum huiusmodi gaudia semper dolor aliquis comitetur, ille quinto cp uenerat mẽse extinctus est. Ioannes Galeatius uero Papiam liberam tunc ciuitatem per obsidionem cepit, ubi & mansit arce in ea quæ nũc extat excitata, uiarioch haud longe à mœnibus & cœnobio Carthusiensium, tum in ciuitate templo maiore constructis. Is comes Virtutum & dux Mediolani primus appellatus omniũ suorum memoriam rebus gestis superauit, quancp à parricidio fuerit auspicatus. Nam Barnabam socerum simul & patruum ad quem simulatione salutãdi Mediolanum ueniebat, obuiam prodeuntem in itinere adortus per proditionẽ cepit, in carceremcp coniectũ mori coegit. Mediolani imperio, cuius medietatẽ prius tenebat, occupato, filijscp partim necatis, partim eiectis. Cuius facinoris causam Catharinã uxorem dicunt, paternas in eum prius insidias manifestantẽ. Longe latecp imperij fines armis propagauit, omni penè Italia subacta. Bononiã quæ authore Ioãne Haucut rebellauerat ui recepit, ubi Actius Vbaldinus & Iantodeschus alijcp duces profligati fuere. Veronam Francisco Carrariẽsi ademit. Senam, Grossetũ, Clusium, Perusiã, Pisas, Lucam, Vercellas: denicp ciuitates XXIX. in Italia possedisse dicitur. Florentinorũ perpetuus hostis cum quibus annos XII. bellum gessit. In quo bello proceres Italiæ primicp duces memorãtur, Paulus Vrsinus, Lucas Canalis, Brachius Montonius, & Sforcia. Extinctus est anno MCCCCII. Non diu antecp decederet dux primus à Venceslao imp. factus: cui pecuniã multam per Cretensem præsulem miserat, qui postea Alexãder V. pont. fuit. Duos omnino mares ex Catharina reliquit, Ioannẽ Mariam, & Philippum Mariam: fœminã uero unam, quam Lud. Aurelianensiũ duci unà cum Asta ciuitate dotis nomine in matrimoniũ locauit. Horũ primus regnauit fera truculentior, ciues quotidie uarijs supplicijs necando: matrẽ quocp facta acerbius obiurgantẽ in arce Modœciæ mori coegit. dictitans in magna prosapia homines omnis generis esse oportere. Ipse tandẽ dum sacrificaretur à suis interfectus est. Cuius ignauia contigit, ut pleræcp ciuitates rebellarẽt. Cremonam tũc Vgolinus Caualcabos & Ponzoni occuparũt. Otho bonus Parmã pulsis Roscijs Bergomũ Suardi, Comũ Ruscони. Laudẽ Pompeiã Vignatenses. Vercellas Alexandriãcp Facinus Canis. Filij Barnabæ patriæ restituũtur. Omnis denicp Italia res nouas spectabat.

Barnabas

Barnabæ proles

Sacramorus

aleatij ples

annes Galeatius Comes irtutum primus dux.

Bellum cum Florentinis.

an. Maria.

Philippus

Philippus Maria fratri succedit, Anglus cognominatus. Angleria em̃, uti supra dixi, castellum prope Mediolanũ est, unde se originẽ uicecomites habuisse dicunt, is Papiã prius regabat. Antecp omnia Beatricem Facini Canis inclyti belli ducis defuncti uxorẽ in matrimonium duxit quancp imparẽ nobilitate, ut terras plurimas trans Padum ei hæreditarias adsequeretur. Quapropter auctus uiribus Barnabæ filios reuersos, è Mediolano iterum expulit, è quibus Nestorem in expugnatione Medœciæ interfecit. Denicp rem paternam solus obtinuit. Cremonam antiquam familiæ possessionem Crabrino tyrãno interfecto recepit. Bononiam. Forumliuij, Forumcornelij pontifici restituit. Genuam subegit, deinde amisit. Brixiam expulso Pandulfo Malatesta est adsecutus, quæ mox à Venetis recepta, lõgi fuit inter utroscp materia belli, nec longa obsidione superata, ubi duces fuere Venetorũ, F. Carmignola, Ioannes Malauolta, Gacta Melata, Ioannes Frãciscus Gonzaga, & Nannes Strotius eques Flo. à duce Ferrariensi missus. Philippi uero Franciscus Sforcia, Angelus Perugiensis, Nicolai duo, Guerrerius, & Piccininus, Florauantus Perusinus. Alfonsi regis Neapolitani quem captum olim dimiserat amicitia perpetuo simul & auxilio est usus, puocatus etiam ipsius beneuolentia qui in mortis periculo eum hęredem quondam instituerat. Martinum V. item amicissimum à concilio Constantiensi redeuntẽ magnificentissime excepit. Duces copiarum habuit imprimis Nicolaum Piccininum, Italianum Foroiulienſem, quem postremo, quod in bello contra Florentinos cum inimicis consentire clam comperisset, securi percussit. Ciarpelionem quocp, qui sub Francisco Sforcia merebat, transfugã sibi conciliauit. Deinde ad antiquũ officium redeũtem inita inter duces ipsos concordia per Franciscum apud Firmum cepit. ac capite mulctauit. Ipso denicp Francisco multis in bellis usus est, cui & filiam Blancham quam solam ex concubina susceperat, locauit, quum ex secũda coniuge Maria Amedei Sabaudiensis filia nihil liberorum tulisset. Decessit tandem ex animi dolore cæcus penè factus, anno MCCCCXLVII. Nam ad extremum fortunam commutatam uidit, Genuam amissam. N. Piccininum spem eius unicam defunctum, exercitum suum ad Casale maius iuxta Padũ duce Micheleto Carmignola ab hostibus fusum. Postremo Venetos Addua fluu. transmisso in agro Mediolanensi castrametãtes. Quodcp his omnibus deterius, nullum his malis subuenientẽ. Nam post acceptam Casalensem cladem Carolo Francorum regi per oratorem Thomam Thebaldum Astam urbem promiserat, quæ ad Carolum Aurelianensem ducem tunc dotali matris iure pertinebat, si supperias ferret, sicuti postea anteacp moreretur biduo tradidit. Alfonsus rex unicus & fidissimus inuentus qui se ad iter cum exercitu accinxerat, quapropter hæres ab eo institutus est. Verum Carolus quem supra memoraui cp ex matre uicecomite natus esset legitimũ se hæredem appellabat, Fredericus itẽ imperator iure imperij rem sibi uindicabat. Instabat & Franciscus iure uxoris. Denicp Mediolanenses lacerato testamento sese in libertatem uindicauerunt, XII. ex plebe uiris reip. constituendæ gratia creatis, simul & Carolo Gonzaga exercitus duce clam accersito transfuga è Francisci castris. Hi magistratus magnam nobilium cędem fecerunt qui rebus Francisci studere uidebantur. Is enim Sforciam Attẽdulum patrem habuit, qui apud Cotiginolam flaminiæ uicum natus ex humili loco, lixa quondã in exercitu, ob præstantes corporis uires, & cp cæteris æqualibus in præda uim adferret, id cognomen est adsecutus, paulatimcp uirtute effecit, ut è lixa gregarius miles, deinde equo adscriptus, postremo exercitum duceret, ea laude ac felicitate ut ea tempestate tantũ Brachio Montonio summo duci par haberetur: cum Alberici Cunij comitis ambo disciplina enutriti essent. Extinctũ ferunt in amne Aterno, quem Pescarã nominant, dum puero è ministris eius uni periclitãti cupit succurrere. Franciscus deinde patris quẽ in cunctis expeditionibus fuerat secutus, quancp adolescẽs relictus, disciplinã ac gloriã longe superauit, non solum nostrorũ sed superiorũ temporũ ducibus cõparandus. Res gessit cum aliorum tum Venetorũ potentiæ sæpe formidatas. Cosmę Medicis, qui tũc in patria florebat, familiaritate est usus, cuius opibus etiam creuit. Venetorũ exercitũ, cum esset Mediolanẽsiũ copiarũ dux, apud Caravagiũ memorabili clade superauit, captis eorũ uexillis. Post id pręliũ Veneti pacatis rebus ac finibus statutis, eum semper in honore habuere, ac sibi omnibus uijs cõciliauere stipẽdia dando. Elatus dein animo Frãciscus, & in spem principatus erectus, in Mediolanẽses, qbus semp militauerat, tãdẽ uires cõuertit: quos cum dura obsidione diu premeret, illi urgẽte fame auxilioch Venetorũ diem de die trahentiũ desperato, legatũ eorũ Leonardũ Venerium spe uana

Philippi res gestæ.

Bellum cum Venetis.

Italianus Foroiulienſis.

Ciarpelio

F. Sforciæ res

Franciſcus Sforcia

Sforciadum genus

Universidad de Deusto
Biblioteca

spe uana populum eludentem ad postremum in medio foro interfecerunt, Franciscumq; in urbem ac ducem receperunt. Qui confirmatis initio rebus Mediolanēsibus cum Venetis & Alfonso bellum suscepit, Renatum sibi regem auxilio ascisendo. Pax tandem opera cuiusdam monachi facta inuito Alfonso. Ducibus copiarum est usus Tiberto Brandolino, Nicolao Guerrerio Parmensi Othonis III. filio, Florauanto Perusino, Dulcio ex Anguillaria è gente Vrsina, Michaele Attendulo, Carolo Cāpobasso, & Roberto Seuerinate. Po-

Iac. Picininus stremo Iacobo Picinino, quem sibi generum adsciuit Drusiana filia notha pacta, quę antea Iano Fregoso duci Genuensi locata fuerat. Moxq; missum ad Ferdinādum Siciliæ regem captum insidijs utriusq; dicūt perijsse. Nam patri eius N. Picinino semper æmulus fuerat, paternas imitatus simultates, q; Brachius cuius ille alūnus fuerat, semper Sfortiæ fuerit aduersus. Itaq; cum Eugenio in rebus concilij Basilienſis occupato Frāciscus eius perpetuus hostis Picenum inuasisset, Alfonsi regis bellum uictor sustinuit à Pont. missi. Erat cum Alfonso Nicolaus Picininus, quem Frāciscus per tubicinem coram rege singulari certamine prouocauit, iussitq; appellari unum omnium ignauissimū hominem simul & proditorem. Ille commotus statim ante oppidum quod cinxerāt comparuit, at Franciscus egredi nusq; est usus. Capti in eo bello Iacobus & Frācisci Nicolai filij, qui spoliati bonis Philippi ducis precibus condonati sunt. Nicolaus igitur ubi suos captos uidit, re infecta domum abijt, animiq; mœrore paulo post decessit. Franciscus autem excessit anno MCCCCLXIIII. corpus eius triduo luctus gratia ab uxore adseruatū, superstitibusq; unà liberis Galeatio, Ludouico, Ascanio, Philippo, Octauiano, & Hippolyta Maria, quæ nupsit Alfonso duci

Galeatius Calabriæ Ferdinandi Siciliæ regis filio. Galeatius primus inter fratres in Gallia militans regi Ludouico, accepto de patris morte nuncio statim reuersus, dux creat: qui quo uixit tempore quanq; peritus rei militaris & impiger uideretur, nihil omnino gessit, ut qui partā in summa quiete ditionem accepisset, luxuria ac libidine omnis generis alioquin tanta, ut omnis anteiret, suisq; propterea & odio & contemptui esset, à quibus tandem interfectus est,

Ioannes An. Lāpugnanus. Georgius Lāpugnanus. Ioanne Andrea Lampugnano Mediolanensi aulicorum uno cōiurationis capite simul & percussore, ac Georgij Lampugnani nepote, qui post Philippi mortem inter authores populi libertatis & ipse interfectus fuerat, adeo hæc eis indoles uti Brutis insita uidebatur. Is igitur eum aggressus in æde ac festo diui Stephani in medio spiculatorum tribus uulneribus confodit. Statim trucidatus est, haud absimilis seruo illi qui in Hispania Asdubralem simili quoq; præsidio stipatum interfecit. Post eius mortem Ioannes filius puer admodum

Ioānes Mecce Ixxviij. Bona Sabaud. Cicchus Calaber Ludouic. Dux successit anno MCCCCLXXVIII. in tutela Bonæ matris Sabaudiæ ducis filiæ & Cichi relictus. Is Calaber ex humili loco ob solertiam & rerum prudētiam apud Franciscum auum pueri creuerat, remq; Mediolanēsem diu administrauerat. Defuncto Galeatio apud quem etiam in honore fuerat, eius fratres in exilium misit. Imperium puero cōseruauit, sed reuocato à populo Ludouico cōfestim capite plectitur: Bona expellitur: puer interea adeo lentus fuit ut annos XXII. quibus regnauit cuncta authore patruo Ludouico sint acta. Cuius auspicijs ac prudentia Mediolanensium dignitas ac opes cōseruatæ fuere. Deceden te adhuc adolescente Ioanne à populo dux declaratus tutelā Frācisci pueri suscepit, quem Ioannes ex Isabella Alfonsi regis Neapolitani susceperat. Blancham fratris Galeatij filiam Maximiliano Cæsari locauit. Ipse uero ex Beatrice Ferrariēsis ducis filia prolem etiā procreauit. Vir ore probo, moribus humanis, ingeniorum amantissimus, æqui seruātissimus. Nam & sæpe ius dicebat, lites longas & inextricabiles breuiter cognoscēdo. Postremo fortunam, quæ centum doctorum hominum consilia uincit, aduersam habuit, in bello Gallorum proditus ac captus, uti supra inter res Gallicas memorauī.

RES MANTVANORVM

MANTVA uersu & genere Virgiliano notissima à Manto fatidica Tyresiæ filia Tyberis coniuge, quæ in hanc regionē uenit. A Tuscis item originem habuit, quorum hæc una ex colonijs trans Padum missis. Hic quoq; ut authores tradunt

Lucumones XII. Lucumones qui magistratus Hetruriæ fuerant, annuisq; imperijs Hetruriā regebant, habitauere. Sed clarior hic locus ante omnia sanguinis prodigio, qui ex corpore dominico fluxit, & à Longino martyre ex humo collectus, ac in sacellum Andreæ apostoli conditus. Locus deinde Gonzagarum munere ædificijs auctus. Quæ tunc res Caroli Magni temporibus Leonem III. pontificem ab urbe Roma uisendi studio prouocauit.

uit. Ipsius uero Longini diu corpus ignoratum, ab Adelberto uiro sanctissimo, diuino admonito spiritu egesta humo repertum dicitur. Hic concilīū Nicolai II. de deligendo à cardinalibus tantum pontifice celebratū. In quo Matildis eius urbis domina dicitur interfuisse. *Matildis*

Postremo de expeditione communi aduersus Turcas à Pio conuentus Christianorū habitus. Hac urbe principes familiæq; diuersæ potitæ sunt. Prius imperatorum concessione Matildim dicunt eam possedisse, cœnobiumq; uicinum S. B. diuo Anselmo instante extruxisse, ubi uterq; conditus. Anno deinde MCCXX. Sordellus Mantuæ princeps habebatur, uastitate corporis ac uirium nulli suæ ætate secundus. Sępe cum fortissimis congressus ex prouocatione uictor fuit. Adcersitus à rege Gallorum cum primum coram adesset, negaretq; rex per iocum eum esse Sordellū, euestigio discessit, reuocatusq; ac interrogatus cur abiret, ut, inquit, Mantua testes adducam qui de me probent. Ecelini Veronæ principis sororem duxit, ab ea magno studio per amorem expetitus, cum clam incognita Mantuā usq; ueniret. Ecelinus huius occasione adfinitatis Sordellum postea sæpe de Mantuæ proditione frustra tentauit: tanta illi uiro dominandi cupiditas fuit. Hic enim ex patre monacho appellato Theutonico, qui sub Othone III. bello Italico meruit, natus una cum fratre Albrico tantos spiritus adsumpsit, ut Italiæ regnum adfectauerit. Crudelissimi alioqn ambo, quibus mater Adelaita sæpe malum uaticinata est exitum. Itaq; cum apud Romanum uicum transpadanum nati essent, Paduam primo, deinde Tarusium, Vicentiam, Veronam, Brixiam sibi subiugauerunt. Ecelinus itaq; relicto domi Albrico, ad obsidionem Mantuæ profecisse, eam triennio grauissimo bello pressit. Tandem cum rebus infectis discederet, ac Mediolanum postea contra Martinum Turrianum eius urbis principem tentaret, in prælio uulneratur, deductusq; promittente Martino Sontianū, ibi moritur. Paulocq; post etiam Albricus frater de medio tollitur. Mantuani igitur post Ecelini obsidionem, id agri, quod medium est inter Mantuam & Padum, claudere fossa ac uallo statuerunt, quod accolæ Seralium uocant, triangulari forma, circuitu XXX. milliarium, ne per obsidionem hostium commeatu prohiberentur, cum sit pars ea telluris feracissima. Post hæc inter Mātuanos & Cremonēses ortum bellum de Olij possessione. Familiæ Mantuæ illustres, Poltroni primū qui Cabrosos eiecerunt. Mox, Arlotti, Cassalodi, Grossolani, Agnelli, ac omnium potentissimi Bonacolsi. Quorum princeps Pinnamontes, qui prædictarum omnium simul familiarum passus olim coniurationem, omnes facile superauit. Hic enim ab initio Mantuæ magistratum semestrem obtinebat, qui uitæ necisq; habebat potestatem unà cum collega Othonello magno sanè uiro, quo per dolum de medio sublato solus patriæ tyrannidem exercuit annis XVIII. summa tamen omnium beneuolentia. Cui successit Bardelarius publicum odium. Dein Botesella ciuibus dilectus. Huic demum frater Passarinus. Cui filius erat Frācisceus, qui Philippino Aloisij Gonzagæ filio familiaritate maxima coniunctus fuerat, postremo infensus quod in suspicionē adamatæ uxoris ueniisset. Quapropter comiter eum salutanti olim Philippino iratus respondit, se quādoq; talionem redditurum, uxoremq; eius in medio foro constupraturum. Quæ res egregio inueni ac insonti uisa indigna, apud Guidonem fratrem reliquosq; suos primum questus est, illi de cōmuni consilio tollere de medio familiam statuunt. Itaq; re dissimulata Canis Scaligeri clam auxilio cōuocato die quodam de improuiso coniurati tumultum in foro faciunt, Passarinū apud curiam obuium & ad ædis suas clausis foribus frustra intrare properantem interficiūt: ea demum causa, quod postea Gonzagæ in tumultibus præsertim, fores cōtinuo iubent esse apertas. Passarino interfecto reliqua sanè turba diffugit. Gonzagæ imperio potiūtur, illi pulsi, cum imperassent annos LIII. In uictos pater Gonzagarum Aloisius uti clementia iussit, nec persequi ulterius. Franciscum sceleris authorem capite tantum mulctauerunt. Nunc Gonzagarū genealogiam simul & res gestas breuiter narrare contēdam. Ea siquidem sicuti & pleriq; Italiæ nobiles ex Germanis huc olim profectis originem sumpsit. Quorum princeps Aloisius anno MCCCXXVIII. filios habuit, Guidonem, Philippinum, & Feltrinum. Ex secūdo matrimonio totidem, Cōradum, Albertum, & Fredericū. Postremo ex tertio quod fuit ex familia Malespinarū totidē, Aertum, Iacobum, & Ioannē. Eodem igitur tēpore tres nuptiæ celebratæ patris Aloisij, filij Conradi, & Vgolini nepotis ex Guidone, quorū alter Mastini Scaligeri sororē, alter Papiensem uirginē è gente Becaria duxit, ubi omnis ferè regio Trāspadana ad celebritatē cōcurrit, ac dona ingentia adlata. Aloisius item & ipse CXX. equos donauit.

Bonacolsus *Passarinus* *Bonacolsus* *Philippinus Gonzaga* *Gonzagarū progenies & res gestæ.* *Tres eodē pore nuptiæ patris, filij nepotis.*

Ecelini genus & bellū contra Mantuanos. *Bellū Mantuanorū & Cremonensium.* *Familiæ illustres Mantuanæ.* *Pinnamontes*

Universidad de Deusto
Biblioteca

donauit. Philippinus post hæc sub Ludouico Pannoniæ rege meruit, in Italiam contra regem Neapolitanum ueniente. Domi interim ortum bellum à uicecomitibus ex adulterio Isabellæ uxoris Luchini uicecomitis, & Vgolini Gonzagæ Guidonis filij. Hæc simulata apud uirum religionis causa Venetias ad Ascensionem eundi iter ingressa Mantuam uenit, ubi in domum Gonzagarum hospitum & amicorū uiri diuertit. ibi post cœnam clam noctu Vgolinum in cubiculum uocat, amorem aperit, eius se causa eo profectam dicit, secum cubare unaq; iter facere secum uelit obsecrat. Quod facinus post iter confectum ubi compertum est, Luchinus Transpadanos suosq; omnes ad ultionē excitat, rem indignam, uiolatum hospitium queritur, ueestigio Mantuam obsidione cingunt. Guido pater insons dolore penè exanimatus paulominus, quin ipsemet meritas à filio pœnas morte expeteret: res tandem composita ac sedata interuenientibus pacificatoribus, utriusq; partis amicis. Interim Aloisius moritur annorum XCIII. felix prole liberorum ac nepotum. Guido natu maior rem paternam administrabat: liberisq; tribus susceptis: Vgolino, quem supra nominaui: Francisco, & Ludouico, hi duo ultimi indignati, quod pater tantum primo habenas tradidit, contra Vgolinum coniurant. Itaq; Franciscus eum ad cœnam inuitat, interim Ludouicus de improuiso adest, Vgolinumq; in mensa confodit, conantiq; resistere, alter Franciscus qui prope aderat uulnus iterat. Tulit pater infelix acerbo rem animo, simul & tota ciuitas. Quem luctum liberalitate ac ludis sedare quæsiuerunt in nouis nuptijs Franciscī habitis: qui filiam Guidonis Polentæ Rauennatis principis ea tempestate duxit. Barnabas interim uicecomes ægre ferens parricidium fratrum, uindicare bello statuit, eo quod uxor trucidati Vgolini sua neptis fuerat, quam subito domum reduxit. Itaq; obsidione Mantuam cingit. Illi ad Caroli imperatoris hospitis auiti præsidiū confugiunt, qui tunc in Italia res gerebat, ac ab Aloisio quondam honorifice exceptus fuerat, cum ad diadematis solennia proficisceretur. Res tandem per sequestros transacta. Paucis post annis Franciscus moritur, post eum Guido pater, quem uti parentem ciuitas luxit. Ludouicus itaq; rem tenens, ædis in quibus nunc habitant successores extruxit. Franciscum filium ex Alda uxore suscepit, cui adhuc impuberi Agnetem Barnabæ filiam locauit, ipse in adulterio deprehensus capite à Mantuanis plectitur. Franciscus anno ætatis XIII. salutis uero MCCCLXXXII. rei paternæ successēs, quod ducis Ioannis Galeatij fœdus ac societatem belli negasset cupiens in pace uiuere, in eius contumaciam uenit, ex quo anguem tunc è signis Gonzagarum delcuit, quem ex obseruantia uicecomitum acceperāt. Hinc itur ad arma. Annum Galeatij obsidionem magno periculo sustinuit, ubi multum militum, ac hominum fortium consumptum est. Fuere duces partium Gonzagarum Guido Torellus & Bertolinus Gonzaga uir fortissimus. Hostis uero Vgoloctus Blancardus. Tandem auxilio Venetorum qui Ioannem Barbum cum classe miserant, & sequestro pacis Carolo Malatesta uiro omnium ea tempestate iustissimo res cōposita. Dicitur in eo bello Galeatium Gonzagam uirtutem maxime ostentasse. Hic uelut alter Hercules uastis uiribus ac corpore, plures ex prouocatione uicit: inter quos Buccialdum ingentem Gallum tunc Genuæ præfectum. Franciscus post hæc eidem duci contra Bononienses & Ioannem Bentiuolum militauit, ubi cepit Iacobum Carrarienſem, procq; eo captiuo spopondit libere Mantuæ uagari permisso. Ille humanitate principis abusus aufugit: unde querela magna exorta. Extincto duce cōtra Carrarios Venetis militauit, eosq; de statu rerum omnium penitus deiecit. Moritur anno MCCCCVII. relicto Ioanne Francisco ex Margarita Malatesta filio puero XIIII. annorum. Is initio principatus cœnobium Cartusiense absoluit. Paulam Malatestæ Ariminensis filiam laudatam, ac religiosissimam mulierem duxit, ex qua Ludouicum suscepit cum reliquis fratribus. Cui Barbaram marchionis Brandeburgensis filiam locauit. Hæc adfinis erat Sigismundi imperatoris, quem hospitio excepit, simul & ab eo marchio primus factus. Decessit anno MCCCCXLIIII. principatu quadrifariam diuiso. Ludouico maiori Mantuam, Marturiam, Godium, & quicquid ad Veronenses uergit. Caroli Regiolum, Gonzagam, Luzariam, & quicquid de Cremonensibus possidebat. Ioanni Lucido qui gibbosus erat, Caprianam, Voltam, Redengum, Ceresariam. Alexandro religioso Cannetum, & quicquid ex Brixianis tenebat, reliquit. Ludouicus igitur patri successor ac diu contumax fuit. Nam in bello Brixiensi cum Venetis militaret ad Philippum hostem transfugit, ubi sub Nicolao Picinino militiæ rudimenta accepit: quod pater ita ægre tulit,

Initiū belli cū Vicecomitibus ex adulterio Isabellæ & Vgolini Gonzagæ

Guidonis progenies

Vgolinus a fratribus interficitur.

Barnabæ obsidio

Ludouicus Aedes principales

Franciscus Io. Galeatij obsidio.

Vgoloctus Blancardus Galeatij Gonzagæ fortitudo

acobus Carariēsis captius aufugit.

oannes Franiscus arbara Brāeburgensis

Ludouicus

tulit, ut eius & congressum & adspectum & mētionem penitus interdixerit, uixq; tandem biennio antequàm decederet reconciliatum admisit. Adsecutus hæreditatem cum Carolo fratre bellum de imperio gessit. Is enim Carolus uasto uir corpore simul & robore, satis etiam eloquentiæ, animo tamen malo prauoq;. In bello quondam inter Franciscū Sfortiam & Mediolanenses bis utrinq; transfuga, ac Francisco tandem conciliatus spondente Ludouico fratre fuerat. Cumq; promissis minime stando res nouas moliretur, Ludouicus indignatus castra omnia quæ ex patrimonio possidebat ei eripuit. Ille Venetorum cui militabat, auxilijs armatus contra fratrem uenit. Res aliquandiu timori Mantuanis nec procul à periculo fuit. Tandem Ludouicus superior captis cæsisq; plurimis apparuit. Ille fugiens senex postea in paupertate decessit. Rebus deinde constitutis Ludouicus imperatorē Fredericum III. primum Romam petentem hospitio excepit, eiusq; adfinem Margaritam Bauariæ ducis filiam accepit, ex qua genuit Fredericum, qui ditioni successit, Ioannē Franciscum, Rodulphum, & Franciscum cardinalem à Pio Pont. factum, qui nostra ætate apud ædis Laurentianas habitabat. Vir iocis & ocio natus, luxu regio ac præter facultates, alioquin uerax, & inter patres consilio haud inutilis. Decessit admodū iuuenis ex intemperantia. Frederico autem natus Franciscus cum fratribus patrium nunc imperium continuat.

Fredericus imper. hospitio exceptus.

Ludouici proles.

RES FERRARIENSIVM

FERRARIA à Smaragdo patricio Exarcho Italiæ dicitur mœnibus circundata, uocataq; à ferro Præsulibus Rauennatibus quibus subdita erat, sicuti Argenta & Aureolum uicina oppida ab eius generis metallis: eam occupatam ab Henrico III. imperatore, pontificis hoste, Matildis comitissa Venetorum Rauennatumq; auxilijs uindicauit Estensium, deinde familia quæ ex Estensi oppido trans Padum uenerat, ciuitate potita est, cuius princeps Actius rempublicam administrabat, Frederici II. imperatoris tempore. Is dicitur in quadam historia Matildem post uiri mortem cepisse in matrimonium, quod non sanè conuenit, cum illa anno MCXVI. decessisse appareat, Henrici II. ex Beatrice sorore neptis. Vocatus deinde ad Veronæ imperium à factione comitum S. Bonifacij, mox ab Ecelino tyrāno pulsus, armis Mātuanorum restitutus est. Prælio deinde apud Veronam instaurato & Actio interfecto Ecelinus potitur, anno MCCXXXV. Huic Aldobrandinus filius, qui iuuenis admodum extinctus successorem fratrem habuit Actium II. qui domo pulsus à Frederico II. Ferrariam occupante, inducto tyranno Salinguerra Ferrariense ad Gregorium Montelongum Italiæ legatum tunc agentem Bononiæ confugit. Legatus ueestigio comparatis auxilijs Venetorum ac Mantuanorum, tum etiam Ecelini, qui Actij sororem duxerat, Salinguerram expulit, urbemq; Actio loco Romani pontificis regēdam tradidit, Gregorio IX. probante. Is deinde Caroli II. regis Neapolitani filiam Beatricem secūdo matrimonio duxit. Cum è primo Friscum suscepisset, qui patri iratus ob inductam nouercam, simulq; dominandi cupidus, eum in carcerem coniectum mori coegit, auxilioq; Venetorum urbe potitur. Ferrarienses ob facinus indignati Palagurram tunc legatum in ultionem tanti facinoris sollicitauere. Legatus Friscum Venetosq; sacris interdicit, quos desistere nolentes armis expugnare decreuit: Diegumq; Catalanum impigrū ducem cum exercitu mittit, qui tumultus authores quos habere potuit, capite mulctauit. Friscus truculētior factus statim aduersarum partium homines cunctos trucidat, urbemq; ex parte magna incendit. Quare populus concitatus illum ad portam leonis insecutus iugulauit, probante Dalmatio Guascone Clementis IIII. in ea urbe uicario. Nec Venetos tamen prohibere potuit quin dimidiam ferè urbis partem tenerent. Frisco igitur sublato Rainaldus frater alter Actij filius qui succedebat, in carcere etiam extinctus. Obizonem paternæ rei successorē reliquit, qui primus extra nidum paternum, lacertos mouit, Regium Lepidi, ac Mutinam bello sibi subiugauit. Huic Accius III. filius successit, qui in bellis & ipse frequenter fuit, Parmam, Bononiamq; tentauit: cumq; liberis careret, duobus imperium ex fratre Albobrandino nepotibus dimisit, Rainaldo qui prior regnauit, & Nicolao. Rainaldus igitur ampliandorum finium cupidus, Argentam Rauennatis præsulis oppidum Passarino Bonacolso auxiliante occupauit. Deinde cum Scaligeris iunctis copijs castrum S. Felicis in agro Mutinensi obsedit, quod oppidum Manfredus rex cum alijs XXX. castellis Carolo Boemiæ regis filio commēdauerat. Quamobrem Carolus ipse ac Manfredus cum Beltrando copiarum ponuificis

Matildis.

Aldobrandinus.

Actius II.

Gregorius Montelōgus.

Salinguerra tyrannus.

Friscus.

Palagurra legatus.

Diegus Catalanus.

Obizo.

Accius III.

Aldabrādinus

Rainaldus & Nicolaus fratres.

M.cccxxxij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tificis duce obsidentes castra adoriuntur,partimq; fugant,partim capiunt.Inter quos fuit Nicolaus Rainaldi frater. Legatus igitur pontificis successu rerum auctus animo ac uiribus, his rebus superuenit,Ferrariam uersus tendens eam obsidere cœpit. Rainaldus princeps Nicolai frater qui urbis custodiæ remanserat,egressus mœnibus hostes prælio superat,ac duces ferè omnes cepit. Galeottum Ariminensem, Franciscum Ordelaphum, Ricardum,Manfredum Fauentinum,Hostasium Polentanũ,quem cum Nicolao fratre commutauit,quos omnes iuratos ne amplius contrauenirent liberos dimisit.Post hec Ferrariensium precibus commotus,qui sacris interdicti fuerant,Argentam pontifici sponte reddidit.Decedens ad extremum Obizonem II. ex Nicolao fratre nepotem reliquit successorem.Hic à Benedicto pontifice per legatum Ferrariæ,Mutinæ,ac Argentæ. S.R.E. uicarius tributi conditione X. milium aureorum primus eorum constituitur,Parmam Mastini Scaligeri urbem ab Accio Coregiate qui eam tueri non poterat,sponte traditam recepit, quam & ipse paulo post cum contra Philippum Gonzagam cuius perpetuus hostis ob Regium Lepidi fuit,tueri minime ualeret,Luchino uicecomiti tradidit. Ad extremum decessit Nicolao & Alberto filijs superstitibus.Nicolaus II. pontificum perpetuus fuit amicus atq; adsertor,cum Barnaba uicecomite sæpe bello congressus plures retulit uictorias,inter quas illa memoratur,quam apud montem Morlanum in agro Brixiensi adsequutus est.Fauentiam urbem à Ioanne Haucut duce Anglico XX. milibus nummum aureorum:Deinde Bagnacauallum emit,quam ciuitatem haud multo post Astorgius Manfredus per proditionem adeptus est.Ferrariã diuersis muneribus ornauit.Postremo cum sine liberis esset, Alberto fratri imperium patrium annis XXXV. ab se rectum reliquit,qui & ipse cum legitima careret prole,Nicolao III. spurio filio rem dimisit, anno MCCCXC/IIII. Is puer admodum in cura tutorum relictus,ab Accio è familia Estensium ut nothus impugnatus,à Venetis, Florentinis,& Bononiensibus defensus est.Qui Actium non solum urbe submouerunt,sed etiam captum in Cretam relegauerunt. Igitur Nicolaus dum per ætatem licuit Othonem III. tyrannum Parmensem inimicum habuit.Quapropter operam dedit, ut specie colloquij circumuentus à Sforcia obtruncaretur, Regiumq; Lepidi ac Parmam quibus ille dominabatur, in suam redegit potestatẽ:inde ad publica domi munera mentem applicans, in uico Stellata munitissimam arcem,alteramq; item è regione Filarolum extruxit,ubi & catenam ex utraq; trahi uoluit,quæ Padi ripas communiret.Belreguardum item amœnum Estensium secessum ædificijs ornauit,uxorem duxit Ziliolam filiam Francisci iunioris Carrarien sis , cui & contra Venetos auxilium tulit, quamobrem & durissimum postea eorum sustinuit bellum . Concilium Ferrariæ sub hoc tempore ab Eugenio celebrari cœptum est.Liberos è diuersis pellicibus Leonellum & Borsum ex successione dimisit hæredes.Suscepit item duos alteros ex secunda uxore è marchionibus Salutiarum orta Herculem & Sigismundum.Decessit Mediolani postquàm regnasset annos XLVII. uir admodum inter Estenses præterquàm quod literis caruit felix. Leonellus è Stella pellice ortus annos IX. rexit eleganti uir ingenio . Ferrariam ex parte Padi nouis auxit mœnibus, uicos urbis renouauit, uias munijt. Moriens Nicolaum filium puerum quem ex uxore Ioannis Francisci Gonzagæ filia susceperat Borso commendauit,ut hæreditatem illi quam ab eo acciperet,dimitteret.Borsus itaq; ex pellice Senẽsi Ptolemæorum familiæ genitus,inito principatu ne qua inter fratres nasceretur inuidia,Herculem & Sigismundum quos Neapolim Leonellus relegauerat , adcersiuit , simulq; cum Nicolao aluit, mœnibus urbem restituit,Cartusiensium nobile cœnobium extruxit,ubi & se contumulari post fatum mandauit.Ingenijs magnopere fauit,quæ undiq; exercita domi alebat , inter quæ Titum Strotium poetam Florentinum,Ioannem Auriſpam, Vgonem medicum,Petrum Bonum lyristen egregium.Dux Mutinæ factus à Friderico III. dum illac iter ille haberet.Postremo apostolorum basilicas ac pontificem magna comitum pompa nobis spectantibus salutatũ uenit,à Paulo q; magnifice exceptus paucis post diebus abijt. Excessitq; anno sequenti,quo tempore & Paulus ipse,anno MCCCCLXXI. Hercules deinde rem suscepit auxilio Venetorũ,cum Nicolaus Leonelli filius qui ex pacto quo pater cum Borso conuenerat,successurus uidebatur,urbem aliquãdiu tenuisset, sed pulsus tandem ad Ludouicum auum maternum Mantuam confugit,ibiq; post annos tris reditum tentans obæratos circiter octingentos armauit,captaq; occasione per absentiam Herculis nocte Ferrariam ingressus de improuiso forũ inuadit,magno fragore uela uela clamitãdo,quod eius tessera fuerat. Cumq; nullus per aliquot horas amicorum insurgeret : Sigismundus Herculis frater collecta rusticorum & oppidanorum turba eos eiecit , persecutusq; extra urbẽ Nicolaum in quadam palude delitescẽtem cepit cum X. comitibus,ac ad Helionorã Herculis uxorem duxit.Illa statim uirum è Belreguardo euocat : qui post diem tertium Nicolaum securi percussit : manesq; post funeris pompa atratus honorauit, sepulchroq; maiorũ intulit. Post hoc à Florẽtinis, qui à Sixto Pon. & Ferdinando rege Neapolitano oppugnabantur, dux exercitus delectus. Anno deinde tertio in dissensionem cum Venetis uenit,quod non seruare uetus cum illis fœdus diceretur. Qua propter bello ab eis petitus, usq; adeo fame ac armis diu premebatur:ut nisi Sixti ac ducum prædictorũ ingens ac pertinax fuisset auxiliũ, proculdubio succubuisset,ut alibi narraui , Ex Helionora Ferdinãdi regis filia prolẽ habuit: in qua primus Alfonsus reb⁹ paternis successurus , Alexãdri Pont. qui toti Æmyliæ suis tributarijs bellũ indixerat , uexationi occurrit, ducta nuper eius in matrimoniũ filia Lucretia.

VENETIA REGIO.

SEQVITVR secunda Transpadanæ pars quam Venetiam appellant : hodie uero Marchiam Taurisianã.Longobardi enim Italia potiti eam partim Ducibus,partim Marchionibus commiserunt:qui lingua eorũ perpetuũ magistratum & hæreditarium significant . Cum duces non ex successione fuissent : A Carolo autem magno Delmatia supra mare hæc pars appellata.Termini eius Atheſis usq; ad Timauum qui supra Aquileiam fluit.In quo tractu Foroiulienses sunt. Venetorum aũt originis Straboni duplex fama: aut à Venetis Galliæ Belgicæ,aut ab Enetis Paphlagoniæ populis,qui post bellũ Troianum una cum Antenore hæc loca petierũt. Plinius uero authoritate Catonis Troiana stirpe ortos esse dicit.Igitur ad ipsum Atheſim urbs maxima VERONA à Cenomannis una cũ Brixia uti supra dixi,ædificata. Clara Catullo,Plinio, Æmylio Macro . Ex recẽtioribus uero Zenone urbis Præsule sanctissimo:præterea Luchino Verme qui Cretã Venetis rebellem sua uirtute recepit : deinde in Turcas profectus Christi causa certando perijt:Iacobus Vermes eius filius collabentem sæpe Ioannis Galeatij exercitũ restituit.Armoricarũ Comitẽ & Ioãnem Haucut aduersus Mediolanũ eo tempore uenientes prælio apud Alexandriã conserto profligauit, Comitẽq; cepit. In eadẽ urbe duæ sunt omnino factiones,Mõticulẽses,& Comites S. Bonifacij.hi Mõticulẽses creato Accio Estẽsi urbis Tyrãno deiecerũt : qui ab Ecelino post ea pulsus,inde restitutus:tandẽ cõmisso bello,& Accio interfecto Ecelinus potitur anno. MCCXXV .immanissimus Tyrãnus: ut qui CC. Veronẽses in carcere cremauerit. Cũq; audisset de Paduæ defectione, XII. milia Paduanorũ, quos militiæ prætextu obsides secũ duxerat,diris adfectos cruciatib⁹ Veronæ necauit. Quo extincto apud Soncinũ oppidũ, Veronẽses S.Bonifacij comitibus reuocatis in libertatẽ erecti aliquot annos quieuerunt. DEINDE Scaligeri ciues Veronenses patriæ Tyrannidẽ occupauerũt : quorũ author Canis grandis Alberti filius Mastini Capitaneorũ nepos,primus ex ea familia qui lacertos ditionis extenderit. Tribunus populi quẽ Capitaneum uocant,creatus annos ferè XX.dominatus est. Ciuitatesq; Cremonã,Parmã,Regiũ, Vicentiã,Paduam,Fertinum, laurisiũ,in potestatẽ redegit : Gonzagis auxilio fuit,ut electo Passarino Mãtua potirentur . Decessit sine liberis relicta fratris Alboini filijs tyrannide Alberto & Mastino : quorũ Mastinus defuncto breui tempore fratre præfuit annos . XVII. non minori atq; patruus animi magnitudine:ut qui Bauaro Imperatori formidini fuerit:imperioq; maiorũ Bergomum & Brixiam uicecomitibus:& Parmam Roscijs ademptas adiecerit. Dein Lucã, Vicentiam, Paduam, eius principe Vbertino expugnato recepit. Quare iam uicinis inuidiosus bello petitur à Venetis primo : deinde à Luchino uicecomite:qui pacem poscenti hac cõditione dederunt,ut & Vicecomites & Vbertinus suas possessiones reciperẽt,Ipse Veronã, Vicentiã,Parmã,Lucamq; teneret.Sed cum eas tueri nõ posse animaduerteret anno. MCCCXLIIII. Lucam Florentinis uendidit.Parmã uero Carrariẽses abstulerũt. Filios suscepit Canẽ grandẽ Canſignorũ & Alboinũ. Filiam uero Viridẽ Beatricẽ quã Barnabæ uicecomiti locauit. Ex pellicibus uero plures alios. Canis igitur iunior Tyrãnidẽ annos. XLII. tenuit. Quo aliquãdo absente Friganus eius ex concubina frater capta occasione Veronã inuadit : quẽ reuertẽs Canis cũ exercitu obsedit : deniq; potitus de fratre deq; seditiosis supplicium sumpsit:uerum insequente anno à Canſignoro Albuinoq; fratribus

Venetorum origo.
Verona
Luchinus
Vermes
Iacobus
Vermes
Monticulẽses & Comites S.Bonifacij.
Ecelinus Tyrannus.
Scaligerorum progenies & gesta.
Canis grãdis
Mastinus I
Mastinus II
Canſignorus
Alboinus
Canis grandis II
Friganus nothus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canſignorus Antonius & Barptolemæ⁹

ciuibuſq; unà conſpirantibus Verona expellitur. Canſignorus uero poſtquam dominatus aliquot annos fuiſſet, circa annum M.CCCLXXVII. extinctus eſt, relictis Antonio & Barptolemæo filijs: qui æquo iure annos v. regnauerũt. Antonius per proditionẽ & ſcelus fratre à ſe interfecto paulopoſt à Frãciſco ſeniore Carrariẽſi bello petitur. Cumq; expugnari non poſſet, Ioannem Galeatiũ uicecomitẽ ducem cõtra ſe adcerſitũ nõ ſuſtinuit. Itaq; ipſius loannis Galeatij fidei Verona tradita Antonius exulauit. Cuius filius Gulielmus mortuo Ioãne Galeatio, ac rebus trans Padum turbatis ad regnũ paternum recuperandũ animũ adplicuit, fretus auxilio Florentinorũ quibus militauerat, ac unà cum filijs Veronã nocte quadam ingreditur, eadẽq; ab ipſis Carrariẽſibus captus eſt, ac ueneno ſublatus. Brunorus uero & Antonius eius filij cum annũ in pace Veronã poſſediſſent, ab Iacobino Carrarienſi inuetus Caſtellũ uocati per dolũ cõficta cauſa necati ſunt. In quibus Scaligerorũ familia deſecit, quæ annos ferè LXX. regnauit. In eadem urbe in exteriori porta Burſariorũ hæc hodie inſcriptio cernit. Colonia Aug. Verona noua Gallieniana. Val. II. Non. Aprilium dedicari Pr. Non. Decembr. Iubente ſanctiſſimo Gallieno Aug. Inſiſtente Aurelio Marcellino. V.P. Duc. Curãte Iulio Marcellino, Nũc ad reliqua trãſeamus. Secundũ flumen Atheſim, uerſus eius ortũ, Tridẽtũ eſt oppidũ, à Rhetis unà cum Fertino & Berna ædificatũ Plinio. Inferius uero Benacus uarijs ornatur caſtellis: Peſcara, Lunato, Lagiſio, Bardolino, Garda: unde lacui nomẽ, Turri, Malſenno. Ex alia parte, Sirmio Catulli patria, Riuoltella, Minorbio, Feliciano, Parluaſio. Poſtremo Salodi totius regionis capite: ex his Peſcara & Lunatũ antiquæ Mãtuanorũ poſſeſſiones arbitror. F. Sforti͡a ineũdæ cõcordiæ gratia Venetis ceſſere. Ludouico Gonzaga ægre ferẽte. Inter lacũ quoq; & mare optima terra in inſulæ modo panditur, oppidis etiã nouis referta: de qua paucis ab hinc annis ingẽs inter Ferrarienſes & Venetos orta cõcertatio, tãdẽq; Veneto ceſſit. In hac Rouigo, Eſtum unde Eſtenſiũ familia. Propius autẽ mari Polẽta, unde totus hic tractus cognominatur. Hinc etiam familia de Polẽta quæ Rauẽnæ quandoq; dominata eſt, ut in eo loco dicturi ſumus. Vltra duæ nobiles urbes Vicẽtia & Padua. Prima Gallorũ eſt ædificiũ, media duorũ fluminũ Teſſinæ & Bambilonis Plinio. Hæc ſeſe ante alias ſpõte Venetis dedidit. Hinc & Palæmon nobilis grammaticus fuit Tranquillo & Euſebio teſtibus. PADVA & Patauiũ antiquitus dicta Antenoris ædificiũ, cuius ſepulchrũ adhuc oſtẽtant, triplici circũdata muro. Medoaco amne ab accolis Brenta uocato, nõ ut quidam putãt Timauo. Huc nauigatur è portu Medoaco nomine eodẽ quo flumẽ, ut ait Strabo. Euganei prope colles & populi, qui uaticinium habere credebãtur: eos Plinius à generis nobilitate Græcam etymologiã traxiſſe dicit. Prope & Aponus uicus Liuij patria, ubi & aquæ calidæ morbis uarijs aptæ, Claudiani elegiaco carmine laudatæ, & à Theoderico Gothorũ rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro. Hic & Arquata item uicus, ſeceſſũ Petrarchæ notiſſimus. Vrbs autẽ inter alios Prodocinũ habuit eius urbis præſulẽ natione Græcum Petri apoſtoli diſcipulũ, qui annos XCII. uixit, ibiq; ſepultus eſt: recẽtiores quoq; Lunactũ & Muſactum iuriſperitos. Tum Marſilium & Ioannẽ Horologiũ medicos. Pileum de prata & F. Zabarellã Cardinales. Macrobius de Sa. ubi de fide ſeruorũ tractat, dicit q; imperãte Aſinio Pollione tributũ Paduæ, quum omnes latitarẽt, nullum ſeruũ fuiſſe inuentũ, qui libertate propoſita dominũ proderet. Pædianus ait Patauinis bene de rep. meritis, datũ fuiſſe ius coloniarũ & Latij in magiſtratibus & ſuffragijs. Cicero in Philippicis Patauinos Romanorũ amiciſſimos fuiſſe teſtatur, q; remp. difficillimis tẽporibus & armis & pecunia iuuerint. Hãc urbẽ Attila rex Hunnorũ anno CCCCXXX. ferro igniq; abſumpſit, à Naſerte deinde & Rauẽnatibus inſtauratam Lõgobardi iterũ uaſtarunt, quo tẽpore Patauini Riualtũ Venetijs ædificarũt. Quieuit multis poſtea ſeculis ea urbs uſq; ad Frederi cum II. tunc ab Eccelino tyrãno dominata eſt: cui extincto Carrariẽſes ſucceſſere, qui tribunatus titulo, quẽ capitanatũ uocãt, patriæ tyrãnidẽ annos fere centũ exercuerũt, mœnibus cæteriſq; ædificijs urbẽ quaſſam recõcinnauerũt. Ex eis primus Marſilius urbẽ ac domũ illuſtrem reddidit, pater patriæ dum uixit, appellatus. Canis grãdis potẽtiam quãdoq; ueritus ſpõte dominationẽ reliquit. Poſt eius mortẽ remp. repetẽs magna cum gratia geſſit, moriẽs ſine liberis Vbertinũ cognatũ hæredẽ inſtituit, qui Paduã in pace tenuit annos ſex. Deinde à Maſtino Scaligero pulſus, paulopoſt Venetorũ ope reſtitutus eſt. pace inter eos facta. Demum excedẽs remp. Marſilio iuniori reliquit, qui eodẽ anno ab Iacobino cognato interficitur. Is quoq; quum poſt parricidiũ annos quatuor adminiſtraſſet, tandẽ à Gulielmo filio notho &

Antonius expulſus.
Gulielmus Brunorus & Antonius
Inſcriptio Veronæ.
Tridentum
Saloda
Inter lacũ benacũ & mare poleſium.
Rouigo
Eſtum
Poleſium
Vicentia
Padua
Timauus
Euganei colles.
Aponus
Arquata
Prodocinus
Seruorum fidelitas.
Eccelinus
Carrariẽſiũ progenies & geſta.
Marſilius
Vbertinus

thio & ipſe obtruncatur, nullam aliam ob cauſam, ut aiunt, niſi ob dolorẽ & uerecundiam natalium patris cauſa inflictã. Habuit item alterũ ex matrimonio Franciſcum ſeniorem, qui annos XI. magna cũ beneuolẽtia rexit, Paduam uarijs ornauit muneribus. Demũ cum Barnabam ſocerum ſuum ab Ioanne Galeatio captũ defendere ac liberare ſtatuiſſet, regnum & uitam amiſit. Nam ab eo in prælio uictus ac captus Medoeciæ in carcere extinctus eſt, Anno M.CCCLXXXXIII. Corpus filio Frãciſco iuniori petenti cõceſſum ac magnifice tumulatum. Qui poſt aliquot annos paternũ inimicum metuens ad Bauarũ Imperatorẽ cõfugit, auxiliantibus poſtea Florentinis ac Venetis ignotus Paduam clãm ingreſſus omnia præter arcem fauentibus etiã ciuibus obtinuit, qua paulo poſt Ioannis Haucur ducis Florentinorũ auxilio obtenta regnauit annos XV. Mortuo Ioãne Galeatio magno uelut terrore ſublato audacius egit. Gulielmumq; Scaligerũ exulem unà cũ filijs Brunoro & Antonio Veronam introduxit, callido cõfilio, ut urbem tumultuantem ſibi ſubijceret, quod euenit. Nam eis poſtea per inſidias de medio ſublatis, Veronã diu optatã ſuo adiecit imperio, Iacobinoq; filio regendã tradidit. Poſt hæc Brixiam tentauit, ſed ab Iacobo de cruce & Octobono III. ducis Mediolani cõmilitonibus repulſus eſt. Vicentiã quæ Venetorũ eſt laceſſiuit. Quamobrem illi Franciſcũ Gonzagam cũ exercitu miſere, qui breui tẽpore Veronã expugnauit capto Iacobo filio. Paduã deinde tradentibus ciuibus cepit, ac cum Franciſco egit, ut ipſe unà cum filio Iacobo ſupplex Venetijs ueniã peteret præteritorũ. Qui cum obtemperaſſet, à Venetis cũ iurgio excepti & cuſtodiæ traditi ambo, necatiq; ſunt anno M.CCCCVI. Cal. Decemb. Superſtites filij duo Marſilius & Vbertinus captã cernentes patriam ad Hetruſcos cõfugerunt. Atq; hic finis nobilis familiæ Carrarienſiũ, haud multo poſt ſatũ Scaligerorum ſecutæ. HINC reliquas Venetiæ terras exequar: iuxta littus Adria quã ſupra narraui, Agedũ, Platuum, Belunum, Opitergiũ, Altinum, Cõcordia colonia, Fertum. Antiqua ſanè omnia. Opiterginorũ meminit Cæſar in cõmentarijs, deprehẽſos in naui à ſeſe mutuis uulneribus petitos occubuiſſe, ne in manus Pompeianorũ uenirent: Opitergio à Rotari Longobardorum rege deleto, eius urbis Præſul Magnus poſt annos XIII. ad ſtagnum cõfugiens Seuerino Pontifice ab Heraclio Imp. probantibus ciuitatẽ Heracleam cõdidit. Altinum item corruit, cuius Præſul Paulus eodem ferè tẽpore unà cum populo qui ſuperfuerat ex eiuſdẽ Pont. auctoritate ſex oppida ædificauit, Torcellum, Maiorbũ, Burianũ, Amorianũ, Aimanũ & Conſtantiacũ iuxta Torcellum, à Conſtante Heraclij filio Imp. cognominatũ cum ille in Italiam ueniſſet. Erat & prope oppidũ Montiſilicis uocatũ, quo illorum etiam temporum iniuriam paſſo Montiſilicẽſes inter ſtagna conſtruxere Albiolam & Metamaucum, ubi quondã Medoacus portus fuit, & Palæſtinam ubi Philiſtinã foſſam Plinius appellat, & Foſſas Clodias antiquum oppidũ renouarunt, quod Feſtus ait, à Clodio duce Albanorũ olim ædificatum. Concordia colonia item Plinio, qua unà cum alijs ſublata, oppidani inter ſtagnates aquas Caprulas oppidum excitauerũt, Fertum & incolæ Fertini Plinio, hodie Feltrũ Rhetiorũ oppidum. Inferius uero ſecundũ flumen Silum Tauriſci oppidũ nunc Taruiſiũ, ubi pater Tullæ regnauit, ex Tauriſcis qui Norici ſunt, ut ait Strabo: propè uero in ora ipſæ Venetiæ, de quibus poſtea. Flumina præcipua Silus, Tiliauẽtum, ex Rheticis montibus liquentia, ex Opiterginis Alſa, omnia priſca nunc retinentia nomina. Itẽ Varianus, Natiſo è Carnorum iugis: prope quem Aquileia XII. mil. paſſ. à mari diſtans: de qua mox pluribus. Poſtremo Timauus Venetiæ finis. A Tiliauento enim hucuſq; Carnorũ regionem Plinius Straboq; uocant. Nos hodie Foroiulienſem & Patriam dicimus. Quæ iuncta lapidiæ eſt regioni Dematiæ, quã nunc Corinthiam uocãt. Vnde Timauus fluit nouem oribus, & uno magnoq; oſtio in mare labitur, ut Strabo, Mela, Vergilius, unde per ora nouẽ: & rurſus, & lapidis arua Timaui. Forumiulij uero antiqua ciuitas, cuius incolas Plinius Foroiulienſes uocat. Eſt aliud Iulium Carnicũ ſupra ad montana pertinens, cuius colonos Iulienſes Carnorũ appellat, quod nunc putauerim Golitiam eſſe, cui comes præſidet duci Auſtriæ ſubiectus. Foroiulij duces Longobardorum præficiebantur. Ex his Giſulphus dux tẽpore quo Agiulphus regnabat & Phoca imperabat à Cacano Auarũ duce captus atq; interfectus eſt. Romalinda dein uxor oppidum quod diu obſeſſum tuebatur, Cacano ob amorẽ matrimonij pactione prodit. Ille & oppido & mulieris amplexu per cõiugium potitus: iam fide liberatus eã mox proſtituit atq; necauit. haud abſimili exemplo Tarpeiæ Romanæ, quæ armillarum gratia ſimul & amoris Sabinis Capitoliũ prodidit, unde & ipſa præcipitata. Filiæ uero matre caſtio

Franciſcus ſenior.
Franciſcus iunior.
Fran. callis conſilium.
Marſilius & Vbertinus.
Adria
Agedum
Platuum
Belunum
Opitergium
Altinum
Concordia colonia
Fertum
Magnus pr.
Heraclea
Torcellum
Maiorbum
Burianum
Amorianum
Aimanum
Conſtantiacũ
Albiola
Metamaucũ quod & Medoacus.
Palæſtina
Foſſa Clodia
Concordia
Caprulæ
Fertum
Taurifei
Flumina
Silus
Tiliauẽtum
Alſa
Varianus
Natiſo
Timauus
Foroiulienſes ſeu Patria.
Iulium Carnicum.
Iulienſes
Carnorum
Golitia
Giſulphus

Universidad de Deusto
Biblioteca

res crudis pullis sub mammis religatis, stuprum inferre uolentes fœtore absterruerunt. In hac item regione nouum oppidum Vtina, à ducibus (ut ferunt) Austriæ circiter annum M.CC. ædificatum. Aquileia, inquit Strabo, à Romanis condita incumbentibus opposita Barbaris, Emporium Illyricarum gentium. Plinius item & Liuius de bello Macedonico. Aquileia Colonia latina eodem anno in agro Gallorum deducta. Hæc enim urbs nó prius caput extulit quàm subactis Pannonijs: ex quibus tanquam claustris ad Danubium patefactis, tutum id cœpit esse iter: quod teste Tranquillo Augustus sæpe frequentauit. Deficientibus enim cæteris Adriatici maris ciuitatibus, eò multitudo ob mercaturam conueniebat. Cui postremo deficienti Venetiæ successere. Aquileiensium fides Romanis probata Maximinorum patris & filij bello, ut scribit Capitolinus, cum deficientibus neruis ad sagittas emittendas capillis mulierum uterētur. Quod ante Romæ factum in bello Senonum: unde in matronarum honorem Veneri Caluæ templum dicatum. Item Annibalis tempore, matronæ aurum gemmasq; in medium contulere. Apud Aquileiam hæc inscriptio legitur. Cæs. August. Aquileiensium restitutor & conditor uiam quoque geminam à portu usque ad pontem per Tyrones iuuentutis nouæ Italiæ sui delectus posterius longi temporis labe corruptam restituit. Vrbem tam uetustam & nobilem Attila rex Hunnorum diruit: neque unquam ei postea resipiscere fuit. Coloni migrantes Gradum tunc oppidum in insula Gradensi uocitata exstruxerunt. Ex quo patriarchatus eius diuisus anno DCX. Agiulfus dux Foroiuliensis elegit Ioannem abbatem Patriarcham ueteris Aquileiæ, Candiano superstite Patriarcha nouæ Aquileiæ, quæ apud Gradum iam erat à Romanis Pontificibus constituta. Conuenitq; inter eos, ut qui esset Aquileiæ patriarcha, omni continentis regioni præesset pariter & imperaret. Qui autem apud Gradum, omni Venetiarum ducatus regioni præesset. Ex illo, Præsulis ditioni Aquileia subest.

Vtina.
Aquileia.
Aquileiensium fides.
Inscriptio.
Gradum oppidum.
Aquileia sub præsulis ditione.

RES VENETORVM.

Venetiæ.

VENETIAS ipsas Laurētius monachus scribit cœptas ædificari anno salutis CCCCXXII. vij. Cal. April. nōnulli CCCCLVI. quo tēpore Attila Aquileiā cæterasq; urbes diruit, quas paulò supra cōmemorauit: quarū ue ruina resurrexere. Quæ autē forma reip. quibus ue initijs creuerint breuiter ex eorum commentarijs repetam. Primus in ea magistratus Tribuni fuere, annos ferè CCXXXII. Postea duces creati. Quorū primus Paulutius Heracleanus apud Heracleā à Senatu populoq; lectus præfuit annos XX. Post eum Marcellus Heracleanus annos IX. Vrsus itē ex Heraclea annos XI. Deinde per seditionē interfectus. Ab hoc Exarchus, qui ad eum Venetias cōfugerat hortatu Gregorij pontificis, restitutus in Rauēnæ sedem: unde à Limprando fuerat per obsidionem expulsus. In prælio captus Ildeprandus eius nepos & dux Vicētinus auxiliaris. Deinde antiquatū ducatus nomē, ac magister militū annuus creatus cum ducatus potestate: fuereq; hi uiri quinq; ex successione: Dominicus Leo, Felix Cornicula, Theodotus Vrsi filius ab exilio reuocatus: Iulianus Hipatus, Ioannes Fabritianus. Hic magistratu deiectus, ac oculis mulctatus. Post hæc orto inter Insulanos & Heracleenses bello, relictis ob cladem his sedibus simul cum Equitio Medoacum migratum est: ubi anno DCCXLII. res ad ducē redijt: ac Adeotatus Vrsi quōdā ducis filius dux creatur: qui in suspicionē ueniens tyrānidis magistratu deijcitur, ac oculis erutis mulctat. Cuius successores Gablaus siue Gabla & Dominicus Monegarius uiri ambo facinorosi, breui tēpore eūdē penitus fortiti sunt exitū. Mauritius Heracleanus anno DCCXLVII. Ioānem filiū principatus consortē malo quidē exēplo primus adsumpsit, Ioannē Patriarchā Grandensem consentiente Senatu expugnatū de altera turri præcipitauit, surrogato Fortunato Patriarcha: tandem uterq; magistratu deijcitur. Obelerius Tribunus Medoacēsis dux delectus ac per seditionē pulsus Taurisium ausugit: ubi ab exulibus Venetis iterum dux creatur. Post eum Beatus & Valētinus ex successiōe fratres simul annis v. Quo tēpore Pipinus Caroli filius Italiæ rex Venetos oppugnabat: ac Medoacum sustulit. Ex quo Veneti in Riualtū cōmigrarunt. Angelus Particiacus Heracleanus dux primus in Riualto factus palatiū ducale nūc extans ædificauit: ac urbs ipsa Riualtum appellari cœpta. Deinde Heracleam breuiore ambitu resiciens appellauit Nouam ciuitatem. Cœnobium item S. Zachariæ exstruxit: ubi & eius corpus condidit. Duos administrationi filios adhibuit: quos ambos in Riualto successores habuit. Prius Iustinianum anno DCCCX. Quo tempore corpus diui Marci à mercatoribus ex Alexān

Initia Venetorum.
Paulutius Heracleanus.
es ad duces ducta.
Riualtum.
ngelus Particiacus.
alatium ducale.
oua ciuitas i Heraclea.
Corpus diui Marci.

ex Alexandria delatum est. Ioannes Particiacus, dein frater eius annos XXIII. reipublicæ præfuit. Templum diuo Marco à Iustiniano fratre inchoatū absoluit. Medoacum ciuitatem destruxit, dum Obelerium nouum ibi ducem creatum bello persequitur. In Galliam adcersitus à Ludouico Gallorū rege, profectus, indeq; bona cum gratia reuersus est. Mox Carossio potente ciue simul cum coniuratis qui in eum absentem coniurauerant necato, cum Mastalitiæ familiæ nobili aduersaretur, captus apud Gradū relegatur, ubi in Cœnobio reliquū uitæ tēpus persancte monachū egit. Petrus Tradonicus ex Pola ciuitate, an. DCCXXXVI dux factus Ioannem filium cōsortem administrationis habuit. Templum S. Pauli extruxit: à Michaele Imp. Constan. rogatus naues LX. contra Saracenos, qui ex Africa in oram Heturiæ adplicuerāt Saba duce misit, quæ ab illis partim captæ, partim depressæ fuere. Is orto tumultu apud sanctum Zachariam uesperi trucidatur, ibiq; sepultus, postq; administrasset annos XXIX. Vrsus Particiacus anno DCCLXV. Ioannem filium secum adhibuit. Saracenos qui Anconam occupauerant expulit. Quare ei à Basilio Imper. Constan. gratiæ actæ, ac Prorospatharius factus. Vrsus uero muneris loco XII. tintinnabula ærea magni ponderis ei remisit, quæ prima fuerunt apud Græcos. Ioannes Particiacus Vrsi filius rexit annos VI. Comaclum oppidum Rauennatibus ademit. Vir tamen togæ magis quàm armis natus ac mira facundia præditus: cum in ualetudinem incidisset longam, inutilisq; reipublicæ uideretur, sponte se magistratu abdicauit. Petrus Candianus annum durauit, aduersus Illyricos bellum gessit, alteroq; apud Muranum superatus atq; interfectus, & in templo Gradensi contumulatus est. Ioannes Particiacus licet mutus factus magistratum repetijt, donec ob cladem ab Illyricis illatam populum leniret tumultumq; sedaret: post menses sex iterum cessit. Petrus cognomēto Tribunus, anno DCCLXXXIII. Pannonios, seu potius Hunnos ad consanguineos suos in Pannoniam secundo uenientes, ac oram Venetorum populantes, terra mariq; compressit. Nam fossam Clodiam Heracleamq; nouam ciuitatem deuastauerāt. Præterea urbis partem à Riualto ad sanctam Mariam in Iubanico muro cinxit, ad euripum maiorē crate ferrea clausit. Vrsus Badoarius siue Particiacus, an. salutis. DCCCCXV. magistratus uero XIX. ab Imperatore Cōrado nummi signandi ius obtinuit, compositisq; patriæ rebus magistratu se abdicans in cœnobio diui Felicis Amiani usque ad extremum tempus persancte uixit, multisq; claruit miraculis. Petrus Candianus rem annos quatuor administrauit. Hic filius illius Petri qui in Bello Delmatico occubuit, filium habuit eiusdem nominis. Protospatharium Albertum & Berengarij III. Imperat. filium qui tunc Rauennæ dominabatur, & auxilio Comaclensium & Iustinopolitanorum mercatores Venetos infestabat, bello superauit. Comaclum oppidum expugnauit, atque incendit. Item eos qui uirgines quasdam Venetorum die nuptiarum rapuerant, apud Caprulas insigni prælio uictos subiugauit, recuperatis uirginibus, ac centum uini cadorum censu pollicito. Post hunc duo Petri ex successione creati, alter Vrsi Badoarij, alter Petri Candiani filius, quorum nihil extat memorabile. Hic Candianus à patre olim in collegam adsumptus ob insolens ingenium deiectus imperio & in exiliū actus, auxilio Alberti Berengarij Imp. filij classem contra patriam armauit, uerum paulo post patri ob animi dolorem defuncto successit. Vxorem optimam fœminam, ex qua filium Vitalem susceperat, ob ætatē iam grauem abdicauit, Vaderta Alberti supradicti filia ducta. Denique cum esset omnibus intolerabilis ob libidinem ac improbos mores, populum in se concitauit. In prætorioq; inclusus unà cum filio infante necatur, ac corpus in carnificinam delatum membratimq; concisum: in quo tumultu templum diui Marci & domus supra trecentas dicuntur flagrasse. Petrus Vrseolus, DCCCCLXXXIII. dux XXIII. uir optimus à populo iudicatus, cum religiosissimus, ut qui sæpe clanculum cubicula pauperum ægrotantium adire soleret ac rogare siquid opus: Gradum ciuitatem muro cinxit, templum diui Marci incendio absumptum restituit, propiusq; Xenodocheum nobile extruxit. Deniq; compositis patriæ rebus magistratu se abdicans, cum uxore, quam post susceptum filium ex uoto utriusq; nunquam attigit, ex urbe in Aquitaniam se contulit, ubi cœnobio perpetuo dicatus miraculis claruit. Cuius exemplo Ioannes Maurocenus monachus promotus, & ipse sancti Georgij cœnobium maxima impensa ampliauit. Vitalis Candianus Petri Candiani ducis frater statim inito magistratu in ualetudinē incidit. Quamobrem officio se abdicans monachū & ipse egit, ac quarto post die morbo inualescente decessit. Quo tempore ipsius interfecti filius Præsul Gradensis quem pater abdicaue-

Ioan. Partic.
Templum S. Marci.
Carossi coniuratio.
Petrus Tradonicus.
Vrsus Partic.
Ioan. Partic.
Petrus Candianus.
Nūmi signandi facultas.
Vitalis Candianus monachum egit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat,& ad Othonem II.confugerat,ad uindicandā patris sui hospitis & necessarij cædem in censum mitigauit, Venetisq; amicum reddidit. Tribunus Memmus quum orta esset inter duas nobiles familias Caloprinos & Maurocenos discordia, magistratu se abdicare coactus,in cœnobio monachū egit:ubi paucis post diebus ex animi (ut creditur) dolore excessit. Petrus Vrseolus magnopere remp.auxit:à Basilio & Cōstātino Imperatoribus impetrauit,ut immunes essent à portorijs Veneti. Omnem fere Illyriam cum insulis in potestatē redegit:Othonē II. Venetias ex uoto clam uenientem noctu excepit:ab eoq; multa Venetis impetrauit. Petrum filium ab eo chrismate perunctum,Othonem deinde nominauit,quem postea cum alio fratre Cōstantinopolim misit:ubi à Constātino & Basilio Imper. decora & honores retulere. Cum Ioanne Præsule Belunensi qui res Venetas infestabat fœdus iniuit. Cum Narentanis Delmatiæ populis perpetuis hostibus, uastatis eorū finibus,pacem fecit. Gradū instauravit: Corpora Fortunati,Hermagoræ,Hermogenij,Dionysij nouo cōdidit sacrario. Hoc tēpore Falerij qui Venetijs nobilitate pollebāt,cœnobium S.Benedicti extruxerunt simul & locupletarūt. Vrseolus autē postquam annos duodeuiginti præfuisset moriēs mādauit se tantū in atrio tēpli S. Zachariæ citra funeris pōpam contumulari. Otho Vrseolus eius filius Adrianos,quod eorū classem in Hierosolymitanam expeditionē impediuissent,maxima clade adfecit. Gradū ciuitatē à Pepo Aquileiensium Patriarcha dolo captā & dirutā ex S.C.instauravit. Postremo quibusdā de causis magistratu deiectus,Constantinopolim in exiliū ab ingrato populo mittitur cum annos v. solus administrasset. Quē penitus exitum successor eius Petrus Centranicus cōsecutus est. Vrsus Patriarcha Gradensis frater Othonis Vrseoli autoritate senatus præfuit tantisper dum Otho ab exilio reuocaretur. Quumq; ille interea perijsset, Vrsus ortam in patria seditionem cōposuit: mox anno elapso adstāte populo magistratu se abdicauit,ut propriæ saluti cōscientiæq; consuleret:cui pariter & reipub.nequaquam uacare posset. Dominicus Vrseolus per tumultum & seditionē adeptus principatū tertia die coactus est ob populi metum Rauennā cōfugere: ubi in ærumnis decessit. Dominicus Flabanicus iam decrepitus ob sapientiā dux factus:cuius opera & consilio Otho Vrseolus pulsus fuit. Statuit consentiēte senatu ne quis in futurum dux successorem sibi deligeret,cum eò res uenisset ut essent omnia uenalia. Item quod nobilis Vrseolorū familia tanquam tumultuosa & patriæ seditiosa expelleretur,quæ nunquam postea reuixit. Dominicus Cōtarenus dux XXX. exstruxit cœnobium Sancti Nicolai de Lido. Iaderenses ad Salomonem Pannoniæ regem deficiētes,bello compressit. Cum Roberto Guiscardo Normando bella gessit:extinctus est post annos XXVI. in patrum ac plebis gratia. Dominicus Syluius M.LXVIII. cunctos ante se duces autoritate superauit. Quapropter sororem Nicephori Constantinopolitani Imperatoris duxit: eiusq; gratia contra Robertum Guiscardum à Michaele expulso contra Nicephorum cuocatum ac Dyrrachium obsidentē classem armauit. Vnde magno adcepto incommodo rediens magistratu deiectus est. Eius uxoris delicias ac ingentem mollitiem Petrus Damianus & Vincentius Gallus commemorant: Rore collecto lauabatur,unguentis iugiter oblita: ex quo diuina prouidentia uices & ipsa experta in ualetudinem incidit:ex qua tabido corpore in ærumnis decessit. Vitalis Faledrus classem instauratam,iterum auxilio Imperatoris Alexij, qui expulso Nicephoro imperio successerat,cōtra Robertum mittit:quæ rursus uicta ac profligata est. Ab Alexio ipso obtinuit ut Delmatiæ Curuatiæq; imperiū,quas Piratis ademissent,Venetis perpetuo concederet. Ea ferè tempestate corpus diui Marci antea ignoratum,sese in eadem æde manifestauit,brachio exerto extra humum. Ex illo igitur loco postea augustiore reconditum est,solis duci & procuratoribus manifesto. Vitalis Michael subsidiariam classem nauium centū, quam in expeditionē Hierosolymitanam miserat,cum Michaele filio præfecto amisit. Contra Pisanos aduersus Venetos apud Rhodum non satis apparente de causa uenientes felicius dimicauit,superata eorū classe nauium XXV. Ordelaphus Faledrus uir animo ingēti & industria exercitatus bella plurima gessit:inter quæ contra Delmatiam nauali pugna:ubi multis oppidis in potestatē redactis,ad ultimū interfectus fuit. Ea tēpestate Venetijs tēpla nōnulla simul cum ædibus flagrauere,terræmotusq; ingens urbem totam cōcussit. Ciuitas etiam Medoacensis maris inundatione pariter & incēdio deuastata est. Concessumq; Clodiensibus,ut ex eius ruinis ædificia publica construerent. Quo tempore etiam Gradonicorum familia Cypriani templum ac cœnobium Mariani ædificauerunt,ut eò se transferrent

uirgines

...asilio & Cō...antino impe...atoribus.

...otho Imper.

...aleriorum ...amilia.

...rsus patriar...ha ob sancti...tē se magi...tratu abdica...uit.

...rseolorū, fa...ilia seditio...expulsa.

...ominicus ...ontarenus.

...ominicꝰ Syl...ius dux ma...imus Nice...hori Impera...oris sororius ...obertus ...uiscardus.

...uxiliū Ale...j cōtra Ro...ertum.

...orpus Mar... prodigio

...uētum duci ...r procurato...bus tantum ...anifestum.

...italis Mi...hael.

...rdelaphus.

...baledrus.

...ædium Ve...tijs.

...radonicorū ...milia.

uirgines, quæ in æde eiusdem diui apud Medoacum fuerant. Bodoarij quoque ei proximum Crucis delubrū cum cœnobio excitarunt. Croatiam quoque cum plurimis Delmatiæ locis rebellibus perdomuit,expugnata insuper Iadere mœnibus usque deiectis,quæ ante ad regem Pannoniæ Colomanum defecerat. In Syriam aliam classem ad eas terras reliquas religioni parandas misit. Patauinos bello ui etiam superauit. Cum eisq; fœdus sequestro Henrico Imperatore iniuit. Quumq; interea Pannonius exercitum instaurasset, Ordelaphus in prælio uictus occubuit, domumq; relatus in æde Marci sepelitur, pax Venetis per oratores impetrata. Præfuit annos XIX. Dominicus Michaēl rogante Calisto pon. quum Balduinus rex Hierosolymitanus esset captus,cum classe CC. nauium profectus à Turcarum obsidione liberauit, Tyrumq; recepit. Iussus tandem ab Emanuele Imperatore qui Caloioanni successerat,ac tantæ uictoriæ inuiderat reuerti, ob iram in itinere multas ipsius insulas diripuit, sed & Spalatrum & Tragurium Pannonijs ademit. Corpus sancti Theodori martyris Venetias ex Chio insula quam expugnauit adlatum, ac in æde Marci in sacello quod partim Narses ex manubijs consecrauit collocatum. Ex Pera quoque corpus sancti Donati in templo Venetijs à quodam Marco Iuliani constituto positum. Aedes etiam Charitatis hoc tempore excitata: præfuit annis XI. Petrus Palanus Iustinopolim imperio Venetorum adiecit: in qua expeditione interfectus est,domumq; relatus, ac in cœnobio sancti Cypriani sepultus. Ea tempestate Seruatoris ædes dicata,cui uicarius præerat Bonfilius Michaēl. Præterea Petrus Gatilusius Clementis templum excitauit. Xenodocheum apud Maiorbum impensa Vrsi Badoarij magna ex arte extructum. Contra Rogerium Guiscardi perpetuum Venetorum hostem auxilio Imperatoris Emanuelis, cui Cercyram plurimasq; insulas ademit,uictor pugnauit, eiq; imperium semiamissum restituit, ubi etiam interfectus est,cum regnasset annos XIX. Dominicus Maurocenus studijs pacis deditus, urbem magis ornauit ædificijs quàm auxerit imperio. Inter cætera opera turrim tintinabulorum diui Marci excitauit: præfuit annos IX. Vitalis Michaēl II. contra Emanuelem Imperatorem cum classe profectus Chium cepit, moramque nectendo peste prohibitus nō ultra sequi,quæ aquis infectis opera hostis adscribitur: ubi Iustiniani omnes ad unum perierē qui in ea expeditione fuerant, relicto uno tantum iuuene Nicolao monacho: qui Pontificis consensu uxorem duxit Annam filiam ipsius ducis, unde reliqua soboles orta. Vitalis igitur infecta re domū reuertens populum quoque peste infecit. Cumq; pro concione se excusare uellet, à quodam uulneratus interijt. Cædem eius successor Sebastianus Zianus est ultus, creatis X. uiris qui quæstionem de hoc cæteris'que similibus exemplis agerent. Is pro Alexandro III. bello nauali pugnando Fredericum Aenobarbum profligauit, Othonem'que filium eius captum Venetias duxit, ex quo pax secuta. Alexander donis plurimis ducem ac Venetias munerauit, ut plumbatis literis uti possint, ut medius Pontifex inter Imperatorem & Ducem sederet. Ornatum quo nunc duces utuntur tribuit. Veniam quoque delictorum in Ascensionis festo concessit. Sebastianus post hæc cum in ualetudinem incidisset, in cœnobium sancti Georgij se transferre iussit, ubi post aliquot menses obijt, relictis cœnobio plurimis fundis: quo tempore Norandinus quoque in oriente extinctus est, quum præfuisset annis XXVIII. Aureus Mastropetrus successit,qui paulo ante magistratum eundem recusauerat,Sebastiano'que supradicto cesserat ob modestiam Dux XL. Annos XIIII. obito fœliciter magistratu se sponte abdicans,in cœnobio S. Crucis reliquum uitæ tempus persancte monachus exegit. Henricus Dandalus classem subsidiariam expeditioni Hierosolymitanæ misit cum Præsule Rauennate præfecto. Iaderem ciuitatem quarto rebellantem subiugauit. Orator quondam profectus ad Emanuelem Imperatorem questum ab eo uiolatum esse ius gentium,tamdiu coactus est æra candentia adspicere donec luminibus orbaretur. Quamobrem ex illo Veneti inimici Græcis fuere & Gallis auxiliares ut Constantinopolim caperent, ubi postea & ipsi ex cōuentione ius etiam dicebant,Prætorem'que unum creabant: quorum primus fuit Martinus Zenus,Cretam à Bonifacio Mōferratensi permagno emit: decessit Cōstantinopoli,sepultus in atrio S.Sophiæ. Petrus Zianus Sebastiani ducis filius Cercyrā, Methonē, Coronā,quæ loca piratarū fuerāt,cepit:sed & priuatis ciuibus diripiēdas occupādas'que insulas Græcorū odio dedit. Cretā rebellantē in officio cōtinuit. Cōstantiā filiā Gulielmi regis Siciliæ duxit uxorē. Cum præfuisset annis XXII. se magistratu sponte abdicans secessit in

ædem

Emanuel quē Caloioanni succesſit.

Corpus S.Theodori

Corpus S.Donati

Spalatrum & Tragurium Pannonijs adempta.

Bonfilius Michael.

Petrus Gatilusius.

Rogerius perpetuus Venetorum hostis.

Dominicus Maurocenus.

Vitalis Michael.

Chius adempta Manueli Alexander III. Venetijs receptus.

Aureus Mastropetrus se ob ſanctitati abdicauit, monachūq; egit

Hēricus Dandalus priuatus luminib.

Creta emitu

Creta rebelli

Candax Colonia in Creta deducta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædem S.Georgij. In Cretam hoc tempore noua Colonia Candax ducta est: ex quo postea tota insula cognominata. Iacobus Tepulus author fuit, ut XXV. triremes auxilio Michaeli Palæologo contra Theodorū Lascarim mitterētur: ex quo superata captaq; hostili classe obsidione Cōstantinopolis liberata est. Quo tempore Imperator cū pecunia magnopere indigeret à Venetis eam mutuatus est: locoq; pignoris lanceā ac spongiam Crucis dominicæ monumenta misit. Iacobus præterea Pontificis partes secutus incōmoda multa passus est: præfuit annis. XX. Marinus Maurocenus author, ut Innocentius diui Marci Primicerio in dulgeret, ut is Pontificalibus insignibus uti posset. Quamobrē primus meruit in porticu diui Marci ducali ornatu cōtumulari. Rainerius Zenus anno. MCCL. pontē in Riualto cōstruxit, platea strauit, bella cū Genuēsibus adscitis in societatē Pisanis gessit. Laurentius Tepulus Iacobi ducis filius anno. MCCLX. uirtute simul & humanitate effecit, ut Ceruienses sese Venetis sponte dederēt. Inducias quinq; annorū cum Genuensibus pepigit, quum diu pugnatū esset, pacificatore Clemente. IIII. qui utriusq; partis legatos Viterbiū adsciuit: præfuit annis sex. Iacobus Cōtarenus cōtra Bononiēses qui toti penè Flamineæ dominabātur, bellū inuitus suscepit: cum esset pacis in primis studiosus, tum natura quietus. Triennio q; uaria decertauit fortuna: demū utriq; sessi, pacē hac conditione fecere, ut Bononiēses castellum quod in ostio Padi cōstruxerant diruerent, eius ostij cura simul & imperio Venetis relicto. Nōnulli hoc bellum Genuense sub hoc Laurentio Tepulo gestū dicunt. Sub Cōtareno aūt bellum Anconitanū portoriorum item causa: qui senio iam cōfectus, quū se nō satis utilem reipublicæ uideret, magistratu se abdicauit, priuatus uiuere statuens, paucisq; post diebus extinctus est. Ioānes Dandalus bellū contra Genuēses renouauit, deinde cōtra Anconitanos se cōuertit, qui mercimonia cōtra fœdus in Delmatiā exportarēt. Tandē Veneti post multa incōmoda utrinq; accepta, Nicolao. III. iubēte, pacē æquis cōditionibus fecere. Mox cum Imperatore, ut aureum nūmum, quē ducatum appellant, signare liceret, obtinuit. Cum Istris rebellibus biennio pugnauit. Cū patriarcha Aquileiēsi, qui illis fauebat, bellum renouauit. Ptolemais q̄q̄ acriter defensa diripitur à Soldano. Petrus Gradonicus anno. MCCLXXXX. Baiamontis Tepuli nobilis & seditiosi ciuis tumultū exortū in patria compressit. Quo tempore Decemuirale cōsilium cōstituit. Hic enim Baiamōtes, uelut alter Catilina necare senatū, tyrannidemq; cū coniuratis inuadere, statuta die conspirauit. Post hæc Petrus Peram Genuēsiū classe delatus in Græciā inuasit. Reuertēs inde ab eis in Adriatico sinu maxima clade adficitur, nauibus sexaginta desideratis, ex qua illi triumphātes domum redire. Deinde Ferrariā Frisco Estensi cū patre Accio cōcertante cepit. Interdictus propterea sacris à Clemēte: præfuit annis duodecim. Marinus Georgius, qui ob probitatē Sāctus est cognominatus, interdictus & ipse ob eandem causam. Ditissimus alioquin: cœnobium sancti Dominici sua impensa exstruxit. Præfuit annū tantū. Ioānes Superantius. MCCC XIII. Iacobi Quirini & Marini Barotij ciuiū seditiosorū tumultū extinxit, nōnulli Petro Gradonico supra memorato hoc referūt. Propterea procuratores sancti Marci sex ex S. C. cōstituit, qui rempub. curarent. Ferrariā, ut interdicto sec; ac remp. liberaret, probantibus restituit. Missus huius rei gratia orator Frāciscus Dandalus in Galliā ad Clemētē Pōtificē, q pōtifex eū ante mēsam humi proiectū cōsistere, uinculis in collo iniectis, iussit. Quapropter Franciscus ex illo Canis cognominatus est, q ueluti canis, causa patriæ, sit factus. Ioānes in super Spalatrū, Tragurīū, Sibinicum, & alia complura Delmatiæ loca sponte se dedentia recepit, præfuit annis. XVI. Franciscus Dandalus quem supra nominaui. MCCCXXX. Polentinos etiā sponte se dedentes, in fidē accepit. Classem rogatu Andronici Palæologi, & Ioānis. XXII. Pontificis cōtra Turcas tunc Imperatori infestos misit. Aduersus Mastinum Scaligerum dimicauit, Petro Roscio Parmensi ductore exercitus. Paduamq; ei adeptam Carrarijs dedit. Bartholemæus Gradenicus prudentia magis quàm armis rem auxit. Primus societatē cum Florētinis, qui iam potentes esse cœperant iniuit. Præfuit annis II. Sepult⁹ in diui Marci porticu. Andreas Dādalus Cretēses deficiētes bello nauali cōpescuit Clemētis Pōtificis rogatu, triginta triremes contra Saracenos Hispaniā uastātes armauit. Aduersus Genuēses tertiū bellū renouauit. Apud Bosphorū nauali prælio pugnans, primū uictor: deinde uictus à Philippo Auria eorum duce discessit, in quo Chium amisit: Euboiā uix tenuit. Vrbem ædificijs magnopere ornauit, quam pestilentia maxima insecuta lugubrem reddidit. Nonnulli dicunt non in Saracenos Hispaniæ triremes, sed in Turcas octo

Lancea & spongia à Michaele Palæ. Venetis pignori data.

Rainerius Zenus.

Bellū Genuē. Ceruiēses spōte se Venetis dediderunt.

Bellum cum Bononiēsibus.

Bellum Anconitanum.

Aurei nummi signandi potestas.

Ferraria cap. Marini Barotij & Ioannis Quirini sedition.

Procuratores ex Sācti Marci creati.

F. Dandalus orator Canis cognominatus.

Auxilia lata Andronico Palæologo.

Andreas Dandalus bellum cōtra Genuen. III

Chium Veneti mittunt.

octo naues armasse, ex icto fœdere cum Clemente. Præterea ab Ægypti Sultano impetrauit, ut in eius regionem naues mercis gratia traducere posset, consentiente pontifice. Cum Genuensibus iterum Veneti prælio congressi apud Calarim Sardiniæ ciuitatem, uictores fuere, Antonio Grinaldo eorum præfecto superato. Ex quo illi effractis uiribus, se Ioanni præsuli uicecomiti dedidere. Postremo ab eisdem, quibus Paganus Auria præerat, Pola prius direpta, deinde apud Sapientiam insulam prope Methonem singulari clade adfecti fuere, capto Nicolao Pisano Venetæ classis præfecto. Andreæ igitur post annos duodecim succesit Marinus Falerius uir facinorosus, ut qui rempub. inuadere uoluerit, quare à senatu post mensem septimum captus, & ad scalas curiæ securi percussus, reliqui coniurati crucibus adfixi. M. Cornarius interrex tantisper factus, quousque Ioannes Gradonicus dux deligeretur. Cuius tempore seditiosorum reliquiæ ex Mariniana cōiuratione ad Pannoniæ regem Ludouicum confugerunt, quorum impulsu rex in agrum Taurisianum populabundus, cum XL. millibus armatorū uenit, Innocentio tunc pontifice frustra pacem componere conante, quamobrem Venetos multis adfecit incommodis. Gradonico interim post annum & duos menses extincto, sufficitur Ioannes Delphinus, qui prouisor fuerat bello Taurisino. Is uestigio pacem à Ludouico impetrauit, præfuitq; annis quinque. Laurentius Celsus uir rei naualis peritus, ut qui antea bellis maritimis præerat, dux factus absens, quum legatione apud Carolum regem Galliæ fungeretur. Cui pater dicitur obuiam una cum reliquo senatu ire noluisse, ne filio caput aperire cogeretur. Cretam iterum rebellantem bello compressit. Ex qua uictoria ludi pro templo diui Marci sunt acti, cōcursu hastarum, quibus interfuit rex Cyprius, tunc fortè è Gallijs reuertēs. Præfuit annis propè quatuor. M. Cornarius MCCCL. eloquio præstans, ut qui sæpe missus orator fuerit, multa ob facundiam impetrauerit, Dux factus bellum contra Ludouicum regem renouauit: à Carolo imperatore, apud quem orator fuit, eques factus est. Andreas Contarenus pater patriæ merito uocatus, alterq; Venetiarum conditor, quod eam à maximis inimicorum periculis liberauerit, inter quæ Genuensium maximum fuit, qui ob Tenedum eis ab Andronico Imp. concessum, & à Venetis eis ademptum, quartum bellum excitauerūt, ad scitis sibi Ludouico rege, & patriarcha Aquileiensi, ac Carrarienſibus. Clodiam post longam obsidionem diripuerunt. Ante hæc cum Leopoldo Austriæ duce conflixerunt. Itaq; pace cum eo primum facta, Clodiam per Nicolaum Pisanum qui in Polæ perditione inuidia ac calumnia quorundam in carcerem coniectus fuerat, deinde in tanto discrimine liberatus, recuperauit. Taurisium grauiter à principe Carrariensi, qui Ludouico regi militabat, obsessum, iuuante Leopoldo Austriæ duce, cui oppidum dederat, incolume defendit. Pace demum cum omnibus facta, excessit, anno magistratus XIIII. Iaderem quotidie deficientem ac tumultuantem tandem à Ladislao rege Pannoniæ emit. Michael Maurocœnus pestilentia post menses quatuor absumptus. Antonius Venerius Franciscum Gonzagam ab obsidione maxima Ioannis Galeatij per ducem eius Carolum Malatestam, ex fœdere liberauit. Clodiam à Genuensibus semidirutam restituit. Præfuit annis XVIII. Michael Stenus Vicentiam hortatu ducissæ Mediolani Catharinæ, post mortem uiri Ioannis Galeatij, quod se à Carrarienſibus tueri non poterat, sponte deditam acquisiuit. Deinde Paduam & Veronam per bellum, Francisco cum filio in carcere necato, præfuit annis XIII. Thomas Mocœnigus dux absens factus, quum legatione fungeretur apud Cabrinnum Fundulum, Carolum Malatestam Aponi ducem fecit, ad tuendum Venetorum statum contra Sigismundum imperatorem, qui ueniens in Italiam ad ferreum diadema suscipiendum, Taurisium aliaq; loca ceperat, Veronam in officio continuit, Turcas classe ingenti superauit, Piratas æquore toto fugauit, Pannonios quotidie tumultuantes bello repressit. Præfuit annis X. Franciscus Foscarus MCCCCXXIIII. inter principes uiros uirtute & rerum gestarum gloria commemorandus, cui nihil ad uirtutem aut felicitatem præter literas defuit, Rauennam, eius principe Hostasio Polentano expulso, ac ciuibus sese dedentibus, recepit. Contra Genuenses apud Chium insulam prospere pugnauit: Brixiam duce F. Carmignola, & Bergomum, & Cremam adsequutus est. Ipsum uero postea ducem, ut infidum, quod bellum Brixiense ducere comperisset, ut Philippo urbem seruaret, securi in medio foro percussit. Postremo iam nonagenarius postquàm præfuisset annos triginta quatuor, quod propter æuum iam inutilis reipublicæ uideretur,

An. Grinaldus præfectus Genuensium.

Marinus Falerius ob adfectatum regnū securi per cussus.

M. Cornarius

Io. Delphinus

Laurentius Celsus

Creta iterum rebellat.

M. Cornarius

Andreas Contarenus

Bellum IIII. Genuensium ob Tenedum

Nic. Pisanus Clodiam defendit.

Taurisium defensum

Iader empta

An. Venerius Vicentia data

Padua & Verona

Sigismundus Imperator.

F. Foscarus

Carmignola

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indignum facinus

retur, ab ingrata patria se magistratu abdicare iussus, ex animi (uti putatur) dolore paulo post decessit. Fertur enim eius patri qui in Ægypto negociabatur, prophetam ex illis quendam prædixisse habiturum eum filium, qui princeps quandoq; patriæ foret. Foscari temporibus thesaurum S. Marci Stamatus Cretensis homo subripuit miro quodam modo. Ingressus siquidem cum Borso Estensi ueluti unus è comitibus spectatum, noctibus postea inclusus in templo, marmoream tabulam (nam marmoribus incrustati parietes sunt) euulsit, deinde noctibus clam murum perfodit, interdiu tabula reposita. Tandem ad sacrarium penetrans, inde res æstimatione uicies centum millium aureorum abstulit. Re igitur communicata cum socio Cretensi sub sacramento, ab eodem proditus est. Paschalis Marimpetrus annos IIII. princeps. Christophorus Maurus cum Pio pontifice ad bellum contra Turcas ire accinxerat, unà cum alijs principibus, si per ipsius pontificis uitã licuisset, XL. tamen aureorum milia ei à patribus missa fideliter Matthiæ regi mittẽda pro stipendio curauit. Nicolaus Thronus MCCCCLXXII. Herculem Estensem multis resistentibus Ferrariæ principem constituit. Regnum Cypri reipublicæ parauit: cuius historiam in Cypro explicabo, præfuit menses uiginti. Nicolaus Marcellus apud Scodrã Illyriæ oppidum obsessum Turcas superauit per Antonium Lauretanũ classis præfectum: præfuit annum, menses tres. Petrus Mocenigus dux LXX. Scodram prius obsessam cum prætore Veneto liberauit. Quamobrẽ procurator sancti Marci absens, deinde dux creatur. Post eum Andreas Vendraminus, sub quo Turca Carnorum regionẽ plures dies depopulatus est, ad Scoritium castris positis & Tiliauento usq; transmisso: ad quam cladem sero iam Carolum Montonium, quem paulo ante exauctorauerant, ex Hetruria adcersiuerunt. Ioannes Mocenigus Petri ducis germanus, cum Turca à quo annos XXVII. uexati fuerant, pacem tandẽ his conditionibus fecit, ut Venetus Scodram cum Tænaro Laconiæ promontorio, & Lemno insula Othomano Turcæ relinqueret, & penderet illi quotannis VIII. aureorum millia. Ille uero liberam Ponti nauigationem ei permitteret. Deinde ut Constantinopoli magistratus Venetus esset, qui iura Venetis diceret. Ioannes præterea bellum ad uersus Herculem Estensem, rupti causa fœderis gessit, in quo eius uires ostensæ, quod solus contra totam ferè Italiam pugnauerit. Pax demum facta Polentano acquisito, Gallipolim & Brundusium data mutuo pecunia regi Ferdinando pignoris loco accepit. Quumq; apud Marcum curiam incendio absumptam restituere cœpisset, morte præuentus est, anno principatus VII. Marcus Barbadicus anno MCCCCLXXXV. non toto biennio: cui Augustinus Barbadicus frater successit, anno MCCCCLXXXVII. Cum Sigismũdo Austriæ duce pugnatum ad Roboretum Venetorum oppidum in Rhetis ob ferrifodinas quas uterq; suas faceret, in quo perijt dux illorum Robertus Seuerinas: discessum tandem æquis conditionibus. Carolus rex Venetis item armis ex Italia pulsus, de quo supra mihi narratum. Turcæ iterum in Foroiulienses excursione facta, milia hominum septem capta apud Tiliauentum, quum eum ob inundationem uado transmittere non possent, interfecerunt. Paucis post mensibus Naupactum, Cotonem Methonemq; ceperũt, in cuius defensione Antonium Grimanum classis præfectum exilio mulctauerunt, quod iniussus ante tempus discesserit, quodq; in militum ignauiam non animaduertisset. Cui Melchior, huic uero Benedictus Pesaro successit, qui Æginam, Zacynthum, Cephaleniam hosti ademit, simul Hispano auxiliante per Gundisaluum Fernandum. Deinde Lesbum aliquot dies frustra oppugnauit cum socijs Gallis, qui iniussi discedentes DCCC. ex eis naufragio periere. Interim Barbadicus moritur, anno ducatus XV. cui Leonardus Lauretanus sufficitur, dignus maiorum indole, & sub quo prospera reipublicæ cuncta ominantur, cuius rei initium Pesaro dedit expugnato, Nerito expugnato, quod nunc S. Maura est, tantum Euripo à continente discretum. Quo demũ hosti reddito, pax cum eo facta est, anno MDIII. ac Venetis tuta quocũq; nauigatio permissa. Deinde quũ Pandulphus Malatesta post Alexandri pont. mortem Ariminũ recepisset, iterũq; à Cæsare Borgia ejiceretur, & demũ Guidone Feretrano suppetias ferẽte, tertio reuersus, in reliquũ tempus sibi timeret, urbem Venetis tradit, eius tractus pactione qui Ciuitatula in agro Patauino appellat. His igitur uiris ac rebus gestis, Venetiæ florent, quas si citra inuidiã priscis cõparemus, ꝓculdubio imaginem quandã reip. Ro. in eis ꝑspiciemus, ac in eam quãdoq; magnitudinẽ peruenturã fuisse, si per Turcarũ quibus tot annis soli restiterũt, bella licuisset. Nam nec fortitudo defuit, si cum

Stamatus Cretensis thesaurum S. Marci subripuit.

Paschalis.

Christophorus Maurus.

Nic. Thronus regnum Cypri cõparauit

Nicolaus Marcellus.

Petrus Mocenigus.

Scodra obsidione liberatur.

Ioan. Mocenig.

Brundusium & Gallipolis Venetis parta simul & Polẽtanũ.

Augustinus Barbadicus

An. Grimãus

Leonardus Lauretanus

Pax cũ Turca

si cum aliorum, tum Caroli Zeni, & Nicolai Taurizani gesta recensebimus: nec dicendi gloria si Iustinianos, Barbaros, Bembos, Donatos aliaq; clara ingenia memorabimus. Postremo nec rerum bonarũ copia, quũ præter publicã tutelam ab externo hoste, omnis Italia eius remige rebus abũdet, adnauigantibus nautis ex Syria quotannis, unde aromata conuehũt, ex Aegypto margaritas, ex Tanai pelles, ex Britannia lanas, ex Hispania coccum.

ISTRIA.

POST Timauũ Istria uelut peninsula pãditur altitudine Plinio passuũ M.XL. circuitu CXXII. cum Liburnis & amne Titio terminat, ad quem ab Aquileia sunt pass. CC. Mil. ut Tuditanus, qui Istros subegit, in statua sua ibi inscripsit. De causa uero nominis huius Plinius hæc scribit. Istriam cognominatã tradũt à flumine Istro ex aduersa Padi fauce, cõtrario eorũ ꝓcursu mari interiecto dulcescẽte, ut plerisq; fallo dixere, & Nepos Cornelius etiã Padi accola: nullus em̃ ex Danubio in mare Adriaticum amnis effunditur: deceptus credo quoniã Argo nauis flumine in mare adriaticũ descẽdit, nec procul Tergeste, nec iam cõstat quo flumine: humeris traiectã Alpes diligẽtiores tradũt. Subijsse aũt Istro: deinde Sauo, deinde Nauporto. Cui nomen ex ea causa est inter Aemoniã Alpesq; exorienti. Hæc Plinius. Hanc quidem Aemoniam nũc ciuitatem nouam putant, prope quam sunt ostia Nauporti fluminis, nunc Labati, in quem ex Alpibus Iulijs descendentem Plinius dicit nauem fuisse demissam. Eustathius grammaticus dicit eo tempore Istrum habuisse aditum ad mare Adriaticum, postea præclusum siue alueum mutatum. Istriæ caput Tergeste colonia Romana nũc ditionis Imperatorum, sita in sinu nominis sui. In qua urbe legitur hæc inscriptio. Cæs. Cos. Desig. Tert. III uir R.P.C. Iterũ murum turresq; fecit. Post eam quoq; sex passuum millibus Formio Fluuius: nunc Cisanus uocatus. Deinde Aegis, Parentium Plinio, quod nomen adhuc priscum portumq; retinet. Pola in extrema Italiæ ora à Colchis cõdita, ut Plinius & Mela. Strabo addit, quod Colchi aduersum Medeam fugientem missi, cũ minime compotes essent, redire frustra timentes, hunc locum ædificauerunt. Polamq; quæ lingua Colchorum exilium significat appellauere. Deinde à Iustino Iustiniani principis filio ad tuẽdam Istriam, oramq; Italiæ contra barbarorum incursiones Iustinopolis condita, ut plane ex antiqua inscriptione, quæ adhuc ibi legitur, apparet: hoc modo. D.N. Cæs. Iustinus P. Sal. Pius Felix uictor triumphator semper August. Pont. Max. Fran. Max. Gotth. Max. Vandalic. Max. Cos. iiij. Trib. vij. Imp. v. Conspicuam hanc Aegidis insulam, intimam Adriatici maris commodiss. interiectam, uenerandæ Palladis sacrarium quondam & Colchidum Argonaurarum persecutorũ quietem, ob gloriam propagandã Imp. S.C.Q. in urbem sui nominis excellentiss. nuncupandam: honestiss. P.P.P. designauit, fundauit. C.R.P.Q. & gente honestiss. refertam. Ex hac urbe Petrus Paulus Vergerius patrum memoria nominatur iuris scientiæ peritissimus philosophus & orator, qui nonnulla & ipse monumenta reliquit. Arrianum de Gestis Alexandri conuertit. Decessit in Pannonia contubernalis Sigismundi Imperatoris.

Aemonia

Nauportus flu, nunc Labacus à quo & uicinum oppidum Labacũ

Tergeste colonia.

Inscriptio

Formio flu.

Aegis

Parentium

Pola.

Iustinopolis

Inscriptio uetus

Petrus Paulus Vergerius

GALLIA TOGATA

GALLIAM togatam Ptolemæus Plinius q; eam tantum, uocant, quæ intra Padum Rubiconem & Appenninum est, quod Boij Galli dudum hunc tractũ occupauerint, cultuq; Romano ac toga uterentur. Boij enim (ut in Galliæ principio dixi: partim etiam in Hetruria dicam) uenientes in Italiam: hic primum pulsis Hetruscis consedere. Cicero in Philipicis florem Italiæ ac robur Galliam uocat. Dicta est Aemilia, & Flaminia, quod ut ait Strabo libro quinto. M. Lepidus, & C. Flaminius Coss. & uictores Ligurum strauere: Hic quidem Flaminiam è Roma per Tusciam & Vmbriam usq; ad Ariminum: Alter reliquam usq; Bononiam quæ Flaminiam intercipiebat, & à Bononia usq; Aquileiam. Liuius uero aliter: cui magis standum. In hãc enim sententiam libro x. de bello Ma. scribit: M. Aemylius Lepidus, & Cn. Flaminius Coss. deuictis Liguribus Apuanis, pace uicinis data, ne in ocio militem haberent, alter à Bononia ad Arretium uiam Flaminiã, alter à Placentia ut Flaminiæ cõmitteret, usq; Ariminũ Aemyliam perduxit. Videtur & Tranquillus huic assentiri, qui ait Augustum non autem Flaminiũ à Roma ad Ariminũ uiam strauisse. Romandiola quoq; à recentioribus postea dicta. Cuius nominis causam paulo post dicam. Primũ Rauẽna est in ora, de qua Strabo: Rauẽna à Thessalis condita perhibetur, qui quum Tuscorum iniurias ferre nequirent, Vmbros quosdã ultro

Boij

Rauenna

h adsumpse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

adsumpserunt,qui & hoc tẽpore urbem inhabitãt.Illi uero domũ rediere. Plinius autẽ Sabinorum coloniã dicit ante urbẽconditã.Hanc Augustus ad tuendã Illyrici oram classẽ muniuit,ut legitur apud Tranquillũ.Postea Tyberius muris recõcinnauit,ut ex inscriptione antiqua supra portã apparet.Quos postea Valẽtinianus iunior Imperator restituit,qui multos ibi moratus est annos. Postremo Theodoricus rex annos XXIIII. quibus eam incoluit, ædificijs basilicisq; luculentis ornauit. Visitur adhuc eius monumentũ ab Amalasunta positum.Hinc & magister eius Cassiodorus fuit,Hæc & sedes quondam Exarchatus,qui magistratus cœpit Anno DCXX. à Iustino primum excogitatus, ut Imperatoris quodam modo uicarius in Italia foret,eaq; fuit autoritate,ut Pontifex Romæ creatus,ab eo probaretur. Durauitq; annos CLXIIII. Quo tempore Aistulphus Rauennam cepit. Primus Longinus à Iustino missus, qui Romam nec adiuit unquam,nec curauit, nisi per ducem qui consulis dignitatem referret.Deinde Smaragdus & Romanus. Deinde alij. Eius ditionis fuere Rauenna,Cesena, Ceruia,Forumliuij,Forumtruentinorum,Forumcornelij,Bononia, Mutina, quæ omnia Pipinus Aistulpho superato,qui eas occupauerat, Romano Pontifici tribuit,quod & Carolus, & eius postea filius Ludouicus comprobauere, uoluereq; hanc partem Romandiolam dici ex urbis Romæ nomine,cui fidissima semper coniunctaq; fuit.Præsul Rauennas primus qui pallio decoratus ab imperatore fuerit,unde cæteris exemplum,sæpeq; quum Romano Pontifici subesse refugeret,tandem subcubuit.Bernardinus & Hostasius de Polenta fratres Rauennæ dominationem occupauere, tenuereq; annos uiginti tres, coniecto in carcerem patre Guidone,quod delirare cœpisset.Post aliquot deinde annos Hostasius defuncto fratre, solus potiebatur,qui cum desidiã atq; ignauiam paternam præ se ferret,à Rauennatibus urbe Venetis tradita, eiectus in Creta exulauit. Aer Rauennæ,quanquam inter paludes,innoxius Straboni, quod latas exhalationes cãpestres,& maritimas habeat.Sapis fluuius inter Rauẽnam & Cesenam Plinio, Isapis Straboni,ab accolis hodie Sapiens appellatus. Ad cuius ostia portus,ubi Augustus teste Tranquillo classem ad tuẽdam oram Illyricã tenebat,Cesena urbs uetusta, Malatestæ nouelli possessio, mox ad Romanum reuersa Pontificem.Postremo Cæsari Alexãdri filio,unã cum cæteris uti uicario cessit.Tempore Britonum,qui ad tuendas Pontificis partes in Italiam uocati fuerant,magnũ passa incommodum:ibi quum se Cesenam cum legato recepissent,à ciuibus eorũ quotidie iniurias ferre nequeũtibus,mille trecẽti ex eis una die trucidati fuere.Legatus re dissimulata aliquantulum,deinde adiunctis Anglicis,eos aggressus, tria milia oppidanorum nullo ordinis aut ætatis discrimine habito interfecit.Ceruia nouum urbis nomen(quanquam Pontificum iussu) à Venetis occupatur. Forumliuij, unum è quatuor Aemyliæ foris, cuius ciues Martini IIII. Pontificis tempore defecere, contra quos missus à Pontifice Guido de Appia uir gallicus,qui cum toto exercitu fusus fugatusq; est: Guidone Bonacto ciue Foroliuiensi mathematico, horam pugnæ, ut dicitur, suis ex horoscopo constituente: quanquam huiusmodi prædictiones uanæ plerumque sunt: quam cladem postea Guido Feretranus est ultus missus item à Martino,qui uictis bello Foroliuiensibus,urbis mœnia diuecit. Floruere in ea ciuitate uiri literati, Guido quem supra dixi. Iacobus de turre medicus.Rainerius Arsendus Bartholi præceptor,& ætate mea Blondus historicus. Militares uero Brãdolinus Tibertus Branduli Mostarda, præter omnes autẽ Ordelaphi, quorum familia à patricijs Venetis orta,multos est annos dominata.Inter quos Franciscus & Sinibaldus Ordelaphi: hi enim anno M.CCCXXIIII.cum Imperatore contra Pontificem conspirauerant, & post Clementis V.obitum,urbis tyrãnidem occupauerant:postea ad Pontificis fidem redeuntes,à Benedicto uicarij creati sunt. Iidem in quodã prælio à Rainaldo Estensi capti, ac postea dimissi fuere. Scarpetta Ordelaphus dux Alborum eiectorũ Florentia,qui Foroliuiũ se receperant. Cicchus Ordelaphus item uicarius.anno M.CCCCIIII. dum in lecto ægrotaret, populo unà cum filio paruo ob eius intolerabilem tyrãnidem interfectus est.Pinus Ordelaphus nostra ætate,uti solus regnaret,Franciscũ fratre trucidauit,eius filijs in exilium pulsis. Decessit anno M.CCCCLXXIX.infante filio notho tantum relicto in tutela uxoris Constantiæ, è Mirãdulæ comitibus. Quumq; Galeoctus Manfredus Fauẽtiæ princeps Francisci ex sorore sua filios exules reducere conaret. Constantiã obsedit, quæ sese in arcem una cũ priuigno & Antonio fratre recepit.Interea Fredericus Vrbini dux à Sixto Pontifice cũ exercitu missus,blanda effecit oratione,ut Constantia ciuesq; urbem Hieronymo de Riario Sauonensi Imolæ

Exarchatus
Longinus exarchus
Smaragdus
Romanus
Ciuitates exarchatus.
Romandiola.
Bernardinus & Hostasius Polentarij.
Sapis
Cesena
Ceruia
Forumliuij
Viri clari foroliuienses
Ordelaphorũ familia.

Imolæ comiti,ipsius Sixti alumno sponte traderẽt,uti uicario regendã.Puer interim nõ sine suspicione ueneni mortẽ obijt. Hieronymus itaq; accepta ciuitate,paucis post annis à ciuibus cõiuratis,intra suas ædis trucidatur,superstitibus liberis,unà cum matre Catharina Galeatij ducis ex pellice filia,uirili animo muliere, quæ per dolum arcem ingressa,ac urbe Vice comitum auxilio potita,de cõiuratis supplicium sumpsit.Verũ non multo post tempore,ab Alexandro cum auxilio Gallorũ bello petita, postq; obsidionem aliquandiu acriter pugnando sustinuisset,tandẽ in arce capitur,Romamq; ducta diu in custodia fuit. Cæsar uero Alexandri filius ei ac Forocornelij uicarius surrogatur,quo deinde deiecto Iulio Pontifice ciuitates receptæ.Padusa fluuius nõ longe ab his finibus,de quo supra in regione Venetiæ dixi. Fauentia & Fidentiola,quarũ meminit Liuius lib. lxxxvij. Sulla Carbonem cũ exercitu ad Fauentiam Fidentiolamq; Italia expulit.Spartianus quoq; dicit Ceionũ Cõmodum, qui & Aelius uerus est dictus natũ maioribus Fauentinis. Capitolinus matre tantũ Fauentina,patre Hetrusco,Hãc urbem Gothi sustulerũt,atq; restitutã Fredericus Aenobarbus rursus deleuit.Anno uero inde CC.Britones in Italia militãtes tertio diripuere. In hac Manfredi diu dominati sunt.Quorũ Ricardus Manfredus primus ex Capitaneo à Benedicto Pontifice, ficuti & reliqui,Fauentiæ Imolæq; uicarius, M.CCCCXXXIIII. factus est. Guidacius & Astorgius muris urbẽ restituerũt.Astorgius deinde pro Nicolao Estensi cõtra eius necessarium Acciũ,de Ferrariæ regno decertantẽ,fortiter dimicauit.Ea de causa ab Alberico Cunij comite Fauentia expulsus,à legato deinde Pontificis restitutus fuit.Postremo deprehensus, quod legati cõsilia Foroliuiensibus proderet,& ad defectionẽ eos sollicitaret, captus in foro securi percutitur,relictis magni nominis filijs,Carolo & Galeocto.Hic pulsus à Carolo natu maiore,Venetis militauit:quorũ potẽtia,Anno M.CCCCLXXX.Carolo eiecto,ciuibus admodũ infesto,restituit.Duxit uxorẽ Ioannis Bentiuoli filiã,quæ quũ ab eo sperneretur,simulata ualetudine, inter medicos ficarios admisit, qui eũ in cubiculo ad ægrotantẽ uenientem adorti cõfoderunt.Huius filius Astorgius,egregia indole adolescens,quũ longam obsidionẽ Cæsaris ab Alexandro Pontifice patre missi sustinuisset,tandẽ expugnatus,ductusq; nuper Romã, & in Tyberim nocte quadã præcipitatus est. Nũc uero ciuitas hæc unà cum Arimino,à Venetis etiã inuito Pontifice occupatã. Thadæus è Manfredis,singulari,ut aiũt, desidia uir,Forocornelij,quod ei ex hæreditate obtigerat, à Galeatio duce ejcitur, ac Hieronymo de Riario genero pro dote conceditur. Ea urbs à militibus Narsetis diruta, deinde à Clephi crudelissimo Longobardorũ rege Imolæ nomine restituta est,ut Rauennatibus in fide populi Romani perseuerãtibus opponeretur.Flumen habet Vatrenũ iuxta labens in Padi ostia defluens Plinio.Hinc fuit Ioannes decimus.Mutillum oppidũ,hodie Mutiliana appellatum. Liuius XXI. Per Vmbriam quã Tribũ Sabiniana uocãt,Boios inuadere iussit. Deinde ad castrum Mutillum. Hæc comitum Guidorum familiæ possessio, qui annos iam sexcentos in Flaminia & Hetruria floruerũt. Forumpopuli Grimoaldus Longobardorum rex, iratus oppidanis quod eum in trãsitu impediuissent,sabbato sancto mane,populo in re diuina & cõsecrando chrismate occupato, diripuit ac solo æquauit. Instauratumq; postea à Foroliuiẽsibus,Aegidius Cardinalis legatus iterũ deleuit,Anno M.CCCLX.Forumtruentinorum Plinio appellatũ,inter quatuor Aemyliæ fora,nunc Brectonorũ,interq; Pontificis ciuitates quas Fredericus Aenobarbus accepit,in pacis fœdere Alexandro tertio redditum fuit.Huc Præsul Foropopulensis post ruinam eius loci se recepit, unusq; nunc utriq; præest. Bononiam coloniã Hetruscorũ Plinius scribit solam relictã fuisse ex his duodecim, quas illi trans Appenninũ duxere,Felsinã tunc uocatã.Deinde à Boijs qui eam Hetruscis ademerãt, Boioniam, & per paragrammatismũ Bononiam.De his multi autores, ut in Gallia Comata diximus.Liuius lib.xxij.Q.Mutius inde in agrũ legiones duxit.Boiorũ exercitus haud multo ante traiecerat Padũ, iunxeratq; se Insubribus & Cenomanis. Et inferius: Boij in agrum suum Tannetũ profecti.Tannetum enim ultra Regium est,quod nunc Cannetum uocant, unde Cannetulorũ familia Bononiæ:ex quo patet Reginenses & Mutinẽses ea circa omnia loca occupasse.Idem autor libro xxi.Boij sollicitati ab Insubribus,nec tam ob ueteres in populum Romanũ iras, q̃s p nuper circa Padum,Placentiã,Cremonamq; colonias in agrum Gallicũ deductas ægre patiebãtur.Tres uiri ad deducẽdas colonias missi, Placentiæ mœnibus diffisi Mutinã confugerũt. Legati ad Boios missi uiolati sunt,Mutina obsessa. Itẽ libro xxxvi.P.Cornelius Scipio Nasica Cos.Boios Gallos uictos in deditionẽ accepit,de quibus

Padusa
Fauentia
Fidentiola
Manfredorũ familia.
Forumcornelij.
Vatreni flu. ostia.
Mutillum
Comites Guidi
Forumpopuli à Grimoaldo dirutum.
Forumtruentinorum.
Bononia
Colonia
Boij
Tannetum

Universidad de Deusto
Biblioteca

triumphauit.Libro xxxvij.dicit Coloniã à Romanis deductã,agrumq; eum fuisse captum. Hanc ciuitatem Ludouicus Lotarij imperatoris filius sub Sergio Põtifice cum exercitu peteret,magna clade adflixit, mœniaq; dissecit:quod in transitu à ciuibus incõmodũ ei fuerat illatũ.Deinde breui tẽpore restituta adeo creuit,quod anno M.CCLXX.aduersus Venetos,à quibus maris Adriatici libertate impediebãtur,tribus annis bello cõtenderũt ad ostia Padi cum armatis quadraginta millibus. Pax tandem his conditionibus facta, ut ostiorum Padi Venetis imperio relicto,Bononiẽsibus tantũ sal ac frumẽta per ea sine portorio deferri liceret.Sequẽte anno orto in ea tumultu,pars quæ imperatori studebat, eiecit Lambertacios,Asinellos,de Andolo comites,Patricos,Carbonenses,Storletos,de Albesio, Dela Fracta,Dela Mola,De Rusticanis familias,qui quum se Foroliuiũ recepissent, obsessi à Bononiẽsibus aduersarijs,tandẽ uictores fuere,septẽ millibus interfectis. Obsessa uerò Bononia deinde sæpe à Vicecomitibus fuit,Accio primum,deinde Ioanne præsule,qui demũ eam ex Iacobo Pepulo Thadei filio,urbis tũc domino,libris ducẽtis millibus Bononiẽsibus mercatus est,rexitq; per uicarium suum Ioannẽ Olegium,qui filius eius putabatur.Missusq; olim ad populandũ agrum Florentinũ fuerat,à quo illi multa incõmoda passi sunt. Hic tandẽ defuncto Præsule,quum in discordiã cum suis uicecomitibus uenisset,ciuitatẽ legato tũc Pontificis tradidit,Firmumq; in Piceno cõmutatione recepit.Quum iterũ postea à Barnaba uicecomite adscitis sibi Florẽtinis urbs obsideretur,Gregorius XI. absens Britonum X. millia ad resistẽdũ cum Bernardino duce ex Gallia misit.Res deniq; cõposita inter eos. Ioannes Galeatius postremo,omnibus uchemẽtius eam pressit,aduersantibus tamẽ Florẽtinis potius:nihilominus se dedẽtibus Bononiẽsibus,per Io.Gentiacũ exercitus ducẽ, Ioãnem Bentiuolũ qui unus omnino resistebat,cõprehẽsum iugulauit.Is enim patriæ dominationẽ occupauerat,ex gẽte patreq; admodũ paupere genitus:iuuante Nanne Gozedino potẽte tũc ciue,solertia simul & audacia breui tẽpore effecit,ut imperium quod illi parare sperabatur,sibi retineret. Verũ pulsus à Iambecchariorũ factione fuit,cum iam patriæ dominus omniũ consessione uocaretur.Breui deinde post tẽpore,Carolo eius factionis principe extincto redijt. Post mortẽ uero Ioannis Galeatij,quum Philippus dux Bononiã, cætera'q; ablata Pontifici redderet,Antonius ipsius Ioannis filius ad consequẽdam patriã dominationẽ tumultus excitauit.Ex quo ab Eugenio Pontifice per Nicolaum Picininum cõprehensus, ac securi percussus est,urbisq; custodiæ Frãciscus Picininus M.filius adhibitus. Is enim cum Annibalẽ Antonij filium nothum autoritate pollentẽ in patria uideret, simulata uenatione atq; conuiuio,eum cum primoribus in arcẽ S.Io.ducit.Sed post epulas,cæteris dimissis, cum Gaspare & Achille Maluitijs,retinuit,ac in arcẽ Varanẽsem adduxit. Vnde clam Galeatij Marescocti,& Virgilij Maluitij opera Annibal effugiẽs,Bononiã redijt,ac libertate conclamata,statim Piciniuũ cõprehendit:simul'q; arcem Bononiensem,quæ à præsidio Picinini tenebatur, auxilijs Florentinorũ Venetorum'q;,qui Simonetũ de Castropetro miserant,expugnat.Exercitũ insuper à Philippo missum unà cum Ludouico Vermio duce profligat. F.demũ pro Maluitijs captis cõmutat,ac Iambeccharijs expulsis,Cannetulos exules reuocat,Baptistam & Galeoctũ fratres,cum quibus mul & Maluitijs cõmuni auspicio remp.rexit cum Venetis ac Florentinis societate inita. Verũ inuidia atq; instigatione Philippi ducis Baptista impulsus,dum Annibal Frãcisci Gisleri Cannetulorũ clientis simul'q; cõiurati filiũ de sacro fonte leuat,ac dexterã Francisco initæ necessitudinis gratia porrigit,incautus à Galeocto Baptistæ fratre trucidatur.Cuius parricidij paulo post & ipse pœnas dedit,à populo interfectus, in forũq; unco tractus.Quumq; Annibalis paruus filius superstes Ioannes nondũ aptus regno uideretur,sanctus Bentiuolus sufficit.Hic natus ex cõcubina Hercule patre,Ioannis filio,Antonij fratre,qui in Hetruria res gessit,& Eugenij iussu sublatus est:Florentiæ tũc filius pauper agebat sulloniã factitãs.Igitur à Bononiensibus ad rempublicã adcersitus,ex opifice princeps subito factus,sese minime degenerẽ ostẽdit.Exules qui mœnia iam tenebãt, extemplo adreptis armis,præter spem omniũ repulit. Is Herculem & Constantiã liberos reliquit, quorũ alter uiuit,altera Antonio ex comitibus Mirãdulæ nupta proximis annis Romæ decessit,matrona pulchritudine incõparabili:tum ingenio indolecq; prosapiã referens.Ioannes nũc potitur Annibalis filius,eiectis Maluitijs,cum quibus summã habebat necessitudinẽ,so lusq; in tota Aemylia,Alexãdri Pontificis uiribus restitit.Vrbs item ea tot passa uarietates ab hinc annis circiter XC. à Põtificis Præfectis mœnibus restituta fuit. Censetur & claris ingenijs

Exules Bononienses.

Thadeus & Iaco.Pepuli.

Io.Olegius.

Io.Galeatij obsidio.

Io.Bẽtiuolus.

Iambeccharij

Anto.Bentiuolus.

Annibal Bentiuolus.

Cannetuli reducti.

Sanctus Bentiuolus.

Hercules.

Io.Iunior.

ingenijs L.Pomponio Atellanarũ scriptore,ut ait Eusebius,Rusticello oratore,ac L.Pontifice.Inter recentiores uero Ioanne Andreæ, & Calderino iurisperitis. Inter Bononiam & Forumcornelij Claterna antiquum oppidum,Plinio Straboni'que,cuius nunc parua uidentur uestigia.Amnes quoque Renus & Sauena,nunc Quadena uocata. Inter Forumcornelij & Fauentiam,Senius & Vatrenus Straboni, nunc Santernus. Iuxta Fauentiam uero Anemo Plinio:nunc Lamonem uocant.Mutina colonia Ro.deducta, unà cum Pisauro & Parma,ut Liuius testatur libro XXXIX. In hanc nihil reperitur sæuitum Gothis aut Longobardis,nec eius etiam mentio omnino. Quam hodie cernimus, aliam esse à uetere constat, ædificatam circiter annum M.C. De hoc oppido supra multa adtulimus:nullus enim æque à ueteribus memoratur locus.Hic Bruti & Cæsaris bellum ciuile,nunc uero ditionis Estensium.Prope Scultenna fluuius ex Alpibus in Padum labitur: ubi autem extẽditur in finem ab accolis Panara uocatur. Illustratur ea ciuitas Geminiano præsule sanctissimo, sub Iouiniano principe.Regium Lepidi ab ipso Lepido Triumuiratus tẽpore conditum,cuius meminit Frontinus, itemq; Plinius,qui Reginenses eos uocat:Rheginos uero apud Brutios. Reginates etiam in hac parte commemorat, fortè nunc Coregiates:unde nobilis eiusdem nominis etiam familia,quæ res multas in Italia gessit,de qua paulo post dicam.Ornatur hæc ciuitas Maximo urbis ciue,ac Præsule uiro sanctissimo,qui Venetias deinde trãslatus fuit. Sunt alia nouis nominibus oppida partim ex ueteribus corruptis. Inter quæ Carpi: quod id putauerim quod Straboni in ea parte ponitur, Campi Macri, ubi dicit quotãnis mercatum fieri solitum.Huic Piorum familia iamdudum dominatur. Item Mirandula quæ proprios habet oppidi nomine principes. Parma colonia deducta unà cum Mutina & Pisauro,ut Liuius in XC. Eius agri castella, factionesq; urbis à quatuor paulo ante tenebantur familijs,Roscijs,Coregiatibus,Palauicinis,& Vitalensibus. Qui uni quondam parebãt duci Mediolanensi dissidentes inter se,Hanc olim urbem adsecutus est Guido Coregias, Philippini Gonzagæ auxilio,pulsus deinde ab Accio Coregiate fratre,Estensium uiribus freto. Accius uero quum eam tueri non ualeret,Obizoni Estensi tradidit, Obizo rursus Luchino uicecomiti.Post hæc Otho tertius tyrannus,eam eiectis Roscijs inuadit,quem ad extremũ Nicolaus Estensis per Sforziam in colloquio circumuentum,ut supra dixi,de medio sustulit. Postremo urbs hæc uicecomitibus cessit,nũc uero cum reliquo statu Gallorum regi. Abluitur ab eius nominis flumine. Ad familias redeo. Inter Coregiates, præter supradictos fuit Gisbertus Coregias qui dux Senensium exercitus,uenit in suspicionem, ne Picinino tũc hosti studeret:quapropter à Senensibus in urbem adcersitus è curiæ fenestris præceps deijcitur.Inter Roscios uero Petrus Marsilius,& Rolandus, ex his Petrus Venetis olim contra Mastinum Scaligerum militauit:in quo bello occubuit,singularis modestiæ uir,simul & prudentiæ,quippe qui suos in seuera disciplina retineret,ac diceret,ut à stupris ac furtis, præter omnia,abstinerent.Huius nepos Petrusmaria Roscius Venetis item in bello Ferrariensi militans contra Herculem Estensem,Parmam uexabat, ut ducem Mediolani ab eo diuerteret bello.At ille Nucetum & Candidam arcem, eius oppida, ei eripuit. Quo extincto, Veneti memores officij,eius fratrem Iacobum stipendio XXX. millium aureorum sustentarunt. Tannetũ,de quo supra mẽtio,Hic Narses,cõductis decẽ millibus,Longobardorũ Totilam prælio superatum interfecit. Brixillum apud Mutinam Plinio ponitur.Id oppidum quum subesset Rauẽnatibus,Rotaris rex captum diruit,eodemq; bello ab ipsis Longobardis materia,turribus,ac pluteis munitum, Rauennates iniecto igne penitus desolauerunt. Tarus fluuius ultra Parmam Plinio nomen adhuc retinet,ex Apennino in padum fluens. Deinde Fidentiola à dextera uetus oppidum,ab læua nouo nomine oppidum Bobium ad Apennini iuga situm, ubi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum. Hic anno Millesimo CCCCXCIIII. huiusceмodi libri reperti sunt. Rutilius Naumatianus.Heroicum Sulpitij carmen. LXX. epigrammata. Terentianus Maurus de literis, syllabis,& metris omnis generis.Cæsius Bassus:Velius longus de orthographia.Adamantius Martyrius de b litera & muta, v uocali.Probi catholica:Cornelij Frontonis elegantiæ Latinæ. Sergius Grammaticus de litera liber persimilis Iulio Polluci de uocabulis rerum, sed hoc amplius,Latina Græcis uocabulis respondent.Casuus Sacerdos de octo partibus orationis.Paraphrasis super sex Virgilij libris. Trium æclogarum Virgilij enarrationes. Dracontij uarium opus.Prudentij hymni.Cõputus,sic est inscriptus,Græcorum & Latinorum.

Claterna.
Renus.
Sauena.
Vatrenus.
Anemo.
Mutina.
Scultenna flu.
Regium Lepidi.
Reginenses.
Regini.
Reginates.
Coregiates.
Cãpi Macri.
Piorum familia.
Mirandula.
Parma.
Roscij.
Coregiates.
Palauicini.
Vitalenses.
Otho.iij.

Tannetum.
Brixillum.
Tarus flu.
Fidentiola.
Bobium
Cœnobiũ ubi libri reperti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alter liber, computus digitorum inscribitur. Agenius Vbicus de controuersijs agrorũ. Higinius de limitibus agrorum, & metatione castrorum. Balbus de nominibus mensurarũ. Vitruuius de Hexagonis, Heptagonis, & id genus. Frontinus de qualitate agrorũ. Cæsarum leges Agrariæ, & coloniarũ iura: quorũ bona pars his annis proximis à meo municipe Thoma Phædro bonarum artium professore, est aduecta in urbem. Placentia colonia deducta à quatuor uiris, Cornelio Scipione, & Tito Sempronio Lõgo Coss. deductis eò sex milibus colonorum, ut opponeretur Gallis qui eam partem tenebant, ut autor Pedianus. Liuius libro xxi. Agro Gallorum capto, coloniæ deductæ sunt Placentia & Cremona. Placentinos Cicero de se benemeritos in orationibus uocat, quod pro reditu suo cum tota Italia certauerint. Hinc fuit T. Tinca orator, ut Cicero in Bruto. Gregorius etiã Decimus, uir sanctus, qui Lugdunense cõcilium celebrauit. Hæc an. M. C C XIX. à Palauicinis tunc primũ tyrannis post Longobardos, cũ antea libera fuisset, occupata fuit: uarijs deinde agitata casibus, post Ioannis Galeatij mortem sæpe direpta est. Franciscus Sfortia dux Mediolanensium exercitus, extincto Philippo, eam ad Venetos deficientem post longam obsidionem, etiam nauali prælio, cum Padus excreuisset, captam diripuit. Proceres in eo bello fuerant, Iacobus Picininus, Guidaccius Mãfredus, Ludouicus Vermes, Carolus Gonzaga, omnes autem sub duce Francisco. Apud Placentiam Trebia fluuius, uetus retinens nomen, clade quoq; Romanorum insignis, ex Apennino in Padum fluit. Clastidiũ Straboni, haud longe à Dertone.

Placentia colonia.

T. Tinca

Trebia

Clastidiũ

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER QVINTVS.

HETRVRIA

HETRVSCOS dicturus, nihil habeo potius præfari, quàm quæ Liuius libro v. Tuscorum ante Romanorum Imperium late terra mariq; opes patuere. Mari supero inferoq;, quibus Italia insulæ modo cingit, quantum potuerint, nomina sunt argumento: quod alterum Tuscum, cõmuni uocabulo generis, alterũ Adriaticum mare ab Adria Tuscorum colonia uocauere. Italiæ gẽtem Græci eandem Tyrrhenã & Adriaticam uocant. Hi in utrunq; mare uergentes incoluere urbibus duodenis terras: prius cis Apenninũ ad inferum mare, postea trans Apenninum totidem quot capita originis erant colonijs dimissis, quæ trans Padũ omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circũcolunt maris, usq; ad Alpes tenuere. Alpinis quoq; gẽtibus eadem haud dubio origo est, maxime Rhetis: qui loca ipsa efficiunt, nequid ex antiquo præter linguæ sonum, nec eum incorruptũ retineant. Dionysius uero Halicarnasseus ait, Hetruscorum originem, alij indigenas, alij aduenas putant. Qui indigenas uolunt, à minutis ædificijs ac paruis, qua lingua eorũ sicut & Græcorum Tyrses dicuntur. Qui uero aduenas dicũt, Tyrrhenũ Atyis regis Lydorũ filium huc cum classe aduectũ uolunt. Xanthus Lydius qui Lydorum scripsit historiam, neq; Tyrrheni alicuius, neq; Hetruscorum mentionẽ facit. Sed Lydum & Torebum Atyis filios dicit, totidẽ populos inter se diuisos ab se cognominasse. Hellanicus Lesbius scribit Pelasgos tantũ in hanc partem uenisse, ac eos postea Tyrrhenos cognominatos, dictosq; postea Tuscos à sacrificio ritu, quos Thyoscos Græci uocant. Placet tamẽ Dionysio esse populos, licet confusos, postea uno Tyrrhenorum nomine uocatos. Multa enim dicit oppida à Pelasgis ædificata, quæ postea à Tyrrhenis occupata, Tyrrhenorum dicta sunt, ut Agillina, Pisa, Falerium, Fescenium. Indicium uel maxime barbaros hic quãdoq; habitasse, sermo peregrinus. Nam autor Liuius, cum ad syluam Ciminam à Fabio consule uicti essent Hetrusci, quidam eos per syluam insecutus, qui linguam Hetruscam probe nouerat. Idem quoq; in nono scribit, Romanos pueros antiquitus Hetruscis literis sicuti postea Græcis eruditi solitos. Plinius, Ilicem uetustam dicit fuisse Romæ æreis literis Hetruscis inscriptam. Volaterris quoque nuper reperta saxea imago longæ uetustatis cum literis circa (uti putamus) Hetruscis, quæ nulli hodie dignoscũtur. Augustus item apud Tranquillum Mecœnatem suum uerbis Hetruscis exagitat, Esar eum id est deum Hetruriæ uocans. Hinc Romanis ornamẽta triumphalia, & decorum cerimoniæ: & primus aruspex Tages, & Pisæus tubæ repertor: & Ludio adcersitus in theatra. Hinc Mezentius rex diuum contemptor,

Dionysius

Xanthus Lydius

Tuscis sermo barbarus.

Esar deus.

ptor, qui uini mercede Rutulis auxilium tulit, deinde Porsena: nec alia gens magis Romanos ab initio exercuit. Tandẽ duobus ultimis prælijs uicti succubuere. Primo ad Syluam Ciminam à Fabio consule, uti supra dixi. Deinde ad lacum Vadimonis à Papyrio dictatore: ubi C C C. milibus prælio deletis, Hetruscorũ uires penitus interiere. Bis postea defecere, Primũ in bello punico ad Magonẽ. Liuius XVIIJ. Cor. cos. in Hetruria iudicijs agitauit eos qui ad Magonẽ respiciebãt. Deinde bello sociali, quorum principes Arretini: quo tẽpore Romani Arretiũ & Clusium uastauerunt. Post hæc in officio usq; ad Honorij principis tẽpora dura uere. Ex illo multa à Gothis, plura à Lõgobardis incõmoda passi sunt: quorum imperio sub ducibus agebãt, quibus demũ pulsis ab imperatoribus, per Castaldiũ magistratũ nouũ cœpta Hetruria regi. Eius ciuitates Ludouicus Pius cum Paschali põtifice diuisit: ut Arretiũ, Volaterræ, Pisæ, Clusium, Pistorium, Luca, Luna imperio adiudicarẽtur, reliquæ Pontifici. Postq; uero imperiũ ad Berengariũ Germanosq; uenit, pressa Hetruria unà cum reliqua Italia uarijs calamitatibus fuit: intercq; cæteras anno M. C C C C XL. ab iruẽtibus Pannonijs direpta est: à Vãdalis item circa Populoniam Leone imperatore: postremo à Saracenis, qui Sardiniã tenebãt. Ipsius termini Macra, Tyberis & Apẽninus. In ora igitur post Macrã, Luna prima offertur cum portu quondã nobili, iam usq; Lucani tẽpore deserta, Vates placuit adciri, quorũ qui maximus æuo, Aruns incoluit deserta mœnia Lunæ. Ex huius ruinis nouum oppidum ac uicinum Sarazana excitatum, præstq; utriq; præsul unus, Nicolai V. qui inde fuit oriundus prouidẽtia. Hæc quum oppido unico Petrasancta à Florẽtinis adempta Lucẽsibus tenebatur: per aduentũ uero Caroli regis anno M. C C C C XC VI. ad antiquos dominos ambæ redierũt. Petrasancta enim Lucẽsium est ædificium. Quo tẽpore de finibus illi cum Genuensibus litigabãt: appellarunt; ex cognomine uiri Mediolanensis, qui ab imperatore arbiter eò missus locum illum Lucensibus adiudicauit. Ex ruinis illius oppidi exciatum putatur: quod lucus Feroniæ uocatum Ptolemæo ponitur. Nonnulli Fanum Herculis putant. Hinc Macræ fluminis accolæ cum tota Lunensi regione antiquitus Apuani uocabantur Ligures ab Apua oppido, quod satis putauerim esse Pontremulum ex coniectura uerborum Liuij libro x. Sempronius è Pisis in Apuanos Ligures uastando aperuit saltus usq; ad Meram fluuiũ & Lunæ portum. Meram enim apud eum flagitiose scriptũ puto pro Macra. Nam Meræ amnis hic nullus alius mẽtionem facit: Auseris Lucensium est nõ Mera, ex multa coniectura, ut alibi narrabo. In hac parte plurima castra nouo nomine, magna ex parte Malespinarum familiæ subiecta. Tantum Carrea Plinio nominatum. Nunc fortè Carrara: unde marmor nobile Romanorum ædificijs expetitum. Iuuenalis: Procubuit uelut qui saxa Ligustica portat. Fossas Papyrianas Ptolemæus etiã ponit: ex cuius ruinis Fossonouum à mari aliquantulum recedens ædificatum existimauerim. Similiter & Tiguliam ab eodem hic locatam, quam nunc Lagulam uocant. Castro autem Nuceto, iuglandes in eius agro frequentes nomen dedere. Fiuizanum cum paruis uicis tantum hic hodie Florentinis possessum. Post Lunensium regionem Liburnus est portus Ptolemæo uocatus, Ciceroni autem Labro: scribit enim ad Q. fratrem in epistolis ad Atticum: Hominem cõueni, & ab eo petiui, ut quamprimũ rediret: statim dixit: erat enim iturus, ut aiebat, ad III. idus, ut aut Labrone, aut Pisis conscenderet. Antonino in itinere Salebro dicitur. Vada hinc Volaterrana Straboni Plinioq;. Ostia fluminis Cecinæ, qui per agrum Volaterranum fluit, initiumq; à Monterio prope Massam habet. Populonia notissima uetustate, hanc Niceas patricius Cõstantinopolitanus classis imperialis præfectus, regnãte in Italia Bernardo Caroli nepote, igni ferroq; deleuit. Huc quoq; Vãdali mari excurrẽtes, à Basilico Leonis III. præfecto repulsi sunt: quem postea locum Plumbini princeps Corsis reliquit, qui totã Hetruriæ oram deprædabantur. Portum habuit, qui iamdudum desertus ab accolis, nunc Baractus uocitatur, prædonum recessus. Cõtra hunc ex alia dorsi parte portus Traianus Ptolemæo: ubi nunc Populinum est, quasi parua Populonia, ex eiusq; ruinis excitatum possessumq; ad hunc usq; diem Appianorum familiæ. Cuius princeps Iacobus Appianus scriba Pisanorũ, qui Petrum Gambacurtam ciuitatis principẽ dominumq; suum per proditionẽ interfecit, Imperium; que sibi adripuit. Huius filius Gerardus, minime aptus rem paternam tueri, Pisas Ioanni Galeatio uendidit Plumbino sibi retento. Ex hoc & Paula Martini pontificis sorore ortus Iacobus II, uir admodũ mitis: qui cum sobole careret, concubinam ex Aethiope eius tympanistę grauidam ex se putans, uicinarum urbium legationes ad puerperiũ baptismaq; inuitauit:

Hetrusci subiugati ad syluam Ciminã, ad lacum Vadimonis.

Defectio Hetruscorum.

Castaldius magistratus Hetruscorum.

Macra flu.

Luna

Sarazana.

Petrasancta

Lucus Feroniæ.

Apuani.

Apua Pontremulum.

Malespinarũ familia.

Carrea

Fossæ Papyrianæ.

Tigulia

Nucetum

Fiuizanum.

Liburnus portus Labro uocatur, & Salebro Vada uolaterrana.

Cecina flu.

Populonia

Portus Traiani.

Populinum.

Appianorum prosapia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuitauit: illa uero interim puerum toto corpore atrum pariens, patrem referentem, risum
Iacob. II inuitatis, pudoremq; Iacobo excitauit. Hoc demũ extincto Rainaldus Vrsinus eius gener
Rainaldus successit, qui grauem Alfonsi regis obsidionem passus quod Florẽtiæ inimicos eius fouisset,
Vrsinus magno se animo defensitauit, regemq; tãdem re infecta discedere coegit. In quo bello Galea
Baldasin. tij Baldasini Siculi, militis Alfonsi, memorandũ traditur facinus: ter hic muros ascendere co
natus, ter è summo deiectus est, quater cum hoste ex prouocatione uictor. Armatus sinistra
ephippiũ equi, dextra tenens hastã, in equum insiliebat: defuncto Rainaldo Catherina eius
uxor metuẽs regẽ, missis ad eum oratoribus, aureum poculũ vi. pondo quotannis dare pro
Mannetus misit. Post hanc populus quendã Mannetũ Appianum solum ex ea familia superstitem, qui
Appianus apud Troiam Apuliæ cum uxore iam senex & inglorius agebat, ad imperiũ accersiuerunt,
qui bona cũ gratia multos præfuit annos, censum Alfonso pendendo. Moriens duos ex con
Iacob. III cubina filios reliquit, quorũ minor Iacobus III. maiori à populo prælatus patri successit, uir
sæuus ac libidinosus dum uixit. Et ipse decedẽs superstitem filium reliquit simul & succesſo
Iacobus IIII rem Iacobũ IIII. quo nuper ab Alexandro pulso, Cæsar eius filius oppido potiebatur, eoq;
mox deiecto, ille rursus patriæ restitutus est. In horũ agro ac ditione duo parua oppida pau
Scatones lum à mari remota, Scarlinum & Suberetum, quæ fortasse fuerint ex colonis his quos Scato
Subertani nes & Subertanos in ora Hetruriæ Plinius uocat. In littore Senẽsium sunt Vmbronis ostia
Vmbronis nauigiorũ capacis, ut idem est autor. Labitur ex montibus qui sunt inter Arretiũ & Senam
ostia. recto tramite. Telamon portus à Telamonio Teucro huc adplicante post bellum Troianũ,
Telamon ac extincto fratre diuersa exilia quærente. Huc & Marius etiam ex Africano exilio reuertẽs
portus. peruenit. Denique apud hunc nobilis illa Romanorum contra Gallos uictoria, Æmylio Le
Herculis pido, & Attilio Regulo Coss. teste Polybio. Prope hunc etiam portus Herculis, quod no
portus. men non mutauit, & Ansidonia cum portu quæ dicitur Fenilia iam extincto. Marsilianum:
Ansidonia montes quoq; Acutus, Ianutius & Argẽtarius, Senensium ac pontificis Romani terminus.
Fenilia De Ansidonia prodigiũ fertur, quũ à Carolo Magno contra Longobardos difficilius cæte
ris expugnaretur, adducta S. Anastasij caluaria, castrisq; prælata, statim in potestatẽ uenis
se. Quapropter hæc cum nonnullis etiã supradictis littoralibus dono eius cœnobio Romæ
ab eo cõcessa, cuius rei monimentũ in eodem tẽplo marmorea tabula inscriptũ legitur. Post
Grauiscæ hæc Grauiscæ à Geographis ponũtur, quæ iam interiere. Deinde Castrũnouũ, quod Corne
Castrũno. tum esse diligentiores putant. Nam & pars hodie ciuitatis eo nomine appellatur. Vocaba
Cornetum tur & castrum Inui, uti Seruius in uersu Virgiliano libro vij. testatur. Pometios castrumq;
Inui, Bolamq; Choramq; Inuus enim Pan seu Faunus dicitur, ab ineũdo, ob eius libidinem.
Is uero corniger quum sit, non mirum Cornetũ postea locum fuisse appellatũ. Amnis hic la
Minio bitur Minio. è mõtibus uicinis, recta in mare profluens semita. Virgilius. Minionis in aruis.
Tarquinij Paulũ uero à mari remota Tarquiniorũ uestigia uisuntur, nomen priscum adhuc retinẽtia.
Tarcontis ædificium, illius qui duodecim Hetruriæ ciuitates cõdidit: uti Strabo. Huc appli
Blera cans Demaratus Corinthius, Lucumonẽ genuit, qui Tarquinius Priscus uocatus. Blera Pli
Pyrgi nio Ptolemæoq; uestigia & oppidi & nominis retinet: Pyrgi uero ciuitas uetus putat. Vir
Cẽtũcellæ gilius, Et Pyrgi ueteres. Centumcellæ, quarum meminit Plinius in quadam epistola: Hadria
Augu, pro nus inquit, princeps centũ iudicibus totidem cellas ædificauit ad audiendas præsente se cau
digium. sas institutas. Hic etiam Augustinus librum de trinitate scribens, prodigium pueri, cocleari
Portus ro. pelagus euacuare conantis uidit. Postremo portus Roma. à Claudio extructus, deiecta na
ui maxima, quæ olim magnum obeliscum aduexerat, ut ait Tranquillus. Absoluta iam ora,
ad interiora reuertar, initio à Pisis sumpto.

RES PISANORVM

PISAS Dionysius à Pelasgis conditas dicit. Plinius Virgilium secutus, à Pi
seis Peloponesi, sitasq; inter Arnum & Auserim scribit. Strabo autem sic: Pi
sæ ab his conditæ sunt Pisanis, qui è Peloponeso cum Nestore aduersus
Ilium militauerunt: remeantes errore diiecti, hi quidem Metapontum, alij Pi
sanum tenuerunt agrum. Duos autem inter amnes sitæ sunt in eorum con
gressione. Arni & Esaris, quorum alter ex Arretio multus delabitur: non tamen integer,
sed trifariam diuisus, alter ab Appennino. Confluentibus autem illis unum in alueum, a
deo tolluntur mutuo alterius impetu, ut qui in amborum ripis extent, se inuicem adspi
cere nequeant: hæc Strabo. Qui autem hi amnes simul confluentes sint, sanè alios non
uidemus,

uidemus, quàm Eram & Elsam nunc uocatos in Arnum confluentes, Eramq; uiciniorem
Pisis ab eo Elarem uocari necesse est. Plinius uero inter Auserim & Arnum dicit. Est autem
Auseris fluuius prope Lucã, cuius olim pars riuus ille qui iuxtà Pisas nunc labitur fuit. Hũc *Auseris*
etiã forte Strabo intelligit, ac pro Auseri Elarem ponit, nam Era, nec ex Arretio, nec Apenni
no labitur: quod si de Auseri dicit, necesse fuerit eum quandoq; in Arnũ alio cursu influxisse.
Pisanorũ terra mariq; res diu floruere. Anno siquidẽ DCCCCLXII. Otho primus quum
primum Pisas ueniret, septem Germanorũ familias in eo loco reliquit habitare uolentium.
Quas & facultatibus & honoribus ornauit. Quæ sunt huiusce modi, Calamacta, Orlãdi, Ri
pafracta, Gatani, Gusemarij, uicecomites, Dodi. Nõ multis post annis, quum à pontifice edi
ctum esset, ut cuiq; Christianorum liceret Sardiniam possidere, modo à Saracenis eam libe *Bellum cõtra*
rasset, Pisani eam expeditionẽ aduersus Musactum eorũ regem fecere. Interea Lucenses, qui *Saracenos.*
superiore anno ob quasdam incursiones in discordiam uenerant, adiunctis Transpadanis
in agrum Pisanum inuadũt, Valdeserchium ceperunt, quos Pisani statim remeantes usque
ad Ripamfractam fugauerunt, nec multo post cum classe Rhegium obsederunt. Musactus *Musactus rex*
è Sardinia Pisas inuadit atque incendit, multitudine ad uicinos se montes & loca proxima
transferente. At Pisani cum uictoria remigrantes, ac incensam urbem ingressi die lancti Si
xti, anno MVI. restituere in primis ædificia curauerunt. Post annum deinde sextum Car
dinale Ostiensi à pontifice misso, tum Lamberto præsule Pisano populum impellentibus,
Christi causa Sardiniã rursus repetentes, uictoria potiuntur, insula capta atq; incensa, fuga *Sardinia ca*
toq; Musacto. Verũ post trienniũ ab eodem irruptione facta, unà cum cæteris Christianis *pta.*
pulsi eam amiserunt, eodemq; anno cum Genuensibus societate facta recuperauerũt, ex con
uentis præda illis, Pisanis uero insula cessit. Quæ ab eis in quatuor diuisa est partes, Arbo
ream, Calarim, & alias duas, quibus singulis magistratus præfecerunt, quos iudices appella
bant. Carthaginẽ dein anno MXXX. classe ceperunt, regem captũ ad pontificem duxere, *Carthago cũ*
quem Christianũ factum, ac diademate redimitũ, tandem remisere. Post annos XX. Musa *rege capta.*
ctus antiquã Sardiniæ possessionẽ recepit, multis castellis & ædificijs ornauit. At Pisani rur
sus impulsore Pontifice eãdem expeditionẽ tentãtes, ac in Corsicam tempestate delati, eam
deinde Sardiniã ceperunt, quam Musactus ante fugam prius cum bonis his quæ exportare
nõ poterat incẽdit. Anno post hæc Panormũ in Sicilia Saracenis ademerũt, ex cuius uicto
riæ manubijs, Præsulis ædis ac basilicã ædificare cœperũt, ubi prius ædes diuæ Reparatæ fue
rat, uectigali adsignato: partim quod Beatrix Hetruriæ comitissa Pisis sepulta, ac eius filia
Matildis ei adsignauerãt: partim quod Henrici III. cõcessio, à quo per legatos impetratũ, ut
Papiniani & Reguli in ualle Serchi redditus ei dicarẽtur. Anno MLXX. bellũ Genuensiũ
occasione ablatæ eis Corsicæ sustinuerũt, nec multo post XII. ipsorũ triremes Arni ostia in
gressas, die item S. Sixti superauerũt, ex quibus VII. mercibus onustas Græciã petẽtes cepe
runt. Ex quo Pisani inter fastos eum diem retulerũt, bis iam cõsecuta uictoria, templumq; ei
extruxerũt. Anno. MXC. in expeditionẽ Hierosolymitanã unà cum Gallicis proceribus &
ipsi cũ ingenti classe profecti, Caloioannem Imp. qui in itinere cõmeatum ac trãsitum impe
diuerat, multis adfecerãt incõmodis, insulis insuper nõnullis ademptis: cum quo pacem hac
conditione fecerunt, ut cœptũ iam Pisis templum, cum sacris ædibus, sua absolueret impen *Baleares insu*
sa. An. MCVIII. in maiorem & minorẽ insulas Baleares adhortãte Paschale II. Pont. expe *læ captæ.*
ditionem susceperunt, ubi menses à profectione XXVI. labores famemq; ac naufragia exper
ti: semestri tandem obsidione eas cepere, ac Pisanos in eo bello mortuos tumulo cum elogio *Versus.*
rei gestæ Massiliæ in æde Victoris honorauerunt, quod adhuc extat his uersibus: Verbi in
carnati de uirgine mille peractis Annis bis centum, bis septem connumeratis. Vincere ma
joricas Christi famulis inimicas Tentant Pisani Maumeti regna prophani. Mane necidan
tur: multi tamen his sociantur, Angelicæ turbæ cœliq; locantur in urbe. Terra destructa clas
sis redit æquore ducta, Primum ope diuina simul & uictrice carina. O pia uictorum boni
tas, defuncta suorum Corpora classe gerunt, Pisasque reducere quærunt. Sed simul addu *Colũnæ por*
ctus ne turbet gaudia luctus, Cæsi pro Christo tumulo clauduntur in isto. Ex ea igitur præ *phyreticæ.*
da portas ligneas retulere, quæ nunc in templo Pisano cernuntur, paruamq; columnam su *Regina maio*
pra portam maiorem stantem. Duas insuper columnas porphyreticas, quas postea Flo *ris insulæ cũ*
rentinis ob merita seruatæ ab eis, Pisanis absentibus, urbis contra Lucenses, dono dedere. *filio Pisas du*
Quæ pro foribus templi diui Ioannis hodie cernũtur. Sed & rege Saraceno Maioris inter *citur.*
fecto

Universidad de Deusto
Biblioteca

secto,reginã captam cum paruo filio Pisas in triumphũ duxere: ubi ab urbis Præsule Christianus simul & canonicus factus, ad postremũ rex Maioris in paternũ regnum dimittitur. Anno MCLXVIII. Americo regi Hierosolymitano cõtra Saracenos qui Alexandriã occupauerũt, XL. triremes miserũt, cõsecutaq; uictoria, gratiæ eis actæ p legatũ. Humanioq; & hospitales in Ro. pontifices fuere, nam his ferè tẽporibus Gelasiũ III. Henri. III. Imp. iram fugientem, dein Calistũ II. è Burgundia Romam illac iter habentẽ, qui & Sardiniam Pisanis cõcessit, exceperũt. Innocentiũ II. item iectũ Pisas duxerũt, ac eius causa unà cum Imp. Siciliæ regnũ Rogerio auferre contenderũt. Quo tẽpore Neapolim annis VII. simul cũ oppidis circa multis præsidio tenuerũt, inde iuris ciuilis Pandectis, quæ nũc apud Florentinos sunt, Pisas traductis: Salernitanãq; deniq; ciuitatẽ obsederũt, pro quibus meritis ille pacem inter ipsos & Genuenses primũ constituit. Deinde Pisanũ præsulem Metropoliticũ fecit. Postremis uero tẽporibus Gregoriũ XI. ex Gallia Romã redeũtem, quanq; interdicti sacris ab eo ob Florentinorũ societatẽ fuissent, gemina triremi iuuerunt. Anno M.CLV. fœdus cum Gulielmo Rogerij filio iniuerunt, à quo plurimis donati muneribus fuere. Aedem diuo Barptolemæo dicauerunt, ac pars urbis quæ Chinsica uocat flagrauit. Anno autem M.CLIX. cum Frederici Aenobarbi partibus studerent, Palarius cõsul, qui postea Palario castro nomen dedit, cũ Gerardo comite ac nobilibus Pisanis auxilio ipsi Imperatori, qui Mediolanũ obsidebat, profectus est. Rursus eidem ad expugnationẽ urbis ueteris cũ exercitu adfuere. Paucis deinde post annis Concho cõsule multa ædificari publica cœpta ædificia, & Rainerius homo Pisanus ac rusticus, q terrã arabat, omnis ueneris expers, ac iustissimus sanctitate florebat. Anno M.CLX. cũ classe Albigaunũ ceperunt, ex quo Genuen. bellũ in se, cõcitarunt, qui cum LII. triremibus in ostio Rhodani cõflixerunt, ac demũ uicti & rebus spoliati, liberi precibus ducis cõdonati fuere. Deinde Gregorio viij. sequestro, qui ea tẽpestate Pisas uenerat, pax inter utrumq; populũ facta: mox ad Hierosolymitanã expeditionem, cum eodẽ Frederico classem L. triremũ unà cum Vbaldo Lanfranco urbis præsule miserunt, qui Imperatore in flumine casu demerso, statim domũ reuertit. Sub eodẽ præsule Campum sanctum dicauere, ex terra quã Hierosolymis adduxerant iniecta nuncupatũ. Idem quoq; Præsul in Gorgonã insulam Othonis Imperatoris furorẽ aufugit, q̃ eum ut Põtifici rebellem Innocentij III. iussu Pisis publice sacris interdixerit. Post hæc Pisani Frederico I. põtificis hosti magnopere fauerunt, cuius causa Cardinales quosdã à Gregorio viij. ad cõcilium contra eum ex Gallis adcersitos apud Malorã depressserunt. Malora enim saxea moles seu scopulus instar insulæ aquis abditus V. pass. mil. in mari procedens recessu cauo ac brachijs portũ efficit Pisanũ. Huius igit sceleris haud multo post diuina ultione pœnas dedere, superati in eodem ferè loco, memorabili clade, à Genuensiũ classe, dum de Corsicæ imperio decertarẽt, ubi triremes XLIX. hominũ uero XII. milia desiderauerunt. Sed ab eisdem iterũ paucis post annis alia sustinuere incõmoda, portu ac turri apud Liburnũ captis atq; incẽsis. Ab eodem item Gregorio Sardiniæ titulo priuati nõ destitere quin omnibus uiribus perseuerarent, tra derentq; & ipsi suis proceribus facultatem, insulam eam quoquo modo cõsequendi, quã ad postremũ Bonifacius viij. Aragonum regi tributũ pollicenti, reliquis exclusis concessit, cum quo rege etiã postea bello cõtenderunt, multisq; demũ acceptis incommodis, pacem certis cõditionibus fecerunt. Manfredi etiã Siciliæ regis Frederici filij partes contra pontificem iuuerunt. Quo postea crimine à Clemente IIII. expiati fuere. Paulo uero ante, anno uidelicet M.CCLVIII. cũ Venetis cõtra Genuenses societatẽ iniuerunt annos X. duraturam. Qua etiam tẽpestate apud Acconẽ in Syria contra eosdẽ pugna nauali cõmissa superiores fuere, præfecto classis ac duce Sigerio Saxecta consule simul & Henrico Gataneo capitaneo Pisano. Statum uero reip. uarius magistratus administrauit. Primo unus consul, deinde Antiani cũ potestate, ac capitaneo, postremo dux: uerũ ex his nõnulli tyrannidẽ occupabant, populo nõ diu tolerati. Anno siquidẽ M.CCLXXXII. Vgolinus comes eorum ciuis, qui oppida quædã in agro Pisano retinebat, multos annos in patria dominatus cũ partiũ putaretur Gibellinarũ: Guelphis tamen & Florentinis faueret, ab Vbaldis, Gualandis, Lanfrancis, Orlandis simul coniuratis expulsus, ad Florentinos cõfugit, quorũ auxilio multa patriæ damna intulit. Demum post aliquot annos reuocatus ac autore Rogerio præsule ciuitatis è familia Vbaldorũ per proditionem captus, unà cum filijs fame ablumptus, cuius adhuc familiæ cernuntur reliquiæ, in agro Pisano Gerardescam possidentium, ab eo Girardo uocitatam, quem

Pisani hospitales in Rom. pontifices.

Pãdectæ iuris.

Palarius con. Gerardus co.

Comẽbus con. Rainerius Albigaunũ captum.

Hierosolymitana expedit.

Vbaldus Lanfrãcus præsul

Cãpus sanct.

Cardinales deprimũtur.

Malora portus.

Superati Genuensibus.

Bellũ cũ Aragonũ rege ob Sardiniam.

Sigerius Saxecta consul.

Vgolinus co.

Roger. præsul

quem supra auxilio missum à Pisanis dixi. Sed & eadẽ tẽpestate alij quoq; ex urbe pulsi à factione uicecomitũ ad Florentinos item se recepere. Inter quos Nerius Gallura, corumq; simul & Lucensiũ auxilijs multas in patria excursiones fecere. Demũ Pisas portu pontibusq; occupatis obsederunt. Pisani tot pressi angustijs, Guidonem Feretranũ accersiuere, cuius uirtute, simulq; dei benignitate respublica restituta, ac põtadera multaq; alia amissa recuperata fuere. Guidoni Fredericus item Feretranus in exercitu successit, cuius tunc opera Balnea ad aquas ædificijs habitationibusq; ornata fuere. Post hæc Pisani mãdata quædã impe. Rodulphi, qui Miniatæ morabatur, spernẽtes, plane ad defectionẽ tendere uidebãtur. Quare uicarius eius bellum inferẽs, Pisas adeo diripuit, ut uix postea resipiscere fuerit. Vgutius deinde Fagiolanus è Flaminia oriũdus uir fortissimus, capitanei nomine ad regendã remp. accersitus, Lucæ dominationem inuasit. Florentinos plurimis adfecit incõmodis, præsertim anno M.CCCXI. apud mõtem Catinũ uallis Neuolæ, Pistorienſibus ac Volaterranis sibi adsciscitis. Sed quũ ex parente tyrannus factus esset, primũ Lucenses filium eius Neriũ ex urbe pellunt, quod Castritiũ nobilem adolescẽtem è Castracanum familia in carcerem duci iussisset. Vgutio igitur in eos prodeũti, ac inde paulo post re infecta redeunti, eodẽ die Pisani portas clauserunt, ille ad Malespinas unà cũ filio cõfugit, ubi tentato sæpius nequicq; reditu ad solum paternũ reuertit. Pisani deinde Gerardũ è comitibus Donorciatici rebus præficiũt: post uero hũc Fatium comitem: hic ciues ad concordiã induxit, uir unus omnino iustissimus putatus: decessit post annos III. ex pestilentia, maximo omnium desiderio de se relicto. Anno M.CCCXXXIX. Pisis studiũ literarum institutũ, probante Pontifice. Deinde renouantibus bellum Florentinis, Ioannem Haucutũ ex Anglia uocauerunt, cuius ductu Florentinos adeo pressерunt, ut omnibus circa oppidis captis, ad portas urbis sint castrametati, ucrũ dece, ut dicitur corrupto, illius periculũ uitauere, paucisq; post annis cõmutata fortuna duce Galeocto Malatesta. Pisanos insigni clade adfecerũt, ex eisq; ad mille captos in triumphum duxere. Pax deinde subsecuta Innocentij Pontificis legato pacificatore. Pisani id Gambacurtarum, qui tunc urbis potiebantur, auaritiæ referentes, eos ex urbe pepulerunt: ac Ioannem Agnellum nobilem uirum Pisanũ ducem primũ nouo tunc magistratu cõstituerunt. Anno MCCCLXV. Cuius item nõ longa felicitas. Post annos siquidẽ IIII. dum Lucæ quo salutatũ Carolũ Imp. ierat, ludos spectat, ruina podij, crus perfregit: ex quo magistratu se coactus est abdicare. Filijq; Gualterius ac Franciscus in eius locũ in templo ab uniuerso populo surrogati. Verum illis inuidiosum recusantibus magistratũ, Antiani ad palatij cõsessum, antiquamq; rediere potestatẽ. Carolus interea Pisanis septem aureorũ milia singulis mensibus donec esset in Italia imperauit. Anno M.CCCLXIX. Petrus Gambacurta cũ Guidone fratre ac filijs XII. aureorũ milibus Carolo datis, reditũ in patriam impetrauit, ubi tanto exceptus cũ honore, quãto nemo unq;. Hic igitur Florentinorũ fuerat amicus: quumq; aliquandiu rem tenuisset ab Iacobo Appiano uiro Pisano scriba reip. rerũ omniũ conscio per scelus interficitur. Iacobus rerũ potitus, post annos IIII remp. filio Geraldo dimisit. Hic uidẽs urbẽ minime tueri posse, anno dominationis III. Ioanni Galeatio uicecomiti uẽdidit, plumbino oppido sibi reseruato. Galeatius uero decedens, hanc in portionẽ Gabrieli filio suo notho testamento reliquit, qui & ipse diffisus uiribus, eam rursus Florentinis uenũdedit, illi statim urbem capiunt. Pisani indignati, Io. Gambacurtã exulem reuocant, eoq; duce facta irruptione, Florentinos urbe deijciunt, bona diripiunt, sese in libertatem omnino uendicantes, atq; ut id tutius agant, Agnellorũ factionem urbi etiam restituunt: ac cũ Gambacurtis cõciliant, ante aram eucharistia inter utrumq; familiæ principem diuisa. Mox rupto fœdere, Gambacurta Io. Agnellum per proditionem cædit, ac postremo Florentinis aliquot mẽses Pisas obsidentibus uendidit. Illi anno M.CCCCV. in urbem recepti. Gino Caponio primo prætore. Huius postea Ioannis filius Gerardus Gambacurta, dum Ferdinando Siciliæ regi aduersus Florentinos uenienti, castella quatuor in Apennino sita, quæ pater à Florentinis merito proditionis acceperat, tradere cupit, per suorum proditionem decipitur, castellis Florentinis traditis, ex quo ille regem pauper diu ac miser secutus est. Captas igitur Pisas, Florẽtini usq; ad annum millesimũ quadringentesimũ nonagesimumquintũ tenuere. Aduentu tunc demum & hortatu Caroli regis Gallorum, illac iter cõtra regem Neapolitanum facientis, sese iterum in libertatem uendicantes, non solum magistratus, sed eorũ antiquas in urbe familias expulerunt, bonaq; diripuerũt. Se quoq; tuendi gratia in fidem Venetorum dedidere. Quorum

Nerius Gallura.

Guido Feretranus.

Fred. Feret.

Balnea ad aquas.

Rodulphus

Vgutius Fagiolanus.

Luca capta.

Mons catinus

Gerardus co.

Fatius com.

Pisis studium literarum.

Ioannes Haucutus ex Anglia accersitus.

Bellũ contra Florẽtinos.

Antiani renouati.

Petrus Gambacurta.

Io. Appianus

Galeatius uicecomes.

Gabriel fil. Florẽtini

Gerardus Gãbacurta

Pisani aduentu Caroli rebellant.

auxilio

Universidad de Deusto
Biblioteca

auxilio excursiones in hostili crebras ausi facere, ab eis tandem Turcarum bello imminente
deserti, suis nũ causpicijs uiuunt, nequicquam sæpe ab hostibus bello lacessiti, magna ui ani-
mi potius, quàm uiribus annis iam prope XII. restiterunt. Luca Romanorũ colonia. Liuius *Luca*
xxi. Annibal in Ligures, Sempronius Lucam cõcessit. Frontinus libro iij. T. Domitius Cal-
uinus cum obsideret Lucam oppidum Ligurum, non situ tantum & operibus sed etiam op
pugnatorum præsentia tutũ, circuiri muros iubet. M. Varro dicit eam à lucentibus clypeis
dictam, quibus eorũ turres erant munitæ. Nulla ciuitas tam breui tẽpore plures experta do
minos. Nam à Gothis possessam ante omnia, Narses VII. obsidionis mense in potestate re-
degit: deinde à Bonifacio eius urbis ciue dominata, qui ex Beatrice Henrici Imp. filia Matil
dem genuit, coniugem Gotifredi magnæ ditionis hæredem, decq; Christiana religione opti-
me meritam. Deinde Vgutius Fagiolanus quem supra in historia Pisana pulsum unà cũ Ne
rio filio dixi. Dein Castritius è Castracanũ familia, ex captiuo patriæ dominus factus. Res *Castritius*
multas in Italia gessit, Galeatio uicecomiti, & Accio eius filio familiarissimus. Florẽtinorum
acerrimus ac perpetuus hostis. Post eius mortem filij à Ludouico Bauaro Imp. cæcti fuere,
quum ille patrem suis hostibus fauentem reperisset. Post Bauari discessum Teutonici, qui in
præsidio Lucæ erant, cum Marco uicecomite, quem missum à Bauaro obsidem tenebant, ci
uitatem Florentinis precio LXXX. miliũ aureorum obtulerunt: illis autẽ renuentibus ite
rum discedente Marco, minore satis precio Gerardino Spinulæ Genuensi dedere, qui uix
Io. Boemiæ rex. accepta possessione, à Florẽtinis obsidione premitur. Tandem unà cum ciuibus rebus despe
Pe. Roscius. ratis, Ioannem Boemiæ regem, qui tũc forte in Italia à Brixiensibus adcersitus uenerat, ad tu-
Mastinus Scaliger tandam temp. euocat: ille dominatione accepta, Lucam ab obsidione quinq; mensium libe-
rat. Post hæc discedens, Petro Roscio Lucam & Parmam commisit, ille ex conuentione qua
dam Mastino Scaligero tradidit: Mastinus uero Florẽtinis uendidit, qui nouem tantũ men
ses eam possederũt. Pisani reminiscentes Lucam eorũ potius esse iuris, uti rebellem Impera-
toris ab Henrico sibi cõcessam, urbem obsidione durissima cingũt, agrum simul undiq; cum
castris occupant, frustra Roberto tunc rege, eos tanquam à possessione sua discedere mãdan
Carolus Imp. te: tandẽ post aliquot menses pax certis conditionibus facta. Nec diu postea Carolus Imp.
Ioan. regis supradicti filius in Italiam ab Vrbano pon. adcersitus, Lucam diuertẽdo accepit,
ubi aliquandiu moratus est: discedẽs Cardinalem quendã Gallicum in eo loco reliquit. Qui
Lucenses pe- urbem Lucensibus XXV. aureorum mil. uendidit, à Florentinis mutuo acceptis, à quibus
cunia se à ui- & ciues nõnulli solertes ad reconcinnandã remp. eorum, missi fuere. Arx item quam Castri-
cario Caroli tius olim excitauerat, euestigio diruta. In eoq; statu usq; ad Paulum Guinisiũ fuere. Hic cum
redimunt. multas possideret opes, ac patriæ tyrannidem occupasset, infelicem habuit exitũ, ut mox di-
Paulus Guin. cam. Florentini postremo Lucẽses obsident per Nicolaũ Fortebrachium, ægre ferẽtes quod
Florentinorũ Ladislaus Pauli filius, Philippo duci, eorum hosti militasset. Illi ad opes Philippi confugien
obsidio. tes, Francisco Sfortia, & Nicolao Picinino ducibus ab eo missis: non solũ pestem à domino
Guidantonius pepulerunt, sed ultro ausi Florentinos inuadere, quibus Guidantonius Vbaldinus dux fue-
Vbaldinus rat, prælio commisso superiores fuere, ubi hostium equitum quatuor, peditum tria milia desi
derata fuere. In eo bello, quum Paulus rebus Florentinorum clãm studere deprehenderetur,
à populo captus, ac Francisco traditus, ab eodem Mediolanum ad Philippum ductus, atq;
in custodia extinctus est. Filius uero Ladislaus qui eodem tempore sub Francisco patriæ mi
litabat, ubi patrem esse captum accepit, illico ausugit. Aliquot deinde post annis, clãm noctu
Lucam ingressus, sese magistratibus ostendit, flens atq; obtestans, uti iam insontis laborum
misereretur: quod si per eos minus in patria uiuere, saltem mori liceret, sese paratum eorum
iussu supplicium ferre. Illi misericordia cõmoti, humaniter castigant, hortanturq; uti sortem
Phridianus æquo animo perferat: neu ciuitatis amplius hoc pacto statum perturbet, datisq; comitibus
Fanũ Herc. & pecunia, abire iusserunt. Hinc fuere Pontifices duo, Lucius III. & Alexander III. hic &
Feroniæ lu Phridianus Præsul ante omnis colitur, cuius meminit Gregorius: cum in alijs de Lucẽsibus
cus. benemeritus, tum quod Auserim amnem agros inundatione uastãtem diuinitus cõpescuit,
Auseris ex quo pars ea quæ Auseris nũc dicitur ab eo diducta adspicitur. Hæc & Agnelli mei patria
uiri moribus, ac literatura ornatissimi. Prope Lucã fanum Herculis, cuius oppidi parua nũc
extant uestigia. Deinde Feroniæ lucus Ptolemæo, qui nunc Bientina cum lacu forte fuerit,
nonnullis uero Petrasancta, uti supra monstraui: alter enim Feroniæ lucus apud Soracten.
Focenses Fucetium oppidũ cum altero lacu: sunt qui hos Focenses apoellare uelint, ex Desiderij regis
marmore

marmore, Viterbij reperto. Dein Piscia, Pratum, noua nomina, de quibus alijsq; in Floren- *Piscia*
tinorum epitome mentionem faciam. Pistorium propius Apennino, cuius meminit Sallu- *Pratum*
stius in Catilinario. Nullum æque oppidum Florentinis negocium fecit, acriusq; restitit, *Pistorium*
cũ sæpe uictũ fortius resurgeret, societate auxilioq; maxime Castritij Lucensis freti, cuius *Philippus*
etiã adhortatione ac uiribus Philippũ Tidicem Pistorien. tyrannũ patriæ cõstituerunt: Flo *Tidices*
rentinis magnopere aduersum, ipsius Castritij generum: tãdem anno M.CCCLI. penitus
succubuit, ut in Florentinorum referam historia. Hæc ciuitas mater seditionum totius He-
truriæ, ab ipsa nanq; Alborum & Nigrorũ factiones Florentiam defluxerunt. Deinde Can
cellarij & Pantiatici crebris tumultibus urbem implicuere. Ii quum diu quieuissent, proxi-
mis annis ita sunt excitati, ut omnia cruore, cæde, incendioq; referserint, nec finis adhuc
esse uideatur, Cancellarijs nunc potientibus. Hic Nicolaus Forteguerra cardinalis Thea- *Atheneum*
nensis Atheneum nobile ac religiosum constituit pauperibus doctrinæ operã dare cupien- *pistoriense.*
tibus refugium. Fesulas ex una Pleiadum ferunt esse dictam, inter XII. Hetruriæ, cuius ad *Fesulæ*
huc uestigia uisuntur, cũ nobili cœnobio à Cosmo Medice ædificato, subiugata à Floren- *Redagages*
tinis anno M.XXIIII. locus memorabilis clade Redagagis Gothorum regis à Stilicone *Minio flu.*
superati. Hinc Minio fluit amnis ad mœnia usq; Florẽtina. Supra in Apennini iugo castra *Terra Pasu-*
Florentinorum notissima. Insuper & terra Pasumenna, quam Strabo dicit ab Arretio esse *menna.*
cæteris remotiorem, qua Annibal iter ad Trasimenem fecit, licet alia uia facilior ascensu *Casentinum*
Arimino deinde per Vmbriam foret, à præsidijs Romanorum tamen magis tenebat. Qui *Regio inter*
bus uerbis Casentinum describere uidetur. Sequitur pars quam Liuius in descriptione iti *Fesulas et*
neris Annibalis, omnium fructuum feracissimam esse dicit inter Fesulas & Arretium, *Arretium.*
quam uallem Arni superiorem appellant: tunc paludibus occupabatur, obicibus saxo-
rum cursum Arno remorantibus: quæ in sequentibus temporibus Incisæ oppido in ea
parte ædificato nomen dedere. Arretium inter XII. item ponitur, bis rebellauit. Liuius
XXVI C. Terentius Varro obsides ab Arretinis senatorum filios cepit. CXX. Item bel
lo sociali autores fuere Hetruriæ defectionis simul cum Marsis & Picentibus. Quapropter
Sylla in eos acrius sæuit proscriptis ciuibus antiquis, nouam deducendo Coloniam: indi-
cio est marmoris inscriptio, quæ adhuc in ea urbe cernitur, Arretini ueteres duplici R. Pli. *Arretini*
Arretini ueteres, Arretini fidentiores: processu deinde temporis uaria cum Florentinis bel *ueteres.*
la gessere, quanq; Guelphi & ipsi fuerunt earundem partium usq; ad Fredericum II. Ve- *Tarlati*
rum postea Tarlati Vbertiniq; Gibellini extorres, reducti Manfredi Siciliæ regis tempo- *Vbertini*
re aduersari cœperunt, primusq; Gulielmus Vbertinorũ princeps, patriæq; præsul simul *Guli. præsul*
& tyrannus, ac duci propior quàm sacerdoti, Florentinis sæpe belli intulit, postremo Gui-
done Feretano simul & exulibus Florentinis auxiliantibus, cum eisdem Carolum II. Sici- *Guido Pe-*
liæ regem socium habentibus, congressus in prælio apud Bibiennam occubuit, ubi Arreti- *tramala.*
norum tria milia cæsa: capta autem duo milia fuere. Guido deinde Petramala Tarlatorum
caput, sacerdotio ac tyrannidi succedens anno M.CCXVIII. à Florentinis & Rober-
to rege bello superatus, cum eis cõuenit, ut urbis imperio penes Robertum relicto, ipse ur- *Cortonæ I*
bis administrandæ, creandorumq; magistratuum ius haberet. Deinde gliscente imperij *præsul*
cupiditate, cum Tifernum Pontifici abstulisset, à Ioanne XXII. præsulatu deijcit, ex Are
tina insuper diœcesi Cortona deducitur, primo præsule in ea ex Vbertinorum familia con
stituto. Quam ob rem Guido iratus, Vbertinorum castella euertit. Postremo præter ponti
ficis autoritatem Ludouicum Bauarum eius hostem diademate ferreo Mediolani de more
redimiuit, Dumq; reuertit, febre correptus, in itinere apud Nigrum mõtem decessit, uir ar
mis natus magis quàm religioni. Arretium, Burgum, Tifernum, Castilionem, Terramo-
uam in suam potestatem redegerat: Arretium mœnibus restituit, Viam quæ ab Anglari
ad Burgum ducit, latiorem reddidit, ubi quondam Nicolaus Picininus à Florentinorum
& Pontificis exercitu superatus est. Hoc extincto, res ad Petrum cognomento Saccõnem *Petrus Saccon*
eius fratrem peruenit: hic quoq; in dissensionem cum Vbertinis, quãquam eiusdem factio
nis uenit, causaq; fuit, ut Vguitij Fagiolani liberi castra quidem amitterẽt: at illi reddito ta
lione, ut Sacco Tifernum & Burgum, quibus deperditis, necesse fuit cedere Florentinis.
Itaq; eis Arretium uendidit, castris sibi quibusdam reseruatis. Mox in suspitionẽ uenies, ca
ptus ab eisdẽ & in carcerẽ coniectus, direptis eius bonis. Qui ædibus incensis liberatus po
stea à Gualterio Florentinorum tyranno, in dominationem rursus redijt. Bellum Florenti-

i nis Peru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis Perusinisq; intulit. Castra Vallisarni, Ficinum atque alia incendit, & in Montemuar/
cum se recipit. Iterum ab Arretinis eiectus, ad Carolum Imperatorem frustra confugit. De/
mum apud Bibiennam oppidum suum excessit octogenarius, eo robore, ut etiam par iu/
uentuti arma indueret, omniaq; militis munera obiret. Liberos nonnullos reliquit, quibus
paulo post Bibienam cæteraq; oppida ademerunt, impulsoribus pariter & adiutoribus, Fa
rinata, & Ario, Vbertinis, qui in gratiam nuper cum Florentinis redierāt, ob egregiam eo/
rum in bello Theutonico nauatam operam, in quo & Biordus ex eorum familia cecidit. In
terea Arretini post Gualterij Florentinam tyrannidem, in libertatem se iterum uendicaue/
runt, ac LX. ciues creati, rempub. aliquamdiu feliciter administrauerunt. Verum inter suc
cessores postea discordia nata, pars altera Carolo Pannoniæ regi, qui aduersus Ioannam Si
ciliæ reginam tunc in Italiam uenerat, urbem tradidit, quo paulo post discedente, Sacconis
filij simul cum ubertinis reliquisq; Gibellinis rursus in urbem, aduersarijs expulsis reuoca/
ti, ob metum & ipsi mox contrariam iterum reuocant factionem, qui simul una postea ur/
bem diripuerunt. Arretium post hæc Engeranius Ludouici Andegauensis dux XII. mi/
lium ex Gallia supplementum adferens in itinere, auxiliantibus Sacconis filijs extorri/
bus diripit arcem uero cum oppugnare cœpisset, adlato de morte Ludo. nuncio, desistens,
urbem Florentinis, anno M. CCCCLXXXV. L. milibus aureis uendidit. Paucis dein
post annis Ioannes urbis præsul à Gregorio XI. instigatus, bellum eisdē mouit, uictus tan/
dem ac fugatus est, ædes crematæ, ppinqui interfecti. Res deinde Arretinis pacata, usq; ad
annum MDII. fuit. Quo tempore, illi impulsore Vitellotio Tifernate à Pontifice cum ex/
ercitu misso, rebellauerunt, captaq; arce & magistratu, res cito deferbuit, autoritateq; Lo/
douici regis Gallorum Florentinis amici, sedata est: ac urbs propterea ciuibus ob metum
diffugientibus, penitus uiduata, in misera nunc cernitur conditione: sed de his pluribus cū
ad res uenero Florentinas. Arretina testa apud ueteres in precio, cuius meminit Martialis,
ea nunc terra præstantior apud Dirutam uicinum castrum reperitur, ubi & Figlina fiunt,
ita & soli natura sæpe tempore mutatur, & Saguntina quondam apud maiorem insulam
nunc exercentur. Censetur Arretium Leonardo, Carolo, & Ioanne Tortellio bonarum ar/
tium peritissimis, ac Francisco iurisconsultissimo, necnō Guidone etiam musico supra hæc
tempora, qui totam melodiam sex notis in manus articulis inuenit, Sed præter omnis Do/
nato martyre urbis præsule sub Valentiniano imperante: is ut apparet in tabulis antiquis
apud ecclesiam Arretinam existentibus: Zenobium tribunū Landerici filium senatorem
Romanum diuitem ac potentem Christianum fecit, qui Arretinam postea dotauit basili/
cam, ubi multa oppida nominantur ab eo constructa, quæ nunc Senensium sunt. Hinc fue/
re Mecœnas teste Macrobio, & Laurētinus ac Pergentinus duo fratres martyres sub Dio/
cletiano, in eademq; iacent urbe. Cortona prius Corithum: Silius. Arreti muros, Corithi
nunc diruit arcem. Dionysius Cottonem prius dictam ait: deinde factam Romanā colo/
niam, Cortonam cœpisse uocari. Hanc conditam prius à Pelasgis Tyrrheni occupauere,
hinc Dardanus fuit Troianæ gentis conditor. Virg. Hinc illū Corithi Tyrrhena à sede pro
fectum. Eam insequentibus seculis Arretini expugnauerunt, à quibus diu possessa fuit, ab/
latam deinde Pontifex ab eis deiecto Guidone, præsulatus honore (uti supra dixi) decora/
uit. Deinde Vgutius tyrannus eam possedit, qui à Florentinis desciendo Io. Galeatio adhę
serat: tandem ob libidinem in fœminas, est à ciuibus interfectus, superstitibus liberis, qui
exularunt, ac religiosis patriæ locis annuis pensionibus relictis, quæ adhuc durant. Postre/
mo illac Ladislao Siciliæ regi transeunti, sponte ciues se dedentes ille admiratus, per cauil/
lum interrogauit, an apud eos esset copia uerueciuæ, deniq; non multo post, eandem Flo/
rentinis uendidit. In hoc agro Petramala, unde Arretij familia, à Florentinis diruta: & Ciui
tella Guidonis præsulis ædificium, quod Minutius quidam per bellum Io. Galeatij tene/
bat. Procedendo Trasimenes reperitur notissimus, ac clade Romanorum nobilitatus. Pe/
rusia in Apennini parte, ciuitas Hetruriæ ab Achæis ædificata, ut Trogus scribit, ut Ap/
pianus de bellis ciuilibus, ex XII. Hetruriæ. Hæc in Augusti uenit potestatem, compulso
ad ultimam famem L. Antonio triumuiri fratre, mœnibus insuper ab eo restituta Augusta
est appellata. Septem deinde annis obsidionem crudelissimi Totilæ passa, ad ultimum dire
pta est, interfecto eius præsule sanctissimo Herculano, natione Germano. Insequentibus
deinde temporibus, sub Bonifacio VIII. sicut & multæ aliæ Italiæ ciuitates, quum Ioanni
Galeatio

Sacconis mors. *Biordus* *Vbertinus*

Engeranius

Arretiū di/ uenditum. Aretini re bellant.

Testa Ar/ retina.

S. Donatus *Zenobius tribunus.* *Laurētinus* *Pergētinus* *Cortona* *Dardanus*

Vgutius

Petramala *Ciuitella* *Minutius* *Trasimēes* *Perusia* *Augusta* *Totilæ ob. Hercula/ nus præsul*

Galeatio Vicecomiti se dedisset, per Vgolinum Trincium tyrannum Fulginatem ab eo/
dem Pontifice cum exercitu missum, ad officium reducta est. Secutæ postmodum Raspan
tum qui Gibellini erant, & Gentilominum factiones. Hi postremi nobiles, annis uiginti/
quatuor exules fuere: plebis partes Biordus Michelectus tunc tuebatur, uir autoritate uir
tuteq; armorum inter suos potens: qui cum iam ferendus ob morum insolentiam non ui/
deretur, à Guidoloctorum coniuratione qui & ipsi gratia pollebant incautus trucidatur,
cum omni ferè familia præter Cicolinum eius fratrem. Hic equo conscenso urbem percur
rit, clientes excitat, uiuum adhuc fratrem non interfectum esse simulat. Hisq; adeo effecit,
ut Guidoloctos omnis armata multitudo petitis eorum domibus de medio tollerent. Ve/
rum paulo post eiectus & ipse à Brachio Montono, ac demum resistens captus in prælio
atq; interfectus fuit. Is enim Brachius ob singularem uirtutem electus à populo Princeps,
nobilitatem plebi conciliauit: è Montono uico Perusiæ finitimo fuit, militia clarus, cuius
gestis Campanus librum dicauit. Alberici primum Cunij Comitis disciplinæ se tradidit.
Deinde Alfonsi regis autoritatem secutus, eius iussu Aquilam Martini Pontificis oppi/
dum, quem Alfonsus in adipiscendo regno aduersum senserat, obsedit, in qua obsidione à
Iacobo Cadola Martini duce superatus occubuit. cuius postea cadauer effossum Pontifex
in urbem perduci, ac extra portam sancti Laurentij in loco profano, quod sacris esset inter/
dictus, tumulari iussit. Dum uixit aduersa semper factione cum Sforcia fuit, cum ambo ex
eiusdem ducis disciplina prodijssent. Filium Odonem reliquit, qui breui post tempore à
Guidone Torello apud Aretium interfectus est. Alterum item filium Carolum diu super
stitem uidimus, qui quanquam patriam indolem referebat, infortunatus usque ad extremū
fuit, anteq; hos annos Venetis militans contra Turcas apud Forumiulium in prælio ceci/
dit. Ex eius itē ludo Nicolai duo prodiere, alter Fortebrachius appellatus siue Stella, quod
è Stella eius sorore sit genitus, alter Picininus ex eadem urbe ob corporis breuitatē dictus.
Hic multis sæpe in prælijs uictor, ad extremum missus à Philippo duce aduersus Florenti/
nos eorum agrum late uastauit: Idemq; Comite Puppij sibi adscito per Apennínum Peru/
siam peruenit. Perusini uerentes ne tyrannidem occuparet datis ei aureis nummis L. mili/
bus uexationem redemerunt. Mox Tifernum, postremo Anglare Florentinorū oppidum
peruenit. Ibiq; cum eorum copijs quibus Eugenius Pōtifex per Lodouicum Patriarcham
Aquileiensem legatum auxilio fuerat, infeliciter conflixit. filium habuit Iacobum cogno/
mine paterno, non minore fama ac indole, qui tanto fuit Italicis principibus terrori, ut non
prius conquiescerent quàm eum per insidias de medio tollerent, ut in rebus Siciliæ regum
narraui. Franciscus alter filius Bononiæ captus mihi inter res Bononienses iam dictus. De/
inde secutæ duæ aliæ factiones, Oddorum & Balionum. Hi diu prævaluerunt, pulsis ad ex
tremum Oddis. Quorum princeps Fabritius protonotarius Simonis filius nothus, cum re
ditum tentasset mediam percurrens urbem armatus, nullo ciuium cōsequente trucidatur,
reliqui uero non admodū multi qui cū eo erant, laqueo suspensi. Baliones uero iam inde
à Gottifredo Baliono primo rege Gallico, qui Hierosolymas recuperauit, genus suum ia/
ctāt, & usque à Frederici Aenobarbi Cæsaris temporibus mœnia Perusina summa autori/
tate tenuisse, multasq; in Italia tum pro patria res gessisse. Inter quos Odo claruit, qui Nel/
lum genuit, & Malatestam. Nellus dum uixit gratia nomineq; cunctos gentiles antecessit.
E Malatesta uero & Iacoba Brachij Montoni nepte quinque superstites filij: Brachius, Ca
rōlus, Sforcia, Guido, Rodulphus. Ex his Brachius senioris Brachij nomē potius quàm uir
tutē referebat: Nam trucidatis uno die in medio foro per insidias Rodulpho patruele Nelli
filio: ac eius nato Francisco creuerat. Quo facinore non diu gauisus & ipse unicum filium
Gryphonem, in quo summa spes fuerat, interfectum uidit. Proximis dein annis Rodulphi
filius Ioannes Paulus Carolum, Odone Caroli filio natum per discordiam domo pepulit.
Cumq; nuper contra Cæsarem Alexandri filium Aemyliæ ducem una cum Vrsinis con/
spirasset, ab eodem fuit patria eiectus Carolo restituto, quo paucis post mensibus defuncto
Alexandro Pontifice, rursus expulso alter reuertit. Fuit hinc inter cæteros V.C. quos ali/
bi attigimus Constantius martyr sanctissimus. Sequitur inferius Vrbs uetus: huius ori/
go non satis constat quum nouum sit uocabulum, urbs autem uetusta appareat, ob quam
rem minimè assentior Blondo, siue Aretino, qui eam à Florentinis originem habuisse dicit.

Vgolinus Trincius Raspantes

Brachius Montonius

Odo filius

Carolus Mon tonus.

Nicolai For/ tebrachius & Picininus.

Iacob. Pici ninus.

Franciscus Pi cininus.

Odi & Ba liones.

Brachius iunior

S. Constantius

Vrbs uetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed potius his qui Herbanum esse putant, quod Ortano uicinum Plinio, nominis etiã pro-
pinquitate quadam corruptioris. In hac quoq; factiones duæ, Merulinorum, & Mufatorũ,
multam quandoq; seditionem excitauerunt. Templum etiam nobile cum ædibus in ea ui-
situr, Vrbani V. ædificium. Clusium prope Glanem in monte situm, regia quondam Por-
senæ, qui in ea Labyrinthum pro monumento extruxit, ut Plinius ait, qui & Clusinos uete-
res & nouos ponit. Meminit huius urbis Plutarchus in uita Syllæ his uerbis. Sylla deleto
Carbonis exercitu apud Clusium, Fauentiam, & Fidentiam, ipso Carbone Italia pulso pro
posita tabula omnem Italiam cædibus inuoluit, ac Volaterras in deditionem accepit. Item
Clusium Sylla petijt, & prope Glanem prælium inijt, dein prope Saturniam reliquias ho-
stium profligauit. Carbo habuit apud Clusium ad XXX. hominum milia, & duas Dama
sippi legiones, & nõ nullas alias cum Carino & Martio. Postremo illi qui Clusij relicti fue-
rant XX. milia numero à Pompeio prælio superantur. Hæc ille interpellatim. Nunc quo-
que in ualle Arbiæ multa ferramenta reperiuntur à fossoribus. Senam, urbem antiquam
esse autores multi demonstrant, Polybius ait, Senones pulsos à Romanis, aliam coloniam
eius nomine Senæ, quam apud Adriaticum reliquerũt, condidisse. Ptolemæus Senam etiã
in Hetruria ponit, quod nonnulli non putantes in exemplari Græco scriptũ maxime errãt,
quum nos in antiquissimo Bibliothecæ uaticanæ uolumine id legerimus. Plinius Sanien-
sem coloniam uocat. In lib. quoq; Coloniarum nuper inuento Saniensis colonia nominat.
Festus ait, populi qui supra & infra Romam habitabant, q; rebellassent, moxq; ad officium
redijssent, Sanates appellati sunt. Apianus libro primo bell. ci. Pompeius autem Martium
circa Senas debellauit, urbemq; diripuit hostiliter. Cice. quoq; pro Cælio balneas Senias
cõmemorat. Blondus testatur se in Cœnobio S. Georgij Venetijs in quodam libro legisse
Ioannem XVIII. ex senis diœcesibus uicinis illi partes addidisse, ex quo Senas cognomi-
nasse urbem. Quod quantũ sit uerisimile ex supradictis autoribus deprehẽdi potest. Nam
Ioannes ipse Senam præsule diœcesiq; decorare potuit, nomẽ uero antiquius multo appa-
ret, uti supra ostendi. Extant hodie tabulæ apud Aretiũ donationis Zenobij Tribuni Lan-
derici filij Senatoris Romani potẽtis ac diuitis, ecclesiæ Aretinæ factæ temporibus Dama
si Pontificis. In quibus cõmemoratur ecclesia S. Mariæ apud Castrum Senense ab eodem
Zenobio ædificata, ac ecclesiæ Aretinæ simul cum alijs concessa. Hic autem locus est ho-
die Senæ ad portam S. Marci, in parte quæ dicitur Castellum uetus, ubi adhuc extãt aliqui
parietes semidiruti, cryptæq; & cuniculi. In eisdem tabulis dicitur Castrum ipsum Senense
à Romanis ædificatũ. Quod sanè intelligendũ, dum coloniã accepit. Præterea multa com-
memorantur templa ab eodem Zenobio constructa, simul & oppida quæ hodie Senensiũ
sunt. Inter quæ templum cum castro S. Quiritij in Osenna, Corsilianum, Corsiliani, Corsi-
filij ædificium, Fuuianum quem Venatorum appellat Landerici patris Zenobij, Politia-
num, Lucinianũ, Secianum à uiris omnia Romanis cognominata. Præterea Balnea Arapu-
lana quæ non procul à Corsiliano, quod Pientia est deinde à Pio Pontifice illic oriundo co
gnominata. Multa quoq; ad Vmbronem & Vreiam quæ iuxta S. Quiritiũ, & ad Axum,
qui iuxta Turranoriũ fluunt appellata. In cõmentario quoq; Benedictidei Florentini scri-
buntur hæc oppida Senensium à Florentinis occupata fuisse, uidelicet, Politianum, Fuuia-
num, quod Foianum nunc uocant. Ciuitellam, Raddam, Roncinum, Bonicium, Castelli-
nam, Brolium, Caccianum, Collem, & sanctum Geminianum. Senẽses christiani primum
ab Ansano qui fuit Tranquillini ciuis Romani filius, facti sunt. Is XII. annorum ætate
clam patre à Protasio presbytero sacrosancto fonte ablutus, atq; à Maxima uirgine è To-
nagritano pago ex eodem fonte ablutus fuit, amboq; postea iussu Maximiani principis
martyres. Maxima quidem fustibus cæsa, Ansanus uero è carcere fugiens uenit Balneore
gium. Inde Senam, ubi dum Christum prædicaret à Lysia proconsule in ignem proiectus
incolumis euasit: ductus tamen ad flumẽ Arbiam securiq; percussus ibiq; sepultus est cal.
Decembris. Hæc autem ex ipsius historia traduntur. Senenses Florentinorũ perpetui sunt
hostes, iuncti quondam eorũ exulibus Gibellinis, nobili apud Arbiam uictoria potiti sunt.
Nostra memoria Iacobum Picininum hostem habuere multa eis incommoda inferentem,
quod petenti mutuo per oratorem iure paternæ amicitiæ XX. mil. aureorum negassent:
ille Castilionum Pescariæ, quod est oppidum agri Senensis uersus mare: continuo inuadis,
unde

Clusium

Carbo & Martius superati.

Sena

Sanensis Colonia

Balneæ Seniæ

Castrum Senense

S. Quiritius in Osenna

Corsilianũ

Lãdericus

Lucinianũ

Politianũ

Secianum

Balnea Arapulana

Fuuianum

Castellina

S. Ansanus

Maxima

Vnde tandem Calixti Pontificis auxilio pulsus est. Gisbertum Corregiatem eorũ ducem suspectũ, ac Picinini partibus clam studentem, accersitum in curiam è fenestris præcipitẽ dederunt. Quo tempore ciues multos partim capite, partim exilio mulctauerũt, inter quos Patricius fuit uir ea tempestate literatus. Nostra uero ætate, anno M. CCCCLXXI. ingentem rursus seditionem excitauerunt, tribus quas montes uocant inter se dissidentibus. Antonius Belantes, qui princeps eius fuerat Senatus, unà cum quibusdam nobilibus apud arcem Alcinoi securi percussus: utraq; pars breui tempore uarietatẽ experta fortunæ, nũc demum ob exulum tenuitatem, & horum qui potiuntur potentiam, quieuit: quorum princeps Pandulfus Pertrutius, Is hodie patriam omnium ferè consensu ob eius sapientiam & animi magnitudinẽ optimis regit institutis. Forghisium socerum, facta imprudentius corrigentem, de medio sustulit, cumq; nuper contra Cæsarem Aemyliæ ducem una cum Vrsinis conspiraſſet, bellum ab eo periculosum passus est, quum iam agri partem captam maioraq; indies hostem minantem animaduerteret, seruandæ patriæ causa sponte cessit. Re sedata paucis post mensibus ingenti ciuium lætitia reuocatus est. Fuere hinc Pontifices Alexander III. & duo Pij. Volaterras primam Hetruriæ ciuitatem priusq; ædificatam inter xij. fuisse, plura sunt argumento: ante omnia nomen ipsum, quasi uolatyrrhenorum hoc est Hetruscorum urbem appellatã. Nam Tuscos ueteres uola oppidum aut arcem uocasse indicant multa apud eos, Volsinij, Volcæ, Volæ, Voltumna Hetru. dea. Tyrrhenos quoque græ. Hetruscos uocant à Tyrrheno Lydorum duce huc applicante, ac xij. ciuitates constituente annis ante bellum Troianum ferè centum, ante uero urbem conditam quingentis. Deinde locus natura munitus. Nam teste Thucydide tunc ob piratas frequẽtes & toto orbe latrocinia, altiora loca ac munitissima occupabant. Deinde autoritas Plinij, qui Volaterranos appellatos esse dicit Hetruscos. Post hæc in antiquis ipsorum diarijs quæ ad manus meas uenerunt, comperio, Hetruriam oppidum nobile ad oram eos diu possedisse, Rebellantemq; quandoq; Tuscinatum cognominasse, ac ob inundationem in mare abijsse, uadaq; iuxta ædificata: hodieq; ferunt accolæ uestigia sub aqua per maris tranquillitatem clarissime conspici. Præterea multa hic nuper refossa ueterum monumẽta simul & statuæ cũ literis Hetruscis, quæ Liuio Plinioq; testibus in precio apud Romanos fuere, nec usq; alibi locorum conspiciuntur. Denicq; Petrus apostolus hanc ut in Hetruria primam ante omnis ad fidem uocauit, misso Romulo sanctissimo uiro, qui per Herculis portam ingressus sicuti scribit, ubi eos christianos fecit Fesulas abijt, ac urbis utriusq; Præsul est constitutus. Hanc hodie portam ad Arcum esse putauerim ex nominis corruptione tũ antiquitatis uestigio. Quæ uero post illos priscos ab autoribus traduntur adducam. Volaterrani teste Liuio Scipionis classem in Africam proficiscentis frumento iuuerunt, quod eorum ager latissimus, ut ait Strabo, usq; ad mare procederet, qui nunc est magna ex parte Pisanorũ. Idem ait stad. XV I. ad oppidum conscendi. Hic etiam Marianos proscriptos cõstitisse, tandem triennio à Sylla obsessos locum reliquisse. Sylla uero postea rerum potitus agrum eum publicauit, quem Cæsar deinde primo suo cõsulatu in perpetuum liberauit, ut est autor Cice. in epistola quam pro municipibus Volaterranis cõmendatitiam Q. Valerio prætori scribit, quũ ille antiquã Syllæ legem renouare uellet. In oratione item pro domo sua, Volaterranos non solum ciues, sed optimos ciues urbe Roma frui dicit. Et in epistola ad Atticũ se gloriat in cõsulatu Volaterranos & Aretinos quorũ agros Sylla publicauerat nec tñ diuiserat, in antiqua possessione retinuisse. Tempore uero triumuiratus ex municipio colonia facta est. Sic enim in lib. scribitur Coloniarum. Volaterræ lege triumuirali in centurijs singulis iugera CC. Decumanis & Cardinibus est assignata, quam omnẽ ueterani in portionibus diuisam pro parte habent, in quos limites cepit interualla pedũ CCCCC. de quibus centurijs unusquisque miles accipit iugera XXV. & LXXXV. & LX. Irruentibus deinde diuersarum gentium in Italiam barbaris nullam eam iniuriam passam simul cum Florentia reperio usq; ad Pannonios, ꝗs postea dicam: præterquàm breuem admodũ Vandalorum excursionem, quum ad Populoniam Leone. III. imperante applicuere, quo tempore Iustus presbyter ex Africa ubi erat ortus in Vandalica illa infectatione pulsus una cũ Clemente fratre Octauianoq; item presbyteris ac Regulo Præsule socijs eadem naue ad uectis in proximum Hetruriæ littus applicuit, ac Volaterris consedit, eumq; populũ secta, ut

Gisbertus

Volaterræ

Romulus

Volaterra

Iustus

Regulus

Octauianus

Clemens

Biblioteca
Facultatis Philosophiæ
Provinciæ Cast. Orientalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut multa Italiæ tunc loca, infectum Arriana, sua doctrina restituit. Insuper ciuitatem obsidione Vandalorum liberauit iactis de mœnibus panibus medicatis, qui & hostes adfecerunt, & opinione copiæ à spe potiundi terruerunt, pro quibus meritis Præsul est à populo electus: ac mox extinctus prope mœnia cum fratre contumulatur, ubi uallis prius nemorosa fuerat, locumq; pœnitentiæ sibi delegerat. Procedente tempore Alcus uir potens in ea ciuitate in eodem loco gemina templa constituit. Maurus uero Præsul Senensis alterum Iusto dicauit: alterum uero Clementi, in quo postea Camalædulensium cœnobium patrimonio cuiusdam sancti monachi qui in eodem loco situs est excitatum conspicitur. Octauianus uero socius procul omni cura in eremo uixit urbi uicina, ubi eius nunc cernitur templum eodem ferè tempore constructum. Postea uero Longobardorum duces in Hetruria hanc sibi sedem uti tutiorem delegisse ex cognomine nobilium familiarum comperimus, quæ Longobardi honoris gratia, ueluti reliquiæ priscæ gentis appellabantur. Ex his fuit Amerigus, qui siue ui, siue Imperatorum permissu, in hac etiam regione dominabatur, Hetruriæ comes appellatus. Hic igitur ut Berengario primo Italiæ regi qui eum expellere nitebatur resisteret, Pannonios, qui tunc primum ex Hunnis uenerant nondum Christiani, in Italiam uocat. Illi uero ante omnia præter fœdus Hetruriam eius domum inuadunt, omnemq; flamma atq; ferro euertunt, bona diripiunt. Quo sanè tempore reperio Volaterras desolatas, atque ab eisdem incensas: paucisq; deinde post annis ab Othone primo qui Pannonios expulit, in eũ q nunc cernitur murorum ambitum breuiorem restitutas fuisse, missis eò Germanis simul cum antiquis eius loci familijs ad incolendum: ac ex eius nomine Othoniam appellatam, quam posteri corrupto uocabulo Anthoniam uocauere annis hinc prope sexcentis. Vicinioribus uero seculis Imperitante Frederico II. duo Consules una cum eius uicario rempub. regebant, Morbo & ipsi partium adfecti Gibellinarum Pisanis adhæserant: Capitaneumq; ex eis accersebant atra scuta cum alba cruce depicta præferentes. Post mortem uero Frederici, quum Florentini sub iugum omnis penè uicinos mississent, illac quoque cum exercitu transeuntes prælio tumultuario ac de improuiso superatos, liberos tamen dimisere. Guelfi tantum, tradentibus portam Acceptãtibus, reducti: Familiæq; admodum nobiles Gibellinorum electa-, Bomparentes, Alegretti, Topi, Ciacci, Aliocti, Ardingelli, Magalocti, Ciafarones, Moricones: Guelforum uero nomina, Belfortes, Tignoselli, Bonaguidi, Acceptantes, Baldinocti, Marcheſi, Manecti: præterea Gabretani, Libiani, Quercetani, ex castris quæ tenebant appellati. Hi omnes unanimes rempub. administrabant, curiamq; quò nunc una cum prætore conueniunt ædificarunt uexillo Grypis assumpto. Post autem annos XX. pace sequestro Rainerio Belforte præsule ciuitatis inter utrosq; facta exules reducti sunt: sed quum per eorum impotentiam ex æquo uiuere nõ esset, autore Magistro Fide ciue uno sanctissimo populus aduersus nobilitatem caput extulit. Magistratus duos creauit, XII. populi defensores, & XV. bonos uiros curandi ærarij, ac crucis rubræ in albo clypeo signa sibi assumpsit, sexcentorum consilio constituto quos in rubro codice conscripserunt. Nobiles autem ad familias XLIII. in albo: atq; ita coegerunt ut dupla præter alios pœna tenerentur, si quem è populo uiolassent. Verum hæc non diu per eosdem potentes licuere, paulatim in pristinam resurgentes tyrannidem, inter quos duo tunc utriusq; factionis capita pollebant: Alegretti, & Belfortes. Huius item Belfortes, alterius Baro iudex principes fuere. Quumq; Baronis filius Rinucius in præsulatu Rainerio successisset, essentq; Gibellini gratia inferiores, per tumultum à Belfortibus cum suis ac clientum familijs pellitur, domusq; incenduntur. Illi uero in Castrum Berignonem se recipiunt, unde postea bello sunt electi. Belfortes igitur qui è Germanis originem habuere, soli potentes uno tempore undeuiginti milites, ac ijdem uirtute duces fuere. Ex his Octauianus eques Belfortis filius ac Rainerij præsulis supradicti frater, primus inter suos factione paucorum populi Capitaneus eligitur: ea uir gratia apud omnis, ut quum filium Belfortem equitem domi faceret, omnes Hetruriæ legationes gratulatum cum donis uenerint, diebus XV. epulum populo partim in foro, partim in basilica proxima dederit. Ludouicum Pannoniæ regem illac è Neapoli redeuntem hospitio pro dignitate suscepit, eiq; Philippũ filiũ ducendũ ad pontificẽ dedit, qui mox in præsulatu ciuitatis Rinucij successor fuit. Intermissa hæc dominatio parumper per Gualterij regnum Florentiæ, Rursus eo extincto, nec illius uicario qui urbi præerat resistere ualente, statim reuixit, tumultu cædeq; tota urbe facta. Quumq; in dies magis in ciues populumq; partim suspicione, partim auaritia sæuirent, Ioannes Ingerannus præcipua in XII. magistratu autoritate collegas ad se uindicandos animat, qui tradita sibi à populo de tota rep. constituenda potestate, anno M.CCCLXI. libertatem conclamant, Belfortes capiunt, eorũq; principem Bochinum equitem in foro postera die securi percutiunt. Reliqui se ad Florentinos recipiũt. Nam hi quum una conspirassent, per oratores urbis patrocinio sumunt, pacem inter utrosq; constituunt, nonnullos primorum auro corruptos ad ea quæ uoluere pacta traditis portarum clauibus fœderatorum tamen nomine deducunt. In quibus non diu perseuerauerunt nouo grauantes tributo. Iacobo demum Ingeranno Ioannis supradicti nepote uoci ferante iura prodi ac uiolari, eaq; de causa in Stinchas Florentinas cõiecto, res procul à defectione non erat, qua propter ab incepto destitere. Anno deinde M.CCCCXXX. occasione rursus imperatæ pecuniæ lustus Antonini concitata plebe Prætorem inuadit, urbem ad defectionem sollicitat: quod quum esse ex rep. non uideretur, accersitus in cõsilium, è fenestris deijcitur. Rainaldus Albizus qui iam cum exercitu aderat compressum tumultum inueniens agrum tantum castellaq; ademit, quæ anno insequẽte reddita sunt. Frustra deinde sæpius tentati primum ab Imp. Sigismũdo iuxta prætereunte, deinde ab Alfonso Arragone qui agri partem tunc ceperat: anno demum M.CCCCLXXI. lacessiti à Laurentio Medice, quod aluminis tunc inuenti partem sibi uendicare uellet, desciuerunt, non tam Florentinorum fœdus quàm illius tyrannidem detrectantes. Ex quo primum in ciues qui una cum eo conspirabant cæde animaduertunt, cincti demum obsidione à Frederico Ferrano post dies XX. certis conditionibus deditionem fecerunt. Florentini præter pacta urbem ueestigio diripuere, profana sacraq; omnia miscentes, ac sacrosanctum Præsulis tribunal cum ædibus euertentes eodem in loco arce constituta, agrum deniq; ademere. Hæc uero antiqui fœderis restitutionem, ut est non solum regium, sed æquum, omnibus officijs nititur mereri. Nam & cæteris hoc tempore deficientibus & in summa deditionis cõmodita te sola fidem seruauit, sponteq; auxilium qualecunq; misit. Præsules hic olim utranq; exercuere potestatem, ex quibus unũ forte tumultuosius agentem, ad basilicæ portam ciues interfecere, quo piaculo annis XXVII. pastore caruerunt. Ornauit autem eam cathedram post Iustum Vgo Præsul sanctissimus. Hic ex Agnani uicini castri nobili Saladinorum familia, quum Volaterranus simul & Paduanus esset Canonicus, ob uitæ modestiam ac iuris pontificij scientiam promotus, uarios labores & ærumnas ab infestis ciuibus ob ecclesiæ libertatem & res conseruandas est passus, quæ omnia patientia superando ad senectutem sine querela peruenit. Decessit anno M.CCCCLXXXIII. inhumatus diebus X. à populoq; adoratus ob uisa ex eo prodigia, deinde conditus in eius urbis basilica fuit. Censetur eadem & claris uiris, Cecinnarũ prosapia Romæ illustri. A. Persio, & Lino Pontifice q̃s alibi cõmemorauí. Ager metallorũ feracissimus, æris, melantheriæ, aluminis, sulphuris, salis q ex aquis puteanis in plũbeis lebetibus igne paulatim cõdensat miro candore totũ ferè Hetruriæ suppeditãs. Aquarũ insup calidarũ quæ morbis plurimis medent. Inter eius castra ripa Maranci ædificiũ in alta rupe Comitũ S. Floræ è q̃bus Marãcius fuit, mœnibus deinde à Volaterranis cinctũ, qd' mea ætate Alfonsus Arago diripuit: Ab eisdẽ q̃q; Comitibus simul & Senensibus montẽ Feltranũ ademptum Petrus Belfortes eques per uim recepit, deinde inuitis Volaterranis, Florẽtinis uendidit, quod paulo post muris deiectis redditum nunc Minutiorum familia possider. Silanum quod Bomparẽtes ex urbe pulsi tenuerũt, deinde eorũ affines Petronij ciues Senẽses per proditionẽ acqrentes arce in ea excitata demũ Florẽtinis & ipsi uendidere. Lustignanũ, quod à tyrãnis Castilionẽsibus direptũ Rolandus Africãtes à Volaterranis missus mœnibus cinxit, iuxtaq; frater ipsius Rainerius eo dẽ mãdato Volaterranũ Castellũ cõdidit ob uicinorũ discordiã. In antiqua Desiderij Lõgobardorũ regis inscriptiõe quæ adhuc Viterbij cernit literis Lõgobardis, legunt ab eo cõstructa Geminianũ, & Miniatũ: Foscẽsesq;, in eadẽ noiant, q̃s nõnulli Fucetiũ oppidũ eẽ cõtendũt. Aliq uero lucũ, ppe Geminianũ ex flumĩe regionẽ eã perlabẽte dictũ, cũ his etiã Radacomalũ in agro Volaterrano ab eodẽ ædificatũ, notissimũ nũc oppidũ. In agro aũt Senensi Rusellę colonia Plí. uocata inter XII. Vrbes, cuius adhuc uestigia, ppe Alcinoi montẽ cernunt. Suana urbs & Suanen. Plí. nũc ditiõis Senẽsiũ. Lucinianũ itẽ, quod arbitris Bononiẽsibus adiudicatũ Florẽtinis initio belli cũ Io. Galeatio, paulopost ad Senienses antiq̃s dños

Alcus

Alegreti
Belfortes

defecit.

Iustus

Vgo præsul

Geminianum
Miniatum
Foscenses
Radacomalũ
Rusellæ colo.
Alcinoi mons
Suanenses

Universidad de Deusto
Biblioteca

Politianum defecit. Politianum uero oppidum quum olim sponte ad Florentinos uenisset, proximis annis in aduentu Caroli regis simul cum Pisis rebellauit fugato prætore, arceq; disiecta.

Vetulonia Longa dein obsidione ac bello fortissime resistens in pace nunc ac fœdere Senensium degunt. Vetulonia ubi nunc Massa, quidam uero iuxta Viterbium esse contendunt, quod sanè ex Ptolemæi abaco & descriptiõe esse non potest. Hic haud diu aluminis uena reperta.

Volcæ Cerbonem præsulem celebrant. Prope locantur Volcæ Ptolemæo Plinioq;, ubi nũc Cra-

Cosæ, setum. Cosæ item quarum uestigia uidentur ubi nunc Orbitellum. Virg. Quiq; urbem liquere Cosas. Perierunt ob murium multitudinem teste Pli. quod fatum & Smintæ insulæ

Saturnia col. in ægeo accidit. Deinde saturnia colonia Ptolemæo Saturniana appellata uestigia ueteris

S. Quiritius & nominis & ædificij retinet ad breuem murorum ambitum redacta. Quiricum in

in Osenna. Osenna aliud oppidum in antiquis tabulis uti supra memoraui uocatur. In agro item Senesi flu-

Vmbro mina Vmbro, de quo supra, præterea Alma apud Antoninum in itinere, nunc Arbia ap-

Alma. Prilla pellata. Prilla apud Plinium, nunc Palia. Nominum uero recentiorum Vrcia, Formio Al-

Patrimonium bengia prope saturniam labens. Sequitur, quod patrimonium Petri appellant à Matilde

Petri. cuius supra mentionem feci relictum. In quo, quam uocant Aquampendentem, Ptolemæ-

Aquula us Aquulam, unde Aquulenses Plinius & Aquasenses uocant ex manifesta loci coniectu-

Aquulenses ra. Deinde Volsinij de quibus Liuius x. Cos. Posthumius Hetruriam exercitu primum

Volsinij uastauerat Volsinien sium agros, deinde cum egressis ad tuendos fines haud procul mœnibus pugnauit. duo mil. c c c. Hetruscorum cæsa. Item apud eundem & Cæcilium Volsi-

Christina nienses auxilium contra seruos, qui ab eis temere manumissi contra dominos insurrexerant, à Rom. petierunt: Missus itaq; De. Murena. Hic Christinã uirginẽ & martyrem adorant. Lacus iuxta est, quem apud Columellam tantum lacum Volsinien sem nominatũ reperio. Insula hic amœnissima est, quam Farnesiorum nobilis familia, cum nõnullis circa uicis notissimis uini generositate, possider. Balneoregium Desiderius item rex Rodã appellare uidetur. Pli. Straboq; in hac parte decem pagos ponunt. hoc oppidum natalibus Bona

Decem pagi uenturæ nobilitatur, cui proximis annis Gabriel Cardi. Agrien sis ordinis minorum templum excitauit. Tusca nenses Pli. nunc Tuscanella oppidum. Falisci gens & populus & op-

Tuscanenses. Falisci pidum Straboni in hoc tractu longe sequuntur, & Falis cum Plinio gentis caput quod procul dubio Mons flasconus ex certis argumẽtis apparet. Nam in colle est, quod nullũ aliud inter Falis cos uidemus. Ouidius ubi de festo Iunonis ibi celebrato scribit, ac Aleso condito re auriga Agamemnonis. Difficilis aditus huc uia præbet iter. Iamq; pererratis profugus terraq; mariq;, Mœnia felici condidit alta loco. Ille suos docuit Iunonia sacra falis cos. Præterea ex copia fructuum & loci amœnitate, in eodem carmine pomiferos falis cos idem uocat. Deniq; nominis uestigium cum uetere conuenit. Ouidius item in fastis. Venerat Atri-

Lucus Hetru. Aequi falisci. dis fatis agitatus Alesus: A quo se dictam terra falisca putat. Plinius eum Hetruriæ lucum dicit appellari, ob syluam forte Volsinien sem eo usq; pertinentem, siue ob sacra prædicta. Aequos autem falis cos Seruius ait dici, quod Rom. ab eis quasdam acceperint leges supplemento x i. tab. Hos Camillus expugnauit, cuius iustitia populos eos sollicitauit, ut deditionem facerent, quum ille magistrum ludi filios principum ciuitatis prodentem uinctum remisisset, autor Liuius v i. Lino etiam, sicuti & nunc, semper abundauere. Si-

Flauianus lius. Induti sua lina falisci. In hoc item oppido Flauianus præfectus eiusdem sub Hadriano

Viterbium martyre narratur, cuius hodie caluariam ostẽdũt. Viterbiũ uero ipsum inter falis cos etiam

Longula palam est fuisse Longulam appellatum. Liuius enim ait libro i x. Dictatorem Papy-

Lacus Vadimonis. rium traducta sylua Ciminia ad terrorem cum exercitu Longulam peruenisse. Et deinde paulo inferius, cum Hetruscis ad lacum Vadimonis dimicasse dicit: quod sanè præter nomen urbis etiam de lacu indicat, eum esse qui in campis Viterbij uenientibus Romam dextrorsus relinquitur. Non autem ut Blondus apud Rosolum. Nam uerisimile non est, ut semel Hetrusci à sylua Ciminia per Fabium fugati ulterius cũ exercitu progrederent. Apud Viterbiũ Vetuloniam etiam fuisse quidã nuper scriptor tradidit, quod sanè ex Ptolemæi positione, ut alibi dixi, esse non potest: neq; etiam uerisimile duas ciuitates adeo contiguas fuisse. Hic & Desiderij regis marmoreã tabulã repertam habent literis Longobardis, quæ beneficia in Viterbiẽses & nonnulla Hetruriæ loca commemorat. Ego tamen ad propinquiora ueniam. Quum eius tyrannidem Vicorum familia, quæ uico Eluij proximo domi-

nabatur

nabatur, annis ferè c c. exercuit, quorum ultimus Franciscus uicus urbis Præf. sub Eugenio sublatus una cum reliquis sacrosanctę ditionis prædonibus à patriarcha Vitellico, dominationis habuit successorem Captorum familiam, cuius caput Ioannes senior olim, ac deinde filius eius Princiualles, dum sub Nicolao V. Viterbium reuertit in itinere ab inimicis trucidati fuere. Nec diu post Guilielmus Captus Calisto sedente noctu domi fuit interfectus, ciuitasq; propterea cædibus partim ac tumultibus tota exarsit: quæ tandem sedata quum diu quieuisset, sub Alexandro, anno M. C C C C X C V I. nouas excitauit seditiones interfecto Ioanne Capto luniore potentiæ successore ipsius opera Pontificis simul & aduersarum partium. Quem paulo post ulti Columnenses cædes plurimas domorumq; direptiones fecere. Triennio deinde post, his rursus ab Vrsinis pulsis, & aduersa factione restituta, noua crudelitatis exempla, ciuiumq; calamitates uisæ fuere. Necdum finis. Est & altera apud Samnites Longula. Agillina quæ postea Cære appellata est à Pelasgis cõdita. Tyrrhenis enim eam oppugnantibus quum unus ad mœnia accedens quod nomen urbi rogasset, responsum est à Thessalo nescio linguæ Hetruscæ χαῖρε, id est, salue, quod Tyrrheni postea dempta aspiratione uocauere, autor Strabo. Acron uero in uersu Horatiano, Dignus Cærite cæra, dicit: Cærites populi erant Hetruscorum, quibus deuictis Ro. omnibus iuribus & utendi & condendi leges priuauerunt. Huius oppidi quoq; habitati Vrsinorũ ditionis cernitur uestigium, natura loci munitum, quod his temporibus obsessum diu Alexandri Pontificis copijs restitit. Sunt qui Ceueterum dicant proximum illi oppidum ex argumento nominis, tum loci indicio antiquum Cære fuisse. Forum claudij Straboni, Plinioq;, ubi nunc Tolfa est & alumen Pij i i. temporibus inuentum, Ioannis Castrensis hominis transpadani opera atq; ingenio. In hac parte & præfecturæ claudij & uia claudia. Lacus Ciminus cum monte & sylua antiquitus inaccessa, ubi Fabius tot milia Hetruscorum fugauit. Liuius i x. Sylua erat Cimina, magis tunc inuia atq; horrenda quàm erant nuper Germani saltus: nullus ad eam diem ne mercatorum quidem abdita ea intrare præter ducem ipsum audebat. Capta aut cæsa eo die Hetruscorum x l. milia. Virgilius. Et Cimini cum monte lacus. Nunc lacus uici est, & sylua succisa longe minor, permeabilisq;: nam prius uia cassia Vetrallam uersus iter faciebant. Vicus hic castrum Præf. urbis possessio, qui uicus Eluij dicitur Antonino. Sutrium & Nepet olim in Hetruria potẽtia floruere, qua propter cum his Rom. societatẽ iniuere. Sutrium Liuius claustra Hetruriæ uocat, ob locum bellis opportunum contra Hetruscos. Sutrinorum Camillus audita defectione, teste Liuio, ob celeritatem iussit milites commeatum trium dierum secum exportare, ne ea res causa moræ esset. Itaque in prouerbium uenit Plautinũ, Quasi eant Sutrium: de his qui ad plures dies cibaria sibi exportant. Pro redactis autem ad officium contra reliquos Hetruscos eos lacessentes feliciter pugnatum à Fabio apud Ciminiam syluam, uti supra monstraui: Nepesinos quoq; qui contra eosdem auxilium imploraueràt, ac sese postea excusantes hostibus dediderant. Nepet ex marmoribus Sutrij repertis, quanquam & apud autores & Nepe & Nepete corrupte inuenitur. Surianũ castrũ Vrsinis Nicolaus tertius Pontifex tradidit, ubi arcem excitauit, ac demum defunctus est. Hoc Britones qui uenerant in Italiam diu tenuerunt, iter obsidentes, quousq; Martinus V. id in potestatem redactum Pontifici subesse uoluit. Alexander uero ab initio Pontificatus ex eo Vrsinis reddito primus incõmodum sensit, quum bellũ aduersus eos susceperit. Vetralla Forumcassij putatur. cuius meminit Antoninus in itinere, ex argumẽto præter alia, ꝙ ædes diuæ genitricis mœnibus proxima, sancta Maria in Cassia dicatur. hac quõdam iter in Hetruriã. Cice. in Phil. Via, inquit, cassia quæ Hetruriam discriminat. Ortanum oppidum & Ortani incolæ Plinio. Virg. Ortanæ classes, sicut Byzantium & Byzantij. Ferentia Ptolomæo, Ferentium Plinio Straboniq;. Quanquam apud quosdam Ferẽtinum male legitur. Ferentini autem incolæ. Oppidum Falis corum est cuius adhuc uidentur uestigia, unde Otho Imperator fuit: Ferentinum uero inter Hernicos, cuius dicuntur Ferentinates. Falerij & Falerium oppidum Falis corum, cuius adhuc stant parua mœnia simul cum prisco nomine. Fescennia Plinio, & Fescennium Straboni his propinquum ponitur, siue potius inter eos. Idq; putauerim esse nunc Ciuitatem Castellanam. Vnde olim carmen nuptiale. Veientum populi intra x x. ab urbe lapidem sunt apud Liuium V. apud Pli. x v i. è regione Crustumiorũ

Captorum factio.

Agillina
Cære

Forũ claudij
Præfecturæ claudiæ.
Via claudia
Lacusciminus

Vicus Eluij
Sutrium
Nepet

Surianum

Vetralla
Forumcassij

Ortanum
Ferentia
Ferentinum

Falerij

Fescennia
Veientes

medio

Universidad de Deusto
Biblioteca

medio Tyberi. Qui antiquariorum iudicio apparent esse castra quæ partim procerum Ro partim Cœnobij sancti Pauli sunt. Videlicet Fianum, Naccianum, Liprignanum, Turrita, Ciuitella, Arignanum, Castrum nouum. Veij autem ipsi inter hos omnino putantur ubi nobilia ueteris oppidi uestigia sub Vrsinorum ditione apparent, quæ adhuc Veiana appel lantur. Faliscos Veis uicinos Liui. ponit lib. v. Capinatum, inquit, & Faliscorum aduentu Veiis adauctum bellum. Hi enim populi, quia proximi regione erant, deuictis eis, se proxi mos esse periculo credebant. Capinates hodie Canapinam castrum existimant. Syluam quoq; Mesiam dicit Veientibus ademptam fuisse: & rursus Arsiam syluam apud eos me morat, quæ forte Bachane fuerat: nam eo usque imperium prorogabant. Hi Ro. bellum æstates x. sustinuere, deinde à Camillo subiugati, de quibus alio in loco narrabitur dili gentius. Bachana apud Antoninum in itinere legitur. Stagna sabatia unde aqua sabati na Romæ, lacus Anguillariæ circaq; fons, argumento loci in medio lacus, quia adhuc Sa batinum uocatur. Alsium unde Alsietina Romæ aqua & lacus, quem Brachiani quidam esse putãt: & oppidum prope Vicarellum, cuius aquæ Veneris ex inscriptione reperta uo catæ formarumq; uestigia uisuntur. Plinius tamen & Ptolemæus in littore ponunt ubi nũc S. Seuera, essecq; nonnulli arbitrantur ipsum ex coniecturis cum alijs tum propinquitatis: Nam Strabo XIIII. miliario distare dicit. Fregenas uero non aliud putauerim, ut eruditis etiam quibusdam placet, quàm Brachianum, ut quasi Fregianum corruptius dicatur. Ex ar gumento etiam carminis Silij, Alsium, & obsessæ campo squalente Fregenæ. Obsessas uo cat & campum squalentem siue ob aquarum salientium penuriam, quæ in eo est agro, si ue ob lacum subiectum olim nemoribus cinctum. Vicus Aurelij nunc Vicarellus: omnia sanè uicina sunt inter se loca. Soracte uicinus urbi mons, Syluestri Pontificis secessus, ubi olim Apollo colebatur, cuius sacerdos Virgilio & Strabone testibus ex Irpinorum fami lia nudis plantis ardentes prunas perambulabat. In hac parte duo item oppida sita Strabo ni sunt, Flauianum & Feroniæ lucus. Virg. Flauinia quique arua colunt: horum nulla ue stigia, nisi tantum hodie sancti Syluestri oppidum apparet. Cremera flu. ille existimatur qui nunc uicinus primæ portæ V. ab urbe miliario, hic enim Fabij cum Veientibus præ lio congressi periere.

Veij Capenates Syluæ Ar sia, Mesia. Stagna Sa batia Alsinum Alsietinus lacus Fõs Ven. Vicus Aurelij Soracte Flauiniũ Feroniæ lu cus. Cremera

RES FLORENTINORVM.

Colonia Florẽtia à Illuiris.

FLORENTIAM ob eius historiam ultimo loco reseruaui. Hanc Arretinus à Syllanis conditam dicit: quod omnino esse falsum liber coloniarum nuper in uentus manifesto demonstrat. Nam Coloniam quidem Romanorũ esse, ue rum à Illuiris deductam ostendit. Sic enim scribitur: C. Cæsaris & M. An tonij & M. Lepidi Colonia Florentina deducta à Illuiris, adsignata lege Iu lia Centuriæ Cæsarianæ in iugera per Cardines & Decumanos, termini rotundi pedã les, & distant à se pedes II. CCCC. Sic igitur existimandum quando de hoc certa princi pia haberi non possunt, quod etiam Vallæ in quadam epistola placuisse uideo, ut Fesulani & ex uicinis montibus homines ad loca mitiora descendentes iuxta Arnum habitationes inceptauerint, dictiq; ab initio teste Plinio Fluentini, quod præfluenti Arno fuerint appo siti. In receptione uero coloniæ quam supra cõmemoraui, quod plerunq; nomina muta rent, Florentini appellati. Nam Florentia Ptolemæo, Procopio, pluribusq; ueterum nomi natur. Ad hanc postea magnitudinem paulatim peruenit, ter diuersis tẽporibus mœnibus prorogatis, ut incolis facile dignosci potest. Furorem Totilæ ut autor est Procopius quãq; sæpius tentata, dei benignitate incolumis euasit. Eorum res gestas, quod his omnia referta sint, quanquàm superfluum est narrare, breuiario tamen percurram, his tantum præteritis quæ in cæteris Hetruriæ ciuitatibus commemoraui, initioq; à Frederico II. Imperatore sumpto quum omnia ferè ex illo cœperint. Nam quum perpetuum eum ac acerbissi mum hostem continuo metuerent, satis habebant intra mœnia se incolumes tantum con tinere. Hoc extincto XII. Viros. Anno M.CC.XX. creauere, quos Antianos uocaue runt, nihilq; potius eis fuit quàm Guelfos quos expulerat Fredericus in cunctas Hetru riæ ciuitates reducere. Quorum gratia Pistorienſibus primum bellum indicunt, breui ad modum prælio lacessentes dum suspectos in exilium pellunt. Et in Apennino Catianum exulum timore munierunt. Montariam item Castrum, uti suspectum solo æquauerunt,

Antiani creati

Mox

Mox Aretinos, Pisanos, Miniatenses, Volaterranos cum exercitu magis terrentes quãm debellantes coegerunt partibus eisdem studere: Volaterras tamen improuisa pugna tran seunde ceperunt liberas dimittentes. Interea Gibellini omnes Florentini qui expulsi fue rant, quorum princeps Farinata Vbertinus fuerat, Senam se recipiunt, indeq; ad Manfre dum Frederici filium Siciliæ regem, qui tunc autoritate ac potentia in Italia maxime pol lebat, oratores mittunt subsidia postulatum, dictitantes se huiusce modi incommoda eius causa patrisue partium sustinere. Ille quum respondere cunctaretur, tandem cohortem tantum unam Germanorum cum suo uexillo misit auxilio, qui cum in prælio ante omnes caderent, uexillo direpto, ac probris omnibus ab hostibus tracto, Manfredum incenderũt, ut Iordanem ducem cum M.D. equitibus supplemento mitteret, qui una cum exulibus Florentinis, Senensibusq;, ac Pisanis apud Arbiam flumen prælio commisso memorabi lem illam cladem hostibus intulere, ubi dicuntur ex eis ad XXX. milia partim cæsa, par tim capta: quem exitum fertur Tegianus Aldimarus eques Florentinus satis præuidisse, & sæpe frustra in senatu reclamando prohibere uoluisse. Post hanc uictoriam illi in pa triam redeunt, ac Guelfos expellunt, qui Bononiam se receperunt: Mutinensibusq;, ac Re giensibus auxilio fuere partes fugandi aduersas. Inter hos tumultus Foresius Aldimarus qui caput eorum fuerat, fortissime pugnando cecidit. Duce dein ex eis Guidone Guerra constituto Clementis V. Pontificis amicitiam sibi conciliant, signaq; domestica eius sibi assumunt, aquilam uidelicet rubram sub pedibus lutheum tenentem serpentem, secq; dein Carolo tunc primum aduersus Manfredum uenienti auxilio fore pollicentur. Interea Gi bellini antequam Iordanes ad Manfredum rediret concilium apud Emporium oppidum uicinum habent, ubi Senenses, Pisaniq; consulunt omnino delendam esse Florentiam si se saluos esse uellent, nec aliter unquam aduersarijs licere cõquiescere. Tunc Farinata patriæ incensus amore Meliora deus, inquit, nõ ego unquam patiar pulcherrimam urbem, quam ipse non condidi, destruere. Inde discedentes Florentini XXXVI. uiros constituunt qui cum Guidone Nouello rempub. curent. Hi cum multos ex plebe administrationi promo uissent, indignata nobilitas una cum Guidone secessionem facit: primum Alberti tumul tum excitant, ac una omnes pro æde diui Ioannis in armis consistunt. Plebs item apud Ti mothei templum cogitur: quam Guido frustra conatus inuadere eadem die Pratum secef sit, postea reuertens clausas reperit portas. Interim intus formidantes Guelforum poten tiam ac nouam Caroli amicitiam, eos inita concordia reuocant, adfinitatesq; inter se iun gunt nullo plebis nobilitatisue discrimine. Quæ res quanquam æqua, turbas nihilominus paulo post excitauit. Bondelmontes nobilis eques quum ob plebeam sponsam à suis ob iurgaretur, eamq; propterea abdicasset, in ponte dum equitaret interficitur. Rursusq; res turbatæ, ac partes excitatæ. Demum Guelfi Gibellinos iterum expellunt, rebelles uindi cant, bonisq; omnibus priuant usq; in hunc diem odio persequentes, magno quidem pia culo illius reipub. tum probro Christianæ religionis: quodq; peius tolerante Ro. Pontifi ce. Iurant noui Magistratus ante omnia se studia partium seruaturos, ac contra fraternam charitatem facturos. Insuper & memoriam nefandi Principis horum scelerum autoris ac il lius reipub. perpetui hostis, quam omnibus modis delere debuerant, hoc pessimo dissensio nis instituto quotidie renouant. Igitur his expulsis statim partis Guelfæ Capitaneum exter num ac nobilem creant, primusq; fuit Lucius Sabellus. Sed paulatim ad ciues ac plures idem magistratus postea redactus. Dein Gregorij X. illac Lugdunum Concilij gratia proficiscentis, ac ciues ad reducendum exules, utque communi concordia cum alijs ad Hierosolymitanam expeditionem cogerentur exhortantis, iussa contemnentes triennio sa eris interdicti fuere, à quo nec etiam in reditu prope mœnia transeunte, sed tantum à suc cessore soluti fuere. Sub Nicolao III. recreati aliquantulum: is Latinum Cardinalem Vrsi num misit, qui reducta exulum parte rem ad ocium deduxit XIII. uiris qui reip. inuigila rent creatis, quibus diu bene uiuere non licuit per mortem Nicolai, ex quo alia reipu. for ma mutata. Priores enim artium tres primum creati: deinde sex, singuli è singulis tribu bus, quæ sex tunc erant: postea XII., postremo VIII. qui adhuc durant. Inter hæc à Gibel linis Bonitium oppidum occupatum Flo. expugnant, soloq; æquant, ac ad habitandum in colis tantum sub monte planities concessa ubi nunc cernitur: Eodemq; tempore Vicarius Rodulphi Cæsaris Miniate morabatur, cui minime parebant. Anno quo interijt Carolus rex

Iordanes dux apud Arbiam. Tegianus Aldimarus Foresius Aldimarus Guido Guerra

Guido Nouellus. Seditio plebis & nobilitatis.

Bondelmõtes Gibellini iterum expulsi

Capitaneus partis Guelfæ creatur L. Sabellus. Gregorius X Nicolaus III XIIII. uirũ creati. Latinus Car. Priores artiũ creati. Bonitium expugnatum. Vicarius Rodulfi Cæsaris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vrbs ãpliata.

rex quem supra nominaui, urbis mœnia ampliata, uiæq; ornatæ ultra Arnum. Hoc tempo re Nerius Gallura cum reliquis exulibus Pisanis à patria expulsus ad Florentinos se recepit, quorum auxilio damna plurima Pisanis, ut in eorum historia cõmemoraui, clades etiã illa memoranda apud Bibienam Aretinis illata, de qua, decq; rebus Aretinorũ cum ad eum locum ueniam dicam. Quumq; plebs tunc à nobilitate premeretur, necessariũ duxere Ve

Vexilliser iustitiæ creatur.

xilliferum iustitiæ creare: quo etiam tempore Ianus Dolobella tancq; tribunus Plebis insurrexit, uir admodũ bonus ac uenerabilis, permotusq; patriæ charitate magistratu ac popu

Ianus Dolob. Familiæ XXXVI. notatæ

lo cõsentientibus legem rogauit, qua familiæ nobilium XXXVI. seditiosorũ notabãtur, hoc est ab administratione reipu. penitus eijciebantur. Mox facta quadam cæde per eos po pulus tumultum excitat, Aedesq; potestatis huius causæ mali incendit. Ianus confestim ut autor seditionis insimulatus in exilium mittitur, ubi demum extinctus est. Nobilitas itaq; erecta magistratum rogat legem iniquam contra eos latam antiquari, plebs contra rogat, uentum ad arma, in quibus aliquot dies belli specie citra pugnam constitere. Et hæc quidẽ omnia spatio annorum. Anno uero M.CCXCVIII. condita à Florentinis apud Arni

S. Ioan. & Ficinum oppida ædificata.

ripam oppida duo, S. Ioannis, & Ficinum, & curia ubi nunc habitant priores exædificata, in quo loco prius Vbertinorum domus dirutæ fuerant. Anno deinde post altero quo fuit Iobilæum, Pistorij Cancellarij in duas diuisi partes Albos & Nigros: Florentinã etiam ur

Curia item.

bem contaminarunt, quum studio componendæ pacis ex eis quidã eo uenissent. Hi quum utriusq; factionis essent, domos in quas diuerterant in suam quilibet sectam deduxerũt. Al

Alborum & Nigrorum origo.

bi apud Verij Cuchium, Nigri apud Corsum Donatũ. Hic primũ cum sua factione depel

Verius. Corsius Donatus

litur. Carolus Valesius regis Galliæ frater ad res componendas à Bonifacio VIII. accer

Carolus Valesius.

situs, q; legatus eo missus nihil profeciſſet. Dum Florentiæ potestas ei facta esset, ecce Corsus irruptione facta per portam Fesulanam quam refregerat cum auxilio urbem ingredi tur. Magistratibus deiectis alios creat, omniaq; cõmutat, atq; miscet. Carolus post quinq; menses quàm uenerat abijt aliqua ex parte renormata republica. Corsus igitur aliquandiu toleratus, cum demum omnia per uim agere simul & Vgutionis Fagiolani gener nuper fa ctus ad Tyrannidem planè tendere uideretur, iussus est à Magistratibus in curiam uenire; quo negante ædes obsidentur, atq; expugnantur, demum fugiens populo consequente in terficitur. Hic exitus uiri. Sed ab initio post eius reditũ statim Albi expelluntur, inter quos

Dãtes expel.

Dantes Alengerius poeta fuit, qui eo tempore legatione apud Bonifacium fungebatur. Ni

Nicolaus Pra. Legatus

colaus Pratensis Cardinalis summa tunc uir autoritate mittitur legatus, is in partes XX. Populum diuisit, plebi fauebat, exules Albos Gebellinosq; una reducere quærebat, demũ rebus minime impetratis interdicta sacris ciuitate discessit, egitq; cum Bonifacio ut XII. uiros principes Nigræ factionis accerſiret, quibus obtemperantibus alij exules qui erant apud Arretium, certiores facti clam per Nicolaum, numero VIII. milia cum auxilijs Flo rentiam usq; portas irruentes repulſi sunt. Bonifacio tandem utriusque factionis principes uocanti Verius Alborum partium minime paruit, dictitans sese nullam habere inimicitiã. Itaq; malum hoc ei inde adscriptum. Post hæc Florentini facta cum proximis ciuitatibus

Robertus Dux Florentinorũ

societate, Lucensibus, Volaterranis, Senensibus, Pisanis, de cõmuni cõsilio Robertum Ca roli regis filium adolescentem ducem exercitus euocant, cum quo Pistorium obsident. Et iam quintus erat mensis quum duo legati opera Nicolai supradicti à Pontifice mittuntur

Pistorium ob sidetur.

ut ab obsidione discedant, illi quamuis Roberto obtemperante ac in Galliam discedente bellum nihilominus prosequentes XI. obsidionis mense anno M.CCCVI. Pistorium sal uis ciuibus in deditionem accipiunt. Mœnia statim diruunt, urbemq; inter se & Lucen ses diuidunt. Verum postea Lucensibus ex ueteri odio rogantibus ut portæ funditusq; omnia diruerentur, non solum non sunt assensi, sed Pistorienses ut se defenderẽt ultro sunt

Arcianum ubi Scarparia

hortati, eosq; liberos dimisere. Deinde in Arcianum castrum Vbaldinorum quo se recepe rant exules conuertunt, idq; uastantes Scarpariam postea in eo loco castrum ædificauere.

Neapulio Legatus.

Interea legatus Neapulio Vrsinus à Clemente mittitur ex Gallia, qui rebus & ipse infectis

Volaterrani cum Geminianensibus de fi. contendunt.

reuertit. Deinde Arretinos qui tunc opera Vgutij Fagiolani Tarlatos, Vbertinosq; ac reli quos Gebellinos reuocauerant, bello lacessunt. Quo ferè tempore certos armatos cohiben di causa in agrum misere Volaterranorum, qui de finibus cum Geminianensibus conten debant, iamq; ad arma uenerant. Anno deinde M.CCCXII. Henricus VII. Imp. petijt per legatos à Florentinis, primum quod ei in Italiam maxima cum gente Florentia iter facturo

cõmeatum

cõmeatum, cæteráq; necessaria præpararent: deinde ut ab Arretinorum qui sui essent, bello abstinerent. Quibus respondẽrũt, primo se nõ putare posse, cum Romanorũ sit imperator, Italiam quã conseruare debuerat, tanta multitudine eũ uelle opprimere. Deinde sese eũ pro dignitate proq; facultate (modo ueniat amicus) susscipere paratos. Arretium uero non domi nandi, sed pacis concordiæq; inter eos componendæ gratia debellare. Interea Robertum re

Robertus rex quinq; annis dominus.

gem certis conditionibus quinquennio dominum ciuitatis adcersunt. Henricus igitur cum Mediolani diu substitisset: inde Romam, postea Florentiam uenit: apudq; S. Saluiũ castra locat cum ingenti exercitu & exulibus Florentinis, inter quos Dantes erat. Quumq; uicinæ iam terræ rebellarent, intusq; maxima trepidatio esset, non defuit eis deus ac fœderatorum fides: qui fuerant, Lucenses, Volaterrani, Senenses, Bononienses: quorum auxilijs tanto peri culo restiterunt. Demum ille post dies. XL. incensis tentorijs media nocte discessit: Ignis au tem cum nondum intellectus terreret ciuitatem, mane re cognita exhilarauit. Inde apud Ca scianum proximum castrum, ac in Hetruria mensibus aliquot consumptis, postea domum reuertit. Post cuius discessum facile omnia recuperarunt, ac Pisanis bellum intulere, quibus

Contra Pisa.

dux erat Vgutius Fagiolanus: à quo cladem maximam apud montem Catinum sustinue runt, ubi Roberti regis frater ac nepos cecidere. Roberto tempus imperij triennio proróga tum. Pace facta cum Pisanis Castritius, qui Lucæ Vgutio expulso successerat, Florentinos adsiduo bello uexabat, ausus cum Accio uicecomite ad Paretolam altero à Florentia lapide

Castritij Lucẽsis obsidio.

castra ponere. Post triduũ inde discedens Montemmurium cepit: prius Signiam ceperat. Pistorienses sibi adsciuit: inter cos q; Philippum Tidicem ciuem eorum tyrannum Floren tinis aduersum constituit: At illi misso exercitu eum de repu. deiecerũt oppido capto, quod Castritius deinde per obsidionem iterum recepit. Post hæc Florentini Carolũ Roberti filiũ,

Carolus Roberti.

eisdem cõditionibus quibus antea patrẽ, ad regendam remp. per Donatũ Acciaiolũ equitẽ

Donatus Acciaiolus.

oratorẽ adcersunt. Is eñ Donatus autoritate ac prudentia princeps tũc patriæ fuerat: quõq; ob ciuium charitatẽ de exulibus reducendis ageret, in exiliũ missus Baroli extinctus est. Hu ius germanus Nicolaus Cardi. ac uicecancellarius magna item existimatione Pisis, Anno MCCCCVI. decessit. Eodem ferè tempore alter Angelus eiusdẽ familiæ, ord. præd. patriæ præsul florebat, & Nicolaus etiam eques Neapoli apud Ioannam Vicerex potentissimus: qui & Francum gentilem suum ad regendas Athenas, quæ iuris reginæ fuerant, misit. Is po stea dux eius loci factus annis ferè. XX. successoribus eũ reliquerat: desitũ tandẽ. Turca rũ aduentu. Postremo liquid ornatus decrat, Donatus iunior familiæ cumulauit. Sed ad pu blica rursus reuerto. Florentini insuper Pistorienſib⁹ fuere auxilio, ut Guelfos extorres redu

Pistorium

cerent. Hi demum per ciuilẽ discordiam sese Florentinis dedidere his cõditionibus, quibus nunc utuntur. Post Castritij mortem Lucam diu obsedere: cuius exitum belli dẽq; Lucen sium cum Florentinis rebus gestis in Luca narraui. Baldi quoq; & Friscobaldi nobiles quod

Baldi Friscobaldi

uim externam magistratui attulissent, à populo expelluntur. Ioannẽ Olegium Ioannis Præ

Ioan. Olegius

sulis uicecomitis ducem, auxiliante Saccone Aretino Scarperiam obsidentem, per Alberta

Recasolanorũ familia.

cium Recasolanum repulerunt: quæ uictoria Ioannis & Syluestri equitum ex medicum fa milia subsidio uenientium uirtuti est adscripta. Ipsi autem Recasolani exules hosti adhæren tes, unà cum corũ oppido Vertine sublati sunt. Sacconem bello compressrunt, filios q; ip si us patria ditione eiecerunt. Paulopost & Albertos: quorum domus & Cardinale uno & Ba

Ioannes & Syluester Medices.

ptista est honestata, uiro antiquario tũ doctrinis omnibus ornatissimo. Anno M.CCCX. mœnia postremo prorogata fuere, portæq; ubi nunc exsistunt. Primum nanq; trans Arnũ circa ueterem pontem tantum suburbana ædificia & uillæ hortis permixtæ sine mœnibus fuere. Deinde producta urbs à templo, olim Martis, nũc S. Ioannis Baptistæ ad Thermas publicas & theatrum uetus. Secundo productum pomœrium, ex una parte ad ripas flumi nis: ex altera usq; ad S. Laurentij ædem. Gualterius Gallicus dux Athenarũ appellatus: qui

Gualterius dominus.

sub rege Carolo Rempu. Florentinam administrante meruerat, in urbem eodem quo Caro lus imperio adcersitur: qui quũ tyrannum magis quàm rectorem ageret in curia residendo, magistratu electo, omnibusq; minima de causa minitando intolerabilis factus, à populo do mi obsidet: tandẽ sequestro Angelo Acciaiolo Præsule post X. menses imperio se abdicare coactus, tantũ incolumis relictis omnibus in Galliã se recepit. Deinde Pandulfo Malatesta

Pandulfus Malatesta Galeottus

duce aliquandiu usũ, memorabilem illam obsidionem Io. Haucuti ducis Pisanorũ passi sunt, qui ad S. Saluiũ castrametatus est. Paucis post annis ignominiam duce Galeocto item Ma

k latesta

Universidad de Deusto
Biblioteca

latesta inclyta uictoria compensauere, captis ex eis mille in triumphum ductis. Ipse uero Io. Haucutus qui post Pisanos Gregorio XI. contra Bononienses unà cū Britonibus militabat, opera Barnabæ ad Florentinos transfugit: quum pauloante Rodulfus Varanus qui in Florentinorum exercitu Pandulfo supradicto ut pigro duci exauctorato successerat, ad Gregorium transfugisset: à quo sacris interdicti fuere quod auxilia unà cū Barnaba Bononiensibus tulissent: per Vrbanum VI, postea reconciliati: quo tempore Carolus Pannoniæ rex qui pro Siciliæ regno contra Ioannam uenerat, à Florentinis auxiliū diu pollicitum repetebat: quem & illi à suis ceruicibus XL. mil. aureis depulerunt. Mox Arretium ab Ingeranio Ludouici Andegauensis duce L. mil. emerunt. Sed & alia quoq; loca omnia tunc forte consecuti sunt, quæ post Gualterij tyrannidem in libertatem se reduxerant. Volaterranos sponte in fidem deditos ob discordiam ciuilem habuere. Miniatenses item paulo ante Caroli aduentum, uerum paulopost uenientibus eò Teutonicis rebellauere. Demum in potestatem redacti per Barnadonem ducem, haud multopost Benedictus Mangiadorus patriæ princeps, è Miniato tunc exul, in oppidum irruptione cum paucis facta magistratum Florentinū interfecit, libertatem conclamando, neminéq; prosequente eadem subito uia incolumis regressus est. Geminianū & Collem paulopost, sponte item ob dissensionē sese dedentibus oppidanis, habuere. Pratum ex regina Ioanna & Ludouico Andegauensi mercati sunt, concilio ante rem Nicolao Acciaiolo equite supradicto. Cortonē à Ladislao Siciliæ rege L X. millium etiam commutatione acceperunt. Vallem Arni superiorem electis Vbertinis Pactijs simul & Comitibus Guidis qui ea loca tenebant. Comites enim Guidi annis ferè CCCC. initium habuere hoc modo. Otho Imperator quum quondam in templo die S. Io. Baptistæ in solennibus adesset, spectarétq; quandam puellam nomine Baldracam admodum formam præstantem, alioqui de plebe & pauperē, parente tentata in spem ea potiundi uenit: illa acerbissime renuit, malléq; se pauperem esse dictitans quàm impudicam. Quamobrem imperator nobile responsum admiratus decreuit eam pro uirtute munerare, Guidonéq; uni ex suis nobilibus adolescenti in eadem hora locauit: iussitq; domū magna procerum frequentia comitari, pro dote castris plurimis & apud Vallem Arni & apud Casentinum cōcessis. Hinc comites Guidi appellati: ex quibus Guidum Guerram Guelforum ducem supra memorauimus. Quum'q; per tyrannidem cuncta agerent, sublati unà cum castellis eorum sunt: ac ex his partim Terranoua in Arretino ædificata. Vltimus sanè ex eis Francisco Roberti filius: qui quū Puppium castrū in Apennino teneret, spe potiundi Casentini se Nicolao Picinino tūc hosti dedidit: ex quo à Florentinis deinde expugnato salutis reb⁹ ac liberis ex cōditione discessit. Anno M.CCCLXXX. orta seditio ob legē monitoriam latam: qua multæ familiæ monebantur, hoc est, ab administratione reip. & magistratibus obtinendis reijciebantur: quamquum Syluester Medices Vexillifer antiquasset, plebs in autorum legis domos impetum faciunt: post hæc Syluestro successorē ipsimet creat de plebe Michaelē Landi: sed planè repugnante nobilitate, ac infimos homines ad magistratus admittere nolente, plebs ad S. Mariā nouellam secedit, suos'q; ibi dies aliquot creauit magistratus, in forū deinde armata prodijt: cui Michael equum conscendens sequentibus bonis partim ui, partim propriæ dignitatis adspectu occurrendo, rem ad ocium & concordiam deduxit. Post hæc externa nascitur tur batio per tempora Caroli IIII. Imper. Morialis genere Gallus miles S. Ioannis, prædonis modo in Casentinum cum equitum octo milibus irrupit: quo facile repulso, non diu post alter item prædo insequitur, Conradus Lindus homo Germanus, qui quū ab Apenninicolis circum obsideretur, oratores tunc Florentinos ad eum missos retinuit, stratagemate usus donec paulatim illis fauentibus se in tutum recepisset. Deinceps bellū insecutum Mediolanense, quod Florentini XII. annis aduersus Ioannem Galeatiū magna perseuerantia ac animi magnitudine gesserunt ex sententia Ioannis Riccij equitis, qui longa oratione populo persuasit, hostis tyrannidi ac cupiditati dominandi, omnibus uiis ac uiribus occurrendum, iniurijs eius plurimis commemoratis: ne & ipsi sicuti reliqua ferè Italia in miseram eius inciderent seruitutem: Nam Vicecomitum aliorum prius arma potuisse superari monstrauit, quū Præsuli Ioanni & eius duci Ioanni Olegio sæpe restitissent. Igitur Galeatius ex omnibus eius terris Florentinos discedere iussit. Duces utrinq; plures. Ioānes Haucutus Florentinis in medio ferè belli tempore extinctus: statua in templo equestri Florentiæ honoratus contumulatur: cui Bernardonem Guasconem suffecerunt, qui olim dux Britonum in Italia à Gregorio

Rodulfus Varanus
Arretium
Volaterræ
Miniatenses
B. Mangiadorus
Pratum
Comites Guidi
Baldraca
Comites Puppij
Lex monitoria
Sylueſter
Morialis
Cōradus Lindus
Mediolanēſe bellū XII. an.
Io. Riccius
Mors Io. Haucuti.

gorio XI. missus ad tuendam eius ditionem, se in patrimonio adreptis quibusdam Pontificis castris continebat. Deinde Orlandus Malauolta nobili inter Senenses genere Florentinis adhæsit, quare à suis ciuibus qui partes Vicecomitis sectabantur exilio cum tota familia mulctatus est. Huius successor Ioannes Malauolta duci postea Philippo in bello Brixiensi militauit. Vicecomiti uero Ioantedescus nepos Sacconis Arretini se autorauit. Cui initio belli extincto Ioannis Accij filius Vbaldinus successit, Albericus ité de Barbiano, Octobonius Parmensis. Adcersita etiam Florentinis externa auxilia, Robertus Imp. cui uenienti Venetias missus Ioan. Riccius Cosmi pater ad exoluenda CC. mil. Iacobus Comes Armoricarum & Stephanus Bauariæ dux per Ioan. Riccium & Rainardum Bonfiliacium equites legatos, ambo exitu infelici. Nam alter dum auxilio Florentinorum Franciscum Carrarensem Paduæ à Galeatio ablatæ restituere conaretur, spe pacti stipendij frustratus redijt domum. Alter Iacobus dum Alexandriam nititur inuadere, à Iacobo Verme duce se in castra post pugnam recipiens de improuiso à tergo petitur, ubi magnam suorum cædem passus ipse etiam ex uulnere paucis post diebus extinctus est. Cū de pace Genuæ conuenirent apud Antonium Adurnum ducem, roganti oratori Ioāni Galeatij quis pro hac sponderet: Guido Delpalagio Thomæ equitis filius, uir moribus integerrimis un⁹ ex legatis, Hic ensis ait, q utriuslq; uires expertus est, Verum paulopost rupto utrinq; fœdere bellum repetitum, nec diu post intermissum. Anno uidelicet M.CCCC. ob pestilentiam Florentiæ maximam insecutam qua ad XXX. hominum millia periere: quando & Rinucium Farnesium qui eis militabat extinctum magno honore sepelierunt. Bellum igitur post hæc maioribus uiribus infeliciter instauratum apud Casaletium Bononiensium uicum, ubi copiæ Florentinorum omnes periere Bernardone etiam duce capto, & Bononia quæ ad eam diem in societate populi Florentini fuerat sub iugo Mediolanensium missa. Iam prope mœnibus ipsis Florentinis timebatur, nisi interim morte Galeatij ex morbo cōtracta reipu. diuina prouidentia subuenisset. Consumpta traduntur in eo bello ad decies centena & ducenta aureorum millia Post eius obitum Philippi filij factionibus etiam aduersi fuere, cum quo primum apud Senogalliam male re gesta duces ille suos in Apennino uaria Florentinorū oppida direptum misit: at Florentini inita cum Venetis societate causa fuere ut ab illis Brixia occuparetur: cōtráq; item Picininū ad eam urbem obsidendam ab eo missum, Nannem & ipsi Strotiū cum CCC. equitibus miserunt: ille rursus pro Lucensibus aduersus eos Picininū, Franciscū Sfortiam. Post Mediolanense Pisanū renouatur. In principio belli Bertoldo Vrsino & Comite Caui ducibus sunt usi, quibus quod apud Vicum Pisanum mensem iam cōsumpsissent, bellum ducere uisis, successorem miserūt Ludouicum Melioratum Innocentij VII. fratris filiū, qui Angelum Pergulensem Pisanorum ducem cum M.D. equitibus apud Volaterras profligauit, alterum dein ducem Gasparem Vbaldinum fregit. Quoniam uero reliquam hanc historiam in Pisanorum descriptione commemorauimus, tantum hæc ultima repetam. Cum Ginus Caponius missus à Florentinis Sarazanam ex Gabriele Vicecomite CC. aureorum millibus Pisas mercatus est, ex illo ciuitatem capientes mox inde irruptione facta reiecti, conclamatáq; à populo libertate obsessio rursus renouatur: interim Burgundiæ ducis orator ad Ginum qui unà cum Maso Albizo equite, bello præfectus erat, in castra uenit nunciatum, ut ab expugnatione suorum dediticiorū abstineat: quumq; neganti audacius minitarctur, Ginus cuestigio iratus eum in Arnum comprehensum deijci iussit. Post itaq; menses XIII urbem Ioanne Gambacurta prodente consequitur, in eáq; primus Prætor ius dixit, ac concionem habuit ad populum ad bene sperandum adhortans, qua cunctorum animos demulsit. Cui Bartholemæus Ciampolinus uir facundia autoritatéq; præditus dicitur respondisse. Florentinorum deinde remp. Nicolaus Vzano administrauit, uir opibus potens in bello, qui auxilium Bononiensibus contra Ioannem Galeatium ferens captus, & Papiæ in carcerem coniectus est. Cui Pallas Strotius eques successit, qui orator Fauentiam ad componendam cum Philippo & Venetis ac Florentinis pacem profectus est, quò partes conuenerant. Huius prosapia maxime præpolluit cum diuitijs tum equitibus, Nanne quem supra diximus, Thoma, Philippo & altero Pallante. Ferrariæ quoq;, quò se pridem recepere per exilij, propagauerunt, ubi Titus etiam Strotius elegiarum scriptor, sed & ædes inuidiosæ Philippi Strotij nuper exstructæ, priuatorum ædificia cunctorū in Italia antecellunt. Igitur Pallantis poten

Malauoltæ Senenſes
Ioantedeſcus
Ioan. Accij Vbaldinus
Peſtilētia Florentiæ
Rinucius Farneſius
Nannes Strotius
Comes Ca. Ludouicus Melioratus
Angelus Pergula
Gaſpar Vbaldi.
Nicolaus Vzano.
Pallas Strotius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis potentia, Cosmum Medicem expulit, qui post annum quo Paduæ exulauit à ciuibus re-
uocatus, talionem & ipse aduersarijs reddidit. Huius pater Ioannes Riccius mercator in pa-
tria diues memorat: maiores item equites illustres mihi supra nominati, quos omnis alios
Cosmus que simul ætate sua Cosmus rebus gestis antecelluit, neq; unquã priuato talis potentia, neq;
inerudito sapientia par, neq; denicq; mercatori tot contigerunt diuitiæ, neq; illis quod magis
mirandum, quisquam & magnificentius & religiosius est usus, egentibus opitulando, tem-
pla plurima per orbem construendo, ac reip. subueniendo. Quumq; unus omnia posset, nõ
omnia uoluit, quantocq; ei plura licuere, tanto magis infra suam fortunam uictitando sibi de
negauit. Eocq; prudentiæ fama peruenit, ut eius dicta factáque pariter celebrentur. Francisci
Sfortiæ maxime amici, tum Baldassaris Cossæ olim Ioannis XXIII. cuius Thesaurarius
Concilium Florentiæ fuit, Eius tempore concilium Florentiæ ab Eugenio celebratum: & basilica Reparatæ ab eo-
dem Pon. dedicata: cuius rei gratia pons ligneus mira celeritate exstructus ab æde prædica-
torum ubi ille habitabat, usq; ad Basilicam forte pertingebat, aulæis ab lateribus supráque
opertus: quod opus non magnificum solum, sed necessarium usum ob mortalium multitu-
dinem uias replentium, qui ad eam celebritatem conuenerant. Cuius etiam Pontificis Cos-
mus postea auxilio nobilem illam uictoriam apud Anglarem oppidum contra Nicolaum
Piccininum à Philippo duce missum adsecutus est, quibus meritis pater patriæ fuit à ciui-
bus appellatus: decessit anno ætatis LXXXX. salutis M.CCCCLXIIII. Petro potentiæ
successore relicto, quem simul & Ioannem ex Contessiuæ matrimonio ex Auerniorum fa-
milia susceperat. Is igitur moderato quietoq; fuit ingenio, missusq; quondam uiuente patre
legatus una cum Dietisaluio Nerone, Angelo Acciaiolo, & Nerio Gini ad Franciscum Sfor
tiam nouum Mediolani ducem de gratulatione. Iidem postea uiri præter Nerium in eum
anno M.CCCCLXIIII. *Coniuratio Pyctana.* coniurauerunt autore Luca Pycto. Is in rep. & popularitate cele-
bris & ætate iam grauis indignum ducebat iuueni cedere, ac Tyrannidem eo modo in libe-
ra ciuitate ex successione continuare. Angelum dolor repulsæ matrimonij sollicitabat, quum
ille filium eius generum nobilitate primarium præ alio recusasset. Dietisaluium uero uetus
in eam familiam odium. Igitur hi Nicolaum Soderinum eiusdem factionis uirũ nacti, sum-
XXuiri abrogati. mum tunc Magistratũ obtinentẽ, Decemuiratũ abrogauerunt: cui dandorũ adimendorũ
magistratuũ erat potestas. Planéq; hoc modo effecerant, ut partes Pyctanæ præualerent, ac
quæsitam ab initio libertatẽ in suam libidinẽ atq; potentiam conuerterent. Petrus uero à su-
is etiam excitatus, cum Nicodemo tunc ducis Mediolanensis Florentiæ legato agit, ut eius
opera ducis, familiæ Medicum iustis de causis amicissimi, auxilia propere sibi mittantur. Illi
contra ex Borso Estensi Ferrariæ duce suppetias conquirunt. In hoc tumultu quum utræq;
copiæ prope urbem in armis consistentes imperata expectarent: Soderinus iam magistra-
tu functus, ac consilio & audacia promptus, ut rem ad manus quandoq; deduceret, cum tre
centis Germanis armatis, è diuersis tabernis conquisitis, ad domum Lucæ se confert, eo ani-
mo ut reliqui coniurati cum suis quisq; uiribus eò conuenirent, indéq; in Petri domum uno
impetu irrumperent. Verum Luca prohibente, qui iam antea clàm placatus rem animo de-
trectare cœperat, non ulterius processum, paulatimq; magistratu publico & amicis utriusq;
interuenientibus in concordiam uentum. Petrus ut inuidiæ cederet populari, se in uillam su
am Caregium transferri iussit, morbo articulari impeditus, quo toto ferè tempore dum fuit
in potentia laborauit. Aduersarij interea minime quiescentes, ut qui temporis necessitate cõ
cordiam magis simulauerint quàm ex animo iniuerint, Borsianos milites qui in loca uicina
se receperant conuocare, ciuésq; rursus ad studia libertatis animare cœperũt. Petrus certior
factus in urbem reuertitur. Sfortianos & ipse quos iam domum remiserat propere reuocat,
clientelásq; subditorum undiq; conquirit. Quumq; iam & auxilijs & ciuium studijs superi-
or appareret, inimici paulum retardati, tum res ad ocium rursus deduci uidebatur. Petro in-
terim & Luca sollicitantibus populus in forum in concionem quam parlamentum uocant
XXuiri instaurati cogitur, ubi Decẽuiratus restitutus, ac de nouo XIII. uiri creati, qui exilij necisq; ciuium
Bellum Colianum potestatem haberẽt, Lucæ uero ut ciuitatis liberatori publice priuatimq; actæ gratiæ: Quod
factum aduersarij cum manifesto in sua capita redundare animaduerterent, sumptis quæ
poterant bonis celeriter ex urbe profugiunt: Angelus Neapolim, Soderinus Ferrariam, Die
tisaluius Bergomum, ad ueterem amicum atq; hospitem Bartholemæum Colium, qui tunc
patriæ

patriæ princeps armorum gloria ac militiæ disciplina in Italia florebat, eúmque ad reducen
dos exules animat, monstrátque ex re ac gloria eius, tum Venetorum quibus esset auctora
tus, fore, eorum partes Florentiæ præualere. Ille senatu Veneto consulto suis exulumq; au
spicijs negocium suscipit, ac quammaximũ potest equitũ peditumq; numerum scribit, dissi-
mulans se nunc regem Neapolitanum, nunc Mediolanensem ducem petiturũ. Hi enim am
bo in amicitiam atq; auxilium Florentinorum conuenerant, ac Fredericum Vrbini ducem
cum exercitu miserant, qui per uallem Anemonis, quæ est agri terminus Florentini Aemy-
liam uersus, itinere facto in Fauentinũ populabundus irrupit, quod Astorgius Manfredus *Astorgius Manfredus transfuga.*
princeps eius urbis Florentinorum militiæ auctoratus ad Venetum defecisset: quúmq; Co-
lium, qui planè uiribus ac numero superior erat, aduersus uenientem conspiceret, progres-
sus ulterius loco munitissimo castra posuit: eo quidem animo, ut copias sociales quæ iter
dicebantur ingressæ, minori periculo expectaret: nec tamen propositum tenuit, quum hæ di
utius tardarent quàm credebatur, & munitionibus castrorũ aduersus potentem exercitum
fidendum non iudicaret. Itaq; hunc quoq; locum dimittens inter oppidum cui Bononiense
cognomen est, & forum Cornelij consedit: quorum alterum Bononiensium diœceseos erat,
altera ciuitas Thadæi Manfredi, quos ambos pro socialibus sentire tunc erat opinio. Bellũ
hoc modo aliquot annis protractum lacessentibus utrinq; potius quàm dimicantibus inter
se hostibus, cum nullibi conatus succederent, ac uirtus militum propè par esset: nam omnes
ferè Italiæ duces utrinq; cõuenerant. Post hæc Dietisaluius se Ferraria recepit, ubi aliquan- *Dietisaluij finis.*
diu moratus demum Romam uenit: ibiq; breui post tempore apud filium zenobium ex-
cessit annorum ferè LXXXX. situsq; in æde Mineruæ ingredientibus dextrorsum, uir ani-
mo inquietus, ingenio sagax, alieni appetentissimus, sui parcissimus: nam ad XXX. millia
numũm aureorum digrediens secum extulit. Quatuor item eius fratres, inter quos præsul fu
it Florentinus, in exilio pariter extincti sunt. Petrus autẽ Medices soluto bello Coliano pau
cis post annis excessit, articulorum doloribus consumptus: cuius gratia domi se diu conti-
nuerat. Laurentius eius filius adolescens, unà cum Iuliano fratre ex coniugio Lucretiæ Tor *Laurentius Medices.*
nabonæ genitus, rei priuatæ ac publicæ hæreditatem adiuit, auo similior quàm patri, auto-
ritatéq; iam in ea ætate constantiáq; senili, quæ unà cum annis creuit: nec solum familiæ, sed
patriæ lumen attulit. ut illa inter orbis terras nõ solum pulcherrima sed felicissima ac poten
tissima haberetur. Eius item adiecit imperio Sarazanam ac Petramsanctam in regione Lu-
nensi, propagatis etiam in parte Aemyliæ finibus. Passus & ipse coniurationes uarias, sed
Pactianam inter alias periculosissimam, quæ hoc modo se habuit. Romæ duo Francisci Pa *Coniuratio Pactiana*
ctius & Saluiatus Præsul Pisanus autores fuere: Hic quod in honoribus ac adipiscenda Præ
sulatus possessione Laurentium aduersum habuerat, alter quod quum se nobilitate, ingenio
ac propè diuitijs, parem esse conspiceret non æque potentia, dolebat. Igitur hi cum Hiero
nymo Riario Sixti IIII. necessario rem communicant, quod ei pariter inuisum illum scie-
bant. Nam quum thesauri Pontificij custos ab initio fuisset, in Tiferni obsidione Nicolao
Vitellio Tifernati auxilium ferre clandestinum contra Pontificem deprehensus fuerat. Cõ
scio igitur & adnuente Pontifice Pisas primum, deinde in uillam Pactianam profecti dies
aliquot in ea substiterunt dum reliquos coniuratos adhiberent, rémq; omnem ordinarent.
Inde uero X. Calen. Maij die dominico anno M.CCCCLXXVIII. coniurati specie rei
diuinæ Florentiã ueniũt simul cũ Raphaele legato Hieronymi propinquo, qui unà seu for
te seu cõsilio aderat, è schola Pisana nuper factus cardinalis. In ædẽ omnes Reparatæ mane
ad sacrificiũ cõueniunt. Saluiatus interim cum suis clam armatis templo discedens, in curi-
am ut Cæsarem Vexilliferũ alloquatur alio simulato negocio proficiscit, eo tamen consilio,
ut orta cæde in templo ipse præsto esset, qui curiam simul cum magistratibus inuaderet. Igi
tur dato signo cum Eucharistia attolleretur: Bernardus Bandinus primus, Iulianum Lauren *Bernardus Bandinus*
tij fratrem confodit: Antonius Volaterranus, qui primas sibi partes depoposcerat odio du *Antonius Volaterranus*
ctus ueteris in Volaterranos iniuriæ, Laurentium ex alia parte aggreditur post tergum, pau
lulumq; intra iugulum ferit, quum ille statim ad clamorem conuersus ictum uitaret, ac itera
re uulnus uolentem propere subterfugit in ædis sacrarium proximum, ubi à suorum multi-
tudine exceptus ac seruatus est. Fama interim eum esse uiuum peruagante, animus Lauren
tianis additur. Coniurati alij aliò diffugiunt præter Iacobum Pactium equitem, qui equo ur

Universidad de Deusto
Biblioteca

bem percurrens ad libertatem populum excitabat, quum'que neminem prosequentem uideret, protinus egressus porta Fauentina fugam adripuit. Legatus è templo à ciuibus in curiam ductus ac custodiæ traditus, tum pro uiri dignitate tractatus est. Interea Saluiatus qui cum Vexillifero de industria sermonem protrahebat ut finem expectaret, statim comprehensus & ipse eodē die cū omnibus suis sontib⁹ & insontib⁹, simul & Francisco Pactio, Iacobo Saluiato, ac Iacobo Poggij filio, qui & ipsi inter coniuratos erant, ad Curiæ fenestras suspensus fuit. Postridie uero eius diei Renatus Pactius (nam is tantum conscius fuit, in uillámque abijt ne rei quam minime probaret interesset, tantum ei nocuit ingenij opinio quo cæteris gentilibus præstabat, & quo potissimum formidatus erat) sequenti uero die Iacobus Pactius simul cum Ioanne Baptista Montesecio è fuga retractus eundem exitum habuere. Is enim Ioannes Baptista miles erat Hieronymi, cui datum ab initio negotium Laurentium inuadendi: Verum, qua mente aut consilio nescitur, rem eodem die detractauit, cuiusque officio delegatus Antonius quem supra nominaui: nec tamen propterea supplicium euasit. Antonius uero octauo die in cœnobio prope potestatis ædes repertus simul cum Stephano idem subijt fatum: erat autem Stephanus Iacobi Pactij scriba, qui Antonium sequi rémque iuuare se receperat, ac minime præstiterat. Ad-

Ioānes Fran. Tollentinas. Laurentius Tifernas.

fuit eodem die è coniuratis Ioannes Franciscus Tollentinas ex agro Forocornelienſi cum peditibus mille, totidémque Laurentius Tifernas ex alia parte, qui ubi rem infectam uiderunt magno se periculo domum receperunt. Hoc nuncio Pontifex accepto Laurentium sacris interdicit, quod dei sacerdotes legatum'que attigisset. Ille uero ut eius placaret animum, legatum remisit. At Pontifex nihilominus bellum Florentinis ob eum aperte decreuit, socium'que ad id regem Siciliæ Ferdinandum adsciuit, qui simul Alfonsum regis F. Calabriæ, & Fredericum Vrbini, duces cum exercitibus miserunt, ut agrum eorum Senis uicinum popularentur. Laurentius uero in rep. confirmatus, ac à populo potestate acceptа, Herculem Estensem cum copijs in occursum mittit, qui apud montem, qui dicitur Imperialis, constitit. Hic enim mons tanquam compedes ex ea parte iacet, naturæ munimine ulterius procedere uolentes facile prohibens. Hostes itaque iam Castellina, Brolio, Cáciano, nonnullísque circa Castellis expugnatis, hunc montem petentes post dies aliquot superauere. Inde ad oppidū Collem castrametauere, quod etiam paucis diebus quanquam arcis modo supereminet: quam si expugnassent nihil erat reliquum quàm ad mœnia Florentina procedere. Laurentius uero cum iam periculum imminere conspiceret, ultro decreuit ad regis hostis misericordiam confugere. Itaque ad suos oratione habita, ac profectus se reip. causa periculo obiecturum, itinere per mare Tyrrhenum facto Neapolim celeriter adplicuit, ubi humaniter exceptus supplex ueniam petijt, ac cum rege annui census pactione transegit, paucísque post diebus incolumis ad suos regressus est ac bellum dissolutum. Quod factum Pontifex quanquam grauiter tulit, quod se neglectum præteritum'que uiderit, auxilijs tamen destitutus pacem coactus est facere. Quamobrem oratores

Oratores XII Florentini

XII. ad eum missi qui ueniam præteritorum peterent, ac populum Florentinorum communi causa expiarent. Fuere autem hi, Franciscus Soderinus, præsul Volaterranus, Antonius Rodulfus, Ioannes Ianfiliatius, Petrus Mimerbertus, equestris ordinis omnes. Guidantonius Vesputius iureconsultus. Masus Albizus. Ginius Caponius. Iacobus Lanfredinus. Dominicus Pandolphinus. Ioannes Tornabonus, & Antonius Medices. Ex his Præsul caput legationis orationem in senatu habuit, ueniámque petijt præteritorum. Die deinde dominico primo aduentus, anno M. CCCCLXXX. omnes mane in portico basilicæ Petri conueniunt, Pontificem atque patres præstolantes. Ibi Pontifex prope foribus templi procumbentes ad genua, uiritim de more uirga conuerberatos terga expiauit, ingressi deinde basilicam sacrificio interfuere, quo peracto domum reducti sunt omnium patrum familijs comitantibus, Nam prius Vrbem nemine de more obuiam procedente ingressi fuerant. Post hæc Laurentius defunctus periculo resipiscere paulatim, maiorque postmodum apud suos ciues esse autoritate, ac Tyranno propius agitare, cum sicarijs incedere, excubijs ac nuncijs diligentius inuigilare, Denique amissas in bello facultates undecunque recuperare cœpit, Vir adspectu tristi, ore truculento, sermone ingratus, animo

animo factiosus, in curis agitans continuo præter unum musicæ solatium, natura tamen non uti monstrabat inclemens aut inciuilis: Nam cum Saluiatis post eam coniurationem adfinitatem iniuit. Mihi quoque quem Antonij supradicti fratris mei grauis causa suspectum reddere debuerat, epistolam humanitatis ac officij plenissimam scripsit, adeóque elegantem ut eam à Politiano scriptam omnino putauerim, nisi ille postea iurasset Laurentij ingenio dictatam, qui paucis, si quando à curis esset uacuus, in hoc genere cederet. Ingeniorum alióqui censor fuit atque amator: nam Pisis scholas liberalium artium instituit, Florentiæ quoque Græcæ disciplinæ, Demetrio uiro doctissimo adcerſito. Ex matrimonio Clarícis Vrsinæ Petrum, Ioannem, & Iulianum, fœminásque tris suscepit, quarum una Magdalena Francisco Innocentij VIII. Pontificis filio locata, causa fuit ut Ioannes frater Cardinalis fieret. Excessit ex morbo annorum ferè XLV. in uilla sua Carigiana IIII Idus aprilis M. CCCCLXXXXII. Paulo ante prodigium uisum, tactum de cœlo templi culmen diuæ Reparatæ: inde saluo cætero ædificio marmor quadratum, ingenti uastáque mole, ad imum deiectum, ita politis lateribus sicuti antea positum fuit, latáque in uertice fenestra apparuit, quod præsagium plerique postea duxerunt partis imperij Florentinorum per Laurentij mortem ruituræ. Petrus rem deinde suscepit sæuus natura, quam ab initio dissimulare conatus, postea manifesto ostendit, in proximos ac propinquos primum erumpendo, partémque eorum nullis ac leuibus de causis in exilium mittendo, partem etiam grauioris supplicij pœna territando, aliáque præter moderationem suorum maiorum tentando quæ liberi populi status iam ferre non poterat. Itaque quum Carolus Galliæ rex eo tempore contra regem Neapolitanum proficiscens transitum peteret, ipse factionem Vrsinorum suorum sectatus qui Neapolitano adhæserant, manifesto negauit ægre populo ferente. Imminente deinde periculo, & hoste appropinquante, sibi metuens una cum Paulo Vrsino (qui tunc Florentinis militabat) senatu aut populo minime consulto, regi obuiam profectus Sarazanæ circáque oppidorum arces munitionésque tradidit. Florentini uero se suggillatos ac neglectos adspicientes grauiter tulerunt, primus'que Franciscus Valorus uir annis ingenióque grauis uociferari cœpit, rem indignam, iuuenem pari rempub. administrare, cui nec metus ullus, nec ciuium respectus, aut sanum sit consilium: quem etiam secutus Tanaus Nerlius homo diues ac animo libero, populum animauerunt, ut nouam post eum legationem ad regem mitterent, cuius caput Hieronymus Ferrariensis ordinis prædicatorum, de quo plura postea dicemus. Hic sese regi excusat, culpámque præteritæ contumaciæ in Petrum reijcit, populum per se eius maiestati deuotissimum semper extitisse. Petrus igitur reuertens quum iam mitius omnia tentanda ac humanius fore conspiceret, ultro in Curiam uenit magistratibus rationem rerum à se gestarum redditurus, quos quum prandentes offendisset, post prandium reuertit turba suorum comitatus: quem procul uenientem quum Iacobus Nerlius unus ex magistratibus adspiceret, ad fores cum lictoribus prorupit, eúmque se admissurum dixit, si solus ingrediatur, Petro uero instanti fores clausit. Ille ubi se uidit excluſum, propere domum rediit, metuque maioris mali quanta potuit celeritate equo conscenſo discessit. Post hæc Galli Florentiam ingressi quàm maximum omnibus incusserunt timorem, quod præsertim in ciuium domibus habitarent, nihil tamen eorum quæ expectabantur euenit, saluisque rebus ac pudicitia mulierum post diem octauum discessere. Respublica deinde ad popularem redacta statum æque se habuit aliquandiu, exules omnes reducti, à cædéque temperatum, quæ in rerum huiusmodi mutationibus fieri solet: consilij locus ampliatus, auctus'que numerus usque ad ciues mille & quingentos. Quu'mque tempore procedente ex infima plebe homines administrationi adhiberentur, nobilitas autem suspecta esset, paulatim Ciuitas diuisa, clandestinæq; discordiæ cœperunt, ex quo reipublicæ autoritas diminuta, oppida etiam quædam rebellare cœperunt. Politianum quod sæpius tentatum nunquam receptum, Sarazanáque ac Petrasancta ad antiquos dominos redierunt. Pisani item de quibus paulopost dicam, rebellauerunt. Petrus autem quum post annum reditum in patriam per uim frustra tentasset auxiliante Virginio Vrsino, iterū post annos aliquot idem expertus maioribus copijs ad mœnia prope adcessit nullis resistentibus, præterq; ꝙ clausas offendit portas. Conspirauerant enim quinq; ciues de eo reducendo, qui com pre-

Prodigium

Petrus Medices.

Caroli regis aduentus.

Legatio Florentinorū ad Carolum.

Politiani defectio.

 hensi ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

V Ciues securi percussi Hieronymi ordinis prædicatorum secta

hensi ac securi percussi sunt, quorum nomina Bernardus Niger, Nicolaus Rodulphus, Joannes Cambius, Iannotius Puccius, & Laurentius Tornabonus. Quiescentibus tandem aliquandiu ab externis bellis non defuerunt intestinæ discordiæ exortæ ob Hieronymum Ferrariensem quendam ordinis prædicatorum. Is enim astutia singulari, mediocri doctrina, sermone facundo, ambitione immensa prophetam se esse simulabat, palámque in templo concionando semper aliquid quod populo nouis tunc calamitatibus adflicto ac suspenso placeret, prædicando paulatim effecerat, ut opinionẽ de se maximam apud omnes generaret: eóque res processerat, ut non solum in rebus diuinis, sed in administranda repub. à ciuibus passim consuleretur, nihil omnino publici aut priuati nisi eo autore fieret. Pars uero ciuium saniore consilio, cum uti subdolum ac ueteratorem reijciebat: nec tamen manifeste, multitudinis periculo. Itaque nõ solum ciuitas, sed priuatæ domus omnes discordes inter se fuerant, támque ipse metu aduersæ partis non religiosis, sed militum gladijs atque lictoribus stipatus ad templum diuinumq; uerbum prædicandum accedebat, magistratibus præterea sui ordinis Pontificíque maximo contumax. Nam Alexandro minime obtemperandum dicebat, sacris ipse ab eodem interdictus nihilominus sacrificabat. Vrbem Romam, quã omnes Christiani uenerantur ac religionis causa petunt, fugiendam esse minimécq; adeundam suadebat. His igitur persuasionibus atque exemplis non procul aberat à constituenda noua hæreseos secta, nisi diuina prouidentia subuenisset. Eo enim insaniæ uenerat ut prodigia se facturum iactaret, ac per medios ignes incolumem transiturum. Quod sanè quum res magna uideretur, decretum publice est ut de ea re periculum fieret. Itaq; statuta die igne in medio foro succenso iussus uenit cum Eucharistia, séque hoc modo ignem petiturum dixit: Cognita uero astutia minime concessum. Ille ubi se deprehensum animaduertit, sibi timens eũ suis fautoribus ad ædem S. Marci ubi habitabat propere reuertit. At magistratus certos ad eum expugnandum mittit: ille munitus se instrumentis omnibus bellicis defensitat, tandem expugnatus ac captus in custodiã ducitur. Post dies aliquot ex autoritate Pontificis cum duobus alijs eiusdem ordinis qui cum eo cõsenserant in medio foro crematur, reliqui uero sectatores eius populi furorem uix euitarunt. Francisco autem Valorio penes quem inuidia ferè totius facti fuerat, domus bonáque direpta, uxor etiam interfecta, ipse quoque iussus in curiam uenire in media uia trucidatur. Post hæc Alexander Pontifex cupidus filio Cæsari late

Arretinorum defectio.

imperium propagandi, oppida Florentinorum in Hetruria tentat, ac Vitellocium Tiferna-tem eorum hostem ob interfectum fratrem, simul cum Petro Medice Arretium cum copijs mittit, qui breui tempore à ciuium magna parte coniurata intra mœnia recepti: Gulielmum Pactium eius loci præfectum capiunt. Cosmumq; filium eius urbis præsulem in arcem fugientem paucis post diebus arce recepta similiter comprehendunt, aliquótque insontes ciues Florentinorum amicos cum paruis liberis miserando spectaculo trucidant, proximámque castri Bactisolijs arcem expugnant, interfectis ad unum omnibus colonis qui pertinacius restiterant. Mox etiam Cortona Cardinali Medici eodem modo se tradidit. Idémque ferè omnia circa oppida usque Ficinum fecere. Deinde Vitellocius ac Petrus Puppium Apenníni oppidum obsedere, quumq; pertinacius instarent ecce regis Gallorum mandata superueniunt, quæ iubent eos ab amicorum & in fidem receptorũ iniuria ac bello abstinere. Itaq; regis procuratori iussu pontificis omnia tradita. Ille uero post dies aliquot Florentinis adsignauit. At Medices Arretínique spe fraudati, hi quidem ob metum familiæ ferè XI. fugientes coloniam mutauerunt. Illi autem rebus infectis in urbem Ro. remigrarũt. Florentini igitur hoc tanto casu admoniti ad creandum nouum ac perpetuum magistratum, qui eandem ferè quam Dux Venetiarum, habeat potestatem, animum induxerũt: quod quanquam libero populo res noua ac dura uideretur, tamen cõsiderantes quod longe melius per unum res administraretur qui continuo rebus inuigilaret, ac de his quæ emergunt ad senatum referret, in tanta præsertim Italiæ perturbatione, omnes publicam salutem priuatis cõmodis ac

Petrus Soderinus Vexilliferperpetuus

ambitionibus prætulerunt. Itaq; anno MDII. centuriatis comitijs ac omnium ferè tribuum suffragijs Petrum Thomæ equitis filium Soderinũ, absentem, ac Arretij præfectũ uirũ sine prole, ac magnopere sapientia, nobilitate, diuitijs, in ciuitate pollentẽ, perpetuũ uexilliferum elegerunt. Cuius uirtute simul & felicitate, adhibito præsertim consilijs Francisco fratre præsule Volaterrano longe prudentissimo, bene reip. totíq; Hetruriæ, tum de rebus Pisanorum optatum

optatum breuiter finem se consecuturos sperarent. Hi enim ut in eorum loco narraui, quod se proditos Florentinis ab initio dicerent atq; iniusta seruitute grauatos, sub ipsum Gallorũ aduentum rebellauerunt, magnosq; hostium impetus in hunc usq; diem ope magis diuina quàm humana tolerauerunt. Duces uero contra eos missi plures. Inter quos Paulus Vitellius quum ducere bellum deprehenderetur, captus ac Florentiæ securi percussus est. Petrus igitur quum ante omnia nihil deliberatius habuerit quàm cœptum bellũ totis uiribus prosequi, rem nouam atq; arduam commentus, ut amnis commoditate hostem prohiberet. Ar ni alueum aliò traducere aggressus erat, si per impetũ fluminis ruptis obijcibus licuisset. Frequentes tamen hostium excursiones repressit. Bartholemæum Aluianũ nuper ab eis adcersitum, ac uicinorum populorum præsertim Senensium auxilijs non contemnenda manu instructum, apud S. Vincentium non longe à uadis Volaterranis transitu prohibuit, toto ipsius profligato exercitu, captísq; ex eis ferè mille cum impedimentis, ubi Herculis Bentiuoli ducis & Marci Antonij Columnæ magnopere uirtus emicuit. Hi nullum perterritis dare tempus oportere existimantes, cuestigio cum exercitu XX. millium ad oppugnanda mœnia Pisana profecti sunt, quæ corona simul ac operibus uno tempore aggressi iam disiecta murorum parte, nulla ui tamen obstinatum pro libertate hostem superare ualuerunt: quin ocyus telis ac machinis repulsi, tum pedites qui obiter urbem per Arnum ingressi fuere partim cæsi sunt, partim ob metum terga dedere. Itaq; nullo iam succedente conatu, iuuantibus præsertim Hispanis quorũ autoritati se Pisani tradiderant, exercitus relicta obsidione nondum exacto autumno ad hyberna se recepit Anno belli undecimo.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER VI.

LATINI, VOLSCI, HERNICI, EQVI

LATIVM antiquum à Tyberi usq; Circeios erat, deinde usq; ad Lirim protractum Plinio. Horum caput Romam (teste Dionysio) Siculi gens indigena prius tenuere, ante hos nulla memoria. Deinde Aborigines Siculis pulsis longo bello, qui in montibus prius habitauere sine muris uicatim. Venere postea Pelasgi & alij Græci, qui auxilio Aborigínibus fuere, & subiugandis finitimis & ædificandis urbibus à Tyberi usq; ad Lirim, uocatiq; Aborigines usq; ad bellum Troianũ: sub Latino autem rege Latini, postremo à Romulo Romani. Aborigines eũ ipsos alij indigenas fuisse, ac nominis causam ex montium habitatione traxisse: nonnulli uero gentem uagam, & sine laribus: Cato & Sempronius Græcos eos dicunt ex Achaia ortos ciuitate (sed uerior sermo habet ex Arcadia aduectos) duce Oenotrio Lycaonis filio, multos ante bellum Troianũ annos cum Peucetio socio. Hæc ex Dionysio. Trogus autẽ libro XLVII. sic ait: Cultores Italiæ primi Aborigines fuere, quorũ rex Saturnus iustitia prædi-tus fuit, ut nihil sub illo quisquam priuatæ rei habuerit. Ob cuius exempli memoriam cautũ est, ut in Saturnalibus ex æquali omnium iure, passim in conuiuijs serui cum dominis recumbant. Itaq; Italia regis nomine Saturnia appellata, & mons ubi habitauit Saturnius, in quo nunc ueluti à Ioue pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est. Post hunc regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab Arcadiæ urbe Pallanteo in Italiam uenit, cui Faunus montem, quem ille Pallanteum postea, de nomine patriæ uocauit, cõcessit. In huius radicibus templũ Lyceo, quem Græci Pana, Romani Lupercal uocant, constituit. Hæc Trogus. Liuius item Herculem dicit paucis post annis deuicto Geryone, cum bobus huc cõcessisse, exceptumq; ab Euandro, & aram ei maximam sub radicibus Auentini positam. Virgilius quoq; in VIII. pulcherrime hanc originem repetit. Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæq; tenebant, cũ his quæ sequuntur. De nomine autem ipsius Vrbis Festus hæc scribit. Cephalus Gergitius qui de aduentu Aeneæ in Italiam scripsit, ait Romam à comite quodam Aeneæ in monte Palatino ædificatã simul & nominatã. Apollodorꝰ à Romo filio Aeneæ & Lauiniæ. Atteius qui scripsit res Cumanas, à Sicyone huc ob inopiam domiciliorũ delatos quosdam multo

Siculi Aborigines

Latini Romãi

Saturnia Capitolium olim Saturnius mons

De nomine urbis.

errore

Universidad de Deusto
Biblioteca

errore **Aborigines uocatos**, montemq; Palatinum, in quo consederunt, à robore suorum & uiribus Valentiam appellasse: quod nomen postea ab Euandro aduenìente, Græce appellatum ῥώμην. Agatho Mycenarum historiæ scriptor, Aeneam ex uaticinio Heleni in Italiam cum Roma ex Ascanio nepte adpulsum, in Palatino urbem de illius nomine cõdidisse. Gellius post obitum Aeneæ imperium Italiæ peruenisse ad Latinum Telemachi Circésque filium, & ex Roma filios suscepisse Romum & Remum, urbémq; in Palatino conditam ex Romi nomine uocasse. Liuius & plærìq; alij, hos duos ex Ilia Vestali & Marte natos, à Numitore auo expositos, & ab Acca Laurètia Faustuli uxore nutritos, lupæ nomine, quod meretrix esset: alterum Romulum ex auspìcio uiso XII. uulturum, urbi nomen dedisse. Hæc de Romæ origine apud ueteres comperta. Ipsius natalem quo palilia Romulus celebrauit, *Natalis urbis* Ouidius XII. Calend. Maij tradere uidetur, nonnulli XI. dicunt. Quo horoscopo sanè incertum, quum alios alij ponant. Ante salutem annos ferè DCC, post Ilium captum CCCXXXIII. Olympiade VII. ut ait Dionysius. Tribus in ea XXXV. Pedianus fuisse scribit, à tributo (ut inquit) dando, uel quod tres tantum à principio fuerint. Tatiensis à *Nomina Tribuũ XXXV* Tatio, Ramnes à Romulo, Luceres à Lucumone, aut luco quem Asylum Romulus appellauit. Tribuum autem nomina ex uarijs autoribus collecta, huiusce modi sunt: Romulia, Tatiensis, Suburrana, Palatina, Exquilina, Collina, Claudia, Lemonia, Pontia, Crustumena, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Tomenina, Armensis, Papyria, Pupina, Pupilla, Pollia, Galeria, Falera, Veturia, Aemylia, Cornelia, Vsentina, Mentina, Pontina, Publicia, Anthesis, Velina, Aniensis, Terentina, Volicinia, Metia, Faucia. Quas Plutarchus nomina Sabinarum nuptarum dicit fuisse, apud alios tamen autores diuersas ob causas. Vrbis autem regiones XIIII. fuisse ex inscriptione quæ pro ædibus hodie Capitolij cernitur palam est, quam mihi ponere uisum est, Imperatori Cæsari diui Traiani Parthici filio diui Neruæ nepoti Traiano Hadriano Aug. pont. max. Trib. pot. XX. Impera. II. cons. III. PP. Magistri uicorum Vrbis regionum quatuordecim. Has igitur in quodam uetusto libello repertas, cui nuper quidam P. Victorem seu Fabium inscripsit, cõpendio percurram.

Regio Capena I. Prima Capena continet areas, Virtutis, Honoris, Spei, Carsucæ, Panaria, ædes camœnarũ, Apollinis, Martis, Mineruæ, Tempestatis. Lacum Promethei & Vipsani. Balnea Volani & Mamertini, Thermas Seuerianas & Commodianas, Vicum Vitrariorum, Arcus tris, Drusi, Veri Parthici, & Traiani Principum, mutatorium Cæsaris, Almonem fluuium.

Mõs cœlius II Regio secunda, Mons Cœlius continet Templum Claudij, Macellum magnum, lupanaria, Antrum Cyclopum, Cohortes uigilum, Castra peregrina, caput Africæ. Arborem sanctam, Domus Philippi, Victilianã. Ludum matutinum & Gallicum. Micam auream. Regiam Tulli Hostilij. Regio tertia, Isis & Serapis continet, Monetam, Amphitheatrum,

Isis & Serapis III quod capit loca CCCXXXVII. Mil. Ludum magnum & Dacium: Domum Bruti, Suburram, lacum pastorũ, Scholas quæstorum & Capulatorum, Thermas Titi & Traiani. Porticum Liuiæ, castra Misenatium. Regio quarta, Templum pacis continet Vulcani aream,

Templum pacis IIII Buccinum, Apollinem Sandalarium, templa Remi, Veneris, Faustinæ, Horreũ Carthaceũ. Tigillum sororium, Colossum altum ped. CCII. Metam sudantem, Viam sacram, Basilicam Pauli, forum transitorium, Carinas, Domum Pompeij, balneum Daphnidis. Regio

Exquilina V. quinta, Exquilina cum turri, Nympheum diui Alexandri, Hortos Mecœnatianos & Plancianos, Herculem Sullanum, Amphitheatrum Castrense, Campũ Viminalem sub aggere, Mineruam medicam, Isidem patriciam, templũ Iunonis Lucinæ, macellum Liuiani, Cohor

Alta semita VI. tes septem. Regio sexta, Alta semita continet templa Salutis, Serapis, Floræ, Quirini, capitolium uetus, statuam Mamuri, thermas Diocletianas & Cõstantianas, decem tabernas, Gallinas albas, aream Callidi, Cohortes tris uigilũ, Hortos Sallustianos, gentem Flauiam. Re-

Via lata VII gio septima, Via lata continet lacum Ganymedis, Arcum nouum. Nympheum Iouis, Aediculam Caprariam, porticũ Constantini, templa Solis, Spei, Fortunæ, equos Tiridatis regis,

Forum Romanum VIII forum suarium, hortos Largianos, Mansuetas, Lapidem pertusum. Regio octaua, forũ Romanum continet, Rostra, comitium, columnam cum statua M. Ludij, Senaculum aureum, equum Constantini, atrium Mineruæ, fora Cæsaris & Augusti, & Traiani, cũ templo & columna Cochlide alta ped. CXXVIII. habente intus gradus CLXXXV. fenestras. XLV Basilicam argentariam, umbicum Romæ Græcostasim, Porticũ Iuliam, templa Iani, Mineruæ, Ve

uæ, Vestæ, Cocidæ, Saturni, Iouis tonantis, Castoris, Concordiæ, & Romuli, Ludum Aemylium: equum æneum Domitiani, Oratia pila, Lacum Curtium, Aedem Herculis rotundam, sacellum pudicitiæ patriciæ, Aedem Matutæ, Capitolium, Asylum, Horrea Germanica. Aquam cernentem quatuor Scauros sub æde, Antrum Caci, Vicum lugarium, Porticũ margaritariam, Vicum unguentarium, Elephantum herbarium. Regio nona. Circus Fla- *Circus Flaminius IX*
minius continet stabula quatuor, factionum octo. Porticum Philippi. Mimitias duas, uetrem & frumentariam, Cryptam Balbi, theatra tria, in primis quod capit loca XI. Mil. DX. Pompeij quod capit LXXX. Mil. Marcelli quod capit triginta milia, Campum Martis trigarium, Ciconias nixas, Pantheon, ædes Bellonæ, ante quam columna est, unde ad bellũ iturí duces hastam iaciunt, Basilicas Neptuni, Macidij, & Martiani, Templum diui Antonini, columnam Cochlidem altam pedibus CLXXXVI. habentem gradus CCVI. Fenestras. LVI. Thermas Alexandrinas & Agrippinas, Porticum Argonautarum: Isæum & Serapæum, Mineruam Chalcidicam, Mineruiũ, insulam Phelidis, carcerem Claudij decemuirũ. Regio decima Palatium continet, Casam Romuli, Aedem matris deum, Aedem Apollinis, Curiam uererem. Pentapylum, domum Augustanam, Tyberianam, Ciceronis, Augu- *Palatium, X*
ratorium, Arcam Palatinam, ædem Iouis uictoris, Fortunam respicientem, Septizonium, uictoriam Germanicianam. Regio undecima. Circus maximus qui capit loca CCCLX- *Circus maximus. XI*
XXVI. mil. continet templum Solis & Lunæ, ædem matris deum, Iouis arbitratoris XII portas. Templum Mercurij, Cererem, Ditem patrem, portam Trigeminam, Apollinem cœlum respicientem. Herculem Oliuarium, Velabrum, Fortinium, arcum Constantini, forum *Piscina publica. XII*
olitorium in quo erat columna lactaria, ad quam infantes lacte alendos deferunt. Regio duodecima, Piscina publica continet aream Radicariam, uiam nouam, Fortunã mammosam, Isidem Atenodoriam, Aedem Bonæ deæ subsaxanæ, Thermas Antonianas, Septem domos Parthorum, Campum lanatarium, Domũ Chilonis Cornificij, Priuata Hadriani, Cohortes quatuor uigilum. Regio decima tertia. Auentinus continet Armilustrum, *Auentinus XIII*
Templum Dianæ, ac Mineruæ cõmune, Templum libertatis, Scalas Gemonias, Nymphetria, Thermas Syriacas, & Varianas, & Decianas. Priuata Traiani, Dolacrum, Mappam auream, Horrea Platonis, Galbæ, & Anicetiana. Porticum Fabariam, Scholam Cassij, Forum pistorium. Regio decimaquarta. Trans Tyberim hortos Neronis, Ianiculum, Mani- *Trans Tyberim. XIIII*
as, Balneum Ampelidis, Priscidianæ, statuam Valerianam, Caput Gorgonis, fortis Fortunæ, Coriariam, Herculem cubantem, Campum Brutianum, Aream Septimianam, Thermas Septimianas, Ianum Septimianum. Hactenus uetera, quibus ego monstratiunculas nonnullas ex antiquariorum opinione subijciam, non tam ut multis, præsertim eruditis incognitas, quàm ut omnibus uel peregrinis cognoscendas, ne princeps terrarum ciuitas, per indiligentiam minime degustetur. Plinius libro tertio, spatium urbis à milliario ad singulas portas, quæ tunc erant, mil. dicit esse per directum ferè XXX. Ad extrema uero tectorum cum castris prætorijs ab eodem milliario per uicos omnium uiarum paulo amplius septuaginta. Compita item larium (nam singularum male apud eum scribitur) regionum omnium CCLXV. existere: quin & ausus ipse tectorũ altitudinem in spatio computare. Erat enim milliarium signum in fori Romani capite, unde principiũ itineris ad omnes portas, omnéq; iter capiebatur. Vrbis circuitus sub Valeriano, qui mœnia restituit, fuit teste Spartiano milliaria quinquaginta, quod sanè uerisimile non uidetur, nisi ex iurisconsulti sententia iudicabimus, qui Romam aliam ab urbe facit, Vrbem tantum intra mœnia esse, Romam uero sacrum etiam pomœrium, suburbanáq; comprehendere. Nam ab Otricoli ponte usq; ad mœnia, uia plena ædificijs erat. Itaq; peregrini se tunc Vrbem ingredi putabant, ut accidit Constantio principi, teste Marcellino, quum primũ Romam cum Ormisda uenit, & ubi mediũ esset urbis percontanti. Romulus ab initio Palatiũ, tribus tantũ cinxerat portis, Mugonia *Roma Vrbs*
ab animalium mugitu inde exeuntium, Carmentali ab Euandri matre, quæ postea Scelerata ob egressos CCCVI. Fabios uocata, & Pandana seu libera, quæ in Asylum tendebat, quod augendæ urbis gratia, criminosorũ refugiũ instituerat. Liuius scribit triginta septem fuisse, puto ueteres connumerando, quæ intra auctam restituerant urbem. Quæ uero nunc apparent, Flumentana Populi porta, ex antiqua Flumentana quæ ignorat. Nam ipsius Liuij tempore, qui illius meminit, Populi porta nõ erat, quũ mœnia Collinam nõ excederent. Hic igitur nefandi Neronis sepulcrũ tẽplo diuæ genetricis cessit, & Via Flaminia inter quã *Palatium*

& ripam

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ripam Tyberis, nunc quoq; uestigia Augusti sepulchri cõspicimus, quẽ Hadrianus æmulatus è regione simile in Vaticano excitauit. Porta Collatina, quæ Collatiam Sabinorũ oppidum ducebat, dicta etiam Procopio Pinciana, à Pincio senatore, unde Gothorum olim irruptio. Mons Pincius collis dicebatur hortulorum, quod pars inferior humida, accomoda hortis existeret. Deinde Salaria, à sale in Sabinos exportando: seu Quirinalis, à Quirini sacello: eadem & Collina, à Colle Quirinali, qui & tricepsis, & quinquecepsis Varroni ex capitum collium numero dicitur. Festo autẽ & Agonius, quasi sine angulis esset. Ex quo uerisimile Circum deinde Flamminium, Agoniũ posteros appellasse, quod modo Circi maximi, angulis ex omni parte careret: quanquam apud Varronem Acgonius scribitur, nisi forte sit mendum. Vsq; ad hanc portam Collinam mœnia fuerant, quæ illi usq; ad pontem Miluium prorogare cogitarunt. Verum aruspices prohibuere, quod intra urbem nec habere comitia, nec legere milites pro exercitu liceret. Deinde Viminalis, seu sanctæ Agnetis à uiminũ multitudine. Neuia, seu porta maior. Exquilina, seu Tyburtina, seu sancti Laurentij, Cœliomõtana nunc clausa, prope sanctum Stephanum rotundum. Asinaria, seu sancti Ioannis. Latina antiquitus non nominata, sed tantum uia. Capena, seu sancti Sebastiani, ubi Appia uia. Trigemina sancti Pauli existimatur, quomodo tamen, haud satis scio, quum Liuio teste Horatij qui cum Curatijs pugnauerunt, porta Trigemina sint ingressi, quo tempore nõ erat hæc pars Auentini, nisi forte ex uetere porta huic inditum nomen. Aurelia, seu sancti Pancratij. Portuensis & Vaticana satis notæ. Septimiana etiã trans Tyberim, ubi Septimij Seueri inscriptio, antequàm ab Alexandro reficeretur, legebatur. Triumphalis cum ponte è regione sancti spiritus interijt, quanquam de hac diuersæ sententiæ. Pontes uero primum insulæ, Fabritius &, Cestius, quorum alterum Valentiniani & Gratiani, alterum Lepidi, & Marci Cannij nomine restitutum, inscriptio adhuc indicat. Sublicius ab Anco Martio, postea lapideus ab Aemylio factus Aemylius est dictus, atq; is est, cuius exstant fundamenta ad eam pertinentia ripam, ubi nunc Naualia sunt. Aurelius, qui & Xistus postea ab autore restituendi dictus. Aelius ab Hadriano apud eius molẽ. Vaticanus seu Ianuclensis prope sanctum spiritum, iam desijt. Sũt qui diuersos esse dicũt. Moluius ab omnibus cognitus. Palatinus seu sanctæ Mariæ, qui in palatium ducit. Extrema urbem uero Mammeus à matre Alexandri imp. instauratus, quem Antoninus pius fecerat. Nomentanus quò itur Nomentũ, à Narse te factus, ut eius carmine indicatur. Aquæ ex Iul. Frontino dicendæ, qui aquarũ curæ à Nerua delegatus fuit. Igitur nouem ab eo ponuntur. Appia post initiũ Samnitici belli inducta ab Appio Claudio censore, qui & uiam Appiam à porta Capena Capuam usq; strauit, concipitur in agro Lucullano, qui nũc Tusculanus putatur, uia Prænestina. Anienem ueterem M. Curtius censor, cum. L. Papinio annis quadraginta post Appiam perducendam de manubijs è Pyrrho captis curauit. Concipitur supra Tybur xx. mil. Extra portam Ro. Mattia à. L. Martio rege in capitolium perducta, concipitur uia Valeria ad mil. xxx. prope Sublacum, quam ait suo tempore Frontinus in Auentinum à Troiano perductam, Troianam fuisse dictam, ut etiam effossum nuper marmor, qd nos uidimus, indicat. Tepula, quã ex agro Lucullano Seruilius Cepio, &. P. Cassius Longinus censores in Capitolium perducendam curauerunt. Iuliam M. Agrippa ab inuentore uocatam, introduxit ex Tepula uia subterranea, supra terrã uero fictili structione, opere arcuato. Idem Virginẽ item ex Lucullano perduxit, sic appellatam, quod quærentibus aquã puella uirgo uenas ignotas monstrauit. Concipitur uia Latina mil. viii. in locis palustribus. Claudia, quã Caius princeps introduxit ex fontibus Curtio & Cæruleo, mil. xlvi. uia Sublacensi, Claudius absoluit opere arcuato. Titus deinde restituit, ut ex inscriptione adhuc portæ maioris apparet. Huius uestigia maxime comparent, transeunt per Cœliũ Formæ nunc & olim appellatæ. Anionis uus, hic ex fonte purior quàm uetus deductus. Ambo uero, simul & Claudia, in urbem confundebantur. Duæ regioni seruiebant transtyberinæ, quorũ una Alsietina uia Claudia mil. xiiii. è lacu Alsietino concepta, ob frigiditatem minus salubris, quæ ab Augusto fuit introducta. Altera Sabbatina è stagnis Sabbatijs post Frontinũ memorata: de utrisque quid sentirem, supra narraui. Harum quoq; hodie uisuntur uestigia formæ unius extra portam Branchatij, quam Sabbatinam putauerim, alterius apud sanctũ Spiritum, Almo is existimatur, qui apud portam Capenam urbem usq; ad Circum Max. nunc profluit. Ex quo Iuuenalis. Madidamq; capenam. Lucanus. Et lotam paruo reuocãt Almone Cybelem. Viæ extra

Agonius *Viminalis* *Capena* *Sublicius pons* *Mammeus* *Aquæ Ro.* *Almo* *Viæ multæ*

tra urbem, Appia, Latina, Prænestina, Tyburtina, Salaria, Nomentana, Ostiensis, Laurentina, Labicana, Ardeatina, Flaminia, Cassia, Cimina, Valeria, Claudia, Aurelia. Omnes sanè notæ, & alibi mihi descriptæ. Viæ uero in urbe, Suburra notissima à foro Traiani ad Martini & Agathæ templa. Via sacra, ubi sanctæ mariæ nouæ templum. Via noua, quæ à circo Max. ad portam usq; Capenã. Alta semita, regio & uia à thermis Constantini usq; ad portã Viminalem. Via lata regio & uia, satis monstratur ex æde nunc S. M. in uia lata. Via triumphalis citra Celsi templum, è cuius regione pons erat, recta per Floræ nũc campum, usq; ad Velabrum. Carinæ apud Petri uincula, unde & auguria captabãtur. Piscina, publica regio & uia circa Xisti templum, & thermas Antonianas. Vaticanum, ut ait Varro, à uatum ibi responsis, seu quod deus Vaticanus, qui puerorum uagitibus præerat, ibi coleretur. Fora Romana, in primis ab arcu nunc Seueri ad tris nunc extantes columnas pertinens, contra Cosmum & Damianum, apud quas equestris Domitiani statua, Statia, na fuerat. Hoc forum Cæsar, deinde Augustus, teste Tranquillo, ampliarunt: ex quo Martialis ait. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Neruæ, idem & transitorium, quod ad Traiani inde ad alia fora transibant, quod ne spatio fraudaretur, pars Quirinalis est excisa: huius adhuc extant uestigia. Boarium apud sanctum Georgium ex arcus uicini inscriptione, quod ibi bouis esset statua. Ouid. Area quæ posito de boue nomen habet. Erat & piscarium haud longe à Boario, ut ait Varro, rusticorum & cupedinis, & holitorium, & pistorium iuxta ædem Vestæ. Campus Martius, qui Tarquinij fuit ager, quod extra urbem esset in confesso apud omnis, quamobrem & Pantheon & circus fla. extra fuerant. Columnæ cochleæ duæ, altera Traiani, ubi depictum bellum Dacicum, cui apud Parthos res gerenti dedicata fuit à senatu. Altera Antonini Pij in reg. columnæ, cuius egestio fundamenti uti quorundam est opinio, uicinum fecit montem, qui acceptorius dicitur. Quidam antiquiorem faciunt, Citatorumq; prius dictum, quò citatę ad comitia tribus se recipiebãt. Thermæ Diocletianæ notæ. Constantinianæ apud equos Tiridatis. Alexandrinæ, quæ antea Neronianæ fuerant, apud S. Eustathium. Agrippinæ apud Pantheon: Titi post S. Martinum, dicuntur que hodie, Capoces, quasi capaces aquarum. Apud has hoc anno MDVI. Felix Romanus ciuis, dum arcum diu obstructum in uinea sua recluderet Laocoontem Virgilianum cum duobus filijs inuenit à Plinio libro xxxvi. capite v. his uerbis memoratum. Laocoon in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & statuariæ artis præponẽdum: ex uno lapide eum & liberos draconumq; mirabiles nexus de consilij sentẽtia fecere summi artifices Agesander & Polydorus & Athenodorus Rhodij. Visum igitur nostris par opus famæ, quapropter pontificis iussu in ædes Vaticanas traductum, quando hæc cura adhuc animos contaminat. Thermæ Domitianæ apud Syluestri, Nouatianæ apud Pudentianæ, Gordianæ, Eusebij. Olympiades apud Panispernæ templa. Variænæ autem & Syrianæ & Decianæ in Auentino. Templa etiam quædam deprehendimus. Aesculapij inter insulæ pontes quod S. Ioanni, ex altera parte Iouis, quod S. Bartholemæo, nunc dicata uidemus, nec alia uestigia apparent. Ouidius, Iunctaq; sunt magno templa nepotis auo. Ipsam uero insulam teste Liuio aggeres fruges q; in eum locum constipatæ fecerunt, quæ ex agro Tarquinij in Tyberim deiecto conuenerunt. Herculis apud scholam Græcam sub Auentino, ubi ærea statua mea ætate reperta, quæ in ædibus Cõseruatorum uisitur. Aedem Herculis rotundi ad forum boarium Liuio, quæ nũc S. Stephani rotundi iuxta Tyberim satis habetur argumenti esse, propeq; ædiculam Pudicitiæ patriciæ inter scorta & uinopolia nunc S. Mariæ Aegyptiacæ dicatam. Veneris Erycinæ extra portam collinam ex uersu Ouidiano. Templa frequentari collinæ proxima portæ. Nunc inter uepres monumenta quædam apparent. Hic teste Liuio Ludi quandoque facti Tyberi circum flaminiũ inundante. Aliud item Venetis apud Circum maximũ. Solis ab Aureliano conditi, quidam existimant eas esse ruinas, quæ supra Columnensium ædes apparent. Apollinis & Martis, ubi febris sacellum, in Vaticano. Martis item extra portam Capenam ad tertium lapidem bello Gallico à Camillo uotum, iuxta quod lapis Manalis uocatus consistebat, quo per siccitates in urbem relato pluuia statim manabat. Hodie S. Mariæ prunetæ imago siquando Florentiam transfertur, idem sed cultu efficit ueriore. Martis ultoris supra memoraui. Neptuni in ripa Tyberis id esse opinabantur, unde his annis proximis prope S. Blasium ingẽtes lapides sunt effossi. Dianæ ubi Prisca in Auentino.

Vaticanum *Fora Ro.* *Campus Martius.* *Pantheon* *Columnæ* *Thermæ* *Templa Romæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iouis ultoris, quod & Pãtheon notiſſimũ. Capitolini ſupra narrãt. Floræ in Quirinali poſt ſanctam Suſannam ex Martialis carmine. Qua uidet antiquum proxima Flora Iouem. Nam capitolium uetus prope Suſannam cernitur ubi deſcenderis, è regione uero horti Sallustiani. Templum Caſtoris & Pollucis, nunc Coſmi & Damiani ex Ouidij carmine. Fratribus illa die fratres de gente deorum, Circa Iuturnæ conſtituere lacus. Hic lacus prope ſanctum Gregorium in ſpecis conſpicitur. Hi fratres Tyberius & Druſus fuere, qui templum quod Poſthumius bello latino uouit, & filius dicauit, illi reſtituerunt. Concordiæ quod Manlius prætor in Gallia uouit in arce dicatum: alterum Flauius ſcriba in area Vulcani. Tertium Liuia conſtruxit ob uiri cum ea concordiam. Idque putatur quod in hortis S. Mariæ nouæ conſpicitur. Templum pacis iam notiſſimum. Aram pacis prius fecerat Auguſtus, quam auxit Agrippina. Iani apud S. Georgium quadrata nunc ruina. Ouidius. Quum tot ſint Iani, cur ſtas ſacratus in uno? Hic ubi iuncta foris templa duobus habes. Templum Bonæ deæ à Claudia ueſtali in Auentino deinde à Liuia reſtitutum. Saturni in foro, ut deſcribitur à Macrobio, ubi ærarium erat: id exiſtimamus ex conſecturis, quod ſub Capitolio Hadriano martyri poſtea dicatum cernimus. Iunonis Monetæ, ubi ædes Seruatoris, & olim domus Manlij. Vbi autem locus damnatorum Iuppiter: ubi Ara cœli arx fuerat ex coniectura altioris loci & ſubterranei quem nos uidimus. Poſt arcem Buſta Gallorum, qui Liuio teſte in obſidione Capitolij peſte abſumpti ibidem crematbantur. Iuxta uiſitur Iuppiter Panarius ſiue Piſtorius ingenti ſtatua, nũc cubitanus memoria factorum panum à Manlio, opinionem copiæ facientium. In Capitolio ciuium nullus poſt Manlium damnatum habitabat: Ter autem flagrauit, ad id gradibus ſicuti nunc adſcendebatur. Carcer Tullianum uocatus apud ſanctum Nicolaum: Eruditioribus tamen hic carcer Claudij triumuiri ſeu latomiæ ſunt: Tullianum uero ubi ſanctus Petrus ſub Capitolio, ex indicio quod teſte Varrone Tullus Hoſtilius hunc foro Romano immi nentem condidit. Templum Veſtæ rotundum inſtar pilæ quod Veſta terram ſignificet, Ouidio teſte, Numa inter Palatium & Capitolium dedicauit, quod & Cicero indicat. Lucus inquit Veſtæ ad radices Palatij deuexus in uiam nouam: nunc ſanctæ Mariæ libera tricis, ubi plurima ueſtalium ſepulchra uidimus eruta. Nã in ea parte uia noua multis uiæ ſacræ coniungitur. Templum Fauſtinæ & Antonini apparet ex inſcriptione prope Coſmum & Damianũ. Libertatis in Auentino ex mulctatitia pœna à Tito Sempronio Gracho Gracchorum auo. Matutæ à Seruio Tullio in foro, deinde à Camillo refectum. Fortunæ uirilis ubi nudæ uirgines inſpiciebantur. Ouidius. Vt tegat hoc cæletq́ uiros, fortuna uirilis, præſtat. *Amphiteatra* Amphitheatra duo: primum Titi, notiſſimũ fontes habebat duos ad recreandum æſtu laborantem turbam: alterius ſanè fontis nũc in uia inter amphitheatrum & arcum Conſtantini ſuperſunt ueſtigia. Vidiq́ ego iam uetus numiſma habens à tergo amphiteatrum, cum his fontibus. Alterum Tauri Statilij ex hortis cœnobij ſancti crucis *Theatra* oſtenditur. Theatra tria: Pompeij apud ædes Vrſinorum in Floræ campo, ubi ſtabula ſunt equorum, aperte nunc cernitur, quapropter non temere fortaſſe poſteritas hunc locum de ipſius amicæ Floræ nomine appellauit. Marcelli à Cæſ. cœptum, ubi Sabellorum ædes. *Bibliothecæ* Balbi ignoratur. Bibliothecæ XXIIII. ſed præcipuæ Palatina & Vlpia. *Obeliſci* Obeliſci ſex poſtiſſimi, in circo maximo duo, quorum unus adhuc monſtratur obrutus. In campo Martio unus, qui horas oſtendebat. In uaticano adhuc incolumis Auguſto & Tyberio dicatus, ut ex inſcriptione apparet. Hic omnino teſte Plinio in ſui molitione effractus eſt, nauis quæ eum ex Aegypto iuſſu Auguſti adduxerat, in portus conſtructione ſubmerſa eſt, & arbor quatuor complectentium ulnis craſſitudine fuit. In Mauſoleo item Auguſti duo alti ſinguli ped. XLIII. *Arcus* Arcus etiam plures, ex quibus tantum apparent Titi, Conſtantini, Se*Circi* ueri, Galieni ad S. Vitum, & Domitiani, qua itur per Flaminiam ad Populi ædem. Circi quatuor oſtenduntur, Flaminius, & Maximus, & apud tabernas obſcuras appellatas, ubi *Naumachiæ.* funes torquentur: quartus apud ſanctum Sebaſtianum, ob prętorianorum exercitationem conditus, uti putatur. Naumachiæ quinque, ex quibus una Domitiani monſtratur, è regione arcus eius inter uinearum caua dextrorſus euntibus ad ædem Populi. *Curiæ Romæ* Curiæ ſiue ſenacula quatuor traduntur. Pompeij prope theatrum ipſius. Alia in capitolio eſſe conijcitur, ubi adhuc columnarum inſcriptio uiſitur: S.P.Q.R. incendio conſumptum reſtituit. Hoſtilia cum regia Tulli, ubi ſancti Ioannis & Pauli ædes. Vetus apud Petri uincula. Nam & Curiæ,

& Curiæ, ſicuti plæraque opera publica, dedicabantur, non tamen omnia dedicata ſacra. Exquiliæ, ubi Sancta M. maior, prius ad præſepe dicta, ab excubijs Serui Tullij qui habitauit. Armiluſtrum id putauerim ſpatij quod in Teſtatia nunc eſt, nam in regione Auen- *Armiluſtrum* tini ponitur, nec ſanè aptior locus recenſendis armis ac militibus oſtenditur. Fuere & in eodem fornaces. Argiletum & ficus ruminalis, prope ambo ſub palatij parte, ab latere San- *Argiletum* cti Georgij. apud etiam templum Velabrum fuerat. Lupercal ex alia item parte ſupradi- *Velabrum* cti montis, quæ Septizoniũ ſpectat Seueri Imperatoris, opus ſepulchri gratia conditum. *Lupercal* Tyburis locus adhuc durat, ubi Martialis domus ex eius indicio carminis. Inſuper & cloacis aqua ſubterlabente, urbs penè tota penſilis erat, ut ex libro tertio epiſtolarum Caſſiodori conijcimus: inter quas cloaca maxima teſte Liuio à Tarquinio priſco facta, quæ adhuc hodie monſtratur è taberna quadam in Iudæorum platea, & in ripa Tyberis. Id autem ædificij, quod apud Angeli templum cernitur, ædes apparet reſtituta à Seuero & Antonino filio, ut ex inſcriptione cernitur. Nonnullorum etiam priuata deprehenduntur. Do- *Domus Neroniana* mus Neroniana, teſte Tacito incipiebat inter Cælium & Palatinum circa ferè arcum Conſtantini, tendebatq́ in exquilias. Domus Cæſariana, ubi Liuia porticus, poſtea templum pacis. Ouidius. Diſce tamen ueniens ætas ubi Liuia nunc eſt Porticus, ingentis tecta fuiſſe domus. Tranquillus uero ait, Templum pacis, ubi Liuiæ quondam porticus. Domus Ciceronis in palatio iuxta forum. In eadem parte Vellia eſt, à uellendis olim pecoribus, attondendisq́ gregibus in eo loco, ut ait Varro, ubi & ædes Publicolæ dirutæ. Turris Mecœnatiana cum hortis, unde Nero ſpectauit incendium, inter thermas Diocletianas, & baſilicã ſancti Mariæ Maioris loco eminentiore. Priuata Traiani, id eſt, ædes cum thermis in Auentino, teſte P. Victore: ea nunc apparent, quæ in uinea noſtra comprehenduntur: nam eo uſque aqua item Traiana deducebatur, ut ex marmoreis literis repertis conſpeximus. Hic enim Martius frater uetuſtatis curioſiſſimus, alta effoſſa tellure, cameras, lithoſtrata, ſolia balnearum, latiſſimasq́ reperit habitationes. Prata Mutia, & Quintia trans *Prata* Tyberim, quorum altera prata uidemus appellari, altera Quintia, quæ Qu. Cincinnatus *Naualia* arabat, contrà ubi tunc Naualia erant Liuius dicit eſſe. Naualia autem ipſa nunc Ripam *Nymphea* uocamus. In Cœlio præter aquarum formas, ædes Lateranorum, propeque æreã ſtatuam *Mutatoria* pacificatoris M. Antonini uidemus, ut alibi narraui. Nymphea in urbe undecim, erant *Baſilicæ* enim loca principum uirorum, amœna aquis inductis. Mutatoria item magnorum pri- *Aediculæ* uatæ domus ad receſſum & delicias. Baſilicæ etiam plures, quo ſe reciperent diuerſi li- *Domus* tigantes. Reliqua ſic traduntur. In urbe tota ædiculæ CCCXXXIX. Domus Mil. *Inſulæ* CCCXCVI. Inſulæ XLVI Millia DCII. uici CXX. uicomagiſtri. DCLXXIIII. *Vici* curatores uiarum XXIX. Officiorum piſtoriæ CCLIIII. Cohortes prætoriæ X. *Caſtra* urbanæ IIII. uigilum VI. Menſæ Oleariæ Duo milia, CCC. caſtra, equitum ſingulariorum, Peregrinorum, Miſenatium, Rauennatium, Tabellariorum, Lecticariorum, Victimariorum, Silicariorum. Prætoriana, ubi nunc caput bouis in uia Appia à Tyberio ibi in præſidio dicata, primusque tyrannicum morem exercuit. Domus hic etiam maioris ædificij, ac magnorum uirorum notantur. Reliquæ inſulæ. Templum ſiue ædem quum erat incolumis, quum uero ſemidiruta aut obſoleta, aream dicebant. Cœmiteria ſacra, Pri- *Cœmiteria* ſcillæ in uia Salaria apud ſanctum Sylueſtrum, prætextati in uia Appia apud ſanctum Ia- *ſacra Ro.* nuarium: Catecumbæ apud ſanctum Sixtum. Domicillæ in uia Ardeatina apud ſanctam Petronillam. Ad duas laurus in uia Labicana Balbinæ: item in uia Ardeatina Calopodij, in uia Aurelia apud ſanctum Caliſtum. Ad urſum pileatum, apud ſanctam Bibianam. Commodillæ in uia Oſtienſi. Thraſonis in uia ſalaria. Apud ſanctum Saturninũ. In cliuum cucumeris apud S. Ioannem. Baſilæ in uia ſalaria. Ad inſalatas in uia portuenſi. Apud ſanctum Felicem Baſiliei in uia item Ardeatina. De cæteris uero religioſis locis, quæ in primis commemorare fas erat, inter pontifices mihi dicetur. Reliqua item profana, curioſorũ ſcholæ diligentius perſcrutanda relinquo, cum priſca urbis facies nulli ſatis dignoſcatur, tot paſſæ barbarorũ iniurias. Igitur his generatim proſpectis, ad reliquam Latij deſcriptionem ueniam, quod quatuor in primis conſtat gẽtibus, Latinis, Equis, Volſcis, Hernicis, omnibus inter ſe confuſis, ut uix dignoſci ſit. Priſci Latini appellati, teſte Feſto, qui ante urbem conditam fuerant, ac ferè omnes interiere. De horum itaque aliorumq́ bellis Romanis alibi ſimul confertim dicemus. Nunc oram ex ordine deſcribam: primumq́ Oſtiam quæ ab An- *Oſtia* co Mar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

co Martio extructa, teste Liuio, militiæ omniumq; munerum uacationem habuit, præterdies XX. in aduentu Annibalis, quo Reipub. subueniretur. Euersam quondam à Saracenis Leo Quartus restituit Corsis colonis inductis. Martinus Quintus deinde turrim in ea excitauit, quam Iulianus Sauonensis cardinalis eius loci præsul magno sumptu nostra ætate refecit, occupatamq; à Gallis hostibus, Alexander iterum per uim receptam, fideliore munimine restituit. Antium Romana colonia, ut Liuius in octauo: horum naues deAntiũ col.
uictæ excisis rostris, suspensisq; foro nomen dedere. Hic & fortunæ templum nobile, &Rostra
portus à Nerone extructus, qui Antiatibus militiæ uacationem dedit captus loci amœni-Fortunæ templum.
tate, Tranquillus author. Hoc oppidum expugnatum olim à Mario & Cinna Liuius Nymphæus flu.
LXXX. testatur, qui inter Volscos id connumerat, ex eius ruina ædificatum postea Neptunum in littore, Columnensium castellum. Nymphei fluminis ostia, cloaca Romana,Cloacæ.
Asturia cæde Ciceronis insignis. Hic etiam Coradinus Imperator Henrici filius captus à Asturia
Carolo primo Siciliæ rege, ac securi percussus est. Mons Circeius, ubi Circe translata homines mutabat in feras, teste Vergilio. Terracina quæ sacrosanctã uacationem habuit, in Mons Circeius.
aduentu item Annibalis suspensam, ut Liuius XXVI. Eius portum refecit Antoninus Pius, ut Spartianus ait. Hæc antea Trachina teste Strabone ab asperitate appellata, ob saxa Terracina, quæ et Trachina.
& imminentem collem. Palus huic pontina propinqua, quam duo efficiunt amnes, Ausidus, & Vfens: primi Strabo, alterius etiã Virgilius meminit. Et in mare uoluitur Vfens. Palus pontina
Dicta autem Pontina à Pometia urbe uicina, quæ interijt. Hæc palus XXIIII. urbium loca occupabat, ut ait Plinius ex autoritate Mutiani, exsiccata tandem à Cor. Cethego Cos. Ausidus
cui ea prouincia obuenerat, agerq; ex ea factus, ut Liuius libro XLVII. Insequentibus Vfens
deinde seculis iterum exiccata à Theoderico rege Gothorum, ut ex eius inscriptione in Anxur
eo loco cernitur: dicta etiam lingua Volscorum Anxur teste Plinio, causam refert Seruius grammaticus, quod Iuppiter, puer Anxurus cognominatus, in ea coleretur, quasi ἄνευ ξυρῆς, id est, sine nouacula, & imberbis. Hoc in loco mari adiungitur Appia uia, strata à Roma usque Brundusium, ut Strabo. Hodie uero ob paludes deserta est: ab læuaq; petitur euntibus Neapolim. Præterea Capenates populi & oppidum Satura, iam extincta omnia, conCapenates
spiciebatur: & Feroniæ deæ fons atque lucus à ferendis fructibus dictus, ob agri fertilitatem, quo Annibalem diuertisse Liuius dicit. In hac ora Amyclæ fuere à serpentibus deletæ Plinio, originem à Laconicis Amyclis habuere, quare Tacitæ sint appellatæ. Seruius cautSatura
sam reddit, quod irruentibus hostibus, ne urbs terreretur, conticuere: uel quod à serpentiFeroniæ lucus
bus sine hostium tumultu sint deletæ. In hac item Oscorum terra, tot antea seculis extincta, felicitatem tamen eam adsecuta, quod in theatris atque poematis Romanis eius linguæ Amyclæ
uestigia remanserunt. Formiæ, quas Lacones condidere, prius Hormiæ à portus commoOscorum terra
ditate appellatæ Straboni, Villa quondam Ciceroniana insignis: id oppidum nunc Mola Formiæ
uocatur, inter hanc & Sinuessam Strabo Minturnas ponit, Marij quondam latebras, nunc Minturnæ
Taiectum castellum esse dicunt. Eas una cum Fregellis interluit Eris amnis: postea Clanis Eris flu.
dictus, qui ex agro Vestino Apenninisq; montibus defluit: Prolemæus aliquantulum à qui & Clanis.
mari recedentes Minturnas ponit: Romanorum colonia fuit, una cum Vestino deducta, Sacrosanctamq; uacationem habuit ob cœli grauitatem. Liuius X. Caieta cum portu noCaieta
bili, Lestrigonum patria. Silius. Et regnata Lamo quondam Caieta. Etymũ ab Aeneæ nutrice trahit Virgilio Straboniq;. Sinui Caietano continuus Cecubus mons & ager, uitibus Cecubus mons.
laudatus, cui adiacent Fundi uia Appia. Quæ oppida sanè omnia Fredericus rex Colum- Fundi
nensibus paulo ante dono dederat, deinde à Ludouico Gallorum rege ablata. Liris amnis Liris flu.
ex Apennino fluit, nunc Garilianus ab accolis uocatus: haud longe ab eius ostijs Sinuessa, Sinuessa
aliud a Suessa, celebris quondam urbs, nunc uicus paruus, in sinu locata, unde nomen accepit: atque hæc quidem in ora latinorum loca præcipua. Nũc à littore remotiora attingam. Laurẽtum
Post Romam proxime ager Laurens, oppidumq; Laurentum, Latini regis, à lauru in eo loco inuenta Seruio: iuxta Lauinium à Latini fratre. Lauinia uero ab Aeneæ coniugis nomine, eodem teste authore. Dionysius autem treis diuersos ac propinquos populos ponit, Laurentinos, Lauinienses, & Lanuuiatas. Antonius in itinere ab Ostia Lauren. XVI. mil. passuum, inde Lauinium totidem. Lauinium, nunc Castellum Columnensium ciuitas diuina existimatur, testamento reperti quondam marmoris à Prospero ex ea familia cardinale. Municipes erant, quibus ciuitas ob antiquitatem data, sacra que addita, insuper & bello,

ut Liuius

Latino pepercerunt, ut Liuius in VIII. Lanuuij & Lanuuium ciuitas, ubi eodem teste au- Lanuuij
thore templum erat Iunonis sospitæ, cui omnes Cos. ex omnibus ciuitatibus sacrificabant. Numicius
Numicius amnis Aeneæ morte insignis: quem undis immersum, pro Ioue indigete colũt. Ardea
Ardea, Turni, & Rutulorum regia, à Danae Persei matre ædificata, quæ adhuc exstat. Alba
Alba Ascanij ædificium ante urbem conditam annos CCC. ubi reges longo ordine usque ad Numitorem & Amulium successere: hic mons & lacus, & templum latialis Iouis Tarquinio Prisco impulsore ædificatum, quò ad ferias latinas quotannis conueniebant, uisceratioq; fiebat, id est, carnis distributio singulis petentibus, iuuenis que sacrorum princeps ex eadem gente cõstituebatur. Cicero pro Milone: Vos Albani tumuli. Nam hodie quoq; ab Appia porta usque ad Albanum sepulchra tota ferè uia uisuntur: unde paucos ante annos effossam ac delatam ad ædis conseruatorum magno miraculo uidimus mulierem integro corpore oblitam crasso unguento, supra annos M. CCC. quantum ex erutis uicinis marmoribus conijcere poteramus extinctam. Albani uicti à Tullo Hostilio fuere, ac in Cœlio monte permissi habitare: oppidum à Romanis dirutum, atque iterum restitutum Henricus tertius Imperator rursus deleuit. Nunc autem Sabellorum ditionis. Prope etiam Sabelli castri uestigia uidentur, unde gens ea originem duxit, ubi cœnobium antiquũ refecit ætate nostra Ludouicus Patriarcha Aquileiensis. Aritia urbs quondam nunc Ric- Aritia
cia uocata in breue redacta castellum à Syluio Sabello possessum. Huic proximum Dianæ Tauricæ templum fuerat, quod Artemisium uocabant CLX. stad. ab urbe distans, hodie Cinthianum putatur ex Dianæ nomine adhuc uocatum Columnensium castrum. Hic Cinthianum
plurima licia ac uittæ superstitiosorum pendebant: hic uallis inter utrunque oppidum ubi Vallis ægeriæ
Aegeriæ Numæ que collocutio dicitur fuisse. Hic Hippolytus Virbij nomine postquam Iphigenia
reuixit translatus. Orestes quoque & Iphigenia ex Taurica regione cum deæ simulacro Aricinus
aduectæ, templum id constituerunt: ubi rex Aricinus sacerdos nefario ritu præficitur, qui Rex
regem ante se & hostiam humanam prius mactauerit. Itaque fugitiuus est aliquis semper Lacus
necem & ipse continuo ac insidias cauens: autores Strabo, & Sillius. Cinthiano item proximum est lacus in alta ualle nemoribus cinctus, in quo demersam antiquitus nauim Prosper Card. Columnensis patrum memoria extrahi iussit, quam Baptista Albertus uir planè antiquarius ac doctus, existimabat de industria collocatam, ut inde fons oppido submi- Nemus oppi-
nistraretur. Nemus item aliud oppidum uicinum sub eadem familia. In Nemorensi Cæsar dum
uillam inceperat loci amœnitate captus, ut Tranquillus. Tusculum clarum uilla Cicero- Tusculum
niana & Catonum genere, ædificium Telegoni Vlyssis & Circes filij. Sillius. Mœnia Laertis quondam regnata nepote. Videmus nunc eius uestigia supra castrum Frascati, fontem que ex eo usque Romam manantem. Tusculani Frederici Aenobarbi Imp. quondam coniuncti copijs, Romanos insigni clade adfecere, ut postea resipiscere non esset. Romani itaq; memores iniuriæ post aliquot annos tanta in eos ira perciti sũt, ut uix urbis fundamenta relinquerent. Algidum in alto monte situ ex aeris algore propterea dictum, nunc Algidum
Roca papæ ex uereris situ descriptionis existimatur, sylua que proxima adhuc Allij sylua Rocca
cognominatur. Collatia prope Romam uia Tyburtina, ubi stuprum Lucretiæ, nunc nul- Collatia
la uestigia. Gabij uia Prænestina distant centum stadijs ab urbe æque ac Prænestе, ut ait Gabij
Strabo. Id Zagarolum quidam existimant quod mihi non probatur, cum propinquiores Lacus regil-
urbi ex supradicta autoritate deprehendantur, potius autem interiere. Lacus Regillus lus
nunc S. Seueræ. Columna oppidum cuius adhuc uestigia uidentur Prænestе uero ipsum Columna
in conspectu urbis orientem uersus autorem habet Cæculum Vulcani filium apud Vir- Prænestе
gil. Strabo Polystephanum, Plinius Stephanem appellat, dicitq; Prænestе ob lentisci copiam postea uocatum, quod Græci πρίνον dicunt. Festus autem, quod montibus præstet, ubi situm est. Hic Sulla XII. hostium milia una cum ipso Mario iuniore interfecit. Templumq; fortunæ condidit, unde sortes petebantur. In eoq; lithostrata primum cœpere, ut autor Plinius. Hoc oppidum insequentibus temporibus etiam dirutum, primum à Bonifacio VIII. Deinde Eugenio IIII. Versus autem meridiem Labici oppidum, quod nunc Vallismontonum comitum ditionis, quidam eruditi putant. Ser. dicit hos à Glauco Minois filio etymum trahere: Nam cum is in hæc loca ueniret, uidissetq; disiunctos, Labici
zonam tribuit, qua sese clypeosq; accingerent, quasi ἀπὸ τῆς λαφύης. Virgilius & picti scu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Labici

ta Labici. Liuius in IIII. Q. Sulpitius Priscus oppidũ Labicos coro na aggressus scalis ca ptum diripuit. Censuitq; senatus frequentem coloniam deducendam, coloni ab urbe CL. missi iugera acceperunt. Tybur X VI. ab urbe mil. Argeo positum colono. Corax alte/ rius autor oppidi distantis XX. passuũ millia Tyburtini & Tyburtes dicuntur. apud hos multa uetustatis monumenta, Hadriani & Marij Vopisci uillarum, Tyburtinus lapis, A/ nio flumen cum Albunea, qui apud eos cataractis impellitur magno impetu è sublimi in præceps. Dicitur apud ueteres, tum Martialem, ebur ac dentes candidos reddere: apud Pausaniam uero frigidum primo ingredientibus, deinde calescere: oritur Tacito è monti/ bus Sympruinis, coniungitur Tyberi, tertio ab urbe lapide. Tibur dirutum quondam à Frederico Aenobarbo Imp. post aliquot annos restitutum est. Via tiburtina ultra Anie/ nem III. mil. conspicitur mons sacer quod Ioui sacratus esset, ut ait Festus. Huc plebs Romana olim secessit. Velitræ, incolæ Veliterni & Velitrani Augusti genere insignes. ho die ditissima ciuitas. Deinde Nympheus fluuius. Hinc Volsci incipiunt. Inter orientem ue ro & Septentrionem Fidenas inter Anienem & Tyberim ac Eretum fuisse deprehendi/ mus, quod Plinius teste Tyberis eos à Vaticano sicuti Crustuminios à Veientibus dituide bat. Distitisse præterea XL. stadijs tantum ab urbe Dionysius dicit. Coloni enim Veien/ tum fuerant, Contra quos post Sabinos primum bellum gessit Romulus. Liuius IIII. scri bit eos Veientum consanguineorũ suorum bello irritatos, Romanos legatos interfeciſſe, quorum statuæ in rostris ob honorem positæ fuerunt. Mox Fidenis expugnatis necatisq; sontibus, nouí coloni inducti, quibus Fidenates interfectis rursus rebellauere. Iterum ab Aemylio Dictatore captę desolataeq; sunt. Fidenis, ut ait Tranquillus, ruina theatri homi num XXII. millia periere. Crustuminij paulo supra Fidenates, Ager Crustuminius & Caletranus dicitur Plinio oppidorum nomina tenere. Crustumínium oppidum Colo/ nia Albanorum Dionysio esse dicitur. Liuius quoque scribit hos populos simul & Ceni/ nenses & Antennates, indignatos ex raptu Sabinarum, contra Romanos profectos fuisse Acrone Duce, ex quo uicinos fuisse apparet. Ideo Plinius inter Sabinos ponit. Strabo au/ tem inter Latinos. Inter Crustuminios Eretũ oppidum, nunc mons Eretundus. Virgilius Ereti manus omnis. Iuxta hoc Nomentum ponunt castrum hodie notissimum, uiam ha/ bet ab eo cognominatam: omnia sanè ditionis Vrsinorum. Plinius connumerat populos LIIII. in antiquo latio, iam usque suo tempore interijsse, inter quos Fidenates, Col/ latiam, Gabios, Crustumium, Antennam, Ceninam, Bolas, Coriolum, quò se Mar/ tius Coriolanus exul receperat: opida que huiusmodi teste Liuio Romanis Aedem, Sa/ trium, Longulam, Coriolos, Nouellam, Polustram, Corbionem, Veteliam, Trebiam, Labicos, Pedum. De hoc Liuius. Ad urbem à Pedo ducta, & ad fossas Claudias & Bo/ uillas ab urbe passus mille populatur. Pedi autem quod hic commemoratur Horatius meminit. Quid dicam te nunc facere in regione pedana: Hernicorum nunc populos Cam paniam uocant, sunt autem Allatrium, Anagnia, Frusino, prope quem Cosas labitur fluuius Straboni. Verulum, Signia, uini austeritate notissima. Ferentinum. Hernia enim saxa ipsorum lingua uocant, quibus horrescit tota regio, de his Liuius in VIII. Mar/ tius Tremulus Longus omnem gentem Hernicam in deditionem adcepit. Et paulo ultre/ rius. Anagninis qui arma Romanis intulerunt ciuitas quæ sine suffragij latione data fue/ rat adempta, & magistratibus præterquam sacrorum curatione interdictum. Volsci se/ ptentrionem uersus cum Marsis terminant, quorum Suessa caput: quam ultra Lirim sitam Tarquinius Priscus adscitis Hernicis expugnauit, una cum Pometia, è cuius ma/ nubijs templum Ioui latiali apud Albanum excitauit. Pometiæ uero urbis & agri Po/ metij in hac parte frequens apud autores mentio, quæ iam & ipsa interijt. Huius enim co/ loni Suessam migrarunt, ex quo Suessa Pometia dicta, deinde Vestinorum. Supra uero Casinum præclara ciuitas latinorum nouissima, inquit Strabo, nunc oppidum cum Cœno bio S. Germani diui Benedicti commemoratione nobilitato. Silius. Nymphisq; habitata Casini Rura euastantur. Sora colonia quæ tempore Annibalis defecit ad Samnites inter/ fectis Ro. colonis: uicta deinde à M. Pœtelio & Gn. Sulpitio. Coss, ac Samnitibus secuti percussis deducta noua colonia, ut Liuius. Postremo à Frederico Aenobarbo, sedente Gre gorio VIII, diruta est. Nostra ætate Ducem habuit urbis præfectũ Sixti pont. fratris filiũ. Sub

Tybur
Corax
Anio
Mons sacer.
Velitræ
Nympheus
Volsci
Fidenæ
Legati Ro. à fidenatibus interfecti
Crustuminij
Caletranus ager
Ceninenses
Antennates
Eretum
Nomentum
Bole Coriolũ
Satrium
Longula
Nouella
Polustra
Corbio Ve/ telia
Trebia
Pedum
Hernici
Alatrium
Anagnia
Frusino
Cosas flu.
Verulum
Signia
Ferentinum
Volsci
Sueßa
Pometia
Casinum
Sora colo.

Sub Sora inter Liris fluenta, ueluti insula Interamna cõtinet Pli. In hac parte est illa insula amœna, de qua loquitur Cicero de legib. Hic etiam Fregellæ olim urbs florentissima, cũ à Romanis defecisset diruta, & ad uicũ iam usq; à Strabonis tempore redacta. Ea nunc siue ex eius ruinis Ponscoruus oppidum existimatur. Silius: Et quæ fumantem texere gigan/ ta Fregellæ. Aquinum iuxta est quod Melpha fluuius abluit Straboni: Et Arpinum. Quo/ rum alterum diui Thomæ, alterum Ciceronis & C. Marij natalibus gloriatur: ex quo Ar/ pinates hodie ob honorem tanti municipis tris literas M. T. C. pro signo publico con/ scribunt. Liuius in VIIII. eo anno Sora & Arpinum recepta à Samnitibus: & libro X. Arpinatibus & Trebulanis ciuitas data. Atina inter Liris & ipsa confluenta. De qua sic in libro Coloniarum scribitur. Atina muro deducta Colonia. Deduxit Nero Claudius. Iter populo non debetur. Ager eius pro parte in lacinijs & strigis est adsignatus. Virgilio quoque Atina potens in catalogo dicitur. Scaptum iam interijt. Frabateria quæ nomen adhuc retinet. Meminere Silius & Iuuenalis. Venafrum bacca nobile. Setia. Priuernum Camillæ patria. Virgilius: Priuerno antiqua Metabus cum excederet urbe. Proxima huic Sermoneta nouo nomine oppidum. Cui Caietanorum familia paulo ante dominabatur: qua sublata ab Alexandro ea terra cum uicina circum regione Lucretiæ filiæ concessa. Atrium in eo est itinere, nunc Itrium. Atriani inter priscos Latinos à Dionysio commemo rantur qui rebellauere. Hos autem populos confuse ab autoribus positos, est difficile sane iudicare inter quos fuerint, sicuti supra narraui. Nam & Antium urbi uicinum, & Veli/ tras Liuius inter Volscos ponit. Volscis enim, inquit, uictis Veliternis ager ademptus: & Velitras coloni ab urbe missi. Et alibi Sp. Cassius Cos. Antiates Volscos fundit, fu/ gatq;, compulsos in oppidum Longulam persecutus, mœnibus potitur. Equi etiam qui fuerint populi non facile distinguuntur, commixti alioqui Latinis & Volscis. Verba tan/ tum Liuij ponam ex libro VI. ut per ea sit cuiq; perspicere. Camillus, inquit, uictor ex Volscis in Equos transit, & ipsos bellum molientes cum exercitu eorum ad Bolas oppres/ sit, ac urbem aggressus, primo impetu cepit: & item lib. X. Soram atque Albam Coloniæ deductæ. Albam in Equos VI. milia Colonorum scripta.

Interãna
Fregellæ
Aquinum
Melpha
Arpinum
Atina
Frabateria
Venafrum
Setia.
Priuernum
Sermoneta
Atrium
Atriani
Velitræ
Equi
Liuius
Bolæ
Alba inter Equos

VMBRI, SABINI.

VMBROS Plinius uetustissimos Italorum ponit, quasi ὄμβρους, quod inun/ datione terrarum imbribus superfuissent. Prius Siculos ait, Liburnosq; ex/ pulere, qui agrum Præcutianum Adrianumq; inuaserant. Demum & ipsi à Tuscis expulsi sunt CCC. eorum urbibus expugnatis. Tusci uero dein/ de à Gallis. Stephanus grammaticus ex autoritate Aristotelis scribit in Vm/ bria ter in anno animalia parere, arbores biferas fructus ferre: Mulieres plerunque gemi nos parere. Termini eorum hinc Tusci, inde Sabini. Ex aquilonis autem latere longo tra ctu usque ad mare Adriaticum Straboni protenduntur. Nunc uero Apenninum non tran/ seunt. Primum igitur post latium oppidum Otriculum in monte situm. Quod quidam in/ ter Sabinos ponunt, ut Strabo, Plinius inter Vmbros. Ameria urbs antiquissima condita Annis DCCCCLXIIII. ante Persicum bellum ut Plinius ex autoritate Catonis. Ager Amerinus, ut scribitur in libro Coloniarum, lege Augusti est designatus, & uetera/ nis est quidem adiudicatus, & pro extimo libertatis legem sunt secuti, ubi termini ambi/ guum nunq; circa ipsum oppidum, sed extra tertiũ milliarium Lex Cæsariana operta est, in absoluto termini siti sunt, id est, SS.P.S. De D.CCC.P.S.XII. Tuder, Silius: Et gradiuicolam excelso in colle Tudertem. Martem enim colebant. Nunc quoq; natũ ad arma populũ uidemus, & cõtinuis seditionibus ad nihilũ pene redactum. Iturũ Strabo hic cõmemorat. Plinius uero Arnates, Casuentinos, Carsulos, quam nũc Cascinã uocãt. Sunt & nouis nominibus Cæretum, Mons falcus, Põtum, clarũ Ludouico iurisperito: Meuania clara Propertio & Clitũno amne dealbãdis iumẽtis memorabili. Eam quoq; Tines paruus fluuius præterlabitur, ut Strabo & Silius. Spoletũ Colonia Ro. teste Plin. in lib. Coloniarũ

Vmbri
In Vmbria ter anima/ lia pariunt
Otriculum
Ameria urbs
Tuder
Martis tẽpliũ
Iturum
Arnatæ
Casuentinæ
Carsuli
Ceretum
Mons falcus
Pontum
Meuania
Clitumnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spoletum

scribitur. Ager Spoletinus in iugeribus & limitibus intercisiuis est adsignatus ubi cultura est. Cæterum insolutus est montibus, uel subsitius, quæ reipub. alij Cessa Censita sunt. Nam & multa loca hæreditaria accepit eius populus. Hic Theodericus rex nobile prætorium extruxit, cuius successores Gothi oppidum id euerterunt, restitutum deinde à Narsete. Hic etiam ducem Longobardi constituere, unde hæc regio tota apud posteros cognomen accepit. Asisium & Asisinates incolæ, Plinio, Ptolemæo, clarũ Diuo Francisco eiusq; templo nulla materia constructo. Huic mons imminet Asis, qui oppido nomen dedit, quin & fluuius simul putatur ex uersu Propertiano, subiectumq; montibus Asisinis esse, quem Chiagium nunc uocant. Tisernum prope Tyberim nunc ciuitas castelli, ut ex Plinio conijcimus, qui ait Tyberim per Vmbros non longe à Perusia Tiferno ac Otriculo ferri: Tifernatesq; inter Vmbros collocat. De hoc scribitur in libro Coloniarum. Ager Tifernus in Centurijs fuit adsignatus, postea iussu imperatoris Tyberij Cæsaris quis prout occupabat miles. Deficientibus his alijs paucioribus est adsignatus, termini plerique qui ratione obseruationis tantum ascendunt quantum rectura limitum. Hodie in ea ciuitate Vitelliorum factio præpollet. Nicolaus eius familiæ princeps à Sixto pontifice pulsus: deinde populi fauore restitutus arce disiecta, tandem multa quondam in patria cæde facta facili morbo decessit. Filij pariter extincti. Camillus in prælio. Paulus quod bellum aduersus Pisanos cœptum ducere putaretur, captus à Florentinis quibus militabat, ac securi percussus. Vitellotius denique natu minor idem secutus fatum sub duce Valentino Alexandri Pontificis filio, cuius exercitum ductabat: quum aliquando transfugisset, reconciliationis deinde simulatione Senogalliæ, una cum cæteris captus ac trucidatus est. Qui uix tyrocinio posito iam pene toti Italiæ tum Gallorũ regi formidolosus cœperat esse. Cuius cæde accepta fratri notho patriæ præsuli in oppidum redeunti, Tifernates portas clausere, ac sese antiquo ecclesiæ iuri Alexandroq; pontifici permisere. Oppidum Burgi sexto hinc milliario. Quod mœnibus auxit Guido Petramala Arretinus præsul, ditionis ecclesiæ ab Eugenio IIII. Florentinis ob duodecim millia aureorum mutua pignori datum. Fulginia urbs Silio appellatur. Plinius Fulginates nominat, & Foroflamínienses: Strabo tantum forumflaminij. Historia recentior habet, quod à Longobardis id oppidum diruta fuerit, ubi Forum flaminij, aliudq; prope instauratum quod nunc cernitur. Huius loci tyrannus Vgolinus Trincius sub Bonifacio IX. fuit, eiq; Perusiam quandoq; rebellem subdidit. Eius successor Conradus cum Brachianas partes sequeretur Martino V. pontifici aduersas, per Franciscum Sfortiam ei bellum mouentem ad ipsius Pontificis ecclesiæq; autoritatem se conuertere, ex datæ pacis conditione compulsus est. Ispellum in codice situm Straboni Plinioq;, antiqua Brachianorum possessio. Nuceria in Apennino sita. Quatuor eius nominis in Italia, alia in Campania, tertia item in Apennino prope Mutinam: Quarta in Apulia, Nuceria Apulorum Ptolemæo uocata, alijs Lucería. Gualdum nouum oppidum Pontificis, sequitur factiones Perusinorum. Inginum Plinius inter Vmbros Ingininos ponit & Arnates. De his urbibus Silius sic ait: His urbes, Arna, & lætis Meuanía pratis. Ispellum, & duro monti per saxa recumbens Narnia, & infectum nebulis humentibus olim Inginum, patuloq; iacens sine mœnibus aruo Fulginia. Inginum quidam Eugubium falso putant, quum de lino Eugubino Plinius mentionem faciat, quapropter antiquum & ipsum, quod decorauit Vbaldus eius urbis & ciuis & præsul sub Alexandro III. uir sanctissimus. Hanc ex pontificum ditione primus occupauit Antonius Feretranus. In hac prouincia ponunt & Saxoferratum, de quo plura mox in Piceno.

Asisium
Asis mons
Tisernum
Vitelliorũ factio
Burgũ S. sepulchri
Fulginia
Foroflamínienses
Trincíorũ familia
Ispellum
Nuceria
Gualdum
Inginum
Eugubium

Sabini

SABINI iuxta Vmbros ponuntur, dicti Plinio quasi Seuini à deorum cultu. Strabo antiquos esse Sabinos, & indigenas dicit, ab eisq; & Samnites, quos etiam Sabellos uocant, & Picentes descendisse ac uiam salariam strauisse, quæ à porta Collina incipit, & in quam Nomẽtana incidit apud Eretum Sabinorum oppidum, supra Tyberim iacens. Catonem à Sabino Sangi filio ortos. Dionysius commixtos Laconibus dicit, qui fugientes duritiem legum Lycurgi in Italiã circa Terracinam Feroniæ Templum cõstituere, ex eisq; pars ad habitandũ cum Sabinis profecti, puritatẽ uiuendi, moresq; laconicos docuere. Silius à Sabo & Sancto uidetur originem repetere. Ibant & genti pars Sanctum uoce canebãt Autorem generis, pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos

populos magna ditione Sabinos. Sanctus hic, ut ait Ouidius, tribus appellabatur nominibus: Sanctus, Fidius, Semipater. Quærebam Nonas Sancto Fidio ne referrem, An tibi Semipater: cum mihi Sanctus ait. Cuicunq; ex istis dederis, ego munus habebo. Nomina terna fero, sic uoluere Cures. Cures enim Sabinorum quondam Metropolis interiere. Tatij Numæq; patria, unde & quirites dicti Straboni. Sabini igitur Nare & Aniene fluminibus interluuntur. Nar enim, ut Plinius ait, è monte Fiscelli defluens iuxta Vacunæ nemora & Reate: ex alia parte Anio ex monte Trebanorum Plinio ortus Lacus tris amœnos ambo faciunt, qui Sublaqueo quod & Sublacum dicitur, nomen dedere. Tacitus è Sympruinis montibus ait Anienem oriri. Farfarus amnis ubi Cœnobium celebre ac notissimum. Virgilius: Et amœnæ Farfarus undæ, proximus est. & Allia item paruus amnis clade Ro. insignis, nunc Curresius ab accolis dicitur. Cæteros Sabinorum populos Plinius latiores facit quàm Strabo. Nam ab Anieni propinquis incipit, in quibus sunt Fidenates, Crustumij, Eretum, Nomentum, & huius generis, de quibus inter Latinos dixi Strabonem secutus. Reate Sabinorum urbs Italiæ medium Plinio. Hic prope campus Roseæ, & lacus Velinus, qui ab oppido nunc Pedeluco nomen accipit. Virg. Et Rosea rura Velini. Plinius scribit, cũ Vopiscus causam apud Prætores ageret, campos Roseæ dixisse Italiæ sumen esse, in quibus perticas pridie desectum gramen operiret. E Reate orti Sacrani sunt appellati, ut inquit Festus, qui è Septimontio Ligures Siculosq; eiecerunt. Nam uere sacro erãt orti. Festus Arcades esse dicit, qui cum pestilentia laborarent sacrum uouerunt uer. Virgilius: Sacranæq; acies. Reatinos mulos Strabo magnopere commendat. Præterea Narniam, Trebulam, Interamnam, Nursiam, circaq; loca: Plinius inter Sabinos ponit: Strabo inter Vmbros. Narniam, Nar amnis interluit. Nequinum antea dictum, ob loci iniquitatem ac asperitatem, Plinio. Hinc fuit Captamelata Dux inuictissimus, & qui plures Venetis uictorias peperit, quamobrem ab illis equestri statua est honoratus. Adiacet & Narniæ Tetricus mons asperrimus, unde Tetrici homines seueri dicuntur Festo. Virgilius: Qui Tetricæ horrentis rupes amnemq; seuerum, Casperiosq; colunt, Forulos, & nomen Imelli. Qui populi iam interiere simul cum Amiterno, cuius Plin. & Alfatenia, cuius etiam Liuius meminere. Interamna prata adeo irrigua habet, ut quater in anno secentur Plinio. Post hanc Interamnæ, duæ eidem ponũtur autori, inter Præcutinos, ut alibi dixi, quæ Liuio Interamnis dicitur libro IX. ac inter Latinos. Trebula hodie Treuium. Plinius ait hanc Mutiscas, & Suffenates prius uocatas. Virgilius: Oliuiferæq; Mutiscæ. Fluuius autem prope oppidum Tinna Plinio memoratus existimatur. Silio Timia uocatus. Timiæq; inglorius amnis. quidam hunc chiagium potius. Nursia cunctis borealior: hic Sanctulum presbyterum ac confessorem colunt, qui tempore Gregorij primi fuit. Nursinos, Augustus grauiter mulctauit, quod in tumulo suorum, qui apud Mutinam ceciderunt, pro libertate extinctos inscripserunt. Huic uicinum oppidum Carsuli Plinio, unde Carsulani quod Cascinam nunc uocant.

Sabus
Sanctus
Cures metropolis
Nar flu.
Sublaqueũ & sublaceũ
Farfarus
Allia flu.
Reate Italiæ medium
Velinus lacus
Cãpus roseæ
Sacrani
Muli Reatini
Narnia quæ & Nequinũ
Tetricus mons
Casperij
Foruli
Imellum
Amiternum
Alfatenia
Interamna
Trebula quæ & Mutiscæ
Tinna
Sanctulus
Nursia
Carsuli

PICENTES.

PICENTES numerosi quondam populi: CCCLX. eorum oppida in potestatem populi Romani uenisse, ortos præterea à Sabinis uoto uere sacro auctor est. Pli. Straboq; eosdem dicit usos Pici ductoris auspicijs, unde Picentes dictos & regionem Picenum. cur autẽ nunc Marchia dicatur superius in regione Venetiæ dixi. A populo Romano & hi una cum Marsis defecere, in quos demum uictor Pompeius Strabo Magni pater acriter animaduertit. Siti sunt trans Apenninum ad mare usq; Adriaticum longe magis quàm late porrecti, ut ait Strabo: à Rubicone usq; ad Homarrium fluuium ac Adriam oppidum. Rubicon ipse nũc Pisitella, paruus quidem amnis, sed memorabilis quod terminus Gallorum ac Ro. prouinciæ fuerit, nec legionibus ultra transire licebat, ut ex inscriptione eius loci huiusmodi: P. R. Im. miles, tiro, cõmilito, quisquis es manipularie ue centurio ue, turmæ ue legionarie ue, sistito uexillum, nec ultra hunc amnem Rubiconem signaue ductũ commeatum ue traducito. Si quis huius iussionis ergo aduersus ierit, fecerit ue, adiudicatus esto hostis populi Ro. ac si contra patriam arma tulerit, penatesq; è sacris penetralibus asportauerit S. P. Q. R. Sanctio plebi sciti. S. Y. C. Ariminum Liuius XIIII. coloniam dicit in Picenum cum Beneuen

Picentes
Pici auspicijs Marchia
Rubicon flu.

to

Universidad de Deusto
Biblioteca

to deductam. Rursus lib. XIIII. Sempronio prætori Ariminum prouincia obuenit. Strabo Vmbrorum dicit Coloniam. Hæc prius à Cæsare occupata, initium belli ciuilis dedit. Hucusq; uia flaminia munita fuerat ut in Gallia dixi. Hic & concilium celebratū, quod Hieronymus improbatum dicit. Ornatur hæc urbs præsule simul, & martyre Gaudentio sub Constantio principe, ob Arrianos ei aduersos. Patria fuit Ephesinus sepultusq; in eadem regione, ubi templum simul cum Cœnobio dicatum ei postea fuit. In porta urbis hæc legitur inscriptio: Imp. Cæsar diui Iul. Fi. Augustus Pont. Max. Cos. XIII. Trib. Pot. XXII. PP. murum dedit curante L. Turno Secundo Aproniani Præf. urbis Fi. Acteio. V. C. Correctore Flam. & Piceni. Insequentibus temporibus à Vitige Gothorum rege obsessum: Ioannes Vitaliani Dux Iustiniani Cæsaris defendit. Quumq; exarchatui subesset unà cum uicinis oppidis Romano cessit Pōtifici: postremo in Malatestarum ditionem uenit. Quæ familia à Malatesta initium sumpsit temporibus Othonis III. cuius amicitia atq; autoritate plura ille obtinuit loca. Ex hoc nati Mastinus, Pandulphus & Galeottus. Hic ultimus cognomento Vngarus appellatus, dux belli clarissimus fuit anno MCCCXXXIIII. Clementi VI. contra Nicolaum Estensem militauit: Quamobrem Arimini Vicarius est factus. Tris & hic liberos suscepit, Carolum, Pandulfum, Galeatium. Carolus res in Italia magnas gessit, sæpe Florentinis, sæpe Venetis militando, moribusq; ac grauitate fere Catoniana. Galeatius Pisaurum & Forum Sempronij tenuit. Quorum altero Francisco Sfortiæ, alterum uero Forum Sempronij, Vrbini Comiti uendidit. Pandulphus & ipse militia clarus apud Mediolani ducem Ioannem Galeatium multa strenue gessit. Brixiam, & Bergomum in suam potestatem redegit, diuq; tenuit, tandem omnia pulsus à Venetis amisit. Tris item hic genuit liberos: Robertum, Sigismundum, & Malatestam: quorum primus natu maximus Arimínum possedit, uir sanctitate ac miraculis clarus, uxorem quam duxit nunquam attigit, nihilq; ci potius fuit, quàm egentibus opes distribuere, ac pudicitiam perpetuo cum iustitia & uitæ abstinētia colere. Quondam à pontifice quædam loca ad eum pertinentia reddere iussus, confestim obtemperauit. Cum coorta in eum seditione quod minus rem curare uideretur strictis gladijs peteretur, ante omnia effusis ante deum precibus, foras mox egressus sese illis inermem tunicatumq; tradidit, Ad cuius adspectum omnium animi deliniti ac furor compressus. Malatesta Nouellus appellatus Cesenam Ceruiam Bretonorum possedit. Sigismundus quum prior esset ætate Roberto extincto Arimino successit, quum ante Fanum Senogalliamq; teneret, uir facinoribus coopertus & maioribus dissimilis, cuius atrocia facta satis in oratione Pij pontificis cum condemnatus fuit, manifesta sunt. Dux alioqui belli haud obscurus. Hic tamen (quis crederet) leui morbo ac facili perijt, præteritorumq; pœnitere monstrauit, relicto filio Roberto Magnifico cognomento. Qui ex duorum bellorum uictorijs ostendit iuuenis quantum cæteris præstitisset nostri seculi Ducibus si per immaturam mortem licuisset. Altero cum Neapuleonem Vrsinum à Paulo II. missum cum ingenti exercitu sociali ad Ariminum expugnandum, cum longe paucioribus ipse superauit. Altero uero Alfonsum Calabriæ ducem contra Sixtum pontificem summa ui proficiscentem, collatis signis in prælio fugam turpissimam adripere compulit, captis omnibus fere eius exercitus principibus uiris. Roberti deinde filium nothum Pandulfum, postquam is aliquot annos sine controuersia patriam tenuisset ditionem, nuper Alexander pontifex expulit, Cæsare filio surrogato: quo deiecto ille statim reuersus quum ciuibus non satis fideret, urbem Venetis tradidit, qui eam ad hunc usque diem quanquam reclamante pontifice retinent. Fuit & ex eadem familia Baptista Malatesta, cui & Leonardus Arretinus, & plurimi eo tempore eruditi, ut fœminæ doctissimæ scripta plurima dicabant. Post Ariminum sequitur in ora castrum Durantis à Gulielmo Durādi decano Carnotensi ædificatum, illo qui speculum iuris composuit, cum illuc thesaurarius à Martino IIII. missus esset. Pisaurū ciuitas ab Isauro fluuio proximo, nunc Folia appellato. Romana colonia simul cum Mutina & Parma deducta, ut Liuius XXXIX. Inter colonos autem qui traducti fuerant, Accius Tragœdiarum scriptor ab Eusebio memoratur, & iuxta fundus Accianus ab eo cognominatus. Totilæ & hæc ruinam passa. Deinde à Belisario restituta, posteris temporibus à Malatestis, ut dixi, domi nata, à quibus diuendita Sfortiæ & Alexandro fratri concessa est. Huius postremo filius Constantius Ioannem filium nothum successorem habuit. Is ab Alexandro pont. gener adscitus,

Concilium Ariminēse Gaudētius

Malatestarū familia

Robertus magnificus

Baptista Malatesta

Pisaurum colo. Isau flu.

scitus, spreto mox matrimonio ac direpto ab eiusdem exercitu nuper expulsus, ac filius surrogatus est, quo rebus excidente Io. statim reuocatur. Prope Isaurum Crustumium torrens est. Lucanus, Crustumiumq; rapax, hodie Conchliam uocant. Focaria item promontorium cum IIII. paruis oppidulis. Fanum fortunæ similē passum ruinam. Et ab eodem restitutum, Cardinale nunc suo Iulij beneficio decoratur Gabriele iurisperitissimo. Metaurus amnis cæde Asdrubalis memorabilis. Senogallia à Senonibus condita. Silius, Et Senonum de nomine Sena. Hanc Sixtus præfecto urbis fratris filio regendam concessit. Esis fluuius qui & oppido Esio nomen dedit Plinio, nunc Flumesinus dictus. Ancona è situ quod quasi cubitum in Adriaticum promineat. Siracusanis qui Græci Dorici erant Dionysij tyrannidem fugientibus, ædificata Stra. Lucanus, Quam Dorica sustinet Ancon. Eius humilior pars à Gothis quondam obsidentibus disiecta, Conone Iustiniani duce male defendente: ab altero deinde duce Narsete, & obsidione liberata, & ædificijs restituta, profligatis ab eo LXVII. Gothorum nauibus. Postea à Saracenis Lotarij Imp. Sergij Pont. temporibus post Venetorum naues in Tergestino sinu incensas, oram omnem depopulantibus Ancona capta atque incensa est. Portum in ea excitauit Traianus princeps ex marmoris eo loco inscriptione: Imp. Cæsari Diui Neruæ F. Neruæ Traiano optimo Aug. Germanico Dacico. Pont. Max. Trib. Pl. XIX. imp. XI. Cons. VI. PP. Prouidentiss. princi. S. P. Q. R. Quod adcessum Italiæ hoc etiam addito impensa sua portu, tutiorem nauigantibus reddidit. In libro autem Coloniarum sic scribitur: Ager Anconitanus limitibus græcanicis in centurijs est adsignatus. Post Anconam Numana sita est, quidam Humana dicunt in marmore legisse, ueteris uestigia nominis tenens, à Siculis item condita. Plinius meminit, etiam Silius. Cupra uetusta urbs Tuscorum ædificium, ubi templum Iunonis erat quod Cupram Iunonem appellabāt, ut Strabo: Silius quoq;: Quis littoreæ fumant altaria Cupræ. Castrum nouum, uetus etiam oppidum, hodie Flauianum. De his scribitur in libro Coloniarum. Ager Cuprensis, Truentinus, Castranus, Aternensis lege Aug. sunt adsignati. Ager Palmensis in hoc tractu Plinio memoratur: nunc quoq; turris palmæ. sequitur fluuius Truentus cum oppido eiusdem nominis, quod solum Liburnorum in Italia reliquum est, ut ait Plinius. Deinde Matrinus fluuius Ptolemæo, Omatrinus Straboni, Vomanus Plinio, apud quem Adria est Picentium sita, VII. millibus passuum à mari distans, Romanorum Colonia. Liuius lib. XI. Sena & Adria Coloniæ deductæ. Aliam in Venetia dixi. Silius. Atq; humectata Vomano Adria. Intus autem Asculum, Piceni nobilis Colonia inter Truenti brachia: ultima fere Picentium in ea parte ac Capua, ut Antonius in Itinere. Captum in bello Marsico, maiorem alijs sustinuit animaduersionem, incēsa urbe quod legatos Asculani interfecissent. Censetur claris uiris Beturio Borro oratore, Ventidio Basso, qui de Parthis triumphauit. Recentioribus uero Nicolao IIII. pont. & Ciccho mathematico. Iosias autem nobilis adolescens sub Calisto III. tumultus in ea excitauit, Ioannem F. Sfortiæ fratrem qui Asculanos defensitauerat interficiendo. Quare passus exilium, tandē cum nec quiescret, captus à Roderico legato pōtificis propinquo, ac Romam ductus est. Firmum antiquum oppidum, cui præfuere diu præsules e Capranicensium familia, donec Ioannes Baptista Pantagathus ultimus in matrona deprehensus atq; eiectus: cum aliquandiu exularet, tandem inexplorato redire ausus interfectus domi à populo fuit. Nuper uero id oppidum Liberoctus Firmanus inuasit. Is haud sane ex loco magno miles Cæsaris Alexandri filij fuerat, eiusq; fauore, tum etiam Vitellotij Tifernatis auxilio, cum quo adfinitatem iunxerat, Firmum ducentis fere comitantibus armatis profectus, necessarios ac propinquos quos putabat dominationi posse obsistere, ad eum salutatum uenientes de improuiso septem numero trucidauit: urbisq; iam Tyrannus arcē quam olim Franciscus Sfortia in ea inceptauerat. (Nam & id oppidum una cum reliquis in Piceno aliquandiu F. tenuit) absoluere conabatur: uerum ultore deo sequēti anno, eodemq; die S. Syluestri quo facinus ipse perpetrauerat, à Cæsare contra quem conspirauerat, una cū Vitellotio cęterisq; per proditionē captus atq; interfectus fuit. Vrbs Saluia Antonino, Plinioq;, ubi nunc modica sane uestigia Vrbisaltæ castri. Potentia flumen & oppidū, olim Traiana potētia quæ Plinio & Ptolemæo in littore ponitur, nunc uero sub Recinensibus. De qua in lib. Coloniarum: Ager Potentinus, & Recinensis, & Pausulensis, eidem sunt adsignati. Ricinensiū Plinius item meminit; eorū urbs Helia Ricina ab Helio Seuero principe

Fanū fortunæ

Metaurus fluuius

Senogallia

Esis fluuius

Ancona

Portus Anconitanus

Numana

Cupra

Castrū nouū

Palmensis ager

Truētus flu.

Matrinus flu.

Omatrinus

Vomanus

Adria Picentium

Asculum

Colonia

Beturius

Borrus

Ventidius

Bassus

Ciccbus mathematicus

Firmum

Præsul Firmanus

Liberoctus

Firmanus

Vrbs Salula

Potentia

Traiana

Ager Potentinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipe ædificata: deinde à Gothis diruta. Coloni prope ædificarunt Racanetum & Macere-
Maceretum tum. Nam & Macereti hodie inscriptio legitur huiusmodi. Imper. Cæsari I. Veri Augusti
Inscriptio filio, Diui Pij nepoti, Diui Traiani abnep. Diui Neruæ atnep.
L. Septimio Seuero Pertinaci Augusto Parthico Maxi. Arabico Adiabenico pont. max.
trib. pot. XIIII. Imper. XI. Consi. III. PP. Colonia Helia Ricina conditori suo. Senti-
Sentinates num Straboni: unde Sentinates Plinio, in quorum agro Liuius X. scribit Decius patris
Saxoferratum. exemplum secutus, pugnando aduersus Hetruscos, Vmbros, & Gallos se deuouit. Hoc
oppidum Longobardorum quoque uim pertulit: è cuius ruinis duo uicina oppida Fabria-
Fabrianum num, & Saxoferratum constructa sunt, prope quod ad mille passus iuxta fluuium Senti-
num adhuc uocatum, cernuntur ueteris uestigia ciuitatis: multa'que sæpe reperta nomis-
mata, lithostrata, pauimamētaq; nobilia. Fluuius hic hodie terminus Picini & Vmbriæ, ex
hoc oppidum inter Vmbros ponunt, Fabrianum uero ultra sex milibus passuum inter Pi-
Clauellorū familia. cenos, antiqua Clauellorum possessio fuit. Horum familia nobilis ad Baptistam postremo
Thomæ filium redacta. Is cum auare crudeliter'que imperaret, odium publicum cœpe-
rat esse: cum'que primores in eum coniurassent, hora statuta in templo signo dato, inter sa-
cra illa symboli uerba, Et incarnatus est de S. S. pariter insurgentes eum trucidauerunt, è
uestigioq; ad ædis properantes, uniuersam familiam, nulli neque sexui neque ætati parcen
do sustulerunt: nec defuit per intemperantem libidinem, qui cum una ex illis uirginibus
etiam interfecta rem haberet: Quapropter tanto scelere perpetrato, cum magnam sibi po-
pulus inuidiam contraxisset, ac libertatem quam conclamauerat, non satis ei tutam ani-
maduerteret, sese in Francisci Sfortiæ fidem tradidit: nunc pontificum regitur auspicijs,
Auximum Chartarum officinis ex magna parte uectigal quærens. Auximum in bello ciuili, in pote-
Cingulum statem Cæsaris uenit. Deinde à Gothis captum, à Belisario demum post longam obsidio-
T. Labie- nem receptum est. Cingulum Straboni mons, Plinio uero oppidum à T. Labieno, qui è
nus. partibus Pompeianis fuit ædificatum. Camerinum situ loci munitissimum, in Apennini iu-
Camerinū go Varranorum genti diu possessum, in qua maxime Gentilis commemoratur, pluribus
Varranorū in Italia rebus gestis, cui Rodulphus filius succedens, quatuor & ipse ditionis successores
familia liberos dimisit, Gentilem Pandulphum, & Bernardum ex primo: ex secundo uero matri-
monio Petrum Gentilem, & Ioannem. Primi duo in secundos conspirauerunt, corrupto
Patriarcha Vitellio uiro factioso, qui tunc legatus Picenum administrabat. Hic cum eos
adcerserer, alter tantum Petrus Gentilis comparuit: quem statim monetæ adulterinæ accu
satum capite plecti iussit. Alter uero Ioannes, qui domi remanserat, ob suspicionem à fratri
bus interim trucidatur, clam in cubiculum quasi collocuturis conuocatus. Tantum igitur
scelus Camertes auersati non tulerunt, breuiq; post tempore una impetu in eos facto, Gen
tilem Pandulphum & Berardi filios obtruncant. Nam Berardus pater Tollentini quod op
pidum in portionem eius cesserat, pauloante interfectus fuerat. Protinusq; libertate con-
clamata, sese Francisco Sfortiæ, qui tunc Picenum occupauerat, tradiderūt. Sed diuina po-
Iulius Va- stea prouidentia factum, ut extinctorum insontium filij patriam possiderent. Ex quibus Iu
ranus. lius Ioannis filius, cum in summa felicitate in ea iam consenuisset, ad postremū Priami exi-
tum habuit. A Cæsare nanq; Alexandri pont. filio una cum oppido, & tribus filijs, Venan
tio, Annibale & Petro captus, atq; in arce Pergulēsi, quò ducti omnes fuere interempti, sa
uno tantum superstite Ioanne Maria natu minore, quem pater initio belli cum gaza Ve
netias ueluti Priamus Polydorum in Thraciam, meliore tamen fato miserat, qui rebus Cæ
sarianis attritis Pio III. succedente in patriam ditionem pacificus redijt. Tignum urbs an-
Tignum tiqua, de qua Cæsar in Com. Interea certior factus, Termum pr. cohortibus V. tenere Ti-
Farsina gnum. Nunc. S. Maria in Georgio. Farsina, sic enim repertum in antiquis marmoribus, in
Matelica eo loco non Sarsina, ut iam consuetudo, clara Plauto alumno, & copia lactis, ut Silius testa
Tollentinū tur, olim inter Vmbros ponebatur: Matelica, Tollentinum, Pollentia, Esium, Feretrū, Vr
Pollentia binum, Forum Sempronij, oppida antiqua sanè omnia, unde Matelicates, Tollentina-
Esium tes, Esinates, Pollentini, Feretrani, Vrbinates, Forosempronienses appellati Plinio. Luceoli
Feretrum apud Callium oppidum à Lōgobardis dirutum: cuius ruina Candianum alterū oppidum
Forū Sem excitatum de nomine Candiani uicini fluminis. Luceolis enim Narses audita Totilæ mor
pronij te castra posuit: hic & Eleutherius Exarchus quod ad imperium adspiraret ab exercitu Ra
Candianū uennate interfectus. Iuxta Candiani ripam uię Flaminiæ pars cernitur, saxumq; C C. pas.
Luceoli

lon. & VIII. alt. perforatū ac peruium curribus, Forulū ex ea causa appellatum cū T. Ve-
spesiani conditoris inscriptione. In hac parte multa sunt oppida à Feretranis Vbaldinisq;
possessa. Inter quæ Pergula, S. Angelus ubi mercatus, Carda, Massa, Trabatia, qui locus
prope Appenninū ex abiegna materia, ac trabibus ædificijs aptis, nomen auspicatur. Ce-
sanus quoq; flu. cum Mondaino castro post Metaurum. Callium nouū nomen. Vrbinum *Callium*
cuius meminit Tacitus in bello Vitelliano. Plinius ait Vrbinates cognomine Metauren- *Vrbinum*
ses. Dum teneretur à Gothis Belisarius post longam obsidionē tandem in deditionē acce-
pit: quod fons intus per æstatem aruerat. Postremo in comitum Feretranorū potestatem
uenit. princeps eius familiæ Guido, Bonifacij VIII. tēporibus res multas in Italia gessit, *Comites Fere-*
partes imperatoris Conradini secutus contra Manfredum. Progenitores eius iam inde *trani*
usq; à tempore Frederici Aenobarbi cœperunt à quodam Oddantonio, cuius successores
Galeatius, Guidantonius, Fredericus, Nolfus, Fredericus: deinde Guido supradictus, cu- *Guido.*
ius ex fratre Feltrano nepotes Ludouico Bauaro militantes ab eodem Ro. pōtificis aduer- *Fredericus*
sario, & in omnibus eius terris uicarios cōstituente alter Callio, alter Calassus Vrbino præ
ficiuntur: cui deinde succedere Monfeltranus Bocōtes, Monfeltranus alter Antonius, qui *Antonius*
post Guidonē caput extra nidū exeruit: Eugubiū rei patriæ adiecit. Franciscum Cantiani *Eugubij pri-*
principem suum aduersariū, à legato Florentinorū pacis causa ex constituto coram dedu- *mus dominus*
ctū uulnerauit: quapropter à Florentinis ob iniuriā bello petitus, ac ad æquum conuenire
coactus est. Odonem habuit successorem. Is quum matronas per libidinem sectaretur po-
pulari tumultu iuuenis interficitur: uncoq; in forum tractus, ac secta genitalia mordicus te
nens. Guido filius, primus Vrbini dux, parēte melior, deo rebusq; sacris propēsior, quàm *Guido primus*
armis, ad postremum amictu ordinis minorum efferri uoluit: Ante coniugium prolis cupi *dux*
dus Fredericum Bernardini Vbaldini filium infantem loco filij educauit. Deinde ex Co-
lumnensi matrimonio filio suscepto: Fredericum in bellis militiaq; foris ablegauit: hūc do- *Fredericus*
mi nutriebat: quo puero extincto Fredericus in urbem reuocatus, ac princeps factus est,
qui postea fautoribus & alumnis non fuit pœnitendus: ea in eo uirtutum semina, ut nulli
ducum suo tempore cesserit: alter Philippus Macedo, si parua licet cōponere magnis: non
solum alterius oculi amissione, qua priuati ambo à commilitonibus suis fuere: sed humani-
tate sermonisq; facundia hostes demerendo ac superando militiæ simulq; mortum mon-
strator egregius: quibus caterua nobilium puerorum ex tota Italia tanquam in officina uir
tutis apud eum erudiebatur. Non minus domi liberalibus artibus intentus, ædis magnifi-
cas ab se constructas bibliotheca ornauit. A Sixto IIII. dux è comite factus ei tributo si
quod debebat remisso. In Castris demum Venetis militando ex morbo decessit, relicto fi-
lio Guidone, qui nunc uiuit, potentię nō felicitatis successore, qui his proximis annis dum *Guido III. dux*
Alexandro Pont. cōtra Vrsinos militaret, ab hostibus captus profligato exercitu XXX.
milibus aureorū se redemit. Deinde à Cæsare Alex. F. per proditionē pulsus, ut in Alexan-
dri gestis narrauī: demum illo rebus excidente à ciuibus reuocatus incolumis nūc agit: uir
alioqui ingenti humanitate, ac literatura mediocri. Et quoniam Feretranorum mētionem
fecimus, de Vbaldinis, unde genus ipse Fredericus traxit, pauca dicam. Hi ab initio ciues *Vbaldini*
Florentini fuere, ac in agro Mugellano castra plurima possedere: secutiq; Imperatoris Fre
derici Aenobarbi partes agrum Florentinorum quotidie populabātur: quo extincto, gens
ab ipsis sublata: cum oppidis Montaria, Accianico, Collereto & quibusdā alijs, ac Scarpe-
ria nunc appellata oppidum munitissimum excitatum. Clara in primis militia domus, Du
cibus Guidanto, Accio, Ioanne, Gaspare, Bernardino Frederici patre, Octauiano etiam
cardinale, qui missus legatus ab Innocentio III. Neapolim ut Manfredo regi resisteret
re tamen infecta domum reuertit.

PRAECVTINI, MARRVCINI, VESTINI, MARSI, Ferentani, Peligni, Samnites.

VLTRA Picenum, ut inquit Strabo, Vestini sunt, & Marrucini, & Marsi, & Ferentani, & Peligni, & Samnites populi omnem regionem montanam inco-
lentes. Nunc uno nomine Aprutium uocant, quasi Præcutium, & Præcutini *Præcutini*
populi in ea parte Ptolemęo positi: Plinio uero Præcutiani appellati. Hi termi
nos habent Apenninum & mare: ab occidente uero Picentes: ab oriente po-
pulos usque ad amnem Fiternum, ubi quasi cubitus in mare prominet. Neque enim ulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vomanus æque regio populis frequens ob aeris salubritatē. Igitur post Vomanum Marrucini: qua-
Marrucini rum Theata Plinio, cuius præsul Theatinus in sacro codice descriptus durat. Straboni ma-
Theata le scribitur Tegeate. Fluuij autem plures Albula, quem Libratam uocant. Salinus, Iuuan-
Albula tius Plinio, nunc Tordinus, in quem Viciola & Flumicellus appellati torrentes influunt,
Salinus qui Interannæ dant nomen, omnes sanè ex Apennino uenientes. Deinde Aternus nūc Pe-
Interāna scara, qui Marrucinos à Vestinis diuidit Straboni. Vestini enim usq; ad Lirim, & Suessam
Iuuantius durant, quorum Amiternum: de quo Liuius x. scribit, P. Cornelium alterum Cos. Amiter-
Aternus num oppugnatum de Samnitibus cepisse. In eodem colle VIII. mil. distat oppidum Fur-
Vestini conium etiam celebre: utriusq; sanè apparent fundamenta: alterū iam pridem interijt: Fur-
Amiternū conium uero Longobardi eruerunt, ex quorum ruinis Aquila V. mil. Amiterno uicina est
Furconiū ædificata, situ auis illius instar prædominante. Penna Pli. unde Pennenses adhuc durans.
Aquila Angolus Ptolemæo. Angula Pli. nunc S. Angelus uestigium nominis seruat. Beretra Pto-
lemæo, post Aternum Peligni sunt, qui à Frentanis Sagro Straboni, Saro Ptole. hodie san
Peligni guine fluuio appellato diuisi sunt, cuius uestigia nominis nunc Pelenum pro Peligno reti-
Corfiniū nent. iuxta est mons niger. Pelignorum Metropolis olim Corfinium. Hoc oppidum in bel
lo Marsico Italicum appellauere, tanquā cōmune uniuersis Italis receptaculum & propu-
gnaculum contra Po. Ro. ut scribit Strabo: loci adhuc exstant uestigia: captus hic primum
à Cæsare locus cum Domitio. Sulmo Ouidij patria, qui eius in Fastis scribit originem. Hu-
Sulmo ius erat Solymus Phrygiæ comes unus ab Ida, à quo Sulmonis mœnia nomen habent. Au-
Aufidena fidena Pto. Liuioq; ix. qui ait, Bouianum inde aggressus, nec multo post Aufidenam ibi ce-
Trinium pit. Sunt & circa flumina, Auentinus, Viridis, Trinium etiā Plinio portuosum uocatum:
sunt qui oppidum dicant, unde forte Tranium uicinum in apulia: præterea Lentus, Forus
item amnes, Maela mons. Caramaricum, Cantalupum, Montorium oppida. Propeq; Ater-
Oleum Pe num oppidum, ubi saxum, sub quo fons olei Petronici uocati manat, multis quæsitum. De
tronicum inde Populium natura loci munitum, ac frequens. In ora uero Pelignorum Orton Pto. Or-
Populium tonium Straboni, qui inter Frentanos id ponens ædificium, & domiciliū esse dicit ex nau-
Ortona fragijs eò se recipientium nautarum. Huc adplicatur è Dalmatia in Italiā mercatus gratia,
Anxanum qui apud Anxanum Ptolemæo uocatum proximum oppidum hodie fit. Pli. Anxium uo-
cat & Anxinos populos, nunc Lancianum. Vectigal Ortonæ portus Carolus Siciliæ rex
Frentanū Basilicæ principis Apostolorū urbis Romæ condonauit. Frentanam etiam urbem Ptole-
Fiternum mæo in hoc loco Villifranca corruptius appellata nūc refert. Post hæc Fiternus amnis: ho-
Marsi rum populorum terminus & Apuliæ initium. Marsorum uero gētes & Samnitum omnes
in iugis Apennini sunt sitæ. Marsi originē à Marso habuere Circes & Vlyssis filio Plinio.
Silio autē à Marsya, qui uictus ab Apolline huc cōcessit & regnauit. Sed populis nomen
posuit metuentior hostis, Cum fugeret Phrygias trans æquora Marsya Crenas, Myg-
Bellum so- doniam Phœbi superatus pectine Loton. Gens haud magna, alioqui ferox. Initium de-
ciale fectionis Italiæ à Marsis cœpit, qui non impetrata libertate, & communione ciuitatis cæte-
Sulla ros exciuere: ex quo sociale bellum Marsicum appellatum exarsit. Victi demum à P. Sulla
Marruuiū fuere, sub quo tunc Cicero militauit. Caput eorum Marruuium prope Fucinum lacum à
Alba colo. Marro conditore uocatum, ut Silius, & Virg. Quin & Marruuia uenit de gente sacerdos:
quod sanè interijt. Alba, unde Albenses: altera in latio, unde Albani, ut Pli. ait: est alia in re-
gione Subalpina. Hæc Marsorum siue Equorum, ut Liuio placet, simul cum Esernia Colo
niæ Romanorum sunt. C. Genutio, & Seruilio Cornelio Coss. deductæ, ut Liuius in vij.
Fucinus Prope est Fucinus lacus, nunc Marcæ, cum oppido Celano, cuius emissarium Claudius fe
cit. Per hunc aqua Martia Romam uenit. In hoc lacu piscem Plinius ponit, qui octonis na-
tat pinnis: cum cæteri tantum quaternis. Hic nemus Angitiæ, id est, Medeæ ab angendis
serpentibus, ut Seruius: Medeam enim hic quandoq; habitasse, & uim soporiferam serpen
Valeria tum Marsos edocuisse dicunt. Valeria Regio hic Straboni ponitur, quæ à Tiburtinis ini-
Carseoli in tium capiens, ad Marsos & Corfinium ducit: in ea urbs Valeria patria Bonifacij IIII. iam
ter equi- extincta. Carseoli. Quod oppidū Plinius & Ptolemæus inter Equiculos ponūt: quæ gens
culos ad Marsos pertinebat: simul cum Clastidio, qui sanè omnes interiere: ex horūq; ruinis exci
Clastidium tata sunt noua oppida uicina Taliacotium, Vicouarum, Celanum.

Samnium

SAMNIVM IN QVO AVSONII, ARVNCI, Sidicini, Hirpini.

SAMNITVM populi longe sequuntur in Apennino, qui & Sabelli dicti di-
minutiuo uocabulo, quod à Sabinis orta sunt Plinio Straboniq;, qui ait, Duce
Tauro in hæc loca uenerūt Opicis eiectis. De ijs Florus lib. primo sic ait. Sam
nitum populos ualentes, attamen fœdifragos, ut qui sæpius à Romanis re-
bellauerint, cladibus ipsis animosiores, L. annos per Fabios & Papyrios pa-
tres, eorumq; liberos urbs Romana subegit: postremo primos ad Annibalem deficientes
iterum perdomuit. Igitur à septentrione cum Appulis: à meridie cum Campanis & Luca-
nis terminant. Caput eorum Boianum Ptolemæo, Bouianum Plinio. Quod adhuc exstat. *Bouianum*
Liuius in VIII. Inde uictor exercitus Bouianum ductus. Caput hoc erat. In libro Colonia *Samnij caput*
rum sic scribitur. Bobianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt: sit iter Colonis: popu
lo iter amplius non debetur quàm ped. X. Ager eius per Centurias & scamna est adsigna-
tus. Nunc uero Beneuentum præpollet, olim Maleuentum Plinio, Liuius xiij. eam colo- *Beneuentum*
niam una cum Arimino deductam dicit. In libro Coloniarum dicitur: Beneuentum muro
ducta Colonia Concordia deduxit Nero Claudius Cæsar: iter populo non debetur. Ager
qui lege Triumuirali Veteranis est adsignatus. Seruius id à Diomede Conditū dicit: mul *Sabatus*
tas deinde passum cum uarietates, tum calamitates constat. Nam euersum quondam à To *Calor*
tilia rege, deinde restitutum à Longobardis ducibus, Annosq; CC. possessum. Saraceni de *Esernia colo.*
mum Garganum montem tunc tenentes: excursibus huc delati solo æquauerunt. Constan *Sedinum*
tinus item Imperator, quādo in Italiā uenit è Constantinopoli, Longobardorum ciuitates *Sepinates*
inuasit: Nuceriam Appulorum diruit, Beneuentum obsedit: cui præerat Romualdus dux *Alifa*
filius: statim euocato patre, qui aberat, obsidionem soluit. Hoc præterea Gulielmus Nor- *Theanum*
mandus occupauit: breuiq; tempore eo pontifici cessit: ob quam rem Siciliæ rex ab Hadria *Sidicinum*
no IIII. appellatus est. Postremo ab Othone II. direptum, dum ciues eos plectit, qui eum *Trebula*
in bello Apuliæ contra Imper. Constantinopolitanum deseruerant. Sabatus fluuius iuxta *Cales*
labitur ex Apennino, in quē Calor influit. Esernia Colonia adhuc durat, quæ una cum Al- *Ausones*
ba deducta est, ut Liuius libro vij. In lib. Coloniarum: Esernia Colonia deducta, lege Iulia. *Calenum*
iter populo debetur ped. X. limitibus Augusteis est adsignatus. Sepinum adhuc integro *uinum*
& nomine & oppido, unde Sepinates Plinio. Inferius uero contra Apenninum Alifa, quæ *Nola. Calidiū*
adhuc durat, olim clarum oppidum, unde Alfani. Theanum Sidicinum: hoc tantum è Sidi *Calateria*
cinis restat Plinio, Alterum est Appulum. Hæc colonia deducta à Cæsare Augusto, iter po *Batala*
pulo debetur ped. L X X X. Ager eius limitibus Augusteis militibus est adsignatus. Tre- *Rufræ*
bula municipium: altera est Sabinis Plinio Straboniq;. Cales municipium muro ductum: *Bouillæ*
Iter populo non debetur, ager eius limitibus Græcanicis antea fuerat adsignatus, postea *Murgantia*
iussu Cæsaris Augusti limitibus nominis sui est renormatus. Hoc oppidum prius ab Auso *Romulea*
nibus habitatum fuit, ut Liuius & Festus referunt, uicinumq; Theano urbi. Originē uero *Calatia*
habuit à Calai Boreæ filio, post reditum Argonautarum in ea loca adplicāte. Silius. Quem *Caudini*
genuere Cales, non paruus conditor urbi, ut fama est, Calais. Calenum enim uinum prædi *Trifernum*
catum. Nolam Liuius inter Samnites ponit libro xciij. Sulla Nolam in Samnio recepit, & *Volona*
agros eius militibus diuisit: de hac tamen in Campania dicam. Calidiū, & Calateriā Stra. *Palumbinum*
in hac parte dicit esse, in itinere euntibus ab urbe Capua, Beneuentum & Brundusium: Ca *Cessenia*
lidium enim nūc Calitrū uocatur, paruū oppidum. Est & Atrium. Sunt alia prisca à Liuio *Herdonia*
cōmemorata Batala, Rufræ, Bouillæ, Murgantia, Romulea, Calaria, Caudini, Trifernum, *Milonia*
Volana, Palumbinum, Herculaneum, Thelesia, Marmoreæ, Melæ, Fursulæ, Orbitanium, *Aquilonia*
Cessenia, Herdonia, Milonia, Aquilonia, Duronia. Quorū nulla sunt hodie uestigia. Cau- *Duronia*
dinæ Furcæ, ut Liuius dicit, duo fuerant saltus alti & angusti & syluosi, ubi exercitus Ro- *Caudinæ*
manorum magnam ignominiam passus T. Caluino, & Sp. Veturio Coss. quam aboleuit. *Casertani*
L. Papyrius cursor Samnitibus cum duce Pontio Herennio sub iugū missis. locus hic Cau- *Ariani*
dium nunc uocatur, prope Beneuentum. VI. mil Sunt & alia recentia nomina, de quibus *Melfitenses*
nihil ausim adfirmare, ut Casertani, Ariani, Matalonēses, quibus Carafarum nobilis fami- *Trecaricēses*
lia damnatur: præterea Melfitenses, Trecaricenses, Rapolani, Monspiloſi, Troiani. Troia *Rapolani*
enim hæc ædificata à Bubagano quondam fertur Henrici II. tempore: Anno M. VIII. *Monspiloſi*
Græcis colonis inductis, in locū qui castra Annibalis Pli. uocatur. Arianū nonnulli Aram *Troiani*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iani dicunt prius dictam, nullo tamen antiquitatis uestigio: hic Othonem quendam Romanum Eremitam huc secedentem adorant. HIRPINI quoq; & Ausones, & Arunci, & Sidicini parte Samnitum commixti censebantur. Hirpini ex lupo dicti, qui eis in ducēda Colonia dux oblatus est: Samnites enim Hirpum lupum appellant. Confines autem eorum & in Mediterraneis habitant. Hæc Strabo. Plin. inter hæc ponit Beneuentū, Aquiloniā, Compsam, Auellinates, Caudinos, & eius tractus loca. Compsæ nomen & Mœnia habitata restant, de qua Liuius lib. II. de II. bello. Annibal adcitus in Hirpinos à Statio se pollicente Compsam traditurum. Auella quoq;, alia ab ea quæ in Campania est: unde Auellinates à Plinio dicti. In codice uero Fisci hodie Auellinenſis, in altera uero Auellinus præsul conscribitur. Ausoniam, ut ait Festus, appellauit Auson Vlyssis & Calypsus filius eam partē Italiæ, ubi urbes Beneuentum, & Cales: deinde paulatim tota Italia quæ Appennino finitur, dicta est Ausonia ab eodem duce, à quo etiam urbem Aruncam conditam ferunt. hæc ille. Liuius uero li. viij. Ausonū gens magis nouo q̄ magno bello fuit insignis. Cales enim urbem incolebant. Sidicinis finitimis arma coniunxerant: unoq; prælio haud memorabili duorum populorum exercitus fusus. L. Papyrio. Crasso & Cæsone Duilio Coss. De Sidicinis autem & Aruncis idem in eodem libro sic scribit. Inter Sidicinos & Aruncos bellum ortum, T. Manlio Cos. in deditionem accepit. Sed priusquam à Roma auxiliū mitteretur, fama adfertur Aruncos oppidum deseruisse, profugosq; cum coniugibus ac liberis Suessam conuenisse, quæ nunc Arunca appellata. Mœnia antiqua, eorumq; urbem à Sidicinis deletam Sulpitio Longo, & T. Aelio Peto Coss.

Hirpini
Compsa
Auellinates
Auella
Auellini
Ausonij
Sidicini
Arunci

CAMPANIA

Campania

AMPANIAE tractus tribus constat sinibus, ad Sinuessam, ad Misenū, ad Neapolim, quem Cratera ex forma dicunt. Termini eius usq; ad Sarnū fluuium, antiquitus uero usq; ad Silarum protrahebatur. Straboni ex occidēte Lirim, è septentrione Samnites habet. In quo spatio Leboriæ & ager Leborinus situs est, hodie terra laboris uocatus, omnium feracissimus. Cicero de lege Agraria contra Rullum. Campani semper superbi bonitate agrorum, & magnitudine fructuum: salubritate aeris, & pulchritudine regionis. Ex hac copia nata illa arrogātia, quæ à maioribus nostris alterum cōsulem postulauit. Igitur in ora prius ad Liris ostia Sinuessa muro ducta. Iter populo non debetur. Ager eius in iugeribus limitibus intercisus: militibus est adsignatus. Liuius lib. xl. Volumnio & Appio Claudio Coss. duæ coloniæ circa Vestinum & Falernum deductæ: una ad ostium Liris, quæ Minturnæ appellata: altera in saltu Vestino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Greca urbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonis appellata. Falernus enim ager nō oppidum erat, ubi uinū nigrum prædicatum nunc sanè desijt. Vulturnus fluuius cum oppido eiusdem nominis, nūc castellum Vulturni uocatum. In hunc aūt Cusanus Calor cæteriq; circa amnes omnes influunt. Sabatus etiam in se receptos euomit: cuncti autem ex Appennino. Pontia insula ex aduerso, unde Paludem Pontinam falso quidam dictam putant. Bauli oppidum. Massicus mons uitibus laudatus: nunc Arx Mondraconis dictus. Paulum uero ultra Gaurus mons, alter & oppidum Bacchi fama non inferior, qui priscum adhuc retinet nomen: dicitur & εὐπλοία ab optimo portu. Papinius. Et placidum limen nimiumq; Euploea carinis. Silius itidem. Illic Nuceria & Gaurus naualibus apta. Omnia uero non procul à Vulturno. Literum Scipionis uilla notissima. Cumæ à Cumæis Euboicis orti, qui unà cum Chalcidensibus uenere, ut Liuius in viij. siue ἀπὸ τῶν κυμάτων. Deinde Misenum ab Aeneæ socio promontoriū, ubi receptus erat Ro. classium amplissimo sinu. Post hoc Baiarū portus, à Baio Vlyssis socio illic sepulto. Silius. Ore giganteo sedes Ithacensia Baij. ubi & lacus erat & aquæ calidæ, amœnissimus Romanorū secessus. Hic & Acherusia Palus, & Auernus, & Lucrinus, & fossa locaq; subterranea, cum antro Sibyllæ à Cimmerijs appellato habitata. Ad quæ loca dicit Strabo ex Ephori authoritate, per sacrificia prius intrabatur placatis numinibus, quod sulphurea sint & cauernosa. Aderant sacerdotes ductores intrantiū, Fons ibi quem ex aquarum fœtore Phlegetontē putabant. Hi hospites ad oraculum excipiebāt: uictumq; ex metallorum effossione, tum uaticiniorum mercede quæritātes: propterea Homerus dicit solem eos nullo tempore adspicere. Homines ipsi deinde à quodā rege deleti, quod illis nequaquam successerit oraculi fides. Nūc ædes ipsa aliò translata permanet. His annis

Ci. de Campanis
Sinuessa
Falernus ager
Vulturnus flu. & oppidum
Cusanus
Sabatus
Calor pōtia.
Bauli oppidum
Massicus
Gaurus mons
Literum
Cumæ
Misenum
Baiæ
Acherusia palus
Auernus
Lucrinus

annis cum Auerni lucum succideret Agrippa, concisaq; usque ad Cumas subterranea sossa omnia fabulæ apparuerunt. Hæc ille. Cicero in Academicis. Et Cimmerij, quibus aspectum solis, siue deus aliquis, sine natura ademit, siue eius loci quem incolunt situs, ignes tamen adorant. Apud Baias amœnitas illa prædicata & secessus Romanorum: apud Lucrinum uilla Cæsaris, ubi Euripus excisо monte magna impensa admissus, teste Virgilio. Puteoli prius Dicarchea à iusto imperio dicta, quod Cumæorum fuerat Emporium. Annali tempore nomen mutauit, à puteorum quidam dicunt putore, qui in toto illo tractu existit. Hæc Strabo. In lib. Coloni. sic reperio. Puteoli colonia Augusta iter populo Romano debet ped. XXX. Ager eius in iugeribus Veteranis & tribunis legionarijs est adsignatus. Campus Phlegræus apud Cumas Straboni ponitur, ubi Hercules Gigantes superauit, nullam ob aliam causam nisi quod terra ipsa suapte natura bellorum concitatrix est, ut ipse ait. Pausilypum promontorium prope Neapolim locus amœnissimus, hic longa est cauerna quam Seneca Cryptam Neapolitanam uocat: hic uilla Virgilij & Luculli, qui montem maiore impensa excidit quàm uillam extruxerat, ut ait Plinius: ex quo peruius teste Strabone factus erat curribus. Nonnulli hanc uillam Castellū oui esse uolunt, eius opera à continenti diuisum. Sequitur Neapolis in sinu locata, quem ex similitudine Cratera Strabo uocat, originem & ipsa à Cumæis & Chalcidensibus habet, prius Partheno pe dicta à Sirenis sepulchro. Quinquennale hic gymnicum & musicum certamen, iubente oraculo celebratū. Hic frequens Romanorū præsertim studiosorum aut uita molliore degentium. Hæc Strabo. Solinus uocatam esse Neapolim ab Augusto, sed hoc falsum, cum Cicero Neapolitanorum & alij ante eum mentionem faciant. Neapolitani semper fideles Po. Romano fuere. Nam bello punico XL. pateras auri magni ponderis eò attulere, ut Liuius refert, frustra ab Annibale sæpe tentati. Insequentibus temporibus multa sunt passi. Genserico Vandalorum regi, qui ex Africa urbem Romam Capuamq; euertit, magna ui restitere. Paucis post annis à Belisario duce diu obsessa per lapidem aquæductus cauum intromisso milite in eius uenit potestatem. Deinde cum Saraceni omnem oram à Caieta usque Rhegium obtinuissent, Neapoli quoque sunt potiti annos XXX. quousque Ioan. X. iuuante prælio ad Minturnas commisso eos expulerunt. Nulla æque ciuitas tot sanctis præsulibus claret. Aspreno ante omnis à Petro constituto, deinde Seuero, Athanasio, Ioanne, Gaudioso, confessoribus omnibus. Præterea Ianuarij pref. Beneuen. & Agnelli abbatis insuper, & Restitutæ uirginis & martyris cui dicata Basilica, Candidæ uiduæ Neapolitanæ Petri discipulæ corporibus decorata. Sub Nicolao V. Pon. tremuit, multaque milia periere. De reliquo eius statu & regibus in Sicilia dicam. Palæpolis urbis uestigia adhuc uidentur prope Neapolim mille passus. De hoc Liuius lib. VIII. sic ait. Palæpolis fuit, haud procul ubi Neapolis nūc est, duabus urbibus idē populus habitabat cuius erāt oriundi. Et inferius. Palæpolim P. Plancio captā fuisse, Neapolim uero auxilio Nolanorū Ro. deditam. Vltra Neapolim promontoriū Herculis, deinde Pompeij urbs quā Sarnus abluit, ut Strabo dicit. Nūc id putatur qd' Castellū Græci appellāt. Iuxta Vesuuius seu Veseuus est mōs qui arsit tēpore Titi, ubi Saleus Bassus & Plinius periere, autor est in epistola eius nepos. Nunc Summa uocatur. Inde Græcum uinum Romam exportatur, quod Plinius Pompeianum appellat, quod iuxta Pompeios oppidum sit. Postremo Stabiæ nūc Castellum maris. Nam præsul hodie Stabiensis in Codice Fisci adnotatur. De qua urbe Plinius sic refert. In Campano agro Stabiæ oppidum fuit usque ad Gn. Pompeium Cos. à pridie Cal. Maij quo die Sulla legatus bello sociali id deleuit, quod nūc in uillas abijt. Sarnus uero fluuius una cum oppido priscum retinet nomen. Deinceps mediterranea Campaniæ quæ ante omnes Osci tenebant, quorum tantum lingua Theatris ac poematis Romanis remansit. Opici quoque quorum lingua rudis & inculta erat, quare opicus pro rustico & indocto ponitur apud Gellium XI. & Iuuenalis. Opicæ mandat amicæ. Casilinum clarum olim oppidum apud fluenta Vulturni, nunc Castellucium uocatum. Vicus sanè paruus, quidam Arnonem putant. Sustinuit annum obsidionem Annibalis post uictoriam Cannensem, defendente cohorte Perusina, ubi uires eius fractæ, modius tritici uenditus CC. & qui uendidit fame perijt. Hic error illius qui Annibalem Casilinum pro Casino duxit, ex quo supplicio pœnas erroris dedit. Liuius lib. XXII. Fabius Gallicanum montem, & Casilinum occupat, quæ urbs Vulturno flumine direpta falernum à Campano

Antrum sibyllæ
Cimmerij
Villa Cæsaris
Puteoli
Dicarchea
Phlegreus campus
Pausilypum
Villa Luculli
Neapolis
Palæpolis
Promontoriū Herculis
Pompeij urbs
Castellum Græci
Stabiæ castellum maris
Sarnus flu. & op.
Osci. Opici
Casilinum

Universidad de Deusto
Biblioteca

agro diuidit. De Capua uero gentis capite uariæ sententiæ. Liuius in IIII. Eo anno Vul turnum Hetruscorum urbs quæ nunc Capua est, à Samnitibus capta. Capuaq; à duce eo/ rum, uel quod propius est uero, à campestri agro est appellata. Tranquillus sic. Cum in Coloniam Capuam deducti lege Iulia coloni ad extruendas uillas sepulchra uetustissima reuellerent, tabulam æneam in monumento inuenerunt, in quo scriptum erat: Capys con/ ditor Capuæ. Seruius dicit Hetruscos comperto falcone accipitre, qui lingua eorum uoca batur Capys, Coloniam in eum locum deduxisse. In lib. col. sic. Capua muro Colonia Iulia felix iussu Impe. Cæsaris à XX. uiris est deducta: iter populo debet in ped. C. Ager lege Sullana fuerat adsignatus. Postea Cæsar in iugeribus, militibus pro merito diuidi iussit. Le gimus enim quod hæc à Iulio deducta refragante Cicerone. Hæc primum post Cannen/ sem pugnam ad Annibalem defecit, eiusq; ferocem animum mollijt. Alterum Cos. per T. Annium à Romanis petijt, grauiter increpante atque resistente Torquato. Victi pau/ lo post à Fuluio Cos. Senatus omnis necatus est, præter nonnullos, qui antea rebus de/ speratis, celebrato inter se conuiuio, inter ebrietatem uenenum sumpserunt. Posteris dein/ de temporibus Capua à Genserico rege igni ferroq; absumpta est. Gothis postea ejectis cum refici habitariq; cœpisset, post annos circiter C. à Longobardis sub XXX. Duci/ bus degentibus iterum deleta est. Instaurata postremo ab eo loco procul duobus millibus
Abella passuũ. Nec satis constat a quibus aut quomõ. Abella supra Neapolim uersus Septentrio/
Versus Virgilij nem, dicitur & Auella. nam inter B. & V. adfinitas, ut ait Lucianus, unde Auellanæ nu/
Auella ces Macrobio. Virgilio. Et qui maliferæ despectant mœnia Abellæ, putauerim potius le/ gendũ quàm Bellæ, quanq; ex apocope euphoniæ causa stare possit. Mirorq; Seruiũ dixis se Virgiliũ uoluisse Nolã dicere, nec eam nominare quod nõ receptus olim in eam fuerit, idq; argumẽto esse: Nolã malis abũdare. Nã Abella malis etiã abundat. Atella nõ longe ab Auella: unde Atellani, hi eñ Oscis prognati dicuntur, clari in Ro. Theatris & poematis la sciuo fabularum modo. Atellanarũ scriptor T. Pomponius Bononiensis, qui fuit tempore Ciceronis: de his Liuius, Valerius, Iuuenalis, Vrbicus exodio risum mouet Atellano.
Aduersa Altera est, noua tamen, apud Venusiam: quam Carolus rex Galliæ nuper debellauit. Ex huius autem ruinis Aduersa ciuitas existimatur à Roberto Guiscardo ædificata, dum ad/
Acerræ uersus Neapolim & Capuam pugnaret, castris ibi positis aliquot annos, primusq; omniũ
Acerrani Neapoli potitus regnum Neapolitanum cum Sicilia coniunxit. Acerræ, unde Acerrani
Glanius flu. Plinius. Hodie quoque Acerrarum præsul in Codice Fisci descriptus est: his Glanius non æquus à Virgilio dicitur: est enim aqua haud magna stagnans, & ferè palustris, quæ quã/ doque inundatione officit regioni. Liuius libro VIII. Acerrani Romani facti: lege à Pa/
Nola pyrio prætore lata, qua ciuitas sine suffragio data est. Nola his proxima quam Liuius in Samnio ponit. Trogus ab Iapygis conditam dicit, cepit uero C. Iunius Cos. ut Liuius XXXIII. & XCIIII. Sulla Nolam in Samnio recepit, & agros eius militibus diuisit. In libro coloniarũ: Nola mura cincta Colonia Augusta, Vespasianus deduxit. Iter populo debetur ped. CXX. Ager eius limitibus Sullanis militibus fuerat adsignatus. Apud Nolã
Nuceria Marcellus docuit primus Romanorum Annibalem posse uinci. Nuceria Campaniæ, al/ tera in Vmbris. Hæc Saracenorum dicta est, quod ab illorum ex Italia pulsorum reliquijs diu sit possessa. Sunt præter hæc oppida plura, ab autoribus nominata, quæ iam interiere,
Celenna inter quæ Celenna. Virgilius. Tifata Liuio plurali numero. Sic enim libro XVIII. Sam/
Tifata nites cum imminentes Capuæ colles firmo præsidio tenuissent, descendunt inde quadrato
Combulteria agmine in planiciem, quæ Capuam Tifataq; interiacet. Festus quoq; ait Tifata locum esse
Trebula iuxta Capuã. Sed de alijs item Liuius libro XXIII. Combulteriam, & Trebulam, & Au
Austicula sticulam, urbes circa Capuam quæ ad Pœnum defecere, Fabius ui cepit. Postremo agri
Agri tres tres in Campania celebrati, Leborinus, Falernus, & Stellates. Hic ultimus Ager & Cam/
Leborinus pus dicitur ultra Capuam, circiter mille passus, duo uersus oram, quem hodie Mazonem
Falernus accolæ uocant. Liuius in IX. Eodem anno in Campum Stellatem agri Campani excur/
Stellates siones factæ: eius apud Ciceronem de lege agraria mentio, apud me item alibi.

LIBER VI

PICENTINI, LVCANI, BRVTII.

PICENTINORVM Lucanorumq; tractus longe protrahitur. Ex his Picentini à Sarno usque ad Silarum procedunt, quo uetus olim Campania protendebatur, prognati ab his qui Adriam in Piceno colunt. Quos Roma/ ni colonos huc traduxere pulsis Lucanis, qui ipsi antea Sybaritas indigenas eiecerant, ut autor Strabo, qui etiam Metropolim eorum Picentiam fuisse di
Picentia cit. Igitur post Sarni fluuij ostia Surrentum est, de quo in libro Col. Surrenti ager ex occu
Surrentum patione tenebatur à Græcis ob consecrationem Neruæ, sed & montes Sirenaicos limiti/
Mineruæ promont. bus pro parte Augustianis est adsignatus. Cæterum insoluta re mansit, iter populo debe/ tur. Vbi Siren est. Sequitur deinde Mineruæ promontorium, Vlyssis ædificium, adhuc nomen retinens. Intus uero Salernum, quod Romani munierunt in Picentes & Lucanos
Salernum ob initam cum Annibale societatem. Supra uero S. Seuerinum, nouo nomine oppidum nigri uini præstantia celebre, quod Romam mari exportatur, olim Amineum. Virgilius: Sunt & Amineæ uitis firmissima uina: coniectura ex Macrobio est, qui ait Amineum quondam oppidum, ubi nunc Salernum fuisse. Hinc Seuerinatum familia nobilis prodijt,
Seuerinatũ familia ex qua Robertus cũ filijs nostra ætate res multas in Italia gessit, fortis in bello, magis quàm felix. Cecidit in prælio dux exercitus Venetorum aduersus Eluetios, qui ob necessitudi/ nem Sfortianorum magnopere autoritate ac opibus creuerat. Initium gentis à Gallis fuit, iam inde sub Carolo primo, quo Beneuentum obsidente, ac iam cum exercitu terga dan/ te: procerum unus ex hoste forte interempto sublata sanguinolenta interula pro uexillo aciem firmauit. Vnde postea rubræ lineæ signa posteri adsumpserunt. Sylarus fluuius è
Sylarus Samnitum defluens montibus, proprietatem hanc habet, ut ait Strabo, quod uirgulta in eum dimissa lapidescant. LVCANI post Silarum habitant, usque ad Laium fluuium,
Lucani à Samnitibus orti, qui duce Lucio, ut ait Plinius superatis bello Possidoniatibus, eorum potiti sunt urbibus. Hi cum alio tempore populari statu regerentur, ingruentibus bellis re/ gem magistratusq; ipsi deligebant. Nunc gens tota Romana est. Post Silarum Iunonis Argiuæ templum ab Iasone constitutum, deinde ad stad. quingenta Possidonia Sybarita/
Posidonia. rum ædificium, quæ deinde Pestum dicta est, & Sinus Pestanus, & Possidoniates ijdem
Pestum ut Strabo & Plinius: hodie parua uidentur uestigia, celebris indicium loci, è cuius interitu uicina urbs Polycastrum excitata est in medio sinu. Paulo autem supra uersus mediterra/
Polycastrũ neam nouum oppidum, Caputaquense: Malfitanum quoque oppidum, de cuius nomi/
Caputaquẽse ne regionem hodie cognominant, Pij Pontificis propinqui tenent mercedem quondam la
Malfitani ti Fernando regi auxilij. Ego Malfitanos eos esse putauerim, quos Plinius Afellanos in
Afellani hac parte uocat. Elea urbs, unde Eleates. Elienses uero ab Elide Pisea. Hinc Zeno stoi/
Elea urbs cus, & Parmenides fuere. Hanc Plinius Phocensium ædificium esse dicit uocatamq; suo
Velia tempore Veliam. E regione duæ sunt insulæ Oenotriæ. Deinde promontoria Palinurus,
Oenotriæ & Pixuntes, qui etiam & portus & amnis est. Ex altera parte à Scyllaceo usque Metapon
insulæ tum Buxentum ciuitas, & Florentum nobile quondam, paruum nunc oppidum, nomen
Palinurus retinet, cuius Liuius meminit. Potentiam & Acherusiam nonnulli inter Lucanos, Pli/
promont. nius inter Brutios ponit: fluuium Laium cum oppido eiusdem nominis hic constitu/
Pixuntes unt. BRVTII tractum, quem nunc Calabriam uocant, occupabant post La/
promont. ium fluuium incipientes, & in fretum Siculum modo peninsulæ excurrentes. Lucano/
Buxentum rum hi pastores & transfugæ fuere, lingua enim Lucanorum Brutij rebelles, fugitiuosq;
Florentum significant. Annibalis, deinde Romanorũ, armis attriti traduntur. In ora primum Tempsa
Potentia. quam Ausonij condiderunt, ut Strabo & Plinius, quorum ætate dicunt dictam esse The/
Acherusia mesam. In Cypro autẽ alia Themesa. Vtraq; æri fodinis prædita. De hac Liuius: Tempsa,
Laius flu. & Croto Coloniæ deductæ. Ager Tempsanus de Brutijs captus erat. Deinde Terinam,
Brutij quam quum Annibal defendere posse desperaret, solo æquauit. Pandosia regia quondam
Themesa quæ & Tempsa Oenotriorum, ubi Alexãder Molossorum rex trucidatus est, Dodonæo deceptus oracolo,
Terina. Acherõtem & Pandosiã caueret, quũ simili appellatione loca in Thesprotis sint Straboni.
Pandosia Nam & hic Acherusia aqua & ciuitas, cuius præsul Acherontinus in sacro codice descripti
Acherusia tur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hippo Colo. tur. Deinde in ora Hippo Plinio, Hipponium Straboni, Locrorum Colonia, quam uterq;
quæ & Vibo autor dicit à Romanis Vibonem, deinde Valentiam appellatam: urbs adhuc exrat sinumq;
& Valentia. efficit Hipponiatem. Portus Herculis. Metaurus amnis, alter est Piceno. Medua item flu-
Portus Her culis uius Plinio: Straboni autem Medama oppidum. Dein Rhegium Chalcidensium Colonia
Metaurus flu. à casu etymum trahens, quum Sicilia à continēti Italia discinderetur, ἀπὸ τοῦ ἐγκλῦσαι, ut ait
Medua Strabo. E regione in orientem nauigantibus, promontorium Leucopetra inuenitur à co-
Regium lore appellata. Finis hic Apennini. Cice. Quum me uenti ad Leucopetram quod est pro-
Locri montorium agri Rhegini detulissent, Locri postea sequūtur, promontoriumq; Locrorum
Alex flu. Zephyrium uocatum. Locrensium Græcorum hi coloni sunt, uiuebantq; iustis ac sanctis
Carcinas legibus, quas Zeleucus conscripsit, ut ait Ephorus. Secessit apud eos Dionysius eiectus
Cecinus Tyrannide: Vnde tandem ob libidinem & crudelitatem expulsus est, filiabus eius à popu-
lo prostitutis, deinde trucidatis: ob quas diuturnam eius obsidionem pertulerunt. Alex
fluuius Reginum à Locrensi disterminat, nomen adhuc retinens, ubi Cicadæ cantare di-
cuntur in ripa Locrensium ob sicciorem regionem, in altera uero ripa minime, ut ait Stra-
bo: apud quem & Dionysium scribitur Alex alecis, ἐπὶ πολυοχοσίῳ ἄλικος. apud Theocritum
uero, Ales aletis. εἰς τὸμ ἄλιντα ἔιρπμες. Idem Plinio Carcinas appellatur. Pausaniæ uero ac
Aeliano Cecinus. Eustathius, inquit, Locrenses Italici serui erant Locrensium Ozolarum,
qui apud Crisseum sinum inter Græcos siti sunt, ac dominis in bello commorantibus ma-
tronis concubuerunt. Timentes deinde iram dominorum aufugerunt in Italiam Euanthe
duce, paulo post conditam Crotonem, uocaticq; Epizephyri, quod uenientibus ab occasu
Eunomius portum habent accommodum. Apud eos statua Eunomij Citharœdi cum cicada facti
Citharœd. memoriam testans, quod illa abruptæ casu chordæ succederet. hæc ex Eustathio. Liui. lib.
Statua VII. Locros in Brutijs, Crispinus oppugnare cœpit. & rursus: Annibal à Butroto amne
Batrorū flu. haud procul ab urbe Locris. Post Locros Sagra fluuius. Deinde Caulonia, prius Aulonia
Sagra flu. quasi Vallonia à Vicina conualle dicta, ab Achæis ædificata Straboni, qui suo tempore ua-
Caulonia cuam fuisse dicit. Caulonis oppidi, Plinius etiam meminit. Itemq; Virgilius: Caulonis ad
Sciletium arces. Liuius etiam: In Brutijs Caulone oppugnatione sub aduentum Annibalis. Nunc ue
Scileticus ro uestigia remanent apud Locros. Post hanc Sciletium oppidum Athenienſium Colonia
sinus qui Menestei comites fuere. Hoc etiā tempore, & urbis, & nominis extant uestigia. Hinc
Petelia Scileticus sinus cognominatus, qui ad Hipponiatem sinum Isthmum facit, quem Dony-
Altamura sius quandoq; mœnibus munire cogitauit. Petelia quam supra nominaui: Strabo Luca-
Consentia norum Metropolim dicit à Philoctete & Melibœo profugis ædificatā. Plinius uero inter
Vffugium Brutios, itemq; Liuius in III. de II. bello. Petelia in Brutijs quæ una ex Brutijs manserat
Vnargo in amicitia Romanorum, aliquot post mēsibus quàm cœpta est oppugnari, ab Himilcone
Besidiæ expugnata est: deinde recepta Petelia ad Consentiam ascendit. Ex huius occasu putatur ui
Etriculum cinum oppidum Altamura ædificatum. Consentia Brutiorum metropolis. Liuius lib. V.
Sipheum In Brutijs ex XII. populis qui ad Pœnum defecerant, Cōsentini & Turij in fidem populi
Argentanū Romani redierunt. Et rursus: Ad Gn. Seruilium Cos. qui in Brutijs erat Consentia, Vffu-
Dampetia gium, Vnargo, Bessidiæ, Etriculum, Argētanum, Dampetia: multiq; alij & nobiles populi
defecere. Itaq; loca hæc hodie cernimus, iam mutata seu potius interempta. Ex eorum rui-
nis noua excitata, Catacense, Bilinianense, Rossanense, interius uero Cariacense, Strangu-
lense, Vmbriaticense, S. Seuerinæ, multaq; alia in sacro codice descripta. In hac ora urbs ue
Croto tustissima Croto est Achæorum colonia, ex oraculo Miscello duce, quo tempore Archias
Syracusas ædificauit, ut in Sicilia dicam. Censetur Pythagoricis multis, & Milone ac alijs
Iuno Lacinia athletis. Quos septem una Olympionicas uidit. Extra mœnia ad tertiū lapidem templum
Lacinium habuit nobile Iunonis Laciniæ: prope & promontoriū, Laciniū, luxta Crotonem Aesarus
Aesarus flu. labitur fluui. Dionysio. κρότωνι ἐπὶ αἷ σαρρο πλοχοῦσι. Post Crotonē Sybaris urbs ab Achæis
Sybaris & ipsa condita inter duos sita fluuios Crathidem & Sybarim: ingens quondam opibus
Crathis flu. XXV. ciuitatibus subiectis. Sybaritæ ut nimium molles ac delicati taxantur, quum eo
processerint, ut uel equos ad symphoniæ cantum saltantes haberent. Quæ res causa fuit
Crotoniatum contra eos uictoriæ, dum equi eorum ad tubæ sonitum saltare cœperunt. A
Crotoniatibus demum direpti, dein etiam ab Athenienſibus funditus deleti, aliam prope
ædificauerunt ciuitatē, quam Turcos uocauerunt à fontis uicini nomine. Turij quoq; ipſi
postea in Lucanorū uenere potestatē: postremo cum à Tarētinis delerētur auxilia, Roma-
nis

nis petentibus misere colonos, nominecq; urbis mutato Copias uocauerunt. Hæc Strabo. Crathim uero ipsum à pastore eius nominis dictum, qui capellam adamauit & utrique post fatum conditum sepulchrum, ut ait Aelianus. Strabo ait proprietatem dealbandi capillum habere. Post hæc Plin. itemq; Strabo duos ponunt amnes nauigabiles, Acirim & Acirin
Sirim, inter quos Troia quondā ciuitas fuit, quæ tempore procedente inductis colonis Ta- Siris flu.
rentinis Heraclea dicta est. Postremo Metapontus in sinu Tarētino, reperitur à Pylijs ædi- Troia
ficata, qui post bellum Troianum cum Nestore nauigauerunt, deletum à Samnitibus, ut Heraclea
ait Strabo. Ephorus uero Daulium Crisæ Delphis, finitimæ Tyrannum, eam cōdidisse di- Metapōtus
cit. Antiochus, Metapontum post Locros, à filio Sisyphi eiusdem nominis, quem Barbari
Metabum cognominabāt, appellatū quandoq; Siritim: præterea à Pylijs esse ædificatum, Siritis
& in agricultura felices Metapontinos aureā ætatem Apollini dedicasse. Hæc Eustathius
in Dionysium & Strabo. Hodie nanq; in eo loco paruū cernitur ędificatū Castellum. Idem Mamertum
Mamertum oppidum cum sylua Brutiæ picis feracissima ponit. Pix Brutia

IAPYGIA, MESSAPIA, PEVCERIA, Daunia, Salentini, Apulia.

SEQVITVR tractus à Tarento usq; ad Hydruntem, & ab eo per littus usq; ad montē Garganū, qui Regiones senis appellatas nominibus inter se adfines cōtinebat Iapygiam, Daunią, Messapią, Peuceriam, Salētinos, Apuliam, quæ nostro tempore uno Apuliæ nomine censentur. Et ultra Apenninum sitæ omnes, subiugatæ uero à C. Sulpitio, & Q. Aemylio Coss. ut Liuius in VII. & item in IX. per Q. Iunium Bubulcum Brutum. Contigua primum Metapontinis Iapygia est usq; ad Brunduſiū, Isthmo inclusa XXXII. mil. pass. à Iapyge Dædali filio, Qui Iapygia
dux Cretensis in hæc loca adplicuit, ut Strabo. Eadem & Messapia dicta à Messapo duce, Messapus
ut idem. Quam & ipse & Ptolemæus diuersam à Peucetia faciūt, eā magis septētrionalem ponendo. Plin. uero, Messapiam dicit, quæ antea Peucetia dicta est à Peucetio fratre Oenotrij. Oenotrius enim Lycaonis filius, ut scribit Dionysius Halicarnasseus, ex Arcadia una Dionysius
cum Peucetio socio, cum multos annos ante bellum Troianum in Italiam adplicuisset, Oenotria
Brutios & Lucanos usq; ad sinum Possidoniatem tenuit, quam Oenotriam cognominauit eiectis Ausonijs. Peucetius uero Apuliæ partem quam tenuit. Peucetiam dixit. Deinde partes utraq; tantum usque ad Possidoniam, sinumq; eius latissimum, ex Italo rege Italia Italia
dicta est. Postremo tota & Italia, & Oenotria appellata. Igitur in hac parte duæ tantum nobiles urbes, Tarentum, & Brunduſium: altera colonia Laconum est sinum Tarentinum ef- Tarentum
ficiens, maxime importuosum, à Tarento heroē. Straboni, qui originem eius hoc modo repetit. Lacedæmonij quum aduersus Messenios rebelles bellū gererent, nec redire nisi bello confecto statuissent, misere domum iuuenes lectos, qui uirginibus commixti proli & ciuitati consulerent: hi qui deinde nati Partheniæ uocati eiecti sunt, tanquam nothi, ab ijs qui post annos XVIII. cum uictoria redierunt. Illi uero duce Phalantho egressi huc adplicuerunt, eiectis Crerensibus qui loca ea occupauerant. Tarentini quondam potentia ac rebus gestis, terra, mariq; floruerunt, exteros duces plures adcersiuere. Contra Messapios & Lucanos, Alexandrum Epirotarum regem, & ante eum Archidamum Agesilai filium, postea Cleonymum & Agathoclem, postremo Pyrrhum aduersus populū Romanum. Nam teste Liuio XII. quum à Tarētinis classis Ro. direpta esset, eius occiso præfecto, Legati à senatu ad eos questum de iniurijs missi, pulsati fuere. Ex quo bellum eis indictū. Pyrrhus semel uictus, rursus ex Sicilia in Italiam reuertens, per Curium superatur. In Annibalis deinde uenere potestatē à Fabio postremo recepti. Sale abundāt candidissimo, atq; fossili. Plin. Brūdusium lingua Messapiorū cerui caput significat, cuius similitudinem refert, por- Brundusium
tu & fama Appiæ uiæ hucusq; stratæ nobilis. Hinc Romanorum classis orientem petitura soluere solebat. Hodie sub ditione Venetorum est, à rege Fernādo pecunia mutua commutatum. Finis hic Adriatici sinus, prope autem uersus orientem breui tractu & angusto Calabri sunt, Prol. uocati, in quibus Rudiæ Ennio poētæ nobiles. Silius: Quē Rudiæ genue- Rudiæ
re uetustæ. Strabo, Rodiam uocat. Nihil hodie uestigiorum apparet. Lupiæ, deinde Ale- Lupiæ
tium, oppida Ptolemæo posita. Est tamen Aletium nunc paulum ab antiquo remotum, Aletium
Sequuntur Salentini in peninsula siti. Hic, ut ait Festus à salo, id est, mari dicti sunt: populi Salentini
ab initio Cretenses & Illyrici, qui una cum Locrensibus in hanc oram Italiæ adplicuere.

Metropolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hydruntes

Metropolis eorum Hydruntes, unde cognominata est hodie tota regio, sita è regione Apol loniæ, spatio L. pass. mil. quod interuallum coniungere pontibus Pyrrhus prius excogita/ uit, post eum M. Varro cum bello Piratico sub Pompeio præfectus esset, utrunq; aliæ im pediueræ curæ. Plinius: Traiecit huc ætate nostra Maumethis Turcæ classis, oppidani o/ mnes necati, matres familias constupratæ. Quæ res tanto terrori nobis fuit, ut nisi post an/ num tertium ob Maumethis mortem discedere coacti essent, nulla mora quin totã Italiam inuasissent. In hoc medio cursu parua insula Sasina est Ptolemæo Plinioq;, nomen adhuc retinens. Neritum Salentinorum urbs Ptolemæo, adhuc durat. Est & aliud prope Corin/ thum. Leuca promontorium antiquum in quo nunc castellum S. Mariæ de Leuca. Galli/ polis Græca urbs Pompo. Melæ. Plinius autem Senonum dicit, quod ipsa nominis indi/ catio monstrat, & apud utrunq; per G. scribitur: uidentur tamen pugnantia, quod eadem & Græca sit, & Gallica. Vxentum oppidum Plin. In sacro codice præsul Ogentinus scri/ bitur. Soletum desertum Plinio, cuius adhuc uestigia uisuntur. Manduria urbs. Liuius in VII. Q. Fabius Cos. oppidum in Salentinis Manduriam ui cepit. Nunc quoq; Mandu rinum uocatur. APPVLI autem uersus occidẽtalem extenduntur plagam usq; ad Gar ganum & amnem Fiternum, ijdem Dauni appellati à socero, ut ait Plinius, Diomedis, cuius in hoc tractu plura sunt ædificia. Festus autem hunc Daunum clarum uirum ex Illy/ rica gente, propter patriæ seditionem huc concessisse dicit, regionemq; hanc cum Diome/ de diuisisse. Igitur in ora primum Egnatia, Plin. Ptole. & Horatio, ex cuius occasu nouum iuxta oppidum excitatum Monopolis. Barium Plin. quod dicit antea Iapygem uocatum à Dædali filio Iapyge. Ex Bari nunc nomine tota pars ea terraq; cognominatur. Salapia Annibalis meretricio amore notissima, ut autor idem, & item Liuius. De hac Vitruuius sic scribit: In oppidum Salapia uetus, quod Diomedes condidit, siue ut quidam dicunt, Ele phias Rhodius. Incolæ, quotannis ualetudine laborãtes à S. P. Q. R. per M. Hostilium im petrauerunt, ut inde quatuor pass. mil. mœnia transferentes, secundũ mare salubrius habi tarent. Erat in eodem littore paulo recedens: Salpa quæ iam interijt. Deinde recentia nomi na Melfita, Tranium, quod Trinum Plin. positum fuisse existimauerim. Circa uero locum ubi nunc Barolum, Cannæ fuerunt Romana clade insignes. Hodie quoq; præsul Cannen/ sis in sacro codice reperitur: qui ueteris uestigium nominis usurpauit. Deinde Aufidus amnis è montibus Hyrpinis defluens iuxta Canusium, quò se recepit Terentius Varro cum reliquijs exercitus Cannensis à Busa muliere exceptus. Interius uero Venusia, unde Calor fluit. iuxta Ampsanti colles Virgilio descripti ex sententia Donati. Atella alia à ue/ tere quæ est prope Neapolim. Asculum, Satrianum, ubi equi præstãtissimi. Horatius: Me Satrianæo uectari rure caballo. Bituntum unde Bituntini Plin. adhuc durat. Mateola un/ de Mateolani Plin. nunc Matera urbs & præsul Materanus. In Appennino autem Thea/ num Appulum, ut dignoscatur à Sidicino, Liuius in VIII. sic ait: Ex Apulia Theanen/ ses Canusinisq; populationibus fessi, obsidibus L. Plaucio datis in deditionẽ uenere. Thea nates quoq; Appuli ad nouos Cos. fœdus petitum concesserunt. Nam Florento nobili op pido Iunius potitus erat, hęc ille. Hoc enim Florentum de quo inter Samnites mentionem feci, adhuc cernitur. Luceria Daunorum oppidum Stra. Plinioq;. Ptolemæus autem Nu/ ceria Appulorum. Hæc diruta à Cõstantio imperatore, quando è Constantinopoli in Ita/ liam uenit. Post Aufidum Garganus mons, qui ueluti dorsum Adriatico prominet. super eo ipsum oppidum S. Angeli ubi uisum prodigium quod in sacra legitur historia. Hunc etiam Saracenos occupantes Grimoaldus rex Longobardorum singulari in Christianos beneficio expulit. Inde post annos centum, iterum tenentes Carolus Magnus fugauit. In/ tus uero Hyrium, Arpos, postea Argyppa à Diomede condita Straboni, cuius tẽpore dele ta erat: Nunc Manfredonia in eodem prope loco à Manfredo Siciliæ rege cernitur exci/ tata, iuxta & Sipontum, olim Sipûs Straboni Plinioq;, à Sepijs capiendis. Hanc partem te nuit Diomedes olim, ubi monumenta reliquit: E regione nanq; insulæ sunt Diomedeæ, nu mero V. ubi socij ipsius dicuntur in aues conuersi, quæ teste Aeliano de auibus, Græcis adplaudere, alios insectari quodãmodo uidentur: Nunc uero in eisdem locis Cœnobium nobile canonicorum reg. S. Aug. uisitur. Larinum municipium parum à mari distans, à Theano autem mil. XVIII. ut ait Ci. pro Flacco, adhuc durat, regiturq; ab Vrsino/ rum familia.

Egnatia
Monopolis
Barium
Salapia
Salpa
Melfita
Trinum
Cannæ
Aufidus flu.
Cannusium
Venusia
Ampsanti colles
Atella
Asculum
Satrianum
Bituntum
Mateola
Mateolani.
Theanum Appulum.
Florentum.
Nuceria Apulorum.
Garganus mons
Iriũ Arpos.
Mãfredonia
Sipontum.
Insulæ Diomedeæ
Larinum

INSVLAE TYRRHENI MARIS

TYRRHENI siue inferi maris insulæ secundum Siciliam de qua postea dicam, Sardinia & Corsica sunt. De origine Sardiniæ Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. In Sardinia, inquit, insula Græcorum antiquorum uestigia apparent, multa quoque decora, & templorum testudines adfabre elaboratæ. Has ab Iolao Iphiclis filio factas esse constat, qui una cum Thespiadis ad hæc loca adnauigauit. Vocabatur autẽ prius ex forma Ichnusa, humano simili uestigio. Feracitate fructuum felicissima. Hic Aristeum illum agri studiosissimum dicunt dominatum fuisse. Nunc autem nihil tale fit, quod in manus Carthaginensium uenerit, qui indigenas quicquam agriculturæ attingere prohibuerunt, ipsi sedulo ei rei studentes. Hæc ille. Diodorus item Iolaum plures in ea ciuitates condidisse dicit. Pausanias, Eustathius, & Capella à Sardo Herculis filio dictam uolunt, habitatam prius ab Hispanis, deinde ab Heraclidis & Thespiadis, postea ab Carthaginensibus, quibus Romani succesſere. De ijsq; uarij sunt annales. In alijs L. Cæcilium Metellum uicisse Sardos & Corsos legimus, teste Festo Rufo: in alijs L. Cornelium Scipionem diruta Calari Sardiniæ urbe & Hannone superato de Sardis & Corsis triumphasse, ut autor est Liuius. Sardi item à T. Graccho perdomiti totq; captiuorum ab eo ducti, ut prouerbium fuerit, Sardi uenales. Insequentibus temporibus Saraceni subditam tenuere: sæpe à Pisanis recuperata, sæpe deperdita, ad postremum in Hispanorum uenit potestatem, per Iacobum Aragonem prius recepta. Tres in ea metropoles, Turritana, & Arborẽsis sub qua S. Iusta, & Ciuitatensis. Tertia Calaris, sub qua Sulcitana, Doliensis, Snellensis: recentia sane nomina, præter Calarim ac Sulcam, & in co dice Fisci adnotata. Insula tota cœli grauitate infamatur. Pausa. dicit eam Serpentes herbasq; habere innocuas, præter herbam quandam similem lappæ, quam edentes ridendo pereunt, ex quo prouerbium in sanitate desperata, σαρδόνιος γέλως. Sardonius risus. Item insulam totam constare longitudine M. CXX. stad. Latitudine CCCCL. Hæc ille. Corsica uero Cyrnos olim, ut ait Dionysius, quod mõtibus tanquam capitum uerticibus abundet: Corsas enim tempora Græci appellant. Melle illaudato referta est. Tantum uina commendata, quæ Romam exportantur. hominum, sicuti canum & equorum ferox genus, ac tantũ latrocinijs natũ. Hoc fermè tempore, quod iter Hetrurię omnemq; oram maritimam infestabant, expulsi ex urbe Roma subiectisq; terris ab Alexandro fuere. Ciuitates Plinio Mariana à C. Mario, Aleria à Sulla Dictatore deductæ Coloniæ: quarum nomina cum mœnibus durant. Tota insula longitudine à Septentrione in meridiem porrecta mil. pass. CL. latitudine L. Circuitu CCCXXXII. ut idem testatur autor, qui ait, XXXIII. olim in ea urbes fuisse. Corsicæ prope sunt Ilua Chalibũ generosa metallis, Aethala à Græcis dicta ob ferri officinam in eo loco flagrantis: Plinio item & Stephano. Præterea Oglasa, Capraria, quam Græci Aegilion uocãt: Igilium uero cõtra Telamonem, unde nobile uinum rubrum, Gorgona. Planasia quod fallax nauigantibus sit æqualis freto uisa. Plinio in Antiano Stura, Palmaria. In puteolano Pandataria, Prochita: Aenaria eidem à statione nauium Aeneæ, ab Homero Inarime dicta, à Græcis Pythecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui putant, sed à figlinis doliorum. Hodie uero Ischyam uocant. puto ex robore munimento loci. In Surrẽtino Megaris, Capreæ, quam Apraxopolim Augustus uocare solebat, ob amœnitatis recessum inertem. Leucothoa, Parthenis, ex Sirene. In Formiano Pontia. In Compsano Dianium, quam Artemisiam uocãt. In Viponensi Moneria, Colubraria, Venaria. Inter Sardiniam & Corsicam insulæ paruæ Cunicularię uocatæ Plinio.

Thespiades
Ichnusa
Aristeus
Calaris
Sulca
Mariana
Aleria
Ilua
Aethala
Oglasa
Capraria
Aegilium
Igilium
Gorgona
Planasia
Stura
Palmaria
Pandataria
Prochita
Aenaria quæ
Inarime &
Pythecusa
& Ischya.
Megaris
Capreæ
Apraxopolis
Leucothoe
Pontia
Moneria
Colubraria
Venaria
Cunicularia
Dianium
Artemisium
Cyclopes
Lestrigones
Sicani
Elymi
Troiani
Phocenses
Siculi ex
Italia
Phœnices

SICILIA.

DE Sicilia Thucydides in hanc ferè sententiam. Primi dicuntur eam incoluisse Cyclopes & Lestrigones, quorum origo nusq; reperitur. Post hos Sicani genere Hispani, à flumine Hispaniæ Sicori à Liguribus electi: & adhuc Sicani partem insulæ ad occasum spectãtem incolunt. Deinde pleriq; Troianorum capto Ilio in finibus Sicanorum cõsedere, qui dicti sunt Elymi. Vrbes eorum Eryx & Egesta: his accolæ adcesserunt quidam Phocenses. Post hos Siculi ex Italia fugientes Opicos, uictis bello Sicanis Siciliam appellauere: ante uidelicet Græcorum aduentum annis CCC. Deinde Phœnices partem quæ ad Aquilonem uergit negociandi causa tenuere

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuere,ac Motyam Soluntem & Panormum, finitima Elymis oppida inhabitauere: unde breui traiectu Carthagini forent uicini. Tot igitur barbari Siciliam incoluere. Græcorum primi Chalcidenses ex Eubœa transeuntes cum Theocle illius deductore Coloniæ Naxon incoluere. Insequenti anno Archias ab Hercule prognatus è Corintho profectus: Syracusas tenuit pulsis prius ex Italia Siculis: Iidem Chalcidenses Theocle duce post annos VII. habitatas Syracusas, Leontinos Siculis eiectis: deinde Catinam incoluere, cum ipsi Catinenses Euarchum fecissent Coloniæ autorem. Lampis ea tempestate è Megaris in Siciliam uenit, & supra flumen Pantacium loco quodam (cui nomen Trogilo) incolas collocauit. Illinc digressus positis in Tapso incolis: post eius mortem duce Hyblone è Tapso migrantes, qui regionem prodiderant, Megaras incoluerunt. Qui Hyblæi sunt dicti, quique post CCL. annos à Gelone rege Siculo expulsi sunt. Philistus scribit L XXXX. annis ante bellum Troianum Siculum Itali filium ex Liguribus in Siciliam adpulsum insulæ nomen dedisse. Trogus lib. IIII. plura de Sicilia scribit, quod Italiæ pars quondam fuit terræ motibus diuisa Rhegio proximo promontorio, quod græce abruptum dicitur, cauernosa tota sulphurea subterraneisque meatibus uetis penetrabilis: ex quo miracula ardentis Aetnæ & Vesuuij montis Scyllaque & Charybdis, cæteraque monstra: quæ ob eam causam finguntur, quod nauigantes ad pelagus propter angustias eius undarum exurgentium sonitus quasi latratus, & uoraginem expauescunt. Diodorus item Sicaniam prius dictam fuisse dicit ex autoritate Timæi à Sicanis antiquis indigenis, quibus ob frequentes ignes deuastantes, insulam deserentibus Siculi ex Italia profecti occuparunt, paulocque post colonijs Græcorum eò deductis, & linguam Græcam & cultum elegantiorem didicere. Ab ijs deinde fabularum commenta de Cerere & Proserpina, & commonstratis ab ea frugibus & arandi modo, quod fœcundissima sit tellus, & horreum populi Ro. à Cicerone appellata quæ sæpe maximos eorum pauerit exercitus: Frumētarijs uero & negociatoribus Ro. magno fuerit compendio. De qua idem Cicero in Verrem multa commemorat. Nostra uero tempestate proximis his annis urbem ingenti fame leuauit, cum aureis iam XXX. modius uenisset. Circuitus insulæ totius Plinio mil. pas. DCXVIII. Nunc qui eam ab initio tenuere breuiter attingam. Trogus in eodem lib. itemque Thucydides (uti supra commemorauí) eam Cyclopum atque Lestrigonum patriam ante omnes fuisse adfirmant, quorum originis nullus habetur autor. His extinctis Aeolus regnum occupauit, qui, ut ait Diodorus, quod uelis uti nautas instituerit, & tēpestates uentosque prænoscere docuerit, Ventorum deus est habitus. Post quem singulæ ciuitates in Tyrannorum imperium concesserē, cum Carthaginensibus sæpe uarijs prælijs dimicauerunt. Deinde Athenienses specie ferendi auxilij Catanensibus contra Syracusanos, Nicia Alcibiade & Lysimacho Ducibus profecti, necessitatem inimicis fecere adcersendi auxilia Gilippi Lacedæmoniorum ducis, cuius uirtute Syracusani obsidione liberati fuere: rursusque petiti adiuti sunt à Peloponensibus, tunc Atheniēsium inimicis, ut in Thucydidis historia uidere licet. Per aliquot deinde annos à Carthag. expugnata atque dominata est, superato Agathocle, rursus à Dionysio recepta: quo sublato Hiero caput extulit, qui dux Syrac. pulso Artemidoro alterius factionis duce à suis rex appellatus est, ut Polybius refert: Dumque contra Mamertinos uenit ab Appio Cos. uictus est: Mamertinis partim se Romanis, partim Carthaginensibus dedentibus, ex quo causa & initium fuere primi belli punici. Deinde pax regi, & Syracusanis data & amicitia inita. XXXIIII. post annos rebellauere Syracusani cæsa prole Hieronis. Itaque eò M. Marcellus missus non prius redijt quàm captis ac direptis Syracusis. Nunc loca breuiter enarrabo.

Græcorum Chalciden. Archias
Lampis Hybla Tapsus
Gelo tyran. Siculus Itali filius
Trogus de Sicilia
Diodorus
Cereris figmenta unde Horreum
Syracusani rebellant Marcellus

LOCA SICILIAE.

Trinacria Meßana Zancle

TRinacria enim quum ex tribus promōtorijs dicta sit, Peloro Italiam, Lilybæo Græciam, & Pachyno Africam respicientibus: Messana primū in ora est post Pelorum, instar Phari Alexādrini turrim habens Zancle prius uocata. De qua Thucydides in hanc sentētiam. Zancle originem habet à latronibus Cumæis ex urbe Chalcidica profectis Periemene & Cratemene ducibus, sic appellata quod falcis speciem præferat Siculo uocabulo. Iidem postea à Samijs eiecti sunt. Nec multo post Anaxilus Rheginorum tyrannus exterminatis Samijs urbem indiscretis hominibus frequentem reddidit, & à sua quondā patria Messenam appellauit. Hæc Thucydides, Polybius

Anaxilus

Polybius autem hos Mamertinos postea uocatos fuisse dicit. Qui destituti legionibus Romanis, quæ Rhegij morando Siciliæ urbes tutabātur, à Syracusanis postea tunc Carthaginensiū partibus studētibus, duce Hierone bellū passi sūt. Romani Appio Claudio Cos. Mamertinos primum, eqꝫ noxios & sceleris conscios sponte in deditionem acceperunt. Deinde Syracusas ceperūt, ex quo primi belli punici exarsit origo. Messanæ item hodie monumētum ueteris inscriptiōis huiusmodi cernit. Senatus populusque Ro. Claudio, Q. Fabio Cos. altero Messanam Siciliæ ciuitatē classe profecto referante percepit. Hieronē Syracusanorū regem, Pœnorūque copias Hieroni coniunctas tam celeriter superauit, ut Appium Claudiū Cos. ad hanc rem gerendam potius ciuitas suæ uirtutis admiratorē eq; belli suscīperet adiutorem. Nam rex Pœniq; urbis non tam multitudine ac animosa nobilitate propulsi uictos eq; sese didicere congressos, qui ante consulis aduentum ultra Leontinum profugi pacē exposcentes, Romanorū gloria, Messanensiū nobilitate, propria mulcta centum talenta ærario soluenda supplices impetrauerūt: ob quod statuit urbem ipsam titulis nobilitatis extolli: alijsq; prouinciæ ciuitatis eiusq; ciues Romanorū honore Siciliæ caput illic fungi potestate Romana, lapides eius à Leontino usq; Phædas extendi. Nam id spatiū cæteris deficiētibus Romanæ ditioni seruauit. Chirographum hoc fastis Romanis adiunctū laudem ciuitatis ostentans adscribi, Romanamq; gratitudinem merito respōdere. Adprobatū est præsens decretum patrum à Cn. Calatino Tri. Pl. post urbem condi. anno CCCCLXXX. remp. primo bello punico turbante. Ibidem altera inscriptio: S.P.Q.R. Seruio Fuluio Flacco. P. Calpurnio Pisone Coss. urbem Messanam à prouinciæ coloniæ tributis cuiuslibet uectigalis fixi mobilisq; pondere per omnia secula liberauit: quia dum Siciliæ graue formidabileq; bellum seruile multitudine conspirantium, instructa copiarū potentiæq; magnitudine subiugasset, quod prius Ro. diſperserat consulesq; terruerat, seruos Messana sagaciter habitos pace mature frenatos, quin uno P. Calpurnio Cos. designando luem Siculis: Ro. Po. stimulos, & à se profuturum compar abstulit nocumētum, atq; se uili seruitute eripuit, preciosa libertate gauderet. Ex hoc enim præsens Chirographum fastis Romanis adiunctum laudem ciuitatis extentam decreuit adscribi, ut gratiam meritis Romana circunscriptio coæquaret. Adprobatum est hoc patrum decretum ab Octauio Pl. Tribuno post urbem conditam anno DCCXX. remp. bello seruili turbante. Festus aliam quoq; Mamertinorum causam repetit hoc modo. Quum pestilentia laborarent Samnites, uer sacrū ex oraculo: id est quæcūque uere proximo nata essent, immolaturos uouerūt. Quo facto pestilētia minime cessante, cōsultus iterum Apollo respondit nōnullos animo uiolatos expelli oportere. Hi itaq; in Siciliam uenientes atq; ibi considentes cum auxilio in bello Messanēsibus essent, ab eis ob meritū in partē urbis atq; agri accepti sunt, uocatiq; Mamertini, quod collectis in sortem duodecim deorum nominibus Mamers sorte exierit, q̄ lingua Oscorū Mars significatur. Huius historiæ autor est Alfius in libro primo belli Carthaginensis. Messanenses postremo cum rebellassent Valerio Messalæ à quo subiugati fuere cognomen dedere. Nuper extinctus est Constantinus Lascaris in ea urbe, qui in Græca disciplina profitebatur. Aetna his proxima, Inesia prius dicta, mons cum oppido, ubi miraculū flammæ. Alia enim Enna uocata est, ubi Proserpinæ raptus, de qua paulo postea. Adranū urbs cū fluuio eiusdem nominis & Argētum, unde Adrani & Argentani Plinio: Tauromínium in eodem littore Naxum uocatum. Thucydides ait: Chalcidenses duce Theocle incoluisse Naxum & extra urbem posuisse aram appellatam Archigenæ, cui nauigaturi sacrificarent. Strabo dicit: Zancleos ex Hybla condidisse Tauromínium: deinde Romanorum coloniam fuisse. Idem ait Charybdim ante Tauromínium & Messanam apparere profundum immensum ubi freti inundatione ac uorticibus nauigia periclitātur. Centuripæ, Aetnæ & Symeto, pximæ, urbs quam Augustus ædificijs restituit. Catina ædificium Naxiorum sub radicibus Aetnæ, eam Hiero renouatis colonis Aetnam uocauit, post eius mortem pristinū recuperauit nomen. Silius. Tum Catine nimium ardenti uicina Typheo: Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres. Hi fuere, ut ait Strabo, Amphimon, & Anapias: cū clades patriæ inferret, parentes hūeris sustulerūt. Nūc multo celebrior Agathæ uirginis natalibus. Apud hanc Symethus labitur fluuius. Paulum uero ab ora recedentes, sunt Megara & Leontini duæ clarissimæ quondā urbes. Deinde Syracusæ. Quas Archias à Corintho aduectus cōdidit; qui unà cū Miscello ex oraculo eis propositis diuitijs, & salubritate, ut alterū eligerent,

Polybius de Mamertinis.
Inscriptio Messanæ.
Altera inscriptio.
Festus
Mamers
Mars uocatus
Aetna
Adranum
Argentum
Naxum
Tauromínium
Charybdis
Centuripæ
Catina
Amphimon
Anapias
fratres.
Agathá
Symethus
Syracusæ
Megara
Leontini
Archias
Miscellus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Archias Miscellus

Archias cum diuitias prætulisset Syracusas omnium rerum fertiles habuit. Alter uero Miscellus prælata salubritate Crotonem ædificauit. Syracusani itaq; adeo creuerunt opibus, ut in prouerbio sit cum ad diuites loquimur, uobis ne decima quidem Syracusanorum ad

Archimedes

est. Hæc urbs Archimede Mathematico censetur, qui Marcelli expugnationē suis instru

Lucia uirgo Agrigentū

mentis triennio distulit. Nunc autem Lucia uirgine gloriatur. Agrigentum quod Græci

Geloi

Acragātem uocant, Geloi incoluere anno CVIII. post conditam Gelam ducibus Aristono & Pystilo ab Agrigento uicino fluuio cognominatam, ut autor Thucydides. Quem fluuium in forma speciosi pueri pinxit antiquitas, ut Aelianus autor scribit: item Duris, q̄ pleræq; ciuitates Siculæ à fluminibus nomen habent, ut Gela, Syracusæ, Himera, Selynuntes,

Equi Agrigentini.

Phoimanites, Erycum, Camyrum, Alycum, Therinum, Camerinum. Polybius & flumen

In Agrigētinorū luxuriā scōma Platonis.

& urbem Acragātem à regione Acrage uocari uult, διὰ τὸ τὴν χῶραν. Sunt & aliæ in Thracia, in Eubœa, in Cypro, in Aetolia. In hac equos optimos nasci Vergilius etiam testatur. Acragas generator equorum. Agrigentinorum præterea est sumptuose & ædificare & epulari. Quapropter Plato, ut refert Aelianus de uaria historia, in eos cauillabatur, Agrigentinos ædificare, ut semper uicturos, epulari ut semper morituros. Hic Phalaris imperauit crudelis

Phalaris tyrannus

simus tyrannus, tauro à Perillo inuento ciues cruciabat. Quapropter à populo una cū conIuge & filijs crematus est: post quem Alcamenes, huic uero Alcandrus uir mitis successit.

Alcamenes

Ex latere occidentis Panormus urbs, & stagnum, de quo Polybius. Aulus Aquilius & C.

Alcandrus

Cor. Coss. cum classe CCXX. nauium intra spatium trium mensium ædificata in Sicilia

Panormus

primo bello punico Panormum quod tunc à Carthaginensibus tenebatur, debellauerunt, è duobus lateribus aggressi primam urbis partem primo captam Neapolim, deinde urbem ueterem aliam partem: altera est in Creta Panormus. & item alibi. Sic enim Græci nominant locum nauibus applicandis accōmodum. Himera urbs & fluuius deducta ab Euclide

Himera

Suno & Sarono. In hanc diuertit Hercules cum Geryonis armentis, ubi aquas calidas pro

Ergoteles Olympionica

uenisse Palladis iussu ferunt, in quibus Hercules membra labore sordida abluerit, mollioraq; reddiderit, ex quo Himera appellata. autor Stephanus. Hinc Ergoteles Olympionica

Nebris mōs

fuit, cuius uiri simul & urbis Pindarus in Pythicis meminit. Himera autē fluuius à Nebri

Eryx urbs

de mōte fluit, qui ut ait Solinus à Nebridibus, id est hinulis dictus est quibus abūdat. Eryx

Venus

mons & urbs, a filio Veneris ab Hercule uicto, ubi Veneris Erycinæ tēplū: loci adhuc ue

Erycina

stigia uidentur. Entella urbs ab Entello qui apud Vergilium cum Darete hortante Aceste

Entella

pugnauit. Entella Hectorео dilectum nomē Acestæ. Myle in ora. Ouidius in Fastis: Sacraq; rumq; Myle pascua læta boum. Hybla mons & oppidum, ubi mel conficitur hybleum. Se

Myle

lynis urbs prope Lilybœum. Vergilius. Et syluis palmisq; onusta Selynis. Dicit & Selinus

Hybla

Gela quam Antiphemus è Rhodo, Eutimus è Creta suam uterq; coloniam ducentes, pari

Selinus

ter condidere, anno XLV. post habitas Syracusas: ex Gela fluuio uicino appellata, cū Lin

Gela

dij uocarent. author Thucydides. Stephanus dicit Gelam fluuiū appellari, q̄ glacie cōcrescat, quam Opica & Sicula lingua Gelam uocant. Camarina condita à Syracusanis, autoribus Dascone & Menecle, ut refert Thucydides, electosq; aliquanto post ob defectionem

Lindij

Camarina

Gelo tyrānus

à Syracusanis dominantibus Gelo tyrannus accepit pro redemptione Syracusanorū, quos habebat captiuos: Tum ipse coloniæ deductor factus eos in terra Camarina collocauit. Et cum rursus sedibus electi fuissent, tertio sunt ab eodē collocati. Est & Palus Stephano quæ præter naturam aliarum immota melior est q̄ mota. Vnde prouerbium, μὴ κίνει καμαρίναν. Vergilius. Et fatis nunq̄ concessa moueri, Apparet Camarina procul. Palicen Ducetius Siculorum dux C. Nautio Rutilo, & Lucio Minutio Carutiano Coss. condidit. Theophilus autem in descriptione Siciliæ fontem dicit. Prope autem templū Palicensium erant V.

Palice urbs

dæmones quidā, q̄s Aeschylus in Ethnis dicit Iouis & Thaliæ filios fuisse, uocabant Palici,

Palici quot

q̄ mortui semel iterum reuixerūt. Ratio q̄ ibi fons sit senis altus cubitis aquam eructans,

Crateræ

quem Crateras appellant, ut uideatur campus ei subiectus aquis immergi, rursusq; postea apparere. Locus præterea sacer iureiurando. Nam quod iurant in tabella describunt, eámque fluuio proijciunt: Si sanctum & inuiolatū, aquis supernatat: si falsum & iniustum, de

Triochalaubi bellum seruile

primitur. Silius. Et qui præsentē damnat periura Palici. poscūt supplicia. De quibus in Acrobio plura. Triochala ubi seruile bellum concitatū est. Silius. Et mox seruili uastata Triochala bello. Ci. in Verrem lib. VII. In Triochalino quem locū fugitiui ante tenuere. De seruili bello hæc Florus. Fugitiui duce Syro fractis ergastulis ad LX. mil. cōiurauerunt. Præ-

torū castra exuperata, Manilij, Pisonis, Lētuli, Hypsei. M. Perpēna uicit, & obsessos Aetnę consumpsit. Hinc ouans urbem ingressus. Post paulo idem incendium excitauit Themisonis pastor, interfecto domino ergastula aperuit. Prætoriana castra Seruilij & Luculli succubuere. M. Aquilianus exemplo Perpennæ, & ferro, & fame maceratos cepisset, nisi metus supplicij fuisset. Itaq; magna ex parte mortem sibi consciuere. Dux aufugit. Drepane falcis figura, quod eò falx Saturni genitalibus abscissis eiecta sit, ut ait Strabo. Egesta ubi aquæ multæ Philoni, ab Egesto Troiano: Segesta deinde uocata. unde Segestani Plinio, hodie quoq; uestigia apparent. Enna urbs in monte umbilicus Siciliæ dicta quod in medio sit. Strabo dicit Syracusas & Erycem duas maris arces in medio Ennam retinere. Hic fabula Proserpinæ raptæ à Plutone, specusq; adhuc uisitur, unde dicitur ad inferos contendisse. Liuius de bello Macedonico, Regionē eam amœnam, ac perpetuo flore uernantem appellat: hodie quoq; castrum Ennæ dicitur, ubi concilium totius insulæ cum opus cogitur à Præside. Deinceps ex ordine literarū Aceste, ab Aceste Troiano, Arbela, Abace, Abola, Abatana, Agium, Agyrena, Acre, Bucina, Bremia, Biclus, Crastus urbs, unde Epicharmus poeta, & Lais meretrix, ut Anthus testatur, de uiris illustribus. Cephalodum Pli. hodie q̄q; Præsul Cephalodensis appellatur. Camirus urbs, ubi Cocalus regnauit, Oebali filius. Eugea sita in mōte huic proxima, Cocali regia, ubi Minos perijt, à cuius militibus Mincœa cōdita Plinio. Hanc Heracleam Liuius dicit uocari. Epipole locus præceps & altus, uicinus Syracusis. Helorus media producta ab Heloro flumine, ubi Apollodorus in Chronicis dicit esse pisces mansuetos, qui è manu pascuntur, labitur è Pachyno. Est altera in Macedonia urbs. Metaurus Locrensium ædificiū. Motya, Macarium: unde Macarenses Plin. nunc item nomen retinent antiquum. Morgentia, unde Morgentini apud eundē autorem. Omphace. Thermæ oppidum ubi primum reperta comœdia. Silius. Litora Thermarum prisca dotata Camœna. Solinus quoq; hic primum, ait, inuenta est comœdia: hic & cauillatio mimica in scena stetit. Oratoria etiam in Sicilia inuenta. Tapsus clade Romanorum insignis. Et undantem rutulorū sanguine Tapsum. Altera in Africa, huius colonia. Tyndaris, Tarchila, Philisto, & Tarchialis regio. Altera in Macedonia. Tiche prope Syracusas Ephoro. Tychum uero mons in medio Proetiæ & Eretriæ. Tisse cōdita à Siculis à qua Thissinēses Plinio. Silo. Hicarū, Philisto. Hicara uero Apollodoro in Chronicis dicta. meminit & Thucydides. Selynis prope Lilybœum. Verg. Et syluis palmisq; onusta Selynis. Dicūtur & Selynuntij & Selūtij incolæ, quoniā Græcis σελωνῦς dicit. hāc urbē hodie Mazarā appellāt. Sunt & noua oppidorum nomina: Mons regalis & Augusta, quorū primū Gulielmus rex Siciliæ cognomento Bonus construxit, patris Gulielmi, qui Malus cognominatur, infamiam ac latrocinia compensando. Hic instituit, ut pauperibus esset refugium. Templum ubi cathedrale cum amplissimo uectigali constitutum, apud quod canonici regulares nullius unq̄ horæ intermissione alternantes deum collaudant. Augustam uero Fredericus II. Impera. excitauit, ut inscriptio portæ Tetrastichi clare indicat. Flumina principalia, Plēmirius, Symetus, Himera, Gela, Helorus, Alabys, Hypsa, Vagedrusa, Pantagia, Achates, ubi lapis teste Plinio eius nominis reperitur. Hipparis prope Camarinam nauiū capax ex monte oriens materia abūdante, quā Camarinei excidentes in subiectū amnē proijciūt, deuehendā fluctibus in urbem sine nauigio: meminit Pindarus in Pythicis. καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς ὕσ-
ωαρις οἷσιν ἄρδεται κολλᾶ τεγάδιωρ θαλάμωρ λάχεως. Insulæ autem Siciliæ primum Aeoliæ, quæ (ut ait Plinius) & Liparеæ & Vulcaniæ à latinis, Ephestiades à Græcis appellatæ sunt numero VII. Lipara, Thermissa, Strongile, Didyma, Ericusa, Phœnicusa, Euonyma. Plinius Aeolias dicit appellatas quod ibi Aeolus Iliacis regnauerit tēporibus. Aeolides uero aliq̄ sunt in Aegeo ex Aeolica lingua cognominatæ. Aliæ item Cenys iuxta Pelorum Stephano. Cosyra in medio spatio Lilybœi, & Clupeæ Carthaginensis oppidi Straboni. Melite. Ouidius. Melite sterili uicina Cosyræ. Bucuna cuius meminere Stephanus & Dionysius poeta: clara morte Pontiani Pontificis sub Alexandro Cæsare. Aeguse tantum cæteris: Ptolemæo duæ sunt: Aethusa & Aeguse. Sirenussæ tres insulæ Sirenibus dicaræ ad sinum Posidioniatem seu Pestanum Straboni, nonnullis ad Pelorum Siciliæ. Ptolemæus eas Sirenum insulas appellat. Acradina insula ciuitates habet prope Syracusas, quas expugnauit Claudius Marcellus. Est & pars Syracusarum. Charax autē regionem eam uocat & insulam. Ex his igitur omnibus ciuitatibus & locis cum pleraq; interempta, plurima etiam mu-

M. Aqlianus
Drepane
Egesta quæ & Segesta.
Enna umbilicus Siciliæ.
Aceste
Arbela
Abace, Abola
Amatana
Agium,
Agyrena
Acre, Bucina
Bremia
Biclus
Crastus
Cephalodum
Camireni
Eugea
Minoeta
Heraclea
Epipole
Helorus
Metaurus
Motya
Macarium
Macarenses
Morgentia
Omphace
Thermæ
Tapsus
Tyndaris
Tarchila
Thisse
Hycarum
Selynis
Selynuntij
Mons regalis
Gulielmus
Fredericus II
Flumina
Plemmirius
Symethus
Himera
Gela, Helorus
Alabys
Hypsa
Vagedrusa
Pantagia
Camarina
Insulæ Aeoliæ
Lipara
Thermissa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insiſci codice præſules.

tata ſint,ut ſuperius oſtendi:Codex fiſci hodie XII.tantũ præſules deſcriptos habet. Cephaludenſem,Panormitanum,Agrigentinum,Caranienſem,Mazarienſem, Militenſem, Meſſanenſem,Maleuitanum ſeu Maleenſem,Montis regalis,ſancti Marci,Pactenſem.

SICILIAE RELIQVA AC POSTERIOR HISTORIA.

ENARRATIS igitur Siciliæ cum initijs tum locis,ea nunc dicenda reſtant, quæ poſt captas à Marcello Syracuſas ſunt ſecuta,quando Sicilia in prouinciæ formam redacta per prætorem à Romanis adminiſtrabatur. Deinde ſub Imperatoribus uſq; ad Caroli tempora.Tunc igitur partito inter utrunq; imperium orbe Sicilia omnis cum Calabria & Apulia Conſtantinopolitano ceſſit.Cui ſine controuerſia paruit uſque ad Nicephorum Imperatorem cognomento Thomam,quo tempore Saraceni Apuliam,Garganum montem,Luceriamq;,& nonnulla circa loca occupauerunt,anno D.CCCCXIIII.Vnde ſæpe poſtea factis excurſionibus Calabriam,Neapolim,Lirimq; aduſq; flumen,& loca urbi uicina penetrauere.Quibus Ioannes X.Pont.una cum Alberico Hetruriæ comite occurrendo ui maxima reſtitit, illi ad Garganum ſe recepere.Deinde poſt annos ferè.C.quàm Italiam tenuiſſent,penitus expulſi ſunt.Quomodo autem,aut à quibus expulſi ſint duplex eſt fama.Otho Præſul Phrygienſis de geſtis Frederici primi,dicit Robertum cognomento Guiſcardum quod erronem eorum lingua ſignificat quoniam telluris multum uictor obtinuerit,inter Normãdos natus, in Italiam ad quærendas nouas ſedes tunc primum uenìſſe:ubi Apuliam colonis paucis atque ignauis habitatam aſpiceret,ſuos domo aſciuiſſe cum exercitu:breuiq; tempore omnẽ eam regionem ac Siciliam expulſis Græcis ſimul & Saracenis,in ſuam poteſtatem redegiſſe.Altera eſt fama,crebrior quidem inter authores.Tancredus Normandus armorum gloria inſignis cum numeroſa prole finibus ſuis egreſſus in Italiam,in Aemyliæ regione conſedit,& iam principem Salernitanum bello laceſſiuerat,cum filius eius Gulielmus cognomento Ferrabas cum Molocho præfecto Michaelis Catalaici Imp. Conſtantinopolitani, qui Calabriæ Siciliæq; præſidebat,ac principibus Capuano & Salernitano tranſegit, ut ſi Apuliam à Saracenis recuperaſſet,eam in parte poſſideret. Qua demum armorum ui potitus,ac ſpe conditionis deceptus paulopoſt una cum XL.milibus Normandorum,qui ad expeditionem Hieroſolymitanam eo tempore ſe accinxerãt, Siciliam, Apuliam, Calabriã cepit:ac Melphim edito in colle,quo impedimenta congereret,ædificauit. Atq; ita imperium moriens reliquis ex ſucceſſione fratribus dimiſit, qui comites Siciliæ dicti XLIII. annorũ ſpatio, magna cũ felicitate creuerũt.Inter quos Drogo fratri ſucceſſit,annos VII. qui primo reiectus ab exercitu Michaelis Etheriaci Imp.mox apud Auſidũ amnẽ uictor diſceſſit.Poſt quẽ Hunphridus,mox quartus Gottifridus,inde Robertus Guiſcardus ſucceſſere. Is igitur ultimus res bello magnas geſſit:Apuliam per ſe,Siciliam per Rogeriũ fratrẽ rexit.A Nicolao II.Pontif.dux atque Feudatarius conſtituitur: Normandorum auxilijs ei conceſſis,quibus rebelles proceres in officio cõtineret,ac Beneuento reſtituto,quod frater eius Gulielmus occupauerat,de quibus omnibus apud Aquilam in concilio conuenere.Gregorium VII.Romæ obſeſſum per portam Flaminiam irruptione facta,ab Imperatoris Henrici III. iniuria aſſeruit. Quare ab eodem Apulia rurſus hac conditione conceſſa,ut Anconam,Picenumq;,quod gens eius occupauerat,redderet.Neapolim primus poſſedit longa obſidione ui expugnatam.Poſtremo contra Alexium Imperatorem,qui Chriſtianis aduerſabatur,profectus in Græciam plurimis locis captis apud Caſiopem inſulam interiit,anno M.L XXXXVI.ætatis uero LXII.uir alioqui laudatus. Tantum ab Antonino Florentino Præſule,ut dominationis nimium cupidus taxatur,Inter liberos eius Rogerium & Boemundum exinde bellum exortum,cum prælatum in regno Rogerium alter quereretur. Itaque haud longe à Beneuento prælio commiſſo Boemundus uictus principatum tantum Tarentinum interuenientibus paternis amicis pacificatoribus tenere permittitur.Paulpoſt deo militans ad expeditionem Hieroſolymitanam ubi res magnas geſſit proficiſcitur. In itinere cum Alex. Imperatore paterno quondam hoſte,fœdus & amicitiam iniit, donatus ab eo muneribus ac liberaliter exceptus: diſcedens uero fidem irritam habendo eius oppida multa inuaſit.Quare in reditu pertimeſcens cum eius imperij tranſitum uitare non poſſet,ſe mortuum finxit atque in archa clauſum deferri, ubi domum peruenit,eueſtigio Dyrrachium claſſe aggreditur, locaq; imperij nonnulla: tandem pax inter eos

Tancredus Normandus
Gulielmus Ferrabas
Melphis
Drogo
Hunfridus
Robertus Guiſcardus
Rogerius & Boemundus
Con. Alexium Imperatorem

eos facta.Rogerio interim poſt annos regni XXV.uita functo Gulielmus filius ſuccedit: qui ſtatim inito principatu,Alexij Imperatoris iam defuncti filiæ nuptias expetens,Cõſtantinopolim contendit,ſtatu prius rerum ſuarum Caliſto II. Pontifi. cõmendato. Rogerius inter hæc Rogerij fratris filius,capta abſentis occaſione ſpretoq; Pontifice,regnum inuadit.Gulielmus ſpe nuptiarum fruſtratus,regnoq; ſimul eiectus ſeſe ad principem Salernitanũ recepit. Ibiq; priuatus ex animi mœſtitia diem ſine liberis obijt.Rogerio itaq; ſecundo per uim principatum occupanti,Caliſtus bellum indicens,dum eius rei gratia ſe Beneuentum confert,paulopoſt morbo correptus interijt.Innocentius II.deinde cauſam proſecutus,cum eo apud S.Germanum uictor conflixerat,niſi paulo poſt duce Calabriæ Rogerij filio cum ſupplemento uenìente captus fuiſſet:à quo & patrem captum dimittere ac oĩa quæ circa regnum optauerat,præterq; regis nomen concedere cõpulſus eſt.Poſt hæc Anacleti Pſeudopontificis partibus fauens,ab eo utriuſq; Siciliæ rex declaratur, aduerſus quẽ Innocentius iuuante Lotario Imp.cum exercitu profectus,eum regno deiecit,quod ille ſtatim Pontifice defuncto recuperauit.Belli gloria clarus eſt habitus,ac inter cæteras expeditiones Africanam Chriſti cauſa ſumpſit,in qua Tunim tributariam fecit:cum Imp.Cõſtantinopolitano dimicauit.Demum è Sicilia reuertens,amiſſis opera Venetorum quibus hoſtis erat XX.triremibus fuga euaſit, ac Panormi extinctus eſt ſuperſtite filio ſucceſſore Gulielmo II.qui regnauit annos duodecim.Is igitur rex primus ab Innocẽtio quarto creatus eſt:Magnusq; ob eam cauſam appellatus.Sed mox immemor beneficij terras Pontificis apud Beneuentum occupat,ille iratus eum regno abdicat:Emanuelem Imp.cõtra eum excitat,ipſe interea aduerſus cum exercitu ire pergit. Quem cum omnia ſuperãtem & proceres eius à quibus ad hoc excitatus fuerat cum eo conſentientes animaduerteret, inuitis patribus,qui bellum malebant,de pacis conditionibus egit.Gulielmum ſupplicem ac humi proiectum ueniam petentem in regnum rurſus reſtituit.Is ad extremũ decedens filium Gulielmum tertium reliquit hæredem.Qui rexit annos XXV. Partibus Alexandri III. Pont.maxime fauit,pecunia fugientem iuuit.Hieroſolymitanæ denicq; expeditioni opibus contra Saladinum præſto fuit.Siciliæ tantum profuit,quantum pater ante nocuit:Mõtem regalem urbem extruendo,pauperes fouendo,quibus meritis Boni cognomentum accepit patris comparatione qui Malus eſt appellatus.Huic demum ſine liberis extincto Tancredus quidã è genere Guiſcardi nothus eligit:Clemẽte & eius ſucceſſore Cæleſtino III. acriter obſiſtẽtibus, ac res repetentibus. Ille interea cædibus & rapinis omnia complebat. Cæleſtinus ut aliò rem trãsferret, Conſtantiã Rogerij regis filiam deo dicatam è cœnobio Panormitano Henrico Frederici Imperatoris filio ſimul cum regni iuribus matrimonio tradit.Henricus igitur Tancredum bello perſequens Neapoli demũ obſeſſum interfecit. Regnoq; unà & imperio ſucceſſit,ac utrunq; mox Frederico II. filio reliquit. De quibus in alio libro inter Imperatores dicam.Res ad Manfredum Frederici II.filium nothum deducta,uirum facinoribus coopertum. Qui eueſtigio loca Põtificis inuaſit:Inno.IIII.Alexandro III.& Vrbano IIII.maxime infenſus,ac regno abdicatus,euocato contra eum Carolo,diui Ludouici Francorum regis fratre, Andegauenſium duce,cui regnum conceſſum. Quod probatum deinde à Clemente IIII.hac lege fuit,ut XL.mil.nummũm aureorum quotannis Pontifici penderet. Igitur anno M.CCLXIII.Carolus traiectis Alpibus quũ diu uarijs prælijs cum Manfredo cõcurreret, eum tandem apud Beneuentum ſuperatum interfecit.Deinde Conradinum Impe.Manfredi fratris filium auxilio uenientem,poſt multa prælia,poſtremo apud lacum Fucinũ,cum Henrico patruo rege Sardiniæ,& toto exercitu ſuſtulit.Carolus itaq; ſuperatis hoſtibus,uindicatoq; ſibi citra ultraq; Pharũ Siciliæ regno Romam uenit,ubi ſenator factus rem urbanam aliquãdiu ſuo arbitratu diſpoſuit: Vrſinis maxime inuiſus.Pace itaq; in Italia conſtituta in Africam proficiſcit, ſuppetias fratri Ludouico ferens,qui Chriſti cauſa res ibi gerebat,quo paulopoſt extincto cum Saracenis reddita Tuni quam ceperat, tributi cõditione pacem fecit:mox in Italiam reuerſus omnia turbata offendit.Nicolaus III.gentis Vrſinæ ob ueterem familiæ ſimultatem eum ſenatorio munere deiecerat,ſimulq; Petrũ Aragonem ſollicitauerat,ut iure hæreditario Conſtantiæ uxoris quæ Manfredi regis filia fuerat,regnum Siciliæ inuaderet.Petrus itaq; hac ſpe erectus,cũ claſſe quaſi aliud ſimulans Sardiniæ propinquat:Siculos ſtatim Gallis infeſtos clam ad defectionẽ ſollicitat. Qui ad unũ oĩes, ueſperi dato ſigno, ex ea natione utriuſq;

Gulielmus
Rogerius II
Contra Saracenos Afri.
Gulielmus II rex primus
Gulielmus III
Tancredus nothus.
Conſtantia Rogerij filia.
Henricus Frederici filius.
Fredericus II Imperator.
Manfredus
Carolus Andegauenſis.
Conradinus Imperator
Carolus contra Saracenos
Conſtantia Manfre. filia.
Petrus Ara.
Galli in Siciliа interfecti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carolus II

sexus interficiũt. Quo ꝑpetrato Petrus statim Siciliã occupat, anno M.CCLXXXIII. Carolus itaq; in hoc tumultu aduersus ire parans, extinctus est Neapoli superstite Carolo II. filio. Hic paternã expeditionẽ prosecutus, pugna nauali apud Siciliã cõgrediẽs superat atq; capit. Martinus quartus Pont. interea Gallicis fauens Petrũ sacris interdicit, regnoq; paterno abdicat, bona diripientibus cõcedit. Quæ omnia eius successori Honorio IIII. postea, ꝑbata fuere. Quapropter Philippus Caroli patruus Galliæ rex inito prælio cũ Petro Gerundã propè abstulerat, nisi pestilentia excessisset: quẽ & ipse Petrus secutus paulopost

Iacobus & Fredericus

ex uulnere interijt, relictis Iacobo & Frederico filijs: quorũ Fredericus ex Hispania cũ classe delatus in Siciliam à Roberto Caroli filio uexatam, nõ solum Siciliam totam, sed & Calabriæ partem assecutus est. Iacobus uero domũ reuertens regnũ paternũ inijt, Sicilia dimissa sese apud Bonifacium de fratris iniuria excusando. Quare ab eodem rex Sardiniæ creatur, modo eam à Pisanis liberaret. Carolus autẽ quẽ supra captũ in prælio dixi, statu eius interim Neapoli à legato apostolico incolumi seruato, quadriennio post à Frederico dimittitur, pacificatore Carolo Valesio Philippi regis fratre, ea de causa cum exercitu in Italiam profecto. Cõditiones fuere ut Siciliam Fredericus, dum uiueret sibi haberet, dimissis Carolo quæ in Italia ceperat, daretq; operã ut sua impensa Pontificis cõsensum his rebus impetraret. Dũq; hæc peragerent, duos interim filios obsides tribueret. His actis Carolus paucis post annis de uita decessit, relictis ex Maria filia regis Pãoniæ maribus XIIII. è qbus notiores VII. fuere. Carolus Martellus, qui rex postea Pãoniæ fuit, & pater Andreæ, q successit in regno Apuliæ Roberto fratri & interfectus à Ioanna fuit. Diuus Ludouicus qui Præsul Tholosanus ordinisq; minorũ, & inter sanctos relatus fuit. Robertus dux Calabriæ qui regno successit. Philippus Princeps Tarentinus pater Ludouici Ioannæ reginæ coniugis. Raimundus. Ioannes princeps Peloponnesi. Petrus comes. Duas uero filias alteram Blancam Iacobo Aragoni, Leonoram autem Frederico Iacobi fratri locauerat. Regnauit annos XXXIII. Vir quidem domi felicior ꝙ foris, liberalis in primis habitus regiæq; naturæ, unico tantũ libidinis uitio senectutem fœdante. Robertus post mortẽ patris Clemente V. probãte regnũ inijt, anno M.CCCVIII. tenuitq; XXXIII. uir domi forisq; admirabilis. In primis liberales artes coluit, doctisq; præsertim Petrarchæ magnopere fauit, unicus Florẽtinorũ & omniũ Guelphorũ amicus. Henricũ VII. Imp. Italiã turbantẽ bello persecutus est, Fredericũ Aragonẽ finitis inducijs cũ tota Sicilia afflixit, filiũ suũ Carolũ Florentinis à Castrutio Lucẽsi bello pressis, ac sine cõtentione dñm petẽtibus, misit qui paulopost ætate florente decessit supstite filia Ioanna, quæ postea regnauit. Nõ præteribo rem miram quæ hoc tẽpore cõtigit. Nicolaus quidã Calapiscis cognomiatus, ex Apulia oriũdus à puero in mari assuetus agebat, interq; marinas beluas illęlus plures dies cõtinuos uersabat ꝓfũda pelagi penetrãdo. Nautis sæpe uisus tanq; marinũ monstrũ apparebat, futuras quoq; tempestates prædicebat. Extincto Roberto Andreas Caroli Pannoniæ regis filius rem suscepit, anno M.CCCXLII. qui Ioannã in matrimoniũ duxit, eiusdẽq; dolis ꝙ ignauus uideret interfectus, post annũ tertiũ ꝙ regnare cœperat, superstite filio Carolo cognomento Paruo: illa uero alteri nupsit, cõsobrino, Ludouico filio Philippi Tarentini principis, fratris Roberti. Quod scelus Ludouicus Pannoniæ rex, Andreæ frater, ulturus, in Italiã cũ exercitu uenit, illisq; fugiẽtibus in Prouinciã Neapolim potitus est menses aliquot. Inde pestilentia cõpulsus decessit relictis Pannoniorũ in ea præsidijs. Ioãna interea rediit ex Gallijs, & à Clemente Pont. Neapoli unà cũ uiro Ludouico regni sceptrũ diademaq; accepit, ac feudi debiti loco Auenionẽ Pontifici ex patrimonio tradidit. Insequente deinde tẽpore prosperа semper est usa fortuna. Decedente Ludouico, Ludouicũ alterũ ducem Andegauensem regis Galliæ fratrẽ in regnũ adoptauit. Quapropter à Carolo nepote Ludouici Pannonij, qui cõtra Ioannã pauloante uenerat Vrbano Pont. impulsore, prælio superata est, ac puluillo ori iniecto necata. Cõtra hũc Carolũ paulopost Ludouicus ipse Andegauẽsis cũ LV. mil. Gallorũ traiectis Alpibus uenit, ac per Hetruriã iter faciens biennioq; cũ Carolo frustra dimicans in Apulia morbo perijt. Andegauenses reliqui eius exercitus Arretio quod Ingerranio duce cũ supplemẽto uenientes ceperãt: Florentinis LX. mil. aureis uendito, ad summam redacti egestatẽ palantes domũ sese receperũt. Carolus igit̃ tertius potitus interfecta regina, & superato Ludouico quatuor rexit annos. Deinde ad Pannoniæ regnũ à proceribus accersitus paulopost reginæ uiduæ dolis sublatus est, superstitibus Ladislao & Ioanna liberis.

Carolus II. Pies Car. rex Pan. S. Ludouicus Robertus dux q rex postea. Philippus Raimundus Ioannes Petrus Blanca Iaco. Leonora Fre.

Car. Rob. fil. Ioãna regina

Ni. Calapiscis

Andreas Caro. Paruus Ludouic. Phi. principis fil. Ludouicus Pannoniæ rex Auenio diuendita.

Ludouicus Andegauensis in regnum adoptatur Carolus III

Pannonius Ladislaus rex

liberis. Ladislaus principatũ inijt, an. M.CCCLXXXVI. tenuitq; annos XXIX. Cuius initio reliquiæ exercitus Ludouici Andegauẽsis, quicq; ei parti studebãt, mortuo Carolo statim tumultũ excitãtes, pulsis inimicis Neapolim tenuerũt. At Vrbanus VI. uerũ regni successorẽ Ladislaũ adolescentẽ declarauit, iussitq; Caietæ quę sola in officio permãserat sumi diadema, simulq; Albericũ Cunij comitẽ magnũ regni Constabilẽ creatũ cũ exercitu Neapolim misit, q breui pulsis Andegauẽsibus Ladislaũ in regnũ restituit. Hũc deiñ regẽ Rofugato Inno. VII. ad cõponendũ tumultũ in urbẽ cõuocarũt. Qui breui post tẽpore pacatis rebus discessit. Iterũq; reuertẽs absente Pont. dũ Pisis cõciliũ celebrat urbẽ occupat, profligatis ducibus Ioan. XXII. usq; ad regni fines. Pont. postremo Florẽtiæ morante, tertio urbem inuadit, an. M.CCCCXIIII. pro qbus iniurijs ab Alexan. V. primũ regno abdicatus est, & Ludouicus Ludouici Andegauẽsis filius posthumus surrogatus, q hæres postea à Ioanna regina institutus fuit: Ladislaus uero usq; ad extremũ sese defensitãdo incolumis durauit. Florentinorũ præterea maximus hostis, à quorũ duce Malatesta Pisaurensi uictus est. Decessit admodũ iuuenis ex uulua amicæ medicata, opera Florẽti. q si per uitã licuisset tota Italia breui tẽpore potiturus uidebat. Nã præter regnũ, urbẽ Romã, Perusiã, Assisium, Cortonã quã postea uendidit Florentinis, in potestatẽ redegerat. Huic soror Ioanna sine liberis extincto successit. M.CCCCXV. regnauit an. XXI. tẽpore schismatis ac Constañ. cõcilij, Hadriani molem in urbe tenuit: ad quã oppugnandã cũ Brachius Montonus uenisset, paulopost superueniẽtibus ipsius reginæ copijs duce Sforcia repulsus est: Ro. tantũ neutrã sequẽtibus partẽ. Variæ fœmina fortunæ, tũ etiã incõstantiæ fuit: ut quæ prius Iacobũ quendã Marchiæ comitẽ è Gallia stirpe regia oriundũ in matrimoniũ uocauerat, quẽ paucis post ãnis oĩa suo arbitratu administrare uolentẽ eiecit, ac Alfonsum Aragonẽ adoptauit. Qui post aliquot annos ingeniũ animaduertẽs in arce Neapolitana eam obsedit: illa implorato Sforciæ auxilio ad Alfonsum fugit: tandẽ potita Ludouicũ Ludouici Andegauẽsis filiũ, quẽ supra cõmemoraui, hæredẽ instituit: quã quidẽ institutionẽ prius Alexã. V. & deinde Ioãni XXIII., ꝓbatã, Martinus rursus ratã habuit, reclamãte Alfonso. Interim moritur Ludouicus, cui Renatus frater à Ioanna surrogat̃, cũ qua regnauit an. VI. Tandẽ ab Alfonso pulsus in arcẽ nouã primũ se recepit, quũq; Genuẽses amici cũ aliq̃t nauibus frustra auxiliũ tulissent: Florentiã, deinde Pisas, inde Narbonẽ peruenit, ubi cõsenescẽs nõ lõge ante hoc tẽpus decessit, uir in oĩ fortuna festiuus, uacuusq; à curis, & qui quondã late dñabat̃. Nam præter regnũ Neapolitanũ Andegauẽsibus, Lotaringiæ ac ꝓuinciæ ferè toti imperabat, ad extremũ amisso filio Ioãne sine liberis moriẽs, titulũ iusq; regni Neapolitãi Carolo ultimo eius nominis Gallorũ regi, eius necessario, reliq̃t. Qd̃ægre ferẽs postea Renatus iunior dux Lotaringiæ, eius ex filia Violãta & patre Frederico comite Vademontẽsi nepos, se exhæredatũ, in Galliæ regno tumultũ frustra excitare conatus est. Hic etiã postea magna adolescẽs uirtute Carolũ Burgundũ Galliæ terrorẽ ac Ludouico regi formidolosum, aduersus uenientẽ manu sua interfecit, opimaq; ex hoste spolia retulit. Alfonsus igit̃ inter nostri seculi ꝓceres maxime emicuit, nõ solũ armis, sed etiã sapiẽtia sũmis uiris cõparãdus, cuius dictis factis ue priuatim uolumẽ dicauit Antonius Panormita. Hic Ferdinãdo patre Aragoniæ rege defũcto, cũ aliq̃diu regnũ prudẽter administrasset, adoptatus in filiũ à Ioãna Neapolitanorũ regina, dissuadẽtibus amicis expeditionẽ in Italiã sumpsit. Reginæ opem tulit. Ludouicũ Andegauensem ducẽ, q regnũ sibi hæreditario iure debitũ adfirmabat, pluribus prælijs afflictũ expulit. Reginã adoptionis pœnitentẽ minimeq; ꝓmissis stantẽ armis coercuit. Renatũ regni æmulũ bello superatũ cedere cõpulit. Ioãnẽ Vitellescũ Alexãdriæ Patriarchã magnis copijs cõtrauenientẽ regno fugauit. Caietã bis cepit, semel acri pugna deuictam, & iterũ ab altera ciuitũ factiõe cũ defecisset. Neapolim à Renato defẽsam tandẽ expugnauit, ingressus urbẽ per tubos occultos, à fabro q̃dã cemẽtario mõstratos: sicuti & olim Belisario cõtigit. In ea expugnatiõe Petrũ fratrẽ amisit. Alterũ uero Ioannẽ fratrẽ Nauarrę in Hispania laborantẽ periculo exemit. Massiliã urbẽ noctu inuadens cepit ac diripuit. Ac insulam Gerbini quam ueteres Lotophagiten appellauerunt, à continenti Africæ quatuor miliaribus distantem, obsidione cinxit. Bophorium prouinciæ regẽ cũ copijs aduẽtantem in proximo littore uictũ ex minoribus castris ad maiora compulit, nec diu post ab eisdem Barbaris tributa suscepit. Eugenio Pont. qui sibi de regno aduersarius fuerat, quas uoluit pacis dedit conditiones. Franciscum Sfortiam ex agro Piceno armis expulit. In Albania

Albericus Cunij comes magnus Constabilis.

Ludouicus Ludouici Andegauẽsis filius.

Ioanna II.

Inconstantia Ioannæ

Alphonsus Aragonius in regnum adoptatur.

Ludouicus L. F. rursus adoptatur.

Renatus Ludouico fratri succedens ab Alfonso pellitur.

Renatus iunior. Alphon. res gestæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; per legatos Turcarum potentiæ restitit. Prælio nauali una cum Io. Fratre multisq; proceribus captus à Genuensibus & ad Philippum ducem adductus, ab eoq; liberaliter dimissus, regno tandem potitus est. Cui gratus adeo fuit, ut eum testamẽto hæredem scripserit in periculo quondam mortis. Florentinos bis bello petijt, primo cũ auxilio Philippi Mediolanũ contra Venetos proficiscereturinterimq; ille decederet, copias omnis in Hetruria conuertit, quum illi Venetis auxiliares fuissent. Ripam arãciamq; ac nõnulla parua castra in Volaterrano cepit: rursusq; post aliquot annos fœdus cũ Fran. Sfortia Alfonsi hoste inuentes per filium suum Ferdinandũ uexauit, qui Fuuianum Castillionumq; ac alia quædã tunc ex eorum ditione cepit, post eius aũt discessum statim recuperata. Fuit corpore staturaq; breui, natura hilari, humanitate liberalitateq; omnis sui seculi principes excessit. Accumbenti omnes sine discrimine adsistebant, loquendiq; libertas tũc omnibus similiter data. Decessit iam senex anno regni Italici XXII. Salutis M.CCCCLVIII. Ferdinandus eius filius nothus, quem supra à patre missum cum exercitu dixi, regno iam ab Eugenio institutus successit, diadematis insignibus à Latino Vrsino legato susceptis. Felix proculdubio princeps, q ter in summum periculum adductus euaserit. Nam statim in ipso exordio Ioannem Renati Andegauensis filium cum classe aduersus uidit uenientẽ adscitis Genuensibus: deinde Marino duce Suessano, Ioanne Antonio principe Tarentino, Antonio Iacobi filio Cadola, qui inter Præcutinos dominabatur: Duce Sorano, Nicolao Campobasso, Ioanne Vitimilio genere Siculo, Crotonis Marchione. Sed hic ab initio captus à rege fuit, & Iacobo Picinino simul cum Aquilanis. Hos itaq; omnes una contra cõspirantes habuit. Auxiliares uero Pium in primis Pontificem spe nuptiarum spuriæ filiæ, quam Antonio sororis suæ filio simul cum Genlano & Amalfitano principatu recepit. Is enim Simonetum: deinde Robertum Vrsinum impigros duces eò misit. Frãciscus etiam Sfortia per Alexandrum fratrem ac Robertum Seuerinatem cum exercitibus subuenit. Igitur prima apud Sarnum pugna infeliciter gesta, multi ex regis exercitu cecidere una cum ipso duce Simoneto. Inde ad Troiam instaurato prælio Picininus cum suis est fusus. Rex postea cũ Barolum se recepisset, quod oppidum simul cũ Trinio fidissimum in toto regno habebat, præsto ei adfuit Georgius Scanderbechus Castriota, regulus è proxima Macedonia à Pio uocatus. Hic quod adiutus quondam in bello Turcarum à patre Alfonso fuerat, omnibus uiribus regem in eo loco obsessum iam ab hostibus liberauit. Quumq; paulatim ille superior fieret: Andegauensis iam belli fortunæ diffidens, simul quod Gallos Genuæ pulsos uiderat, rebus infectis sexto anno quàm in Italiam uenerat in Galliam reuertit. Reliquos uero aduersarios Ferdinandus, sequestro simul & sponsore Alexandro Sfortia cum sibi conciliasset, regni totius potitus est, uerum conciliatus fidem punicam præstitit. Suessanus ante omnes eum salutatum in castra profectus, statim comprehensus est, custodiq; traditus. Deinde per Præcutinos, Frentanosq; iter faciens Cadolarum in eo loco dominantem famiIiam sustulit. Postremo uero Picininum. Is nanq; è Sulmone quem tenebat, eo tẽpore Mediolanum nuptiarum Drusianæ Franciscifiliæ spuriæ causa uenerat, eoq; deinde adhortante Neapolim regem salutatũ una cũ Francisci legato tutelæ gratia profectus est. Quumq; in itinere Sulmone quasi cunctabũdus substitisset, Bocardus Comes uir Cremonensis supuenit è Neapoli, quem Picininus unum ex omnibus fidissimũ eò cuncta exploratum præmiserat, rex quoq; de industria donis honoribusq; auxerat. Hoc itaq; moras castigãte, securaq; ac læta omnia pollicente, ille iter ingressus obuiam etiam regem honoris gratia procedentem habuit. Post dies aliquot in rosa ludisq; cõsumptos in arcem nouam ad prandium inuitatus, post epulas ultimumq; à rege digressum, captus cuestigio fuit, dieq; tertia, ut est omnium ferè opinio in carcere necatus. Ferdinandus interea literas excusationis Franciscostatim misit, Picininum ingratitudinis accusando, qui nec rebus præteritis ac insectationibus contentus adhuc noua moliretur: quare non solum propriæ, sed Italiæ totius salutis causa eum cepisse dicebat. Franciscus igitur ægre rem ferre uisus, Hippolytam filiam, quæ ad nuptias regis nurus proficiscebatur, iussit aliquandiu in itinere subsistere: Tristanumq; filium ad repetendũ properare. Rex defunctũ iam ei ac refossum ostẽdit, causamq; mortis retulit, q Io. Andagauẽsem ex Aenaria, quã Ischyã uocãt, insula tumultu ac clamore exorto Picininus in carcere uidẽdi cupidus ad altã per subsellia cõscendit feneſtrã: unde cadens crure pfracto paucis post diebus obijt. Res tandẽ conciliata nuptiæq; nurus cõcelebratæ

Pugna Sarnensis.

Io. Picinini filius

bratæ. Bracchiani omnes iam tunc ab initio capto Picinino iussu regis spoliati ac direpti fuere. Drusiana uero uxor, quæ interim Sulmonem uenerat, tantum incolumis cum suis remissa. Post hæc Ferdinandus tris fecit expeditiones, unam in Florentinos simul cum Sixto Pontifice, ut Laurẽtium Medicem inde pellerent, in qua uictor illum compulit Neapolim supplicem uenire, cum eoq; clam annui tributi conditione transegit, ut in historia Florentinorum latius narraui. Deinde in Sixtum IIII. Pontificem adscitis sibi Columnensibus: ubi pugna cõmissa in campo mortuo inter Velitras & Coram, Alfonsus filius cum omnibus copijs à Roberto Malatesta profligatus, turpiter fugere solus coactus est: proceres eius uniuersi capti, ac Romam ducti. paulopost conciliatis rebus gratis dimissi fuere. Tertiam expeditionem in Turcas habuit, qui Hydruntem inuaserant, ubi militum flore consumpto regni uires adeo exhausit, ut præter auxilia sacros templorum thesauros attingeret. Facileq; tunc animaduersum non ei pecuniam, aut potentiam esse, quæ in opinione prius hominum fuerat, quam opinionem auxerat eius auaritia. Tanto igitur periculo Turcarum principis interitus finem imposuit: præsidium quòd erat Hydrunti, in regis se fidem saluis rebus conditione dediderunt, quam Ferdinandus minime seruauit. Post hæc proceres regni rursus in eũ cõspirauere: authore Antonello principe Salernitano: Innocentiũq; Pont. an. I. Põtificatus eius ad hoc adsciuerũt: qui authorato Roberto Seuerinate cũ à militibus ac suis deciperetur, pacem ea conditione fecit, ut rebelles uenia concessa conseruaret, ac tributum Pontifici debitum penderet, quod neutrum rex seruauit. Itaque procerum pars aufugit, ut princeps Salernitanus: pars capta, ut Anellus qui orator Romæ diu ipsius fuerat, Antonellus Auersa eius scriba, nonnulliq; alij quos omnis de medio sustulit. Reliquis autem in moribus, mente fuit subdola, nemini fidus, minimeq; aperte irascens. In uenationibus frequens. Nam CCC. solebat accipitres cum totidem magistris alere, ubi obiter & legationes audiebat, & negocia plura obibat. Ex Isabella ducis Sueſſani filia liberos suscepit. Alfonsum Calabriæ ducem, Fredericum, Io. Cardi. & Franciscum. Fœminas uero Hallonoram, quam Herculi Estensi, & Beatricem, quam Matthiæ Pannoniæ regi, tertiam uero spuriam Antonio Pij Pontificis propinquo locauit. Henricum item spurium ex quo genitus Aloysius, qui neptem Innocentij pontificis pactam matrimonio prius habuit: mox Pontifice defuncto abdicata, Cardinalis Tarraconensis est à successore creatus. E regijs filijs Franciscus & Ioannes Cardinalis, ac Henricus iuuenes admodum defuncti patre superstite, q demũ & ipse ex morbo ferè sexagenarius decessit, anno M.CCCCXCIIII. regni autem XXXIX. Alfonsus rem paternã suscepit ex Card. Montis regalis legato Alexan. Pontif. propinquo, dfademate susceptro, magno quidem apparatu lætitiaque, quam paulo post in luctum commutauit, ob Carolum Gallorum regem aduersus uenientem: Quapropter timore perculsus, simulq; quod infensum se populis esse conspexerat. uix toto uertente anno ubi se regno abdicarat, eoq; filio Ferdinando permisso, cum bonis quibus potuit in Siciliam aufugit, ubi in cœnobio Montis regalis, inter monachos agens abstinẽdo, ueteris uitæ pœnitentia libidines ac scelera præterita, quibus maxime fuerat obnoxius, magna ex parte uidetur expiasse. Biennioq; tantum postea uixit. Dux fuit alioqui in bello magis infortunatus quàm imperitus, exactorq; ac uindex disciplinæ militaris seuerus, nonnullis uero potius crudelis. Ferdinandus igitur iunior ita ut dixi à patre institutus, ætate anno rum XX. in ipsam Gallici tumultus flammam incidit, quam proculdubio non expectauit, sed sponte cedere statuens, cum gratia atq; indole suos omnis antecederet, regni proceres ad se uocatos in hanc sententiam est adlocutus. Quando deus ita iuberet se furori Gallorũ cessurum, ne quod uiribus impar esset illis potius quàm sibi incõmodum pariat. Nam secũ agi longe felicius putare, regem in bello per fortitudinem mori quàm priuatum per ignominiam uiuere. Quod si amor ullus Aragonensium apud eorum corda remaneret, eũ quãdoq; si forte superstes fuerit post eam calamitatem, in patriam reuocarent, sperarentq; non regem sed regni laborisq; socium habituros. His dictis omnes amplexus ac lachrymãs discessit. Carolo uero post menses VIII. in Galliam reuertẽte in regnum rursus reuocatus, post biennium decessit sine liberis, Frederico patruo successore relicto. Pulsus & ipse post annum sextum à Ludouici Gallorum regis exercitu in Aenariã proximam insulam cum tota familia cõfugit: inde in Galliã cõcessit, secq; ipsius regis misericordiæ pmisit: cuius hũanitate seruatus incolumis nũc uiuit, ac apud eũ pro regia maiestate tractat. Hic Aragonẽsiũ finis, qui

Alphonsus iunior

Ferdinandus iunior

Fredericus

qui præter ipsum cum filio omnes periere. Regnum deinde ipsum, inter Galliæ Hispaniæq; reges diuisum, minime seruatis limitibus, eosdē in hodiernum diē diuersis agitauit discordijs atque prælijs, quæ omnia in historia cum Gallorum tum aliorum latius aliquantulum narraui.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. VII. GERMANIA

GERMANORVM quàm latissima & libera natio: exteros siquidem nunc̄q; admisere, quin potius alienas ipsi, puincias occupauerūt. Nam Franci, Cimbri, Longobardi, Vandali, Burgundiones, Germani oēs, ut postea narrabimus, magna in terris pegrinis regna excitauere. Primi Ro. Drusus Nero & Germanicus in suis eos sedibus lacessiuere, magis q̄; subiugauere, ut ait Tacitus. Carbonem, Cassium, Scaurū, Aurelium, Seruiliū Cepionem, M. Manliū quoq; fusis quinq; simul consularibus exercitibus Po. Ro attriuerunt. Quintiliū Varrū tresq; cum eo legiones etiam Augusto abstulerunt, nec unq; postea sub iugum missi. Ciuitates eorum alijs aliæ reguntur politijs, seu duces, seu comites, seu leges habentes proprias, partim etiam imperatores Ro. de quibus alio loco dicetur. Gens fidelitate cōspicua. Nam Phrisiorum legatio, ut Tacitus scribit, tempore Neronis Romā ueniens, cū in spectaculis quosdam legatos in Orchestra sedentes conspicerent, audirentq; ob fidem in Ro. hunc eis honorem adiudicari, subiratos respōdisse fertur, nullos esse mortales Germanis fideliores. Quare & ipsi ex eo loco promoti in Orchestra consederūt. Iul. etiam Cæsar eos castitate commendat, ac mares ante annos XX. fœminæ usum ignorare, præterea casei lactisq; auidissimos dicit. Sed & quod nostra cernimus tempestate circa æris ferriq; officinas miro ac calli do ingenio uersantur. Nam instrumenta bellica, machinas, præterea ferreos literarum characteres, eorum nuper inuentum omnes facile norunt. Loca eorum quanq; difficile perscribere, quod ex magna parte sicut & cætera nomina ædificiaq; mutauerint, tum quod Ro. non sæpe accessa, quæ tamen inueni ac deprehendere ex autoribus partim etiam ex locorum indigenis potui, in medium adferam.

De moribus Germanorum

DE DIVISIONE GERMANIAE ET POPVLIS CITRA RHENVM.

GITVR Germaniæ longitudo cum Rhetia, & Norico Plinio ex autoritate Agrippæ pass. M. DCLXXXVI. latitudo. CCXLVIII. Ptolemæo autē latitudo ab Alpibus usq; in Oceanum, longitudo intra Rhenum & Vistulā fluuios. Straboni usq; ad Albim tantum. Plinius ultra Vistulam Sarmatiæ partem prope Borysthenem intra limites eius contineri dicitur. Nam uniuersam in quinque diuidit genera. In Isteuones proximos Rheno, quorum sunt Cimbri mediterranei. Hermiones quorū sunt Sueui, Hermandui, Catti, Cherusci. Ingeuones pars Cimbri Teutones ac Caucorum gentes. Vindelos, quorum sunt Burgūdiones, Varini, Guthones, Peucini, Basternæ Dacis contermini. Ptolemæus in tres eos diuidit partes, in Germaniam superiorem, inferiorem, & magnam: ut qui ad Rheni fontes habitant Italiæ uicini usque ad Vangiones nunc Vvormacienses superiorem: qui uero uiciniores Oceano septentrionicq; sunt, inferiorem teneant: magnam trans Rhenum penitiores uocat populos usque ad Albim. Igitur in Germania superiore gentes hæ finitimæ inter se sunt. Rhetij, Vindelici, Norici, Boij, Heluetij, & qui Pannoniam superiorem nunc Austriam colunt: Qui oēs prope Alpes Rhenicq; fontes ac citra Danubium regiones tenent. Rhetij, ut Trogus scribit, à Rheto duce Hetruscorum, qui expulsi à Gallis in proximis Alpibus consedere. Rhetios & Vindelicos hodie inter Sueuos ponunt, antiquitus autem Sueui loca inferiora & latiora occupabant. De quibus postea dicam. Horum ciuitas Augusta Vindelicorū nomen adhuc retinens priscum: Vlderico Præsule sanctissimo decorata, eiusq; nomini basilica dicata. Constantia à Constantio principe dicta, Ptole. Gaunodorū, celebris cōcilio. ubi Martinus V. tribus abrogatis Pont. creatus est. Sequunt Norici, & Boij. Quorū regionem Bauariam nostra ætas uocat, quasi Boariam. Nam in eo loco ponunt Ptole. Boij, & Bononia urbs. Strabo est autor quod Boij relicta Italia regionem Noricorū incoluere. De his itaq; atq;

Rhetij Vindelici

Augusta Vindelicorum.

Cōstātia quæ Gaunodorum Tauriſci

atq; alijs in hanc sententiam scribit. Rhetij, & Heluetij Vindelia & discreta Boiorum regio ad Istri fontes prope syluam Ercyniam sunt usque ad Pannonios. è quibus Heluetij, & Vindelici in montibus campos habitant. Rhetij uero & Norici usq; ad Alpium summa tenent, & Italiam uersus inclinant. Hinc Insubribus, inde Carnis & Aquileiæ tractui. Idem libro v. Priscis temporibus plurimæ Gallorum gentes Padum incolebant, è quibus amplissimi fuere Boij, Insubres, & qui olim cum Gessatis Senones Roma per uim potiti sunt. Hos Romani posterioribus annis perdiderunt. Boios uero è finibus eiecerunt, inde migrantes circum adiacentia Istri loca cum Tauriscis habitarunt. Hæc Strabo. Tauriscos enim Noricos uocat. Plinius item. Aenus enim fluuius Basarios à Vindelicis, & hos à Rhetijs Lycus diducit. Necq; est (ut ait Strabo) nunc deserta regio, sed populis frequens. Nam sunt Bauaris siue Noricis nūc ciuitates Badacum, hodie Salezaburgensis, à fluuio quam Salezan uocant, qui ab Aeno profluit. item Ratispona metropolis eius. Etelburgium, ubi schola literarum, cui comes Palatinus dominatur, elector Imperij ex Bauariæ ducibus. Is nūc cum Maximiliano bellū gerit: amisitq; nuper auxilia in prælio Boemorum sex milia. Hos sequitur Pannonia superior, nunc Austria, cuius longitudo sex dierum iter extenditur, latitudo duplo minus. Tellus aquis irrigua, uitibus consita, unde uinum in Boemiam, Moraviam, Sleſiam exportant. Danubio uicina, ducibus subiecta, quos omneis repetij dum inter imperatores de Maximiliano mentionē facio. Eius oppida Vienna, olim Flexum quantum ex Ptolemæi collocatiōe cognoscere possumus. Item Noua ciuitas, ubi Australes Fredericū ab Italia redeuntem obsederunt, Ladislaum puerum regem postulantes. Heluetij quos nūc Suizeros uocant, circa Rheni fontes habitant. agros etiam in Italia possidēt, citra montem qui S. Gothardi appellatur Mediolanēsis diœceseos, prodiga gens animæ, ac bellacissima: breui utuntur armatura, pectore tantum uerticeq; ac parte interiore lacertorum contecti. Hos ad CCC. mil. olim transire conantes in Galliam, Cæsar in Heluetiorum bello compressit, amotis equis & ponte uno die supra Ararim constituto. His annis multa eorum milia cum Carolo Francorum rege in Italiam uenientia uidimus, qui seditionem Romæ magnā excitauerunt. Nuper etiam Germanorum inclytum fidei nomen infamauerūt, prodito Ludouico Sforcia Mediolani duce, quem ei militantes captum in acie hosti Gallo repetenti tradiderunt. Oppida eorum Lucerna olim Nasium, Berna nomen adhuc retinēs antiquū: incolæ Bernenses quorum meminit Pli. Forum Tyberij Suntia. Turegium olim Tuguri/num. Curia & Curienses antiqui populi & alij cōplures pagi, liberi alioquin & indomiti, & dū hæc proderem Imp. Maximiliano aduersi. Proximi Heluetijs citra Rhenum Rauraci Plinio Ptolemæoq; appellati. Quorum ciuitas Augusta Rauricorum, nunc Basilea uocata imperatoria urbs, ubi pernicioſum illud concilium Germanis sollicitātibus uix tandem magno negocio Eugenij IIII. periculoq; sublatū est. Hos iuxta in eadē ripa Argentoracū nūc ciuitas Argentinēsis. Deinde Spirensis, & Vangiones nūc Vvormacienses. Maconti/acum nunc Maguntia, Præsuli subiectum. Hic Martinum colunt, in cuius etiam festo mercatum celebrant. Præterea Confluentia, ubi confluunt amnes, & Lucenburgensis, noua urbium nomina. Proxima Colonia est Agrippina M. Agrippæ monumētum, qui hos populos à se uictos ac uolentes in citeriorem ripam traduxit. Hic corpora trium Magorū è Mediolano Frederici concessione translata, maxima eius populi religione adorantur. Deinde Cliuensis ducatus, olim Butonodorum, & Vetera castra Ro. Ptolemæo. Trans Rhenū uero nō longe oēs hi ferè populi sunt, Vbij, Bataui, Phrisij, Sicambri, Tencaterij, Vsipetes, Cherusci, Catti, Hermandui, Cauruni, Longobardi, Sueui. Quos nūc Holandia, Selandia, Gelria, Assia, Marchia Badēsis, Istualia, Francones. Et Sueui usq; ad Albim fluuium occupant. Hos omnis Drusus & Germanicus bellis olim lacessiuere. Batauі enim, ubi nunc Holandia, propinqui Oceano inter duo quasi Rheni brachia insulæ modo ciuitatē habēt Trajectensem, ubi Ptolemæus Naualia ponit: cui Præsul dominatur tātum Imp. subiectus, alioquin potētissimus, ut q XL. armatorū milia ad bellū educit. Hic etiā Martinū præcipue colūt, cui & basilica dicata ob coerciti Rheni in eius festo, pdigiū, qui agrū maximo periculo Trajectēsem inundauerat. Præfuere huic urbi tres Præsules, unus martyr Gregoras, anno CLXXII. alter Lābertus regnāte Pipino. III. Seruatius Hebreus Hieronymi rpe: ambo cōfessores. Prope est Selādia ferè ultia Germaniæ tellus inter septētriōes & occidētē Rheni ostijs obiecta, hęc Philippo archiduci, una cū Flādria & Brabātia paret, urbs eius Mitelburg.

Boij
Boiaria
Tauriſci
Norici
Aenas flu.
Lycus flu.
Badacum nūc
Salezaburgē.
Ratiſbona
Etelburgium
Palatinus
Vienna flexū
Noua ciui.
Heluetij
Lucerna
Nauſium
Berna
Forumtyberij
Suntia
Tugurinum
nunc Turegium.
Curienſes
Raurici
Auguſta
Rauricorum
Baſilea nunc
Argentoracū
Spira
Vangiones
ſeu Vuormacienſes.
Maconticacum
Colonia
Agrippina
Ducatus
Cliuenſis
Butonodorū
Vetera caſtra Ro.
Batauі
Holandia
Traiectenſes
Naualia
Selandia
Mitelburgen.

negociatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbij negociatorum locus. Vbij trans Rhenum Straboni, ubi nunc Marchia Badensis sub duce Cliuensi. Tres em in Germania Marchiæ sunt, hæc de qua loquimur, altera uetus inter Saxones, tertia noua prope Pomeraniã, de quibus postea. Istualia & Istuali populi quos Plinius Isteuones uocat proximos Rheno è regione Coloniæ utramq; tenẽt ripam. Visurgi amne quẽ hodie Veserã uocant ab oriente terminãt, à meridie uero mõtibus Anobis Assiæ coniuncti. Cum Istualis Carolus Magnus pro fide dimicauit, donec eos Christi religionẽ subire coegit: Sæpe uero rebellantes & ad pristinam seditionem redire conãtes coercuit, quosdam inter eos clandestinos iudices constituendo, quos Scabinos uocabat quibus potestas plectendi foret. Assia inter Isteuones & Francones montana regio, quæ à Rheno in septentrionem porrecta Thuringiæ iungitur uersus Anobos montes. Thuringi enim his proximi sunt, eosq; putauerim esse quos Plinius Cimbros mediterraneos uocat. Sicambri quoq; Gelrenses hodie putati, quos Cæsar traiecto Rheno se fugasse dicit in commentarijs. Hi ut ait Strabo, duce Melone cum Rom. dimicantes ac uicti, datis obsidibus pacem fecerunt, quibus illis proditis rebellauerint. Vsipetes & Tencaterij, ut scribit Cæsar à proximis Sueuis exagitati traiecto Rheno Menapiorum loca in Gallia occupauerunt. Sueui antiquum retinent nomen. Non una gens est ait Tacitus, sed maiorem Germaniæ partem obtinẽt propijs nationibus & nominibus discreti. Insigne gentis obliquare crinẽ: hi partim ultra, partim citra syluam habitãt, quorum uetustissimi, Senones, Longobardi, numero quidem minores, sed armis superiores. Inter Sueuos etiam Rhetios hodie ponunt, sicuti supra cõmemorauí. In quibus Cõstantia urbs supradicta. Vlma quoq; continetur quæ Alcimenes uidetur Ptolemæo uocari supra Vindelicos sita. Deinceps de Franconibus, postea de Lõgobardis dicam: nomina utraq; antiqua. Frãconum meminit Cicero in epistolis ad Atticum, à meridie Sueuos & Bauaros habent, ab occasu Rhenum, ab ortu Boemos, Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio uocato, in Rhenum defluente. Plures eorum ciuitates ac claræ. Inter quas Herbipolensis, cui dominatur Præsul idem & dux Franconiæ. Quare dum sacrificat strictum ensem in ara collocat. Hic emporium nobile quo ex utraq; Germania conuenitur. Hic etiam mos est Imperatorem deligere. Herfordensis urbs nobilis Maguntino Præsuli subiecta, literarumq; studio celebris. Bambergensis ad Regantum nouo fluuium nomine sita, quam Henricus I. Impe. quem ciues pro Sancto colunt exstruxit. In ea situs est & Berengarius Cæsar qui Italiæ regnum occupauit. Habet & arcem munitissimam, in quam narratur olim Albertus Franconiæ dux se recepisse contra obsidionem Ludouici regis, deceptusq; ab Othone præsule Maguntino cũ aliter expugnari non posset, in eius fidem ac iusiurandum ad Ludouicum ineundi fœderis gratia discessisse: quumq; aliquantulum spatij processissent, hortante ipso Præsule ambos ad prandium redijsse, quod ieiunos proficisci ob moram forte longam futuram nõ oporteret. Pransi igitur iterum egressi quum ad Ludouicum ueniissent, Albertus eueſtigio trucidatur frustra præsulis fidem imploranſ: at ille sese uti promisit semel eum incolumem reduxisse aiebat. Nurenburgen. quoque in Franconia potẽtissimi. Nõnulli item Præsulẽs, oppida complura, ciuitates quas imperiales appellant Imp. tãtum subiectas retinent, dux tamen Bambergensis Franconiæ primus habetur. Ex hac igitur natione Franci prouenerunt qui nunc rerum in Gallia potiuntur, quorum supra in eorum historia memini.

Marchia Badensis
Isteuones
Istuali
Visurgis
Montes Anobi.
Assia
Thuringi
qui Cimbri Mediterrane.
Sicambri qui Gelrenses.
Vsipetes
Tẽcaterij.
Sueui
Constantia
Vlma
Alcimenes
Francones
Herbipo.
Herfordia
Bãbergẽsis
Regãtum
Nurẽbur.

RES LONGOBARDORVM.

NVNC ad Longobardos ueniam, quos Ptolemæus in hac parte haud longe à Rheno ponit: Tacitus item in descriptione Germaniæ inter eius populos cõmemorat. Paulus autẽ Foroiuliensis qui genus ab eis ducebat, è Scandia Germanici maris insula profectos dicit. Horum historiam scripsere Isidorus secũdus Tridentinus & Paulus supradictus, quam compendio operæpreciũ fuerit explicare. Hi siquidem, Anno salutis D X X. finibus egressi Pannonias primo occupauerunt, ac annos X L I I. tenuerunt duce Andoino, qui cum Turismundo Gepidarum rege bellum gessit eiusq; filium interfecit: Alboinum ex Rodelinda genuit. Hic postea succedens Narseti cõtra Totilam in Italiã auxilia misit. Tandẽ ab eodẽ ob indignationẽ in lusti nianũ clam sollicitatus Italiã inuasit, anno D L X V I I I. ac primũ Foroiulio capto ducẽ Sisulphum in eo loco præsidio reliquit: Venetiã omnem breui subegit: Papiam post triennalem obsidionẽ recepit, Ibiq; regiã cõstituit. Guimundi Gepidarũ regis filiam Rodisuidã in matrimonium

Lõgobardi
Andoinus
Turismun.
Gepidarũ rex
Alboinus in Italiam uenit.
Guimũdus rex Gepidarum
Rodisuida

matrimonium duxit, quumq; socerum cum tota gente deleuisset uxori caluaria patris propinauit: quamobrem illa indignata operam dedit, ut à satellite quodam uir necaretur: ex quo pulsa à Longobardis unà cum filia Alsunda ad Longinum tunc Exarchum Rauennatem se recepit, ubi paulopost sese ambo ueneno necauerunt. Alboino igitur qui regnauit annos X X V I. X V. in Pannonia, & X I. in Italia Cleph filius successit, qui regnauit menses V I I I. Quo demum à suis interfecto, interregnum inter eos decẽnio durauit. Quo tempore Burgundiones Galliam ingressi depopulati sunt. Auctaris deinde filius rex declaratur, Flauius cognominatus, quod postea cognomen posteri usurparunt, hic Brixellum in ostio Padi solo æquauit, Childebertum Francorũ regem cum ingenti exercitu contra eum uenientem superauit. Quo extincto Agiulphus dux Taurinensis regnauit annos X X V. Theodelindam Bauari ducis filiam uxorem duxit, cum Smaragdo Exarcho misso à Mauricio imp. bellum gessit, eiusq; filiam cepit, ob quam rem multa Romanis Italiæq; intulit incommoda, regnauit annos X X V. Theodelindæ uxoris ingenium sapientiaq; in primis commendatur. Huic Gregorius pont. lib. Dialogorum dicauit, quibus uirum eius mitiorem erga religionem reddidit. Hæc post uiri mortem annos X. cum filio Adoaldo summa pudicitia ac sapientia rexit imperium. Cœnobium Bobiense ædificauit. Medoceæ templum nobile S. Ioannis Baptistæ, prætoria quoq; extruxit, in quibus Paulus Foroiuliensis dicit depictos fuisse ornatus Lõgobardorum, crinibus tantum anteriore parte ad ora propensis, ac utrinq; discriminatis, occipitio uero raso ceruicem nudabant: uestibus laxis maxime lineis quales Saxones Angli habere consueuerunt: quæ ornatæ institis ac fimbris latioribus fuerant uario colore contextis, calceis usq; ad summum pollicem penè apertis, & alternis loris ac nodis obligatis. Huius tempore Cacanus Auarum rex Foroiuliũ cepit Gisulpho duce interfecto. Igitur post Theodelindã & Adoaldũ filium Arioaldus X I I. deinde Rotaris X V I. annos regnauerunt anno D C X X X V I. Hic Rotaris Arriana inquinatus secta totam deinde gentem commaculauit, Arrianis ubiq; præsulibus constitutis. Qua de causa Theodorum Exarchum bellum ei mouẽtem apud Scultemnam Mutinæ amnem superauit, maioresq; exinde adsumens spiritus Ligures debellauit, Genuamq; urbem, & apud Venetias Opitergiũ miseris modis diripuit. Rodoaldus autem eius filius, V I I. annis quibus regno præfuit nihil memorabile gessit. In libidine deprehẽsus cum matrona interfectus fuit. Huius hæres Aripertus annos I X. regnauit, de religione benemeritus. Nam Cottias Alpes in quibus Genua, & quicquid citra Alpes usq; in Gallias continetur, quæ omnia Rotaris abstulerat, diuo Petro restituit impulsore Ioanne I I I. pon. Huic Gundipertus filius successit, qui cum fratre Pertari de regno dimicauit, post annum uero à Grimoaldo duce Beneuentano auxilij simulatione interficitur, cuius postea sororem ipse Grimoaldus in matrimonium unà cum regno accepit: in quo cõfirmatus ante omnia ad Cacanum Auarum regem mittit, ut nisi hostis esse malit Pertarim Gundiperti fratrem qui ad eum profugerat minime foueret. Pertaris igitur supplex ad eum accedens ueniam impetrauit. Deinde in suspicionẽ iterum ueniens, ad Clodoueum Galliæ regem confugit. Clodoueus itaq; auxilio cum ingenti exercitu properãs pulchro stratagemate apud Astam ciuitatem uincitur, ut ait Paulus. Nam Grimoaldus simulata fuga illos insolẽtes ac securos reddidit, ac demum uino ocioq; indulgentes de improuiso adortus magnam stragem ex eis fecit, ut collis ille postea Tumulus Gallorum uocaretur. Forumpopuli quod eum in transitu læserat, dum rediret sabbato sancto occupatis mane circa sacra oppidanis diruit. Opitergium funditus deleuit. Fines Foroiulienſibus, Taurisanis & Ceruiensibus constituit. Alzecum Bulgarorum regem suis stipendijs in Italiam uocauit, locaq; adsignauit circa Beneuẽtum, Bobianum, Eserniam. Pro ducibus Guastaldos mutato nomine terris præfecit, ut scribit Paulus qui ad hæc usq; tempora peruenit. Defuncto Grimoaldo Pertaris profugus in regem restitutus annos V I I. regnauit solus, ac tres cum filio Cuniperto. Ducem Tridentinum rebellantem magno longoq; bello apud Adduam fluuium superatum interfecit. Cunipertus Cadualdum Anglorum regem uenientem in Italiam magnifice excepit. Huic filius Limpertus successit admodum puer cum eius tutore Arisprando, quem Regimpertus apud Ticinum prælio superauit, regnauitq; annum. Huius quoq; natus Aritpertus I I. annos I X. Cum quo Arisprandi filius Sigiprandus de regno dimicauit, captoq; demum oculos eruit, simul & uxorem eius naso auribusq; truncis dehonestauit. Lintprandum quoq;

Alsunda
Cleph rex
Auctaris Fla.
Agiulphus
Theodelindæ sapientia.
Quis ornatus Lõgobardorũ
Adoaldus
Arioaldus
Rotaris
Rodoaldus
Aripertus
Gundipertus
Pertaris
Grimoaldus
Clodoueus
Forumpopuli deletum.
Opitergium
Guastaldi pro ducibus.
Pertaris
Cunipertus
Limpertus
Regimpertus
Aritpertus
Sigiprandus
Lintprandus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratrem in custodiã misit, qui statim post Aritperti mortem regnauit annos XXXII. religiosissimus quidẽ princeps, ut qui corpus diui Augustini è Sardinia, quod uideret eam insulam à Saracenis diripi, Papiam perduci iussit. Romam apostolorũ limina salutatum uenit imperante Leone III. & sedente Gregorio II. qui obuiam regi processit. Bauariæ magnam partem subiugauit, Rauennam per obsidionem cepit. Vrbem Romam ab obsidione qua cinxerat, hortatu Caroli Martelli & Zachariæ põtificis liberauit. Huic Rachis successit uir mitissimus, à quo Zacharias ipse omnia quæ optauerat impetrauit. Deinde post annos VI. regno se sponte abdicans monachum egit Aistulpho fratri relicto imperio. Hic contrà immitis & Rom. pon. hostis dum uixit extitit. Rauennam cum toto Exarchatu per uim cepit. Quumq; subiugata omni penè Italia urbem Romam dura obsidione premeret. Gregorius III, coactus est Pipini Francorum regis auxilium implorare: cuius successor Stephanus II. ea de causa in Galliam profugit. Aistulphus aduenìente Pipino cum exercitu perterritus, terras se recipit ablatas põtifici restituere: quod minime præstitit: cuius perfidia excìuit Pipinum Alpes traĩcere cum exercitu, eumq; ui cogere pactis stare. Desiderius eius successor eodem penè furore Romam obsidens, Carolum Magnum ad succurrendum pontifici prouocauit, à quo superatus est: Papia recepta bello gentìq; Longobardorũ finis impositus, anno DCCC. sedente Hadriano. Illi se in Subalpinam Italiam recepere. Aldegisius uero Desiderij filius ad imp. Constãtinopolitanum confugiens eiusq; potentia fretus aduersus Carolum bellum mouit, à quo demum captus ac in custodia mori coactus est. Et hæc quidem de Longobardis, nunc alios prosequar. Post Batauos iuxta Oceanum Phrisij sunt, antiquũ retinentes nomen, ab oriente Saxones, ab occidente Traiectenses habent: quos inter Phrisios etiam ponit Otho præsul Phrisingensis, qui res Germanicas scripsit: gens alioquin ferox ac libera, quanquam Philippus Burgundus eos sibi subiectos esse dicitaret, pecoris abundantes omnis generis. Fimum inopia ligni comburunt. Albertum quondam præfulem Maguntinum, qui Fuldense cœnobium extruxit, apud eos de Christi fide concionantem martyrio adfecere.

Rachis rex monachũ egit
Aistulphus
Desiderius
Longobardorum finis.
Phrisij
S. Albertus præsul Maguntinus.

Saxones, Cimbri, populiq; usq; ad Vistulam.

VLTRA Albim ad oceanum item Saxonum gens maxima. Habent ab occidente Visurgin, ab aquilone Cimbricam Chersonnesum, à meridie Francos Boemosq;, ab oriente Slesitas & Prutenos: in quo situ cõprehenduntur Thuringi, Lusatij: Pomerani, orientalia Saxonum colunt. Ducem habent unum ex electoribus. Oppida uero Visimariam, Sundim, Gripsualdam, Stetinum, & Rostochium, ubi studium literarũ simul & negociatorum locus. Caminum amplissima urbs, cui præsul dominatur, non minor Maguntiaco, ac tantum Romano pontifici subiectus. Teutones Plinio, Teutonari Ptolemæo, alijs uero Teutonici. Hi sunt qui in Italiam contra Romanos irruerunt, & à C. Mario uicti. In Saxonia salinæ uberrimæ sunt. Præterea argentifodinæ apud Goslardam ab Othone primo inuentæ. Hi deniq; sunt qui cum Carolo Magno ac Francis anno ferè XXX. bellum gessere, tandem sub iugum missi Christi fidem susceperè. Ab his etiam Britannia occupata nomen Angliæ sumpsit. Creuere etiã magis & gẽte & authoritate postquàm imperium ad Germanos peruenit. Inter hos Marchia uetus & noua. Prima inter Oderam & Albim fluuios consistit, ubi ad Albis ripã sunt Stendalum, Gadeolum, Soltuedleum, & Ostroburgium noua oppida, præterea Misna amplissima ciuitas ac regia: ubi & alia sunt. Merseburgiũ olim Martinopolis. Lipzg, nobile Thuringorum emporiũ. Numburgium duci Saxoniæ parens. Nouam Marchiã influunt Odera, Spreda, & Ortellũ flumina: huius metropolis Brãdeburgensis ciuitas, cui marchio præest unus ex electoribus. Apud Oderæ ripam Francfordia est, diues emporiũ. Spredæ Berlinum, Ortello Auelpurgium nobilisq; plaga Prigetuteza uocata adiacent. Inter Saxones quoq; Madeburgenses, Bremenses, Alberstadenses, Ildemenses, Verdenses, Brunsuicẽses, Amburgenses, Luneburgenses, Lubicenses. Madeburgenses enim ex Caroli Magni instituto ius ciuile Rom. lingua Saxonũ compendio reductum habent, quo cæteris eius regionis populis ius dicunt. Alberstardij templũ idem Carolus extruxit cum amplissimis & prouentibus & officijs, ubi quotannis institutum conspicitur inauditum. Die namq; cinerum peracto sacrificio facinorosum quempiam sordidatum & operto capite templo eiiciunt. Is die noctuq; discalceatus urbem sacra templaq; salutando perambulat, tãtum post mediam noctem

Pomerani
Visimaria
Sundis
Gripsual.
Stetinum
Rostochiũ
Caminum
Teutones
Marchia Vetus & noua
Odera
Ortellum
Brãdebur.
Francfor.
Alberstadij
nouus mons

noctem in plateis aliquantulũ quiescit. Deinde inuitatus (omnes enim eum inuitant) quicquid apponitur taciturnus uescitur: demum in die cœnę dominicæ in templum adcersitus absoluitur, pecuniaq; collata cumulatur, ac eum Hadamum nominant. Brunsuica celebris urbs ædificijs, insignis præsertim sobole Othonum imperatorum. Bremenses Daciæ uicinam gentem olim Cimbricam se quondã ad fidem Christi deduxisse gloriantur. Lubicum Saxoniæ ciuitas imperialis ab Vmbodo Vitigo Cimbrorũ duce ędificata, in eo loco quem Vneodes adhuc Saxonię partem tenentes Lucconiam dixere. Hanc quũ Fredericus Æno barbus obsedisset, Henricus eius urbis præsul pace impetrata constructione basilicæ ornauit, eiq; ab eodem imperatore multa decora, præterea immunitates obtinuit. Quapropter adeo creuit ut Lubicensium auxilium sæpe Daciæ reges ad suos in officio continendos implorauerint. XII. uiri reip. præsunt, quos consules appellant, quorũ perpetua potestas est. Plebs siquid graue patiatur ad Cæsarem prouocat. Extra huius mœnia nobile cœnobium S. Brigidæ conspicitur. Sunt quoq; inter Saxones multi principes & ciuitates quæ uocantur imperiales, plerìq; uero urbibus dominantes præsules. Misna autẽ, tum Thuringiæ, Lusatiæ, ac Franconiæ magna pars, ducibus Saxoniæ parẽt. Cimbri aũt uicini Saxonibus ad oceanum sunt, & Cimbrica Chersonnesus gens notissima Romanis cladibus. Qui, ut scribit Florus, ab extremis profugi cum terram eorum oceanus inundasset, in Italiam traĩcientes, ad senatum miserunt ut sedes eis darentur: qui excluſi, primo Silanum, deinde Manilium, tertio Cepionẽ expulerunt, postremo & ipſi à C. Mario uicti sunt. Inde redeuntes qui superfuere ad Mæotidem consedere paludem. Hos Græci teste Strab. Cimmerios uocant, quorũ Homerus meminit in Odyſ. ponitq; inter Sauromatas. Nunc sane Cimbricã Chersonnesum Daciam uocãt, cui rex præest qui Suetiam & Noruegiam peninsulas in eodem mari obtinet, Ptolemæo & antiquis minime positas, quod ignotæ atq; incõpertæ tunc essent: nobis autem ob Christi fidem, quæ ad hæc loca penetrauit, omnia patefacta: lateq; sese extrio pulsa barbarorum superstitione diuinis nunc laudibus frequentatur. In Suetia regnauit patrum memoria Valdimarus: in Noruegia Aquinus eius gener, quibus extinctis Margarita uxor utriq; regno successit usq; ad senectam. Postremo Henricum puerum Pomeraniæ ducem sibi adoptauit, eiq; filiam locauit. Is quum annos LV. sine prole regnasset tandem Frederici III. imp. tempore regno deiectus est à populis, & Christophorus Bauariæ dux suffectus, eius sororis filius, qui aũculum Henricum in insula proxima quam Gothiam uocant, regnare permisit. Christophoro defuncto populi quendã Carolum sibi præficiunt, uirum in primis sacrilegũ ac sceleſtum. Quare & ipse non diu toleratus regno pellitur, & Christiernus surrogatus qui hæc tria regna simul possedit. Hunc ego Sixti IIII. tempore ad urbem uoti reum uenientẽ uidi, honorificeq; exceptum. Noruegiæ Innocentij VIII. pont. concessione permissum sine uino calicem sacrificare, quod ob immensa frigora uinum in ea regione importatum aceſcat. Cuius rei gratia legatio missa. Deinceps ultra Vistulam regiones ad Sarmatiam pertinent, uerum nonnullæ ex his Germanorũ sunt, Plinio Tacitoq;. Inter quas Gythones, Phenni, Ombrones, Varini ad mare Venedicum. In quibus hodie locis sunt Pruteni, Massagetæ, Lituani, Varini, Leuonij, Poloni, Moscouij. Igitur Prussiæ regnum, & Pruteni populi ripam utrãq; Vistulæ accolunt barbara omnino gens, idolorumq; cultores usq; ad Frederici II. tempora fuerant, tunc Christiani amissa Ptolemaide Syriæ ciuitate, Teutonici fratres S. Mariæ, quibus eam ciuitatẽ colere permissum fuit, expulsi in Germaniã rediere. Quumq; armis potentes & præsenti animo essent, ipsius Frederici concessione hæc loca omnia pulsis infidelibus receperũt, deinde templa ac loca religiosa constituere: & trans Vistulam, Pomeranẽsem, Culmensem, Sambiensem, & Varnensem, sedes cum præsulibus ordinauerũt. Mariæburgium oppidum in loco eminenti extruxerũt, regiam magni ministri qui cæteris præsidet. Duo item alij inferiores magistri apud eos, quorum alter Alemaniæ Leuoniam, alter Alemaniæ Leuoniam regit. Horum officium, fidem armis tueri: nec ullus adsciscitur nisi Teutonicus ac nobilis. Barbã nutriunt, exceptis his qui sacrificio præsunt: literas minime discunt, orationem dominicam pro canonicis iterant horis, originem uero eorum exactius in Hierosolymorũ descriptione dicam. Hi patrum nostrorum memoria cum Vladislao Poloniæ rege graue & internecinum bellum gessere, excitis utrinq; uicinorum auxilijs: sub iugum tandem cum tota gente missi, oppidis item omnibus, præter Burgum S. Mariæ deperditis, à Sigismundo postea imperato-

Hadamus
Brunsuica
Bremenses
Lubicum
Vneodes
Lucconia
Ciuitates imperiales
Cimbri
Daciã
Suetia
Noruegia
Christiernus
Vltra Vistulã populi.
Gythones
Phenni
Ombrones
Varini
Prussia
Pomeranẽses
Culmenses
Sambienses
Varnenses
Mariæburgiũ
Leuonienses
Bellum cum Polonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re in pristinum regnum restituti fuere. Frederico deinde III. imperante seditione orta inter milites eius ordinis & plebem, à legato tunc Nicolai V. pont. plebs sacris interdicta, ac propterea indignata, L. oppida euertit, sesecq; Cazimiro Poloniæ regi Vladislai filio dedidere, qui ob memoriam paternæ possessionis rem aggressus aduersus magistrum uenit. Hi uero se auxilijs Sleziæ ducis adcersitis defendere. Varia pugna & anceps diu fortuna belli. Tandem Cazimirus desideratis suorum sex millibus profligatus discessit. Narratur & de eisdem perbellum quoddam exemplum. Quondam defuncto magistro quum de successore deligendo ageretur, quidam rogatus sententiam dicere, seipsum delegit, ac omnibus præ tulit, dicitans aliorum se mentes ignorare, suam probe nosse utilem se futurum omnino si præsit. Quare omnes adsensere, resq; uti promiserat fideliter, ac prospere omnibus cessit.

Bo. pulchrum facinus.

Lituania Victoldi crudelitas.

Lituania his proxima regio ad mare Balteum sita, palustris ferè omnis. Huic dominabatur Victoldus Vladislai frater eius, qui ad Poloniæ regnum uocatus fuit, tanta uir crudelitate ut dicto non audientes insutos in pelle ursina ursis ad hoc nutritis obijceret. Is deinde ex dulce rex à Sigismundo imperatore factus, ante decessit quàm diadema indueret. Eius successor Sindrigal ursam dicitur aluisse, quæ cibum è manu caperet, è sylua mane ostium cubiculi ipsius adire solitam, ac pedibus pulsantem admittere consueuisse: quæ res occasionem postea dedit quibusdam contra eum conspirandi, qui ursæ simulatione mane ingressi eum interfecerunt: quo extincto res Lituania ad Cazimirum Poloniæ regem peruenit.

Sindrigal

Copia pelliũ & mellis

Regio tantum mercatoribus aditur, qui pelles emunt Zibillinos ab Italis appellatas: his loco pecuniæ qua carent omnia commutant. Viuunt lacte, carne, ac melle, quo abundant ex apibus sylueſtribus. Venatur ursos, & bonasos, qui bobus sylueſtribus ferè similes sunt periculo, quod ut uitent hunc seruant modum: locum in quo uersantur sepiunt, uno tantum relicto aditu, qui in uallem imam deducat. Feræ per eum de industria perunctum ac lubricum in uallem ruunt. Ibiq; aliquot dies fame debilitatos ac mansuefactos facile capiũt. Idola non multos ante annos adorabant, postquàm uero Vladislaus ex eis regnum Poloniæ unà cum fide suscepit, ipsi quoq; ex magna parte à superstitione discessere. Testatur Pius pontifex se à quodam Hieronymo monacho Pragẽsi, uiro literato ac plane sancto, qui eas partes adeundo ad religionem deducere conabatur, audisse, quæ monstra uiderat à Lituanis culta: à quibusdam serpentes, ab alijs ignis, à nonnullis sol, & malleum ferreum, quo quidam gigas turrim perfregisset, in quo sol diu per nubilum absconditus à rege quodam per uim inclusus fuisset. Alij uero syluas, quas quum Hieronymus succidere iuberet, fœminæ totius tractus ad regem questum uenere, sacra religionemq; eis auferri. Quãobrem re infecta de regno decedere iussus est. Sermone utuntur semi Dalmatico, ut ferè Sarmatia omnis Europea. Ciuitates in ea, Vilnensis gentis caput, Chiouiensis, Mednicensis, Lucco rienſis, quibus nunc præsidet Alexander Poloniæ rex, Ioannis Moscouiæ ducis gener, si mul & hostis dum hæc proderem, cum quo de finibus tantum concertatio. Cum Tartaris autem uicinis internecinum bellum gerit, de quibus post paulo dicam.

Bo. pulchrum facinus.

Varini

Varini sequũtur in eodem tractu, quos Plinius commemorat, quamuis hodie Varnos dicant. Horum præsul fuit Pius, paucos ante menses quàm pontifex crearetur. Is quum ditionis sit Prutenorum solus illorum præsulum eorum habitum non gestat. Sunt & Massageteę in hac parte alij ab ijs qui in Sarmatia ponuntur, parua admodum terra, unius iter diei, uerum longa à Prutenis usq; ad Leuonios pertingens, neq; adhuc Christiana, Polonorum regibus subiecta. Poloniam autem ipsam inferius dicemus. Leuonij postremi Germanorum ad littus Venedicum ad paralellum ferè Scandauiæ insulæ, unde originem habere uidẽtur. Nam in ea Ptolemæus Leuonios populos ponit. Hi à Prutenis uicinis debellati Christi fidem susceperę.

Massagetæ

Leuonij

Rigensis

Mediterranea

A Tartaris sæpe infestantur, eorum metropolis Rigensis ciuitas. Hoc littore expedito ad mediterranea Germaniæ ueniam, ubi Slesia est, quam Odera perlabitur longitudine stad. LXXX. Caput gentis Vratislauia ad ripam Oderæ sita. Factiones in ea multæ, quõdam orto tumultu cõsules ciuitatis è prætorij fenestris deiecti sunt: cuius criminis authores post ea Sigismundus imp. capite mulctauit. Sermone utuntur Teutonico, quamuis trans Oderam Polonicum sapiens. His uicini Boemi, & Morani, de quibus paulo post. Alemani teste Asinio uiro Italico, qui res Germanorum diligenter perscripsit, in Germania genus aduentitium est ex uaria colluuie gentium, quod sanè nomen indicat ἀλήμανας, id est, errare. Hos insuper Theodoricus Gothorum rex tributarios imperio fecit. Deinde in Francorum uenere

Slesia

Odera

Vratislauia

Boemi

Alemani

nere potestatem, ut tradit Agathius Græcus author. Nunc de sylua Ercynia pauca narrabo. Hæc uasta magnitudine ab Heluetijs & fontibus Danubij oriens iter dierum LX. continet, ut Mela scribit, alia mutando nomina secundum populorum diuersitatem. A fonte Nigra sylua ab incolis appellatur; à Necari fluuio usq; Menum Germanis Octenual: à Meno ad Loriam amnem propè Confluentiam Vesterbulum. In occidentẽ primo tendit, deinde in Orientem flectitur. Franconiam ab Assia & Thuringia diducens, iterum se mediam aperit & circuli modo recipit in Boemiã, eamq; à Saxonibus diducit. Inde in montes Morauiæ transiens, perq; mediam Pannoniorũ regionem à dextra, & Polonorum à læua, usq; ad Dacos, & Getas penetrat. Barcenis altera Sylua trans Rhenũ Sueuos à Cheruscis diuidit. Nunc Sylua nigra haud procul à Badensi agro. Veniã ad flumina, quorũ princeps Rhenus è Rheticis fluens mõtibus aquilonem uersus in oceanum tribus erumpit ostijs. Lacus duos efficit, Venetum, & Acronium: hodie lacus Bodinæ & Cellẽsis uocatos. Corriuatur Meno, Necaro, Limago, Mosella, Mosa fluminibus. Vidrus è montibus fluens Anobis in Oceanum, Phrisios à Batauis & Gelrensibus diuidit. Amasis à monte Meliboco ubi Trophæa Drusi sunt, Padeburnam & Monasterium urbem ac Phrisios abluens fertur in mare. Visurgis, hodie Vesera, ex eodẽ monte nascitur. Salas, apud quem Drusus uictor extinctus est. Albis à montibus qui Sleziam à Boemia diuidunt, Madeburgensem & alias Marchiæ ac Saxoniæ ciuitates abluit, & prope Amburgam in Oceanum fertur. Oderam supra memoraui. Vistula Sarmatiam à Germania disterminat. Deinceps de insulis & mari Germanico quod Timæus Analcum uocat, Philemon Mortuum, Eustarhius etiã Cronium, quod ibi Saturnus ob frigiditatem regnet. Quapropter in idem absciſſa eius genitalia proiecta dicuntur. Apollonius poeta Cronicum mare appellat etiam receſſum Ionici sinus, à quadam insula Cronia uocitata. Huius igitur Germanici maris insulæ quædã ab antiquis commemorantur. Xenophon Lampsacenus à littore Scytharum tridui nauigatione insulam esse magnam Baltiam tradit, quæ & mari Balteo nomen dedit. Eandem Pytheas Basilicam uocat. In his uaria hominum monstra feruntur, alij ouis animalium uiuere, alij uero Hippoderes equinis esse pedibus. Sinus præterea duos efficit, quorum alter Plinio Cedanus, Ptolemæo Venedicus appellatur. Hic insulæ ponuntur, quarum clarissimæ Pli. Scandauia & Emigia: locus præterea, quem alterum orbem esse dicunt, ubi Billeuionum gens habitat. Alter sinus cõterminus Cimbris, ubi insulæ Romanis armis cognitæ, interq; Glesſariæ uersus Britanniam Electriades à Græcis uocatæ, quod ibi electrum nascatur, à Barbaris Austrania dicta est. Hęc Plinius. Ex quo fortè uerisimile fuerit eam partem Germaniæ, quam nunc Austriam uocant, hinc nomen & coloniam accepisse.

Sylua Ercynia

Sylua Barcenis

Flumina Rhenus

Menus

Necarus

Limagus

Mosella

Vidrus

Amasis

Melibocus

Trophæa

Drusi

Visurgis

Salas

Albis

Odera

Vistulæ

Insulæ

Mare Analcũ mortuum.

Cronicum

Blesia insula

Balteũ mare.

Sinus Venedicus Cedanus

in quo Scandauia

Emingia

Belleuionum gens.

Glessariæ

Electriades

Austrania

Austria

De initijs Boemiæ

BOEMIA

BOEMIA nunc ac Polonia describendæ, quæ unà cum Pannonia quãquam disiunctæ regiones simili catalecto uiuendiq; institutione quodãmodo utuntur, sæpeq; euenit ut deficiente utrobiq; regia sobole ab horum aliquo populorum successor, potius quàm uel à uicinis Germanis uel alijs gẽtibus accersatur, ac quãdoq; unus cuncta possederit. Quare prius de Boemis quæ in eorum annalibus qualibuscũq; qui iam authoritatem sibi uendicauerũt, cõperio: deinde quæ ipse apud ueteres de his inuestigauerim. Dicunt eñ ex Croatiæ populis in Dalmatia duos egressos esse fratres, Czechium, & Lechen. Alterum uersus orientem & septẽtrionem tractum tenuisse, ubi planities latusq; campus erat, quem eorum lingua Pole dicunt, ex eoq; Poloniam terram cognominasse. Alterum Czechium in Germaniam ad Albim fluuium consedisse, montanaq; loca circa occupasse, ubi mulier fatidica Libyssa nomine agebat: locumq; Boemiam ex eo uocasse, quod sic uaticinium ipsi appellarent. Ego uero originẽ habuisse à Delmatia ob morum & linguæ similitudinem non negauerim, uerum eos uetus tenuisse nomen, ut uerisimile magis fuerit quàm nouum mutuatos. Nam Bemos in ea parte Ptolemæus gentem maximam esse dicit. Iuxta uero Marcomannos & Quados gentes belicosissimas, à Traiano, deinde à M. Antonio debellatos, & hucusq; Romanũ prorogatum imperium. Hi Morauiam circaq; adiacentes Boemorum populos comprehendebant, Germani sanè omnes. Verum nunc gens hæc aduena, regionis eius nationis antiquæ robur ac uires mutuata, res maximas bello gessit. Sterilitate uini oleiq; sicuti & pleraq; Germanię loca laborant: pabulo, frumento, pecoreq; abũdant. Latitudo eius longitudini par, trium for-

Czechius

Leches.

Pole, id est planum

Libyssa Fatidica

Bemi

Marcomanni

Quadi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tè dierū iter. Sylua Ercynia undiq; cincta, Albi fluuio media irrigatur: ab oriẽte Morauos: ab arcto Saxones: ab occidente Noricos: à meridie Austriam & Bauariam habet. Oppida uero Pragam, Cadanum, Bruxiam, Sclakenuendum, Cuticinum. Nunc ad reliquam eius regni successionẽ ueniam: post Czechium quem diximus primum è Croatia uenisse, Cracus dux à populo deligitur, quem dicunt uirum fuisse iustum & æqui seruantissimum, qui Cracouiam apud fluuiũ Cudacam ab incolis appellatum condidit. Craco filia Libyssa successit. Hæc uirgo fatidica & uates erat, ob eamq; causam sapientissima existimata: quare à populo coacta nubere, Primislaum quẽdam in agro bubulcum sibi delegit, quem sciret & bonitate & iustitia præstare. Hæc ante omnia arcem modicam ad Vicegradum excitauit, quam postea mœnibus latius cinxit, appellauitq; Pragam, sumpto auspicio à primo obuio opifice qui limen portę faceret, quod lingua eorum eo uocabulo appellatur. Ædificauit & Libum castellũ ubi sepulta est. Primislaus uir solus postea regnauit, imperio fœminarum, quod tẽpore Libyssæ magnopere inualuerat propulso. Illæ igitur repub. deiectæ duce Valasca muliere fortissima coniurant, ac hora constituta necatis uiris ac parentibus, abreptis equis & omni gaza, proximum occupant collem, ubi castro Dieuizo exædificato regem ad certamen prouocant. Tanta deniq; audacia fretæ multos annos more Amazonum adsiduis armis bellum ciuile excitauerunt. Ad extremum uicta Valasca insidijs Primislai imperium uiris restitutum. Primislao Numislaus: huic Mnatha, cui Voinus filij parentibus successere: Voino autẽ nati duo fuere, Vinslaus, qui Pragæ dominatus est. & Vratislaus, qui Lucensis princeps, postea Enezacensis dictus fuit. Vinslao Grezomislaus, qui & Neciam cognominatus, uir ignauus. Hunc Vratislaus patruus de regno deturbare quærens bello inter eos orto interficitur, quũ primus condidisset ciuitates Medriam & Pubecham, quæ deinde de suo nomine Vratislauia est appellata, Sleſiæ nunc caput. Necleæ deinde Hostiuitus, Hostiuito Borsinous filius successit, qui cum Ludimilla coniuge quam pro sancta colunt, primus Boemorum Christianus, à Methodio Morauiorum præsule factus est anno DCCCCXCVIII. Huius duo filij Spitigneus & Vratislaus ex successione postea regnauerunt. Vratislao duo nati Venceslaus & Boleslaus, ueluti Cain & Abel alteri fuere. Nam Venceslaus uir sanctus, regnicq; successor, ab altero per proditionem & scelus trucidatur. Nec minore flagitio eorũ mater Draomiria necis conscia fuit, quæ & Ludimillam socrum sanctissimam apud quam Venceslaus fuerat educatus, necari iussit. De Venceslao traditur, perpetuo castitatem seruasse, horas canonicas quotidie obijsse, noctibus per brumam ac medias niues discalceatum templum petere solitum. Inde prodigium fertur, uestigia cruenta fuisse interdiu animaduersa. Basilicam Pragensem ab se extructam S. Vito dicasse: Dotimaro Saxoniæ uiro sanctissimo primo eius præsule constituto: post quem Adalbertus Boemus uir non minore sanctitate præfuit, qui post Stephanum Pannoniæ regem & multos Delmatię populos ad fidem deductos, à Prutenis tandem supplicio adfectus est. Sed & alia Venceslai memorãtur, pauperes eius regni ex magna parte sustentabat: ducem Curuensem contra fas regnum inuadentem, ac eum prouocantem, singulari certamine diuinitus superauit: interfectũ postremo, ut dixi, à fratre, posteri pro martyre colunt: cui templum Poloniæ primũ dicatum. Igitur post Boleslaum filius Boleslaus iunior rem suscepit. Cuius frater Stratiquates cœnobio se addixit, uir inconstãtia tum ambitione maxima præditus, ut qui postea Cracouiẽsis præsul esse magnopere adfectauerit. Boleslaus deinde tertius, secundi filius regni hæres, cui Mosco rex Poloniæ Cracouiam per fraudem eripuit: unde causa inter eos magni exorta est belli. Boleslaus demũ simulatione colloquij circumuentum. Moschonem luminibus effossis mulctauit: deinde Cracouiã obsedit. Boleslao frater erat Odalricus, qui apud Hẽricum imp. exul nutritus fuerat: armis Cæsarianis munitus repẽte adest, patriũq; regnũ recipit: ac Iaromiro alij fratri ob regni adfectati suspicionẽ, oculos euulsit. Boceriam puellã, quod Beatricẽ interpretãtur, è plebe natam ob amorem in matrimoniũ duxit, ex qua Bizetislaũ suscepit. Is deinde Iuditham Othonis imp. filiam deo dicatam, è cœnobio in uxorẽ sibi iunxit: unde ortum bellum inter generũ & socerũ apud Boleslauiã Boemiæ oppidũ, quod interuẽtu ipsius puellæ ueluti quondã Sabinarũ dirẽptum facile fuit. Bizetislaus post hæc defuncto patri successit, cum antea in Morauia rãtum permittẽte genitore dominaretur. In primis bellũ Polonis intulit, Cracouiẽsem Gnesnẽsemq; diripuit ciuitates anno sal. MXXX. ob quã rem ab Henrico III. frustra sæpe admonitus bello

Praga
Cadanum
Bruxia
Cracouia
Libyssa
Primislaus
Vicegradus
Valasca mulier.
Voinus
Vinslaus
Medria
Pubecha
Vratislauia
Hostiuitus
S. Ludimilla
Borsinous primus Chri.
Spitigneus
Vratislaus
Boleslaus
S. Venceslaus
S. Dotimarus
S. Adalbertus Pragensis martyr
Boleslaus iunior.
Stratiquates
Boleslaus
Cracouia à Polonis ca.
Bizetislaus
Boleslauia

bello superatur, ac supplex ueniã petere tum tributa pẽdere cogitur. Pace hoc modo facta decessit: quinq; supstitibus liberis, Spitigneo, Vratislao, Conrado, Iaromiro, Otorio: quorum Spitigneus regnũ paternũ: reliqui Morauiã obtinuere. Vratislaus à fratre Spitigneo bello petitus in Pãnoniã ad Andreã regẽ cõfugit: eiusq; filiã uxorẽ duxit: ac paulopost fratri uita functo successit. Iaromiri alterius fratris diaconi magna leuitas narratur, qui præsul Pragẽsis factus, cupijt & Morauiẽsis esse, expulso Ioã. præsule, quã rem legatus tũc à ponte missus & Matildis comitissa sedauerũt. Hic Vratislaus Leopoldũ Austriæ ducẽ bello superauit. Morauiã, Poloniã, Sleſiã, Lusaciã, Hẽrico IIII. imp. iuuãte, Boemiæ regno adiecit, anno MLXXXVI. Post hũc Cõradus frater tertius, deinde fratris filij sine regio cũcti noie succesſere præter Vratislaũ Vratislai filiũ, qui à Fred. I. ob eius egregia in eũ merita, rex appellatus est. Nam operã ei magnopere in expugnatiõe Mediolani nauauerat. Nobilẽ deinde pontẽ supra Multauiã extruxit, XXIIII. munitũ arcubus, qui magnã Pragã paruæ cõiũgit. Sobieslaus post hũc annos V. regnauit: deinde Fredericus Vladislai filius: postea Cõradus qui in Apulia in bello occubuit: mox Bizetislaus, qui Hẽricus appellatus est, præsul idẽ & dux Pragẽsis: demũ Venceslaus eius frater, atq; hi oẽs ducali noie. Primislaus uero successor rex Boemiæ III. appellatus, ex eis q diadema acceperint, qd à Philippo Frederici II. fratre ac imp. cõsecutus est. Huic filij succesſere Vẽceslaus & Othocarus, qui & Primislaus dictus est, rex V. Boemiæ. Huius itaq; Othocari felicitas & res bello magnæ cõmemorantur. Austriã ex hæreditate Margaritæ uxoris adsecutus est: ab Vlrico duce Carinthiã emit: Styriã, Prusiã, Tartaros uicit: Cunispergiũ oppidũ ędificauit: oblatũ imp. nomẽ cõtẽpsit: in discordiã cũ Rodulpho Cæsare ueniẽs tandẽ adactus parẽdi sacramẽto & adfinitate inter eos inita conciliat. Quãobrẽ ab uxore Margarita obiurgatus q; per metũ & ignauiã pacẽ fecisset, iterũ prælio concurrẽs à Cæsaris exercitu, pfligat atq; occidit: regno nihilominus Venceslao puero eius filio tradito. Hic ille Vẽceslaus alter quẽ pro sancto colũt, & portẽtis clarere dicũt, socer Gẽtilis Vrsini, quiq; filiũ Vẽceslaũ iuniorẽ oia sibi dissimilẽ habuit. Nam is & uino & luxuriæ tm̃ deditus apud Morauiã in prętorio interfectus est, annos agẽs XXII. Hẽricus deinde Carinthię dux regnũ obtinuit, quẽ Albertus imp. expellẽs filiũ suũ Rodulphũ regẽ cõstituit: quo mortuo res ad Hẽricũ reuertit. Cõtra quẽ rursus Ioãnes filius Hẽrici VII. Luceburgẽsis annos CXXV. usq; ad Sigismũdũ imp. id regnũ successoribus tradidit: in Italiãq; uenit: ciuitates principesq; multos tutatus. Ludouico Bauaro & Frederico Austrię duce inter se de regno dissidẽtibus, circiter annũ MCCCXXXI. Brixiã quoq; Bergamũ, Lucã, Parmã, Mutinã in potestatẽ recepit. Polonię regnũ cũ id tuto tenere nõ posset, Cazimiro acceptis XX. mil. marcharũ argẽti cõcessit. Postremo aduersus Anglos regi Frãcorũ militãs, pfectus cũ toto exercitu in pẽlio cecidit die S. Rufi nefasta Boemis, cũ regnasset annos XXXV. Carolus eius filius qui cũ patre in Italia res gesserat imp. ex rege factus est Romæ diadematis de more solẽnibus obitis. Pragam tẽplis & ędificijs præsertim regia domo pulcherrima ornauit: scholã liberaliũ artiũ in eadẽ ciuitate instituit: pontẽ lapsũ refecit: Pragensem basilicã metropoliticã fecit: primus qui filiũ Vẽceslaũ uiuẽs successorẽ sibi cõcilijs electoribus malo qdẽ posteris exẽplo instituerit, Vẽceslaus itaq; ingenio socordi, captus in bello à Ioã. duce Lusatię ut redimeret marchio Morauię tũc captiuus liberatus est: iterũ à fratre Sigismũdo captus è custodia fugit: tãdẽ impio abrogatus ab electoribus, ac Sigismũdi eius frater surrogatus est: post quẽ regnũ ad Ladislaũ puerũ regẽ itẽ Pãnonię, de quo in Pãnonia dicemus, puenit. Hoc extincto Boemorũ pars Cazimirũ Cazimiri Poloniæ regis filiũ iure adfinitatis q; sororẽ ipsius Georgius duxerat, pars uero Matthiã Pannoniæ regẽ legerũt: tãdẽ Georgiũ Pogebratiũ regno prefecere uirũ authoritate principẽ, qui rem diu pro Ladislao puero administrauerat, Hussitarũ tm̃ secta inquinatũ. Post Georgij mortẽ ad Vladislaũ Cazimiri fratrẽ Poloniæ regẽ res Boemica puenit: deinde ad Io. Albertũ: postremo ad Alexãdrũ, qui dum hæc pderem uiuebat. Et de Boemia qdẽ satis. Morauia illi ex orientis parte cõtinua mõtibus tm̃, & amne Morauia discreta, uini, frumẽtiq; feracitate mollior aliquantulũ q; Boemia: gens latrocinijs dedita, ad quã non securus ulli adcessus. Caput gentis Volagradẽsis ciuitas, quæ Olimicensis postea dicta est. Oppida uero Brunna & Znoymia, ubi Sigismũdus imp. decessit: hic igit̃ multos annos regnatũ. Nam Boemi, Roxolani, Poloni, Morauio regi quandoq; paruere. Rex aũt ipse Romano imp. Ex his Suadoplucus regum penultimus, primus Christianus fuit, à Cyrillo fratre Methodij præsule Delmatiæ

Spitigneus
Cõradus. Vratislaus rex II
Primislaus rex III
Venceslaus & Othocarus rex V
Cunispergiũ oppidum
S. Venceslaus
Gẽtilis Vrsin.
Venceslaus filius.
Henricus
Rodulphus
Ioannes Luceburgensis.
Carolus
Schola Pragę
Pons restitu.
Venceslaus
Sigismundus
Ladislaus.
Georgius Pogebratius.
Vlatislaus
Ioannes Alb.
Morauia
Volagradẽsis ciuitas.
Olimicensis
Brunna
Znoymia
Suadocupus primus Chri.
Cyrillus præ. Delmatiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum tota gente multisq; Delmatarum populis in fide institutus. Quum Arnulpho impera
tori tributum solitum negaret: uictus ab eo in prælio clam fugam mutata ueste adripuit, so
lusq; per saltus errans cum tribus eremitis tãdem incognitus usq; ad extremum persancte
agitauit, sese tantum in morte prodens. Successit huius filius Arnulphi liberalitate, quanq;
indignus. Is ubi de patre accepit, ab eremo corpus relatũ honorifice tumulauit. Verum ir/
religiosus homo usq; adeo sacerdotes despexit, ut Methodiũ præsulem sanctissimũ, quem
supra nominaui, quod eum mane post longam moram è uenatione redeuntem non expe/
ctauerat ad sacrificium, contumelijs incesserit, paulo q; minus manibus abstinuerit. Quare
Methodius fugiens, eum sacris interdixit. Quo paulo post mortuo regnum Morauiæ ad
Cæsares peruenit, è quibus Sigismundus eam genero suo Alberto regendam dedit: rebel/
lantem ipse Albertus magno illato incõmodo subiugauit. Proceres in hac regione ex ma/
gna parte Hussitarum secta contaminatos Ioannes Capistranus nostra ætate frequentibus
concionibus emẽdare conatus est. Ea siquidem hoc modo cœpisse traditur: tempore Ven/
ceslai ultimi Ioannes Vicklef è schola Oxoniensi nouos quosdam codices, in quibus hæc
hæresis scripta continebatur, in Boemiam attulit: adscitisq; ad hoc facinus Ioanne Hus &
Hieronymo Boemis doctrina linguaq; potentibus, res late serpere cœpit, usq; adeo ut uoca
ti ij duo in concilium Constantiense ad causam dicendam non solum errorem non posue/
rint, sed summa pertinacia supplicium ignis pertulerint. Cineres ne à sectatoribus cole/
rentur in profluentem iactati. Hinc Vickleuistæ & Hussitæ appellati. Dicitabant officium
concionandi aut docendi euangelij, uel cuiuis licere exercere, præterea sub utraq; specie sa
cramẽtum suscipere, tum sacerdotes more Christi omnia communia habere oportere. Sed
& hic aliæ (ex alijs uti fit) exortæ sectæ, Adamitę, Taboritæ, Orphani, qui Ziska & Proco
pio ducibus facundis & assertoribus acerrime illata refellebant. Iacobellus, Conradus, Ro
cazana, Petrus Anglicus corruptores pro ueritatis magistris ab eis culti. Quatuor reges
Venceslaus, Sigismundus, Albertus, & Ladislaus, pestem hanc extinguere continuis bel/
lis non ualuere. In locis enim natura munitis montibusq; ingenti multitudine sese abdide/
rant, calicem pro uexillo in acie præferentes, unde facile deijci non erat. Ex quo malũ non
impune usq; ad hoc seculum serpit.

Methodius

De secta Hussitarum seu Vickleuistarum.

Ioan. Vicklef

Ioannes Hus

Hieronymus

POLONIA

POLONIA utranq; Vistulæ possidet ripam ex parte Germaniæ, Slesiæ, Mora/
uiæq;: ex parte Sarmatiæ Lituanis, Leuonijs, Gythonibusq; conũgitur. Eam in
minorem, & maiorẽ diuidunt: minor ubi Cracouia, secunda ubi Posnania. Gnes
na septentrionalior. De ipsius origine quoniam in Boemia quæ ferebantur dixi:
pauca quæ restãt ex eius regibus referam. Hic Vãdali primum fuere: deinde Craco, quem
ex Croacia uenisse & authorem generis ac primum ducem fuisse tradunt: usq; ad Bolesla/
um per duces rempublicam administrauerunt: deinde Boleslaus dux quum Othonem im
peratorem multis officijs demereretur, ad postremum eum ad se uenientem apud Posnam
magnifico sumptu excepit. Ex quo rex primus ab eo ex duce factus est. Longa deinde re/
gum successione, anno M C C C C. quum rex superstite tantum filia decessisset: hanc Guliel
mus Austriæ in matrimoniũ unà cum regno accepit, qui cum minime Polonis homo Ger
manus satisfaceret, adcersitus Vladislaus ex Lituania tunc minime Christianus, qui statim
inito principatu fidem recepit. Ex quo Lituani Roxolaniq; ex magna parte regno adiecti
Poloniæ sunt. Cum Tartaris feliciter dimicauit. Prutenos bello maximo sibi subiecit. Ex
secũdo matrimonio duos genuit liberos, Vladislaum, & Cazimirum: quorum Vladislaus
maior natu patri defuncto successit. Is ille qui post ad Pannonię regnum uocatus est, quiq;
in clade Varnensi unà cum Iuliano Cæsarino legato cõtra Amurathen Turcam extinctus
est. Cazimirus alter frater qui Lituaniam ex hæreditate acceperat, Polonię fratri successit.
Is demum habuit liberos Vladislaum, qui Poloniæ rex ac post Matthiæ regis mortem à
Pannonijs adcersitus est, Cazimirum, de quo mox dicam: Ioannem Albertum qui Boe/
miæ Poloniæq; successit: Alexandrum qui Lituaniam primo, postremo Ioanne Alberto
nuper defuncto utrumq; regnum obtinuit, ac Fredericum qui præsul Cracouiensis ab Ale
xandro VI. pont. in patrũ collegium deinde cooptatus. Ante hunc Pij pontificis tempore
præfuit ei ciuitati præsul alter ac cardinalis Spitigneus, uir literis legitime imbutus. Cazi/
mirus autem quem supra memorauí perpetuo cœlebs ac castus uixit, nihilq; prius habuit
quàm

Cracouia à Craco

Boleslaus rex primus.

Gulielmus Austriæ.

Vladislaus ex Lituania primus Christia.

Cazimiri lib.

Vladislaus

Ioã. Albertus

Ale. Lituaniæ

Fredericus præsul Crac.

Spitigneus

Beatus Cazimirus.

S. Stanislaus præsul.

quàm fidem, abstinentiam, ac iustitiam colere, res ei cunctas à patre delegatas in regno sa/
pientissime obiuit, demum annorum XXV. decedens, ac Lituaniæ sepultus, in beatorum
est numerũ relatus. Sed omnis facile superauit fama sanctitatis diuus Stanislaus eiusdem
urbis præsul anno salutis MVIII. interfectus à rege Boleslao, cuius hodie corpus in basili
ca Cracouiensi conditum uenerantur. Vltra Vistulam Masouiæ ducatus & Podolia regio
& Drauaniza fluuius, ab eis dictus, Masouiam à Lituania diducens ad Polonos pertinen/
tes. Et Gnesnensis & Posnanensis urbes in sacro codice conscriptæ. Ad hos Callimachus
Geminianensis meus familiaris penetrauit, ubi & literis & ingenij solertia, ex paupere di/
ues magnopere factus apud eos reges quibus erat dilectus, ante hos annos decessit.

S. Stanislaus præsul.

Boleslaus

Gnesnensis,

Posnanensis

SARMATIA EVROPEA

SARMATAS Græci Sauromatas uocant. Omnes enim teste Plinio, qui ex/
tremi gentium ac ignoti propè existentes mortalibus degunt, tam Europeos
quàm Asiaticos, communi uocabulo ueteres Scythas appellauere: uerum à
posteris Græcis diuisi, ut Sauromatæ usq; ad Rha fluuium dicãtur: & ex his
Europei tantum, qui inter Vistulam & Tanaim continentur. Ex parte uero
austri montibus Sarmaticis: à septẽtrione autem sinu Venedico, & terra incognita. In hoc
igitur spatio ij principales populi ab authoribus nominantur, Venedici, Phenni, Vindili,
Varini, Gythones, Burgundiones, Peucini, Basternæ, Omani, Roxolani, Sauari, Bessi, Bu/
dini, Amaxobij, Geloni, Geuini, Alani, Agathyrsi, Arimaspi, Tauri, Tartari. Flumina uero
Borysthenes, Tyra, Hypanis, Axiaces, Tanais, & palus Mæotis. Montes Riphei, Arym/
pei, Aræ Cæsaris, Alexandri. De huiusmodi Sarmatis primus Romanorũ triumphauit Do
mitianus princeps, cruenta tamen uictoria, cæsis apud eos duobus inclytis ducibus Aure/
lio Fusco & Oppio Sabino. Postea longo interuallo Claudius II. item princeps cæsis ex
eis ad millia. CCC. His in uniuersum enarratis singula nunc uidenda. Primum ex his plu/
res in Germania diximus, ut Phẽnos, quos mira fœditate populos Tacitus dicit, nunc Pru
tenos aut Lituanos putauerim. Varinos, nunc Varnos, seu Varnenses. Gythones Ptole/
mæo, Guthones Tacito: ijdem populi non procul à Vistula collocantur. Omani prope Po
lonos, nunc Comanos eos appellant, qui regibus & nationi Pannoniorũ sæpe molesti fue
re. Burgundiones de quibus Plinius & Ptolemæus, hos in Galliam migrantes quum Gal/
liam scripsi, enarraui. Sauari Ptolemæo, ij sunt quos recẽtiores Auaros uocant, qui multas
in Europa regiones depopulauerũt. Ad postremũ in Italia Forojulium duce Cacano pulsis
Longobardis ceperũt. Peucinos Tacitus dicit, à quibusdam Basternas uocari, sermone cul
tuq; ut Germani; in hac parte & Vindilos ponũt, ubi nunc Poloni, de quibus mox dicam.

Sarmatæ

Domitianus

Claudius II

Phenni.

Varini.

Gythones.

Omani.

Comani.

Burgũdiones.

Sauari, qui & Auari.

Peucini, seu Basternæ.

RES VANDALORVM

VINDILI Plinio Ptolemæoq; hi sunt, quos ætas posterior Vandalos appella
uit, qui olim Gandarico duce, filio Modigilli, qui regnauerat prior annis tri/
ginta: ex primo uidelicet anno Gratiani imperij, sollicitati à Stilicone anno sa
lutis circiter CCCC. paucis ante annis quàm Gothi Rom. caperent Gallias
inuasere. Inde in Hispaniã traiecto Pyreneo, penetrantes: loca circa Beticam,
quæ Vandalia postea dicta est, occupauerunt: ubi capta Hispali quũ Gandaricus templum
profanare uellet, subita morte corruisse dicitur. Cui Gensericus successit. Ex Hispania post
aliquot annos, iubente Honorio, à Gothis item expulsi in Africam traiecerunt: quam tunc
Bonifacius Comes ab Honorio missus administrabat. Ante omnia Hipponem obsident,
ubi Augustinus noster septimo obsidionis mense decessit. Potiti tandem cum omnia diri/
puissent, breui post tempore Hetruriam inuadunt classe ad Populoniam applicantes: unde
à Basilico duce Leonis primi, è Græcia cum ingenti classe ad succurrendũ in Italiam misso,
expulsi fuere. Genserico post hæc ex Africa uocatus Romã ab Eudoxia Theodosij iunio/
ris filia, Valentiniani item iunioris uxore, contra tyrãnidem Maximi, qui urbis imperium
occupauerat, omnia in urbe diripuit, Maximo lapidibus interfecto. Post dies XIIII. Eu/
doxiam cum filia Eudocia & Placidia secum in Africam abduxit: matrem sibi: filiam alte/
ram Honorico nato: alteram Placidiã Olibio, qui post imperator fuit, matrimonio iunxit.
Præter hæc secta Arriana omnia cõpleuit, ut testatur Iustinianus in Codice De officio præ
fecti proconsulis Africæ. Deniq; quum regnasset annos XLVIII, moriens Honorico re/
liquit habenas, qui haud patre melior in oppugnãda fide post annos VIII, pediculari mor
bo misera

Vindili.

Modigillus.

Gandaricus.

Genserícus

Honoricus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guntabundus bo misere perijt. Deinde Guntabundus Genserici ex Gunzone filio nepos annos XXVI
Ildericus Is Ildericum ex Eudocia & Honorico filio hæredem relinquens, iureiurando adegit, ne or-
thodoxis ullo pacto faueret: at ille mortuo patre pio periurio confestim omnes huiusce mo-
Gilimer di ab exilio reuocauit. Post eum Gilimer, V. regnauit annos, uir in primis crudelis, qui nec
parentibus pepercit; uictus demum à Bellisario ac in triumphum ductus, anno LXXIIII
ex quo Genserícus in Africam ingressus est. Hic Vandalorum finis, ut author Procopius.
Alani Nunc cæteros exequar. Alanos, Ptolemæus in parte Scythiæ ponere uidetur: Capitolinus
in parte Daciæ: Marcellinus itēq; Pli. & Diony. poeta in hac Sarmatia Europea. Iosephus
lib. ulti. ait, inter Tanaim & Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis societate Medos
suo tempore fuisse depopulatos. Hi demum fuere, qui uno ferè tempore cum Vandalis
Gallias, deinde Hispanias petierunt: sed breui & ipsi à Gothis, cum quibus eandē ferè gen
Agathyrsi tem & linguam esse Procopius dicit, expulsi regnum amiserunt. Agathyrsos & Gelonos
Geloni populos, Agathyrsus & Gelonus Herculis filij constituerunt, ut est author Eustathius. Ex
his Agathyrsos dicit Herodotus cultu præstare, essecq; ab origine Græcos, agri cultores
quoq; & optimā incolere terram. Mela dicit eos, ora fuco inficere, qui nulla deletur aqua:
Roxolani ex quo Virg. Pictiq; Agathyrsi. Hi denicq; Bacchum ex India redeuntem excepere. Roxo-
Ruteni lani Plinio Ptolemæoq;: Roxani Straboni: hodie uero Ruteni. Hi quondam aduersus Mi-
thridatis Eupatoris duces dimicarunt, quibus imp. præerat Tasius, ut ait Strabo. Sed Chri
stiani nunc sunt, Græca tamen secta, lingua semidelmatica, sicuti ferè & Lituania & Polo-
Albi nia uicinæ regiones: bifariam autem diuisi, qui dicuntur Albi, uicini Lituaniæ, ex nomine
Moscouij Fluuij Moscouij dicuntur, ac Mosquam regiam habent, cui præsidet Ioannes dux, qui ex
Mosqua Helena Andreæ Palæologi Despoti sorore plures suscepit liberos. Hic ad mare usq; Vene
dicum postremus omnium imperat. Ex quo Strabo ait supra Roxolanos neminem habita
re. Ibi ingens sylua, & homines syluestres pellibus tantum ursorum quos uenātur tecti: na-
tura alioqui simplices, melle uictitantes, ac mercatoribus eò adnauigantibus pro frugibus
Nogardia pelles pretiosas commutātes. Retinent insuper urbem maximam, quam Nogardiam, hoc
est nouum castrū, eorum lingua uocant, quæ Græcum solet habere præsulem. Is fuit ætate
nostra Isidorus card. Rutenus ab Eugenio factus. Hic lapis in medio foro quadratus, quem
dum ciuitas erat libera qui ascendere poterat, neq; inde deijci, princeps habebatur. Huc adi
Ruteni rubri tur tātum pellium causa: moneta utūtur non signata. Alteri Ruteni, rubri appellati, Orien-
Tartari taliores, ac Borysthenis propiores sunt. De Tartaris locus iam exposcit, his uicinis populis
atq; infestis, loqui. Hos Plin. Tactaros uocat, ponitq; inter Tauros, de quibus paulopost di
cam. Hi anno MCCXXI, Batone duce finibus egressi ad mare usq; balteum defluxere, ui
cinosq; accolas Roxolanos, Gazeos, qui & Lazi Procopio dicūtur, præterea Polonos de-
populati, postremo ad Pannonios penetrātes, omnem eam regionē triennio uastauerunt,
ut in Pannonia dixi. Inter Borysthenem & Mæotidem campos habitant inadcessos, quum
aqua, tum frugibus, tectisq;, ac omnibus necessarijs carentes, pecore abūdant. Vitam in ten
toriis ducunt, equorum inutilium sanguinem potant, cæteriq; utiles equi inter niues ungu
lis herbas radicesq; perquirunt, breuiq; cibo longas tolerant excursiones. Lege ac lingua
omnes utuntur Mahumetana, ac cum Turcis uicinis adfinitates ineunt. Septenis agunt
sub principibus quos Cæsares appellant. Ex his unus Lituanis Rutenisq; uicinior ac
infestus, Cæsar Caphensis dicitur, quod prope Capham loca teneat. Est enim id castellum
iuxta mare in Taurica Chersoneso munitissimum, ditionis olim Genuensium, nunc Tur
carum. Cæterum Tartari ore sunt tetro & horrendo, raso sincipite à medio uertice ad utrū
q; tempus, oblōgis post tergū capillis, lata facie, pressis naribus, ore abraso, præter labrum
Budini superius. Deinceps ad reliquos Sarmaticos. Budini ἀπὸ τῶν βοῶν κοῖλα ἐνεύδειν, quod in curri-
Amaxobij bus ut plerique Scythæ agant, à bobus tractis. Amaxobij simile ferè genus, ἀπὸ τῆς ἁμάξης καὶ
Melanclæni βίου. Melanclæni quod atris uestibus utantur, Antropophagi em̄ sunt Herodoto teste. Neu
Neuri ri eorum regionem olim ob serpentes reliquerunt. Incantatores perhibentur esse, in lupum
Hylea regio sese alias animalia conuertentes, ut Eustathius in Dionysium. Hylea regio mari quo ablui
tur nomen dedit, ut Plinius. Herodotus etiam sic ait, Trajecto Borysthene, à mari in primis
Cimmerij est Hylea regio. Valer. poeta, Mouit & Hylea supplex cum gente Syenem. Stephanus ta-
& Oretæ men eam regionem Ponti facit. Cimmerij & Oretæ inter Sauromatas. Ii in Odyssea nomi
Ialmon nantur. Hi secundum Diony. Achæi sunt, qui secuti Agamēnonem, siue Ialmonem filium

Martis

Martis, regem Asplendonum, huc tempestate delati. Plin. Cimmerios post Arimpæos po
nit. Essedones Plinio, Issidones Hecateo, Assedones Alcmani poetæ ijdem populi. Arimas- Essedones
pi in hac parte Plinio ponuntur iuxta Ripheos, quos Dionysius Arimaneas uel Arimānos Arimaspi
uocat. Æschylus uero μονώπια στρατόν, id est, monoculum exercitum, quod sagittarij quum
sint optimi, alterum inflectunt oculum, ut à paruis adsueti altero melius cernāt, unde etiam
nomen auspicati sunt Herodoto. Nam Ari Scythice, unum significat, & Maspos oculum.
Item dicit author, supra Arimaspos Grypes esse aurum seruantes. Hos prope Riphei sunt Grypes
montes: ultra uero Arimpæi habitant, iusti & mites. Plin. dicit eos in nemoribus agere ac Riphei
baccis uictitare: quos satis puto ex eorum genere sylueſtriū hominum supra mihi memo- Arimpæi
ratorum, sub Moschouię duce degētium. Ad Ripheos usq; cursus Alexandri, ubi eius aræ Aræ Alex.
ponuntur. Supra uero Hyperborei sunt montes, quos nonnulli in Asiæ principio ponunt, Tauri pop.
de quibus mox in Asiatica Sarmatia. Nunc autem uersus mare Ponticū descendendo Tau li XXX
ros gentem maximam percurram: dicuntur enim non à monte, ut quidam eruditus nuper Tactari
nullo authore scripsit, sed ab animali, quod ibi Osyris docuerit boues aratro iungere, ut tra Tauroscy-
dit Eustathius. Nam Osyris dicitur uniuersum orbem agricolationē monstrando obiuisse. thæ.
Horum igitur Pli. XXX. populos fuisse dicit, inter quos Tactaros ponit de quibus supra Cursus Achil
dixi. Apud hos Diana Taurica, cui Iphigenia præest, & uictima humana sacrificabat. Hic lei.
Tauroscythæ qui montana tenent, & Cursus Achilleius, & Taurica Chersonesus oblon Achillis tu-
ga, in mari protensa modo uittæ mille stad. Eo usq; dicunt Achillem prosequutum Iphige- mulus.
niam fuisse, raptam ex Aulide in Scythiam à Diana, quum ceruam pro ea supposuit, ibiq; Achilleū pro
moratum cum ea rem habuisse. Nonnulli alium Achillem eius regionis regem illius amo- montorium
re captum fuisse dicunt. Hæc Eustathius in Diony. Plin. ait hanc peninsulam ad formā esse Cherso.
gladij in transuersum porrectam, & ab exercitatione Achillis cognominatam esse Achillis Theodosia
Cursum. Ab hac CXX. milia insula in Ponto est, Achillis Tumultus appellata, de qua in Panticapeum
Ponto dicam: & promontorium Achilleum contra Cimmerium Bosphorum, Ptolemæo. Phanagoria
Chersonesus Taurica moribus & elegantia Græca, libertate quondam à Romanis dona Nympheum
ta, ut author Plini. In hac urbes nobiles, Theodosia, & Panticapeum metropolis Bospho- Parthenium
rianorum, à Panticapeo Ætæ regis filio ædificata, quæ postea Phanagoria est appellata, Charax mōs
quod phanarium sit ac forum circa incolentium Europeorum, Eustathio. Præterea Nym- Sinus Carci.
pheum, Parthenium: Charax mons: sinus Carcinitus. In Isthmo Noua mœnia, Bosphorus Isthmos
Cimmerius lat. XX. stad. qui os Mæotidos appellatur. De Mæotide uero ipsa in Pōti de- Noua mœnia
scriptione dicam: Erullos insuper fortissimam gentem in Sarmatia flumen supra Istrum ha Bosphorus
bitare Procopius de bello Goth. scribit, qui, ut ait, senio confectos, seu morbo adfectos ob Mæotis
pietatem interficiunt: uxor defuncti iuxta tumulum laqueo se suspendit, infamis qui huic Tanais
desit officio. Longobardos olim uicinos Anastasio imperante ac duce Rodulpho infesta- Rogi
uerunt, qui dux cum esset ab iniuria belli aliquandiu quiescens, à suis uti segnis insimu- Gepidæ
latus pugnare rursus coactus cum multis eorum millibus cecidit. Exercitus reliquiæ anti- Gothi tra-
quam patriam repetentes cum Rogis constitere. Deinde in Italiam unà cum Gothis com- zaitæ.
mixti uenerunt: postremo ob famem pars Gepidarum gentis uicinæ militiæ se authoraue- Hunni
runt, pars in Thylen insulam se cōtulere. Iustinus princeps eos primum Christianos fecit, Polemon
eorum sæpe auxilijs usus. Gothos quoq; Trazaitas Procopius hic ponit & Hunnos. Flu-
mina hic, primū Tanais Europæ terminus, Græco uocabulo porrectus extensusq; dicitur,
quod longe fluat, Barbaris quandoq; Silis nunc Vola uocatus. Nam plerique fluuij Barba-
ra sibi usurpant nomina, ut Nilus, Thermodon, Araxes, Eridanus. Tanais igitur è Ripheis
montibus oritur Ptolemæo, è Caucaso Dionysio, è magna uero palude Herodoto, quibus-
dam alijs nullum certum habet principium. Hic Græcorum colonia quondam fuit à Pale-
mone Colchorum rege diruta, quum minime obtēperaret. Commune id emporium eius
regionis: nunc in eodem loco castellum est Venetorum Tana, unde pelles & mancipia ex-
portantur, quæ Sarmatæ mercantur, appellantq; Carcasos. Borysthenes ingens Sarmatiæ Boristhenes
fluuius à montibus exit Venedicis, & per fines Sarmatiæ in Pontum Ptolemæo: Plinio au
tem & flumen est & lacus & oppidum & gens, uocaturq; à Barbaris Neper, qui Tartaros Axiaces seu
à Lituanis diuidit: præterea Tira & Axiaces, quem Hypanim etiam uocant, Barbari uero Hypanis
Nester, ex Peucinis montibus in Pontum fluunt. Flumina præterea è mōtibus Venedicis
in sinum eiusdem nominis, Ptolemæo, Chrones, Rubon, Truntus, Chersinus.

Sarmatia

Universidad de Deusto
Biblioteca

SARMATIAE Asiaticæ limites Ptolemæus intra Thanaim & Rha fluuios montesq; Caucasum & Hyperboreos concludit, in quo fermè spatio populi clari sunt Rhombitani, Melãcleni, Zygi, Hunni, Turcæ, Amazones, Hyperborei, Gerri, Hippophagi. Flumina uero Rha, Rhombites, Rhymniũ, unde & mõtes Rhymnici. Rha in primis maximus amnis, apud quẽ, inquit Arrianus, radix nascitur medicamẽto nobilis, quod Rha ponticũ, seu Rha barbarũ uocant. Oritur ex Hyperboreis. Flexiones facit similes Tanaí inter se aduersas, ab Alexãdro alter Tanaís putatus. De Hyperboreis qui supra Rhipheos habitãt, Plí. dicit eos inter Antipodũ solis occasus & nostrũ orientẽ, putari à nõnullis semestrẽ diem habere, manecq; serere & uesperi metere. Domus his nemora, nullum morbum, perpetuam salubritatem, etatem quàm longam ad mille annos, procul à lite & iniustitia. Herodotus contrà, nullos esse Hyperboreos dicit: aut si sunt, necesse & Hypernotios quosdam esse. Possidonius esse quidem eos adfirmat, uerum habitare iuxta Alpes Italiæ. Polybius ait, supra Tanaim uersus septentrionem ignorari omnia, somniarecq; si qui de his loquuntur aliquid aut scribunt. Rhombitani accolæ fluuij sunt Rhombitis, Strabo. Ptolemæus maiorem & minorẽ ponit Rhombitem, paulopost Mæotidem ex Rhomborum frequentia nominatum. Zygi de quibus Marcellinus ait, Immani diritate Zygos & Napas. Dionysius poeta præter Zygos ponit etiam Sindos inter Sarmatas. Hunnos supra Caspios & Albanos ponit Dionysius. Simocatus quidam est author Eustathio in descriptione orbis, Hunnos circa Boream & orientem consistere, eosq; Turcas à Persis appellari. Alij sunt Hunni Europei, de quibus Procopius lib. v. sic ait, apud Mæotidem Cimmerij habitant antiquitus nominati, nunc autem Hunni, quibus olim rex quidam imperabat qui duos habebat filios, Vturgurum, & Cutrigurum: hi inter se regno diuiso utramq; ripam Mæotidis ostij incoluerunt, donec paulatim Istrum trajscentes cum ualido exercitu loca imperij Romani populati sunt: horum alter Vturgurus domum post ea reuersus circa eandem consedit paludem: Cutrigurus autẽ Romano imp. negocium facessebat, occidentẽ uersus late loca occupaũit. His uicini apud Mæotidem sunt Gothi Trazitæ appellati, remoti ab alijs Gothis, qui Visigothi dicũtur. Hos trajscere conantes Istrum Hunni sæpe repulerunt. Vsq; ad pontum habitant Euxinum, iter dierum xx. Arrianam colunt sectam, miserecq; ad Iustinianum anno eius imperij XI. oratores quatuor, ut præsulem eis mitteret, quũ alter apud eos esset extinctus. Hæc Procopius diuersis in locis in eodem libro, ex quibus deprehendimus Hunnos, qui Pannoniam ceperunt, Europeos fuisse: colonos fortè Hunnorum Asiaticorum de quibus scribimus: hosq; simul eandem esse gentem cum Turcis & Lazis & Zanis, qui à Iustiniano superati sunt per Theodorum, ut author est Agathias. Verum diuersis cognominibus appellati, ex ducibus plericq; nomen habentes. Reliqua Hunnorum in historia Pannoniæ prosecuti sumus. Amazones apud Rha fluuium sitæ, hodie quoq; à nostris cosmographis in insula ponũtur. Edil fluuij, quem Rha dicunt esse. De his Trogus lib. II. ait, duo fratres Scythæ cum exercitu apud Rha flumen constitere: ibiq; post multos annos cõspiratione uicinorum, quibus erant infesti, trucidantur. Horum uxores qui cum eis aderant, in aduena terra sumpta mulierum manu sese tuentur contra uiros: quibus tantũ concubitus causa admissis, mares filios interficiebant, fœmĩnis dextram adimebant mamillam, unde nominis etymologiam sumpserũt. Primæ earum reginæ Marpesia & Lampedo: his Orithyia & Antiope succesere, contra quas profecti Hercules & Theseus uictoria sunt potiti, Menalippe & Hippolyte sororibus Antiopes captis: deinde Pantasilea Orithyiæ succedens, & in bellum Troianũ profecta, cum toto exercitu trucidatur. Hoc itaq; modo ex successione usq; ad Alexandrum Magnum durauere. In hanc ille sentẽtiam. Strabo autem lib. XI. eas dicit indicio esse late quondam dominatas fuisse ciuitates ab earum reginis cognominatas in Asia, ut sunt Ephesus, Smyrna, Myrina, Paphe, & aliæ complures. De Thalestri regina, quod in Hyrcania cum Alexandro prælio concurrerit, ut quidam scriptores tradunt, non adseuerat. Herodotus de hoc genere refert, Amazones Thermodonta Paphlagoniæ incoluerunt, quæ quum in sedibus suis à Græcis essent debellatæ, cõgregatæ unà pontum Euxinum contra eos trajscientes, à uentis reiectæ in Mæotidem descendentes, omnem eam regionem depopulatæ sunt. Quumq; essent specie pulchræ pacem cum iuuentute ob Venerem fecerunt, simulq; Tanaim transeuntes itertrium

Rha
Rhymnium
Rha barbarũ
Hyperborei
Rhombitani
Rhombites
Zygi
Napæ
Sindi
Hunni
Simocatus author.
Hunni Turcæ
Gothi trazitæ
Amazones
Edil
Rha
Trogus
Strabo
Thalestris regina
Herodotus

trium dierum uersus oriẽtem consedere, ubi nunc sunt apud Sauromatas: ut uero quidam uolunt, Istrum trajscientes contra Græcos usq; ad Ariopagum uenere: unde nomen ab illis locus tanquam à Marte reiectis adsumpsit. Hęc Herodotus. Dionysius quoq; poeta eas Thermodonte huc migrasse dicit, ἀμάζονες πλαγχθῆσαι πάξηνδεν ἀπὸ ϑερμώδοντος, id est, Amazones profugæ patria procul à Thermodonte.

RES TVRCARVM

TVRCAE in hac parte inter Sarmatas Asiaticos supra Caspias portas commemorantur Plinio, Melæq;. Qui uastas dicit eos colere solitudines, aliq; uenando. Ptolemæo Tusci in eadem parte ponuntur. Simocatus historicus, ut tradit Eustathius, ait Hunnos à Persis Turcas uocari. De his itaq; Scilix Græcus author, qui historiam scripsit Constantinopolitanã, sic refert: Turcarum genus Hunnicum est circa Caucasum montem, gens maxima atq; libera: quum Saraceni late dominarentur in Asia, atq; inter se dissiderent, Maugmet princeps Persidis & Mediæ contra Imbraelem item Saracenum Babyloniæ principem, auxilia Turcarum adcersiuit: illi duce Mucaleth, uictoria potiti, ad imperiũ Persiæ aspirare cœperunt: præsidiaq; in Araxis ponte constituta à Saracenis, ne Scythæ transirent in Persiam, cum amouere conarentur prohibiti, manu ualida prædone duce Strangolice contra exercitum Maugmet ueniunt, ac tandẽ potiuntur. Totius Persię Strangolix Sultanus efficitur: ruptisq; Caucasi claustris Turcas alios euocat: uicinis bellum suscitat: Babylonem Pissasirio rege superato in potestatem redigit: contra Carbessen Arabiæ principem, bellum primum per Cuelmam legatum, deinde per Asan fratris filiũ infeliciter gessit, amissis copijs ac profligatis: uerum alij atq; alij insurgẽtes huius nationis totam Asiam occupauere. Hæc Scilix. Otho autem præsul Phrisingensis dicit eos egressos è finibus anno salutis DCCLX. regnãte apud Francos Pipino: Asiam occupauere, ac cum Saracenis de una lege conuenere, quum prius uti reliqui Scythæ idola colerent. Insequentibus deinde temporibus diuersi ex his duces ac principes loca diuersa cepere. Solimanus Niceam usq; ad Hellespontum & Tarsum Ciliciæ, qui in prima expeditione Hierosolymitana expulsus à nostris cum tota familia fuit. Ducath Damascum omnemq; regionẽ Decapoleos: Assungur Alapiam, Anexianus Antiochiam cum modicis finibus: nam usque Laodiceam Syriæ Calipha Ægypti è gente Saracenica possidebat regiones. Post annos circiter LXXX. regnante apud Hierosolymas ex nostris Almerico Syracinus Norandini Damasceni principis dux, simulatione ferendi auxilij Caliphæ Ægyptio qui tunc à nostris oppugnabatur, eum obtrũcauit, Sultanumq; se primum Ægypti cõstituit. Huius Saladinus successor Hierosolymæ Syriæq; regnum nostris expulsis in potestatem recepit, processuq; temporis & ipsi Saracenicum nomẽ ex Turcis, quod inter Arabes uersarentur usq; in hodiernum diem accepere: perpetuaq; postmodum lege sanxere, nequis Turca aut in secta Mahumetana natus Sultanus esset, sed aut Christianus fidei desertor, aut alterius nationis captiuus ac seruus. Insequẽtibus deinde seculis anno circiter MCCL. quatuor è Perside familiæ cum totidem ducibus ac exercitibus late per Asiam, perq; Europam uagati sunt, Asambeci, Candelori, Caramani, Othomanni. Candelori Sinopen, regionemq; circa Pontum ceperunt. Caramani Ciliciam, quorum ultimus Abramus auxilium contra Othomannos à Pio pont. per oratores petijt. Vtraq; igitur familia à Mahumete Othomanno pulsa ad opes Asambeci cõfugit. Hic Asambecus Vsuncasan appellatus, una ex quatuor familijs in Perside regnabat omnium potẽtissimus: apud Tauros ciuitatem ab eis uocatã regiam constituerat, ac Othomannis plures ademit urbes: cum Venetis ex ea causa fœdus iniuit: oratorq; Venetorum Catherinus Zenus ad eum missus anno MCCCCLXXII. multas eius opes testabatur se uidisse: contra Othomannum ad septingenta hominum millia coegisse, ipsum in castris uenari solitũ equos syluestres quibus uescebantur. Prusiæ ac Natalię regiones hostium depopulatum esse. Deniq; Cappadoces, Armenos, Mesopotamios, uicinosq; circa populos omnis subegisse. Aliæ quoq; literæ Securani Genuensis, qui apud eas nationes negociabatur, ad Sixtum pont. eodem ferè anno idem testabantur: præterq; etiam Sorochum nepotem magni Tamberlani ab eo expugnatum, apud mare Caspium Samorcantẽ urbem proximũ Amazonibus tenentẽ. Hierusalem regem Babyloniæ cum toto exercitu superatum: Ægypti Sultanum ob formidinẽ ad fœdus ineundum compulsum. Quæ omnia post eius mortem desciuere, filijs non pari uirtute

Maugmet
Imbrael
Mucaleth
turca.
Strangolix
Otho præsul
Solimanus
Ducath
Assungur
Saracenus
Norandinus
Saladinus
Turcarum familiæ IIII
Candelori
Caramani
Asambeci
Vsuncasan

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut felicitate succedentibus. Ex quo Othomanni, ac alij, multa de eorum imperio abstule/
Sophi runt. Nuper uero anno MDII. excitatus est in Persida uir bubulcus & idiota, nomine So/
phi, qui se prophetam dei nominat, responsaq; dat: opertaq; facie more Moseos populos
audit: magnoq; cum exercitu ingressus uicinas nationes subegit: Othomannis maxime ad
uersus, quibus multa iam abstulit, eaq; antiquis possessoribus & dominis Asambeci nepo/
tibus tradidit. Armenos Christianos ultrò obuiam ob metum procedentes bona spe iussit
esse. Othomanni autem, quos è quatuor descripsimus familijs, eodem tempore Othoman/
no duce in Asiam primum minorem irrupere. Hic enim ex humili fortuna ob uirtutem rei
Orchanes militaris magnum sibi nomen in Turcarum gente parauerat: cuius filius Orchanes supra
Amurathes nidum paternum in Thermodontem & Bithyniam transgressus, caput extulit: huius item
Amurathes rem maiorum adauxit: duobus siquidem de imperio Græcorum certantibus
ab altero auxilio adcersitur, pacta Callipoli: quam adsecutus primus Turcarum paulatim
per dissensionem principum Græcorum in Europam, in Thraciam primo, deinde in reli/
quam Græciam, manus iniecit. Huius è duobus superstitibus liberis, alter Solimanus breui
Pazaites decessit, alter Pazaites paterno successit imperio, maiorum fama non inferior. Thraciam,
Mœsiamq; magna ex parte subegit: maiora facile consecuturus, si per eius infelicẽ exitum
licuisset. Captus siquidem à Tamberlano, de quo uiro inter Parthos postea dicemus: in ca/
ueaq; uinctus cathenis modo feræ circunducebatur. Filij hac clade accepta uestigio per
Celapinus Thraciam fugientes à Græcis capti sunt, è quibus Celapinus natu maior, inutili quidẽ no/
strorum consilio, ad recuperandum paternum regnum dimissus, obijt, superstite filio Or/
Moses chane pupillo, quem tutor ac patruus eius Moses cupiditate adrepti imperij de medio su/
Mahumetes stulit: quod deniq; & ipse sine liberis extinctus, fratri Mahumeti reliquit. Hic igit primus
Amurathes Danubium traiecit: multasq; eorum ciuitates tributarias fecit. Huic Amurathes filius suc/
cessit: quem aliquãdiu Græcus imperator in Asiam traijcere conantem intercluſit: demum
ubi eo penetrauit, Muscapham Pazaitis filium regno paterno spoliatum egentem contra
eum excitauit: quo uicto Amurathes solus rerum potitur: Thessalonicam ui captam diri/
puit: Epirumq; ac Ætoliam subiugauit: Sinderouiam Georgij Despoti Seruiæ soceri sui
urbem expugnauit. Cum centum armatorum millibus Pannoniam ingressus obtinuisset,
nisi commeatus per anni penuriã defuissent. Bis tamen Pannonios bello fudit: semel apud
Varnam, in qua Vladislaus rex cum duce Ioanne Hunadis & Iul. Cæsarino legato profli/
gatus fuit: de quo quid deinde fuerit incertum, non amplius uisus est. Ioannes ut peritus
rei militaris fatum prædixerat: non creditus sese ante finem pugnæ in tutum recepit. Lega
tus fugiens dum aquaturus equum in amnem ingreditur, à latronibus Pannonijs trucida/
tus in medio campo iacuit. Post quam uictoriam Amurathes simul cum alijs rebus gestis,
iam satis gloriæ peperisse putans, uitæ tranquillitati consulere deinceps statuit. Itaq; cura
Mahumetes rerum Mahumeti puero & eius magistro Calibassæ tradita, ipse imperio se abdicans secre
tum petijt. Reuocatus paulopost à suis contra Ioannem Hunadis iterum aduersus eunte
rursus uictoriam retulit, atq; iterum secessit. Moritur apud Prusiam Bithyniæ ciuitatẽ, quæ
erat ante captam Constantinopolim Othomannorum regia. Mahumetes igitur defuncto
patre, instituta maiorũ pro ingenio correxit: rem domi foriscq; legibus ordinauit: Constan/
tinopolim expugnauit. Auctus deinde uiribus ad Albam inter Danubij & Saui confluen/
tes castrametatus, magnã à nostris plagam accepit XXX. ferè mil. è suis desideratis. Fue/
re in eo exercitu tres Ioannes, Vaiuoda dux regis Pannoniæ, Io. Caruagialla legatus, & Io.
Capistranus ordinis minorum, sub Calisto III. Post hæc Seruiam inuasit: eius Despotus
Georgius relicto defensioni filio in Pãoniam aufugit: Trapezuntem deinde ac Bosinam
fugatis eorum principibus subegit: omni deniq; fere Græcia cum Peloponneso, Macedo/
Hydrunti ex/ niaq;, ac Illyrico potitus, in Italiam ad extremum penetrauit, Hydrunto capto: in quo bello
pugnatio. per triennium gesto, flos omnis Italiæ absumptus est: benigne nobiscum egit dei prouiden
tia, authore inter hæc de medio sublato. Ad cuius nuncium mortis Sixtus pont. qui iam de
fuga in Galliam, & alma urbe beatis apostolis qui eam tuerẽtur, relinquenda cogitauerat:
cum patribus ac plebe deo gratias agens, tabernas claudi: iustitium ac triduale sacrum indi
Pazaites ci iubet. Mahumetis igitur filius Pazaites qui nunc imperat, rem paternam fuscepit, expul
Zizimus so Zizimo fratre, qui Rhodum primo, deinde in Galliam, postremo ad urbẽ Romam ad
Innocentium VIII. captus cum custodibus Rhodiorũ militum uenit: obuiam Francisco
pont.

pont. filio procedente: exceptusq; publice in senatu, pontificẽ, deinde patres more suo con
salutauit: mox custodiæ traditus est, donec ab Alexandro successore ablatũ Carolus VIII
rex Gallorum hinc secum Neapolim duxit, qui paucis post diebus ueneno extinctus, ma/
ximi initium mali nobis fuit: nam rem tutam fore Christianis frater per oratorem pontifici
receperat eo incolumi. Igitur anno MCCCCXCVIII. excursiones in Carnorum regio/ *Carni*
nem transmisso Taliauento fecit: multa fidelium milia trucidauit. Biennio deinde post lon
ga obsidione Methonem cepit, omnibus ad unum oppidanis cum præsule necatis, frustra *Methone*
subuenientibus Venetis. Postremo Gallorum classem suppetias ferentem apud Lesbum *capta.*
perdidit; quæ singula alijs etiam in locis mihi repetita.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER VIII.

ILLYRICVM

ILLYRICI ab Illyrio Cadmi & Hermionis filio, ut tradit Eustathius, cognominati, quorum sepulchrũ prope Ceraunia cernitur. Huc enim è Thebis profecti in serpentes mutati fuerunt, postq; Cadmus Mar/
tis draconem, qui Dyrcẽ custodiebat, interfecit. Ratio fabulę, ut idem
dicit, quod homo Græcus & politicus mores induerit barbaros, & ui/
ctum ferinum. Appianus autem aliam repetit originem: Polyphemo
uidelicet & Galateæ tres fuere filij, Celtus, Galatus, & Illyrius, qui to/
tidem constituere populos. Illyrio deinde filij, Achilles, Autarius, Dar
danus, Medus, Taulantius, Perrhebus: filiæ quoq; Partha, Daorta, Dasara: à quibus Tau/
lantij, Perrhebij, Achillei, Autarici, Dardani, Medi, Partheni, Dasarici, Darsij prodiere. Au
tario ipsi Pannonius, uel Pæonus potius, & Scordiscus filius fuit. Pæoni uero Tribalus, à
quibus pariter nationũ cognomina traducta sunt. Hæc ille. De Illyrijs Florus ait, quod pri/
mo bello Punico, regnante Teuca muliere, populationibus non cõtenti, licentiæ scelus ad/ *Teuca regina*
diderunt, legatos Rom. securi percusserunt, præfectos nauium igni cremauerunt, idq; quo *Agronis uxor*
indignius fieret mulier imperabat. Itaq; Cn. Centimala duce, late superati fuerunt. De ea/ *Cn. Cẽtimala*
dem regina quæ Agronis regis uxor fuit, Polybius sic ait: Illyrij sæpe eos qui ex Italia naui
gabant, & ex Phœnice mercatores deprædabantur, Romani conquestum ad Teucam re/
ginam P. Iul. & T. Coruncanum miserunt: alterum eorum liberius locutum, postea disce/
dentem in itinere iussit interfici contra ius gentium. Ita missus Cn. Centimala cum exerci/
tu Teucam superauit, illa sese in urbem Rhizonem recepit, & procul à mari in ipsa Rhizo
nis fluuij ripa pacem fecit, hac conditione ut tributum daret, omni Illyrico excederet, pau/
cis exceptis locis, ut non ultra Lissum ei nauigare liceret. De Illyrijs postea, uti Liuius testa
tur, L. Manlius prætor capto Gentio rege qui rebellauerat, triũphauit. Deinde Scipio Na/ *L. Manlius*
sica conf. expugnato Delminio, unde Delmatę dicti sunt, amplissima ciuitate. Mox Q. Me *Gentius*
tellus cognomento Delmaticus. Postremo Asinius Pollio Augusti tempore, Salonia oppi *Scipio*
do munitissimo in potestatem recepto. Insequentibus uero temporibus Sclaui dicti sunt, à *Nasica*
Græcis autem Sclaueni, de quorum origine Procopius Græcus author sic scribit: Sclaueni *Q. Metel.*
gens Scythica Iustiniani tempore in Illyricum irruere, multasq; strages ediderunt, contra *Asinius*
eos imperator exercitum misit Germanorum, qui multos ex eis interfecerunt. Sclaueni ni *Sclauorum*
hilominus prædas egerunt, & incommoda multa uicinis intulerunt. Istrumq; nequeuntes *origo.*
transire, se domum receperunt. Postea uero paulatim Gepidis militantes supra capita om/ *Sclaueni*
nium emersere, ac Istrum transeuntes imperij Rom. loca occupauere, interq; Illyricos con/
stitere. Catalecto utũtur semiscythico ac proprio in sacris usq; literis ac sacrificijs, cõcessio
ne pont. ac sancti præsulis eorum Cyrilli. Magistratus ac principes Banos appellãt. Domi/ *Bani magi*
natur nunc partim à Pannoniorum regibus, partim à Venetis, ligneis habitant plerũq; æ/ *stratus.*
dificijs culmo contectis, præter paucas littorales urbes in quibus humanius degunt: tellu/
rem optimam colunt: ubi, teste Aristotele, bis grauidæ pecudes & quater in anno tonden/
tur. Regionem omnem Rom. ut est author Rufus, in prouincias XVII. diuisere, Norico/ *Illirici*
rum II. Pannoniorũ totidem, Valeriam, Samensem, Delmatiam, Mœsiam, Dacorum II. *diuisio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sub ditione Macedoniæ sunt VII. Macedonia, Thessalonicensis, Achaia, Epiri II. Latitudo totius Illyrici Plin. pass. mil. CCXXV. ab Arsia usq; ad Drinum DCCC. Adrius mons Straboni mediam, ut Apenninus Italiam diducit, hinc Adriaticum, inde Pannonias respiciens. Mutat autem Ptolemæo in itinere nomina, Ocra, Carnus, Bebius, Albanus, Adulas, Getius, Scardus, pro uarietate regionū appellatus. Hunc præter Rufum diuus Hieronymus, Alpes Iulias uocat, quendā describēs locum. Inter Constantinopolim, inquit, & Alpes Iulias. Duobus principalibus abluitur tota regio fluminibus, Sauo. & Drauo: citra Adrium uero alijs minoribus, Edanio, Ticio, Narone, Rhizone, Drilone, Drino, omnibus in Adriaticum erūpentibus sinum. Populi autem inter idem mare ac montes hi ferè nominanī, Iapydes, Liburni, Illyrici, Delmatæ, Dryopes, Cerauni. Iatæ, Chelidonij, Hyelles, confusi ferè omnes. Iapydum, & Liburnorum ciuitates XIIII. conuentū Scardonitanum pertebant. Ius latij habebant, ut author Plin. Iapides ex Gallis Illyricisq; nati cum Iatrocinaretur uicti ab Augusto, ut idem refert, fuere. Hyelles Chersonnensum habēt teste Apollodoro, qui Hyllis appellatur, habens ciuitates XV. Ad hos Argonautæ descenderunt, ab ijs etiam Iason didicit tripoda Phœbi eò aduectum abscondere, q̄ fatum erat illam terram inexpugnabilem fore ubi Tripos esset: dicti ab Hyllo Herculis filio, & Melitus Ægei fluminis filiæ: qui apud Phæacas natus non tulit esse sub Nausithoo. Iraq; cum parte Phæacū uenit ad Cronium mare, author Eust. Delmatarum oppida ad LX. fuisse, ex magna parte ab Augusto incendio uastata testatur Plin. ex his in ora post Arsiam ponuntur Ptolemæo, Aiuona, Flamona, ubi flumen hodie uocāt. Senia, nūc Signia, qua breuiore itinere ex Italia transmittunt Pannonias petituri. Enona nūc Nona. Phanates, qui sinui Phanatico nomen dederunt, ius latij habebant. Iadera colonia, pro qua bellum diuturnum inter Venetos & Pannonios. Scardona incolumi adhuc nomine, ubi olim conuentus. Sicum nunc Sibinicum. Spalatum, Plinio cōmemoratum, olim Diocletiani palatium. Eusebius in Chronicis. Diocletianus haud longe à Salona in uillæ suæ palatio moritur. Hinc Halmissa octo ferè passuum mill. procul, arce nobilis, Ciclodie uocata: inter quam & Spalatum tractu maritimo ad montes usq; pertinet gens, quæ q̄ Diocletiani genere se ortam iactat, eorum locum politicam quasi remp. appellant, iuribusq; suis utuunt in hodiernum diem, senatu Veneto permittente. Sinus deinde panditur Chelonius: Narona colonia Plinio, hodie Narenta adnihilum ferè redacta. Naro quoq; fluuius eidem ponitur, Ptolemæo Narbo, & Straboni Varo, in utrisq; menda. Epidaurum à Gothis dirutum colonia Rom. è cuius ruinis Ragusia iuxta ædificata, libera nunc ciuitas, tīn Turcis tributaria. Hoc Epidaurū Pausanias & Strabo Limiram cognominant, q̄ portuosum sit: alterum Epidaurum in Peloponneso, ubi Æsculapij templum. Rhizinium Plinio, Polybio autē Rhizo oppidum ciuiū Rom. & amnis, ubi nunc Catharum cernitur, arce Venetorum renouatum oppidum. Butuauium Plinio, Ptolemæo Butua, priscum retinet nomen, à Cadmo Ægyptio cōdita: dicta q̄ bubus ad currum iunctis huc commigrauerit, uel à Buto Ægypti ciuitate, author Stephanus. Antibaris nouo nomine urbs metropolitana, quæ ex Docleatiū uicina ciuitate ruinis creuit. Præsul est unus nunc utrisq;. Olchinium, quod antea Colchinium dictum est, à Colchis cōditum, ut author Pli. nunc Dulcinēsis ciuitas: deinde Drino fluuius, Pli. Ptolemæo Drilonis est quē Bolianam Delmatæ appellant. Post eum Drinus Delmatiæ Albaniæq; terminus. Est item alter iuxta minor, eiusdem nominis, qui lacum efficit, in Drilonemq; exit. Post Drinum uero Lissum oppidum ciuium Rom. ab Epidauro. C. mil. pas. distans, ut author Pli. nunc Alexieusis dicitur ciuitas: de qua deq; alijs in Albania locis (nam & Albanos eos Prole. uocat) in Macedonia dicemus. Intus aūt sunt oppida, Scodra ciuium Rom. à mari. XIX. pas. mil. distans, ut Pli. nunc Scutarensis ciuitas, ante hos annos XXX. à Venetis possessa: deinde à Mahumete Turca ingenti obsidione pressa, ac demum in pacis conditione recepta. Delminium, unde Delmatæ appellati, supra Liuio commemoratū, nunc Damna uocatū, haud longe à Scodra. Salona à Pollione, ut supra dixi, expugnata. Tribullū Pli. nunc Tribunensis præsul in Codice descriptus. Diocleatæ, ubi nunc Dioclensis urbs dirura, falso à quibusdam Diocletiani ædificiū existimata, quando Plinio ponantur. Supra Istros Carni sunt lata regio, à Foroiulienſibus incipiens atq; ad montana pertinēs: Germani eam Carinthiam uocant, quasi Carnithiam, corrupto uocabulo, quāquam nonnulli alteram faciunt: eadem tamen est gens, Delmatica quidem, & ducibus Austriæ subiecta. In hac Iulium Carnicum Ptole-

Adrius mons
Iapydes
Liburni
Delmatæ
Dryopes
Cerauni
Iatæ
Chelidonij
Hyllis
Delmatarū oppida LX
Arsia flu.
Aluona
Flamona
Senia
Enona
Phanates
Phanaticus sinus.
Iadera
Scardona
Sicum
Spalatum
Halmissa
Chelonius sinus.
Narona co.
Naro flu.
Epidaurum colo.
Ragusia
Rhizo oppidum & flu.
Catharum
Butua
Antibaris
Docleates
Olchinium
Drino qui & Boliana
Lissus colo.
Scodra
Delminium
Salona
Tribullū
Diocleatæ
Carni

Ptolemæo Plinioq;, quod ex loci situ Golitiam quidam esse contendunt: cui præfuit ætate nostra Henricus comes uir turpissimus, æque corpore atq; animo, qui filios indolis longe melioris, ac matris nobilitatem referentes reliquit. Est etiam in hac Labatum oppidum ex nomine fluuij uicini, quem Pli. Neuportum appellat, unde descendit Argo nauis ad Istros. Delmatæ Lublanam hoc oppidum uocant ex Lugea uicina palude. Hanc regionem in primis bonam fertilemq; esse Ludouicus imperator monstrauit, qui ei Arnolphum primogenitum filium ducem constituit. Modrusa quoque nouo nomine ciuitas in hac parte inter montes sita est. Magistratum habent Carniti archiducem, Australibus hodie subiectum. Morem præterea hunc barbarum, ut non solum in furto deprehensum, sed furti suspectum extemplo suspendant: post triduum de suspicione iudicant. Si iure mortuum animaduerterunt, pendere eum sinunt: si minus, contumulant, eiq; iusta faciunt. Proxima huic Iapidia, quam Stiriam nunc uocant, licet Pius pontifex eam Valeriam putat: ego uero ex descriptione Rufi, Valeriam potius Croatiam dixerim, inter Danubium & Drauum. In hac Cilia est ad Sauī ripam, urbs, uti apparet ex uestigijs, antiqua. Nam inscriptiones in ea plures nominum Rom. apparent: oppidani à Sulla conditam dicunt, uocariq; Sullacem, nulla tamen authoritate quam sciam. Nam fortè ea fuerit aut ex eius ruinis, quam Ptolemæus non longe ab hac ponit, Celiam appellatā. Huic comes imperat Australibus ducibus subiectus. Is fuit ætate nostra Fredericus uir facinorosus, qui pellicis causa nobilem ac probam uxorem interfecit. Quumq; sub Nicolao V. Romam ad iubileum uenisset, nec melior propterea factus esset, rogatus quid ei profectio contulisset, ut non prioris sim oblitus artis inquit: Nam & sutor meus ad crepidas item rediit, qui mecum iter fecerat. Filiam habuit Barbaram, quæ Sigismundo imperatori nupsit, filiumq; Vlricum haud patre meliorem. Is est qui tutor postea Ladislai pueri fuit, de quo in Pannonia mentionem faciam. Ex Stiria sal in Germaniam asportatur.

Golitia
Labatum
Neuportus
Modrusa
Iapidia
Stiria
Cilia
Sulla aut Sylla

DE INSVLIS ILLYRICI

INSVLAS autem Illyrici amplius mille frequentatas Plinius dicit. Potissimæ nunc Tragurium. Alterum in ora fuisse Strabo & Ptolemæus tradunt. Arba, Pharus: antea Parus, Plinio: Ptolemæo autē Pharia, uetera omnes seruantes nomina. Est in eodem mari Lissa, Plinio & Antonino, & in hodiernum diem uocata: & Issa, Isseo quondam uiro clara, ut Strabo & Athenæus scribunt. Est & Chissa quæ eadem fortè fuerit cum Gissa, sicuti Issa & Lissa. Antoninus tamen duas his uerbis facit, Bractia, Issa, Lissa, Corcyra, Melite. Gissam putant quam hodie Pagum nominant, quoniam uestigia in pago adhuc extant Gissæ appellatæ. Meliten, Ptolemæus Meliginam uocat, Polybius Melitusam. Hinc canes Melitei in delicijs, ut Plinius refert. Corcyra, quam Melenam uocat eodem teste, nunc Cursula: altera uero quæ ante Epirum est, Corcyra dicitur. Bractia ab Antonino usq; in hodiernum diem uocata: Venetis unà cum alijs seruit. Polybius tamen Brectiam dicit, & Brectianos colonos. Stephanus Elaphusam ait, à Græcis uocari, & etiam à quibusdam Brectanis. Crepsam, & Aplorum, Ptolemæus in eadem insula ponit. Hodie eiusdem nominis duas uocant insulas, quas prætor unus Venetus regit. Portunata, quæ hodie Vigilia, seu Vegia dicitur, quanquam sunt qui Vegiam eam esse uolunt, quam Ptolemæus & Plinius Curitam uocant. Ego tamen potius existimauerim eam dici, uel eius esse colonos, quæ à Ptolemæo Vecția scribitur in ora. Sunt item in eodem mari Apsyrtides, insulæ eorum qui Apsyrto duce à Medea trucidato, non adsequuti quod iussi fuerant ab Æeta rege, formidantes reditum in hoc partim loco, partim in Illyrico circa Ceraunia consedere. Apollonius in Argonauticis rem omnem explicat. Deinceps pars Illyrici, quæ ultra Adrium est, ubi Drauus & Sauus amnes maximi in Danubium fluunt, alter ex Noricis uiolentior, Sauus ex Alpibus currens. CXV. mill. pass. interuallo. Amnes quoq; non ignobiles, Colapis, Bacuntius, Valdanus, Vrpanus, in Sauum omnes miscentur. Inter hos igitur Delmatiæ populi plurimi Pannonijs immixti sunt. Ex his sunt Iapides siue Stiriæ pars campestris. Præterea qui loca Valeriæ tenent: de quibus Rufus sic ait: Marcomanni, & Quadi de locis Valeriæ, quæ sunt inter Danubium & Drauum, pulsi à Tyberio sunt, & limes ab Augusto inter Romanos & Barbaros per Vindelicum & Noricum, Pannoniam, & Mœsiam est constitutus. Hanc hodie par-

Tragurium
Arba
Pharus
Lissa
Issa
Chissa
Gissa
Corcyra
Bractia
Melite
Crepsa
Apsorum
Portunata quæ & Vigilia
Curita
Apsyrtides
Apollonius
Pars Illyrici ultra Adrium
Drauus
Sauus
Colapis
Bacuntius
Valdanus
Vrpanus
Valeria

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præsul Croatinus

tem Croaciam uocant, regibus Pannoniorum subiectam, eíq; adscribitur præsul Croacensis. Amantini quoq; populi, quos Rufus item deuictos à Tyberio dicit, unà cum Pannonijs, in hoc ferè spatio fuerant, ubi etiam antiqua urbium nomina, Segestica, Scisci, Syrmium, Taurorum, nunc Belgradum, uictoria illa inclyta Pannoniorum contra Turcas duce Ioanne Hunnadis nobilitata. Situm est in Sauí & Danubij confluentibus. Vbi uero Teutoburgium Ptolemæo, in Drauí & Danubij cóitu ponitur, Quinqueecclesiẽsem ciuitatem nunc uidemus. In ripa Sauí ulteriore, est etiam Cibalis Ptolemæo, non ignobilis urbs, patria Decij imperatoris. Omnia nunc Pannoniorum regibus dominata. Antequàm ab Illyrico discedam ciuitates apud Fiscum apostolicũ in tota regione descriptas, ponere uisum est. Tres omnino metropolitanæ Iadrensis, Ragusina, Antibarensis. Sub prima Tragurien sis, Pharensis, Signanus, Scardonensis, Arbensis, Nonensis, Croacensis, Titiensis, Sibinicensis. Sub Ragusina Stagnensis, Rossensis, Tribuliensis, Buduariensis. Sub Antibarensi Dulcinensis, Dinastriensis, Suatinensis, Polacensis, Albanensis, Sardensis, Scutarensis. Catharensis uero sub Stranensi, pleraq; corruptis, uti demonstrauí, nominibus, quorum nonnulla inter Albanos sunt, de quibus postea dicemus. Nunc ad Pannonios transeam.

Ecclesiensis
Cibalis
Metropoles III
Iadrensis
Ragusia
Antibaren.

PANNONIA

Bathonis rex
Tyberius Cæsar

AD PANNONIAM spectat quicquid est agri ultra Sauum. Hanc Tyberius Cæsar uiuente Augusto, subacto rege Bathone, ac per alpes Iulias itinere facto biennio domuit, quum nullus ad eam diem ausus fuisset ad Danubium arma transferre, quamuis sæpe insultantibus Barbaris. Multis deinde seculis Romanis principibus subditam exterarum gentium diuersæ nationes inuasere, domicilium q; primum ac quasi pontem in eo constituere, unde facile in urbem Rom. inuadentes Latinum nomen, quod tantopere cupierunt, euerterent. Igitur prima irruptio Gothorum fuit: paulò antequàm urbem occuparent, illac iter populabundi fecere, quum Illyricum etiam penè omne uastarent. Post hos Lõgobardi: deinde Hunni: mox Auari: postremo Tartari omnem eam regionem uexauerunt, quod accommoda sit ad primos impetus excipiendos, ab ijs præsertim nationibus, quæ è Scythia egrediuntur. Pannoniã à Græcis Pæoniam uocari scribit Appianus, & Pannonios Pæonas: cæteri uero scriptores Pæoniam diuersam faciunt, eamq; apud Axium fluuium in Macedonia constituũt. Duas Pannonias Ptolemæus posuit, alteram superiorem ubi nunc Austria, de qua in Germania dixímus: & hanc de qua nunc scribimus inferiorem, cuius limites multo breuiores quàm imperium: nam & Iazyges, qui Transyluani: & Daci, qui Valacchi: & Valeriæ populi, qui Croacij nunc sunt: præterea Amantini ex magna parte ipsorum regioni subijciuntur. Eius quidem ciuitates, quod uicatim potius habitent, & ligneis ædificijs, ueteres non posuere: sed gentes quæ Straboni sunt, Breuei, Audizeti, Ditrones, Pirustæ, Desitiatæ, quibus Batho quondam imperauit, & alij conuentus ignobiles in Delmatiã usq; distenti sunt: & Sardiei ad meridiem pertinentes, qui Sardiates Plinio uocantur, nunc uero Sardenses, reliqui ex magna parte interiere. Nec sanè quæ à Ptolemæo ponuntur urbes dignosci nunc possunt, mutatis nominibus & locis: hodie namq; in sacro fisci codice ciuitates XIII. adnotantur. Metropoles omnino duæ, Strigoniensis, & Colocensis. Sub prima Agriensis, Nitriensis, Vaciensis, Iaurinensis, Quinqueecclesiensis, Versprimiensis. Sub Colocensi Zagabriensis, Transyluanus, Varadiensis, Sirmiensis, Canadiensis: ex quibus ultra Danubium sunt Agriensis, Vaciensis, Syluanus. Qui Iazyges sunt Metanastę, id est, migratores, & coloni eorum qui apud Mæotim sunt: ulteriora Daci possidẽt, qui nunc Valacchi, de quibus postea. In medio fermè tractu in sinu Danubij, ac ferè peninsula Buda, Pãoniæ regia continetur. Inter hos tantum Agrienses, quos Appianus Agrianos uocat, antiqui sunt. Descripta iam in uniuersum regione, reliquam adijciam historiam, ubi & urbium nouarum, quas paulò supra commemorauí, origines pro uirili parte uidere licebit, priusq; de moribus pauca dicam. Igitur habitu & catalecto ferè illyricizant, uti & consanguinei Boemi & Poloni, artium omnium indociles præterquàm militaris, quam naturæ feritate ita exercent, ut ne per brumam quidem uacent, magnoq; adiumento nomini Christiano tuendo contra Barbaros fuerint. Villis atq; uicis abundant stramineis, quas sæpe reficiunt ad subitã inimicorum incursionem, uel alia leui de causa flagrantes. Nos id sumus pericliatí, quo tempore cum car-

Metropoles Strigonien. Colocensis
De moribus Pannoniorum

cum cardinale Aragonensi legato proficiscebamur, serui negligẽtia per noctem lucerna totum uicum comburẽtis: itaq; Turcas adesse putantes, ac humo surgentes, ubi strati passim cubitabamus, quisq; trepidus uia, quæ sibi primũ in tenebris offerebatur, properabat. Ego uero in cauerna quadam solus aliquot horas delitui, donec ueritas patefacta. Cæterum inculti ac procul à delicijs, hyeme, ut reliqui Aquilonares pelliti in pyriterijs agunt, potui ciboq; plus iusto uacantes. Mirãdum q; id in primis, cum merum, aromataq; præter cæteros mortales frequẽtent, iuuẽtutem tamen esse castam, & absq; scortis agere: uitibus, pecoreq; abundant, olea nequaq;. Regis uectigal admodum tenue. Cura regni præsulibus, ac proceribus traditur: hi iussi à rege extemplo. L. armatorũ millia suis stipẽdijs exhibent. Pompam seruorũ præferunt, argenteis splendoreq; uestium utũtur. Dum equitãt arundinẽ in manu gestant. Id insigne nobilitatis, quod & Germanis cõmune. Cætera plebes sordida, hominẽ interficere leui de causa promptũ habent, idq; impune licet. Iidem religiosi, magnaq; pars antelucanas uigilias ac sacras obeunt horas: in templis errare, aut aliud agere q; supplicare dum sacrificatur, pro crimine ducunt. Sextam feriam sacram habent, ieiunioq; uenerãtur. Excitata est ea natio ante paucos annos, singulari & eleganti ingenio Matthiæ Regis, qui artes bonas, tum Italicos magnopere adamauit, quorum commercio & adfinitate, in cultum splendidiorem omnia restituit. Nunc quibus Pannonia ab initio creuerit auspicijs, sub quibusue regibus usq; in hodiernum diem fuit, quantum ex eorum annalibus licet deprehendere, breuiter attingam. Postquàm, ut dixi, a diuersis principio Barbaris regio percursa est, Longobardis inde postremo discedẽtibus Hunni successere, è Sarmatia Europea egressi: quorũ genus in Sarmatiæ descriptione narraui. Ex his postea Hungari, quasi Hunnari appellati. Hi siquidem anno salutis circiter CCCC. duce Keue Pãoniam ingressi ad Tulmam Austriæ locũ contra Romanos uictores fuere, in quo prælio dux ipse occubuit. Cui Attila rex successit, ingenti uir animo, qui ad propagandum imperium intentus, cura Pannoniæ Budæ fratri, unde oppido nomen, delegata, ipse cum copijs in Galliam trajecit, Aurelianumq; obsedit. Inde cum Aetio duce, qui adsciuerat in societatem Theodericum Gothorum regem, tunc Galliæ Narbonensis partem tenentẽ, apud campos Catalaunẽses, collatis signis concurrẽs singulari clade adfectus est, in quo prælio Theodericus cecidit. Igitur tanto accepto incommodo se in Trecas recepit, ubi præsulem Lupum uirum sanctissimum obuium habuit: à quo oratione placatus recusis portis recipitur. Rhemenses uero, quod contra eum cõspirauerant, deleuit, ubi Nicasium urbis præsulem cum Eutropia sorore, qui religione incensi in oculis hostium manserunt, martyrio adfecit. Quos exitu consimili mox secuta est Vrsula, Britanniæ regis filia, unà cum XI. mil. uirginũ, ab eodem in expugnatione Coloniæ interfecta. Demum reuersus fratrem Budam, qui regnum occupauerat de medio sustulit. Post aliquot deinde annos rursus redintegratis uiribus, itinere per Illyricum facto Aquileiam triennio obsedit, ubi per ciconiam cum pullis è ciuitate migrantem deprehendit magnam esse intus famem, quapropter instando uicit, eamq; ab solo diruit. Post hæc alias Padi terras depopulatus ad Mintium castra posuit, ubi à Leone primo pontifice eò profecto sola oratione delinitus, cum pace discessit, ducta in matrimonium Honoria Honorij principis filia, cuius nuptias dum reuersus in Pannoniam celebrat, uino grauis ac luxuria è sanguine è naribus obrupta uena defluente extinctus est. Post eius mortem filijs quos ad LX. dicunt fuisse de principatu contendentibus, res est ad duos deducta, Chabam & Adalarium. Chabas tandem cum reliquis fratribus prælio uictus, Constantinopolim aufugit. Pars eius exercitus cum ducem profugum sequi nollet inter Iazyges, ubi nunc Transyluani constitere, ac propter Hunnorum odium gentis, sese uicinis infensos animaduertentes, Zetel cognominauerunt, qui latine Siculi dicuntur. Hi in hodiernum usq; diem perseuerant suis tantum utentes legibus, ore truculentiores quàm Vngari, tum barba & capillis promissis terribiliores. Hac igitur Attilæ successione annis fere CCC. in Pannonia regnarunt. Deinde anno salutis fere DCCXLIIII. à morte Attilæ CCC. imperatore Constantino V. sedente Zacharia pontifice, Hunnorum alia manus finibus egressa contra cõsanguineos suos in extrema Pannonia bellum mouit apud locũ qui Herdel appellatur, septem ducibus exercitu partiro. Quorũ primus Herpad ad Albam castrametatus, hostium duce Zuataplugo interfecto, Pannoniã uictor obtinuit.

Pyriteria
Matthias rex
Hunnorũ gens
Attila rex
Buda oppidũ
Lupus præsul Trecensis
Nicasius præs.
Vrsula
Aquileia
Honoria
Honorij filia
Adalarius
Chabas
Zetel qui & Siculi.
Hunnorũ alia manus
Herdel
Herpad dux

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carnia Stiria Carinthia Gregorius patriarcha Dux Toxon iterum in Italiam.

Inde post annos VI. uicinos infestare cœpere. Carniam, Stiriam, Carinthiam, quibus populis Gregorius patriarcha Aquileiensis tunc potens auxilio fuit, tentauerunt. Deinde in Bulgaros aliquot factis excursionibus, in Italiam anno ferè DCCCCIX. cum XVI. armatorum millibus traiecere, Paduam igni ferroq; diruerunt: quibus Berengarius primus eius nominis ad Forumiulij occurrens primo quidem superatur, mox per Venetiam deбacchantes adortus compulit annui fœdere stipendij ad sedes proprias remeare: qui paulo post promissis minime stantes sollicitati ab Alberigo Hetruriæ comite contra Romanos, iterum duce Toxone auo diui Stephani, reuersi: primum contra fœdus Hetruscos adoriuntur, captisq; multis mortalibus post aliquot annos eodem terrore repetentes, si quid erat reliquum asportauerunt. Quos Berengarius secundus imperator magna ui pecuniæ placatos remigrare compulit. Toxoni Geyca filius successit diui Stephani pater. Stephanus rex primus diui Henrici imperatoris opera, cuius neptem in matrimonium duxerat, Christianus simul & rex factus, iuuante quoq; diuo Adalberto præsule Pragensi à quo baptisma suscepit, sanctitate ac miraculis claruit: nec tamẽ ab armis remotus, quippe qui plurimas ex hostibus præsertim infidelibus, uictorias retulit: & Keam ducem Bulgarorum in prælio interfecit. Inde gaza multa redacta, ex cuius manubijs basilica Alberegalis ab eo extructa, muneribusq; ornata. Filium Emericum ducem, sanctitate & ipsum præditum amisit. Hic à teneris annis ætatulam suam deo uouit, supplicijs ieiunijsq; intentus, præterea uini ac Veneris expers florente ætate decesserat. Cuius mœrore obitus pater in ualetudinem incidit pedum, unde extinctus est, quum regnasset annos XXXIX. sepultus in æde Alberegalis, ab eo, uti supra dixi, constituta. Vazulem patruelem suum instituit hęredem, quem antequàm decederet Keilla regina eius coniunx comprehensum exoculauit: Petrumq; cõsanguineum suum instituit. Petrus igitur diui Stephani ex sorore nepos, patrem habuit Gulielmum diui Sigismundi Burgundiæ regis ex fratre nepotem: qui Sigismundo interfecto Venetias aufugit: ubi ducta in matrimoniũ imperatoris sorore Gertrudi, filiam suscepit Keillam reginam. Defuncta Gertrudi, sororem diui Stephani duxit: ex qua hunc Petrum suscepit: qui ob libidinem & sæuitiam, & præsertim quod homo Germanus, quæ natio est odio Pannonijs, triennio postquàm regnauit pulsus est, suffecto Aba rege: ac ad Henricum imperatorem in Bauariam confugiens, dum belli uires redintegrare molitur, Pannoniorum arma contra se excitauit, qui Bauariam omnem depopulati sunt. Aba nihilo melior Petro, Canadini quadragesimæ tempore, omnem nobilitatem in consilio uocatam necauit: multum reclamante Gerardo, eius urbis pręsule sanctissimo. Quare Pannonij adcersito auxilio Abam fugant: Petrum exulem restituunt: Christi religionem delere contendunt: pręsulibus ciuitatum ad unum omnibus necatis, inter quos fuit Gerardus ipse clarus miraculis ac sanctitate. Boni igitur omnes secessione facta, Endram, Leuentham, & Belam, filios Vazulis patruelis Stephani regis, quem diximus à regina exoculatum, in Polonia exulantes statim reuocant. Ex his Endra, Petrum cum manu Teutonicorum in Austriam confugientem, in itinere adortus cepit, oculisq; orbauit: qui post paulò decessit anno III. quàm ad regnum restitutus fuerat: sepultusq; apud Quinqueecclesias, quam urbem ipse construxerat, ac principi apostolorum dicauerat. Andreas, qui & Endra prius dicebatur, anno MXLVII. apud Albam, accepto diademate, initio regni nihil habuit potius quàm desertam, ac paulatim destitutam Christi religionem populis restituere, ac cogere ad ea seruanda, quæ diuus Stephanus persancte præceperat. Constituto imperio ac mortuo fratre Leuanthe, tertium fratrem Belam regni consortem ac ducem fecit: regis Ruthenorum filiam in matrimonium duxit, ex qua Salomonem & Dauid genuit. Bela uero Geysam & Ladislaum. Henricus interim imperator Petrum regem, quem interfecerant ulturus, fines Pannoniorum cum exercitu ingreditur, sed paulopost conditio connubij pacem fecit: Salomoni regis filio Sophia filia collocata, nuptię apud Mornam fluuium celebratæ. Post hæc Andreas cupidus gloriæ, Salomonem tunc puerum quinquennẽ diademate iussit redimiri, excusatione q̃ nouum exemplũ causa pacis populorũ introduxisset, cum præsertim fratrem tunc Belam suspectũ haberet: quem cum nullo pacto placare posset, tollere de medio constituit. At ille ad Miscam Poloniæ ducem socerum suum confugit. Andreas item filium Salomonẽ ad socerũ eius imp. misit. Igitur Bela Polonorum copijs instructus apud

Geyca Toxonis filius S. Stephanus primus rex ac Christianus

Diuus Emericus.

Vazul

Keilla

Petrus rex

Aba

Gerardus pręsul Canadiensis martyr.

Bela

Quinq; ecclesiensis urbis origo

Andreas rex

Tibiscus

apud amnem Tibiscum, qui hodie à Barbaris Tissa appellatur, cum Andrea concurrens prælio fit superior, Andreas in Germaniam fugit: sed ad portas Musini captus atq; interfectus est: sepultus in cœnobio S. Amani, quod ipse construxerat: regnauit annos XII. Bela regno per fratris cædem potitus, bonus alioquin princeps habitus, populos à multis uectigalibus immunes fecit: primus Byzantios nummos argenteamq; monetam percussit: mercatum die Saturni communem instituit. Decessit lapsus equo, fractusq; membra post annos regni tris, sepultus in cœnobio S. Seruatoris ab eo constituto. Huius quoq; illud persancte factum commemorandum, quod Pannonijs petentibus iterum à fide desciscere, & cædem facere præsulum, respondit se tempus ad deliberãdum uelle: interim multos ex eis sceleris authores interfici iussit. Decessit superstitibus Geisa & Ladislao filijs. Salomon, quem diximus apud socerum Henricum imperatorẽ exulare, è uestigio Bela extincto, socerí armis in regnum restituitur. At Geisa Belæ filius qui in Poloniam confugerat, comparata Polonorum manu aduersus eum profectus, apud Monson castrum munitissimum in armis constitit: donec per pacificatores cõcordia inter eos inita, Geisa, & Ladislaus duces in Pannonia remansere. Post hæc Salomon Hunnos, ingenti multitudine Pannoniæ fines ingressos fudit, fugauitq;, anno regni eius XIII. Tertium deinde molitur bellum periculosissimum contra Græcos Bulgarosq;, qui Zanam fluuium traiecerant, quos aduersus proficiscens in Albam Bulgariam locum munitissimũ se recipere coegit. Salomon oppidum obsidione trimestri circũdat, illi auxilio Saracenos, quos Bessos uocant, adcersunt: his Pannonius uenientibus, cum armis occurrit: eisq; ad unum omnibus corã trucidatis, spem defensionis oppidanis adimit: tertio tandem mense, uirgo captiua, Pannonia oppidum incendens, causa fuit belli finis, unde præda ingens domum relata: cuius cupiditas discordiã rursus inter regem & fratres duces excitauit: itaq; se ad arma accingunt. Rex Germanorum, illi Polonorum auxilijs instructi descendunt in campos Vaciæ, ubi sylua erat tunc inaccessa, soli tantum eremitæ cuidam sancto, Vacz nomine frequentata: unde Geisa postea rex ex illo urbi nomen indidit, templo etiam maiore cõstituto. Igitur primum duces hic armis decernere statuunt. Alacer inter alios Ladislaus, angelorum uti fertur ac diuinitatis instinctu, fratrem bono esse animo adhortatur: inito prælio duces superiores fiunt tanta cæde, ut uires illius regni quodammodo exhaustæ fuerint. Rex ad Conson, & Poson castra sese ex clade recepit, ubi gazam & familiam condiderat: uenientem mater increpuit, arguitq; inscitiæ rei militaris, ex quo indignatus ille uix ab ea manus abstinuit. A Ladislao tandem apud Posonem obsessus, ad singulare cum eo certamen uenit: in quo, ut dicunt, territus diuini quasi oris adspectu hosti concessit. Post hanc uictoriam Geisa adsumpto sceptro, triennio regnauit. Quo extincto, Salomon indulgentia Ladislai iterum restitutus, dum in Bulgaros & Græcos mouet, ac Danubiũ cum exercitu traijcere maturat, ab imperatore Constantinopolitano fugatus, in quoddam castrum citra Danubium se recepit: in quo obsessus & cum paucis relictus, clam in desertum locum alia re simulata secessit, ubi præterita facta, perpetua pensauit abstinentia: sepultus est apud Polam Istriæ ciuitatem. Ladislaus uir sanctus ea modestia fuit, ut superatum ab se inimicum iterum regnare permiserit: quin si per proceres licuisset, qui eum ad rem suscipiendam magnis precibus compellebãt, regnum in perpetuum recusasset, tantum ducis nomine contentus, præter uitæ sanctitatem, qua emicuit, etiam bellõ præclarus. Hunnos iterum traiecto Tibisco in transyluaniã irruentes acri prælio superauit: Rhutenos item, qui olim Roxolani dicebantur, in fines ingressos fortiter restituendo compulit pacem sponte petentes ad proprias sedes remigrare. Polonos infestos coercuit oppido Cracouia tribus mensibus obsesso, quod ad deditionem compulit opinione castrensis copiæ stratagemate deceptum, quum Ladislaus montes farina integi iussisset. Inde agros Boemorum depopulatus est, quod propinquum eius Conradum, imperatoris Othonis filium eiecissent. Adcersitus ad expeditionem Hierosolymitanã alacri se animo accingebat, si per mortẽ licuisset: extinctus est anno salutis millesimo nonagesimoquinto, tertio calendas Augusti, regni uero decimonono, nullis relictis filijs. Sepultus Varadini in cœnobio diuæ genitricis ab eo constructo. Nam & basilicam Varadinensem fundauit, ac locum ciuitatis Varad appellauit, apud Paræchos castri Bior prope fluuium Keures. Erat enim Varad eremita sanctissimus, qui in eodẽ loco agebat, ubi tunc sylua ingens fuerat. Dicitur diuus Ladislaus quum sine legitimo decederet hærede, regnum diuæ genitrici reli-

Tibiscus flu.

Bela rex

Salomon rex

Geisa

Vacz eremita.

Vacziensis urbis origo.

S. Ladislaus cum fratre prælio conger ditur.

Diuus Ladislaus

Contra Hunnos.

Stratagema S. Ladislai

Varadinensis ciuitas unde

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei reliquisse:quapropter eius imaginem posteri in nummo:ex altera uero parte regis per/
Colomanus præsul Varadinensis rex cusserunt. Colomanus Geisæ filius patruo Ladislao successit, antea præsul Varadinensis ab eo constitutus,sed suis omnibus superstes apostolica indulgentia reginam à patruo reli ctam ducere permissus,ut unà & regno & proli cõsuleret. Horas tamen canonicas semper obiuit.Cum Rhutenis bella gessit.Delmatiæ regnum, Petro eorum rege montẽ Hadrium hostiliter trajciente in prælio interfecto,Pannonię regno adiecit:classem uti cum Venetis conuenerat ad Aquileiæ expugnationem misit,quæ postea ab imperatore capta fuit. Im/
probo dicitur ore fuisse,luscus,claudus,gibbosus,lingua blesus,omnia deniq; Ladislao dis/
similis.Initio quidem regni peregrinos ad expeditionem Hierosolymitanã illac iter haben
tes prohibuit,incommodoq; adfecit:his addidit parricidium Almo fratri luminibus adem
Demesiense templum. ptis.Hic enim quum basilicam Demesiensem constructam,regem in ea consecrãda adcer
sierat, ubi proditionis apud eum insimulatus, ac interfici iussus, ad aram confugit.à qua
nullis uiribus diuino miraculo auelli potuit,inde postea ad imperatorem se recepit, ubi &
diem obijt.Colomanus uero decessit anno salutis MCXIIII.regni XXV.sepultus apud
Stephanus II Comanorum gens Albam Stephano & Ladislao filijs superstitibus.Stephanus II. regnauit annos XVIII.
sepultus Varadini, monachi habitũ iamiam moriturus accepit,perpetuam cum Comanis
pacem habuit,inuitis Pannonijs,quibus maxime inuisi fuerant.Erat & hæc gens Scythica
quæ prope Polonos confederat,non procul à Tartaris, quæ regnum continuo infestabat.
Bela II Bela II.Almi illius quem exoculatum fuisse diximus filius,& ipse quoq; cæcus seruaba/
tur à Pãnonijs in regnum,quod Stephanus sine prole decessisset. Duxit uxorem Helenam
regis Seruiæ filiam,ex qua Geisam,Ladislaum,Stephanum,& Almum suscepit:mulier sa
nè ingenio uirili,quæ coacto procerum concilio de cæcitate illata uiro quæstionẽ habuit,
ubi deprehẽsi criminis authores,statimq; necati.Sed nec tumultus ex alia parte defuit prin
cipum Pannoniorum ei aduersantium,ac Borichum filium Colomani nothum ei obijcien
tium.Is igitur coacta Polonorum & Rhutenorum manu multas ei turbas intulit,postremo
uictus in prælio atq; interfectus est. Post hanc uictoriam Bela in regno confirmatus reli/
quo tempore ocio,animoq; indulsit ad temulentiam usq;,qua sæpe corruptus nihil dicitur
Geisa perentibus uel turpe negasse:regnauit annum:sepultus apud Albam MCXVI.Geisa Be/
læ cæci filius natu maior rem suscepit,qui cum Germanis in Pannoniam irruentibus gra/
ue & periculosum gessit bellum,primo uictus:deinde uictor ad Ludouicum Galliæ regem
legationem misit,ut Borichus hostis paternus ad quem ille confugerat dederetur:quod mi
nime impetrauit,ne libertas regni uiolaretur. Mox ipsum Ludouicum illac iter in expedi/
tionem Hierosolymitanam habentem honorifice excepit,cumulauitq; donis:Conrado ue
ro imperatori minime debuit:qui paulopost eodem itinere ad idem bellum proficiscens
Pannoniam,non religiosi,sed prædonis more ingressus fuerat:regnauit annos XX.sepul/
Stephanus tus apud Albam.Stephanus III.Geisæ filius & hæres omnium consensu, patruos habuit
initio ex successione regnum usurpantes Ladislaum,deinde Stephanum Belę II.filios qui
breui tempore interiere.Regnauit annos XI.sepultus Strigonij,IIII.nonas Martij,MC/
Bela III Emericus LXXIII.Bela III.Stephani filius,Geisæ nepos,regnauit annos XXIII.sepultus apud
Albam:huius tantum memoratur in prædones furesq; acris animaduersio. Emericus Be/
læ III. filius Constantiam natam rege Aragone pactam habuit, quæ mox utro superstite
apostolica indulgentia nupsit Frederico imperatori:regnauit annos VIII.decessit MCC.
Ladislaus III Andreas pridie calendis Decembris,sepultus apud Agriam urbem.Ladislaus Emerici filius menses
VI.dies V.sepultus apud Albam.Andreas cognomẽto Hierosolymitanus,filius Belæ III.
Emerici frater,post Ladislaum ex fratre nepotem successit:initio regni,iussu pontificis,uo
Hierosoly mitanus rex tum olim paternum de profectione Hierosolymitana absoluit,uti testatur Decretalis,licet,
de uoto & uoti redemptione. Paucis post mensibus redijt, multas inde sanctorum reliqui/
as asportans,quas ad hunc usq; diem in Pannonia uenerantur.Ex Gertrudi uxore Germa
na genuit Belam,Colomanum, Andream,& diuam Elisabetham:quam locauit duci Tu/
ringiæ Lantgrauio,qui in expeditione Hierosolymitana extinctus est:cuius uiri festum ob
merita Hierosolymis à Christianis celebratur. At uxoris gesta religioq; apud omnes no/
tissima nationes. Andreas obijt anno salutis millesimo CCXXXVI. regni trigesimo:
Bela IIII Tartari sepultus in cœnobio de Egnis. Bela quartus Andreæ patris successor,Tartarorum illam
nobilem cladem passus est: qui cum quingentis millibus armatorum Pannoniam inua/

serunt anno MCCXLI.His rex ad flumen quod Saium ipsi uocant apud Agriam ciuita/
tem occurrens,in prælio superatur,in quo omnes Pannoniæ uires cõsumptæ.Inde ad ma/
re confugiens delituit in Delmatia,quo gazam ab initio,familiamq; miserat.Hostes igitur
debacchati igni ferroq; late omnia uastarunt:deinde Vaciam,postea Varadinum diripue/
re:in hoc etiã fœminas in templo clausas omnis cremauerunt.Ad postremum Strigoniam
obsident, quò totius regni reliqua multitudo cum bonis tanq; in arcem, quod citra Danu/
bium esset,se cõtulerat,turribusq; ac uallo se munierat. Illi flumẽ glaciatũ pedibus equisq;
ausi traijcere,oppidum breui expugnauerũt,quum cæterorum facta cædes,tum CCC.ma
tronarum,quæ se primum misericordiam quærentes obtulere. Triennio igitur hac sæuitia
utentes,tandem fame coacti Pannoniam deseruerunt. Bela in regiam reuertens, post hæc
duo bella gessit,alterum aduersus Fredericum Austriæ ducem,in quo ipse cecidit,alterum
uero aduersus Otocharum Boemiæ regem, in utroq; infeliciter gesto fusus fugatusq;:re/
gnauit annos XXXV.sepultus Strigoniæ unà cum coniuge Maria filia imp.Constãtino
politani,ac filio duce,cum hoc elogio.Dum licuit,tua dum uiguit rex Bela potestas,Fraus *Elogium*
latuit:pax summa fuit:regnauit honestas. Stephanus V. Belæ filius Otocharum Boemiæ *Stephanus*
regem cum auxilio Germanorum magnis uiribus fines ingredientem apud fluuium Rap/
scham appellatum fugauit:præterea Bulgaros cum eorum rege,ac Buda oppido expugna
to superauit:regnauit annos II.sepultus in insula Budẽsi in æde diuæ genitricis.Ladislaus *Ladislaus*
IIII. Stephani filius,cognomento Kiuilaizlo, bellũ cum Comanis gessit:duce Oldamur
apud lacum Hood.Prælio inito tandem uictor discessit,cum imber aduerso in hostem uen
to diuinitus iactaretur.Postea cum eis pace facta,eorum insuper superstitione se contami/
nauit.Sed & erga uxorem Caroli regis filiam, non minus irreligiose se habuit, pluribus ei
pellicibus inductis. Quare ad eum castigandum missus legatus à summo pont. Philippus *Quando Pan*
Firmanus,qui quãuis parũ in hoc genere profecerit, barbas tamen quas ad eum usq; diem *nonij barbas*
promissas gerebãt ponere,cultioremq; sumere habitum eis persuasit. Cæterum siue ob re/ *posuerunt.*
gis mores,siue præterita,& etiam intestina bella,hoc tempore res Pãnonia magnopere in/
clinata uidebatur, eoq; deducta, ut rex ignobiliũ equorum biga tantum ueheretur, interq;
cætera eius probra Comanorum amicitiam seruaret, à quibus demum iusta ultione inter/
fectus est:nõnulli à proceribus regni dicunt,nulla relicta prole. Andreas III. Andreæ Hie *Andreas III*
rosolymitani nepos,cognomẽto Venetus,post Ladislaum rem suscepit:cuius prosapia sic *Venetus.*
se habet.Quum Andreas Hierosolymitanus è peregrinatione rediret,in Italia ab Estẽsium
familia hospitio laute exceptus,marchionis filiam post primum matrimonium duxit, quæ
post mortem uiri in Italiam grauida remigrans,paulopost filium Stephanum in domo pa/
terna peperit,quem Pannoniæ regem appellabant. Is quod in auum maternũ conspirasset, *Andreæ*
Ferraria profugus ad Iacobum Aragonem in Hispaniam sororis suæ uirum:deinde rursus *origo.*
in Italiam Rauẽnam,postremo Venetias uenit.Ibiq; ducta uxore principis uiris filia,hunc
Andream suscepit. Qui postq; creuisset fretus quum propinquorũ tum Venetorum poten
tia,in Pannoniam Ladislai tempore cum magna manu uenerat, pauloq; post Ladislao in/ *Caroli regis*
terfecto,eius iuuante factione,ut diui Stephani genus successit.Non defuere proceres qui *origo*
pont,per nuncios sollicitarent,uti Carolus puer ad regnum mitteretur: cuius origo huius/
cemodi est. Rex Stephanus V.Belæ IIII.filius Mariam ex se natam Carolo Tardo Caro
li primi Siciliæ regis filio locauit,ex quo ille Carolum Martellum patrem huius Caroli su/
scepit.Igitur ea de causa missus unus & item alter legatus in Pannoniam,rem tentauit:in/
terea Andreas in pace moritur anno MCCCCI.sepultus Budæ in æde diui Ioannis. La/ *Ladislaus*
dislaus siue Venceslaus, Venceslai Boemiæ regis filius, à magna procerum parte lectus
inualescente quotidie Caroli factione, sese auxilio patris in Boemiam recepit: post quem
Otho Bauariæ dux à procerum concilio surrogatus,breui & ipse tempore à Carolanis ex/ *Otho rex*
pellitur. De hoc narratur,dum fugeret,diadema diui Stephani,quod in Oenophoro con/
ditum metu inimicorum ferebat, in itinere cecidisse: moxq; ab ijs qui id iussi quæsitum
ierant, repertum in uia fuisse. Hoc postea à Ladislao Vaiuoda una cum Othone, dum
illac iter haberet, interceptum est: sed iussu legati mox in coronando Carolo restitutum,
cautum enim fuerat ei nationi, ut nullum absque illo regem admitterent. Carolus igitur *Carolus rex*
plures annos absque regni possessione nequicquam fauentibus amicis, demum pulsis
Ladislao & Othone, iuuante quoque legato apostolico Gentile ordinis Minorum ob/
tinuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinuit,anno MCCCX. ſedente Clemente IIII. Tris ex ſucceſſione duxit uxores,Mari-
Caroli proles am Poloniæ regis,Beatricem Luceburgenſem Henrici imperatoris filias, & Heliſabetam.
Ludouicus Ex hac ultima tris liberos ſuſcepit, Ladislaum,Ludouicum,& Andream. Paſſus coniura-
Andreas tionem admodum magnam fertur cuiuſdam Feliciani,unius procerum qui è fece à Mar-
Ladislaus thæo Palatino fuerat eductus. Is calendis Maij regem cum tota familia in regia pranden-
tem nactus,clam propinquans ſtricto gladio petit,primumq; dextræ uulnus inflixit,ac re-
ginæ ſanctæ mulieris manum obijcientis quatuor concidit digitos. Tumultu ſtatim exci-
tato à circūſtantibus trucidatur,& in totam eius familiam ſæuitum. Carolus deinde in Ita-
liam mari aduectus, Andream filium ſeptennem ad eius patruelem Robertum Siciliæ re-
gem,qui eum petierat, duxit:cui poſtea Ioannam neptem locauit. Redeuntem breui poſt
tempore adierunt Ioannes Boemiæ cum Carolo filio,& Poloniæ,reges ad renouandum
cum eo fœdus:in quibus excipiendis multorum dierum pompa ac ſumptus prædicantur.
Paucis inde poſt annis Lochka dux Ruthenorum ad ineundam ſocietatem:poſtremo Ca-
zimirus eius ſororius,qui Ludouicum Caroli filium tunc puerum,quod ipſe ſine liberis eſ-
ſet, in Poloniæ regnum adoptauit. Ipſe uero bellum unum cōtra Valachos duce Bazarad
Vaiuoda rebellantes,idq; infeliciter geſſit. Apud Vicegradum commorari ſolebat:labora
bat ſæpe ex pedibus. Deceſſit anno regni XXXII. ſepultus apud Albam in æde diuæ ge
nitricis:quam tempore ſuo flagrātem, ſaluis diuorum reliquijs,ac in turri quadam locatis,
reſtituerat. Ea ferè tempeſtate magna uis locuſtarum omnes eas regiones inuaſerat. Ludo
Ludouicus uicus anno MCCCXLIII. uiuente patre Carolo duodeuiginti natus annos regnum in-
ijt:primum bellum aduerſus Saxones qui Tranſyluaniam infeſtabant feliciter geſſit. Ale-
xandrum Vaiuodam,qui & Valachis & patri Carolo ſemper hoſtis fuerat, ultro ſe deden
tem habuit. Tartaros, Tranſyluanos, Siculos infeſtantes per Andream Loezk Vaiuodam
Alexandri filium repreſſit. Gregorium Curiaci & Viliptium Croaciæ principes,qui Cro-
aciam unà cum magna parte Delmatiæ ad defectionē ſollicitauerant,cum exercitu ad By-
Bellum cum hegh oppidum caſtrametatus ante ullum prælium obtemperare compulit. Gregorium ite
Venetis. rum rebellantem per legatum compeſcuit:cum Venetis parum feliciter dimicauit. Iade-
rem enim oppidum olim Pannoniæ unà cum copijs amiſit,oppidanorum ingenti facta cæ
de. Interea cum Andreas frater in Italia apud Aduerſam ciuitatem reginæ Ioannæ conius-
Ludouicus in gis dolo de medio ſublatus eſſet:Ludouicus rex cum exercitu ualido in Italiam ad ulciſcen
Italiam. dam iniuriam properauit:cuius aduentu Ioanna unà cum Ludouico uiro principe Taren-
tino,qui ſe regem Siciliæ uocabat,trans Alpes in prouinciā tribus triremibus aufugit. Lu-
douicus Neapoli potitus omnes noxios mulctauit, regēq; ex illo ſe Siciliæ ac Hieruſalem
appellauit:anno inſequente demum remigians Stephano Laczk filio Vaiuodæ & Volfra
do Teutonico regni Neapolitani curam delegauit, qui rebelles plurimos bello uictos ſecu
Vernerius ri percuſſerunt. Mox Vernerium ducem à Ioanna & Ludouico contra eum miſſum cum
Bellum cum quingentis militibus Conechium,cepit. Deinde Ioanna ipſa cum uiro Ludouico magno
Io. regina. inſtructa exercitu ueniente, Ludouicus certior factus confeſtim iterum in Italiam traiecit,
Barioq; & Canuſio ac Aduerſa tribus menſibus expugnatis,res paulū intermiſſa eſt,quod
annus inſtabat iubilei. Quare Romam religionis gratia iter conuertens à Bonifacio IX.
magnifice in palatio exceptus eſt:quotidie Veronicam uiſere uoluit,quatuor aureorū mil
lia aræ principis apoſtolorum obtulit. Paucis poſt diebus domum reuertit,præfecto rebus
Italicis Andrea Vaiuoda relicto:ipſe Veronæ in itinere exolutis ſtipendijs exercitum di-
miſit. Deinde ab Innocentio VII. per legatum iuſſus regnum Neapolitanum in eius arbi
trium uti contentioſum dimittere, obtemperauit:inſuper & proceres quos obſides ſecum
Contra Ve duxerat,miſſos fecit. Poſt hæc,contra Venetos quod oram Delmatiæ ei abſtuliſſent, bel-
netos iterū lum proſequitur. Quamobrē tertio profectus in Italiam Tauriſium, multaq; eorum oppi-
bellum da partim ui partim deditione accepit:laderem recuperauit. Demum pace facta ac oppidis
quæ Venetorū prius fuerant reſtitutis,ſub cōditione nequis ſubditus plecteretur,in Pāno-
niam redijt. Veneti nihilominus poſtea & ſubditos,& Marinū ducem cum nōnullis qui re
gi adhæſerāt, capite mulctauerūt. Tauriſini itē cōtra fœdus ſeſe mulctatos adſpicientes Leo
poldo Auſtrię duci Ludouici ,ppinquo ſe dedidere,quos ille rurſus Frāciſco Carrario dedi
dit,cōcordiæ inter eos ineundæ gratia. Poſt hæc mortuo Cazimiro auūculo iure hæredita
rio Ludouicus Poloniæ regnū accepit:rebelles ubiq; coercuit:cū Roxolanis,Lituanis, Va
lachis,

lachis,Bulgaris,proſpere pugnauit. Romano Pontifici Gregorio, Innocentio,Bonifacio,au
xilia miſit,ludæos ex toto regno expulit,cœnobia cōplura exſtruxit,ſancti Pauli primi ere-
mitæ oſſa è Venetijs abducta,iuxta Budam in monte collocauit,monachos augendo,quos
iam Carolus pater introduxerat. Eius tempore & item perſuaſione Comani facti Chriſtia
Comani Chri ni,Patareni quoq; Boſnenſium ſecta per Peregrinum Præſulem eorum ab errore depulſi. Ex
ſtiani facti Heliſabeta Stephani Bani filia tris tantum filias ſuſcepit,Catharinam,Mariam,Aduigam,è
Patareni quibus Mariam Sigiſmundo Brandeburgenſi locauit,quem generum ſibi ac regno adopta
uit. Extinctus eſt anno regni XL. Salutis M.CCCLXXXII. ſepultus apud Albam. Vir
fuit animo ingenti circa diſciplinam militarem quam ſtudioſiſſime coluit,munera militis ſæ
pe obeundo. In Italia in Canuſiæ expugnatione primus murum aſcendens, lapidis ictu in
uallum deiectus diu ſemianimis iacuit,deinde in obſidione Aduerſæ iaculo alterum pedem
uulneratus admodum elanguit. Heliſabeta eius mater poſt mortem Caroli uiri Romam ue
Heliſabeta nit,partim religionis cauſa,partim ut Andreas filius uir Ioannæ, Siciliæ regno reſtitueretur,
mater Ro. quam rem fruſtra ſæpe abſens cum Pontifice tentauit. Excepta honorifice Veronicam bis,
uenit. ſcalam aſcendendo,uiſere propius uoluit. Inde Neapolim profecta eſt, ubi reginæ Ioannæ
nurus delicijs ac faſtidio offenſa,cito diſceſſit. Maria inter Pannoniæ reges conſcribitur,ulti
Maria regina ma ples diui Stephani, patre adhuc uiuo regina facta eſt, adcerſito uiro Sigiſmūdo celebrā
dis nuptijs: pars tamen procerum ſtirpem uirilem diui Stephani requirens euocauit Caro-
Carolus lum cognomento Paruum, filium Andreæ olim dolo Ioannæ interfecti,qui Carolus regnū
Paruus. Neapolitanum iam fuerat adſecutus. In hunc igitur uenientem extemplo & Maria & mater
eius Heliſabeta coniurauere. Adcerſitúsq; ſpecie conſilij à Palatino comite uulneratus,unde
paulopoſt obijt, diúq; inhumatus iacuit, quod interdictus olim ſacris à Pontifice fuerat,ob
negatum regni Siciliæ cenſum. Vltor ei non defuit Ioannes Horuach Banus,qui ſontes illac
iter ſecure facientes adortus cū aliquot militibus cepit, Palatino comite prius necato, mox
regina Heliſabeta prima mali cauſa in Danubium proiecta: Mariam uero uſq; ad aduentū
Regina cum ſponſi Sigiſmundi in Pannoniam reſeruatam promiſſa demū impunitate dimiſit. Illa igitur
matre capitur apud Albam uiri nuptijs celebratis breui poſt tempore moritur. In his tumultibus ferè trien
Sigiſmundus nio regnum poſt Ludouici mortem agitat̄. Sigiſmundus Caroli II. Romani Imperatoris
filius natione Boemus annos ferè L. regnauit, uir cum liberalitate tum animi magnitudine
clarus, maieſtate inſuper corporis uenerabilis, bello tantum infelix, ſæpe à Turcis & Boe-
mis in acie fugatus. Mariæ uxoris,itémq; ſocrus ac Comitis Palatini iniuriam ante omnia
capto Ioanne,quem ſupra memoraui,ac trucidato,eſt ultus. Poſt hæc proceres XXXII.
Pannonios necari iuſſit,ob quam rem ipſe poſtea captus ac traditus uiduæ, cuius maritum
interfecerat, eloquentia & blanda perſuaſione effecit,ut ab ea dimitteretur. Maria coniuge
amiſſa Barbaram duxit ex Comitibus Ciliæ, cuius ope regnum recuperauit, & uiduæ filijs
gratus fuit. Multa pſius egregia in religionem commemorantur. Pontificatum in tris par-
tes diuiſum apud Conſtantiam ad unum redegit, aditis ea de cauſa quaquauerſus per orbē
prouincijs. Pruſiam,quā Poloniæ rex militibus Teutonicorum per uim ademerat, reſtitui
iuſſit. Vitoldum ex duce regem Lituaniæ fecit. Cum Venetis duce Pippone Florentino gra
uia bella geſſit: Venceſlaum Boemiæ regem fratrémq; ſuū,quod regno præeſſe neſciret, con
iecit in uincula, quamuis negligenter cuſtoditum, magno reipublicæ damno quidam Boe-
mi liberauerint. Boemia poſt multos labores potitur. Marchiā Brandenburgenſem Frederi
co Burgrapho Nurimburgenſi dono dedit. In Italiam demum ſedente Eugenio. IIII. atque
inuito traiecit,reſiſtentibus etiam per Nicolaum Tollentinatem Florentinis. Arnum fluuiū
tranſmiſit adiuuante Antonio Pontadera,& per agrum Volaterranū iter faciens, ſex menſi
bus Senis ſubſtitit,ubi fruſtra cum Florentinis pace tentata abijt Romam,ibiq; de more dia
demate ſuſcepto è Baſilica Petri ueſtigio in Lateranum contendit,Eugenio uſq; ad pontē
proſequente. Inde in Germaniam reuertens Mantuæ à Ioanne Franciſco Gonzaga magno
ſumptu exceptus,propinquā ſuam Barbarā Ludouico filio in matrimoniū dedit. Marchio-
némq; Mantuæ primum creauit. Vbi domum peruenit,nihil potius habuit quàm conciliū
Baſilienſe ſollicitare: uerū breui poſt tempore moritur apud Morauiā ſine liberis, relicto re-
gnorum ſucceſſore Alberto Auſtriæ duce genero ſuo,ac deinde imperatore. Poſt eius mor-
tem quaſi metu liber Eugenius conciliū Ferrariæ celebrari iuſſit. Item in Pannonia Budæ ex-
citatus tumultus:in cauſa fuit Teutonicus quidam clam interfectus,ex quo inter utranq; na

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus Picēs Bellum ciuile contra regem Pannoniæ.

tionem coorta cōtentio, uentumq; ad arma: quæ Iacobus Picēs ordinis Minorū uir sanctus qui tunc forte aderat, sublato ac circunducto crucis uexillo, uociferādo sedare frustra conatus, paulopost in ædem Sancti Ioannis unde exierat se recepit. Ea ferè tempestate rustici seruiq; ducibus Antonio & Martino diuersis & locis & temporibus bellū contra regē Pannoniæ excitauere: alter in Trāsyluania: alter Martinus in terra Nyr & Zamoskenz, regesq; sese appellabant: magnam stragem quaquauersus edentes. Quibus tandem à regni proceribus bello sublatis ea pestis cōticuit. Albertus Austriæ dux regnis Pannoniæ, Boemiæq; paulopost & Imperatoris nomini successit. Boemos rebelles Moraui sq; bello domuit. Polonos ultra regni fines uagantes coercuit: cōtra Turcas profectus, ut Sinderouiam Rasciæ ciuitatē ab eis obsessam tutaretur, prius amisit quàm ad locū peruenireț. Dum Austriā repetit in itinere apud locum, qui Villa longa appellatur, dysenteriæ morbo decessit, postq; biennio imperasset: relicta uxore Helisabeta prægnante quæ postea Ladislaū peperit. Vladislaus Poloniæ rex post mortē Alberti à Pannonijs ad regnum ac matrimoniū uiduæ est adcersitus: quē illa grauate quidem accepit. Quumq; interea Ladislaum posthumū pareret, eum cuius nōdum nuptias celebrauerat, recusauit. Hinc graue bellum inter eos postea exortum: ad quod componendū missus Iulianus Cæsarinus legatus. Mater igitur, ut filius statim diademate redimiretur apud Albam operā dedit. Quo peracto una cū proceribus ad Vicegradi arcem properauit. Hoc enim oppidū iuxta Danubium est alto in loco situ: quo condi diadema diui Stephani solebat. Huc ueniēs regina proceres fallendo adulterinā ac simílem reposuit, ueram secū, cum puero ad Imperatorē Fredericum III. cōfugiens una cū filio paruo cuius ille propinquus erat, eius fidei tradidit, ut secq; ac pupillū tueretur. Mortua Helisabeta Pannonij statim ad Vladislaū ipsum defecere: qui cum primū diadematis solennia obire uoluissent, muliebrē fallaciam deprehenderūt. Quapropter necesse fuit reliquijs ipsius Stephani loco diadematis uti. Percrebruit enim apud eos uetus religio, ut nullus absq; illius diademate rex rite factus uideatur. Vladislaus inito regno ante omnia expeditionē in Amurathem Turcam apud Varnā sumpsit, una cū Iuliano legato supradicto: ubi uterq; occubuit cum uix toto triennio regnasset. de quo bello cū inter Sarmatas Turcarū mentionem feci, satis dixi. LADISLAVS puer Vladislao rege extincto à Pannonijs proceribus omniū suffragio comprobatur: apud patruum Fredericū usq; ad annum XII. mansit, quamuis à subditis frustra per legatos sæpe repetitus: tandem quum Fredericus ex urbe Roma cum puero rediret, oblessus apud Nouam ciuitatē ab Australibus, ui puerum reddere coactus est: nequicquam Imperatoris partes iuuare conantibus, & Nicolao Cusa Legato à Nicolao misso, & Ænea Piccolomineo Imperatoris oratore. Receptū proceres extemplo Vlrico Ciliæ Comiti, eius auunculo, in fidem ac tutelam tradidere. Durāte ætate pupillari, tres uiri eius regna administrarūt: Ioannes Hunadis Pannoniam: Georgius Pogebratius Boemiā: Vlricus Austriā. His itaq; rectoribus fultus regna obibat. Quumq; in expeditione ea cōtra Turcas apud Albam interesset, territus inde specie uenationis in Austriam secessit: bello deinde feliciter gesto, cū reuertens in Pannoniam illac iter haberet, oppidum ingressus, ut recentē uictoriā lætus comtemplaretur: Vlricus eius tutor in cōsilium interim adcersitus à Ladislao Ioannis Hunadis filio incautus trucidatur. Rex uero Ladislaum deinde excusantem se non cōtra regem, sed tyrannum hæc fecisse, æquo animo audiuit: iramq; dissimulauit, donec illū spōte secum inter comites Budā duxit: ibiq; paucis post diebus una cum cæteris fratribus captus ipse securi percutitur. Matthiā minorem natu secum in Austriā duxit, custodiæq; tradidit. Inde in Boemiā profectus celebraturus nuptias filiæ Caroli Francorū regis: in medio rerum apparatu atq; gaudio paucis post diebus non absq; ueneni suspicione mortē obijt, annū agēs duodeuigesimū, magno fragilitatis humanæ indicio. Facie fuit decora, heroū frōte, rosea ceruice, crispantibus & oblongis more patrio crinibus. MATTHIAS, Ioānis Hunadis siue Vaiuodæ filius, opera Georgij Pogebratij cōfestim post mortē regis ex Austriæ custodia liberatus ac in Boemiā ductus, à procerū se natu apud Pestē coacto Rex declaratur: Michaele Zilagi eius auunculo, & armis, & eloquētia instante, ac merita patris cōmemorante. Igitur hic uarietatē fortunæ uicesq; humanas adspicere licet. Duorū pari ætate adolescentiū, alterum dominū & in summa rerū celsitate: alterū seruū & captiuū, tam breui tempore hūc simul crescere, illū penitus occidere. Matthias itaq; inito regno, cū Frederico Imperatore, q diadema Stephani tenebat, ac pro iure suo

Albertus

Vladislaus

Car. Cæsarinus.

Muliebris astutia

Ladislaus

Nic. Cusa

Vlricus Cilie comes.

Io. Hunadis

Georgius Pogebratius

Matt. rex

iure suo Pannoniæ regnum sibi uendicabat, sex annos bellum gessit. Cum eoq; tandem conuenit, ut rex donec uiueret esset, hæredem uero nullum instituere posset: diadema his conditionibus redditum, solenniaq; de more obita. Conuersus ad bella Turcarū regem Maumethum ab obsidione Iayeze Rasciæ armis remouit. Transyluanos post Ladislai mortē rebellantes cōpescuit. Traiectisq; Alpibus Mondauiam, Valachiam, superato Stephano Vaiuoda relatisq; plurimis signis ad officium reduxit. Septem iugiter annos cōtra Hæreticos Boemos dimicauit. Post mortem Georgij rex Boemiæ electus fuerat. Non defuere tamen ei domestici inimici Strigonienſis & Quinqueclesiensis Præsules, ex humili loco eius liberalitate prouecti, q Cazimirū Cazimiri regis Poloniæ filiū clam sollicitabant, eiq; oppidū Nitrense tradiderant. Qđ Matthias simul cū Cazimiro expugnauit, sed in Poloniā, sese ulturus, bellū mouens ad Vratislauiā statiua habuit, quo paucis post diebꝰ Cazimirꝰ pater ad colloquiū in castra cū Matthia descendit, unde utrisq; cū cōcordia discessum. Post hæc castrū Turcarū Sabacz ad ripā Sauí fluminis media bruma expugnauit. In ciuitate Olomicensi cōuentū habuit, ubi Vladislaus Poloniæ regis filius cū multis mortalibus adfuit. Vxores duas omnino habuit, primā Georgij regis Boemiæ filiā, alterā Beatricē filiā Ferdinādi Siciliæ regis. Quæ uiro superstes sine prole legitima defuncto, instantibus Pannoniæ proceribꝰ Vladislaū Cazimiri Poloniæ regis F. in matrimoniū simul & regnū adcersiuit, deinde q hæc natio Italico generi sit maxime infesta, breui post tēpore ab eo iam in regno cōfirmato abdicata Strigoniæ secessit, ut litis huius euentū sub Alexandro ab Vrbe expectaret: uicta tandē à potentia succubuit, ac mœsta in patriā reuertit. Vladislaus interea maiorū indolē referens, eos populos magna sapiētia moderat, tū nuper una cū Petro Siculo Car. Regino ac legato Turcas præ-

Coniuratio Strigonienſis.

Beatrix Matthiæ uxor

DACIA. (lijs aliquot fugauit.

DACIA, quā nunc Valachiam appellant, Pannonijs uicinam ac subditam, quā fecerit mutationē postea dicam, nunc quid in ea sit obseruatū antiquis breuiter referam. Dacos & Getas Strabo uicinos ponit, sed hos orientales ac uersus Pōtum: Dacos Germaniā uersus & Istri fontes. Hos Dauos olim uocatos fuisse putat, ex quo Athenis Dauorū & Getarū nomina seruorū. Getas itē Græci Thraces esse opinati sunt, ut idem est autor, qui quidē utrunq; Istri latus incolebant, ut & Mœsij, & Thraces sanè utriq;, à quibus Mysij sunt illi qui inter Lydos & Phrygas habitauerūt. Plinius autē Getas à Græcis, Dacos à Romanis appellari dicit, eundē faciens populū. Possidonius ait Getas Mœsios & eius tractus homines religioni deditos ab animalibꝰ abstinere cō suecuisse, melle tantū & caseo ac lacte uesci, plurésq; etiam Thraces qui sine mulieribus agūt: propterea Homerus eas gentes ἀεί⁊ uocat, quasi sine uita q celebs uita dimidiata sit, ut & ipse de Protesilai domo alibi testatur, quā religionē à Zamolsi uiro inter Getas nato traxerunt. Hunc Pythagoræ discipulū ac seruū dicūt fuisse, & ad Aegyptios cū eo penetrasse, eósque ritus deinde in patriam deduxisse, ex quo Getæ uti deū eum ueneranť. Regem item habuere Bœrebistam uirū Græcū, qui fines Getarū traiecto Istro prorogauit. in Thraciā ingressus: & usq; in Macedoniā, & Illyricū penetrans magnos Romanorū exercitus superauit, hostes tantū augurio cuiusdā Cetici nomine magicæ dediti. Dromochetes alter rex eorū Lysimachum uiuū qui contra eū exercitū duxerat, cepit. Deinde quanq; barbarus, clementia fretus dimisit. Herodotus eos partē Thraciæ putat esse, fortissimósq; Thracū simul & iustissimos, debellatósq; olim à Dareo quando ex Asia in Thraciā traiecit. Ad eos quoq; Alexandrum quandoq; penetrasse, ac muneribus donatū cito reuertisse. Iulianus princeps scribit in quadā oratione, Getarū gentē fortissimā ob uirtutē, tum ob Zamolsim quē ueneranť, esse, cū nō mori, sed migrare putent. Florus ait. Daci montibus inhærent, quotiensc unq; cōcretus gelu Danubius uinxerat ripas, discurrere solebant & uicina populari. Visum est Cæsari Augusto gentē aditu difficillimā submouere. Misso igitur Lentulo ultra ulteriorē repulit ripam: citra, præsidia cōstituit: sic tūc Dacia summota atq; dilata est. Hæc ille. De Dacis & Cattis primus Domitianus duplicem triumphū egit. At Traianus princeps, ut autor est Rufus, penitus eam gentē in potestatem redegit, qui traiecto Danubio & uicto Decebalo rege Daciam trans Danubiū in solo barbarico prouinciā fecit, quæ in circuitu habet decies centena millia passuū. Sed sub Galieno principe amissa, & per Aurelianū translatis eò Roma, colonis, duæ Daciæ in regionibus Mœsiæ & Dardaniæ factæ sunt: hæc Rufus. Mediā Daciæ regionē Tibiscus abluit in Danubiū profluēs, à Barbaris nūc Tissa appellatus, è monte profluens Carpato

Mores Getarum.

Zamolsis

Geta

Bœrebista

Dromochetes

Herodotus

Iulianus

Florus

Domitianus

Traianus

Decebalus

Tibiscus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pato Ptolemæo, unde etiam Viſtula: ſed hic in mare Germanicum, ille in Pontum exit. Idem
Iazyges mons paulo ulterius Peuca dicitur, unde Tyra & Axiaces etiam fluunt. Sub Carpato Iazy-
ges ſunt, quos Tranſyluanos eſſe diximus: ubi ſeptem Caſtra. Dicuntur autem Metanaſtæ,
quod ex his qui in Dacia ſunt huc migrarunt. Vltra Tyram inferior Mœſia eſt, nunc Mon-
dauia. Inter Dacas Ptolemæus Ciſtobocos ponit, quos Marcellinus Ciſtobocas uocat:
eoſq; in Europea ponit Sarmatia Capitolinus item. Cæterum uſq; ad Tyram ſolitudo ma-
Valachia xima Straboni: Vergilius item deſerta Getarum dicit. Nunc uero (ut dixi) tota regio Vala-
Trãſyluania chia appellatur in duas diuiſa partes. Prima Montana dicitur continua Metanaſtis: nunc
Mondauia Tranſyluanis inter Danubiũ & Carpatum montẽ: altera cui Mondauiæ nomen eſt à flu-
mine appellatæ. Antiquitus inferioris Mœſiæ pars erat, protenditurq; inter Iſtrum & Tyrã
uſq; in Pontum. In his hodie regionibus, eo quod Romanos, ut dixi, accepere colonos, plæ-
raq; uocabula loquuntur lingua ſemijtalica, argumento eſt nomen. Valachiam enim appel-
Matt. rex lant, quod Valach Italicum lingua ipſorum dicatur. Ex hac Matthias rex Pannoniæ noſtra
ætate ſe genus habuiſſe iactabat è Coruina Romanorum gente, quam ob rem Coruum pro
Io. Coruinus ſigno habuit: cuius adhuc filius nothus Ioannes Coruinus patrijs uirtutibus inſtructus ma
Dani gnum Pannoniorum gentibus præſidũ præſtat. Robur igitur priſcum in bellis hæc natio re
Dragulæ ſert, ſimul & nomen. Nam pro Dacis Danos factionem quandã in ea gente nunc appellant.
Alteram uero factionẽ Dragulas, qui cum Danis impares eſſent, Turcas auxilio quondam
uocauere: quorum armis Danos penè ad internecionem deleuere, quos Ioannes Hunnadis
Matthiæ regis pater Pannoniorum potentia fretus reſtituit: ac Turcis ereptos, una cũ agris
occupatis, ſibi ſuiſq; tum nomini chriſtiano acquiſiuit. Nunc Valachiæ pars Turcis, pars
Pannoniæ regibus obtemperat: cuius princeps Comes Palatinus Valachiæ nuncupatur:
ducẽ eligunt, quẽ Vaiuodã appellãt. Eã à Tartaris quondã captã Ludouici regis tẽpore re-
Bagdam cuperauit Bagdam Vaiuoda, qui ab ipſo poſtea Ludouico deſciuit. Iterum Sigiſmundo re-
Vaiuoda gnante, duce Stephano Vaiuoda, Dania, & Valachia, & omnis trans Danubiũ regio rebel
lauit: uerũ armis regijs cõpulſus Stephanus fuit ſeſe conciliare, ac ueniã petere præteritorũ.

MOESIA SVPERIOR ET INFERIOR

Mœſiæ in Europa. Myſiæ in Aſia.

MOESIAS duas in Europa poſt Illyricũ & Pannonios, ſuperiorẽ & inferiorẽ Ptolemæus ponit: unde qui Aſiaticas habitant Myſias prouenijſſe dicuntur. Illæ Myſiæ, hæ Mœſiæ nominantur: ex inſcriptione marmoris uia Tyburtina. T. Planci Proprætoris Mœſiæ, qui in ea plura, cẽ centũ milia ex numero Trãſ-
danubiorũ ad præſtãda tributa cũ coniugibus, ac liberis & principibus, aut re-
L. Piſo gibus ſuis traduxit, Græci aũt utraſq; Myſias dicũt. Has igitur Auguſtus per L. Piſonẽ eorũ
unum, ad quos Horatius Poeticã ſcribit, in poteſtatẽ redegit. Ex his deinde alteram Aure-
lianus princeps, ut ſupra dixi, traductis eò Romanis colonis Daciam appellauit: alterã uero
inferiorem Getæ, ut ait Strabo, incoluere. In qua Valachiæ pars eſt: quã uti dixi Mondauiã
Danubij appellant. Inſuper & Danubij oſtia: de quibus paulo poſt. In ora Ponti Iſtriopolis, & To-
oſtia. mis, ubi Naſo exulauit: quod ibi Medea concerpſerit Abſyrtidem fratrem. Bulgari quoque
Iſtriopolis in hac parte ſunt, quos Triballos antiquitus putauerim eſſe. Nam in eo ferè ponunt loco, à
Tomis Romanis & ipſi unà cũ reliqua Mœſia ſubiugati. Bulgarorũ gens ferox eſt, ut quæ multas
Bulgari in Europa clades uicinis intulit: Conſtantinopolitanis quoque imperatoribus tunc Illyricis
Triballi formidini ſæpe fuerint. Nonnullis placet nõ indigenas, ſed aduenas eſſe è Scythia egreſſos
anno ſalutis DCLXX. Agathone primo ſedente Mœſiam, deinde Pannonias cepiſſe. Re-
liqua eorum geſta, & quum Chriſtiani ſint facti in hiſtoria imperatorum Conſtantinopo-
Danubius cõmemorauí. Locus expetit, ut de Danubio nunc pauca dicã. Hic ut Plinio deſcribitur, ex
Arnobi montis iugis: ex aduerſo Raurici Gallici oppidi, ubi ſylua incipit Ercynia, naſcens,
per Germaniæ, Pannoniæq; populos Danubij nomine decurrit: ubi ad Illyricã in Auſtrum
Oſtia Da- deflectit, Iſter appellat. Deinde in ſeptentrionẽ conuerſus in Pontũ exit, ſex oſtijs uarijs ap-
nubij pellatis nominibus. Primũ Sacrũ nominant: quod Peucen inſulã facit: unde Peucini populi:
Oſtiũ ſacrũ de qua Eratoſthenes in III. Geographiæ ſic ait: in Iſtro inſula eſt forma trigona inſtar Rho-
Peucini po. di, quã Peucen dicunt ob Peucarũ, id eſt muricum frequentiã in eo loco confluentium: pri-
mamq; trigoni cuſpidem uerſus fluuiũ Anconem uocant. Baſim uero eius uerſus Euxinũ.
Circa inſulã oſtia duo: Arecum & Pulchrũ, in quo uelociter Abſyrtis cum Colchis adnaui-
gauit, Apollonius poeta dicit Iſtrũ ex montibus Hyperboreis currere per mediã Scythiam,
& Thraciã,

& Thraciã, ubi ſcinditur, partim in mare fluere Ponticũ, partim Adriaticũ: per quẽ dicit
Argonautas ueniſſe: quod nunc minime apparet. Dionyſius poëta Iſtrũ Pentiſtomũ appel-
lat. Herodotus uero ſeptẽ oſtijs ſicuti & Nilum deſcribit: inter quæ oſtium Sacrũ, ubi Peu-
ce eſt inſula: id Dareũ pontibus iunxiſſe tranſmiſſurũ in Daciã: ſicut Xerxes Helleſpontũ. Dareus
Strabo dicit eum quãdoq; uocatũ à Barbaris Metoan: quod Græci ἄκακον, id eſt innocuum Metoa
dicũt, quãdo Scythæ ipſum trãſeuntes nihil paſſi fuerant. Ex calamitate aũt eis prouenijte Mœſia ſu-
ex eius tranſitu, Danubiũ uocauerunt: quod eorũ lingua cauſa malorum dicitur. Mœſia perior.
ſuperior inter Danubium & montes Macedonicos cõtinetur: in quo fermè ſpatio tres nũc Boſna
regiones ſunt Boſna, Raſcia, & Seruia. Boſna prope fluuiũ, qui Moſcus appellatur Ptole- Raſcia
mæo: apud hos Manicheorum ſecta colitur: duo rerũ principia, alterum bonorũ, alterum Seruia
malorum dicunt. Nec Romanũ Pontificem primũ, nec Chriſtum homouſion putant. Cœ- Manicheorũ
nobia in abditis montiũ conuallibus habent: ubi matronæ quæ ex aliquo morbo euaſerũt, ſecta.
ſanctis uiris certo tempore ex uoto ſeruire ſe dicunt: atq; ita inter monachos mixtæ unà Stephanus
uiuũt: quæ quidẽ labes adhuc durat. Rex Stephanus (hoc enim nomine reges eorũ uocãt) Io. Caruialla
à Ioãne Caruialla S. Angeli Cardinale baptiſma de more accepit. Is fuit germanus Boſnæ Dardani
reginæ: quæ à Turcis expulſa, Romæ noſtra memoria Pontificũ miſericordia uictitabat, & Sinderouia
extincta eſt. Raſcia uero ac Seruia hunc tenent tractũ, quẽ olim Dardani. Dardanos enim Georgius
uerſus Macedoniæ mõtes ueteres ponunt. Seruiæ regiã Sinderouiã uocant: cuius Deſpo- Deſpotus
tus Georgius uir græcanica fide, paulo ſupra memoriã noſtram filiã Amurathi regi Turca
rum locauit. Nec multo poſt par ſceleri meritũ adſecutus eſt. Immemor ille adfinitatis ad-
uerſus eum duxit exercitũ. Georgius relicto filio Gregorio defenſioni, ipſe cũ reliqua fami-
lia & gaza in Pannoniã aufugit: expugnata tandẽ Sinderouia, filius luminibus effoſſis ple-
ctitur. Ioãnes Hunaldis, cũ deinde Seruiã diuerſis prælijs recuperaſſet, Georgiũ in patriũ
regnum reſtituit: quãuis ut ſuſpecto ac minus fido Chriſtianus arces nõnullas minime cre-
diderit. Ille igitur tanti poſtea beneficij immemor Ioãnem ex clade Varnenſi fugientem in
Seruiã cepit, & reliquas ei terras reddere compulit. Ioãnes tunc iuſſa facere coactus, iterũ
poſt aliquot annos ab eo proditus, ac deceptus eſt, hoſti Amurathi cõſilia belli pateſacíẽte.
Ex quo cladem Ioãnes quã inferre ſperabat accepit. Cum aũt poſtea Maumethes Amura-
this filius capta Cõſtantinopoli in Seruiã moturus eſſet: iterum in Pannoniã Georgius fu-
git ad Ladiſlai regis præſidiũ. Erat nonagenarius iam ſenex: quẽ cum Ioãnes Capiſtranus
ordinis minorũ in fidem Orthodoxam deducere conaretur, reſpondit, ꝙ in ea religione in
qua uixit ad eum uſq; diem mori malebat, quàm à ſubditis populis à quibus infelix puta-
batur, delirus inſuper haberetur. Reuerſus tandẽ in patriam, paulo poſt ex uulnere à quo-
dam extra bellũ illato extinctus eſt. Cui Lazarus filius ſucceſſit, Gregorio natu maiore quẽ Lazarus,
dixi à Turcis captũ atq; oculis mulctatũ ꝓterito, & fruſtra Maumethis auxilijs cõtra fra- Deſpotus
trẽ implorãte. Lazaro mortuo de regno uaria cõcertatio fuit: Ioãnes Caruialla legatus im-
pulſoribꝰ Pãnonijs eò ꝓfectus eſt rogatũ eius regni ꝓceres, ut arces Raſcianæ quæ Turcis
aditũ intercludũt, aut ſibi, aut Pãnonijs traderẽtur. Tãdẽ re infecta nõ ſine ꝑiculo reuertit.

THRACIA.

Thraciæ diuiſio.

THRACIAM Euripides domicilijs Martis appellat: dicẽs eã ἔνοπλον, ἔνιππον, ἄρεϊ κάπροχον γᾶν. & Herodotus Thracũ Martẽ pulchrũ eſſe dicit: eos adfir-
mat multitudine poſt Indos eſſe, ſi cõcordes ad unũ regi pareãt. Veſpaſianus
princeps latiſſimã eorum regionẽ diuiſit. Hi quondã Bryges ſunt appellati:
transfretãtes deinde in Aſiã Phryges dicti: quod ueriſimile Xenophontis au-
thoritas facit: qui ait Aſianã quandã Thraciã eſſe incipiẽtẽ ab ore Ponti uſq; ad Heracleã
à dextra nauigantibus. Idẽ & Arrianus ſentire uidetur, qui ponit Thraces alios Aſianos
ex Europa in Phrygia & Nyſia conſtitiſſe: una cum Petauro duce, eiectis Cimmerijs qui
Aſiam percurrerãt. Præterea regionẽ hanc Percã appellatam quãdoq;, mutaſſe nomen ex
Nympha Thracia: quæ cũ ſaga & pharmaceutria ut altera Medea fuiſſet, ab omni ea regio
ne colebatur. Eſſe inſuper latiſſimã plagam, ut quæ numeroſas cõtineat nationes: Daciam
omnẽ atq; Mœſias. Plinius quoq; eos ualidiſſimã gentem uocat: diuiſoſq; in Strategeas L.
Polybius ſcribit Thracas & Lacedæmonios ꝙꝙ ferũ genus, filios ſuos muſica erudire ſoli-
tos, uſq; ad annum XXX. ut animi adſueti duro cælo, & frigoribus rigidi, aliquantulũ per
eam lenirẽtur, cultioreſq; moribus fierẽt. Quare ſpectacula chorearũ & ludorũ quotannis

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuuentuti citra lasciuiam præbent. Thraciam omnem in prouincias sex populo Romano adquisitas, Festus Rufus diuidit. In Thraciam, Hemimontium, Mœsiam inferiorẽ, Mœsiam superiorem, Sythoniam, Rhodopeam, & Cõstantinopolim: quæ omnia occasione belli Macedonici Romani domuere. Marcus Didius uagantes Thracas repressit: Marcus Liuius Drusus intra suos fines continuit: Marcus Minutius Rufus in Hebri fluminis glacie uastauit. Per Appium Claudiũ Procõsulem, hi qui Rhodopen incolebant, uicti sunt. Rhodopes maritimas urbes Romana classis obtinuerat. Marcus Lucullus in Thracia cum Bessis primus pugnauit, ipsãmq; caput gentiũ Thraciam uicit: Hemimontanos uicinos & Olympiadam, quæ nunc Philippopolis dicitur, & Vschodoniam, quæ Hadrianopolis nominatur in ditionem populi Romani redegit: Cabaiã cepit, supra Pontũ positas ciuitates occupauit: Apolloniam, Calatiam, Parthenopolim, Tomos, Istrũ: ad Danubiũ usq; peruenies. Romana Scythis arma monstrauit. Hæc Rufus. Sed quam proprie Thraciam uocamus, Plinius hoc modo circumscribit. Ister & Mœsia inferior à septentrione: ab ortu Pontus & Propontis: à meridie Aegeum mare: ab occasu Mœsia superior. Oram igitur prius attingam, in qua post Nesi fluminis ostia sita est primum Abdera, ab Abderito Eriti filio: Democrito ciue clara: altera est in Hispania Betica. Maronea Ciconũ urbs uino laudata, cuius meminit Homerus. Diodorus lib. IX. ait hãc ciuitatem à Marone ædificatam, quem Osyris Aegyptius regem constituit, expulso Lycurgo. Hebri ostia ex Rhodope fluentis, iuxta est Aenus, Polytyobria uocata Straboni in VII. alia est in Thessalia in Locris Ozolarum. Est & insula adiacens felici Arabiæ, & locus in terra opposita Rhodo. Hæc uero, de qua nunc scribimus expugnata fuit, anno. M.CCCCLXX. à Venetorum classe, cui præerat Nicolaus Canalis, tam Turcis cẽ nostris qui aderant ad unum interfectis, & oppido ad postremũ incenso. Aphrodisia ad ostia Nigri fluminis Ptolemæo. Selymbria item ciuitas. Sequitur deinde Byzantiũ ad os Pontí: ante Ligos Pli. dicta uero à Byzante filio Certheſſæ Isidis filiæ, uel à Byze præfecto classis Megarensiũ: qui Byzantiũ ex oracolo constituere. Hunc uirum iustissimũ dicũt fuisse, eúmq; uniuersæ oræ Thraciæ usq; ad Aenum imperitasse. Vocata est etiam à Cõstantino magno, q eam primus Ro. principũ incoluit: Aethusa & Constantinopolis & noua Roma & Agios. Ante uero Cõstantinũ à Seuero & eius filio Antonio Antonia uocitata. Hæc Eustathius. Trogus uero dicit eam Lacedæmonios condidisse duce Pausania. Aelianus de uaria historia scribit, Byzãtios ut uino deditos Menandrũ poetã notasse dum dicit: Ebrios mercatores, βυζάντιον ὅλην ἔπινε πλὴν νήφετα. Et Leonidas dux eorũ quum obsessa ciuitate ab hostibus quondã uideret murorũ custodiã ganeis præuerti: œnopoliũ apud mœnia cõstituit, ut in officio milites contineret, ut idem est author. Hæc tandẽ & ipsa à Maumethe expugnata an. M.CCCCLIII, Reliquã eius historiã inter Impera. cõmemorauimus. Huic proxima Perinthus Plinio, nunc Pera uocata. de qua alibi plura. Apollonia deinde, Anchiala Strabo ni, ab Apolloniatis cõdita. Mesembria Megarensiũ colonia, quam antea Menebrã uocabãt, ueluti Menopolis, id est Menæ ciuitas: eius enim ædificator Menas dicebatur. Bria enim sermone Thracio ciuitas nominat: sic Selyos oppidũ Selymbria dicta, quam supra cõmemorauit, author idẽ. Phthinopolis Straboni Ptolemæo q: promontoria uero Thinia & Philia. Intus aũt ex ordine literarũ Aenea urbs. Theon in Lycophronis enarratione: Aeneas enim post captũ Iliũ eam cõdidit, ubi & patrẽ tumulauit. Aenia uero per i, ciuitas est Perrhebiæ, & eiusdem fluminis, Aenius Stephano. Aesa prope Pallenen. Argillus prope Strimonẽ, ut Thucydides in viij, à muribus cognominatus. Argillus enim Thracia lingua mus dicit. Nã in hoc loco mures in mœniũ fundamentis inuenti sunt concertantes, ut Stephanus ait. Aesyma, de qua Homerus. τὸν δ' ἐξ ἀσυμάθεν ὀπυιομβρίκτης μάκης. Aphite urbs prope Pallenen, quæ Apollinis Manteũ habebat. Thucydides in primo Aphitẽ dixit: dicit & Aphitia. Absynthus urbs, & Absynthis regio, quæ absynthio abundat: quo, ut ait Theophrastus, oues pascuntur in regione Pontica felle carentes. Amphipolim quidã in Thracia scribũt, ego autem ex Ptolemæi descriptione in Macedonia. Bistonia urbs. Bizya Thraciæ regia Terei nefando crimine inuisa hirundinibus, ut ait Plinius. Cicones gens Thracũ, à quibus Vlyxem multa passum fuisse scribit Homerus. hinc Orpheos duos natos tradit antiquitas. Horũ ciuitas Maronea est. Grescouia regio prope Macedoniã Thucydidi III. Gerania, ubi Pygmeorũ quondã genus à gruibus sublatũ Pli. Flauiopolis ubi antea Zela oppidũ fuit eidẽ. Olynthus orationibus Demosth. nobilitata, quas Olynthiacas uocauit. In ea adipiscenda Athe

Olympias
Philippopolis
Vschodonia quæ Hadrianopolis.
Cabyla
Apollonia
Calatia
Tomi
Nesi flu. ostia
Abdera
Maronea
Hebri ostia
Rhodope mõs
Aenus
Aphrodisia
Selymbria
Byantium
Ligos
Aethusa
Constantino.
Noua Ro.
Agios
Antonia
Perinthus
Apollonia
Anchiala
Mesembria
Thinia promontorium
Philia pro.
Aenea
Aeso
Argillus
Aesyma
Aphite
Absynthus
Amphipo.
Bistonia
Bizya
Cicones
Ismarus
Grescouia
Gerania
Flauiopolis
Olynthus

nienſiũ eius tempore magna contẽtio, quã eis Philippus abstulerat. Odones gens Thraciæ, ut Dionysius in Bassaricis. Μακέδονες ἄγχια φυλα & ὦδονες ἐγχεσιπάλλοι. Odrysij populi, quorum imperiũ ab urbe Abderorũ ad Pontũ usq; Euxinum tendebat. Eis imperauit Sitalces Terei filius, qui in bello cõtra Triballos cecidit, cui successit Sentes fratris filius. author Polybius. Philis Thraciæ regio Herodoto in VII. Est & fluuius Bithyniæ. Pallene urbs forma triangulari prope Mesembriã, dicta prius Phlegra, ubi bellũ Giganteũ cõmissum. Theogenes in Macedonicis gigantes ait nõ cum dijs, sed cũ Hercule pugnasse. Verũ fulgurũ & tonitruũ modo præliũ cõmissum. Philippopolis ad Rhodopen montẽ, quam candẽ cum Hadrianopoli & Trimuntio Ptolemæus ponit. Rufus contra hanc Olympiada. Vscodoniã uero Hadrianopolim nominatã, & utrãq; à Marco Lucullo subiugatã dicit, uti supra cõmemorauí. Hæc urbs post cædem Deciorũ principũ patris & filij, unde illi fuerant ortũdi, capta est à Scythis, intrãq; eius mœnia iugulata fuerãt hominũ centũ milia. Potideã Stephanus urbẽ Thraciæ dicit, alibi uero in Macedonia, in qua & ego supra posui, quam Cassandriã uocatã dicit, nisi forte duæ sint. Mõtes uero nobiles Aenus, & Rhodope. Flumina Nesus, & Athyra, sed in horũ medio notior Hebrus. Nũc ad Chersonnesum ueniã, cuius Isthmos hodie, sicut Corinthiacus, Examiliũ uulgo appellat. Hũc à Cardia ad Pactyã Milciades, ut testat Herodot⁹, muro sepsit. Est eñ Cardia urbs in ora ab latere occidẽtis, ędificiũ Hermocharis, qui dũ sacrificaret, ab auspicio cordis à coruo rapti & huc delati locũ appellauit, ut Stephanus. Ex latere Bosphori Sestus. & Callipolis. Chersoneſi itẽ quatuor principales, Thracia, Taurica, Cimbrica, Aurea, oẽs Europeæ, præter Aureã. Sũt itẽ aliæ q̃ sunt oppida: ut in Creta, in Caria: in hac ipsa de qua loquimur. In Isthmo Chersonnesus est una è cẽtũ ciuitatib⁹, ut scribit Aelian⁹, cui⁹ incolæ Chersonnesij dicũt. Hi ex turrib⁹ gesta Athenien⁹ib⁹, sub qbus erãt, significabãt. author Stephan⁹. Alopeconnesus itẽ urbs hic ꝑpe Ptolemæo ponit. Quã Stephanus ait ex oraculo conditã ex catulis uulpiũ ibi repertis, ut planè nomen indicat.

Odones
Odrysij
Sitalces rex
Sentes rex
Phylis
Pallene prius
Phlegra
Philippopo.
Hadriano polis.
Trimontium
Potidea
Aenus
Rhodope
Nesus
Athyra
Hebrus
Strimon
Chersonnesus
Isthmus
Thracius
Cardia
Sestus
Callipolis
Chersonnesus
oppidum
Diuisio Macedoniæ

MACEDONIA.

MACEDONIA ois in medio duorũ mariũ Ionij ab occasu, & Aegei ab oriẽte describitur, ab aquilone Delmatiæ partẽ & Mœsiã superiorẽ, à meridie Epiri habens. Diuisa præterea Plinio in partes duas, quarũ alterã prouinciã idẽ, Strabo autẽ superiorẽ & liberã appellat: eam uidelicet, quæ per sinũ Ionico littore protendit, Illyrico ac Italiæ ꝓxima: Altera uero ultra Candauiæ mõtes Macedonicis regibus seruiebat, qbus sublatis uniuersa in potestatẽ Po. Ro. peruenit. Quater eñ Macedones in bello XX. annorũ, ut scribit Liuius, uicti fuere. Primo post secundũ bellum Punicũ Philippus Demetrij filius à T. Q. Flaminio, q post uictoriã omnis ciuitates Græciæ quæ sub illo fuerãt saluas & liberas esse iussit. Deinde Perseus à P. Aemilio Paulo, q lxxij. ciuitates, ut ait Plin. uno die direptas uendidit. Tertio pseudo Philippus à Q. Cæcilio Metello. Postremo pseudo Perseus à T. Aemylio. Pars igit̃ prima gentes habet Albanos, Parthinos, Taulantios, Orestas: oẽs catalecto & cultu partim Illyrico, partim Græcanico utentes, neutris tamen satis intellecti, ac imperio hodie Turcarũ subiecti sicuti & cæteri. Hos cũ Epirotis Strabo & Pli. cõfundunt nomine ac rege tantũ diuisos, cæteris similes. Albani hi sunt, quorũ hodie nomen durat, Ptolemæo tantũ ex ueteribus positi. Taulantij, ut ait Appianus, à Taulãtio Illyrij filio, à quo Illyrici dicti. Orestæ populi, & Orestis regio, ubi Orestes imperauit ab insania liberat⁹, ob pudorẽ huc secedẽs, cui filius eiusdẽ nois successit, Orestásq; populos appellauit. Ipse uero pater ab aspidis morsu petit⁹ secessit ī Arcadiã, ibiq; decessit. Hęc Theogenes in Macedonicis. Verũ uti supra dixi, Albanorũ nũc oẽs noie centenẽ, Drino flumine ab Illyricis diuisi. Vbi primũ Scodra occurrit, nũc Scutaris, & Delminiũ nũc Dẽna: & Olchiniũ q̃dã Colchiniũ, ut ait Pli. nunc Dulchiniũ, ad Drinõis ripã, q à Drino flu. & lacu Scodræ ꝓfluit. Deide post Drionẽ, Lissũ, nũc Alexiũ, q̃ oia ínter Illyricos attigim⁹. Deide litorales urbes: Dyrrachiũ, oli Epidanũ, memorabile fama Cæsaris in eo loco superati. Apolloniã quõdã insignis nũc interijt, ubi Octauius adolescẽs cũ Cæsar fuit interfect⁹ dabat operã literis, ide adcersit⁹ ad magnũ nomẽ susciptẽdũ. Hui⁹ nois plures à Steph. cõmemorãt, in Libya, in Acarnãia, in Creta: ꝓpe Gnosũ, in Sicilia ꝓpe Leõtinos, in Phrygia, in Mysia ꝓpe Rhidacũ fluuiũ, in Tarso, in Phocide, quã Homerus Cypariſſũ uocat. Aulon Ptolc. nũc Velona, quã falsõ qdã Apolloniã putãt, quũ Apolloniã Pli. vij. mil. à mari distare testetur. Præterea Corinthiorũ esse colõia dicit̃ Aulõ & Aulõa: sicuti Caulõ & Caulona, Iader, & Iadera.

Olchinium
Lissum
Dyrrachium
Apollonia
Aulona

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hanc Pazaites ex Othomannorũ familia primus occupauit. Deinde rebellantẽ Amurathes compescuit. Denicq; Maumethes filius superioribus annis, ut in gestis eorum alibi mentionẽ fecimus, per eam in Italiã traiecit, Hydruntumq; cepit. Plures etiam huius nominis Stephanus recenset, in Arcadia, in Creta, in Arabia. Amantiam, idem, & item Plinius ponunt prope Oricum in hac parte quasi Abantiam, quoniam Abantes populi redeuntes à bello Troiano hic cõstitere. Alios Amantinos quos Tyberi⁹ superauit, Ptolemæus inter Pannonios collocat. Deinde Oricũ cum portu nobile quondam oppidum, intus uero Antigonea. Altera item Macedonia in sinu Toronco, ædificata ab Antigono Gonata, tertia in Arcadia quæ prius Mantinea dicta est, ut Pausanias refert, quarta in Bithynia prope Acylium, quinta in Syria prope Antiochiam. Oppidũ deinde in alto cõspicitur loco, nunc Croiam uocant, quæ Troiam fuisse putauerim, quã Stephanus in Chaonia ponit huic finitimam loco. Domnenses etiam hic collocantur, & Doberienses, quos Dibras nostra uocat ætas.

Amantia

Oricon

Croia
Troia
Domnenses.
Doberienses

QVANDO huc uentũ est, anteq; ultra progrediamur, repetenda breuiter huius temporis historia. Tres præcipue familiæ hæc omnia loca simul cũ Epiro, de quo postea dicã, possidebant, quas omnis Romæ uidimus à Turcis expulsas. Cõneni è nobili Cõstantinopolitanorum genere loca littoralia tenebãt, Dirrhachiũ, Aulonã, aliáq; cõplura. Arianites ex ea familia re incolumi ac in pace decessit: filij pulli, è quibus Cõstantin⁹ heroica uir specie ac fortitudine post longã in urbe morã ad administrandã Montisferrati in Subalpina Italia ditionẽ est adcersitus. Altera familia Castriotarũ est, è quibus Ioannes Dibras siue Doberiensis Troiam nõnullãq; alia loca interius obtinebat. Quũq; ab Amurathe Turca bello peteret, tributi cõditione liberat obside filio Georgio puero nouẽ annorũ dato. Hic igitur & indole, & uirtute creuit heroica, & robore corporis incõparabili: quapropter Amurathes eũ in suã sectã asciuit, uocauitq; Schenderbech, qd' lingua Turcarũ Alexandrũ dominũ siue magnũ significat. Hic plures ei prouincias adquisiuit, inter quas & Mœsiã adsecut⁹, Georgio Vncheruch Despoto ac Nouomonte eius regionis metropoli expugnato, ubi auri argentiq; fodinæ dicuntur esse. Extincto patre ac fratre Caragusio natu maiore, qui erat obses apud Andrinopolim, Amurathes ei regnũ paternũ tradidit. Interea Eugenius IIII. audita fama hunc per nũcios & literas ad nostros, & fidẽ pristinã traducere conat. Ille cõfestim obtemperat, ac rebellans tot pro religione res gessit quot antea cõtra, ac de improuiso Croiam, Sfetigradũ, Stelusium, Modrisiã, & Ternaciũ, oppida in ea regione occupat. Amurathes cõtra eũ Amesambech fratris eius filiũ primo, deinde Vranũ duces cũ copijs mittit. Croiam quatuor iam mẽses obsidebant, cũ moritur, ac filius Maumethes missis totidẽ ducibus quos Bassas uocant frustra uires instaurat, cũ ille semper parua manu ingentes hostiũ cateruas funderet, ac fugaret.

Schenderbech.

Contra Venetos

Sed & uno tempore Venetos quoq; bello lacessebat. Causa fuit, q⁹ illi pactam pecuniã maioribus suis ob ablata Albaniæ oppida pendere negabãt. Itaq; Dyrrhachiensem, deinde Damniensem, Scodrensem, & Drinastensem agros late populatus est. Venetorũ exercitũ ad Drinum fluuiũ occurrentẽ fugauit: tandem inter eos cõuentum sequestra pace per Antoniũ Venerium Albaniæ prouisorẽ, ut illi Scodra & agro quẽ ceperat cedenti mille quingentos aureos quotannis tribuerent. Post hæc cũ Pij II. Pont. nuncijs sollicitatus auxilio Ferdinandi regis in Italiã traijceret, eũ Baroli à Io. Ant. principe Tarentino, Ioanne quoq; Renati regis filio Andegauiæ duce, ac Ia. Picinino obsessum cuestigio liberauit. Romã deinde cũ uenisset, mox domũ remeauit, ubi paruo post tempore ueneno absumptus dicit. Vir Pyrrhi quidem successione, aut Alexandri cognomento sine cõtrouersia dignus, in tot periculis aut prælijs mirũ nullũ in corpore uulnus repertũ, præterq; humerum effractũ. Vxorẽ filiã Arianitis quẽ supra cõmemorauim⁹ duxit, quæ adhuc Neapoli uiuit, ex qua filiũ suscepit, qui post mortẽ patris pulsus & ipse ab Maumethe peregrinat. Tertia familia quã dixim⁹ expulsam, Despotorum Epiri est, his finitimi regionibus, quẽ Artam nunc uocant, de quo inferius latius dicemus. Hi Tocchi appellati, ex agro Beneuẽtano, ac ut ipsi dicitant ex Totila Gothorũ rege genus ducentes, annos prope C C. hæc loca tenuerũt simul cũ Aetolia & Acarnania, Cephallia quoq; ac toto quondã Pyrrhi & Vlyssis imperio, nominibus tantũ Leonardo & Carolo sibi adsumptis. Hic qui pauloante Romæ agebat Leonardus, filium & ipse Carolũ reliquit, à Maumethe olim pulsus ad Sixti. IIII. Pont. opem ac misericordiã cõfugit. Nunc reliquã Macedoniæ partẽ prosequemur. Cuius ferè loca omnia interiere, uetera tamen repetam. Ex parte primũ orientis, & Aegæi maris post Nesi fluminis ostia, qui Thraciam à Macedonia dirimit,

Despoti Epiri

Nestus flu.

mit, Edones sunt, qui sinui nomen dederũt. Amphipolis Athenienſiũ olim ditionis, quã coloniã duxit Agnon Niciæ filius, expulsis Edonibus, uocauit'q; Amphipolim, quũ prius Nouemuiæ appellaret, quod præterfluente utrinq; Strimone cingeretur, ducto'q; à flumine ad flumen muro, mare uersus colonia collocauit. Hanc urbẽ Brasides dux Lacedæmoniorũ bello Peloponnesiaco occupauit, dato'q; negocio Thucydidi Olori filio Historico, qui tunc in proxima regione magistratum gerebat uti subueniret, ille cum VII. nauibus sero iam uenit. Hæc ex lib. IIII. Thucydidis. Hãc deinde Philippus Athenienſibus abstulit. Stephan⁹ Cradennã & Ariadraomũ antiquit⁹ uocatã dicit: præterea esse aliã Amphipolim in Syria apud Euphraten à Seleuco conditã, quã Turmedã Syri uocãt. Supra uero aliquantulũ apud Strimonẽ fluuiũ in cadẽ regione Edonica Philippi ciuitas prius Crenides, ut Artemidorus in Epitome X. ciuitatũ. Καὶ πόλις φιλίππου ἡ παλαιὸν κρηνίδης. Et urbs Philippi antiquit⁹ Crenides. Philippus Macedo nomen mutauit ob merita lati ab se auxilij cõtra uim Thracũ expugnare urbẽ conantium. Hic Brutus ab Octauio superatus. Augustus deinde mutatis coloniis, Neapolim eam uocauit. Sequitur sinus ipse Edonicus, in quo Arethusa est urbs, alia Syriæ, tertia Eubœæ: fons item in Italia. Proconnesus cum duobus promontorijs: Atho in septentrionẽ, & Nymphæo in austrũ spectantibus. Athos enim ciuitatẽ sui nominis habet. Coloni Athoitæ dicuntur ab Atho gigante incolente, ut Nicandrus in V. Europæ. Iacit umbram CCC. stadiorũ, ut ait Stephanus. Hunc olim fama Xerxẽ aceto sparso complanasse, ex quo Iuue. Credimus olim, Velificatus Athos. Prope Athon Sing⁹ est oppidũ, quod Singitico sinui nomen dedit. In quo Stratonicea est urbs ab uxore Antiochi, deinde ab Hadriano principe Hadrianopolis appellata, ut Stephanus. Chalcidicã hic Ptolemæus regionem cõstituit, Stephanus & Chalcidẽ urbẽ, esse'q; alias huic homonymas in Chalcide Eubœæ cõmemorauit. In eodem sinu Acanthus urbs ab spinæ similitudine, uel ab Acantho homine quodã. Alia in Aegypto est: itẽ Emporiũ in mari rubro. In hac Macedonia cicadæ dicũtur tacere, ex quo prouerbiũ apud Simonidẽ in minimũ loquentes. ἀκάνθιος τέττιξ. Ampelos promontoriũ Torones: alterum in Samo, in Cyrenaica tertium. Torone urbs iuxta sequitur, unde sinui Toroneo nomen, dicta à Torone Neptuni & Phœnicis filia. In hoc sinu Antigonea est ab Antigono Gonata condita. Casandrea. Potidea, cuius Demosthenes sæpe in orationibus meminit. Patalia ut Stephanus, ut Ptolemæus Patalene. Therma urbs, unde sinus Thermaicus, ubi Thessalonica, prius Halia nũcupata, Casandri ædificium, sub Philippo Amyntæ filio nomẽ mutauit: uel quod ille in eo loco Thessalos uicerit, uel ut Lucius Tarræus dixit, qui librum de ea ciuitate cõposuit, ex Thessalonica filia appellauit, ut placet Straboni, uxore, non filia. Liberæ fuit olim cõditionis, ut Plin. Ira Theodosij qui XII. mil. ciuiũ in ea necauit maxime cognita: sed multo magis epist. Pauli. Hæc deinde cessit in hæreditatẽ Andronico Manuelis imperatoris Cõstantinopolitani filio: sed Ioannis fratris odio, q patri succesſerat, eam Venetis tradidit. A Venetis uero Amurathes Turca bello eripuit. Apollonia Achedoro tantũ fluuio à Thessalonica diuisa. Canastrũ Stephano, ex quo Sophocles Canastræũ, pmõtoriũ cõmemorat. Strabo Calastra scribit, in sinu Thermaico. Et hæc qdẽ in ora. Intus uero reliqua ex ordine literarũ ponã à Stephano ex parte magna mutuatus. Acane ab Aeano Elyminthi filio regis Aetruriæ, q huc adplicãs hãc urbẽ ædificauit. Alor⁹ penultima producta, ad Axij fontes. Aeræ, unde Aerac⁹, alia in Ionia, tertia apud Hellespontũ, cui⁹ incolæ Aeratæ dicunt. Aesepe. Aesamene ab Aesameno Piceriæ rege, ut tradit Theogenes. Alante, est itẽ altera in Arcadia. Theopõpus in Philippic. Allantrũ dixit. Almopia regia iuxta fontes Erigonis. Lycophron de Aenea loquẽs, ὑκ δ' ἀλμοπίκης παλιμπλανήτην ὀλέσεις τυρσηνίαν. Dicit ab Almopo Neptuni & Helles filio. Alpon⁹ media, pducta, altera in Locris Epicnemidijs. Anthemus, altera in Syria. Andrea, altera apud Eleã. Aedessa inter cõfluẽta Erigonis & axij, alia in Mesopotamia. Azor⁹ penult., pducta, Ptolemæo Azorũ: Arriano aũt Azoricũ urbs, ppe Thessalonicã. Aegea urbs iuxta mõtẽ q supra Pindũ eleuat, olim Melobotera uocata ex ubertate pastionũ. Bisaltæ gens libera Pli. intra Strimonẽ & Edonicũ sinũ. Stephanus Bisantẽ uocat, coloniam'q; eã Græcã à Samijs deductã. Bryges Macedonũ populi prope Illyricos, quos Macedones Phryges uocant, ut Stepha. Berga, quã Berã idem uocat, ad Chabrij fluenta. Beroea ad Citarũ montẽ iuxta Haliacmonẽ sita, apud Ptolemæũ cognominata à fœmina eiusdem nominis nepte Macedonis ex Bereto filio. Est alia in Syria, unde Bassianus nobilis orator fuit. Stepha. Calliteræ Ptole. inter Bisaltas: Cydna Theogeni poniũ Duri opus. Emathia regio in finib⁹ Macedõię iuxta Thessaliã ab Emathiõe rege, ut Trogus quo

Edones
Amphipolis
Philippi qui Crenides de inde Neapolis
Arethusa
Proconnesus
Athos & Nympheum promontoriũ
Singus
Stratonicea quæ & Hadrianopolis
Chalcidica regio.
Acanthus
Ampelos pro.
Torone
Antigonea
Casandrea
Potidea
Patalia
Therma
Thessalonica
Achedorus
Canastrum
Aeane
Alorus
Aeræ
Aesepe
Aesame
Alanta
Almopia
Alponus
Anthemos
Aedessa
Azorus
Aegea
Bisaltæ
Bryges
Berga
Beroea
Calliteræ
Cydna
Duri opus
Emathia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Europus quo nomine Macedonia quondã tota est appellata. Eius urbs Europus ad Erigonis sita son/
Elimea tem. Stephanus ab Europo Macedonis filio dictam ait, essecq; aliam in Syria, tertiam in Ca/
Eordane ria. Elimeã Strabo in octauo libro cõmemorat. Eordane regio, alia in Iberia, tertia in Thra/
Euporia cia. Euporia ab Alexandro ædificata, ex rerũ copia nomen auspicata Emporium. Heracleæ
Heracleæ II in Macedonia duæ: altera Sintica apud Strimonem fluuiũ, quæ à nonnullis in Thracia po/
Gastronia nitur, altera ad Erigonis fluenta ab Amynta Philippi ædificata, ultima ex XXIII. huiꝰ no
Gordynia minis ciuitatibus. Gastronia regio Theopompo. Gordynia in monte Citaro: alia in Creta
Gomphi Gortynia. Gomphi, Idomene. Ichnæ Herodoto in VII. Eratosthenes singulari numero pro/
Idomene tulit, quanꝯ Philetas eam esse aliam scribat. Dicitur à Themidis uestigijs, quæ Iuppiter ad/
Ichnæ sectatus est, ut Stephanus. Lete ad Axij ostia, à Latonæ templo prope cõstituto, ut Theo/
Lete genes. Incolas, Letæos appellat Nicarchus Alexandri comes. Museũ locus circa Olympũ,
Musæum Eretrienſiũ colonia quã Philippus diruit, ubi & ab Astere milite sagitta petitus alterũ ami/
Olyra Ossa sit oculũ, ut Stephanus. Olyra, Ossa ad Athon urbs. Horma ad fontes Erigonis. Homolium.
Horma Pella Alexandri patria ad Axij ostia paulũ à mari recedẽs, olim Bunomus, & Bunomea uo
Homolium cata. Sũt & aliæ, in Thessalia, in Achaia, in curua Syria. Parthenopolis à uirginibus Cerasti
Pella Mygdonis filiabus, ut Theogenes in Macedonicis, q̃ memorabili castitate & uicti⁹ abstine/
Partheno tia fuerint. Pelagonia regio inter Andaristũ & Erigonẽ amnẽ Ptolemæo posita, Plinio quo/
polis. que & Straboni cõmemoratur. Pieria regio inter Pharibũ & Haliacmonẽ Ptolemæo. Hic,
Pelagonia ut ait Pausanias, Pierus regnauit, pater puellarũ quæ de cantu cũ musis cõtenderunt. Physcꝰ
Pieria alijs, Ptolemæo Physcæ dicitur ciuitas ad fontes Chedori: altera in Caria, tertia Locridis, &
Physcus in Rhodo palus. Sintia regio & ciuitas prope Thraciam. Phila quã Ptolemæus Philiren, æ/
Sintia dificium Demetrij Antigoni Gunatæ filij iuxta Peneũ, quã à matris nomine uocauit. Est &
Phila insula Aegypti Herodoto in IIII. iuxta magnũ fluuiũ, cui Tritoni nomẽ, qui ostia in paludẽ
Tritonidẽ emittit. Pæones prope Peneũ & Peliũ in Thessalia mediterraneos nonnulli po/
nunt. Herodotꝰ aũt in Thracia iuxta Strimonẽ fluuiũ collocat, atq; per horũ fines Axiũ am
nem fluere. Eorũ ciuitas Amydon, iam deleta, ubi fontem Dionysius poeta innuit esse, cuius
De pæonibus. unda lucida ea tellus abluitur: cõfluitq; in Axiũ fluuiũ, qui pluribus auctus uti torrẽs fertur.
Praxilus Strabo ex Pæonibꝰ dicit Axiũ & Strimonẽ fluere, putatósq; à quibusdã colonos esse Phry
Sintia regio gum, ab alijs Archigetas. Pæones usq; ad Pelagoniã & Pieriam extendi dicunt, ac multa de
Pontus flu. Macedonia tenuisse usq; ad Propontidẽ progressi. Pausanias Pæonas ad Axiũ flumẽ ponit,
Stimphalia uocatósq; dicit à Pæone Endymionis filio. Appianus in Illyrico dicit Pannonios à Græcis
Scotusa Pæonas uocari, eosdémq; omnino esse populos. Hos Homerus in Catalogo Pyræchmen &
Strobis Steropæũ ait duxisse ad Troiã: quorũ à Patroclo alter, Steropæus ab Achille postea interfe
Montes ctus fuit: & hæc quidẽ de Pæonibus. Praxilus, & Pydna cuius Demosthenes sæpe in oratio/
Candauiæ nibus meminit. Sintia regio, & urbs prope Thraciã: apud hanc Aristoteles de miraculis scri
Camelæi bit fluuiũ nomine Pontũ labi, in quo lapides quidã ferunt qui ardentes cõtrariã carbonibus
Olympus retinent naturã: uento extinguntur, in aqua uero flagrant, tetrũq; odorẽ modo bituminis red/
Flumina dunt, ut nulla reptilia prope cõsistant. Stimphalia, Scotusa, ad Strimonẽ sita: altera in Thes/
Strimon salia. Strobis iuxta Erigonẽ quã Steph. Stronbũ uocat, dicitq; Romanorũ esse coloniã. Mõ/
Axius tibus Macedonia perpetuis cingit. Sunt autẽ Candauiæ Plinio Straboniq; ex occidentis la
Erigon tere, Ptolemæo aũt Camelæi appellati. Est & Olympus alter. Flumina, Strymõ iuxta Thraci
Haliacmon am qui in sinũ Edonicum influit: Axius, Erigon, & Haliacmon in Thermaicũ exeunt sinũ.

THESSALIA.

Deucalion Thessaliam Eustathiꝰ in Homerũ sic ferè in uniuersum describit. Campꝰ
Hemon est maximus ac curuus, undiq; montibus cinctus: ab oriente Ossam, & Pelion
Thessalus montes habet: ab occasu Pindũ, à quo Peneus amnis exiẽs orientẽ uersus ten/
phthius dit: ab aquilone Olympũ, à meridie uero Othryn. In hac itaq; Deucalioũ, ut ait
Pelasgus Strabo, primus imperauit, qui locũ Pyrrheam de uxoris nomine dixit. Hemõ
Achæus uero Hemoniã. Huius uero filius Thessalus Thessaliam uocauit. Successores deinde Phthiꝰ
In partes IIII Pelasgus, & Achæus, totidẽ in ea cõstituere populos. In partes quoq; quatuor idẽ autor di/
Mãtes cõti. uidit, Phthiotiam uersus austrũ, Estiæotiam uersus occidentẽ, Thalassiotiam siue Marinã ac
Amnes 24 Pelasgiã. Montes quoq; cõtinuos in ea terræmotu quondã disruptos, fabulæ uero ab Hereu
Pieris. Ossa le uolunt. In Thessalia Plinio XXIIII. nobilissimos esse amnes tradit. Montes quoq; quorũ
Pindus principes Olympus, Pieris, Ossa: cuius ex aduerso Pindus, Othrys, Lapytharũ sedes ad oc/
Othrys casum

casum uergentes. Ad ortum uero Pelius, omnes inter se continui, & theatrali modo inflexi, Pelius
caueatis ante eos LXXV. urbibꝰ. Flumina, Apidanus, Phœnix, Enipheus, plurésq; alijs an Flumina
te omnes clarissimus Peneus, oriens iuxta Gomphos intérq; Ossam & Olympum nemoro/ Apidanus
sa ualle defluens quingentis stadijs, dimidio eius spatio nauigabilis. In eo cursu Tempe uo/ Phœnix
cantur, quinq; millium passuum longitudine iugis sese leuiter attollentibus, iuxta quæ labitur Pe/ Peneus
neus, undis lucidis amœnus, uiridanti riparum gramine, canoro auium cõcentu. Memoran Tempe
tur & Tempe Neumesia, quæ ab Ouidio Cygnea dicuntur: sicuti & in Sicilia Heloria etiam
Tempe, ex amnis nomine: deniq; uocabulũ hoc Græci ad omnẽ piscosi loci ac uirẽtis amœ/
nitatem traducunt. Sed ad Thessalos reuertamur. Eos in primis lautos fuisse moribus decla Thessalorum
rat Menander his uerbis: Non Corinthus, nõ Lais ὁ Syre, nõ lautorum manus Thessalorũ. mores.
Magna quoq; & lauta bucella, ut Pausanias ait, Thessalus intermissus dicebatur. Thessalæ
itẽ alæ, propter similes uestes. Et Thessalicæ bigæ, ut cæteris præstantiores. Thessalicũ quoq;
ingenium ob astutiam illis innatam. Equitandi deinde palma in bello Thessalis data, ex quo
Centauros prodijsse poetæ finxerunt. Thessalæ deniq; sagæ plurimum cõmemoratæ, quod
hic magnopere magica ueneficia q̃ uiguerint. Nunc urbes attingam. Argos in primis nobi/ Argos
lis ac uetusta Thessaliæ ciuitas, Larissa appellata, inter Pelasgos ponitur. Decem huius nomi
nis à Stephano describuntur. Primũ Peloponnesiacũ. Amphilochicum. Deinde hoc Thessa
licum, in Cilicia q̃d' nunc Aegiopolis. In Nisyro una ex Cycladibus: apud Trœzenẽ. In Ma
cedonia, in Scythia, in Caria, in Phœacia. Incolæ Argei dicunt & Argiui, sicuti Achæi & A/
chiui. Sed & Argolici & Argolæ etiam dicti apud Euripidem. Argissa prope Peneũ condi/ Argissa
ta à filijs Larissæ. Deinde Argura uocitata. Est item Argura locus in Eubœa. Aeson urbs ab Aetices
Iasonis patre. Aetices gẽs Thessala mediterranea siue Perrhebiæ, Aemonia regio ac ciuitas, gens.
ut Pausanias, ab Aemone Lycaonis filio. Alopa à filia Cercyonis siue Actoris eiusdẽ nomi/ Emonia
nis, sita inter Larissam & Echinũ. Incolæ Alopenses: memorantur & aliæ in Attica, in Ponto, regio
unde Pantasilea fuit. In Eubœa, apud Delphos, apud Locrẽses, & apud Mysiã, de qua dicũt Alopa
loqui Homerũ. ἐλθόντε δ' ἀλόπης, ὀθ' ἁμαζονίδων γένος ἐσίν. Amycus iuxta Melibœã, ab uno ex Amyrus
Argonautis appellata, ut alij à filio Neptuni: hãc Suidas in Genealogijs Amyricẽ uocat. An Antron
tron urbs. Zenodotus ἀγχίαλον ἀντρῶνα dicit: fertur locus esse antris cauernisq; frequens, tũ Aperantes
optimos ad molas habere lapides, quarũ onus asinꝰ subit, quapropter prouerbiũ ὄνος ἀντρώ/ Asbotus
νιος. Aperantẽ urbem Polybius in primo cõmemorat. Asbotus media producta. Asterion. Asterion
Homerus οἵ ῥ' ἴχον ἀστέριον, τιλφούσιό τε λευκὰ κάρηνα. quod in alto sita monte ueluti astrũ fulge Asterusia
at, ut tradit Eustathiꝰ, qui nũc eam Persiã dicit uocari. Est & altera in Syria: & Asteris insula Atrax
in medio Sami & Ithacæ. Asterusia itẽ in Creta. Atrax & Atracia in Pelasgiotide ab Atra/ Atracia
ce Peuci filio, incolæ Atraces dicunt. Lycophrõ, καὶ Φυντέρος ἅπιμ' ἄτρακος λύκος, Achne Achne
unde fuit Cleodamas, q de cura equorũ scripsit. Est altera in Bœotia unde Achneꝰ. Azoriũ Azotium
in Pelasgiotide. Aphete Magnesiæ urbs in sinu Pagaseo, quã cõmemorat Apolloniꝰ, dicta Aphete
ut eius enarrator scribit, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, id est à dimissione, quod ibi Herculem Argonautæ Amphilacæ
dimiserint. Amphilacæ ædificium Amphilaci unius ex Aeoli filijs. Hic Iphiclum suscepit, Amphilaci
qui Phylacum genuit patrem Pœantis & Iphicli: quorum Pœas Methonem & Philocte/ gens.
ten liberos habuit. Iphiclus uero Astiochen Protesilaum & Podarcem. Hæc Eustathius in Aenia
Homerũ. Aenia urbs Perrhebiæ. Incolæ Aeniades, qui prius iuxta Ossam, postremo prope
Aetolos habitauere, dicti ab Aenio fratre Gunei, quem Homerus in Catalogo ponit eius
gentis ducem uenisse. Alos Aeniatas Strabo ponit in regione Ponti, quos tunc Parthios
appellari dicit. Alos Achaiæ & Phthiotidis urbs, sub Othryos montis finibus, distãs ab Ico/ Alos
ne stadijs VI. ædificata ab Athamante, à sale ibi reperto appellata. Huius nominis duæ, al/
tera Maliaca sub Achille, altera sub Protesilao fuerat, pronunciatur & utroq; sexu. hæc Ste/
phanus. Eustathius idem ferè ædificatam dicit ab Athamante dum per insaniam erraret: nõ
nulli cum adspiratione scribunt dicentes à mari etymũ trahere: quidã ab ancilla Athaman/
tis nomine Elos, quæ Inõ primũ semina urere nunciauit. Cuius ob merita ciuitas in eius ho/
norem cõdita. Erat & altera Alos in eadem Thessalia, quã Homerus sub Protesilao posuit,
primã uero sub Achille, quã Maliacã Halon Strabo uocat, quæ ad Malienses pertinebat, q
populi prope ac cõtra Eubœen & Thermopylas siti sũt. Hæc Eustathiꝰ. Budea media, pdu Budea
cta ciuitas Magnesiæ à Budeo cõditore, unde & Budea Minerua in honore apd' Thessalos,
cuius meminit Lycophrũ, ἣ πολλὰ δὴ βοᾶ θεαν αἰθυιαν κόρην ἀραγὸν ἀνδρέκασα τάρβος γάμων.

Homerus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homerus autem Budeium protulit, ὅς ῥ' ἐν Βαδείῃ ἐυναιομένῳ. Est & Budea ciuitas Phrygiæ, & Budei Medorum, & Budini Scythiæ populi. Bœbeis stagnum Thessaliæ Straboni
Bœbeis prope mare ad Phæras. Bœbe autem eidem est oppidū iuxta Bœbeidem. Homerus. Βοίβην καὶ Γλαφύρας καὶ ἰνκτέμενον Ἰαωλκόν. dicit & alibi Bœben inter septem esse ciuitates quas De
metrius Poliorcetes deduxit in Demetriadem: uocatam autē Bœben à Bœbo filio Glaphyri qui Glaphyras oppidum ædificauit. Est & Cretensis Bœbe, & in Macedonia item stagnū,
Cythina hæc Eustathius. Cythinam urbem ponit Theon enarrator Lycophronis, unde Cythineus est, & Cythinium una ex tribus Doricis. Corope unde Coropeus: Nicandrus in Theriacis.
Κὴρ ἀπὸ Μοψ Μαντείας κορωπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν. Coronea parum à sinu Pelasgico
Coronea distans in Phthiotide sita. Quinq; traduntur. Prima Bœotiæ. Deinde Messeniæ. Tertia hæc
Cranon est. Quarta Cypri est, & apud Ambracium arx. Cranō in Pelasgiotide. Hic Callimachus, &
Corui Theopompus rem miram narrant: Coruos tantum duos esse pro tempore, totidémq; ex succes
Crimene cessione, illis deficientibus. Est & Cranon alter distans à Crotone stadijs C. Straboni. Crime
Cynocephale ne in Pelasgiotide, à Pelea Phœnici dono data, cuius incolas Homerus Dolopas uocat, sicu
Demetrias ti Sintias Lemnenses & Troianos Ilienses. Cynocephale collis Thessaliæ. Polybius libro
regio. XIX. Ἔρχεται καὶ χωρίον ὀνόματι, ἀφ' οὗ Κύνδιος ὁ Δαφάντου τοῖς βοιώτιος, ἐκ κυνοκεφαλῶν μεταβ
Pagasæ ποιησάς. Demetrias in sinu Pelasgico, quam gentem Demetrius Poliorcetes uictor à nomine
Sepie suo appellauit. VIII. in eam colonijs deductis, quæ sunt Straboni, Pagasæ, Sepie, Bœbe, Iol-
Bœbe cos, Rizus, Hormenium. Olizo, Nelia. Altera Demetrias in Macedonia, tertia Persidis pro-
Ioleos pe Ardelū. Demetria quoq; urbs Aeolidis. Dipnias Thessaliæ uicus circa Larissam, ubi di-
Rizus cunt Apollinem cœnasse, cum primum à Tempe purgatus rediit. Hic puerum eō forte ueni-
Hormenium entem mos est cum lauro in eo loco epulari. Callimachus. Δεπνιὸς ἴνθεν μὲν δεδάεκται, Dia
Olizo urbs Aeaci ædificium. Sunt & aliæ, in Macedonia, in Eubœa, in Peloponelo, in Lusitania, in
Nelia Italia circa Alpes, in Scythia circa Phasin, in Caria, in Bithynia. Sunt item quatuor in Ae-
Dipnias geo insulæ, Diæ appellatæ. Dolopes gens in Thessalia à Dolope Mercurij filio, qui in Ma-
Dia gnesia extinctus est, eiusq; sepulchrum iuxta in littore cernebatur, ut Cleon Curieus in pri-
Dolopes mo Argonauticorum, quem Apollonij enarrator allegat. Ipse etiam Apollonius meminit.
Drongilium Περησίοις Μαγνησίᾳ δ' ὑπείδιος κατέφθιτο, αὐτὴ καὶ τύμβος Δολοπίδος. Drongillū locus Thessaliæ,
Echinum cuius meminit apud Stephanum Theopompus VIII. Philippicorum. Echinū urbem Pto-
Erethria lemæus in ora Thessaliæ ponit: Stephanus in Caria, & Echinas in Aetolia. Erethria prope
Ethyeste Othrin paulum à mari recedens. Est & alia in Eubœa. Ethyestæ gens ab Ethyesto, uno è filijs
Elacateum Neoptolemi, ut Rhianus scribit. Elacateum mons, ubi templum Iouis Elacatei. Eurymene,
Eurymene ut Hecatæus in Europa. Hellas ciuitas in Phthiotide ab Hellene Phthij filio: Phthius autem
Hellas ex Acheo genit⁹, ut Steph. placet, ex quo tota olim Græcia Hellas dicta, autor Thucydides
in procemio. Homerus item nunquam alio nomine quàm Hellenas, Danaos, Achæos, aut
Myrmidonas, Græcos uocat: propriéq; partem eam quæ prope Peloponesum est, Hellada
nominat. Post Homerum uero omnes, ut ait Plin. à Græco rege Græci appellati. Hanc uero
Thessalicon. Homerus Καλλιγωνῆα uocat. Strabo scribit quod Pharsali dirutam ciuitatem
ostendunt, quàm Hellada dicunt fuisse. Idem dicit nōnullis putari unam tantum ciuitatem,
Helona quibusdam uero tantum Phthiotida. Helona condita ab Hercule in monte Centaurorum,
deinde Limena cognominata ob nobile in eo loco pratum. Perrhebiæ & ipsa ciuitas. Gom-
Glaphyræ phi urbs sub ipsis montibus. Glaphyræ. Homerus. Βοίβην καὶ Γλαφύρας, à Glaphyro filio Ma-
gnetis, Stephano: Eustathio autem à memorabili in ea ciuitate ponte. Est & uicus Ciliciæ di
Gyrton stans à Tharso XXX. stadijs, in quo fons est. Gyrton, quem Homerus Gyrtonam uocat,
sicut Iton & Itona: urbs est Perrhebiæ in Thessalia à Gyrtone conditore Phlegiæ fratre. Vn-
Gonnus de Gyrtonios Phlegias primo uocatos esse frequens historia declarat. Gonnus urbs Perrhe-
Gonusa biæ, à Gonco Cyphi, ut Homerus Gonusa. Ithome media producta urbs Pelasgiotidis. Ho-
Ithome merus. Οἳ δ' ἔχον τείχιόν, καὶ ἰθώμιον κλωμακόεσσαν. Vocatur & Thomæum, locus sanè asper
& salebrosus ex argumento nominis per ablationem primæ literæ. θῶμος enim cumulus aut
aceruus dicitur. Est & altera Ithoma in Messenia Eustathio, Stephano autem Ithon. Home-
rus: ἰθώνην τε πετρήεσσαν μίλωνα. Hic Minerua Ithonia celebratur: memorantur & aliæ in Italia, in
Iros Epiro, in Bœotia, in Lydia. Iros urbs. Lycophron. Ἶρόν τε καὶ τραχῖνα περραιβικήν. Incolæ Iro-
Iolcos tæ. Iolcos in ora ab Iolco filio Amyci à quo & Amycus campus. Hanc olim amplissimā fuisse urbem testatur Strabo, seditione postea deletam in paruosq; redactam uicos stadijs VII
à mari

à mari Demetriade sitos. Lamia urbs ad Othrys, radices à Lamo Hercu-
lis filio: alij à La- Lamia
mia mulicre, quæ imperauit regioni Trachiniorū, in qua Lamiacū bellum dicitur gestum.
Est & alia in Lycia. Larissa tertia Thessaliæ ciuitas putatur prope Peneum sita, quam Acri- Larissa
sius præterfluit. Est alia Pelasgica in Ossa monte, alia Troadis, quam Homerus λαρίσσαν ἐρι-
εώλκα, id est, Larissam fertilem uocat. In Creta, item & Attica & Macedonia aliæ ponun-
tur. Lapithæ populi qui cum Centauris in Perithoi nuptijs dicuntur dimicasse. Est & in ea- Lapithæ pop.
dem Thessalia ciuitas Lapithe. Lytæ locus prope Tempe, qui ab aqua soluta, & Neptuni Lapithe urbs
inundatione nomē accepit. Libethris fons Magnesiæ Plinio musis dicatus. Vnde Libethri Lytæ
des dictæ. Melibœa patria Philoctetis. Melittæa, quam Ptolemæus Melitaram uocat, haud Melibœa
longe à Pelio monte. Methonæ quatuor. Prima Thessalica. Homerus, οἵ θ' ἅμα Μηθώνην καὶ Militræa
Θαυμακίην ἐνέμοντο. quam sub Philoctete posuit duce. Alia in Macedonia Erethriensium colo Methonæ
nia. Tertia in Thracia, ita uocata à uini ubertate, quod μέθην ebrietatem dicant, sicuti & Me-
thymna eiusdē etymologiæ. Quarta in Messenia Peloponnesi. Minyæ populi à Minyo, qui Minyæ pop.
in ea regione imperauit, cuius innumeræ filiæ magnos Heroas genuere, è quibus Argonau- Minyus rex
tæ pleriq; fuere, quāobrem Minyæ sunt appellati, historiā in his uersibus Apollonius refert.

Τόσσοι δὲ Αἰσονίδῃ συμμίσγοντες ἠγερέθοντο. Tot igitū cōmilitones Aesonidæ coacti sunt,
Τοὺς μὲν ἀριστῆας μινύας περικαλλέος ἔσχον Hos quidē strenuos Minyas circūhabitantes
Κίκλησκον μάλα πάντας, ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν Vocabant omnes, quoniam Minyæ filiarum
Οἱ πλεῖστοι τε ἄριστοι ἀφ' εὐχετόωντο Plurimi & optimi è sanguine gloriabantur
Ἔμμεναι, ὡς ὅ τε μὴ αὐτὴ Ἰάσονα γείνατο μήτηρ Esse, sic & ipsum Iasona genuit mater
Ἀλκιμέδη, Κλυμένης μνησίδικος ἐκγεγαυῖα. Alcimede, Clymenem Minyæ filiam enixa.

Est & Mynia ciuitas eorundem. Item alter Phrygiæ. Misgomene urbs Steph. Mopseum Mynia urbs
in Pelasgiotide Straboni in IX. Mopsopia uero locus in Attica. Magnesia regio in littore Pa-
gaseo, inter Peneum & Pelion, cius loca Plin. plura commemorat, fontem Libethrum, oppi-
da Ormenium, Pyrrham, Dorion, Maliam, Methonē. Est altera Magnesia apud Meandrū. Methone
Hæc à Magne uno Æolidarum dicta, ut Eustathi. Narratur & à Pindaro de Magnete, uiro
è nubibus profecto, equis Thessalicis commixto, unde genus centaurorum fluxit. Maliēses Malienses
populi & Malia urbs eorū. Hinc sinus Maliacus: dicūtur & à Malo Amphitryonis filio, ut populi.
Stephanus. Malea uero promontorium Laconicæ, & Mali Indiæ populi, & Malloes locus Maliacus sin.
in Lesbo, ubi templum Apollinis. Myrmidonia, cuius coloni ex Aegina uenerunt, quod scri Myrmidonia
bit Stra. Peleum interfecto fratre ex Aegina fugientem, Phthiam ad Actorem Myrmido-
nes secutos esse, atq; ibidem ex Polymela Actoris filia, Achillem & Polydorum genuisse: ex
fabula uero notum est Aeacum Pelei patrē populo in Aegina ob pestem cōsumpto rogasse
patrem Iouem uti formicæ homines ficrent, inde Myrmidones dicti. Veritas quod cum lo-
cus ille sterilis fuerit, ac saxis excisis cauernosus, coloni sub terra habitarunt more formicarū,
spatium frugibus & agricolationi relinquere uolentes, parcētes etiam lateribus, ne tellurem
absumerēt. Hæc Eustathius. Olizon. Home. καὶ πολύαιπ' ἔχον καὶ ὀλιζῶνα τηνχεῆπ. acuit apud Olizon
Græcos ad differētiā alterius huius nominis Barytoni: paruū sanè oppidū, ex argumēto no- Oloossus
minis Oloossus. Hom. πόλιν τ' ὀλοοσσόνα λευκὴν. urbs est Perrhebiæ, Stephano inter Magne-
siæ urbes ponit: ea forte est, quæ nūc Elasson barbarica uoce dicitur. Olympus Thessalicus: Olympus
præter hūc alij quinq; ab autoribus cōmemorātur, Macedoniæ, Mysiæ, Ciliciæ, Elidis, & Ar Thessalicus
cadiæ. Ormenium urbs media inter Pheras & Larissam, dicitur ab Ormīnio patre Amynto Ormenium
ris, cuius filius Phœnix altor Achillis. Strabo ait, suo tempore Orminium uocari, utrūq; esse
sub Pelio monte iuxta sinum Pagasæum, unam è septem colonijs à Demetrio deductis, ac Ia
sonis patriam fuisse. Oechalia apud Argos Pelasgicum in Thessalia. Homerus, οἵ τ' ἔχον Οἰχα Oechalia
λίην πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλίηος. Idē alterius Oechaliæ meminit superius in Pylensiū catalogo,
recētiores in Eubœa eam cōstituunt. Alia in Messenia. Tertia in Trachina. Quarta in Arca
dia. Hanc Thessalicā subiugauit Hercules, Iole rapta regis Euryti filia. Hic Eurytus, ut Theo Eurytus rex.
critus describit, Herculem sagittandi artem docuit. Orta, graui tono pronunciāda ad diffe Iole
rentiam Epicteti, apud Græcos urbs est Perrhebiæ, Corsea cognominata, quod modo capi- Orta Corsea.
tis cuiusdam sita, tempora proferre uideatur. Homole apud Pausaniam Thessaliæ mons est, Homole
& locus apud Thebas Bœotiæ, in quo Iuppiter Homolius colebatur. Ossa mons præter o- Ossa
mnes altissimus sinui proximus Thermaico. Othryn Sperchius abluit simul & Octā mon- Othrys.
tes, ubi Herculis fatū. Pindus Thessaliam ab Epiro disterminat. Pelius cōtra Ossan erigitur, Octa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pelius ex utroq; Peneus fluit. Est item Pelius in ea regione ciuitas. Pyrrhea pars Thessaliæ prius
Pyrrhea uocata. Perrhebi gens à quodam Perrhebo, qui ei regioni imperauit: hi, ut ait Strabo, iuxta
Perrhebi Olympum habitauere. Lapithæ qui campestria incolebant, & sub quibus quãdoq; fuere for
gens. midantes. Phæstus urbs Ptolemæo in Pelasgiotide: altera in Creta, tertia in Peloponneso.
Lapithæ Pheræ urbs. Homer. ὃι δὲ φερὰς ἐνέμοντο πρὸς βοιβηΐδα λίμνην. Duæ fuerũt, nouæ & ueteres, VII
Pheræ inter se stadijs distãtes. Sunt item tres aliæ in Aetolia, & apud Parthicos. Strabo scribit Phe
Pagasæ ras Thessalicas ad Magnesiam pertinere, terminumq; Pelasgorũ finium esse, eorumq; naua
Pagasæus le Pagasas uocari. Pagasæ enim urbs est Demetriadis in ora, quæ sinui Pagaseo nomẽ dedit,
sinus. à multitudine fontium ibi scaturientiũ appellata, ut Eustathius. Pteleon urbs, ab ulmorũ fre
Pteleon quẽtia dicta: alia in Ionia, tertia in Troade. Pyrasus Phthiæ urbs, quod frugifera sit, quasi Py
Pyrasus rophorus. Quapropter Homerus templũ Cereris in eo fuisse tradit. Phthia ciuitas & regio.
Phthia re- Phthiotas in bello Troiano regebat Vlysses, Protesilaus, & Philocteres. Pelasgi, gens dissi
gio & ci. pa & erratica, sicut & Lelegæ, & Caucones. Eorũ prima regio apud Larissam Thessaliæ, sed
Pelasgi omnis penè maritima Ionia Pelasgos habuere colonos. Eos etiã constat ante Lydos in He
gens. truriam uenisse. Sed & teste Herodoto tempore belli Persici, Lemnon & Imbrum ædificaue
re. Dicti & Argiui quod Argos habitauerint: deinde Danai, ubi Danaus ex Aegypto aduer
Phylace nit. Phylace urbs. Homerus, ὃι ῥ εἶχον φυλάκην ἠδὲ πυρασσὸν ἀνδεμόεντα. Pharsalus à Pharsalo
Pharsalus Acrisij filio. Posidiũ in ora Ptolemæo, altera in medio Ciliciæ & Syriæ. Spalathre quam Hel
Posidium lanicus apud Stephanum Sparathram uocat. Spalathrũ uero in Illyrico est. Symetha urbs,
Scotusa & Symethus Siciliæ fluuius. Scotusa locus Thessaliæ Pelasgiæ iuxta Olympũ montẽ. Sper
Sperchius chius amnis à Pindo rectà in Sinum Maliacũ fluens. Sperchia item urbs in eadem ora pro
Thegoniũ pe Thebas. Thegonium, Titanium Stephanus ciuitatem dicit, Homerus mõtem: τιτάνοιό τε
Titanium λευκὰ κάρηνα. Canum habere caput dicit, ut declarat Eustathius, quasi cinereũ quod Titanum
cinerem seu puluerem in ea regione appellent, in quem redacti sunt Titani in eo loco fulmi
Trica nati. Tricca à filia Penei fluminis dicta: prope hunc locum templum cernitur Aesculapij an
tiquissimum, Dolopibus ac Pindo uicinũ. Huius ciuitatis præsul fuit Heliodorus, is qui hi
Thaumatia storiam Aethiopicam scripsit: uocari dicunt hodie Tricala. Thaumatia urbs Magnesiæ. Ho
merus, οἵ ῥ ἄρα μιδώνην καὶ θαυμακίην ἐνέμοντο, dicta à Thaumaco Peantis patre, à quo insu
la etiã ciusdẽ nominis est, & ciuitas altera iuxta sinũ Maliacũ, ubi templũ Thaumantiæ Dia
Trachin næ, ut Stephanus. Trichin siue Trachin, ciuitatẽ & hanc Thessaliæ dicunt ab Hercule supra
Oetam ædificatã, à loci asperitate: nonnulli eam dicũt, quæ postea Heraclea est appellata. La
Hypata cedæmoniorũ colonia, distans ab antiqua Trachine stadijs vi. prope Thermopylarũ angu
stias. Idem. Hypata urbs ad fontes Penei. Hyperea fons in media Pherẽsium ciuitate ab Hy
Hyperea berito filio Lycaonis. Est & in Sicilia urbs. Hyperesia uero ciuitas Achaiæ, ut idem. Strabo
duos ponit fontes Meseida, & Hyperiam prope ciuitatem Hellada.

EPIRVS

EPIROTARVM regionem, uti Trogus libro XVI. scribit, Molossi primum habitauere, Troianis uero temporibus rexit Vlysses, ut apud Homerũ depre
henditur. Post quem res ad Acacidas peruenit, sub quibus lõge propagatum
Pyrrhus imperium. Nam primus ex ea gente Pyrrhus Achillis filius, per discessum ad
Molossi Troiam amisso paterno regno, in his locis consedit, à quo Molossi Pyrrhidæ
Pyrrhidæ deinde Epirotæ dicti sunt. Hic demũ Andromache captiua, quæ sibi obtigerat, Heleno Pria
Epirotæ mi filio cessit, ob uaticinandi artem, Chaoniæ insuper regno tradito. Ipse uero Delphis perijt
Helenus inter altaria dei, insidijs Agamẽnonis cæsus. Successit ei Pilades, deinde longo ordine Thyr
Pilades ba, cuius natus Neoptolemus pater fuit Olympiadis parentis Alexandri illius, qui in Italia
Thyrba à Samnitibus apud amnem Acherontem uictus occubuit, oraculo deceptus ambiguo. Post
Neoptole. hunc frater Aeacidas regnum obtinuit. Ex quo Pyrrhus genitus, qui auxilio Tarentinorum
Olympias contra Ro. uenit: ultimus ferè qui ex Aeacidarum genere nomẽ habebat inclytum. Deinde
Aeacidas locus is ad Romanos, postremo ad Constantinopolitanos peruenit Imp. & eorum cõcessio
Pyrrhus ne ad Despotos, quorũ mentionem in Macedonia feci, genusq; enarraui. Situs Epiri Ptole
Situs Epiri mæo: ab arcto, Macedoniã: ab ortu, Achaiã: ab occidẽte, littus Ionij maris: à meridie, Adria
ticum adtingit. Gentes in eo Chaones, Thesproti, Tymphæi, Tarauli, Amynei, Acarnanes,
Casiopi, Molossi, cõpluresq; aliæ de quibus mox uidebimus. Ambracia Thesprotiæ urbs ab
Ambracia Ambracia Thesproti filio, prius Eponia & Paralia dicta, sinum efficit Ambraciensem, cuius
natura,

natura, tum arte munitum, ut refert Polybius, duplici muro extructo: ita undiq; paludibus
clausus, ut unũ duntaxat aditũ eumq; angustissimũ habeat, nobilitatus ciue quondam Cleo Cleobulus
bulo, qui perlecto Phædrone de immortalitate animi sese præcipitem dedit. Amyctæ gens Amyctæ
Thesprotica, ut Arist. otin repub. Epirotarum scribit. Argyrini Epirotica gens. Lycophron. Argyrini
τὰς ἀργυρινοὺς θ' κραωνίων νάπας. Argyra quoq; metropolis in India, & Argyripa ciuitas Apu Authoriatæ
liæ. Authoriatæ populi Thesprotici Plinio. Acarnanes, Curetes, & Abantes, ijdem ferè sunt. populi.
Nam hi Eubœam quã Abantidẽ appellatã fuisse postea dicemus, incoluisse traduntur, bellũq; Acarnanes
cõtinenter de Lilanteo cãpo cum uicinis gerẽtes: tandem ab hostibus in pugna crinibus an Curetes &
terioribus appetitos, ac deuictos, sinciput postea rasisse relictis tantũ occipitio capillis: unde Abãtes ijdẽ.
Curetes dicti ἀπὸ τῆς κουρᾶς. Qua, ppter Hom. Abantes post terga comãtes, dixit. Hos postea De Acarnani
migrãtes in Ætoliã atq; Epirũ uocatos esse Acarnanas, quasi minime rasos, quod detonsos bus histo.
crines succrescere permiserint: hæc ferè Strabo. Amymnæi gens Epirotica ut Arrianus. Am Amymnæi
philochi gens Epirotica. Thucydides ipsum scribit Amphilochũ post eius à bello Troiano
reditum, cum Argiuis inuisus esset, in Acarnaniã fecessisse, & accepto à fratre Alcmeone re
gno oppidũ in sui nominis memoriã Argos Amphilochicũ cõdidisse. Actium ciuitas Acar Actium
naniæ, in latere sinus Ambracien sis, Augusti colonia, ipsius uictoria insignis. Hic Apollo co Actius Apol.
lebatur Actius, in cuius honorẽ Trieteria fiebant, Gymnicũ certamen. Alyciona uicus Acar
naniæ, ut Strabo. Anactorea, neutri generis, Corinthiorũ colonia Stephano. Thucydidi au Anactorea
tem in iij. lib. Anactorius dicitur. Metapa Acarnaniæ. Polybius in v. unde Metapæus. Aly Metapa
zea ciusdẽ est regionis. Ægilips proxima Crocyleæ in Epiro, ut Homerus. Bunema media Alyzea
producta, Epiri urbs, ab Vlysse cognominata, ex boue prius immolato: cum huiusmodi ua Aegilips
ticiniũ accepisset. ἐλθεῖν πρὸς ἄνδρας ὃι οὐκ ἴασι θάλασσαν, id est, proficisci ad uiros qui non no Bunema
runt mare. Brysiniũ Thesprotiæ. Calathi uicini Thessaliæ. Stephanus. Butrotus insula & ci Brysinium
uitas inter Cercyram & Epirũ, quæ sinui nomen dedit: eius etymum Stephanus huiusmodi Calathi
adfert. Heleno Troiano, qui in eam regionẽ post bellum adnauigauit in littore sacrificãti bo Butbrotus
uem, uictimã ausugisse ex mari in continentẽ, ex quo auspicio, loco nomẽ est inditum. Cam Cammania
mania Thesprotiæ pars, dominata quondã, ab Heleni priamidæ filio Cestrino, qui eã Cestri
nam appellauit: abluitur ab amne Cadmo, ut Stephanus. Chaonia regio, unde Chaones & Chaonia
Chaonij dicti. Cassiopea regio media producta, Herodotus Casopũ dixit, scribit etiã dupli Cassiopea
ci ter. Chauni Thesprotica natio. Rhianus in Thessalicis. κισσηνοί χαῦνοί τε περὶ αὐχένιτας ἰλιναί. Chauni
Chytum Epiri uicus. Euphoron in XIX. cõmentariorum, è Clazomenis ueniss e colonos Chytum
ad habitandũ Chytã in Epiro. Dexamenæ pars Ambraciæ, à Dexameno Mesoli & Ambra Dexamena
ciæ è Phorbãte genitæ filio, unde Dexamenæus, ut Aristot. in rep. Ambraciotarum. Dexari Dexari
gens Chaonũ Stephano. Dodona Molossorum ciuitas, ubi oraculum & officina æris, quod Dodona
cũ magnopere resonet, ac sentiat, in loquaces erat prouerbiũ χαλκεῖον δωδωναῖον: ut Stepha Oraculum
nus. De oraculo autẽ Dodonæo apud Herodotum in hãc sententiã scribitur. Ægyptij sacer Columbæ
dotes dicunt è Thebis Ægyptijs columbas nigras uolitasse, unam in Molossis in fago cõsti geminæ.
tisse, uocesq; humana monuisse, hic habẽdum Iouis oraculum. Alterã idem in Libya fecisse:
ubi Ammonis oraculum. Ego uero, inquit, putauerim has duas fuisse puellas, uocatasq; co
lumbas ob barbariem, lingua locutas humana, ac deposita barbarie, ita demum eleganter re
spõdere cœpisse. Helenia regio ab Heleno, quẽ supra diximus in hac regnasse. Ephyra Thes Helenia reg.
protica, quæ postea dicta est Corcyra, urbs est mediterranea ab Ephyro filio Amaraci The Ephyra
proti filij. Tesprontus uero natus Pelasgo est, q Lycaone satus Gegenea susc epit Arcadis pa Thesprotica
trem. Ex hac igitur Ephyra Astiochea mater fuit Tlepolemi, quẽ Homerus dicit Rhodios Astiochea
ad Troiã duxisse. Hanc Astiocheã raptam dicit apud flumina Selleentis: ex quo hanc Ephy rapta
ram Thesproticam intellig unt dicentes flumina Selleentis apud hanc esse. Aliæ sunt etiam Selleentes
Ephyræ apud Corinthũ, & ipsa Corinthus, de qua Homerum locutum esse in catalogo pu Periander
tant: alia Thessalia Cranis dicta, alia in Arcadia, & uicus in Ætolia: hæc ferè Eustathius. Bacchæus. un
Aelianus de uaria historia tradit, in hac Ephyra primũ regnasse Periandrũ, deinde Bachæũ de Bacchidæ.
patrem trium filiarũ & septem filiorum, qui simul cum nepotibus Bacchidæ appellati sunt. Mardones
Mardones Epiroticum genus. Eupolis πόλεσι, κρὴ χαόνων θ' παιόνων κρὴ μαρδόνων. Mylaces Mylaces
Thesprotiæ populi. Lycophron. κράθις δὲ γείτων, ὑδὲ μυλάκων ὄχθαι. Nicopolis in situ Ambra Nicopolis
ciensi ab Augusto post uictoriam cõdita. Alia in Thracia, alia in Cilicia, in Ponto. Orestas Orestæ
Molossicum genus Strabo facit: ego supra in Macedonia secundũ Ptolemæi descriptionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Onchesimus & Panormus portus.

posui. Onchesimus & Panormus: duo portus post Acroceraunia Straboni & Ptolemæo.

Posidium. Tripolites

Posidium urbs. Tripolites Straboni, Stephano autē Tripolissi ex autoritate Rhiani.

Tymphæi mōtes Epiri.

Tymphæi gens & mons Straboni. Montes Epiri.

Acroceraunia quæ in sinum Ionicū prominet.

Acroceraunia quæ in sinum Ionicū prominet. Mirū quod de his Dionysius poeta scribit: duas esse petras, quæ turbatione futuri alicuius belli, aut tumultus mutuo cōcurrunt modo Symplegadum.

Casope promontorium.

Promontoria Casope: quod, ut ait Strabo, Phalacrum uocant.

Leucas

Leucas clarum fama belli Actiaci.

Achelous

Amnes nobiles quatuor,

Thoas

Thyamis,

Thyamis

qui & promon, Acheron,

Acheron

Arachthus,

Arachthus

& Achelous Epiri finis,

Sirenes

qui Acarnaniā ab Aetolis diuidit, Thoas prius uocatus à celeritate: nomē sub Acheloo rege mutauit, qui cum Alcmeone è Thessalia profectus apud eum consedit. Victus in palæstra fertur ab Hercule altero adempto cornu, quod flexuosos fluminis sinus, agros circa uastātes, recto cursu compescuerit. Sirenas hic Homerus ponit, dulci nautas cantu decipientes: quod loca sint quædā ac diuersoria ad quæ applicantes ob elegantiam uoluptatemq; fœminarum, facultates absumūt, ac reditus obliuiscūtur.

AETOLI ab Aetolo Endymionis filio dicti, qui è Pisa profugus in his consedit: de quo inferius in Corintho mentionem faciam, quidam ex eo dictos putant, quod funditores maximi sint & longe iaculentur. Fertur enim Pyrræchmes antiquus Aetolus Degmenum Epeum singulari certamine superasse, ut Eustathius. Polybio quoque teste Aetoli ferox hominum genus more ferarum degentes, nullo amicitiæ, aut fœderum iure tenentur. Hi tamē quamdiu Antigonus uixit, cuius iamdudum pacem cum Græcis ægre ferebant, quieuerunt. Post eius mortē, quū Philippus in regno successisset ætate puerili spreta belli occasionē cum Peloponnēsibus quærere cœperūt, à M. Attilio Glabrione, ut Liuius de bello Ma. testatur subiugati fuere: causa, quod ab amicitia popu. Rom. deficientes societatem cum Antiocho iūxere, qui Græcis bellum intulit, quiq; compluribus urbibus captis ad extremū apud Thermopylas uictus: ac Græcia omni expulsus fuit. Diuisa est autem omnis Aetolia Straboni in Calydoniam ab Oeneo regnatā, & Pleuroniā. In ora igitur prima Calydon urbs à Calydone Endymionis uel Aetoli filio. Hic aper ira Dianæ in sacrificio præteritæ immissus Herculeus labor. Olenus, de quo Strabo sic ait, Aetoli Olenum deleuere prope Pleuronem sub Aracyntho: ut ne uestigia quidem appareant. Est & Achaicus Olenus. Aracynthus urbs, & mons Bœotiæ. Naupactum à naufragio dictum Heraclidarum Straboni: nunc Lepanthum uocatum, à Turcis Anno M.CCCCXCVIII. eximperio Venetorum captum. Pleurona domicilium Curetum dicunt fuisse: nam & Pleuronij Curetes dicti à Curio monte illis imminente, ut Eustathius. Pylene quā Pleurona nouam dicunt: nam & uetus reperīt Pleuron, ambæ in Aetolia ciuitates: ut idem. Molycria urbs Straboni. Thucydidi aūt Molycreon. Bonni colles in Aetolia, accolæ Bonnenses Thucydidi in III. Moetes in Aetolia Plinio. Medimnus, Achatus, Panetonius. Fluuius aūt Euenus Ptolemæo, qui Aetoliam à Locris discriminat.

Aetolia
Calydonia
Calydon
Olenus
Aracynthus
Naupactū
Pleuron
Pylene
Molycria
Bonni col.
Achatus
Paneton.
Medimnus
Euenus

LOCRENSIVM OMNIS regio quæ Locris dicta est in duas Straboni diuiditur partes: altera in occidētem spectans, quæ Parnaso occubat monti, pertinetq; ad sinum Crissæum, Phocidi confinis, ubi Locrenses habitant, qui Hesperij & Ozolæ dicti sunt ἀπὸ τοῦ ὄζειν: quoniam pastores quū sint, hircinis pellibus olidis amicientur, quorum coloni postea in Italiam adnauigarūt. Pausanias uero huius cognominis alias adsignat causas. Altera pars in orientem spectans ad mare desinit Aegeum: atq; hi rursus in duas diuisi partes: hi quidē Opuntij à metropoli dicti, ubi Opoes regnauit: alteri uero Epicnemidij quod Cnemidi subiaceant monti Maliensibus confines. Amphissa & Emphissa dicitur urbs Locrensium, Ozolarum montibus occubans. Est & minoris Armeniæ regio Amphisena. Augeæ urbs Locrensium. Homerus ἠλὶ αὐγέας ἱερατῆς: altera in Laconia. Bessa campus nemorosus, ex argumento nominis, & Nape collis quod sit arboribus cinctus: utriusq; autor Strabo. Calliarus. Cynos à Cyno Locrensi Opuntis filio ciuitas est, & promontorium iuxta Opuntem distans à Cnemide monte stadijs L. Opuntem autē ipsam metropolim cōstat esse stadijs quindecim à mari recedentem: ut idem. Physcum Stephanus & Eustathius inter Locrenses commemorāt. Strabo & Daphnuntem, & Scarpham prope Thermopylas nunc Pharygem ait uocatam in alto sitam monte cum templo Pharigeæ Iunonis. Tarpha ex argumento nominis locus nemorosus crebérque materia. Thronium urbs in mediterranea inter Cnemidios, quam Boagrius, quem Manem uocant, torrens præterfluit ut Strabo: & item Homerus de tribus his, τάφῳ τε Θρονίου τε Βοάγριός τε ἀμφὶ ῥέεθρα.

Epicnemidij
Epizephyrij
Amphissa
Augeæ
Bessa
Nape
Cynos
Opus me.
Physcum
Daphnus
Scarpha
Tarpha
Throniū
Boagrius

PHOCENSES Pausanis non à Phoco Aeaci filio, sed Ornythionis uiro Corinthio, qui huic

huic regioni imperauit, cognominatos dicit: inter Bœotios & Locrenses constituti, ex magna parte sinum Corinthiacū tenent. Lata gens, ut qui colonias diuersas uel in Galliā Massiliam deduxerunt, Athenienſibus in omni semper fortuna fidissimi. Cum Thebanis decē annis pro templo Delphico bellum gessēre quod sacrum appellant: siue Amphictyonicum ab Amphictyone Deucalionis filio. Is primum instituit ut uicini populi Delphis ad sacrū concilium cōuenirent, conuenientesq; Amphictyones uocati sunt. Phocenses igitur cum ob discordiam à Thebanis eò uenire prohiberentur, bello exorto multorum annorum inferiores fuere. Verum post decennium ob merita defensæ Græciæ cōtra Brennum Gallorum ducem pristinæ dignitati sunt restituti. Aduersum in eo bello Philippum Macedonem semper habuere, qui plures eorū ciuitates ferro flammaq; diruit, Lilæam, Hyampolim, Ancicyram, Parapotamios, Daulida, & Panopeas. Nec pauciores urbes Xerxes ex eis incendit: uidelicet Erochium, Charadram, Amphicleam, Neonas, Tethronium, & Drymeam. Longo tandem post tempore resipiscere cœperunt, omniaq; restituerunt, ac Gallos eò aduenientes magna ui repulerunt: hæc Pausanias. Nūc loca excurram. Asplendon ab eodem posita urbs libro viij. hanc Eustathius uocatam Apricam dicit quod hybernatione locus amœnus: tum ad differentiam alterius cuius meminit Homerus in Bœotiorum catalogo. Amphrysa unde Amphrysus est & Magnesiæ fluuius. Anemorea quæ nūc Anemolea uocatur. Homerus οἵ τ' ἄνεμόεσσαν καὶ ὑάμπολιν ἀμφενέμοντο. A uēto nomē auspicatur, quo agitatur in altissimo sita loco, uicinitateq; Parnassi mōtis magnopere uexata, ut ait Strabo. Crissa urbs, quā diuinam Homerus appellat ob sacrum Cereris in ea, uel Apollinis templum, ut ait Eustathius. Strabo uero tris urbes uicinas in ora Phocidis ponit, Crissam, Cirrham & Anticyram. Pausanias Cirrham ait esse nauale Delphicorū, distans à Delphis LX. stadijs, uocariq; ab Homero Crisam, ubi colebatur Apollo Crisseus: meminit in Iliade & hymno Apollinis. Alteram Anticyram Stephanus apud Malienses in Thessalia ponit. Hic helleborum aptum insaniæ nascitur. Cyparissus ciuitas in Parnaso iuxta Delphos. Homerus, οἳ Κυπάρισσον ἔχον πυθῶνά τε πετρήεσσαν à frequentia eius arboris dicta. Pausanias ait, hanc postea uocatam Anticyrā ab Anticyro Heroe qui Herculis tēpore fuit. Est & Cyparissus Triphiliæ, & Cyparissus Messeniæ ciuitas. Dryopes à Dryope Lycaonis filio, gens uetusta, prope Parnasum siti, olim debellati ab Hercule ac traducti in Peloponnesum, ut ait enarrator Apollonij poetæ. Sūt & alij in Illyrico Dryopes. Daulis oppidulū in mediterranea post Delphos, ubi Tereum Thracem dicunt regnasse. Ibiq; de Philomena & Progne fabulam confictā fuisse, ut ait Strabo. Quapropter Pausanias scribit Daulide lusciniam non parere. Homerus. Δαυλίδα ἠδὴ παναοιδόν. Drymici, ubi Cereri nobile templum. Pausanias in IX. Δήμητρος δὲ ἱερὸν ἐπιφανὲς ἐν Δρυμοῖς ἐστὶν ἀρχαῖον. Delphi apud Parnasum ubi celebre Apollinis templum, & adytum quinq; tantum lapidibus constructum esse constat, opus Agamedis & Trophonij: nominis etymum hinc uenit, quod eò Phœbus Delphino similis adnauigauerit: templum Galli Senones cum diripuissent tempestate cœli occubuerūt. Hanc urbem Homerus Pytho appellat, πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ. & petrosam in catalogo dicit, quod Parnaso occubet monti asperrimo. Python enim uocatam ob interfectum ab Apolline Pythonem: uel ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι τὰ μέλλοντα, id est, futura sciscitari propter oraculum: unde & Pythius Apollo, & Pythia festa, & propheta eius templi Pythias, & πυθιάζειν idem quod responsa dare. Elatea maxima Phocidis urbs ponitur Straboni: est & alia Thessaliæ, tertia Theſorotiæ, quam & Elatream uocant & Elatrienses. Lilæa, Lycophron, πάτραν λίλαιαν κἀνεμωρείας πέδον. Ex hac ut ait Strabo Cephisus amnis oritur. Onchoæ urbs: Oncæū uero locus Arcadiæ, & Oncea Thebarum ciuitas. Medeon urbs, tres huius nominis, Phocensis, Bœotica, & Epirotica. Panope urbs, incolæ Panopēses. Strabo eos esse adfirmat, qui tunc Phanotenses dicebantur, patria fuit Epei equi Troiani conditoris. Hinc etiam commemoraui ortam de Titio & Latona fabulam. Hyampolis ab Hyantibus Bœotiæ populis originem duxisse fertur. Nec satis exploratū antiquis, an sit quæ Anemoreæ quam supra memoraui, continuet, ut ait Stephanus. Parnasus ut idem scribit autor, Larnasus prius dictus est, quod Deucalionis larnax, id est, arca eò delata in diluuio fuerit. Polyhistor uero apud eundem ubi de oraculo Delphico tractat, ait Parnasum quendam primum in eo loco uaticinatum fuisse. Hunc & bicipitem & sacrum musis dicunt, quod Delphica urbs apud eum sita sit. Mons enim perpetuus, Atticam uersus ptotēditur: ubi Cythæron appellatur. Cephisus amnis inter Octam Callidromumq; montes oriēs, interq; Othryn

Bellū Amphictyonicū cum Thebanis.
Phocenses
Aſplendon
Amphrysa
Anemorea
Crissa
Cirrha
Anticyra
Anticyra Maliēsiū in Thessalia.
Cyparissus
Dryopes
Daulis Terei regnū ubi Lusciniā non pa.
Drymici
Delphi
Pytho
Elatea
Lilæa
Onchoæ.
Medeon
Panope
Hyampolis
Parnasus
Cephisus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asopus Ismenus Cæphisi Circucephisij Bœotia

ac Parnasum tanquam utrinq; muros delapsus recta in occasum ad Platæas tendit. Inde seiſ sus amisso nomine fluminibus Ismeno & Asopo in mare egreditur Euboicũ. Quare à Stra bone septem Cæphisi nominantur, & Atticus & Argiuus, Sycionius, & Bœotiæ stagnum Cephisium: iuxta uero accolæ Circumcephisij.

Bœotiorũ historia.

BOEOTIA SOLA ex omni Græcia tria respicit maria, Peloponnesiacum, Siculum & Adriaticum, totidemq; in partibus colonos habet. Res ex Pausania sic se habent. Bœotius Itoni ex Amphictyone geniti filius regionem primum de se appellauit. Post quem Cad mus è Phœnicia Cadmeam ciuitatem in Bœotia construxit, quo abeunte ad Illyricos, filius eius Polydorus regno successit: quo tempore Pentheus Echionis filius inter Bœotios po tentia & autoritate apud regem pollebat, uir alioqui crudelis & impius, ut qui sacra Diony si dicitur spreuisse. Polydoro duo ex ordine filij successere, Labdacus & Laius sub Lyci tu tela relicti. Quo tempore Amphion & Zetus cum exercitu uenientes Thebas prope Cad meam ædificarunt, ut Homerus etiam meminit. οἵ ῥ' ἄλλοι Θήβας ὀδοὺς ἔκτισαν ἐπταπύλοιο. De lyra nullam mentionem facit: nam fabula est ex musica muros exædificatos, quod alter nobi

Laius Diodorus

lis esset musicus. His postea infeliciter ac sine liberis decedentibus, regnũ ad Laium perue nit, cuius historiã ex Diodori libro v. breuiter enarrabo. Is quũ ex uxore Iocasta, Creontis re gis filia post longam sterilitatem filium suscepisset, ex oraculo responsum tulit, eum exitialem

Oedipus

domui futurum, quare infantem iussit traiectis ferro pedibus exponi: unde Oedipus appel latus. Ministri uero minime obtemperantes cuidam seruæ mulieri nomine Polichæ nutrien dum tradidere. Quũ iam uir factus deum qui essent parentes sui cõsulere statuit, Pater item

Laij cædes

Laius de eodem Apollinem cõsulturus, iter ingressus: quum ambo apud Phocidẽ inuicem obuiam facti congrederentur, Laius quod illum de uia angustiore decedere mandasset, ab Oedipo filio nescio interficitur. Eo tempore tradunt Sphingem belluam biformem uenisse Thebas, proposuisseq; ænigma, quod qui nõ solueret periret. Ex quo plures ob rem dubiam perierunt: soluenti præmium Iocastæ cõnubium & Thebarum regnum propositum erat: ue rum nullus præter Oedipum id soluere ualuit. Id erat huiusmodi. Quod animal bipes idem tripes ac quadrupes foret. Solus Oedipus ait, id esse hominem, qui infans quatuor iret pedi bus, auctus ætate duobus. iam senior factus tribus: nam baculo tanquam tertio pede susten taretur. Sphinx suo iudicio uicta, sese è loco celso præcipitem dedit. Oedipus ex pacto præ mio matrẽ ignotam in matrimonium accepit, & hos ex ea genuit liberos, Eteoclem, Polyni cem, & Ismenem. Hi quum ad ætatẽ peruenissent, domestica impietate cognita, Oedipum coëgerunt ob dedecus non egredi domum, Ipsi sumpto regno fœdere inuicem sanxerunt, ut singuli alternis annis imperarent, Primusq; imperij annus Eteocli cederet maximo natu. Is

Adrastus Tydeus

exacto anno petenti ex fœdere renuit fratri regnum tradere. Quamobrem Argos ad Adra stum regem cõfugit. Hoc tempore Tydeus Oenei filius, quum apud Calidonem Alcatum & Lycotheũ nepotes occidisset: ex Ætolia ausugit Argos. His Adrastus benigne exceptis, quodam responso permotus, se aprum & leonem generos habiturũ, quod Tydeus apri Ca lidonij pelle, alter leonina succincti fuerant, Polynici Argiam, alteri uero Deiphilen filias lo cauit. Quum à rege probarentur, magnaq; uirtutis expectatio uideretur, ambos in patriã se pollicitus reducturum. Verum quum censeretur primum debere Polynicen restitui, ferunt regem Thebas destinasse Tydeum, eumq; L. uiros ab Etheocle in insidijs positos occidisse, Argosq; præter opinionẽ redijsse incolumem. Hæc Adrastum impulerũt, ut quæ ad bellum spectabãt pararet. Adsciuit autẽ ad belli societatẽ Capaneum, Hippomedontem, Partheno

Amphiaraus

peum. Suadebant amici Polynicis, ut ad bellũ Amphiaraus uates duceretur. At is quũ præ uideret se in eo periturũ, idq; propterea recusaret, ferũt Polynicẽ aureũ torquem, quem Her mionæ Venus dederat, Amphiarai uxori Eriphyle, ut belli societatem uiro persuaderet, do nasse: eo tẽpore Amphiaraũ Adrastũq; de regno dissidentes, ad Eriphylen sororẽ omne li tis iudiciũ retulisse. Illa pro Amphiarao sententiã tulit, adijciens ut belli Thebis inferẽdi so cius adiutorq; esset. Amphiaraus existimãs se ab uxore proditũ, ad bellũ spopõdit se iturũ,

Eriphyles cædes,

sed Alcmeoni filio imperauit, ut post obitũ suũ Eriphylen perimeret, quod patris mãdatum postea exequutus, facti cõscienta in insaniã uenit. Adrastus igitur, Tydeus, ac Polynices ad bellũ ituri, quatuor elegerũt duces, Amphiaraũ, Capaneũ, Hippomedontẽ, & Parthenope um, q oẽs magno exercitu aduersus Thebas, pfecti sunt. Eteocles & Polynices mutuis uul neribus cõfossi cõciderunt, Capaneus magno impetu scalis murũ ascendẽs mortẽ oppetijt.

Amphiaraus

Amphiaraus in terræ hiatum cum curru delatus, nunquam postea uisus est. Eodem modo & reliqui duces omnes præter Adrastum, multiq; præterea mortales occubuerunt: quorum sepeliendorum facultas à Thebanis cum denegata esset, inhumatos relinquens Adrastus Argos redijt. Quum nullus alius auderet, Athenienses soli qui cæteros uirtute anteibant, omnes sepelire, crematis prius pyra corporibus, in quam Euadne uirum Capaneum secuta dicitur sponte se iniecisse. Hactenus Diodorus. Pausanias prosequitur, ubi fratres simul con ciderunt, Laodamas Eteoclis filius puer successit, cui Creon rex auus tutor adesse

Laodamas Creon rex.

tit: ubi ue ro per ætatem rem administrare cœpit, Argiuorum arma iterum in se prouocauit, & in præ lio Aegialeum Adrasti filium interfecit: uictus & ipse tandem, nocte sequenti cum Theba norum manu uolũtariorũ in Illyricum secessit. Thebæ interim destruuntur, regnumq; Ther sandro Polynicis filio traditur. Is cum à bello Troiano reuertens in Mysiam tempestate de ferretur, à Telepho interficitur, iacetq; apud Elæam in foro sub dio. Peneleus post eum re gno successit, per ætatem Potisameno Thersandri filio nondum regnãte. Quumq; secundo classem contra Ilium Alexandrumq; ducem pararet, ab Euripylo Telephi filio obtruncatur, regnoq; Thebanorũ Thersandrus Amphiarai & Demonassæ filius surrogatur. Haud dein de multo post regibus sublatis Thebæ in remp. sese longe melius atq; antea cõstituerunt: ac sæpe Athenienſibus sæpe Lacedæmonijs, tum Xerxi restiterunt: postremo ab Alexandro Magno longo bello superati, iterum Thebæ destructæ, quas postea Casandrus Antipatri filius refecit. In hanc ille sententiam. Castor uero & Musæus in Titanographia, ut tradit Eu stath. scribunt à Cadmo cõditore Bœotiam originem habuisse, qui ex oraculo bouem in se

Aegialeus Adrasti filius. Thersandrus Polynicis. Potisamenus Thersandrus Amphiarai.

dibus mutandis habuerit ducem: sunt etiam qui ex ingenij pinguedine sic uocatos putent: unde sus Bœotica apud Pindarum prouerbium: & apud Plinium Bœotia Hyantis ob ean dem causam appellata. Pherecydes ait, Postquam Cadmus è Phœnicia Thebis sedem mu tauit, dentes quosdam serpentis quos partim à Marte, partim ab Aeeta rege dono accepit, seuisse dicitur: unde nati armigeri qui mutuis uulneribus omnes occubuere, præter paucos qui post eum regnauere. Vocabatur & Aonia, & Mesapia, & Ogygia ab Ogyge antiquissi mo rege ei regioni primũ dominãte, & Cadmeis ut Thucydides, & Hyantis ab Hyante re ge, ut Plinius & Pindarus. Ephorus, ut idem dicit Eustathius scribit Bœotios circa palæstrã, reliquas q; gymnicas exercitationes ualde probari, sicuti Athenienses in naualibus, Thessa los in equestri, Cyrenæos in Ephectica scientia. Lacedæmonij uero in legũ institutis. Et hæc quidẽ de his reperi. Deinceps situs ac loca. Bœotia sola ex omni Græcia tria respicit maria, Peloponnesiacũ, Siculũ, & Adriaticũ, totidemq; in partibus colonos habet. Arna urbs Bœo tiæ. Homerus: οἵ τε πολυσάφυλον Ἄρνην ἔχον, à muliere eiusdẽ nominis dicta, quod illa ex pa tre agnis & pecore abundãte nata fuerit, quæ ex Neptuno Bœotum nomine genuit, qui re gioni nomẽ dedit, ut Eustath. Est alia Thessalica, altera Achaiæ, & Leontarna circa Helico nem, ut Stephanus. Ascra prope Heliconẽ Hesiodi patria, qua Cumam pater cõmutauit, ut ipse scribit. Anthedon, Home. ἀνθηδόνα τ' ἐκατόεσσαν. Etymũ habet ex florẽte fertilq; agro, uel ex Anthedone Neptuni prognato, habitata quondam Thracibus, & Lycophron. ἐσῶ σάωσιν Θρῃκίας ἀνθηδόνος. Hinc Glaucus fuit deus marinus, & Leonidas pictor, & Aue nicon Pãcratiastes. Strabo describit Antedonẽ in ora Bœotiæ ciuitatẽ portuosam. Est item altera in ora prope Gazã. Aulis in ora cõtra Eubœam in Euripo Chalcidico usq; in hũc diẽ priscum retinens nomẽ, uel à cõmoratione classis Græcorũ Troianis tẽporibus, uel ab Auli de filio Euonymi Cephiso nati: portum habet L. nauium capacem, quo adplicatur ex omni Græcia tanquam in cõmune diuersorium. Strabo adstipulans Homero ait, Aulidem saxis asperã esse. Alaæ, ut Pausanias in V, Est & Ala apud Argiã. Halæ uero iuncta aspiratione, & Haleium & Haleice in regione Ciliciæ, ut Stephanus. Alalcomeneum à cõditore eiusdẽ nominis dictũ, qui & Mineruã Alalcomeneã ibidẽ colendã statuit. Asplendon cuius memi nit Home. in catalogo, alterã apud Phocẽses supra cõmemorauit. Harma ut Pausanias IX. uicus prope Mycalessum à curru Amphiarai illò adsectatores fugiẽtis: uel quod illic fractus fuerit, dũ quæsitus ad bellũ Thebanũ lateret. Est & in Attica locus Arma apud Tanagreã, habẽs arcẽ inexpugnabilẽ. Haliartus quod locus piscibus & paludibus abũder: quapropter Homer. πίειρ' ἀλίφατον, id est, herbosam dicit, Ptolemæo Haliartus in Elide ponit: scribitur & sine aspiratione si à Thersandri filio originẽ habeat, ut Eusta. Acræphia fœminini generis, Pausaniæ neutri, nõnullis Acræphnia, ubi Apollo Acræphnius colebatur. Eust. Coronea à

Arna urbs

Ascra

Anthedon

Aulis

Alaæ

Alalcomeneũ

Asplendon

Harma

Haliartus

Acræphnia

Coronea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coro filio Therſandri. In hac talpa non gignitur, quo fermè animali tota Bœotia ſcatet: alla/ta uero non uiuit. Sita eſt ut ſcribit Strabo in altiſſimo prope Heliconē loco. Hic Pamboeo/tia erāt ſolita celebrari. Quatuor eſſe Coroneas ſupra in Theſſalia memoraui. Cirram ſupra inter Phocenſes ex autoritate Strabonis poſui. Suida grāmaticus in Bœotia collocat prope Delphos ſtadijs XXX. Cirreum etiam cāpum. Chæronea uicus eſt prope Cytharonem montē, incola Cheronæus, unde Plutarchus fuit. Claros, ubi Apollinis Clarij templū, ἀπὸ τῆ κλίσεως, quod ei ex ſorte hic locus inter cæteros deos obtigerit. Cabiri gens Bœotiæ Pauſaniæ IX. Sunt item Cabiræi in Ponto. Cope urbs, incolæ Copei dicuntur ab uſu remorū, quibus indigenæ utuntur, nauigātes inter loca paluſtria: ex quo Plateæ ciuitas uicina eadē ratione cognominatur. πλάτη idem enim quod κώπη, quæ dictio tria ſignificat: ciuitatem ipſam, remū, & capulum enſis. Coparū meminit Home. κώπας εὐτρήσιντι. Creuſa cōtra Megara Straboni. Ptol. Delium oppidū prope Aulida parum à mari recedēs Stephano. Eutreſis quam paulo ante in uerſu Homerico cōmemorauimus, clara Apollinis oraculo uocata ἀπὸ τῆ εὐτρήσεως, ob concurſus & deductiones multorum inter ſe uicorum: adiacet uiæ quæ Theſpias Plateas itur, ædificata à Zeto & Amphione ut Euſtath. Strabo ſcribit Eutreſin ca ſtrum eſſe Theſpienſium, ubi Zetus & Amphion habitauere, antequam Thebis domina/rentur. Eteonus penultima producta ſitus in colle iuxta Aſopū fluuium. Home. πολυκνημόν τ' ἠερόεντ', dicit enim Polycnemon quod origano abūdet: nam Argiui κνημὸν, origanū uocant. Hoc oppidū nunc Scrapha uocatū, Euſt. Erythræ. Homer. εἰλήσιον Θ' ἐρύθρας, ſitæ ſunt ſub Cytharone: aliæ quoq; in Ionia, in Libya, in Locride, in Cypro, quam nunc Paphum dicunt. Eleutheræ ab Eleuthero Apollinis filio: aliæ in Creta, in Pōto, in Lycia. Eleū locus Bœotiæ paluſtris ex argumento nominis. Gliſſa in ſummo ſita colle. Græa nonnullis Tanagra eſt, aliis uicinum oppidū. Nam cum Grææ Homerus meminerit, Tanagræos ad Troiā minime uenīſſe Euphoriō dicit: uocatur & Pœmādria apud Lycophronē. Ariſtoteles uero Græam ait, quod nūc Oropū dicūt eſſe, dicíq; à uetulæ cuiuſdā cura, hæc Euſt. Strabo ſcribit Græam locum eſſe Oropo proximum ubi templū Amphiarai, Narciſſiq; Erethriei ſepulcrū uiſitur, quod taciturni cognominatur: quoniā illò accedētes tacere ſoleāt: cauſam nō refert, dicit autem Tanagrā ab læua eſſe Thebis Argos proficiſcēti. Ileſium Homero ſupra nominatū, unde Ileſienſes. Mycaleſſus in mediterranea ut Thucydides VIII. dicitur à mugitu Gorgonū ibi ortarū, uel bouis qui hucuſq; Cadmū ſecutus dicitur. Eſt & alter in Cariaci Iouis templo. Mons quoq; Mycaleſſus contra Samum. Mycaleſſum uero Tanagricū uicum cōmemorat Strabo. Eſt & Mycale Cariæ ciuitas. Medeon à Medeone filio Pyladis & Electræ, ut Strabo: eſt alter in Phocide prope Criſſalū, diſtās à Bœotia ſtadijs CL. unde hæc de qua nūc ſcribimus, Medeon colonia deducta eſt. Midia quæ & Argia, & ciuitas Perſei uocatur: altera apud Tyrintha. Niſa tēplū habuit Dionyſij, originē uero à quodā Niſo: eſt & Niſea Megarenſium nauale à Niſo Pandionis filio dicta. Qui poſt Homerū fuere, dicūt nullo pacto Niſam eſſe Bœotiæ, ſed Iſum: quapropter ſcribēdū cenſent apud eum, ἴσον τε ζάθεον ἀνδηδόνα τε. Hæc Strabo. Orchomenū Bœotiæ ciuitatē idem teſtatur in primis locupletem ac potentem fuiſſe in plano prius ſitam, aquarum deinde inundatione in montē tranſlatā, tēplumq; in ea Gratiarum fuiſſe: eſt & Orchomenus Arcadiæ quæ Polymelos à pecoris copia dicitur. Hic de quo loquimur Minyus cognominatur, à Minyo ſiue flumine, ſiue rege. Euſt. Onchestus urbs magna Pauſaniæ IX. ſitus in monte Straboni, habebat Neptuni templū ut Homer. ὀγχηστόν θ' ἱερὸν ποσίδαιον ἀγλαὸν ἄλσος. Oechalee dicitur & Oechalia, ex eo quod inde Thebas celeriter peruenitur, uel à flumine iuxta currēte: tenet hiſtoria quod in medio ſit Haliarti & Alcomenij inuicē ſtadijs XX. diſtātiū quam fluuius eiuſdē nominis præterfluit. Euſt. Plures eſſe Oechalias in Theſſalia dixi. Oropus in ora lōge protenſa cōtra Eretriā Euboeæ, ubi anguſtiſſimū efficit Euripū. Ogygia dicta eſt omnis Bœotia ab Ogyge rege. Eſt & inſula uetuſta ubi Vlyſſes quōdā naufragio ſeruatus eſt. Dicunē & Lydi Ogygij: & omnis denique Attica, ut Charax ſcribit in Chronicis. Ogygia quōdā dicebaī. Euſt. Peteō uicus Thebaidis Straboni, iuxta uiā qua itur Antedonē, de quo nihil ſanè tradīt à ueteribꝰ, niſi q; à Peteone quodā originē duxit. Pharæ urbs Bœotiæ, alia Meſſeniæ, alia Achaiæ. Plateas nume. plurali Herodianus, pfert & acuit. Home. uero Plateā cum accētu in antepenultima. οἵ τε πλάτεαν ἔχον, utrunq; ſanè reperitur ſicut Theſpia & Theſpiæ. Etymū trahitur ἀπὸ τῆ πλάτης, quod inter paludes is locus ſitus, remis inuicē adnauigauerint. Huius ciuitatis plura apud ueteres: inter quæ

Cirrha
Chæronea
Cabiri
Cope
Creuſa
Delium
Eutreſis
Eteonus
Erythræ
Eleutheræ
Eleum
Gliſſa
Græa
Ileſium
Mycaleſſus
Medeon
Midia
Niſa
Orchome
Minyus
Onchestus
Oechalee
Oropus
Ogygia
Bœotia
Ogygia inſula.
Peteon
Pharæ
Plateæ

inter quæ & trophæa de rege Perſarum, totq; uirorum fortium corpora liberantium Græciam: ex quo templū ibi Iouis liberatoris conſtructum, & gymnicum certamen in honorem defunctorū inſtitutum, ſita apud Aſopum eſt inter Cytharonem & Thebas. Euſtat. Potniæ urbs, cuius & Homerus meminit. Thebæ metropolis Bœotiæ à filia Aſopi, uel ἀπὸ τῆ θεῦσαι, id eſt, cucurriſſe uſq; eò bouem ducem Cadmi. Homer. οἵ θ' ὑπὸ Θήβας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον. Nonnulli poētæ uerbum ſubunione legunt Hypothebas: quod Thebani ad Troiam non uenerint, nuper ab Argiuis direpti. Quidam ueniſſe dicunt, ſed hos fuiſſe qui ciuitatis ruinam in locis campeſtribus alteras Thebas ædificauerunt, ac Hypothebas nominauerūt, hæc Euſtathius. Stephanus nouem Thebas diuerſis in locis nominat: primas Bœotias, deinde Aegyptias, Theſſalicas, in Lycia, prope Troiam in Ionia, iuxta Miletum, in Attica, in Chaonia, in Italia, in Syria. Theſpea. Homer. θέσπειαν γεραάντα, ſcribitur etiam per ι ſine diphthongo, ut Θέσπια κῆτος. Dicitur à Theſpiade ſiue Theſpio Teuthrātis filio. Hinc Narciſſum fuiſſe ferunt Cœphiſi fluuij filium: hic & Cupido Praxitelis nobilitatus, propter quē Theſpiæ uiſuntur. Eſt & Theſſalica & Sardica Theſpia. Thiſbe. Hom. πολυτρήρωνά τε Θίσβην, dicta à filia Aſopi, portū habet columbis adamatū, ut uerſus ipſe mōſtratà mari recedit, uicina Theſpiēſibus, ab auſtro pertingens ad Heliconē ut Strabo: ciuem habet Iſmeniam nobilem tibicinē. Tanagra, quam Homerus Græam in catalogo uocat, ob loci uicinitatem, dicebatur prius Poemādria. Lycophron. ἦρ ἐις βαθεᾶρ λαιμίσσας ποιμανδριάρ, πλὴν δὲ γεραᾶρ ὕπνοι λέχεσι, τὸν νῦν τ' ἀνβαϊκῆς καλέμμενομ ἔθνος. Tegyra ubi Apolline dicunt natum, unde & Tegyreus Apollo: quanquam alij in Delo, ut Euſta. Scolus uicus Bœotiæ ſub monte Cithærone, uel iuxta Plateas aſper & inadceſſus, unde prouerbiū: Scolum neq; ipſe adceſſeris neq; eum tem ſequaris. Pentheum dicunt illò profectū diſcerptum à Bacchis. Ferunt hic panes laudatiſſimos fieri, ex quo ſtatua Cereris Megalartæ erecta cōſpiciebatur: eſt & Scolus Olynthia cus, Euſtathius. Schœnus à uiro eiuſdē nominis uel à iuncis ibi prouenientibus, eidē Strabo/ni in Thebaica regione ponitur, diſtans à Thebis ſtadijs L. quem fluuius eiuſdē nominis abluit. Stephanus Schœneum in Arcadia ponit. Hyettus uicus ἀπὸ τῆ ὑετῶ, quod imbri ſit maxime obnoxius. Hyle locus in Bœotia quod ſyluoſus ſit. Hyria regio prope Aulidē, quōdam uero oppidum. Alia eſt iuxta Iſauriam: alia circa Iapygiam Italiæ Cretenſium colonia. Strabo teſtatur Hyriam primo in Tanagrea fuiſſe, deinde Thebaide prope Aulidem ubi Orionis incunabula. Montes Bœotiæ, Aracynthus ubi Minerua Aracynthia colebatur, ut Rhianus hoc uerſu teſtatur. κλῦθι μοι ἐνχάμ ἀρακιωδίας ὑπατέρεια. Cithæron haud procul à Thebis deſinit. Iuxta quē Aſopus fluit eius partē inundans, ut Strabo. Theumeſſum quoq; mōtem ex Ori poetæ autoritate Stephanus ponit. Helicon Phocidi uicinus haud procul à Parnaſſo, illi & altitudine & circuitu quàm ſimilis: hic Hippocrene, id eſt fons Caballinus, & Libethridū ſpelūca Nympharum. Hic etiā Permeſſus & Olmeus amnes in unum exeuntes, in Copaidem lacū iuxta Haliartum incurrunt. ATTICA poſt ſinum Corinthiacū reperitur: quam Strabo ab Actione rege appellatā dicit. Attidem uero ab Attide Cranai filia, ſeu uerius à littore quod protēſum anguſtumq; à Megaris uſq; ad Sunīū habet, Atticam putat uocitatam. Megarēſes enim in parte Atticæ ponit, quorū regio Megaris, ciuitas Megara, tota quidem ſterilis ſicuti & reliqua regionis Atticæ. Hinc ſecta philoſophorū Megarenſis emerſit ab Euclide Megarenſi. Hinc & Theognes ille qui Hypothecas ſcripſit quæ nunc exſtāt. Oppida eorum Aegiroſa Straboni, Aegoſthena Pauſaniæ. Polichna & Niſea quæ Homero cōmemorantur in Megarenſium catalogo. Niſea enim nauale ipſorum eſt à Niſo Pandionis filio Straboni. Hellanicus in primo ſacrorū καὶ Νισίαν εἶλε Θ' Νίσον τὸν παῖδα Πανδίονος, Θ' Μεγαρέα τ' ὀγχίσην. Eleuſis oppidū in ora ubi Cereris templū & ſacra Eleuſina. Iliſſus fluuius unde rapta fuit Orithyia Erechthei regis filia à Borea Thraciæ rege. Munychia nauale Atheniēſiū in Cherſonneſi ſpecie muro uallata, Pyreū aliasq; habitatiōes cōplectēs: in qbus Armamētariū Philonis Architecti opus, & ſtatio nauiū CCCC. capax. Pyreus portus & oppidū ubi tēplū Iouis Soteris & Mineruæ Poliadis cum igne ppetuo, & uirginū domo. Muri Pyrei deiecti fuere primū à Lacedæmoniis, deinde à Sylla cū Pyreū per obſidionē expugnauit. Sunīū, pmōtoriū. Intꝰ uero Athenæ apud Iliſſum, de qbus paulopoſt. Marathō nobilis Miltiadis uictoria de Perſis, & tauro Marathonio regione uaſtāte, ac à Theſeo ſupato. Oropus inter Bœotiā & Atticā, de quo ſæpe inter eos cōtētio fuit. Brauron ubi Diana colebaī, ut ait Pauſa. Tricorinthū populus & tribus Atheniēſiū. Deniq; CLXX. populi ſeu tribus

Potniæ
Thebæ
Nouem Thebæ.
Theſpiæ
Narciſſus
Cœphiſus
Thiſbe
Iſmenias
Thiſbeus
Tanagra
Græa
Tegyra
Scolus
Schœnus
Hyettus
Hyle
Hyria
Aracynthus
Cithæron
Theumeſſus
Helicon
Hippocrene
Libethridum
ſpelunca.
Permeſſus
Olmeus
Copais lacus.
Attica
Megara
Aegiroſa
Aegoſthene
Polichna
Niſea
Eleuſis
Iliſſus
Munychia nauale.
Pyreus
Sunium promontorium.
Marathon
Oropus
Brauron
Tricorinthū.
Tribus & populi CLXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu tribus in Attica Straboni fuerãt, Fontes uero Plinio, Cœphisia Calliroë, Enneacrunos. Mõtes, Brilessus, Agialus, Icarius, Lycabettus, Hymettus, melle insignis. Deinceps de Athenis ipsis, quorum loca Lyceum Aristotelis, academia Platonis schola, Leocorium templum quod Leos constituit ex tribus filiabus immolatis, oraculi iussu si ciuitatẽ saluam esse uellet, ut ait Aelianus de uaria historia. Areopagus arx ubi iudiciũ sanguinis ferebatur, uti nominis etymũ indicat, quasi martiali ferro locus cõtaminatus. Philochorus de Attide apud Stephanum ex eo uocatũ dicit, quod in eo loco Halirhothiũ Neptuni filium Mars interfecerit, ut uim eius filiæ Alcippæ adferret. Nunc originẽ eius ciuitatis & statũ percurrã. Ac primũ tribus eius x. ex regũ nominibus ferè omnes Pausaniæ lib. i. huiusmodi cõmemorantur. Hippotoon Neptuni & Alopes Cercioïs filiæ. Antiochus ex filijs Herculis & Medeæ Phylantis filiæ. Aiax Telamonius, Leos Erectheus, Aegeus. Oeneus Pandionis filius nothus. Acamas Thesei filius. Attalus, Ptolemæus. Reliqua item, ut ait Strabo, nomina ipsa regum ostẽdunt. Nam ab Attione, Atticam dicũt. Mosopia à Mosopo. Ioniam, ab Ione Xuthi filio, Possidoniam, à Neptuno. Athenas, à Minerua. Cecrops primũ multitudinẽ in ciuitates xii. habitandas digessit, quarum nomina Cecropia, Tetrapolis, Epatria, Decelea, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cythærus, Spretus, Cœphesia, Phalerus. Thesæus postea xii. illas in hanc unam coëgit, hæc Strabo. Primi Atheniẽses remp. cõstituere, arcẽq; teste Thucydide πόλιμ, id est ciuitatem uocauere. Aristophanes poeta, Ὁ πρόσκωπος γε πρῶτα μὲν τὸ ἴλιον, ἔπειτα σεμνὰς παλλάδος κλεινὸν πόλιν. Trogus lib. ii. scribit, Atheniẽses ante Deucalionem regem habuere Cecropẽ quem bifrontem prodidere, q primus marẽ fœminæ cõiugio iunxit: huic Granaus successit, cuius filia Attis regioni nomen dedit: post hunc Amphiteon rex Mineruæ urbẽ cõsecrauit, Athenasq; uocauit. Cuius etiam tẽpore diluuiũ fuit, quicq; ex Græcia superfuere ad Deucalionẽ Thessaliæ regẽ ratibus adnauigauere: ex quo genus ab eo conditũ dicitur. Erichthonius deinde ex successionis interuallo regnũ obtinuit, sub quo frumẽtatio apud Eleusin à Triptolemo Cereris alumno reperta: pro quibus meritis in eius honorem noctes initiorũ sacratæ. Huius Pãdion filius regno successit: ad Aegeum res deinde peruenit, à quo per diuortiũ Medea ob adultam priuigni ætatẽ Colchos cum Medo ex eo suscepto discessit. Post hunc Theseus, cuius filij Mnestheus & Demophoon auxiliũ Græcis cõtra Troianos tulere. Codrus tandẽ genere Thrax Melãthi filius regno potitus pro Atheniensiũ salute oraculo admonitus in bello caput deuouit. Post Codridas, leges quoq; latæ autore Solone usq; ad Pysistrati tyrannidẽ: cuius filius per coniurationẽ Aristogitonis regno pulsus, Dareo sese obtulit ducem cõtra Athenas ueniẽti. Electis Pysistratidis Persicum bellum cõflatum, uictus Dareus à Milciade apud Marathonem. Deinde Xerxes filius cum primo premeret Atheniẽses portumq; incendissẽt, à Leonida Spartano apud Thermopylas, à Themistocle quoque bello nauali superatus est. Mardonius insuper eius dux reliquias belli refouẽs cum toto exercitu sublatus, sinẽ tũc bello Persico fecit, cui Peloponnesiacũ successit: quod hoc modo se habuit. Lacedæmonij decennio bellũ aduersus Messenios gessere: quũq; ab initio socios Atheniẽses adsciuissent, suspectos deinde habuere. Id ægre ferẽtes Atheniẽses bellũ mouere. Lacedæmonij excitata toto Peloponeso aduersus iere. Primi duces Atheniẽses fuere Pericles, & Sophocles: quo durãte bello Syracusanis quoq; auxilia inimicis ferẽtibus bellũ intulere Nicia & Demosthene ducibus: qui à Philippo Lacedæmonio Syracusanorũ duce magna clade repulsi sunt. Hoc igitur bellũ quod duravit annis pluribus Thucydides viii. libris psequit: inde Xenophõ post eum absoluit in ijs quæ Paralipomena inscripsit, utraq; incolumis hodie historia. Eo uero huius belli anno quo Dareus Xerxes filius moritur, & Dionysius Syracusis fugatur, Lacedæmonij uictoria potiti, Pyreũ incẽderũt duce Lysandro q xxx. deide tyrãnos Athenis cõstituit. Hi post aliquot annos ejecti sunt, ac decẽ per Thrasibulũ creati. Mox & ipsis à Pausania Lacedæmoniorũ duce fugatis, ad pristinã reddiere Atheniẽses libertatẽ: ἀμνηστίαν lege inter eos lata: qua memoriã iniuriarũ deleret sempiternã. Prytanos insuper crearũt, q ut ait Pausanias lib. i. decima pars erat Senatus numero l. Senatus aũt d. Prytaneũ locus quasi pyritaneũ, ἀπὸ τοῦ πυρός, q ibi frumẽtũ seruaretur. Pax deinde in Græcia fuit iussu Artaxerxis quo tẽpore Roma à Gallis capta est. Emersit paruo post tpe Philippꝰ Macedo ppetuꝰ Athenarũ hostis, unico Demosthenis eloquẽtiæ fulgore tantis armorũ uiribus occurrẽte. Captæ demũ ab Antipatro Alexãdri successore: ac quanq; uim passæ nõ tamẽ à solita gubernãdi forma, antiquisq; institutis discessere. Ex illis regibus amicissimum

Athenæ
Amphiteon
Erichthonius
Pandion
Aegeus
Theseus
Mnestheus
Demophoon
Codrus
Codridæ
Solon
Pysistratus
Persicum bellum.
Peloponesiacum bellum.
Pericles & Sophocles.
Prytani creati.
Antipater

amicissimum habuere Cassandrum, qui Demetrium Phalereum Theophrasti discipulum urbi præposuit, optime reip. consulentem, Demosthene ac Lysia interfectis. Post hæc Romani succesſere rebus Athenienſium per C. Flaminium Imp. post uictum in Macedonia Philippum: eos tamen propriꝰ uti legibus permisere: uerum Mithridates rex Ponti rebus tunc auctus, cum illis etiam dominaretur, quos uoluit tyrannos apud eos cõstituit: è quibus Aristonem qui ciuitatem lacerabat, Sulla tunc uictor contra Mithridatẽ Pyreo incenso per obsidionem expugnatũ supplicio adfecit, urbi uero pepercit. Perseuerauerunt deinde Atheniẽses magno in honore apud Roma. quibus iamdudũ leges xii. tab. dederãt. Studiũ quoq; sapientiæ doctrinarumq; omnium Latiæ iuuẽtuti præbucrũt. Eorum res claras plurimi scriptores literis mandauere: inter quos Aristides encomio nobili quod extat. Atticã Amurathes Turca patrũ nostrorũ memoria primus inuasit, præter Athenas ipsas. Hæ quoq; amissæ expulso duce ex Acciaiolorũ genere, de quibus alibi narraui. Athenas Isocrates orator, ut ait Aelianus, cõparabat meretrici, quæ forma quoscũq; uel nobiles ad eius cõgressum primo trahit, ad cõmorandũ uero nequaq;. Sic quoq; Athenæ aduenã adlectabãt: Ciues & incolas minime ob primorũ inuidiã & æmulationẽ. Atheniẽses Philippus Macedo Hermias cõparabat, qui præter os uirile nihil habereꝰ: sic illis eloquẽtiam superesse tantũ & audaciã. Athenis in monte contra Palladis arcẽ ad Aram Tranini hæc adhuc legitur inscriptio. αὐ δ' ἀθῆναι θέσεως πόλις, αὐ δὲ δι' ἀθηνῶν Ὁ οὐ θέσεως πόλις. Legit & Festi Rufi memoria proꝰ cõsulis Græciæ, ad columnã in arce Athenarũ ante Palladis teplũ. τῷ λαμπροτάτῳ ἀνδυπάτῳ φίλι παλλάδος ῥόφῳ Φαίσῳ Ὁ ἀρεοπαγείτης, ἣ δὴ ἀρεοπάγε βουλὴ σὺν τριακοσίοιμ, Ὁ ὁ δῆμος ὁ ἀθηναίωμ, εὐνοίας Ὁ εὐεργεσίας ἕνεκα. id est: Splendidiss. Procos. Græciæ Rufo Festo, & Areopagitæ, Areopagi Senatus trecẽtorũ, & populus Atheniẽn. beneuolentiæ ac beneficientiæ gratia.

Cassander.
Romani per C. Flaminiũ.
Mithridates.
Aristo tyrannus.
Sulla

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. IX.

PELOPONNESVS.

PELOPONNESVS inter Ionium & Aegæum pelagus constituta plura nomina ex colonis accepit diuersis. Nam prius Apia ab Apeo Phoronei filio, de quo in Arcadia postea dicã, à Pelasgis deinde Pelasgia: mox Argos ab Argiuis: postremo Peloponnesus à Pelope dicta est. Nam hæc ut reliquus Græciæ tractus à Barbaris quondã tenebatur, ut Hecatæus & Milesius Straboni sunt autores: cum & Pelops ipse ex Phrygia uenerit, Danaus ex Aegypto: dein Dryopes & Caucones & Pelasgi & Leleges terras omnes intra atq; extra Isthmon occupauere. Atticum agrũ Thraces cum Eumolpo ueniẽtes tenuere, Daulidẽ uero Tereus, Cadmeam aduecti cum Cadmo Phœnices: Bœotiam ipsam Aones & Hyantes. Præterea sunt argumento nomina ipsa barbara: ut Cecrops, Codrus, Cotys, Drymas, qui Græcis imperauere. Describitur Straboni forma platani folio similis: circuitu Plin. d. l xiii. passuũ. In eo regiones viii. Corinthia, Sicyonia, Argia, Laconica, Messenia, Pisea seu Elidis, Achaia, Arcadia. Montes uero l x x x vi. Maria tot ferè quot sinus ac Chersonnesi pandũtur. Quare à Pindaro πολύγναμπτος πελόπόννησος, id est, sinuosa appellatur: sed & arx Helladis quõdam dicta, p Isthmo cõiũgeretur Helladi. Hellas enim in Isthmi angustijs incipit, Atticãq; cõprehẽdit: quo sanè nomine omnis olim Græcia uocabatur. Græcia deinde à rege Græco uocari cœpta Plinio. Pausanias scribit p apud Isthmũ Isthmia celebrãtur, ubi theatrũ & stadiũ erat albo lapide, & Neptuni tẽplũ nobile cum sylua pinuũ quibus coronabãtur Athletæ. Neptunũ eñ Corinthij solũ existimãt unà cũ sole circũagere mũdũ. Est & alter Isthmos Cardiacus in Thracia, de quo supra dixi: uterq; sanè Hexamilitũ hodie ex loci distãtia nominatur. Hũc muro frustra quidã cinxere Impatores Cõstantinopolitani postq; Turcæ in Græciã ingredi sunt ausi. Hũc & olim pfodere plures infesto semp omine tẽtauere. Demetrius primo rex: Iulius Cæsar, Caius, & Nero principes: postremo Adriani tẽpore Herodes Atticꝰ nõ tam tẽtauit q frustra excogitauit, ut in eius uita cõmemoraui. Amurathes Turca hũc tãdẽ cepit subacta Thessalonica, Bœotia, & Attica, dedẽtibꝰ se Peloponesiacis. Nostra uero memoria filiꝰ eiꝰ Mahumetes omi Peloponeso præter pauca oppida potitꝰ est, ejecto Thoma Paleologo: quem cum

Peloponesus.
Isthmos
Cardiacus
Hexamilium

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem cum filijs ac capite diui Andreæ ex hostibus ereptis Romã ad Pium confugiẽtem uídimus. Nunc uero infelicius à Pazaithe filio Mahumetis quod in ea reliquum expugnatũ cõspicimus. CORINTHIORVM regio post Isthmum primo occurrit: ubi Corinthus ciuitas quæ & Ephyra dicebatur & Acrocorinthus & Heliopolis ob soli ficcitatẽ. Huc omnis Græciæ deliciæ cõuenerant, ut in locũ ad effœminandos animos ob mulierũ elegantiã paratissimum. Hic ut ait Strabo lib. viij. Veneris templum fuerat: ubi mille circiter nobilia scorta parata se prostrare uenientibus hospitibus: inter quæ ab autoribus nominantur Lais, Cyrene, Leæna, Sinope, Pyrrhine, Sicione: ex quo prouerbium κορινθιάζεσθαι, id est, lasciuire. Et illud quoq; οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, non cuiusuis est adire Corinthum. Præterea ob præstantiã Corinthiũ, & columna Corinthia forma & mẽsura lõge diuersa. Duplici erat prouentu munita: quapropter diuitem uocat eam Homerus ob mercatorũ cõcursum. Thucydides etiã emporiũ totius Græciæ uocat. Philippus Macedo, ut ait Macrobius, tres Græciæ ciuitates Corinthũ in Achaia, Chalcidẽ in Euboea, & Demetriadẽ in Thessalia: tres Græciæ cõpedes ob locorum munitionem appellabat. Iuxta est Acrocorinthus, quem ἔποπτον, id est, speculũ uocant, q in hac Sisyphus louem, Aeginam rapientẽ uiderit. Pausanias hos Corinthi reges dicit fuisse: primũ Sisyphũ, qui Bellerophontẽ & Ornythionem suscepit: ex primo Glaucus qui cum Diomede arma cõmutauit genitus: ex Ornythione autem Phocus qui Phocidi regioni imperauit, ac Thoas natu minor qui Corinthi: huius posteri successores Damophon, Propodas, Doridas, Hyacinthidas. Sub his duobus fratribus Dores duce Alete Corinthi imperiũ inuaserũt. Aletis igitur usq; quinta generatio usq; ad Bacchin regnauit, à quo expulsi Bacchidæ item totidẽ successionibus durarũt: tandẽ & ipsi à Cypselo tyranno Phetionis filio electi fuere. Sustulit Corinthũ L. Mumius, q cum Aetolis cõspirans Critolao duce à Romanis rebellauerat. Restituit eam Augustus missis eò colonis libertini generis, & in medio foro templo Octauiæ cõstituto: autores Pausanias & Strabo. Per eam tempus reumatũ uasorũq; luxuria Romæ introducta, sicuti gẽmarũ Asia deuicta per L. Scipionẽ. Ephyra iuxta Corinthum, cuius meminit Homer. alias in Thessalia diximus: & Thesprotia Cẽchrea in ora sita, ubi portus Cẽchreus. Lecheũ oppidũ item cũ portu in ipsa Isthmi angustia. Cremmyõ Corinthi uicus ubi Crẽmiana sus, mater Erimanthei & Calydonei apri est, & in Libya Cromion per o literã Stephano. Asae itẽ uicus, Genea ciuitas, Incolæ Geneatæ. Hinc ex loci felicitate natũ puerbiũ: ὑὸς αἴμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δὲ εἶμι Γενάτης. Fœlix Corinthus, at ego sim Geneates, autor idẽ. Asopus fluuius è Chronio mõte mediã præterfluens Corinthi regionẽ, in sinũ labit Corinthiacũ. Inter Corinthũ & Achaiã Sicyonia regio, cui? Sicyõ urbs, dicta etiã Straboni, Mechone qnq; & Telchinia, q Thelchinas habuerit colonos: hãc iuxta labit Asopus, diuitẽq; esse puerbiũ mõstrat antiquũ, εἶν μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Eustath. Pausanias aũt regũ genealogiam hoc modo enumerat. In hac primũ regnauit Aegialus indigena loci, deinde filius eius Europs & hui? itẽ Telchin, q genuit Apin: qui in Olympiã ueniẽs, ante Pelopẽ, Apiã Peloponesum appellauit. Huius postea Telexion filius Aegyrũ suscepit patrẽ Eurymachi, ex quo Leucippus genit?, q Percito nepoti ex Calchine filia reliquit imperiũ: quod usq; ad Coracũ puenit, q sine liberis decessit. Ac Epops è Thessalia ueniẽs successit: ex quo & Antiopa, Zetus & Amphiõ geniti. Subiugata hæc regio qnq; ab Arato Achærorũ duce. Distat à mari paucis stadijs. Sicyon ciuitas in colle prærupta, olco lauroq; abũdat. Sicyonia calceamẽta in delicijs apud hos q studebãt elegãtiæ, ut autor Cic. in Bruto. Phlius urbs, ppe Sicyonẽ à Phliũte Dionysij filio ut Pausanias, siue ἀπὸ τοῦ φλέω, id est producere siue procreare fructus, q sit solo feraci. Lacedæmonij enim Phliunta mensem uocãt, in quo florẽt fructus. Hæc Arethyrea prius dicebatur à muliere eiusdẽ nominis, ut Ethnographus Stephano est autor. Strabo sic ait: Arethyrea quæ nunc Phliasia, ciuitas Phliũtis inter Sicyonẽ & Argiã, Celosse quõdã dicta à regiõe sic uocata, qua deleta colonitẽpore post Phliũta ædificauerũt inde stadijs XXX. remotã. ACHAIA Sicyoniæ & Elidis media duodecim olim urbib? habitabatur, quas Polybius has esse cõmemorat: Patras, Dymas, Pharẽ, Tritean, Laertiã, Aegirã, Pellenen, Burã, Cerauniã, Carymnã, Olenũ, Helicẽ, integras sanè omnes usq; ad eius tempora præter duas ultimas, quas solidas terræmotus absorbuit: eorũ nomẽ gloriãq; deficiẽtibus Macedonibus cepit, socij semper Romanorũ, nihil q; studebãt nisi suæ ac Græciæ totius libertati: quare per unũ ducẽ remp. eorũ administrabãt. Ex his fuit Aratus Sicyonius qui annos fere XX. Achærorũ rẽp. feliciter rexit, nec solũ eis sed

Corinthus.
Acrocorinthus.
Ephyra
Cenchrea
Lecheum
Cremmyon.
Asae
Genea
Asopus flu.
Sicyon.
Aratus dux.
Sicyõ ciuitas.
Phlius.
Arethyrea.
Achaia.
XII. ciuitates.

eis sed toti penè Græciæ restituendo: floruit autem circa finem primi belli punici. Incipit ab Isthmo ut Plinio placet. Aegialos antea uocata, ppter urbes ex ordine in littore dispositas. At Pausanias ab Aegialo dictam ait primo rege è Thessalia uenière, ac patre Achei qui regioni nomẽ dedit. A Nerone principe uniuersa libertate donata, quam postea Vespasianus eripuit, & ad pristinũ uectigal reduxit, ut idẽ est autor. Aegialus urbs Achaiæ in medio Sicyonis & Buprasij. Hom. κῶμάν τ' Αἰγιαλόν τε. Dicta autẽ postremo Ionia q Iones habuerit colonos ab Atheniẽsibus missos. Hoc etiã nomine tota Achaia appellata uti supra dixi. Est altera in Ponto Aegialus iuxta Carãbum promõtoriũ, præterea in Thracia, in Aethiopia. Aegira media producta quam Pausanias in VII. dicit Hyperesiã prius uocatã, mutasse autem nomẽ ex stratagemate, q Hyperiẽses aduenientẽ aduersus Sicyoniorũ exercitũ formidates caprarũ greges coẽgerũt, earũq; cornibus igne per noctẽ adligato ipsas occurrere cõpulerũt, hostesq; eo timore & auxilij specie fugãtes, Aegirã suã patriã uocauere. Aegiræ meminit Homerus in catalogo. Aegion ubi dicũt louẽ à capra educatũ fuisse, quam uocat Aratus Oleniã, q Olena siue Olenus huic proxima fuerit, quam iuxta amnis Selinous fluit Stephano. Aroa quam Pausanias cõmemorat in VII. nomine ab aratro sumpto q frugifera sit. Aegas Homerus scribit simul & Helicen. εἰς Ἑλίκην τ' αἰγὰς θ' ὅσσῃς ἀνάγησιν. Helice enim urbs terræmotu corruit, simul & illud nobile Neptuni tẽplũ in quo Iones solebant Panionicũ celebrare, ut mõstrat uersus Homericus à me cõuersus, Mugiit ante Helices diui bos tractus ad aram. Bura. Lycophron. Δίμικῆς τε βοηθοῖσιν ἠγεμὼν σόλος. Hinc Potheas fuit nobilis pictor, cuius opus Elephas Pergami in muro pictus, ut ait Philo. Dymas supra in Lycophronis uersu memorati. Olenus. Sophocles in Hippone. ὄζῃ δ' ὠλένης γῆς φοῳβάδος κομίζομαι. Etymũ ducit ab Oleno Iouis & Anaxithoæ Danaidis filio, ut Istrus Stephano est autor. Patræ urbs maritima diui Andreæ nobilitata, ex quo Pausanias ait, Hadriano permittente Patris heros Iudæus colebatur, quod de ipso Apostolo nõ dubiũ intelligere uoluisse. Idem sic ait. Hic regnauit Eumelus loci indigena, qui Triptolemũ habuit filiũ, à quo terra culta Aroa dicta est, & ex eius filiæ nomine Anthya ædificata. Mesatis quoque urbs tertia in medio Anthyæ & Aroæ exstructa. Post hæc uenit Patreus ex genere Agenoris, qui Patras ciuitatẽ quam incoluit nominauit. Per fines huius urbis Glaucus fluuius currit. Patrẽsibus solis Augustus libertatẽ restituit, cum prius Achaia tota à L. Mumio, unà cum Corintho subiugata esset. Pellene urbs à Pellãte, uno ex Titanibus Pausaniæ in alto sita mõte LX. à mari stadijs recedens, apud quam optime fiebant lænæ certaminibus præmia propositæ ut Strabo, ut etiam Aristophanes in Ornithi. Home. οἱ πλουσῶ' ἐνὲμοντο Ὤλενον, οἱ δὲ Πελήνην. Palenẽ uero per a literam Thraciæ ciuitatẽ esse dixi. Flumina Achaiæ: Crios à nomine Titani fluit super Pellenen prope Aegyrã urbem, ut Pausanias. Peneus fluuius Elidẽ ab Achaia diuidit. Gonoessa mõs Pellenes, quapropter dicitur ab Homero. Gonusa uero ciuitas Perrhebiæ, & Gomnus in Thracia. ELIS urbs & regio inter Messenios & Achæos Siculo mari abluitur Straboni. Homerus tãtũ regionẽ dicit uicatim habitatã, diuinãq; eam appellat ob sacra olympiæ certamina. Incolæ, Elei & Epei appellati, & Elis ipsa Epia dicta Eustathio. Herodor? duas alias ponit, in Aetolia, & in Arcadia. Vrbs ipsa à mari recedit ad montes sita iuxta Peneũ: haud lõge ab hac Olympus est mõs, & Olympia, & Pisa ludis notissima. De uetustate autẽ & regibus huius urbis & regionis Pausanias sic refert, In Elide primũ Aethlus regnauit, Iouis filius ex Protogenia Deucalionis filia: huic Endymiõ filius fuit, qui Lunã adamasse dicitur. Endymioni uero Pæon, Epeus, & Aetolus filij fuere, qui in Olympia cũ de regno decertassent, Epeus potitus est, Epeosq; Eliẽses cognominauit. Pæon uero ob dolorẽ secedẽs ad Ardum flumẽ populis Pæonijs nomẽ dedit. Aetolus cũ fratri Epeo successisset ac in certamine ludorum Apidẽ interfecisset, à filijs eius in iudicijũ adcersitus secessit in eam partẽ quæ Aetolia dicta est. Epeo igitur tãtũ unica filia supstes fuit: quæ Phorbanti Lapithi filio nupsit: ex quibus natus est Actor qui regnauit in Elidis ciuitate Hymminea à nomine matris dicta. Post Aetoli discessum regnauit in Elide Eleus Neptuni filius ex Euricyda Endymionis filia, Epeosq; antea, de suo nomine Eleos dixit. Huius item filius Augeas ob armentorũ multitudinẽ, cuncta regionẽ simo cõpleuerat, pactusq; Herculi mercedẽ simũ auferẽti nõ præstitit, & Phileũ unum ex filijs cui patris iniuria infensa erat expulit. Quem mox Hercules deuicto Augea in sede patris collocauit, ac eius precibus Augeam cõdonauit. Phileus aũt postea in Cephaleniam secessit, ubi imperauit dimisso Eleorũ regno fratri, Agastheni & Amphimaco

Aegialus.
Aegira quæ & Hyperesia
Aegion
Selinous
Aroa
Aegas
Helice
Bura
Dymæ
Olenus
Patræ.
Glaucus
Pellene
Crios
Peneus
Gonoessa mons.
Elis
Aethlus
Endymion
Pæon &
Epeus &
Aetolus.
Epei filia.
Hymminea
Eleus Neptuni filius.
Augeas Elei filius.
Phileus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Polyxenus

Pisa

Alesium
Amythaonia
Arena
Buprasium
Bryseæ
Augeæ
Oenia petra.
Myrsinus
Pylum

Triphylia
Lepreum
Thryon

Ichthys promontorium.
Alpheus
Messenia

Asine
Amphigenea
Amphea
Andania
Aristomenes dux.
Aepy
Cyparisseis
Pylum
Corone
Methone capta.
Ithome
Acrite promontorium.
Coryphasiũ promõtoriũ.
Sela
Panisus
Laconica.

Ecteati ac Thalpio, filijs Eurythi & Actoris nepotibus: qui ambo unâ cum Polyxeno Agasthenis filio naues Elienſiũ ad Troiã duxere, ac in bello ceciderũt. Polyxeno tantũ ſuperſtiti filius fuit Amphimachus qui Eleũ alterũ genuit, ſub quo Doriẽſiũ claſſis cum filijs Ariſtomachi pro reditu in Peloponeſum certauit. Apud Piſam uero ciuitatẽ regnũ alterũ fuit Oenomai primũ qui Martis à poetis filius dicitur, uere autẽ Alexionis. Hic Pelopẽ Tãtali filium ex Aſia tunc uenientem generũ ſibi adſciuit, tradita filia Atlãta, quam ille ſuperatis Myrtilo cæteriſq; procis in certamine, meruit uxorẽ: anteq; omnia Mercurio ſacrificauit ad eum ob filij Myrtili mortẽ placandũ. Et hæc quidẽ ille. Nũc cæteras uideamus urbes, Aleſiũ ab Aleſio filio Silleũtis, unius è procis Hippodamiæ: eſt & Aleſius cãpus in Epiro, & mare Aleſiũ, & promontorium, & fluuius. Aleium quoq; campũ Lyciorũ Homerus cõmemorat. Amythaonia pars Elidis ab Amythaone Crithei filio ut Stephanus. Arena Triphyliæ eſt & Meſſeniæ. Homer. ἐξεύλου ἐξαπίνης. amcenã uocat, q̃ flumine Mineio abluatur, ut Euſtath. Bupraſiũ ciuitas, & fluuius & regio Elidis, à Bupraſio cõditore, nũc minime apparet. Hom. οἵ ῥ' Ἄρνην εἶχον Μυρσίνην ἠδὲ Πύλον. Bryſiæ & Augeæ inter Locrẽſes aliæ. Oleniam petrã Strabo monte in Elide ponit, quem tũc Scollin uocabant. Qui uero ethnica ſcribit Olenum Achaiæ ciuitatem ponit ab Oleno Iouis filio, unde origo ſorte montis Olenij fuerit. Myrſinus urbs. Homer. Οὐ μύρσινος ἐκατόμπολις. Hæc poſtea Myrtoriũ dicta eſt. Myrtuſa uero mõs Libyæ, ut Euſtath. Pylum Neſtoris patria XXX. ſtadijs à mari ſitũ, quod ſecundũ Homerum latam habebat regionẽ, quãdo ſeptem urbes illi uicinas Agamẽnon Achilli promittit. Ex quo tres Pyli in Peloponneſo uicini Straboni ponuntur, in Triphylia, in ora Piſæa, in Meſſenia ad Coryphaſium, quæ nunc Venetorum eſt. Tryphilia pars Elidis quod è tribus conſtet populis: Apeis, Minyis, & Eleis, ut Strabo. Lepreum urbs iuxta Alpheum montẽq; ſita, à Lepreo, quem Hercules interfecit, ſiue à lepra qua curabãtur ibi quodã in flumine lauantes, ut Stephanus. Eſt alterum in Arcadia teſte Pauſania. Thryon quod Thryoeſſa etiã dicitur, Elidis urbs à iuncis ibi prouenientibus, ſita iuxta undam Alphei unde pedibus trãſimitti poteſt, ut Strabo. Stephanus uero, & q ſcribit Ethnica in Meſſenia ponũt. Thryus uero urbs Achaiæ mihi dicta eſt. Ichthys promontoriũ regione Piſæ urbis deſcribitur Ptolemæo. Alpheus fluuius ex Arcadiæ montibus oriens mediam percurrit Elidis regionem in Triphyliũ poſtremo lapſus pelagus. Eius aqua, ut Strabo memorat, impetiginẽ quæ Alphos dicitur curat: unde etymum trahit. Dicitur & hac unda Melampus curaſſe filias Prœti ab inſania. Nota fabula, cum ſubterlabẽtibus undis Siciliæ fontem Arethuſam dilectã commaculare. MESSENIA florentiſſima quondam, & quæ Lacedæmoniorũ uiribus annos fere XVI. reſtitit cõtinuo bello. Hinc Colonia in Siciliam miſſa in eam ciuitatẽ quæ Zancle priu dicebatur. Aſine in ora ſinus Meſſenij priſtinum retinens nomen, quam à Venetis nuper Turca ſurripuit: ſecunda in Laconica: tertia in Cilicia. Amphigenea urbs in qua Latonæ templum ubi Apollinem dicitur peperiſſe, ut Stephanus. Amphea urbs Pauſaniæ in IIII. Andania urbs Homonyma regioni. ſic enim Meſſenij quõdã uocabant, ἀπὸ μιᾶς ἀνδρὸς ἑνός. Hinc Ariſtomenes ille inuictiſſimus fuit, qui pro Meſſenijs decertans tot annos uictoriam Lacedæmoniorum diſtulit, pluribus eorum exercitibus trucidatis: tandem uictus ac interfectus inuentus eſt cor craſſiſſimum retinere: autores Herodotus & Plutarchus. Aepy ab altitudine loci dictum Straboni. Homer. Οἳ θῆνον ἀλφειοῖο πόρον, Οἳ Πύκτιμον αἶπυ. Cyparisseis urbs. Homer. Οἳ κυπαρισσήεντα, Οἳ ἄμφιγύαιον τε. Cypariſſus autem in Parnaſo. Strabo hanc Cypariſſeenta flumen eſſe. Cypariſſum uero iuxta flumen urbem ponit. Pylum in ora Meſſeniæ, alterum à Pylo patria Neſtoris. Corone & Methone ciuitates in ora nominа retinentes. Pauſanias dicit Methonem ante bellum Troianum Pedaſum appellatam, deinde à filia Oenei Methone nomen mutatum, cum Oeneus poſt bellum eò ſe receperit: ſiue à Methone lapide qui in littore anguſtũ efficit portũ. Hæc urbs annis proximis M.D.VII. Id. Auguſti à Turcis poſt menſtruam obſidionẽ fuit expugnata, oppidanoſq; aiunt ad unum omnes hoſtili gladio interemptos. In quibus erat homo doctus Andreas Salcus eius urbis præſul, meus quondã ex Andronici ſchola condiſcipulus. Ithome urbs ad Selã fluuium poſita, alterius Theſſalicæ ſupra memini. Promõtoria Acrite Ptolemæo, & Coryphaſium Thucydidi in V. Fluuius Sela qui Meſſeniam ab Elide diuidit, & Panisus ex Alpheo in ſinum exiens Meſſenicum. LACONICA partim in orientem ſpectans, centum olim urbibus habitabatur: quapropter Hecatompolis ſicuti & Creta dicebatur, ibiq; primum Hecatomba ſacrificium

ſacrificium in ciuitatum ſalutem inſtitutũ, ut tradit Euſtathius: eorum quoq; nomen in multis uſurpatum. Nam & laconicum Galenus memorat lauacri genus. Balneis utebantur frigidis, puerilia q; paſſim uerberibus adſuefcebant, ut uitæ duritate utiles publicis rebus reddcrentur in Lycurgi legibus. Eſt & laconicum ſaltationis genus, & modus in bello, & breuitas in dicendo, qua illi plurimum utebantur, ut apud Plutarchum legitur. Et ferrum laconicum, ut refert Dæmarchus de inſtrumẽtis bellicis, utile fuerat limis, terebris, machinis, lapidibus: ſicuti lydium, cultris, nouaculis, iaculis. Calybium Synopicum fabrilibus inſtrumentis. Et canes lacones, Plautus, Nos paraſiti lacones ſumus. Laconicus item ager liberæ gentis erat, ut Plinius teſtatur. Nunc ex Pauſania Lacedæmoniorum ſtatum, regumq; ſucceſſionem ex ordine referam. Lelex primus in Laconica regnauit indigena loci, ex quo Leleges dicti ſunt. Huic Myles & Polycaon filij fuere. Myleti ſucceſſit filius Eurotas, qui flumen à ſe cognominauit Eurotam, qui nimis profluentem frenans intra mare compulit: poſtremo cum uirili prole careret regni ſucceſſorem Lacedæmonem reliquit ex filia Sparta generum. Ex ijs igitur nomina regionibus prouenerunt. Lacedæmon Amyclam genuit, qui & ipſe ciuitatem de ſuo nomine condidit. Amyclæ filius Hyacinthus fuit puer forma præſtanti, qui in florem ſui nominis conuerſus eſt Apollini dilectus. Argalus eius frater natu maior rem ſuſcepit. Huius filius Cynorea fuit, pater Oebali qui ex Gorgophone filia Perſei Argiui Tyndarum genuit. Hic demum ab Hippocoonte & Icaro per ſeditionẽ pulſus cõfugit in Meſſeniã ad auunculũ Apharea, ubi filios genuit ex Leda Caſtorem & Pollucem, Helenam & Clitemneſtram, quos fabula dicit ex gemino ouo ex Leda & Ioue ortos. Tyndarus cum ſub Hercule patrium regnũ repetijſſet, filijs & Menelao ex Helena genero dimiſit. Menelao autem Oreſtes Agamemnonis filius eius ex Hermione gener ſucceſſit. Deinde Tiſamenus eius filius ſub quo Heraclidæ in Laconicam deſcenderunt, ac rerum ſtatus immutatus. Tiſamenus in Achaiam ſeceſſit. Ariſtodemus regno Lacedæmoniorũ ſucceſſit. Deinde duo eius filij Procleon & Euriſthenes in duas regnum partes diuiſerunt: alij Lacedæmoniam, alij Argos & Meſſeniam tenebant. Inſequentibus uero temporibus Ageſilaus Lacedæmone potitus eſt, cuius tẽpore Lycurgus leges dedit. Deinde Archelaus, Teleclus, Alcamenus, Polydorus, ſub quo Lacedæmonij colonias miſerunt in Italiam Crotonem & Locros, ſub eodemq; bellum contra Meſſenios illud diuturnum incepere. Sub Euricrate autem ſub iugum eos miſere. Deinde Anaxander & Euricrates II. Cleomenes & alij. Hactenus Pauſanias. Lacedæmon & Lacedæmonia apud Homerum legitur. Ciuitas eſt & regio. Quod regio, hoc carmine. τὰ δὲ ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τύχης: quod ciuitas item alio. οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα πὸλὺ τὰ δώματα Μενελάου. Dicunt & Lacedæmonios, λ literam ſcutis inſcripſiſſe, primam uidelicet ipſius urbis nominis: quod item imitati ſunt eorum uicini Meſſenij prælata μ, litera. Lacedæmona curuam appellat ſuperiore uerſu Homerus, quod Taygeto & Parthenio circundetur montibus. Cæterum terræmotibus obnoxia eſt, cauernoſa, abundare etiam nepeta tellus dicitur. Lacedæmonij, ut refert Thucydides, primi corpora ad athleticam nudauerunt & oleo unxerunt, cum olim etiam in olympia ſubligaculis pugnando Athletæ uterẽtur. Hinc in pueros libido exarſit, ut ait Cicero. Ariſtoteles ait in Politicis Lacedæmonios ita inſtituiſſe rempub. ut regem perpetuum crearent qui belli tempore ſummum haberet imperium, & Ephoros qui uitæ & necis poteſtatem. De Lacedæmoniorum uero ſcytala alibi dicam. Spartam alij eandem cum Lacedæmone uocant. Herodotus ait in Lacedæmone regione Spartam eſſe ciuitatem: quod autem fuerit Laconicæ regia manifeſtat Strabo dicens quod Heraclidæ diuidentes Laconicam in partes ſex, unam ex ijs excellentem Philomelo qui eis Laconicam prodidit dedere. Spartam autẽ regiam ſibi retinuere. Euſtathius ex Comici ſententia Spartam à Sparto ibi fruticante dictam indicat. Amyclæ una è centum Laconicæ urbibus Apollini ſacra, cuius etymologiam ſupra diximus. Eſt & Amycleum portus & oppidum, & portus in Creta. Amyclaides uero genus calciamenti ab Amycleis inuentum, & Amyclæ in Campania Italiæ horum Colonia. Stephanus. Aegys urbs, incolæ Aegytæ Pauſaniæ. Lycophron de Helena loquens, κἀγὼ πάντα τλήσεσθ' οὕνεκ' ἀγλαὸς πυώδες, ἣ θη λύπασεν Οἳ τριάνος Οἳ κόρης. Aethea una è centum Laconicis, incola Aethæus, ut Thucydides in primo. Aepea. Homer. καλὴν τ' αἰπεῖαν Οἳ πύδασον. Incolæ Aepeiatæ, Athæa. Aulon è centum, altera in Arcadia, in Creta, in littore ſinus Ionici, in Italia, quæ poſtea Caulonia dicta eſt. Stepha. Crocea penultima correpta una è centum. Chene unde Cheneus ut Plato in

Lelex
Myles
Eurotas
Lacedæmon
Amyclas
Hyacinthus
Argalus
Cynorea
Oebalus
Tyndarus
Helena
Menelaus
Oreſtes
Tiſamenus
Lacedæmonia.
Sparta
Amycla
Aegys
Aethea
Aepea
Athea
Aulon
Crocea
Chene

Universidad de Deusto
Biblioteca

Derra Protagora, Hinc Myson Cheneus unus è septem putatus. Derra locus Laconiæ ubi Diana
Geranthe Derreates colitur, ut Stepha. Geranthe urbs, Incola Geranthiota Pausaniæ.
Gytheon ora. Lycophron. δυσὰς σαλάμβας κἀπὶ γυθείου πλάκας. Ptolemæo Gythium uocatur.
Geneſa urbs. Geneta autem flumen Sophocli. Genea uero Corinthi ciuitas. Helos. Homer. νοὴ πὶ λεὸρ Ἕλος Ἀχαιῶν, dicitur quod in paludibus sit. Incolæ Helotæ, id est. ἑλῶτη. Elei autē
Helos & Eleatæ diuersi Straboni. Helos est regio latissima apud Alpheum, unde Elotæ dicti insti
Nomina ſeruorum. quondam Messenijs, cum etiam Lacedæmonij qui tanquam serui degētes, atq; excurrentes, inde nomen acceperint. Elotæ igitur apud Lacedæmonios, sicut Penestæ apud Thessalos, Cillicyrij in Creta, Mariandyni apud Heracleam Ponti, Arotæ Syracusis, Eustathio.
Mycenæ Mycenæ. Hom. οἵ θ' Μυκήνας εἶχον, à Nympha Laconica uocatæ, uel ἀπὸ Μυκήσσης, quod mugierit in eo loco Io. Inuenitur & singulari numero Mycena: ueritas habet historiæ Per
Meſoa seum Mycenas ædificasse, deinde Steneleo, postea Euristheo & Atreo ac Agamēnoni pos
Meſapeæ sessas. Demum post bellum Troianum ab Argeis, à quibus funditus deletæ fuerunt. Eustat.
Malea promontorium. Meſoa media correpta locus & tribus Laconiæ Straboni in sexto. Mesapeæ urbs ubi Mesa pæus Iuppiter colebatur, ut Steph. Malea promontorium quæ sinui Maliaco nomen dedit.
Las Las urbs. Lycophron. νοὴ λάρ πρόσφθ. Hom. Laan dixit. οἵ τ' Ἀάρ εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον, utroq; sexu enunciatur. Dicitur à petra altissima super quam sita est. Hanc urbem Castor & Pollux
Oetylus expugnarunt, ac funditus euerterunt, ex quo Lapersæ appellati. Pausanias ab Achille & Pa
Oenus troclo expugnatas dicit. Oetylus urbs. Homer. οἵ ῥ' Οἴτυλον εἶχον. Oenus οἶνος paruum in
Pephnon Laconica oppidum Stephano. Pephnon urbs. Scoticia media producta locus Laconicæ,
Scoticia ubi Iuppiter Scoticias colebatur. De quo Pausanias in primo sic ait: Est locus quercu pluri
Theramne ma fœcundus, cui nomen Scoticiæ non opacitas arborum, sed Iuppiter cognomento Scoti
Tyrea cias indidit. Theramne urbs quam nonnulli Spartam dicunt, templum habebat Castoris & Pollucis quos Dioscuros appellāt, quare ἀπὸ τοῦ διαπεύθεσθαι θεοῖς dicta est. Tyrea media corre
Taigeta mōs. pta terminus Laconicæ & Argiæ, de qua inter ipsos populos quandoq; decertatum est. Po
Eurotas test & plurali numero enunciari Stephano. Mons Taigeta qui oram Laconicam à Messe
Pephnus nia disterminat. Fluuius Eurotas mediam abluit regionē in sinum exiens laconicum. Dein
Leuctra ceps Pausaniæ Pephnus ciuitas in qua Dioscuri dicuntur interijsse, in hac nascūtur formicæ
Cardamyle alba. Leuctra ciuitas XX. stadiorum à Pephno distans ubi Aesculapius extra colitur. Car
Teuthrona damyle oppidū cuius meminit Homerus in promissionibus donorum Agamēnonis: erat
Tænarō promontorium quondam Messeniæ, ablatum ab Augusto. Teuthrona à Teuthrante Athenien. Tænaron
Cynorenſes, promontorium marmoribus clarum, ubi fons erat & locus cauernosus. Hinc aditum in In
Ciuitates quas Augustus liberauit. fernū finxerunt. Cynorenses populi Laconicæ à Cynoro filio Persei. Augu. Lacedæmonio
Argos rum quod eius partes sectati fuerant, ciuitates XVIII. liberauit, multasq; à Messenijs illis aduersis ablatas eis tradidit. Sunt autem hæ: Gythion Teuthrona, Las, Pirrhicus: in Tæna
ro autem Cenæ uacua ciuitas, Oetylus, Leuctra, Thalamæ, Alagonia, Gerenia: prope mare autem Asopus, Acriæ, Bolæ, Zarax, Epidaurus Limera, Brasiæ, Gerontiæ, Marnis: hæc ex Pausania. ARGOS & regio dicitur & ciuitas, & Argi & Argiui populi à Latinis usurpatum, sicuti Achæi & Achiui. Iidem & Argoli à Persis dicti, & Argolis regio. Thessalicum, supra diximus, & Amphilochicum, ut omnis deniq; Peloponesus, ut ait Strabo: præsertim Laconica, Argea appellata: ex quo Helena ab Homero Argea dicta est. Propter igitur frequentiam ac uarietatē nominis huius manauit Græcum prouerbium in uiros gloriosos & Sycophantas ἄργεα φορέα. Argos uero Peloponnesiacum de quo nunc sermo, Sophocles Doricum etiā uocat: diuersis etiam uocabulis censetur, ut ait Eustath. Nam & Aegiala dici
Mos Argeorum. tur, Hippobotū ac Hippium, & Iasium, & Dipsium ob aquæ inopiam. A Cyclopibus ædificatum quidā uerius tradidere quàm à Siculis, qui tres cum essent, ut alij, septē numero, Chi
Phoroneus primus rex, Inachi fluuij filius. rogasteres ideo dicti sunt, quod opifices essent, manuumq; opera uictitarent: fabula uero refert eos unum tantū in fronte oculū, manusq; uetri iunctas habuisse. Ab ijs etiā spelūcæ Cy
Niobe clopeæ in Argea regione cognominatæ, ut idem testatur. Aelianus aūt de uaria historia re
Argus Pirasus & Phorbas. fert consuetudinē apud Argeos fuisse, ut si quē in ocio uiderint, ab eo rationē quærere, unde uiuat. Tota autem hæc regio sita est in parte Peloponnesi quæ respicit orientem. De regibus eius Pausanias sic ait. Phoroneus primus Inachi fluuij filius, hic initio dispersos populos in urbem coēgit, appellauitq; Phoroneū: huius filia Niobe fuit quæ Argum peperit, qui regno succedens de suo nomine populos appellauit. Ex Argo Pirasus & Phorbas, ex Phorbante Triopas: ex hoc Iasus & Agenor, ex Iaso, Io: quæ in Aegyptum abijt, pro deaq; colitur. Ex Agenore Erotopus, ex hoc Stenelas, ex Stelena Gelanor, quem Danaus ex Aegypto ueniēs regno priuauit, alteramq; sobolem cepit: ex eo enim filiæ L. uiros & patrueles simul interfecerunt Lynceī filios, & post Danaum Lynceus frater. Ex hoc Abas, ex quo Acrisius qui regnauit apud Argos, & Proetus qui Tyrinthum & Argiæ maritima tenuit, cuius filiæ errantes ob insaniā, curatæ sunt à Melāpo Amithaonis filio. Acrisius autē Danaen habuit filiam, cuius prolem ex respōso Apollinis formidans in turrim relegauit, ubi ex fabulis Iuppiter in auri gutta per tegulas descendens ex ea Perseum genuit uirum fortissimum, qui Acrisio interfecto successit, Mycenasq; ædificauit: ex Acrisio Megapentus, qui ubi patrem interfectū uidit, Perseo cessit. Ex Megapento, Argeas, qui Anaxagorā genuit, cum quo simul Melanthus & Bias filij Amithaonis regnauerunt. Sub ijs igitur Argiuorum regnum diuisum, ex Biante regnauerunt quinq; uiri, in generationes quatuor usq; ad Cyanippū Aegiali filium, ex Adrasto geniti: ex Melantho autem generationes sex, homines totidem usq; ad Amphilochum Amphiarai filium. Plus enim Anaxagoridæ regnarunt: ex Anaxagora enim Alector fuit, ex hoc Iphis & Capaneus unus è septē ducibus, ex quo Steneleus qui Iphi patruo successit. Amphilochus autem post Ilium captum migrauit in eos populos, qui de suo nomine nunc Amphilochi dicti sunt. Cyanippo uero sine liberis moriente Cylarabis Stenelei filius regnum solus obtinuit Argiuorum. Quo etiam sine liberis decedente, regnum peruenit ad Orestem Agamemnonis, deinde ad filiū eius Tisamenon ex Hermione: sub quo Heraclidæ Peloponnesum inuaserunt, expulerunt; ex Argo & Lacedæmonia Tisamenum, & ex Messenia Nelidas, id est, Nestore prognatos: uidelicet Alcmeonem Sillæ filium Taspedis nepotem, & Pysistratum Pysistrati, & filios Pæonis filij Antilochi Nestore nati: & cum eis Melanthum Andropōpi, qui Bori, qui Penthili, qui Periclimenis fuit. Tisamenus igitur cum filijs & exercitu in Achaiam nunc appellatam: Nelidæ autem præter Pysistratum, qui non constat quò ierit, Athenas uenerunt. Hinc Athenis Pæonidum & Alcmeonidum genus. Melanthus uero regnum tenuit quod ex Thymœte Ozynthi filio abstulit. Thymœtes enim ultimus Theseidarū regnauit Athenis. Septem ex Argo duces uno tēpore cōtra Thebas filios quidē habuere qui uictoriæ succesſere. Aegialeus Adrasti, Promachus Partheopei, Polydorus Hippomedōtis, Polynicis Therſandrus, Amphiarai Alcmeon & Amphilochus, Diomedes Tydei, Steneleus Capanei. Et hæc quidem ex Pausania. Eusebius autē dicit reges Argiuorum XIIII. regnasse annos D.XLIIII. primumq; Inachum fuisse. Phoronei patrem annos LX. Isaac usq; ad Acrisium tēpore Delboræ iudicis: deinde Perseum Acrisij filium Mycenas regnum transtulisse, huius Steneleum filium patrem fuisse Euristhei patris Atrei: deinde Agamēnonem, Aegisthum, Orestem, Tisamenū, Penteum, Cometem, usq; ad Heraclidarum ascensum. Deinceps loca percurram. In ora primum Nauplia à sinu Argolico, dicta ἀπὸ τοῦ ναυσὶ πλοσταλεῖσθαι, id est, quod huc nauibus adplicetur, ut ait Strabo: uel quod hic Nauplius Neptuni & Amymones filius regnauit, qui postea coloniam in Cephereum Euboeæ mutauit. Seruit & hæc urbs Venetorum imperio, uocaturq; corrupto uocabulo Neapolis Romaniæ. Epidaurus Limera uocata, quod pratis abundet, uel quasi limenera quod ualde fuerit portuosa. Item Milesia & Aemera à sanguinis effusione, tum pecudum, tum taurorum quibus aram Aesculapij uenerabantur, unde etiam Epidaurus dicta, ut Stephanus. Strabo etiam Epicarum uocatam dicit, quod Cares etiam tenuerint. Sita est in recessu Saronici sinus, natura munita, montibus circundata, nobilis alioquin templo Aesculapij, referto tabellis ab eo curatorum. Consuetudo fuerat ut noctu ægroti in eo dormirent, atq; hoc modo in somnis à numine curari dicebātur: quæ superstitio deinde Romā translata in insula ubi adhuc eius templi uestigia uisuntur. Hermione urbs, ἀπὸ τοῦ ὁρμίζω, mutato o in e, quod huc Iuppiter cum Iunone è Creta adplicuerit, ubi & nobile Iunonis uirginis templum. Strabo hanc inter claras ponit Argeæ ciuitates. Trœzena nobile oppidum mari superstans Chersonnesi specie stadijs XV. dicta quandoq; Aphrodisia & Sarona, & Possidonia, & Apollonia, portū habet qui κέντρον dicebatur, id est, barba, ubi coloni barba capillo; promisso squalebāt: ex quo natū prouerbiū apud Græcos, Adnauiga Trœzena, ut Eustath. Athenæus quoq; scribit: Vinum Trœzenum si mulier prægnans degustauerit abortū faciet. Saronicus sinus in hac parte est cognominatus à Sarono flumine Trœzenes. Nam à Trœzene ipsa Saroniça uocata est, uel à Sarono uenatore ibi submerso dum feram insecatur, uel

Triopas
Iasius & Agenor
Io
Erotopus
Steneleus
Gelanor
Danaus
Lynceus
Abas
Acrisius
Prœtus
Danae
Perseus
Megapentus
Argeas
Anaxagoras
Bias & Melanthus.
Adrastus
Aegialeus
Cyanippus
Melanthus
Amphiaraus
Amphilochus
Ex Anaxagora.
Alector
Iphis & Capaneus.
Steleneus.
Cyanippo
succeſſit Cylarabis.
Orestes
Tisamenos
Heraclidæ fi lij septem Ducum.
Nauplia
Nauplius rex
Epidaurus
Aesculapij templum.
Hermione
Trœzena
Saronicus sinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turtuel quasi Syronicus ἀπὸ τοῦ συρίττειν, quod Scylla Niso patre Megarensiũ rege necato à Minoë, cuius gratia patrẽ prodiderat, ac eum secuta fuerat, undis proiecta, ac deinde à marihuc tracta, & sinui Saronico & Scyllaceo promontorio quod iuxta est, nomen dederit: hæc Eustath. Plinius uero aliud adfert etymũ, quod is sinus querno nemore fuerit redimitus, sic antiqua Græcia quercũ appellante. Et hæc quidem ora. Intus autem Argos ipsum de quo satis dictum est. Asinæ unde sinus Asinæus. Hæc enim & Hermione domicilia fuere Dryopũ, qui loca circa Sperchiũ amnem in Thessalia deserentes, in hæc loca migrarunt. Cleone urbs in uia est ex Argis Corinthum proficiscẽtibus, in mõte sita. Apud hanc sylua est Nemea appellata, in qua Hercules leonem interfecit. Ludi quoq; Nemea celebrãtur ob Archemorum, apij corona proposita: dicta est urbs à Cleone ab Hercule superatorum ut ait Pindarus poeta, à Cleone Asopi & Meropes filia. Eustathio. Herodotus quoque alteras in Atho monte Cleonas ciuitatem esse dicit. Eionas Strabo tantum dicit oppidum esse quod Mycenei siue Athenienses desolãtes nauale fecerunt. Est & singulari numero Eion Cheronia ciuitas apud Thucydidem. Est & Strymonia, & item alia Pieria Eion, ut Eustathius. Limenæa uicus, unde limneus Thucydides bissyllabum protulit. Melimna urbs ubi Venus Melimnæa colitur. Lycophron. τὴν κασωίαν τε μελιμναίαν τε θεὸν. Midea urbs olim, nunc uicus paruus, prius Persei ciuitas à Midea filia Alopis, legitur & penultima cum diphthongo & sine, ex quo apud Latinos media fit syllaba. Est & altera Bœotiæ, ut Homerus. οἵ τε πολυσάφυλον ἔχον, οἵ τε μίδεαν. Est & in Libya tertia. Ornias uel orneas quod est magis usitatum cõmuni lingua, uicum esse apud Argos Strabo scribit, dicitq; à flumine homonymo iuxta currente. celebrem quondam urbem in qua Priapus orneates colebatur, ut Eustath. Oene urbs. Orus historicus Oenen scripsit trissyllabum, & incolas Oenatas ubi & Minerua Oenata colebatur à Prœto rege templo extructo, ut Stephanus. Inachus fluuius è montibus Arcadiæ meridiem uersus in sinum Argolicum exit Argeam à Laconica diuidens. Ex quo Argeorum regio Inachia dicta est. ut autor Stephanus. ARCADIA in medio Peloponnesi sita, ab Arcade Iouis filio nomen accepit, dicta & Pelasgia & Parrhasia, & Lycaonia, & Azania, & Gigantis, & Pania Eustathio. Proslini quoque Arcades autore Lycophrone appellati, quasi ante lunam geniti, quod uetustate cæteris præstent. Causa est quod in diluuio Deucalioneo soli ad montes uicinos euaserint. Pausanias dicit in Arcadia primum regnasse Lycaonem Pelasgi filium. Huius multos fuisse filios qui nomina terris dedere, in primis Callisto, filiam, quæ ex Ioue Arcadem genuit, qui Arcadiæ nomen dedit. Ipsa in ursam conuersa, in septentrione lucet. Apidaneas etiam eos Dionysius poeta uocat. Strabo autem Apidonas ab Apide Phoronei filio, ex Epiro ob serpentum multitudinem in Peloponnesum migrante, à quo Peloponnesus Apia dicta est. per exochen uero Arcadia, ubi ipse habitauit. Huius Apidis meminit Aeschylus. ἄναστ' Ἀπιδῶν ἐκπέραις ναυλοχίαις. dicitur & Azenis à siccitate usque in hunc diem, ait Eustathius. Narrauit & de pisco Arcadico ab alijs diuerso: & eos Arcadas imitari qui miserantur alienam calamitatem, ut Plato in comœdia quadam planè indicat. Quoniam Arcades bellicosissimi cum sint, alijs uictoriæ laudem referunt, exemplo Herculis qui Euristheo laborum gloriam dicauit, ut idem est autor. Nunc oppida dicam, quæ Strabo testatur magna ex parte interijsse. Plura uero ex eis à Lycaonis filijs, uti diximus, ædificata. Azania pars est ab Azano Arcadis filio. Eudoxus libro sexto Geographiæ Arcadiam tradit diuisam in Parrhasiam, Azaniam, & Trapezuntios. Azaniam ciuitates habere XVII. quas sorte adsecutus est Azea. Idem adfirmat esse in eadem parte Azaniæ fontem, quem degustantes tetro arcentur odore, cuius lympha Melampus Prœtides curauit Stephano. Acacesium urbs ab Acaco Lycaonis filio Pausaniæ in VIII. Acontium urbs item à Lycaonis filio, Acontia Stephano. Aemyliũ urbs Pausaniæ in VII. Alea, Aliphyra, Caphyra, Cynetha, Diopa, Eparithe, Euthea, Enispe, Hom. καὶ ἵνα μέσσαρ ᾠήεσσι, uentosam appellat, quod in montibus sita, iam interijt, ut Eustath. enarrat. Gatheæ, Lycoa urbes Pausaniæ in VIII. Lycosura, Lycea, Mathirea, Melæne à filio Lycaonis eidẽ, Mantinea & Mãtina sicuti Zelea & Zela à Mãtino Lycaonis filio habitata, ut ait Strabo, ab Argæis nobilitata trophæis Epaminõdæ, qui Lacedæmonios in eo loco supauit, ipseq; una extinctus est: dicta est ab Homeam abilis, & amœna, quoniã uitifera, ut enarrat Eust. Megalopolis, unde fuit Polybius historicus, & Amesidorus qui de ciuitatibus scripsit: aliã in Põto diximus. Nonacria urbs in parte Azaniæ, Neda Step. Euphorioni aurẽ Nedea.

Asinæ
Dryopes
Cleone
Nemea sylua.
Eionæ
Limenæa
Melimna
Midea
Orneæ
Oene
Inachus
Arcadia
Arcas Iouis filius.
Lycaon
Apidones
Apia
Pileus Arcadicus.
Azania
Acacesium
Aemylium
Alea
Aliphyra
Caphyra
Cinetha
Diope
Eparithe
Euthea
Enispe
Gatheæ
Lycoa
Lycosura
Lycea
Mathirea
Melæne
Mantinea
Megalopolis.
Nonacria
Neda

Orestasum

Orestasum ab Orestasio Lycaonis filio Stephano. Pausaniæ autẽ Oresteon ab Oreste Agamenonis filio. Onchæũ item. Orchomenũ pecorosum, pascuisq; idoneũ ab Homero dicitur, ad differentiã alterius Bœotiæ cuius supra memini. Parrhasia regio & ciuitas, à Parrhasio Lycaonis: uel quasi Parrhabasia, id est, nefas & scelus quo Lycaon in Iouẽ est usus: fabula à Lycophronis enarratore describitur. Phalantus ciuitas & mons Pausaniæ in VIII. Phigalea penultima correpta urbs. Rhianus in V. Messeniacorũ. τὴν μὲν ἄνοιγεν ἄκοιτιν ἐπὶ κραναίῳ φιγαλείᾳ. Dicta est deinde Phialea sine g, penul. producta, est & altera in Bithynia Stephano. Pallantium Pallantiũ urbs à Pallante Lycaonis, ut Hesiodus scribit. Hinc Romæ Pallanteum & Pallantium. Pholus mons, à Pholo centauro. Phalæsia urbs Pausaniæ in VIII. Pylæ locus Arcadiæ. Parorea item, scribitur & Parotræa cum diphthongo. Pheneus Azaniæ urbs. Homerus. οἳ Φενεόν τ' ἐνέμοντο καὶ ἠγχεμολοὺς. Ad montem sita Cyllenum. Strabo scribit hinc Stygis aquam letiferam, quam sacram putant, manare. Herodotus uero apud Nonacriam ciuitatem hanc dicit modicam quidem uideri è petra in uallem defluere: qui tamen minime discordes sunt, cũ eadem Arcadiæ pars, & Pheneus & Nonacris & Azania sit. Rhipa, quam ait Strabo interijsse, regionemq; tantum Rhipida uocari. Stratia urbs, de qua & Rhipa sic ait Homerus. ἠπείρωτε σχεδίωτε καὶ ἠνεμόεσσαν ἐφίσσαν. Stymphalus urbs & fons & campus & palus Arcadiæ, ubi Diana Stymphalia. Hic Strabo memorat Herculis de auibus fuisse Tropæum. Schœnus à iuncis ibi prouenientibus. Tegea. Homerus. καὶ πτόλιν εὖ ναιόμενον Τεγέην μαιμυκέα ἐρατεινήν. Hanc ditissimam Strabo testatur, simul & antiquum prouerbium. εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δὲ εἴην πτωχός. felix Corinthus: ego tamen sim Tegeata. Pausanias dicit Mantineum, Tegeaten & Menalum, Tegeam & Mantineam ædificasse, apud Tegeam quoque Mineruæ simulacrum fuisse Scopæ opus pulcherrimum, quod Augustus post Actiacam uictoriam ablatum Romæ in foro posuit. Telphusa, Lycophron. δίκλωτὰς σὴ τάξεσθ' πλουσία. est & Thelphusum Bœotiæ ciuitas Straboni. Tricolonum à Tricolono Lycaonis. Thynæum. Thisna Pausaniæ. Trapeza urbs prope Tricolonum Stephano. Hypsus urbs Pausaniæ VIII. Montes Arcadiæ Apsoris, Cynosura, Erymanthus, aper ab Hercule superati fama nobilis. Pholoe. Cyllene, ubi dicunt albas esse merulas ac canoras, quas noctibus per lunam capiunt, ut Eustathius. Flumina quoq; præcipua, Melas, Crathis, Ladon,

Oresteum
Onchæum
Orchomenũ
Parrhasia
Phalantus
Phigalea
Pallantium
Pholus mons
Pylæ
Pheneus
Rhipa
Stratia
Stymphalus
Schœnus
Tegea
Copæ
Telphusa
Thyneum
Thisna
Trapeza
Hypsus
Apsoris
Cynosura
Erymanthus
Pholoe
Cyllene
Melas
Crathis
Ladon

INSVLAE IONII ET AEGAEI

MARE QVOD Thucydides primo libro Græcum, nostri nautæ Archipelagus appellant, in hoc comprehendi mediterraneo palàm est, uarijsq; ex causis uaria sibi nomina usurpare. Insulis insuper plurimis refertum, late regiones nõ solum Græcorum, sed partim barbarorum obire. Romani, uti Plinius refert, hæc omnia maria duobus nominibus appellant, Macedonicum, quodcunque Macedoniam & Thraciam, Græciense quod Græciam abluit. In hoc spatio Ionium est à Leucopetra, ubi Adriaticũ desinit, usq; ad Isthmon Corinthiacum, dictum ab Io, quæ bos illud tranauerit. Post Isthmon uero Aegæum, Creticum, Myrtoum & Icarium. Aegæo nomen dedit scopulus inter Tenedã & Chium, uerius quàm insula, extracto nomine à specie capræ, ut Plinius ait. Alij ab insula quam Aegas Homerus uocat. δίδυλα δι' Ἑλίκης ἱερὴ ἀιγάς. Hæc sacra erat Neptuno, qui ut scribit Nicocrates phantasmatis quibusdam noctur nis incolas infestabat. Pherecydes ipsum Neptunum Aegæum appellatum fuisse dicit, unde & mare ab eo cognominatum. Hoc pelagus sanè procellosum ob frequentes insulas ab autoribus describitur. Est & Aegæus campus in Phocide à fluuio Aega nominatus Eustathio. Igitur de Ionici prius insulis dicendum, quæ Epiro adiacent in mari Thesprotico, quarum potissimæ Cercyra, Cephalenides, Echinades. CERCYRA à Græcis appelatur: nunc Corfinium, diuersa à CORCYRA quæ parua est insula in Adriatico Venetis possessa. Oblonga est milibus passuum nonagintaseptem. Cum portu & ciuitate eiusdem nominis libera, & oppido CASIOPE templum Iouis olim habente, itémque promontorijs Phalacro & Amphiboli: uocata ab Homero Phæacia & Segeria, à Callimacho Drepanum, ut Plinius refert. Eustathius in Dionysium scribit, hanc quondam potentia nauali floruisse, & bello Persarum toti Græciæ communi sexaginta triremes armasse. Esse præterea Corinthiorum ædificium. Cuius rei originem enarraror Apollonij poetæ hoc modo refert, BACCHIAS filius Dionysij Corinthi agebat. Cuius successores Bacchiadæ

Cercyra
Corcyra
Casiope
Phalacrum
Amphibolis
Phæacia
Segeria
Bacchiadæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellati,nobilitate ac potentia polluerunt.Cumq; interfecissent Atteonem magnum apud Corinthios uirum,Melissus pater de republica benemeritus ad ultionem populum concita uit. Pauloq; post ex nimio dolore præcipitem se è loco sublimi dedit.Igitur cum expelleren tur Bacchiadæ,unus ex eis Chersocrates cum socijs Cercyram tenuit expulsis ueteribus co lonis,qui fugientes ac Ceraunia & Epirum prætereuntes ad Oricum in Illyrico peruenerũt, eáque loca ubi Abytes sunt tenuere.Hic Alcinoi cum Nausicaa filia regnum,hospitium que Vlyssis & horti celebrati:nunc omnia in Venetorum concessere potestatem, qui eam insu lam simul & uicinas proximis annis contra tot milia turcarum diuinitus defenderunt. Ce phaleniam Plinius Melenam prius appellatam dicit,Hellanicus & Dulichium . Strabo au tem nõ idem apud Homerum uocari,præterea tetrapolim esse, sed suo tempore ad nihilum redactam C.Antonium cum hic exularet & penè dominaretur restituere conatũ fuisse.Eu stathius in Homerũ dicit Cephalenidas insulas Teleboas & Taphios,de quibus post pau lo dicã, tenuisse, donec Cephalus progenitor Vlyssis ex Athenis ab Amphitryone missus eos expugnauit,donoq; habuit ac Cephalenidas à suo nomine appellauit.Et successione de inde cum ad Vlyssem uenirent,ab eodem Troianis temporibus ducti fuere,ut Homerus in catalogo ostẽdit.Inter Cephalenidas SAME insula est altera à Samo Ionica,Homerus. δοιὼ λίχιόν τε σάμην τε καὶ ὑλιένταζάκυνθον. Huius coloni Samei appellantur:alij Samij Straboni. Adiacent Cephaleniæ & ECHINADES insulæ ab echinorum frequentia dictæ,sicuti Se piades à sepijs.Lagusæ à leporibus.Phycusæ ab alga.Pythecusæ à simijs.Pityusæ à pinis,ut Eustath. Strabo quoq; inter Echinadas & Zacynthum insulas ἐξῆς, id est,ACVTAS po nit,ab Homero δοὰς, id est,celeres uocatas,dicitq; per Troiana tempora per Megetem Phy lei filium,& illas Echinadas tenuisse.Phyleum enim iratum à patre Augea Elidis & Epeorũ rege discessisse,atq; hæc loca cum Epeis occupasse,Dulichiumq; condidisse.Homerus. μέ γης, ὃν τίκτε δῖ' Φύλος ἱππόθα φυλεύς, ὃς ποτε Δουλίχιονδ' ἀπάσατο πατρὶ χολωθείς. ASTERIA inter Cephaleniam & Ithacam,Asteris ab Homero dicta. ἔσι δέ τις νῆσος μέσῃ ἁλὶ πεπτάκεσσα, Ἀστερὶς οὐ μεγάλη. DVLICHIVM & Dulichia di citur à Dulicho Triptolemi filio: est & insula Doliche in Lycia, altera ciuitas in Campania Stephano.Strabo autem hanc circuitu centum sexagintastadiorum esse,& originem à Phy leo quem supra memorauí habuisse dicit. ITHACA clara tantum Vlysse, sterilis alioquin ac parua etiã Ciceronis testimonio in orationibus his uerbis. At si uos, id quod iure debet, uestra patria delectat,cuius tanta uis est ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam ni dulum adfixam uir sapientissimus immortalitati anteponeret. In ea Neritus est mons quem in primo Odysseæ idem poeta νήριτον ἐνοσίχθονα uocat. Hinc Neritius Heros Vlysses ap pellatus est: altera in Syria Ithaca Eustathio. CROCYLIA plurali numero & singulari Crocylium memorat Thucydides:nec solum insula est,ut ait is qui scripsit Ethnica,sed pars Ithacæ diuisæ in partes quatuor. Prima ad meridiem & mare pertinet, secunda ad nauale, tertia ad Crociliũ, quarta ad Aegilipa quam Tracheam Homerus uocat.Eustathius. ZA CYNTHVS à Zacyntho filio Dardani,alia in Hispania,tertia in Libya Stephano.Apud Homerum utroq; genere profertur. ἠδὲ ὑλίεσσα ζάκυνθος, ἠδὲ ὑλίεντα ζάκυνθον. TAPHIAS insulas prope Echinadas etiam Strabo ponit,quarum caput Taphus:ijs Taphij & Teleboæ imperauerunt,de quibus huiusmodi repetit originem enarrator Apollonij poetæ.Perseo ex Andromade,ut narrat Herodot⁹,quatuor fuere filij Alarus,Steneleus,Mestor & Electrion, qui simul regnauerunt.Ex Hippotoë Mestoris filia,& Neptuno Pterelas genitus,ex Pterela Telebos & Taphus,à quo Taphus insula,in qua Teleboæ ac Taphij communi nomine & imperio fuere. Igitᷣ ij Hippotoës eorũ auiæ pecuniã, ab Electrione eorũ necessario qui pro ea spopondit, repetebãt:qua negata ad arma uenere, armenta abegerunt,ipsum deniq; & fi lios sustulere.Alcmena Electrionis filia patrẽ ultura, Amphritryonẽ Thebanum hominem potentissimũ in matrimoniũ accepit,atq; hoc pacto bello inter eos conflato ab eodem Am phitryone deleti sunt,eorumq; regnũ Cephalo profugo Atheniẽsi qui exercitui præerat do natum.Quod ad Vlyssem è successione peruenit.Hæc ille.Ex quo apparet Teleboas & Ta phios omnibus ijs insulis imperasse. In eodem mari è regione Eleorum duæ cernuntur insu læ STROPHADES appellatæ antiquo Harpyiarũ receptaculo claræ: unde ἀπὸ τῆς στροφῆς nomen auspicatæ,quod huc conuersæ sint à Zetho & Calaí è Phinei mensa fugatæ. In qua rum altera Cœnobium hodie diui Basilij uisitur, altera Ornithonis usum monachis suppe ditat

Alcinous
Cephalenia
Cephalenidas
Cephalus
Vlyssis
Same
Echinades
Acutæ
Asteria
Dulichium
Ithaca
Crocylia
Zacynthus
Taphiæ
Taphiorũ & Teleboarum historia.
Perſei proge nies.
Strophades
Cœnobiũ Basilij

ditat,tãta Græcis alioquin seueritas, & in hac parte religio,ut turpe Christi seruis existimẽt auiaria huiusce modi aut leporaria propter coitum ob oculos uersari.

CYCLADES ET SPORADES

ADIACENTES Ægæo Creticoq; mari Cyclades sunt & Sporades,hæ quod sparsæ,illæ quod in orbem consistant, appellatæ.Has alias alij ac penè innume rabiles faciunt,quæ omnes partim in Venetorũ, partim in Turcarũ uenere po testatem,magnaq; ex parte nomina mutauerunt.Antiqua Samus,Samothra cia,Imbrus,Pathmos,Anaphe,Tenedos,Cia,Chius.Ten⁹,Thasus. Cycladũ prima Delos est ob Phœbi numen.Cũ cæteræ mouerẽtur,hæc sola stabilitate donata,ut ait Pindarus poeta:dictaq; à manifestatione sui,quod statim in mari apparuerit Plinio.Strabo apud hanc Cynthum montem & Inopum paruum fluuium ponit.Ortygiam nonnulli eandem cum Delo ponunt,alij uicinam. Plinius Ortygiam dicit à Latonæ lorore,& Asteriam ab astri similitudine Delum appellatam: apud hanc Cenchrius amnis labitur,ubi dicunt Latonam peperisse, oleamq; monstrari ubi post partum quieuit Straboni. PARVM quidam ex ARCADIA cõdidit,ut ait Callimachus.Nicanor aũt in Antonomasijs dicit eam uocatam esse Practiam,& Demetriada,& Zacynthũ,& Hyriam,& Hylessam,& Minoiam:Cabarnen à Cabarno quodam, qui raptũ Proserpinæ Cereri indicauit:postremo ab Iasonis nepote Parum. Hæc quondam in deditionem Milciadis ducis Atheniẽsium ueniens,promissis non stetit,statimq; rebellauit,ex quo apud Græcos prouerbium in fœdifragos, ἀναπαιστὶ ζαμ. autor Stephanus.Gignit marmor candidissimum,quod Lychnium uocant:quoniã ad lucernas effodiatur. Eo sunt usi primi omnium Dipetus & Scylus marmorarij. Plin.De Pario uero Propontidis ciuitate in Phrygia dixi. Naxos eadem & Strongile,& Dionysias dicta Plinio,sacra Baccho:hodie uero præsulem metropolitanum habet,& ducem è gente Veneta,qui plures in eo pelago insulas possidet. Mycon Plinio, Myconus Straboni.In hac sepulti dicũtur gigãtes ab Hercule interfecti: ex quo prouerbiũ, πάνθ' ὑπὸ μίαμ μύκωνον. In eos, qui ea quæ natura sunt diuidẽda,sub una scriptione ducunt.Vocant & Myconios caluos,q eorum regio sit huiusce modi. Syrus prima producta,quam Homerus in Odyssea Syriã uocat.Hinc fuisse traditᷣ Pherecydes philosophus.Est idem Scyrus addita c litera, ante Macedoniã insula Lycomedis,clara Homeri sepulchro, & latebris Achillis pueri, dum peteretur ad bellum Troianum:dicta quasi σκληρός, à loci asperitate. Scyri capræ mirabiles feruntur, & lapides uario colore præstantes.Eust.Seriphus locus asper,& aptus exilio.Hic dicit Ælianus de animalibus,Perseũ cũ capite Medusæ fessum quieuisse apud paludem,excitatumq; à ranis perpetuũ illis silentium ante Iouem patrem imprecatum:ex illo ranas ibi obmutescere. Tenus,ubi olim duo sepulcra, Zethi & Calaís filiorũ Boreæ,quorum alterum Borea flante mouebatur,ut ait enarrator Apollonij. Aristoteles de miraculis dicit in ea φιάλῳ cõmixtionem esse, unde ignem facile accẽdant. Et Athenæus in dipnosophistis fontẽ in eadem esse, cuius aqua uino minime cõmisceatur. Stephanus hanc Ophiusam dicit appellari: præterea alterã esse Tenum Laconiæ,unam è centum.Thera è Cycladibus una,quã Euphemus Argonautarum unus,iacta in mare gleba cõstituit,ac Callisten uocauit,incoluitq; Sesanius ex eius prognatis.Postremo Theras Autesionis filius,qui eò è Sparta uenerat, de suo nomine appellauit.Quam historiã ijs uersibus explicat. Εὔφημος βῶλον δὲ θεοπροπίῃσιν ἑαυθεὶς ἧκεν ὑπ' ἐρυχίην· ἡ δὲ ἐκπρὸ νῆσος ἀέρθη καλλίστη, παῖδωμ ἱερὴ Τροφὸς Εὐφήμοιο. ὃν πρὶν μὲν τέ δὲ σίντιάδα λῆμνον ἔναιον, Λήμνου τ' ἀζηλαβέντες ὑπὸ ἀνδρῶν τυρσηνοῖσι, Σπάρτην ὑσαφίκανον ἐφέσιοι. ἐκ δὲ λιπόντας Σπάρτην Αὐτησίωνος ἔϋς πάϊς ἦγαγε Θήρας, καλλίστην ἐπὶ νήσων· ἀμείψατο δ' οὔνομα Θήρης ἐξ ἑῆς μητρός· καλὰ τὰ μὲν μέτοπιν γένετ' Εὐφήμοιο. Euphemus glebã,augurijs lætus Misit summersam: hãc extra insula exorta est Calliste,natorũ sacra alũna Euphemi.Qui ante olim Sintiada Lemnon habitabãt.Lemnoq; expulsi à uiris Tyrrhenis,Spartam profecti sunt incolæ:deserẽtes uero Spartam, Autesionis bonus filius eduxit Theras, Callisten in insulã:mutauit autem nomen Theræ ex se,sed hæc quidẽ facta sunt post Euphemũ. In hac insula Eustathius ex aliorũ auctoritate tradit,quinquagenarios & septenarios homines moriẽtes inflictos esse:hos q limen uitæ attingẽtes ignorẽtur quales futuri sint:illos q satis diu uixerint.Anaphe,prope Therã, prius Membliarus dicta à conditore eiusdẽ nominis,qui cũ Cadmo socius missus ad inquirendã Europã fuerat:deinde cũ Argonautis in mari per tempestatẽ errãtibus hæc insula opportuna apparuisset,uocata ab eis Anaphe,ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνεσθαι. Eust.Hippurus,nõ ,pcul item à Thera

Delos
Cynthus
Ortygia
Cenchrius
Olearos
Paros
Naxus & Strongile.
Mycon
Syrus
Scyrus
Scriphus
Tenus
Thera
Anaphe
Membliarus
Hippurus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antissa à Thera. Antissa, est & altera Indiæ, quam Philo & Demades Milesius scribunt, tertia Les-
Cythnus bi ciuitas, Cythnus prius & Ophiusa, & Driopis uocata. Cythnicus caseus, & Cythnicus pi-
Nisyrus ctor in precio. Idem. Nisyros dicta ἀπὸ τοῦ νέω καὶ σύρω, id est nato, & traho: quod triden-
te Neptuni abscissa ab eo insula fuerit tracta à gigante Polybote natando: molari lapide to-
ta constat. Vinum praterea Nisyrum laudatissimum, ut Eustath. Strabo autem & Stepha-
nus dicũt Polybotem gigantem à Ioue fulminatum, hic natantem, & Neptuno tridente pe-
titum frustra: ictam Co insulæ partem, hanc insulam fecisse. Homerus. οἵ τ' ἄρα Νίσυρόν τ' ἶχον.
Giarus in ma ri Cretico. Giarus asperitate situs, & cœli inclementia infamis. Antigonus Carystius scribit in hac mu-
res letali esse morsu, ita ut ferrum usq; rodant: arborem si attingant, aridam reddũt. Circa ma-
re Creticũ insulæ potissimæ: Siphnus, Sosandra, Melos, Cythera, Calabria: ubi perijt Demo-
Siphnus sthenes. Siphnus prius Merope.
Sosandra Sosandra à salute nomen auspicata, quod à piratis incur-
Melos santibus incolas seruauerit. Stephanus.
Cythera Cythera urbem habet eiusdem nominis, unde Ve-
nus nomen sumpsit: ut apud Hesiodum fabula, à Cythero filio Phœnicis: uocabatur autem
Porphyrusa, ob pulchritudinem frequentiamq; purpurarum, ut testatur Aristoteles. Est &
Calabria Cythera populus Athenis Pandionis tribus. Stephanus. Calabria ubi Asylum Neptuno di-
catum, quò cõfugit olim Demosthenes illæsus, nisi sibi mortem ueneno consciuisset. Dicitur
hanc Neptunus commutatione Deli habuisse, dum insulas eas diꝝ sortirentur: sicuti etiã pro
Pytho Tænarum recepit: unde prouerbium in sponte receptis, & commutatis carmẽ illud.
ἴσον Δῆλόν τε καλαῦρειάν τε νέμεσθαι, πύθωνά τε ἀγαθέην καὶ τέναρον ἠνεμόεντα. Est & altera in Italia
Thasus Calabria. Idem. Thasus ædificium Pariorum Straboni. Arriano autem Thasij filij Neptuni.
Eustath. hanc insulam Aureã quondam uocatam fuisse dicit, ob inuẽtas aurifodinas à Phœ-
Cimolus nicibus, qui ex Thaso Phœnicio huc habitatum uenere, unde nomẽ insulæ inditum. Cimo-
Cimolia lus media producta, ex qua Cimolia terra apta nitro præparando Straboni. Hæc enim alba
Lerus est, linteaq; cãdidissima reddit. Lerus, hic Phocylides pessimos agere colonos refert, his uer-
Theras. quæ bis, Λέριοι κακοί, οὐκ ὀλίγοι, ὁ δ' οὐ. πάντες, πλὴν προκλέης καὶ προκλέης λέριος. Therasiam Strab. pro-
Sanctorinũ. pe Theram ponit: hodie Sanctorinum, cui dux idem ac Naxo præsidet, è gente Venera. Ca-
Casos sos oppidum habet sui nominis: circa illam plures insulæ Casiæ uocatæ Straboni. Homerus.
Casiæ οἵ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' ἶχον κρᾶπαθόν τε κάσον τε. Eustath. hinc coloniam traductam in Syriam di-
Helena quæ cit, quæ nomẽ dedit Casio monti, uocataq; prius Astraben. Helena inter Sporadas, quò pri-
& Macris. mum adplicuit Helena post bellum Troianum: uocatur & Macris è lõgitudinis forma. Ste-
Cranae phano. Strabo hanc esse putat, quã Homerus Cranaen appellat: ubi primum Menelaus He-
Icaria lenæ cõcubuit. Νάσῳ ἔν κραναῇ μίγη φιλότητι εὐνῇ. Icaria inter Sporadas Dionysius poeta
iam usq; suo tempore desertam fuisse dicit: ab hac Icarium mare. Quidam ab Icaro Dædali fi-
lio huc cadẽte, dictum putant. Coniungitur enim à septentrione Carpathio mari, ab austro
Carpathus Ægyptio, ab occasu Cretico & Aphrico Straboni. Carpathus insula tetrapolis est, quarum
tetrapolis. una Nisyrus eodem nomine cum insula supra nominata. Carpathium hinc pelagus, quod à
meridie Icarium habet. Eustathius dicit quod hæc Porphyris dicta est, à purpurarũ frequen-
tia, fert etiam ferrum. Prouerbium in eos qui male rem gerunt, ut cœpti pœniteat, Carpa-
thius leporem: eo quod insulares primum depores eò importãtes: paulo post quum uidissent
Amorgus eos segetes depasci, expulerunt. Amorgus inter Sporadas habet ciuitates tris, Arsenen, Mi-
tripolis. noiam, Ægialen: uocabatur autem Pancaie & Psythia, & Carsia à Carsio quodam qui eam
tenebat. Nicolaus Amorgen eam uocat. Hinc uestis Amorgnia, proprium habebat colo-
Oenoë rem. Oenoë prope Euboeam, postea Sycinus dicta, à filio Thoantis & Oenoës Naiadis. Hi-
storiæ meminit Apollonius. Φύγε καὶ ἐμὲ μή ἑ οἰνοίλω ἐξύσατο πρόδοτον ἄπτερ Συκίνου τε μεθύστερον ἄνδρα
Νάσον ἐπακτῆρες Συκίνου ἀπὸ, τὴν ἑὰ Θόαντι Νάϊας οἰνοίη τέκεν νύμφη. Astipalea ab An-
Astipalea cei matre appellata, alia in Co insula, alia in medio Cretæ, quarta in Samo, mons est prope
Calidnæ Atticam. Stephanus. Calidnas etiam insulas, quæ prope Lectum promontorium sunt. Ho-
merus inter Sporadas ponere uidetur. οἵδε δ' ἄρα Νίσυρόν τ' ἶχον κράτ' αβόντε κάσοντε, καὶ κῶν εὐ-
γυπάλοιο πόλιν, νάσους τε καλύδνας. Harum potissima Calidna, nonnulli Calimnam scribunt,
Aegles ubi mel nascitur cum Attico certãs. Aegles, ubi Agleti Apollinis fuerat templum. Anaphæ
Ceos finitima Straboni. Ceos, Cea, & Cia: tribus enim modis hæc insula inter Cycladas ab auto-
Cea ribus ponitur. Ptolemæo Cia, Straboni & Plinio Ceos, quamuis Coos mendose apud Pli-
Cia nium legatur, qui dicit à nostris hanc insulam Ceam uocari, unde Simonides fuit, & uestis
Cea uestis delectationi fœminis uenit. Ex quo Cea uestc, non Coa apud Propertium legi debet. Hanc hodie

hodie Permarini Venetorum patricia familia tenent: autor uterq; tetrapolim facit, è quibus Chius
duæ restant: Carthea uidelicet, & ea quam Iulidem uocant. Apud hanc quoq; insulam mos Cos
barbarus erat, ut maiores natu annos LX. qui se inutiles reipub. sentirent, ueneno uitam fi- Andros
nirent. Autores Strabo & Ælianus de uaria historia. Est & Cius oppidũ Mysiæ, & Chius, Olearus
itemq; Cos insulæ in eodem mari, de quibus mox. Sunt & aliæ, Andros, Olearus, Ascania, Ascania
Cynara, Doliche, Astragile, Pathmos diui Ioannis exilio nobilitata. Cynara
Doliche
Astragile
Pathmos

ATTICAE, IONICAE, AEOLICAEQVE INSVLAE. Aegina

CYCLADVM quoq; ac Sporadum extimæ quãm multæ, inter quas Atticas, Ionicas, Aeolicasq; Ægæum cõtinet, usq; in Hellespontum. Atticæ sunt, Aegina & Salamis: Aegina penultima correpta, quãuis apud Homerum metri cau-
sa producatur. Eius amplissima apud autores mentio, cognominata ab Aesopi filia Aegina Aeaci matre, quum prius Oenoë diceretur: nobile quõdam empo-
rium omnibus in eo mari negociantibus. Argentum prius ibi factum atq; signatum esse Eu-
stathius testatur, obolumq; Aegineum reliquis præstare. Hic Aeacus regnauit pater Thela-
monis, & Peleï: horũ fratre notho interẽpto, alter Salamina, Peleus uero in Thessaliã fugit. Aeacia festũ.
Æaco defuncto Triacon quidã Argiuus uacuã rege insulam inuasit: ex quo illa Argiua & Manteũ erat lami-
Dorica lingua partim cẽsebatur. Hic & Æacia fiebãt in Æaci honorẽ, & Manteũ erat lami- darũ. Manteum la-
darũ. Iusti enim Æginetæ prædicabantur, & hospitales, apud quos Iupiter hospitalis coli à midarum.
Pindaro dicit, ἔνθα σωτῆρια ξενίου πάρεδρος θ' ἁγνὰ θέμις. Hinc & Alcmedon & Timosthenes Alcmedon &
nobiles athletæ: hic in Nemea, ille in Olympia uictor, ut idẽ poeta testat. Altera est Ægina Timosthenes
prope Epidaurũ in cõtinenti: quapropter nõnulli Homeri carmẽ loco ubi dicit, quiq; tenẽt athletæ.
Æginam, legendũ putant, insulaq; Ægina ut enarrat Eustath. Salamin cõsequenter longitu- Salamin
dine LX. stadiorum ciuitatem eiusdem nominis habens: dicebatur Pityusa à pini frequen-
tia, & in bello Troiano Atheniẽsibus adhæsisse, ut monstrat Homerus, σὺν δ' Ἄγωμεν ἴν' Ἀθηναὶ
ᾠρίσαντο φάλαγγας. Sistit ducens, ubi Athenien sium constitere Phalanges. Quem uersum à
Solone seu Pysistrato qui Homerum interpollauit, additũ fuisse nonnulli suspicantur, ut au-
toritate Homerici carminis, ea insula de qua inter Megarenses & Athenienses acerrime cer-
tatum fuerat, in Athenien sium potestatẽ ueniret, quibus antiquitus militasset: ut autor idem
enarrat. Salamis altera apud Cyprũ, quam Teucer superiore relicta post bellum Troianum Salamis
ædificauit, nominata quandoq; Cenchrea, à uiro eius nominis, qui eam tenuit. Ophis ex mo-
ribus cognominatus: expulsus deinde ab Eurylocho est: autor idem. Hanc etiam Boccarus
rex potentissimus tenuit, à quo classis præfecto Lycophron poeta Xerxem superatum fuisse
dicit. Scyronides petræ ubi Scyron tyrãnus de saxo prætereũtes præcipitabat: sublatus dein Scyronides
de à Theseo fuit. Strabo, Samus Ionica insula, prius Parthenias, postea Anthemus, deinde Samus
Melamphyllus, postremo Samus dicta à quodã Heroe, qui colonos ex Ithaca deduxit. Ci-
uitates in ea XIIII. Tymbro & Patroclus cõdidere. Eustath. eam felicem quondam fuisse,
Iunonicq; dicatam, prouerbium quoq; esse propterea: Samum lac gallinaceũ ferre. Paulatim
deinde ob tyrannos eius defecisse: præsertim Syloso nta fratrem Polycratis. Parthenius hic Parthenius
fluuius labitur, qui postea Imbrasus est dictus, ut indicat Callimachi uersus: ἄντι γὰρ Ἰκαλίδης
ἠδ' Ἀθηνίς. Ex Samo laudata fictilia. Ausonius, Atq; abacum Samio sæpe oneratse luto. Pythago.
Hanc patriam Pythagoras ornauit, qui Syloso ntis tyrannidem pertæsus abijt in Aegyptũ. Syloso n, Poli-
Rediens autẽ cum nihilo melius rem inuenisset, secessit in Italiam. Samios Athenienses non crates tyrãni
obtemperantes graui obsidione mulctarunt: ac colonos ad duo millia miserunt. Strabo, Sa- Samothracia
mothracia quondã Dardania, quod Dardanus ex Hetruria fugiẽs hic substitit: mox in Tro-
iam traiecit, ut Eustath. qui etiã ex autoritate Aristotelis de rep. Samothraciæ dicit Leuco-
siam uocatã: deinde à Sao Mercurij & Rhenes filio Samus, Thracibus postremo habitata,
Samothracia appellata. Hanc Apollonius primo Argonautarũ Atlantidos insulã uocat, q
ut ait eius enarrator, Electra Atlantis filia eam habitauerit, quã incolæ Stratageda uocabãt.
Hanc dicũt ex Ioue tris filios genuisse, Dardanũ quem supra diximus, Iasiũ qui à Ioue fulmi-
natus fuit, & Harmoniã quã duxit Cadmus, quæ à matris nomine portas Thebarũ Electri-
das uocauit. In Samothracia mysteria quædã celebrãt: quibus initiati nautæ maris securitatẽ
auspicabãtur: ad hãc iussit Orpheus Argonautas descẽdere: hæc ille. Chius ciuitatem habet Chius
eiusdẽ nominis portuosam, capacẽq; nauiũ lxxx. Promontoriũ Melenã, montem Palmæũ, Melena
Aruisiam, locũ asperũ & importuosum, qui uinũ fert græcanicorũ optimũ: hæc Strab. Verg.

Vina

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aruisia Vina nouũ fundam calathis Aruisia nectar. Hæc nostra ætate adiectione unius literæ Maruisia dicimus, quæ prius è Chio, nũc è Creta optima ueniũt. Fert & nigrum laudatissimum.

Echalia Plinius dicit hanc liberam fuisse ciuitatem & Echaliam antiquitus appellatam, ex Metrodori uero & Cleoboli autoritate à Chione nympha cognominatã. Hanc deniq; Andronicus

Caunus Palæologus Imp. Constantinop. Genuẽsibus, à quibus imperio fuit restitutus, cõcessit. Caunus à Cauno dicta, adamato à sorore Biblide, quæ se præ dolore suspẽdit: unde prouerbium in amores inconcessos, κάωνος ἔρως. pestilens alioqui locus ob inclemẽtiam cœli. Ex quo narratur Stratonicus citharœdus illac iter habẽs, ac respiciens colorẽ hominũ ob pallorẽ prope subiuridem, dixisse illud Homericum lib. vi. Iliados, οἵκτιστος φύλοπις γενεή, τοίη δὲ μὴ ἀνδράσιν ἔστω, id est, Tale quidẽ genus est hominum, quale & foliorum. Refellentibusq; eius cauillũ, addidit nõ minus urbanum: quomodo eos dicã morbidos, ubi mortui ambulant? Lesbos Aeolicarum

Lesbus metropolis, mil. stad. circuitu, clara præsertim uulgata capitis Orphei fabula, quod extinctum, huc undis aduectum, ac locutum tradunt: ratio, quod post Orpheum in ea insula celeberrima ingenia eloquio claruerũt, quorum de numero Arion, Pythacus, Sappho, Alcæus,

Mitylene Therpãdus. Eius ciuitates plures. Lesbus homonyma insulæ, Mitylene, Erassus, unde Theo-

Erassus phrastus fuit: Methymna, uini feracissima: Pyrrha, Antissa, Sigriũ promontorium. Mityle-

Methymna nen hodie unà cum tota Lesbo Metellinũ appellãt, quondam Frãcisci Cataluſij Genuensis,

Pyrrha cui Caloioannes Imp. Cõstantinop. quod eius auxilio classis ad imperium restitutus fuerit,

Antissa dono cõcessit: nuper uero dum nostri eam inuadere uellent, à Turcis maxima clade reiecti.

Sigrium promon. Inter Lesbũ & Asiam insulæ circiter XL. Hecatonnesi dicuntur Straboni, in quibus Apol-

Hecatõne. lo colitur Hecatæus ab Homero appellatus, id est, lõge iaculans: inter quas præcipuæ Smyn-

Smyntha tha, Gryniũ, Cilla, Tymbra, ubi Smynthæus, Grynæus, Cillæus, Tymbræus Apollo colitur.

Grinium Tenedos uocata quãdoq; Leucophrys, deinde à Tenide puella Tenedos, quæ odio nouercæ calumniã apud patrẽ passa, quod à tibicine cõpressa fuisset, in pelui ab eodẽ posita, & fluuio Cydno permissa, delata est in hanc insulam: ubi Neptuno templum dicauit, in quod tibicines ob puellæ infamiam ex lege non ingrediuntur. Hæc Aelianus de uaria historia: hodie

Cilla

Tymbra

Tenedos

Lemnos quoq; nomen antiquũ retinet. Lemnos contra Troadem iacet: nũc Stelimnum appellatũ,

Myrina ubi Vulcani officina, & urbes duæ, Myrina, & Ephestia. Homer. Lemnios Sinties appellat,

Ephestia ubi Vulcanum è cœlo claudum cecidisse, primo Iliados dicit. Lemniades mulieres uiros interfecisse ad unum omnes, præterquã Hypsipileam, quæ Thoanti patri pepercit: cum alij tum Apollonius in argonauticis refert. Causa fuerat, quod cum Venus à uiris in sacrificio despiceretur, tetrũ odore uxoribus immisit. Illæ propterea despectæ, in uiros è Thracio bello cum captiuis pellicibus sibi adiunctis redeuntes coniurauerunt. Hæc insula à Ludouico patriarcha Aquileiensi, qui à Callisto III. cum classe aduersus Turcas fuerat missus: ex hostibus re-

Gnidus cepta fuit, statimq; post eius discessum deperdita. Gnidus geminos portus habet, ac in fronte insulam VIII. stad. circuitu: altã & aggeribus iunctam continenti, facientẽ Gnidum quodam modo biurbem: nam maxima eius pars insulam habet, utrunq; cõtingentem portum.

Fuere hinc Eudoxus mathematicus Platonis sodalis, Theopompus historicus, Ctesias medicus & historicus. Stra. Cos ciuitatẽ eiusdem nominis habet. Homerus. Κῶν Εὐρυπύλοιο. Euripalus enim Herculis & Calliopes filius in ea regnauit, dicta quondã Merope à Meropum

Cos quæ genere inibi habitãtium, uel à Merope cuius filia Co nomen insulæ dedit. Incolæ Coi dicun-

Longous. tur: clara Aesculapij templo, & Appellea Venere imperfecta, quam Coi Augusto dono de-

Tenarus dere: præterea Hippocrate medicorum principe, & Philete elegiarum poeta: tum Nicea tyranno. Hanc hodie Langoum uocant, in Rhodiorum quandoq;, postremo in Turcarũ po-

Isus testatem concessit. Tænarus insula in hoc mari dicta Stephano à Iouis filio Tænaro, qui &

Peparet. templum Neptuno in hoc loco cõstituit: clara insuper marmoribus. Ante Magnesiam insu-

Scyathus læ sunt Straboni, Isus, Peparethus, Scyatus, Halonesus, à sale quod ibi conficitur dicta, Pro-

Halõnesus connesus antea, ut ait Stephanus. Ante Thraciam Imbrus sacra Cabiris Thracum numinibus: & Mercurio, quem Imbrum fortunati uocant, ut autor idem dicit.

Imbrus

HELLESPONT. PROPONTIS, BOSPHORVS, EVXINVS.

POST Aegeum Hellespontus, Propontis, Bosphorus, & Euxinus cum eorum insulis sub uno aspectu cõsiderandi. Hellespontus enim nũc Brachiũ S. Georgij cognominatus: ab Helle Phryxi sorore in eo demersa, nomen olim auspicatus: longitudine procedens: hinc Sesto & Callipoli, inde Abydo & Lampsaco, spatio

co, spatio septem stad. freto diremptis, quod Xerxem põtibus iunxisse dicũt. Propontis uero est ubi paulatim mare ex angustijs spatiatur. In hoc omnis Asiaticæ Mysiæ sita est ora, hic etiam Cyzicus insula est duobus pontibus iuncta continenti, cum urbe eiusdem nominis, gemino portu, & naualibus: iuxtaq; montẽ Arctacem habet Straboni, ubi nutrices Bachi in ursas fuere conuersę, ex argumento nominis: ueritas autem quod hic mons maxime feris abundat. Eusta. Cyzicus autem de nomine regis etymũ trahit, qui ut est apud Apol-

Arctax

Proconnesus

Phœnix

Halone

Physcus

Ophiessa

Besbycum

Artabicia

Balcea

Harpagia

Aphnitis

Doliones

Macrones

lonium, Argonautas honorifice excepit: deinde cum in prælio cum Dolionibus congredere-

retur, per imprudẽtiam ab ipsis Argonautis est interfectus. Cuius genealogiã historiamq; in Onomatologia latius descripsi. Diogenes Cyzicenus qui res patriæ suæ conscripsit, dicit in Propontide has esse insulas. Proconnesum, Phœnicem, Halonem, quæ & Prochone uocatur: Physcum, Ophiessam, Besbycum. Sed & aliæ quoq; Stephano recensentur. Artabicia, Balcea, Harpagia, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν: unde raptus Ganimedes. Aphnitis palus, Terea mons. Præterea Dolliones populi, & Macrones, omnes Cyzico adiacentes. Sunt monstro

Zani & Lazi si quidam, quos Idæos dactylos uocant, statura gigantea: quibus Cyzicus imperat, & argonautæ pugna restiterãt. Macrones enarrator Apollonij à lõgis crinibus dictos esse uult à Macronibus populis Eubœæ, quorum coloni sunt. Strabo tamen hos inter gentes Ponticas ponit. Eustath. in Dionysium, dicit suo tempore Zanos appellari, regionemq; eorũ in ponto Zaniam. Idem & Procopius. Zanos enim & Lazos in dextera Ponti supra Trapezuntios ponit: & hæc quidem de Propontide. Rursus igitur mare in arctum & angustias

Thracius coit, & Thracius Bosphorus uocatur, latitudine D. pass. quã Dareus Xerxis pater copias

Bosphorus ponte transuexit, ut ait Plinius: Duo in his ora describuntur, exterius alterum & Boreale,

Dareus alterum interius & australe. Memorantur & Bosphori præter hunc duo alij: Cimmerius,

Cimmerius & Indicus. De hoc autem Arianus sic scribit, πόρθμος ὁ κατὰ χαλκηδόνα καὶ βυζάντιον ἀπότομος μύσιος, διὸ καὶ μύσιοι ἀνλιπέραμ ὤκουν οἱ θρᾴκης. ὕστερον δὲ βόσπορος, ἐπὶ τῇ συμφορᾷ οἱ ἴδιος. hoc est,

Indicus

Porthmus qui iuxta Byzantium & Chalcedonem est, aliquando Mysius dictus, q Mysij propè habitauerint: postremo dictus Bosphorus in transitu, à calamitate Ius bouis. Aliqui uero non ab Io, sed alio boue, quem è uaticinio quidam è Phrygia Byzantium transfretantes, ducem secuti sunt: eius deinde pro tali beneficio æneum Icona statuerunt, quem Chalcidonenses etiam templo honorauerunt. Posteris deinde temporibus dictus & Bosphorus ab oratoribus per quandam paraphoram, quod Philippus Macedo in expugnatione Byzantij noctu clam cuniculum effoderet, quo milites introduceret. Ciues igitur beneficio lunæ per rimas cuniculi fulgentis fraudem animaduertentes, sese munierunt. Hæc Eusta. in Dionysium. Dicitur etiam huiusmodi maris angustia, ex Græco & recepto uocabulo Porthmus, & Porthmea, sicuti terræ angustia duo maria dirimẽtis Isthmos. Sequitur Pontus,

Isthmus

Pontus inter duos Bospho.

qui inter duos Bosphoros, Cimmerium, & Thracium D. mil. pass. Polybio distantes. Dicitur & Euxinus, quod Hercules hunc locũ purgauerit, hospitalemq; reddiderit, cũ prius propter uicinos Scythas inhospitales, Axenus à Sophocle & ab alijs uocaretur: Hunc Herodotus maximum esse pelagus dicit: duoq; ibi inter se aduersa promõtoria, ueluti columnas geminas Pontum modo Scythici arcus contenti, qui cornibus coniungatur, coarctant: alterum ex his australe Carambis uocatur, quod ad terram Paphlagonum: alterum Criumetopon, quod ad Cimmerium pertinet, quare euenit, ut nauigãtibus ex oriente in occidẽtem, seu ex aduerso longe conspicientibus, finem se putent pelagi uidere, iuxta uero propinquã

Carambis

Criumetopon

Cyaneæ petræ, quæ & symplegades.

tes, prolixius q; putauerint protẽdatur, ex quo duo freta à Sophocle sunt appellata. Habet præterea Pontus Cyaneas petras, quas Strabo scribit paruas esse insulas inter se aduersas: alteram in Asiam, in Europam alteram spectantes, ab Europa XX. stad. diuisas. Pindarus fabulam secutus, uiuere eas dicit, extinctasq; tunc demum cum Argo pertransijt. Scribitur & de his in Odyssea. Dionysius & Herodotus eas πλαγκτὰς appellãt, quasi mobiles & errati cas. Dicũtur Cyaneæ à colore nigranti, ab undarum cõcursu & nauigiorũ: dicũtur & Symplegades à mutuo cõgressu, de quibus apud poetas mentio. Est & in eodẽ Ponto Thynias Ptolemæo, & item alijs: cuius perimetrum Eusta. ex aliorũ autoritate VII. esse stad. tradit, à nympha quadam Heracleotica eiusdem nominis dicta. Callisthenes in Periplo eam Thynida à Græcis uocari & insulam & regionem, à Barbaris uero Thyniam. Strabo item in eo dem mari propè Paphlagoniam duos esse scopulos dicit, à colore Erithynos uocatos, quod

Thynias

Erithyni

tellus in ea parte rubricare uideatur. Stephanus eos tamen inter Paphlagoniæ ciuitates po-

t nit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit,& Homerus in Paphlagonum catalogo collocat, ὑψηλοὺς ἐριθώλους. Apollonius in Argo nauticis, ἀταλὸς π πλευνέων τ ἐριθώλος. Inuenitur & piscis Erithynus ob eãdem coloris cau/ sam cognominatus. Cimmerius Bosphorus ab oppido Cimmerio uocatus, latitudine xxx. longitudine lx. stad. Straboni. Mæotis enim ipsa quasi Ponti mater dicitur. Mæa enim nu trix Græce. vij. mil. stad. spatium continet,& intus Alopeciam insulã: nam ut ait Polybius, cũ multi amnes in Asia atq; Europa in eam influant, euenit ut repleta palus per ostium suũ in Pontũ effundat: Pontus ipse in Propontidem: Effluxus causa est multitudo amnium in alueos permeantium: cum cõtinuo humore augeaf, necesse est & efferri per ostia: altera q multitudine & cõcursu arenarũ quas continue defluentes in Pontũ ac Mæotidem augent, usq; adeo aluei replentur, ut superferri humorẽ necesse sit. Quare opus ut ueniat quãdoq; tẽpus, ut utriusq; terræ prorsus æquetur: quod quidẽ ex parte factũ apparet: quippe Mæo/ tis iam ferè repleta est, altissima nanq; pars eius quinq; uel ad summũ septem ulnis extendi tur, ex quo maioribus nauigijs transfretari non possit, nisi nautis sex malum trahentibus. Cũq; ipsius aquam olim fuisse sapore q̃ simili marinæ omnes authores cõsentiant, nũc pa/ lus q̃ dulcissima reperitur. Quod & Ponto euenturum quandoq; eadem ratione ueri simi/ le est. Hæc de Ponto & Mæotide Polybius. Nunc ad insulas maiores Aegæi reliquiq; ma/ ris Mediterranei transeundũ: Eubœam uidelicet, Cretam, Rhodum, Cyprum. Eubœa pri/ mum ab occidente longo Euripo, qui ponte coniungitur, à Bœotia diducitur: à meridie Myrtoum, quod ab insula eiusdem nominis cognominaf, simul & Atticam ex uicino pro/ montorio Gerasto: ex altero uero promontorio Caphareo Hellespontum prospicit, lata ut maxime xl, longa cl. in circuitu ccclxv. pas. mil. Plin. computata. Dicta quoq; ab Asopi filia eiusdẽ nominis, seu ab Io, quæ in bouem olim uersa, antrũ prope insulam hanc nacta, peperit Epaphum: inde ab ipsa mugiente locus nomen auspicatus, ut tradit Eustath. Strabo alteram in Macedonia ponit, tertiam in Sicilia, quartam apud Argos, atq; omnes ab hac ꝓfectas. Quæ à Turcis capta fuit, ãno m.cccclxx. Die quo Paulus ii. Pont. apud basilicam Lateranẽ. pro ea liberanda supplicationes una cũ senatu populoq; Ro. ha buit, in quibus & seruatoris imago prælata, & nos aderamus. Eubœæ quam hodie Nigro/ pontum uocant, metropolis Chalcis est, deinde Erethria. Vtriusq; mœnia Troianis tẽpori bus antiquiora posuisse dicuntur Athenienses Straboni. Homerus utriusq; meminit. χαλ/ κίδαπ, τὴν ἐξέβαλ᾽ π πλευσάφυλόν θ᾽ ἱερὴν αἰαν. Est altera in Italia apud Cumas, huius colonia: præte/ rea apud Corinthum, in Aetolia, in Syria: unde fuit Iamblycus philosophus: apud Athon montem: postremo Chalcidis insula contra Calcedonem, ubi sunt æris metalla. Stephan. Erethria in ora sita Menelais prius dicta à patre Eurythi: deinde Erithreo, Phaetontis filio. Illam quam supradixi, Erethriam ab Homero memoratam, iam deletam esse Strabo mon/ strat, dicens: Hæc quæ nunc Erethria prope Oropum, ciuitas maxima Eubœæ post Chal/ cida metropolis est totius insulæ, sita in ipso Euripo, contra Aulida, uocata quandoq; Aro/ tria ob præcellens frumentũ farinamq; candidam. Altera Athenis Erethria fuerat, ubi nũc forum: unde hanc Euboicam originem habuisse uolunt. Est item Thessalica Erethria alia circa Pharsalũ. Istiæa & Estiæa dicitur, quæ postea Oreus uocata: unde Istiæenses. Istiotæ uero coloni ab Istiæa Thessalica. Erat autem hæc mulier filia Hyriei, quæ an dederit ciuita ti nomen, an acceperit, incertum. Sita est in excelso monte supra petram, ideoq; Oreus ap/ pellata, mutata o in ω ab Homero: nonnullis placet Orionem hic educatum loco nomẽ de/ disse. Regnauit hic Philistides tyrannus, quem Athenienses sustulerunt. Eusta. Cæterũ ui/ no bono hunc locũ abundare testaf Homerus, cum πλευσάφυλον eam uocat. Ellopia à Ello/ po filio Titoni, Cerynthus quando uocata, quam fluuius ambit, seu Budoras eiusdem cum monte Salaminio nominis. Hoc oppidum esse Istiænsium, & in ora situm testatur Strabo. Dion in excelso Cynæo Eubœæ promontorio situm: quare ab Homero dicitur: Dĩ mœ/ nia celsi. Est aliud in Macedonia, ubi certamen erat olympicum. Testatur insuper Strabo, apud Oreum, de quo supra dixi, Athenieñ. duxisse coloniam, quam Diada appellauerunt. Præterea Dias esse plures meminimus in Thessalia. Carystus in ora sub Oche monte sita, dicta etiam Aegea ab Aegæone rege, à quo & Aegæum pelagus, in eaq; templum Apolli/ nis marmorei, tum nobilis marmorũ lapidicina. Item lapis quẽ pectunt, nent, texunt: inde mantilia cõficiunt, ea ubi sordescunt, in flãmam proiecta nitescũt. Strabo, Plinius. Nos q̃q huius generis linum Romæ uidimus non absumi. Sita est contra Chium, ad Myrtoum pe/ lagus

Cimmerius Bosphorus
Mæotis
Eubœa
Eubœa quãdo capta.
Chalcis
Erethria
Istiæa & Oræus
Orion
Philistides tyrannus
Ellopia Dion
Carystus
Apollo Carystius
Marmor Carystium
Styra

lagus, dicta à Caryсto Chironis filio, à quo Chironia quandoq; uocata. Vinum Caryстium non hinc laudaf, sed ex Caryсto Laconica Straboni. Styra prope Caryстum direpta olim à Phædro Atheñ. duce. Styrachium uero mons Cretæ est. Adepsa urbs Straboni. ix. sita ad aquas Herculis calidas, ubi æris & ferri metalla. Callimachus. Δαιδάλεα ὑμὴν λαχένιμμι ἔργα σιδήρου. Euboici ferè omnes huic officinæ intenti, fabriq; omnes: nam & Epaphrodytus te/ statur ibi primum æra fuisse inuenta: Curetasq; qui cum Ioue conuenerũt, huic operi ua/ casse. Abantis quondam Eubœa, dicta ab Abante Argiuo, uel filio Neptuni & Arethusæ. Aristoteles ait, ꝙ Thraces ex Aba Phocensium urbe profecti incoluerunt insulam, colo/ nosq; Abantes cognominauerũt. Reperit enim quædam de Abantibus, deq; Dio huiusce/ modi apud Eustath. genealogia. Erictheo Pandionis filio fuere filij, Cecrops, Orneus, Pan dorus, Motion. Orneus Peteonũ cognomẽto Mnestheum regẽ Athenienſiũ genuit. Pan/ dorus Eubœam incoluit. Cuius alter filius Dias Dion ædificauit, alter Alcon, Abantes te/ nuit. Huius ígitẽ Calchodon Elephenorem suscepit, quẽ Homerus regem Abantium uenis se ad Troiam scribit. Eteonum urbs. Home. πολύκνημόν τ᾽ ἐπωπόν. nũc Scarpha, ut ait Eusta. uocatur, in monte sita. Memorant & illa parua oppida: Camæ, Elymnium, Marinarium, Tryche, Amarynthus. Montes quoq; Cotyleon, Dyrphis, Oche omniũ maximus: unde & ipsa Eubœa quãdoq; dicta est Oche, uel ἀπὸ τοῦ ὀχέω, ꝙ altitudine excellat, uel ἀπὸ τῆς ὀχείας, id est, concubitu Iunonis & Iouis, uel ἀπὸ τῆς ὀχῆς, id est, pabulo quo pecudes late pascũtur. Promontoria uero Cerastũ, quod Atticam: & Caphareum, quod Hellespontũ prospectat. Hic dicitur Nauplius Palamedis pater ignes noctu protulisse ultores, quibus adlecta classis Græcorum naufragium passa est. Flumina duo præcipua Strabo cõmemorat: Careum & Neleum, eorumq; altero albas, atras altero pecudes epotas fieri, quod in Cratide flumine Brutiorũ in Italia dicit etiam euenire. Creta à Curetibus, qui primo insulã habitauere: inde per syncopen dicta, siue à Crete Iouis & Ideæ Nymphæ filio ut Stephanus, ut uero Plin. ex autoritate Dosiadis, ait, à Creta nympha Hesperidis filia: Anaximander à rege Curetum, Philistides Aeriam, deinde Curetam quondam & Macarem à cœli temperie dicit appella/ tam. Terminatur Ptolemæo ab occasu Adriatico, à septentrione Cretico, à meridie Puni/ co, ab oriente Carpathio maribus. Patet longitudine Plinio pas. mil. cclxx. latitudine. l. Cẽ/ tum olim urbibus habitatam fuisse sanè inter omnis cõstat authores, apud Homerum uero tantũ. xc. Nam in Odyssea ἑκατομπόλις appellaf, quoniã Leucias, cuius Lycophron memi nit, decem in ea ciuitates deleuit post bellũ Troianũ. Tradit Ephorus decem fuisse ædifica/ tas, sed omnino cõstat secundũ eum atq; alios, Homeri tẽpore centum fuisse ciuitates. Cre/ tensiũ remp. antiquissimã omnium Minos iustissimus legibus cõstituit, ut est author Aelia nus de uaria historia, idq; probare uidetur Homerus, cũ ciuitates eorũ εὐναιετῶσας appellat, id est, bene cultas atq; habitatas: & Archilochus cauillans in quosdã ait, νόμῳ δ᾽ ἡ κρητὶς δι᾽ ἅπαντος, quasi optimæ leges Cretensiũ fuerint. Potentes mari quõdam fuisse, prouerbium Græcum est argumẽto, quod per ironiam dicitur: Quasi Cretensis ignorat mare. Alterum eos agitat prouerbiũ, quod in quenq; astutum iactamus, κρητίζεις, id est, Cretizas, quod hu/ iusmodi sint illi natura. Hic Iouis infantiam Curetes dicũtur occultasse, crepantibus armis. Quod genus hominũ & in Eubœa, & in Aetolia, & in Acarnania sparsum, in unũ tamẽ re digitur. De quibus, deq; eorũ origine nõnulla in Epiro & Acarnania dixi. Nam ut ait Stra/ bo, & Curetas & Corybantes, & Cabiros, & Ideos dactylos, & Telchinas eosdem esse populos, nõnulli uero cognatos inter se dixerũt. Cretam in potestatem redegit primus Ro manorũ Metellus Creticus, insequentibus deinde tẽporibus sub Imperatoribus Cõstanti/ nopolitanis diutius fuit: postea cõcessa Bonifacio Montiferratensi, à quo demum Venetis magno diuendita fuit, anno M. cxciiii. sub Henrico Dandalo duce rebellans. Deinde M.cccxliii. per Andream ducem sub iugum missa. Vrbes nunc in ea decem cũ Præ/ sulibus cernunt, inter quas metropolis una, quam Candiam uocãt, ubi & Prætor Venetus ius dicit, & portus est: reliquæ Rheteniũ, Cania, Sitia incolumes: cæteræ semidirutæ, Chi/ sanum, Arium, Miloporamũ, Arcadia, Chersonnesus, Hierapetra, omnia ferè mutata no/ mina. Nũc uero ad antiquas ueniamus, inter quas Cnosus, Cortyna, Cydon urbes mediter raneæ Straboni ponũtur à Minoe ædificatæ. Cnosus prius Ceratus à flumine dicta est, eã Homerus in Odyssea Minois regiam uocat, ubi ille nouem annos regnauit, descendens in antrum: unde se mandata legesq; à Ioue haurire dictitabat, ἔνθα π Μίνως ἐννέωρος βασίλευε

Adepsa
Abantis
Eteonum
Camæ
Elymnium
Marinarium
Tryche
Amarynthus
Montes
Cotyleon
Dyrphis
Oche
Promontoria
Ceraстum
Caphareum
Nauplius
Careum
Neleum
Creta
Centũ Cretæ urbes.
Minos
Curetes
Corybantes
Cabiri
Idei dactyli
Telchines
Candia
Cnoſus
Cydon
Cortyna

Universidad de Deusto
Biblioteca

Διὸς μεγάλου ἕδρισύς, Sita est in plano contra Peloponnesum: Romanam postea coloniam accepit. Cortyn siue Cortyna diu sine mœnibus fuit, per se munita, donec Ptolemæus Philopater eam muro cinxit, complectens ambitum LXX. stad, Strabo. Hic prope Labyrin-
Labyrinthus thus, cuius dicunt adhuc extare uestigia, ut retulit mihi noster Georgius Alexander, eius insulæ præsul, qui locum adiuit. Mons est effossus, ac undiq; concauus, una tãtum & angusta uia aditur. Dux loci peritus præcedit cum ardente funali, inextricabilem errorem per te-
Themenos nebras monstrando. Non longe distat mons alter accessu difficilis, situ inexpugnabilis, qui
Lyctus lucus Iouí antiqua superstitione sacer fuerat, hodie Themenos ab incolis appellatus: ut idẽ
Lycastus Georgius dicebat. Lyctus, itemq; Lycastus urbes. Homerus. λύκτον μίλητόν τε, καὶ ἀργινόεντα
Phæstus λύκασον. albentem uocat Lycastum, quod terram habeat albescentem: est & alia in Ponto Stephano. Phæstus cum acuto profertur, ad differentiam Phæsti grauitoni. Dicitur à uiro
Dion eiusdẽ nominis, Herculis ex Ropalo filio nepote, distat à Cortyna stad. lxx. à mari. xx. aliã
Rhytium in Peloponneso Phæstum supra memorauimus. Dion, Rhytium, Polyrenum, ἀπὸ τοῦ πολλὰ
Polyrenum ῥύτια, hoc est, multas oues habere, quod fœcundus sit, & idoneus pecuariæ locus. Arcadia
Arcadia Stephano ex authoritate Demetrij, nunc semidiruta, cui præerat Georgius Alexander su-
Eleutheræ pra memoratus, q̃ paucis ante annis Romæ ꝓfitebat. Eleutheræ, prius Aorus dicta à nym-
Aorus pha quadam Stephano, sita ad Catactũ fluuiũ. Oaxus urbs in monte sita: unde (ait Stephanus) nomen accepit. ὄαξος enim apud plærosq; Græcos præruptus, præcepsq; dicitur. He-
rodotus ait, in hac regnasse Erearchum Batti Cyrenarum conditoris filium. Oaxi memi-
Olerus nit Vergilius. Cretæ ueniemus Oaxum. Olerus, de quo Zenon in Creticis ait, ante sacrã
Lampe Pitnam Olerum fuisse ciuitatem in alto monte sitam, ac sacra Penei cum deæ faciunt: Ole-
Bienus riam appellant celebritatẽ. Lampe urbs Agamemnonis ædificiũ, alia in Arcanania Steph. Bienus urbs, ἀπὸ τοῦ βίας, quod hic Mars uim sit passus ab Oto & Ephialto Neptuni filijs,
à quibus etiam ibi sacris est honoratus, quæ Hecatonphonia uocabãt. Per siccitatem olim coloni hanc urbem relinquentes, Hydruntem in Italiam applicuere, ibiq; nondum mœnibus conditis, responsum accepere, ut loca palustria maxime peruestigarent. In Asiam igitur tendentes, apud Rhydam fluuium in Galilææ regione urbem ædificauerũt: Biamq; uocauerunt, ob quandam apud eos uirginem Bamiam ab hiatu terræ absumptam. Cuius Eu-
sebius in ecclesiastica meminit historia. Stephanus. Atq; hæc quidem mediterranea, littora-
Hierapitna lis autem regio meridiem uersus: Hierapitna urbs, nunc ad uicum redacta, quam Hierape-
Eritheum tram in codice fisci appellant, præsulem habentem. Eritheum. Leon promontorium. Aste-
Leon promõ. rusia mons: unde coloni Asterusiani ciuitatem supra Caucasum ædificauerũt. Stephanus.
Asterusia Ad septentrionem uero Heraclea, Panormus, Dium, Rhithyna contra Atticam, quam ho-
Heraclea die Rhetinum in fisci codice scribunt: præsulem habet. Cysanium urbs item ad uicum re-
Panormus dacta, præsulem tamẽ habet: hæc Plinio urbs dicitur: Ptolemæo promontorium. Cydon la-
Dium conicam spectans, tertia post Gnosum & Cortynam nobilitate connumeratur, à quibus
Rhythina æque abest stad. lxxx. Straboni. Amphimala, quæ sinui nomen Amphimalo dedit. Minoũ.
Cysanion Dictamum. Aptera urbs, cuius etymum Stephanus huiuscemodi adfert. Sirenes de cantu
Cydon in eo loco cum musis certantes ac uictæ, depositis ex humero alis, albo se inficientes, in ma-
Amphimala re proiecerunt, ex quo Aptera locus, quasi sine alis. Insulæ uero iuxta Leucæ appellatæ ex
Minoum adsumpto colore. Ptolemæus quoq; in hac parte montes Leucos ponit. Pantomatiũ. Dre-
Dictamum panum promontorium. Ex orientis parte Camara urbs, & Zephyrium promõtorium. Ex
Aptera occidente Chersonnesus. Coryx. Criumetopon item promõtorium, quod arietis speciem
Leucæ præbeat. Est aliud circa Pontum Euxinum. Mõtes uero præ cæteris nobiles, Dicte, & Ida,
Leuci montes apud hunc & Panacra mons alter: cuius meminit Callimachus. ἰδαίοις ἐν οὔρεσι, ἅτε κλείσας
Pantomatiũ πανάκρα. Est & Cypri urbs. Rhodus sicuti & Cyprus in Asia est, uocabatq; prius Ophiusa:
Drepanum postea Telchinis, eo ꝙ Telchines eam incoluerunt, genus hominum maleficum & fasci-
Camara natoriũ: qui ex Creta primũ in Cyprũ, deinde huc cõmigrauerunt, & ferrũ prius & æs ex-
Zephyrium ercuerunt. Post Thelchinas Abliades succesſere: ex quorũ uno Cercapho & Cydippe cõ-
Chersonnesus iuge filij procreati sunt, qui urbes de nominibus suis condiderunt: Lindũ, Ialysum, & Ca-
Coryx mirum. Quidam putãt à Tlepolemo ædificatas, Herculis & Astiochiæ filio, eisq; nomina
Criumetopon filiarum Danai indidisse. Hæc Strabo. Homerus Tlepolemum hunc Rhodios ad bellum
Rhodus Troianum duxisse dicit, autorem generis, & illarum trium ciuitatum. Αἰνόμ, ἰλλυσόν τε, καὶ
Telchinis ἐγχιόεντα κάμειρον. ob eam causam Pindarus Tlepolemi insulam eam uocat, dicitq; à Rho-
do nym-

do nympha Solis ac Veneris filia dictam. Rhodios quoq; Mineruæ primum sacrificauisse statim ubi è Iouis illa processit ceruice. Iouem proterea loco beneficij in ea auro pluere iusisse, ex quo diuitijs insula referta est. βρέχε θεὸν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέοισι νιφάδεσι πόλιν ἀγχαφαίσου τέχνασι. De diuitijs eius etiam Homerus. Chara Iouí tellus hominũ regi atq; deorum: Quicq; & opes illi multas diffundit & amplas. Hæc omnia fabulosa referuntur, ut planè terra cõmendetur, quæ reuera fortunata fuit, quaqua uersus ad hominum salutem, aut etiã Colonias nauigando: unde & in Hispaniam usq; profecti, Rhodum ædificauere. Rhodij Dores sunt, eorum dicendi genus Quintilianus cõmendat, dicens esse mediũ inter Asiaticum & Atticum. Aeschynes cum à rep. excidisset, eò doctrinam Athenarumq; studia primus intulit: ac adeo is locus literis refloruit, ut deserta plurimi patria, undecunq; tanq; ad cõmune gymnasium eò conuenirent, mallentq; se Rhodios appellari, ut duobus Apollonijs alijsq; contigisse memoriæ proditum est. Duri fanè atq; asperi taxantur, uel ob dicendi genus, uel è situ regionis difficili. uestigia Apollinei templi adhuc monstrantur, ubi Colossum Cares Lyndius altũ cubitis DCC. ex ære extruxisse fama ferẽ, quo terræmotu postremo corruente, hostis Sultanus Aegypti, quum insulam inuasissent XC. camelos ex eo dicitur exoneraſſe. Hæc insula post amissas Hierosolymas in potestatẽ militum S. Ioannis peruenit, à quibus sæpe contra impetum Barbarorum defensa, patrum nostrorum memoria ab Habusato Aegypti Sultano bellum quinq; annorum pertulit: deinde à Calisto III. Ludouicus Patriarcha Aquileiensis eò cum classe missus, Rhodum à Turcarum longa obsidione soluit, eorum triremibus apud oppidum S. Petri depressis, ac Lemno recepto. Postremo Sixti IIII. tempore periculosissimum eorundem hostium sustinuit bellum, mœnibus penè deiectis, quod tandem diuina ope, & militum uirtute euasit, ubi & quædã auxilio nostris ferunt uisa portenta, duce ipso ac Magistro pro mœnibus astante, ac ad extremũ pro fide, proq; patria ad laborem, sui exemplo cæteros inuitante. De ipsius urbibus tribus nihil nunc restat, nisi Ialysus, qui Rhodus appellatur eodem cum insula nomine, quò cæteræ cõmigrarunt usq; Plinij tempora. Lyndus enim in monte sita, nobile Mineruæ templum habebat à Danaidibus exstructum. Hinc Cleobulus unus è septem dicitur fuisse. Cyprus, Crypta prius Stephano uocabatur, quod à maris undis uideatur abscondi, & Ceraſtes ob montes frequentes, quasi cornua quædam prætendẽtes, & Amathusia & Minois & Achamantis circuitu Straboni trium milium & cccxx. stad. Plinio ccclxxv. pas. mil. simílis Eustathio. Posita uero Ptolemæo ex parte septentrionis Issico sinui proxima, à meridie Aegyptio pelago, ab occidente Rhodo. Insula mollis alioquí, & Veneri dicata: nam ex eius nomine κύπρις Venerem appellãt Græci. Trogus scribit, Cyprios uirgines suas prius nautis in littore ꝓstituere solitos: deinde matrimonio collocare. Nos in urbe Roma uidimus Carlotæ reginæ comites, haud famæ priscæ nequitia cedentes. Habuit & tyrannos olim græcos: Teucrum primo qui condidit Salamina, eiusq; prolem usq; ad Euagoram & filiũ eius Nicoclem, ad quem est Isocratis oratio. Verũ postea, ut ait Strabo, iuuantibus Romanis in manus uenit Ptolemæorum: quorum postremus, ꝙ parum gratus uideretur erga rempub. sublatus est. Causa fuit P. Clodius Pulcher: captus olim à piratis, Ptolemæo scripsit ut precium ei ad liberationẽ mitteret: quod admodũ paruũ ei missum pyratæ spreuerũt, liberũq; gratis dimisere. Creatus inde Romæ Tribunus euicit, ut M. Cato prætor in Cyprum mitteretur, eam regi ablaturus, quod cum rex præsensisset, uenenum sumpsit. Cyprus prætoria prouincia deinde facta, q̃q; Antonius Cleopatræ & eius sorori Arsinoe eam tradiderit, post eius mortem ad remp. redijt. Hæc ille. In eandem ferè sententiam: Rufus Cyprum, inquit, famosam diuitijs populus Ro. paupertate sollicitus occupauit. Eam rex fœderatus regebat, sed penuria ærarij lege lata per P. Clodium trib. pl. Cyprus cõfiscari iussa est: quo accepto nuncio, rex uenenum hausit, quo uitam priusq; diuitias, amitteret. Occidente deinde imperio, Constantinopolitani Imp. eam tenuere, quos primum è possessione eiecit Ricardus Angliæ rex. Hierosolymã classe petens, eò tẽpestate delatus cũ portu prohiberetur, indignatus, arma quæ in Saracenos parauerat, in eos conuertit, in potestatemq; insulam redegit, præsidioq; firmauit. Nec diu postea Guidoni Lusignano uiro Gallico, qui de Hierosolymitano regno pulsus fuerat, permisit, cõmutatione tituli regni Hierosolymitani. Igitur hãc ille acceptã suis per manus tradidit, donec regnũ longa successione ad duos peruenit fratres: quorum alter nomine Petrus cũ classe instructa Hispanis & Gallis Alexandriam inua-

Ialysus

Cyprus

Teucer
Euagoras
Nicocles
Ptolemæus

Tẽplum solis
Sultanus Babyloniæ

dit,ingenti inde abacta præda,paulopoſt reuerſus à fratre trucidatur,qui parricidij pœnas mox dedit.Nam in conuiuio quod ſumptuoſum parauerat anno MCCCLXXII. inuitati Genuenſes & Veneti iudices,quos Baliuos appellant,ac de conſeſſu & loco concertantes,Genuēſes ægre tulerunt,quod regis ſententia Veneti eſſent prælati, quapropter in eũ coniurauere. Re patefacta, rex coniuratos quotquot aderant una die è feneſtris prætorij deiecit, reliquis ad unum, qui Cypri agebant ex ea natione, necatis. Genuenſes hoc accepto nuncio,claſſem armant:ex improuiſoq; inſulam confeſtim inuadunt:regem cum coniuge capiunt:ac domum cum præda ingenti in triumphum ducunt. Regina, q prægnans

Ianus eſſet,in cuſtodia peperit,Ianum nomine:quod Genuæ,quam Ianuam corrupte uocant,natus eſſet:tandem utercq; dimiſſus ſub tributi cõditione,& Famauguſta quod Cypri eſt emporium,ſibi retenta.Ianus igitur patri ſuccedens,à Sultano Ægypti Melchella, ob memoriam paternæ inimicitiæ ſimul & iniuriæ inuaditur, dumq; claſſi claſſe occurrit,capitur ab hoſte unà cum Nicoſia:urbs diripitur atq; incenditur,ipſe poſtea CXX. milli. aureis ſeſe

Ioannes redemit,tributum pendere pollicitus. Huius duo fuere liberi Ioannes,& Anna,quam Ludouico Ludouici Sabaudienſis ducis filio locauit:Ioannes autem regno ſucceſſit, uir ſingulari mollitia præditus,qui ex Helena Theodori Deſpoti Ioannis Palæologi imperatoris

Carlota Conſtantinopolitani fratris filia Carlotam tantum ſuſcepit, ex concubina uero Iacobum.

Iacobus Filiam Ioanni cuidam ex genere Luſitanorum regio locauit, qui ſoceri regni res cunctas adminiſtrabat:demum ueneno ſublatus eſt opera cuiuſdam,qui cauſa illius rebus ac loco,

Ludouicus quem præcipuum apud regem tenebat,deiectus fuerat.Carlota deinde Ludouico Ludouici Sabaudiæ ducis filio eius patrueli tunc abſenti iterum nupſit.Iacobus uero præſul Nicoſienſ.à parentibus factus pontifice minime probante. At ille poſt mortem eorum ſpreto ſacerdotio regnũ inuadit.Ludouicus interea Carlotæ uir è Gallia adcerſitus ac claſſe inſtructus Iacobum de regno deiecit.Hic ad Sultanum confugiens eius ope reſtituitur, Ludouicum in arcem Nicoſiæ confugiẽtem expugnat.Regnum quoq; integrum cum Famauguſta,quam ad eam uſq; diem Genuenſes tenuerant, adeptus,utq; perpetuo munimento firmaretur,Catharinam Marci Cornarij patritij Veneti filiam in matrimonium duxit,quam ſenatus in filiam adoptauerat dote adſignata. Hæc poſt annum uidua ac prægnans relicta poſthumum pepererat infantem.Quo breui tempore pereunte regnum iure hæreditario ad Venetos peruenit,anno MCCCCLXXX. Ludouicus interea ad ſedes paternas remeauit. Quumq; ocio magis diuinisq; rebus quàm imperio natus eſſet,in ſolitudinẽ apud Ripaliam ſupra lacum Lemannum uſq; ad extremum ſe recepit. At Carlota uirago minime

Cypri ciuitates quieſcens dum obſideretur ſtatuit in Italiam Romam ad Sixti pontificis opes confugere:à quo pecunia tantum adiuta ad Sultanum inde in Ægyptum transfretauit, apud quem triennium auxilij expectatione quum fruſtra triuiſſet:re infecta Romã reuertit, ubi unà cum Cyprijs comitibus honeſti ordinis eiuſdem Sixti liberalitate ac miſericordia uſq; ad extremum uitæ tempus uixit.Cyprum & Rhodum Sultanus ſuæ ditionis ac regni Hieroſolymitani eſſe dictitat.Turcarum uero rex Othomãnus de Rhodo quod proximus ſit eius litori tantum contendit.Ciuitates Cypri plurimq; nominantur quæ iam interiere.Hæ ſolum

Paphus in codices fiſci relatę.Nicoſienſis metropolitica,Paphenſis,Famauguſtana,Anteradenſis, Limothonieñ.Ex his Paphum condidit Agapenor,qui dux claſſis Arcadũ in bellum Troianum, in reditu in Cyprum appulit,author Pauſanias.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER X.

ASIA

Taurus mons quot nomina commutet.

ASIA deinceps perſcribẽda par reliquis duabus,Tanai & Nilo ac Boſphoro Thracio diſcreta : dictaq; nonnullis ab Oceani filia:Herodoto autem à Promethei matre : Lydis uero ab Aſiæo Atyis filio, unde & gens quædam Sardis Aſia dicitur, ut tradit Euſtathius. Hanc uniuerſam Taurus diuidit, diuerſis uijs flexuoſus ac numeroſis nominibus ad cognata Ripheorum iuga ex oriente peruenies. Imaus prima parte ſui:deinde Egidis, Paropaniſus, Circius, Campodes, Pharpharides, Cora-

Coraxes, Orages, Oromades, Niphates, Turus. Atque ubi brachia emittit ſubinde tenanti maria ſimilis,Sarpedon,Ceraceſius,Gargius,iterumq; Taurus, portarum tamen nomine unitatem ſibi uendicans,quæ alibi Armenicæ,alibi Caſpicæ, alibi Ciliciæ nominantur.Quinetiam maria effugiens & confractus:diuerſis ſe gentium nominibus miſcet,à dextera Hircanis Caſpijs:ab læua Pariedrus, Moſchius, Amazonius, Coraxicus, Scythicus appellatus,in uniuerſum uero Græce Ceraunus.Arrianus autem lib.VI.de geſtis Alexandri Magni per Pamphyliam & Ciliciam,in Armeniam tendere ait, & hinc in Mediam flectere ad Partiæos uſq; & Choraſmenos,& Bactrianos exuperans congreditur cum Paropaniſo, quod Caucaſum uocant. Hunc primus è Syriæ regibus Seleucus pater Antiochi magni, ut ait Polybius,auſus eſt tranſcendere,ac late dominari.Pars Aſiæ potiſſima ac conionijs græcis frequẽtiſſima, Aſia ,prie appellata eſt,quæ modo magni Cherſonneſi duobus utrinq; eò coarctantibus æquoribus Iſſico & Pontico in mare prominet,ubi Ponti regio continetur. Simulq; Chalcedonia, Bithyniæ duæ, Phrygiæ duæ, Myſiæ duæ,Ionia, Æolia,Caria, Lycia,Iſauria,Lycaonia,Lydia,Pãphylia,Cilicia,Armenia:omnes cis Taurum præter Pamphyliam,Lyciam,Iſauriam,& Ciliciam.Ponti regio plures continet prouincias, Paphlagoniam, Galatiam. Cappadociam : tempore uero Theodoſij VIII. ſub eius diœceſeos uicario, Pontum Polemoniacum, Pontum Amaſiam . Honoriada,Bithyniam, Paphlagoniam, Armenias duas,Cappadociam. Ab Heraclea uſque ad Colchidem Strabo dextram Pontum,læuam Thraciam uocat. In hoc Mithridates XXII. gentibus quarum linguas nouit imperauit.A Romanis per Sullam, Murenam,Lucullum,& Cottam conſules ſuperatus , fortior reſurgebat, niſi per Pompeium penitus ſuccubuiſſet: annis quadraginta ſex bello confecto,ſuis tandem ob crudelitatem inuiſus, quum fruſtra uenenum ſumpſiſſet,ab amico mortem impetrauit:de quo uiro alibi plura.Pompeius Pharnacem eius filium ſocium populi Romani eſſe uoluit : Boſphori regem conſtituit : Pontum prouinciam fecit. Pharnaces in pugna contra Cæſarianos occubantis regnum Cæſar Mithridati Pergameno, cuius opera in bello Ægypti uſus erat tradidit, Poſt hæc Polemon Ponti magnam tenuit partem, quo extincto Pithodoris eius uxor duobus eius filijs regnum adminiſtrauit : poſtremo ſub Nerone Pontus omnis in prouinciam redactus eſt. Nouiſſimis uero temporibus Turcæ ea loca recuperauerunt è familia Candelorum , abhinc annos ferè CCL. qui haud diu ab Othomannorũ gente nunc omnibus late dominante expulſi fuere. Prima igitur ciuitas ac metropolis occidentem uerſus Heraclea eſt. Cuius Homerus non meminit,ſicuti neq; Amaſtris neq; Sinopis,quod uidentur poſt eum fuiſſe. Huius nominis plures fuere in Sicilia,Libya,Sardinia,Italia. Gallia,Creta,& alijs locis plu

Paphlagones tibus, quæ à Stephano commemorantur . Deinde Paphlagoniæ ſequuntur populi, unà cum Pontícis mixti , ſeu pars potius Ponti . Paphlagoniam, Plinius Pylemeniam dictam fuiſſe ait,à Pyle flumine,quod inter Mariandynos & Paphlagonas fluens fertur in Pontũ. Euſtathius uero & Stephanus,à Paphlagone Phinei filio dicunt.Eam Philemenes amicus pop.Rom.ut ſcribit Rufus,tenuit:ſępe à Mithridrate expulſus:deinde reſtitutus:ſtirpe deMariandyni nicq; regia deficiẽte Neronis tempore prouincia facta eſt.Gens alioquin barbara, quamuis mixta Græcis, à lepore tamen eorum procul. Cauillus exagitat comicus quendam,ut Paphlagonem uiſum,quod in concionibus lingua ſemibarbara uteretur.Euſtathius. Horum populi Mariandyni ſunt, oram habitantes uſq; ad fluuium Parthenium:quos Strabo dicit à Thracia profectos.Horum meminit Eupolis antiquæ comœdiæ: χρυσογένυ.ὁρῶ θεῶ τὴν μαγαδίνικαν. Apud eos tibicines canere primum Threnos ſunt ſoliti : unde prouerbium, μαγαδίνικον μέμνησαι θρηνητῆρος. Threnetici & Cares:unde & Carica Threnetica dicuntur. Huiuſcemodi ſunt etiam Phryges & Myſij . Quare Æſchylus ait : βοᾶ τὸν μύσιον. Ferunt authores Mariandynum filium Tityi threneticam ornaſſe melodiam,eamq; patrem Marſiæ tibicines docuiſſe. Hinc Mariandyni authorem ſui generis imitati ſunt:quem etiam uenando extinctum quotannis in æſtate lugent.Hæc Euſtathius.Apud eos urbs nobilis altera Heraclea eſt,Megarenſium colonia, Herodoto:Straboni uero Miletiorum, circa quam Acheruſia Cherſonneſus, ubi dicunt Herculem ex inferis Cerberum extraxiſſe. Arrianus uero ſic ait: Mariãdyni Paphlagonum gens Sangario fluuio uicini, ubi Heraclea eſt, apud quam Cimmerij,qui more patrio ueſcũtur herba,in aconitum incidẽtes adfecti ſunt,quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus herbæ ſpuma Cerberi ab Hercule extracti, in terram collapſa dicit peperiſſe. Ex quo ſcõma iacit: Cerberũ nõ minus incõmoda ſuperis attuliſſe q̃ inferis. Caucones populi Strabo ni, qui iam interiere, orã habitauere poſt Mariandynos uſq; ad Parthenium flumen. Hic enim per fines Paphlagonem fluit, à lenitate quaſi uirgo ſexu, q̃ Diana ibi latuerit ut indicat Apollonius in Argonauticis. Eſt & Parthenium mons in Peloponneſo. Euſtathius.

Amaſtris Amaſtris iuxta ſequitur Paphlagoniæ metropolis: hodie quoq; nominis ueſtigia retinens,
Citorus dicta ab uxore Dionyſij Heracleæ tyranni, filia Oriactis Darei regis fratris, ut ait Strabo.
Seſanium Ea ſiquidem è trium urbium incolis facta dicitur: Seſanio, Citoro, & Cromna. Citorus
Cromna enim à Citoro Phryxi filio, ut Strabo, olim Sinopenſium emporium: nonnulli Cidorum
Aegialus ſcribunt. Hanc frequentem buxo Strabo tradit. Virgili. Et algentem buxo ſpectare Cito-
promõtoriũ rum. Cromna nunc ipſa Amaſtris eſt. Aegialus promontorium, ut Apollonius poeta indicat, habet & uicum eiuſdem nominis: apud Græcos antepenultima acuitur ad differẽtiam portus. Eſt alter Aegialus, qui ſub Agamemnonis erat imperio, in medio Sicyonis & Buraſij, ab Aegialeo Inachi filio, eſt & Thracius Aegialus iuxta Strimonem: Aethiopicus quoq; Aegialus iuxta Aegyptum. De hoc autem Paphlagonico Home. κεῶμνάμ αἰγιαλόμ τε νοὴ ὐφλοὺς ἐρυθίνθς. Quidã Crobialon ſcribũt. Apollonius ſic ſcribit. Crobialumq; ac Cromnam frondoſumq; Citorum. Qui ethnica ſcribit teſtatur Crobialum paruum eſſe oppidũ. Seſanium promontorium Amaſtridis, ubi primo Phineus rex habitauit. Strabo. Didymus autem Inſulam hanc dicit eſſe. Dicitur autẽ à Seſanio ibi fœcunde proueniente: Euſta.

Erithymni Erithynnos Strabo, in mari pontico prope Paphlagoniã duos eſſe ſcopulos dicit à colore appellatos, quod tellus in ea parte rubricare uideatur. Stephanus ciuitatẽ Paphlagoniæ ponit, quã Home. in Catalogo ὐφλοὺς ἐρυθώνς. Apollonius in Argonautis. αἰπῆνούς τ πῶρεξέπιόντ ἐρυθαινους. Inuenit & piſcis Erithynus, ob eãdem coloris cauſam cognominatus. Eneti, quos

Eneti Homerus producere mulos teſtatur. Ἡς ἐνετῶν. ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροπρέπων. Sed & equi magnopere laudãtur. Enetis enim equis in Olympia Leonem Lacedæmoniũ uicisſe, autor eſt Euripides. Enetus fuit Myrmex Dialecticus, cuius meminit Diogenes in 11. Hanc gen

Pelamidia tem ſuo iam tempore extinctam, teſtatur Strabo: hinc Venetos habuiſſe originem in Italia
Aeginates dixi. Pelamidia port⁹ & ſtatio Paphlagoniæ, ubi pelamides piſcãtur, Strabo. Secũda apud
Tius Calybes. Tertia apud Byzantium. Aeginates oppidũ & fluuius. Steph. Armenon uicus: meminere Menippus in Periplo & Xenophon in aſcẽſione. Tius urbs à Tio ſacerdote Mileſio, ut ait Philo. Demoſthenes uero hiſtoricus in Bithyniacis dicit originẽ à Pataro quodam habuiſſe, qui in Paphlagonia res geſſit, ciuitatemq; Tion quaſi Dia, quod Iouem maxime coleret. Stephanus. Tii & Pomponius meminit. Callichorus fluuius apud Heracleã

Callichorus Paphlagoniæ, quam ſupra narraui, facer Dionyſio, quod ibi chorum conſtituit reuertens
qui & Callithous ab Indis. Apollonius. ὥκα δὲ καλλιχόροιο ῥοὰς περάμοῖο ἱκάνθεμ, ἔνθεμ ἔπειτα Διονυσίοιο διὰ, ἰνδῶμ, νίκα φῦλα λιπὼμ κατινάσσατο βάβας ὀργιάσσαι σῖσαι πλοκαμους ἐντροῖο πάροιθεμ. Valerius Flaccus è noſtris Callirhoon uocat: Triſtes Acheruſidos oras Præterit, & feſta uulgatũ nocte Lyei Callirhoon, nec uana fides: hic Bacchus & undis Abluit eoo rorantes ſangui

Sinope ne Thyrſos. Callirhoes alter in Attica fluuius Plinio. Sinope urbs Græca, Mileſiorum colonia, quam Polybius hoc modo deſcribit: In dextra parte Ponti, ubi Phaſidis ingreditur mare, in quadam Cherſoneſo protendente in pelagus, difficilis aditu à mari uenientibus. Sinopenſibus Mithridates bellum intulit, qui ſubſidium à Rhodijs petierunt. Strabo nobilem eam Paphlagoniæ ciuitatem uocat, à Mileſijs ædificatam, ac bis captam, primum à Pharnace, deinde à Lucullo, gymnaſio, porticibus & foro egregie ornatam: Inde quoque ſinopicam rubricam è Cappadocia eò aduectam prouenire. Vrbis etymum à puella Sinope ferunt, quæ à Ioue amata in hoc loco reperta eum iurare coegit daturum, quod ipſa peteret. Petijt autem perpetuam uirginitatem. Apollonius hãc fabulam pluribus uerſibus cõprehendit. Alia uult fabula ab Apolline compreſſam, ex qua natum Syrum, qui Syriæ nomen dederit. Sinopenſis Regulus quidã Hiſmael Græcanica ſecta noſtra memoria ſe ſponte Mahumethi Turcarũ regi dedidit. Hæc urbs clara Diogene Cynico eſt. Deinceps ſunt

Halys Halys fluminis oſtia, nomen habentis à ſalibus quorum præterfluit fontes: labitur multus in occidentem, deinde cõuerſus in Septentrionẽ per Galatas & Paphlagonas hos Leucoſyros terminat. Hæc Strabo, Euſtath. eius etymum potius ἀπὸ τοῦ ἁλίμμυαι, id eſt, errare exiſtimat, quod uagus diuerſis abeat itineribus, ex quo ſine aſpiratione ſcribendum, primo autem

autẽ modo nequaquam. Herodotus dicit eum à monte Armeniæ oriri, ac per Cilicum teras boream uerſus tendere, ac exeuntem in Phaſidem nomen amittere. Adſtipulatur & Polybius, qui Sinopem prope Phaſidis oſtia, non Halys collocat. Cis Halym, terras omnis ac regiones uſq; ad Taurũ Crœſum poſſediſſe idem eſt autor: eundem quoq; fluuium cauendum ei Pythias reſpondit, κροῖσον ἅλαν διαβὰς μεγάλην ἄρχὴν διαλύσει. Crœſus Halyn ſupe-

Amiſus rans diſſoluet nobile regnum. Amiſus urbs inſignis diſtans à Sinope ad ſtadia noningenta: Mileſiorum, poſtea Cappadocum principum colonia: hanc Mithridates Eupator mu-

põpeiopolis ris exornauit. Hæc Strabo. Plinius uero ait, Eupatoriam à Mithridate uocatam, quã cum Amiſo coniunxit: eo demum à Pompeio deuicto Pompeiopolis utrũq; oppidũ uocatum.

Phanarea Deinde à Phanarea eſt pars optima Ponti: poſt eam orientalior Pariadra, ſub cuius radici-

Pariadra bus Cobira ſita ſunt, ſtadijs cl. quàm Magnopolis auſtralior. Hæc Mithridatis regia erat.

Cabira Ad. cc. hinc ſtadia Petra eſt oppidum, locus altiſſimus & ſaxo ſubſiſtens circũſyluoſus & inacceſſus. Ex ea Pompeius theſauros Mithridatis Romam exportauit, Cabiraq; Dioſpolim nominauit, quam poſtea Pythodoris rex auxit, Auguſtamq; appellari uoluit. Poſt Pha-

Petra naream Comana Pontica, & Zela urbs ab eodem rege poſſeſſa ſuper aggere Semiramidis conſtructa, ubi templum Anaitidis, quæ ab Armenijs colit. Hæc Strabo. Iuncta huic Amazonum regio, de quibus in Scythia diximus: unde huc cõmigrarunt, & apud Thermiſcirã & Sidinam oppida, ac amnem Thermodontem conſtiterunt. Hic ex Antitauro profluens in Pontum ſemper glacialis uel æſtate, ex quo nominis etymum trahit, cryſtallum quoq; producit, ut ait Euſtath. Iris etiam non minor illo ex Phanarea fluens Straboni: eandem plani-

Comana *Pontica*

Zela

Amazones

Thermodon

Iris flu.

Lycus

Thermiſcira

& Sidina

Amazonum patria.

tiẽ irrigat præterfluẽs Comana Ponti (Nam altera in Cappadocia Comana) & Amaſum Strabonis patriã, aſſũptis ſibi Scylace & Lyco apud Thermiſcirã Thermodonti cõmixtus in pontũ exit. Lycus enim ex Armenia per fines Cappadociæ, hæc Cæſareamq; abluens progreditur, donec in Phanarea cum Iri concurrat. Poſt Sidinam Pharnacia eſt oppidum munitiſſimum. Deinde Trapezus græca ciuitas. Ante uero ex Amiſo nauigantibus in ora duo promontoria inueniuntur. Herculaneum, deinde Iaſonium, deinde ſinus in quo ſunt Ceraſus & Hermonaſſa mediocres habitationes. Hæc Strabo. Herodotus autem Ceraſuntem & Trapezuntem Sinopenſium colonias dicit. Euſtathius uero ex hac fructũ eius nominis à Lucullo in Italiam exportatum, poſtq; uictoriam Pompeij, Megalopolim appellatam eſſe, teſtatur. Strabo in hoc littore Phazemoniticam ponit, eamq; à Pompeio Megalopolim dictam, & iuxta Phazemonem uicum ampliatis mœnibus Nicopolim appellatum.

Pharnacia

Trapezus

Herculanẽ

Iaſonium pro montorium

Phazemon

Megalopolis

Trapezus Imperatorem Chriſtianum noſtra ætate habuit à Mahumethe Turcarum rege expugnatum: originem à Conſtantinopolitanis imperatoribus ducebat. Iam inde ab Alexio propinquo Andronici ſenis Palæologi, quem primum hæc urbs Imperatorem habuit. Cenſetur & uiro doctiſſimo, Georgio Trapezuntio, Peripatetico, quẽ Romæ audiui. Tra-

Tibarni

Chalybes

Heptacometæ

Moſynœci

pezunti autem imminent Tibarni, Chalybes, Heptacometæ, antiquitus Moſynœci appellati, quod turres μοσσύνας uocant. Nam hoc genus in turribus & arboribus habitat: hi tres Pompeij cohortes obtruncarunt, dum montana pertranſirent. Hæc Strabo. Dionyſius uero poeta ξυλατείνς μοσυνοίκνς, id eſt, ligneos Moſynœcos uocat, quod in arboribus ſeu ligneis habitabant ædificijs. Xenophon, eos uti adipe Delphinorum pro oleo, & nucibus iuglandibus minime ſciſſo putamine, uino auſtero: præterea corporibus eſſe teretibus, longitudine ac craſſitudine æquali. Calybes, gens pauca & ſubiecta Moſynœcis uicinis, uictũq; ex ferri metallis quo abundant quæritantes, ut ait Xenophon. Hos dicit eſſe Euſtath. quos Homerus Halybes, & itẽ Halyzonas uocat, quos Dius & Epiſtrophus ad Troiam duxit, & ſatis oſtendere dum oram dicit uenis argenti abundare. τκλόθεμ δ' ἀλύβας, ὅθεν ἀργύρου ἔστ ῥυτὸν λν. Strabo autem Chalybes dicit ſuo tempore Chaldæos uocatos, ab Homero autem Halybes: ſed Halyzonas nequaq̃, dicens eos cis Halym eſſe. Stephanus item uult, Halyzonas Homerũ inter Cares & Lydos poſuiſſe dictos à iactantia diuitiarum quas poſſident, ἁλάζων enim latine iactans. In ora quoq; Ponti Stephanus Calathim ponit, à Calatho ibi reperto ſacrificijs apto. hinc & Iſtrum fuiſſe poetam, qui de Tragœdia ſcripſit. In eadem ora Melas & fluuius & ſinus & pontus, cuius meminit Eudoxus, apud Sarpedoniam petram: dictus à Melane Phryxi fratre ibi demerſo. Apollonius. μελάνθ δι' βύθεα πόντου, ἐέμμοι, τῆ μὲν θρήκων χθόνα τῆδε πορεῖαμ. Nunc Ponti mediterranea dicenda, quæ Galatæ, Cappadocésque tenent, Galatæ enim Paphlagonibus uicini ad auſtrum ſunt, ac cis Ha-

Calathis

Iſtrus poeta

Melas flu.

Galatæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis Halym. Tres eorũ gentes Trogmi, Toliſtobogiã à ducibus dicti. Tectoſagi à gente Gallica. Hanc regionem poſt multos errores, Galli occupauerunt, ex quo Galacia, ſeu Gallogræcia dicta eſt. Deinde res ad tres duces delata, ut Strabo teſtatur: poſtremo ad unũ Deiotarum regem à Pompeio factum, cui ſucceſſit Amyntas, qui pro Antonio in caſtris fuit: deinde ad Auguſtum transfugit. Quo extincto à Romanis ſimul cum Cappadocia, ac Ponto prouincia facta. Rufus autem ſic de his. Galatas Cn. Manlius Cos. quod Antiochum iuuiſſent perſecutus, & fugientes partim in Olympum, partim in Ancyram, quæ nũc Media cus dicitur, de arduis in plana detruſit, uictos in perpetuam pacem redegit. Gallogræciam Deiotarus rex nobis permittentibus tenuit, ad extremum ſub Octauio Auguſto in formã prouinciæ redactam eam primus M. Lollius Paulinus adminiſtrauit. Galatiæ ciuitas Ancyra, nõnullis Phrygiæ: nam & uicina Galatiæ Phrygia maior eſt. Apollonius in VII. Carthis de hac urbe ſic refert: Mithridatem & Ariobarzanem. Neclydas auxiliares fuiſſe Galatis in bello, quod à Ptolemæo Aegypti rege paſſi ſunt, cuius naues cum Mithridates cepiſſet, tris urbes facti memoriam teſtantes poſuit: Ancyram ab ancoris nauibus ereptis, alteram Peſſimuntem, tertiam Taniam à nominibus ducum qui ei bello præerant. Arianus autem Peſſimuntem ἀπὸ τοῦ πέσους, id eſt, cadere è cœlo ſimulachrum matris deum: unde illa Romam aduecta. Taniam alij Tabiam uocant. Ad Ancyram, Synodus Ancyrana celebrata, ut in iure ſcribitur Pontificio. Sequitur Cappadocia, quam Halys ab occidente terminat, Thermodon ab oriẽte, à meridie Cilicia, mediamq; Iris interluit Ptolemæo. Plinius à Cappadoce eius regionis fluuio uocatam dicit, cum Leucoſyria prius diceretur, eandẽ eſſe Strabo quoque adfirmat. Arianus ſcribit Cappadoces uſque ad Euphratem quondam Syros uocatos, deinde nomen à Cappadoce Nini filio mutaſſe. Plutarchus, Cappadociam, Syriam uocari dicit à Syro Apollinis & Sinopes filio. Cappadoces, ut ait Rufus, primum ſocietatem Po. Ro. ſub Ariarathe petierunt, cuius deficiente ſtirpe, lectus rex Ariobarzanes, & à Mithridate ſæpe pulſus: Romanorũ armis reſtitutus eſt, cuius item tertia deficiente prole Archelaus fauente Antonio rex factus, quem Tyberius ſub Auguſto oratione defendit. Imperio deinde ſuccedens eiuſdem, blande Romã accerſitum non remiſit, ac Cappadociam in prouinciam per Germanicum redegit, quæ ſimul cum tota regione teſte Strabone à ſenatu in X. diuiſa eſt præturas: uidelicet qnq; Taurũ uerſus, quæ ſũt, Melitina, Cataonia, Cilicia, Tyanẽſis & Iſauriẽſis. quinq; reliquæ Lauinaſina, Sargaſina, Serauina, Chamameriena, Rhemnena, poſtea addita & undecima Prætura, regio uidelicet Caſtabalis. & Cydiſtre uicina uſq; Derbam Antipatri piratæ ſedẽ. Idẽ ait autor, Perſas primũ Cappadociam in duas Satrapias diuiſiſſe. Deinde Macedonas in duo regna. Quorum alterum proprie Cappadociam appellabant prope Taurum, alterum Cappadociam magnam prope Pontum. Arianus ſcribit Cappadoces, omnis uſque ad Euphratem Syros primum fuiſſe uocatos: deinde à Cappadoce Nili filio nomen accepiſſe. Euſtathius, Leucoſyros dicit eſſe nominatos, ad differentiam Syrorum, qui extra Taurum ſunt collocati. Mazacam Euſebius ait, pulſo Archelao Tyberium, Cæſaream appellaſſe, unde Gregorius Nazianzenus præſul & Baſilius fuere. Eſt & Cæſarea Apameæ, & Cæſarea Palæſtinæ. Eſt item Mazara ciuitas Seluntinorum. Hæc uero apud Argeum montem ſita Straboni & Martiano, apud quam ad ſtad. XI. Melas fluuius currit ex humili loco naſcens, & in Euphratem emittens, qui diu retentus quibuſdam lapidum obijcibus: poſtea ruptis torrente adeo repleuit, ut uicinas regiones multorum milium talentorum, ut ait Strabo damno adfecerit. Comana Cappadociæ plurali numero Emporium nobile quondam, & altera Corinthus frequentia mulierum & laſciuiarum: hic Lunæ fanum quod menſem Pharnacis uocant, & Reges ipſi maxime uenerantur. Huc undiq; ad Deæ feſtum conuenitur. Altera Pontica, ſupra cõmemorati. Plinius has ponit urbes, Archelaidem coloniam Claudij Cæſaris quã præterfluit Hylas fluuius, Neocæſaream quã Lycus. Sebaſtopolim & Sebaſtã in Colopena regione, quæ Blaſio Præſule ac Martyre decorat. Meliũ à Semiramide conditũ non procul ab Euphrate. Tyanam inter Cappadociã & Lyciam Tauro occubãtem, Apollonij philoſophi patriam: alteram Stephanus in Aegypto ponit. Armenia minor à ſeptentrione & occaſu Cappadociam, ab oriente Euphratem & Armeniam maiorem, à meridie Taurũ montem habet: interſecatur autẽ ab Antitauro: regio tota in præfecturas diuiſa. Deinde eius origine authores diuerſa tradidere. Eudoxus in Geographia colonos eam habuiſſe phryges

Deiotarũ rex Amyntas
CN. Manlius
M. Lollius Paulinus
Ancyra
Peßimus
Tania
Cappadocia
Ariarathes
Aribarzanes
Archelaus
Leucoſyria
Mazaca
Cæſarea dicta
Argeus mons
Melas flu.
Comana Cappadocia
Archelais eo.
Hylas flu.
Neocæſarea
Lycus flu.
Sebaſta
Melium
Tyana
Armenia minor.

Phryges ab initio dicit, moribus q; adhuc Phrygijs pleraq; apud eos agi. Herodotus ab Armeno, qui ex Armenia Theſſaliæ urbe cum Iaſone in his locis res geſſit. Antipater III. Rhodiacæ hiſtoriæ ſcribit ab Armeno heroe Rhodio dictã. Iuſtinus deinde princeps, ut tradit Euſtathius, omnem Armeniam in partes quatuor diuiſit: Primã Heptapolim cuius metropolis eſt Bizarus, quæ prius Leontopolis dicta eſt: præterea Theodoſia colonia. Trapezus. Ceraſus: ſecundam in Pentapolim: quarum Sebaſta metropolis: tertiam Hexapolim, quæ aliquando uocata eſt Armenia ſecunda: cuius metropolis Melitene, in hac & Comana & Chryſe: quartam Zophanem & Bebitenam appellatam ſub diuerſis Satrapis conſtituit. Xerxene ſicut Cambiſene, urbs à Xerxe in Armenia ædificata Stephano. Nicopolis urbs à Pompeio conſtructa, ubi Euphrates Armeniam minorem ab Aceſina diſtermiinat Straboni. Armenia maior à ſeptentrione, Colchidem, Iberiam & Albanos: ab occaſu partem Cappadociæ, ab oriente partem hircani maris: à meridie Meſopot. & Taurũ. Hãc & item Mediam Strabo ab Iaſone originem habuiſſe docet. Eum ſiquidem Armeniũ quẽdam ex Armenia Theſſaliæ (quæ inter Pheras & Lariſſam ſita eſt) ſecum duxiſſe, qui res in hoc loco geſſiſſet, gentemq; de ſuo nomine uocaſſe. Sed & author idem recẽtiora refert, Perſæ uidelicet, Armeniam tenuere, poſtea Macedones, deinde Orontes ex Indarni genere unius è ſeptem Perſis: poſtremo duces Antiochi magni, qui eam ſibimet permittente rege diuiſere: Artaxa Pariada. Antiocho tandem à Rom. ſuperato illi reges appellati ſunt. E genere Artaxæ fuit Tigranes, qui eam habuit quæ proprie Armenia dicitur, Medis Albanis Iberis cõtigua. E Pariada Artanes Sophinus qui auſtrales tenuit partes, eas maxime quæ ad occaſum uergunt. Hic à Tigrane expulſus eſt, qui quãquam rerũ potitus uaria tamen fortuna eſt uſus: nam initio apud Parthos obſes fuit: deinde ſe redimẽs ac auctus Parthorum regionem uaſtauit: præterea Meſopotamiã, Syriam, Phœniciam cepit, Euphratem tranſgreſſus. Mithridati auxilium contra Ro. tulit, à Lucullo demum pulſus à Tigranocertis urbe regia euerſa, ab eius ſucceſſore Pompeio procũbens ad genua reſtitutus eſt, ducto in triumphum filio ingratiſſimo qui in eum cõſpirabat. Artabazus alter filius ẽdiu in Po. Rom. amicitia manſit, fortunatus eſt uiſus: ſed cum Antonium in bello parthico inimicis prodidiſſet, pœnas perfidiæ dedit. Nam uictus ab eo & Alexandriam ductus atq; interfectus fuit. Poſt Artabazum multi reges ſucceſſere, Ro. omnes ſubiecti uſq; ad Neronẽ. Regnum tunc demum ad Tiridatem Vologeſi Parthorũ regis fratrem peruenit. Is à Corbulone duce obſeſſus impetrauit ad Neronem poſito prius ad ſtatuam diademate ſupplex uenire, cum Parthorum equitũ tribus milibus, quẽ cum Neapoli conueniſſet iuſſus acinacem, id eſt, enſem ponere, nõ paruit, ſed clam uaginæ adfixit, humiq; procumbens Imp. adorauit. Data ei uenatio in qua duos ipſe tauros uno ictu confixit. Inde Romam ducto, ludi epulũq; datũ theatro uno die inaurato, ille uero cum diademate reuertẽs Neronea feſtum inſtituit. Nec tamen diu Armenij in fide permanſere, ſed à Parthis iura regni accipiebant. In hos Traianus profectus Artamiſerim regem obuium cũ muneribus habuit, equum ducentem ita edoctum, ut Traianum adoraret: Cognita illius cauſa ac pro meritis mulctatus, ob quæ Traianus eſt optimus appellatus. Igit omni mole in Parthos uerſa legatum Armeniæ præpoſuit, eamq; prouinciam cũ Syria & Meſopotamia fecit. Hadrianus cauſatus, q ægre retineri poſſet, Armeniæ regẽ pmiſit. Parthi rupto fœdere eã rapuere. Antonius Verus per Statiũ & Priſcũ Artaxatis captis recepit, delatumq; Antonijs Armeniacũ nomen. Artaxata in hac metropolis ab Artaxa ſupra memoraro. Is hãc urbẽ cõdidit ſuadente Annibale, q ad eũ deuicto à Ro. Antiocho cõfugerat. Poſtea Macrinus uindex Seuero principe expugnauit. Niphates mons Armeniã ab Aſſyrijs diuidit: ex quo Lycus & Caprius orientes in Tigrim, pfluunt. Araxes ex eo monte q Euphrates naſcitur, contrario tamen ei curſu uerſus orientem prius tendens uſq; ad Atropatiã: deinde in Boream conuerſus Aza ram ac Artaxata præterlabens in mare deſinit Hircanum Straboni. Herodoto autem contra, qui ait ex Matiana oſtijs eũ L X. in paludes fluere, uno tantũ in Caſpiũ mare. Idẽ ſcribit hunc non eſſe minorẽ Iſtro, inſulasq; maximas habere. Ste. & itẽ Stra. dicũt ἀπὸ τοῦ ἡρακλέους τοῦ uocari, q opera Iaſonis & labore modo Penei Theſſalici montiũ cõtinuationẽ diſrupit. Armeniorũ magiſtratus Megaſthenes ſicuti magi Perſarũ appellati. Armeni Chriſtũ etiã colũt, uerũ citra ritũ ortodoxũ, à Græcis q differẽtes, preſulẽ habẽt quẽ catholicũ uocãt, q ſacerdotibus populoq; uniuerſo preſit, ſacrificãt & more ferè latinorũ, una tm̃ utunc̃ lingua, natalem

Theodoſia colonia
Xerxene
Cambiſene
Nicopolis
Armenia maior.
Artaxa
Tigranes
Tigrãocertis
Artabazus
Corbulo
Artamiſeris
Statius & Priſcus
Artaxata
Niphates
Araxes
Azara
Megaſthenes
De ſecta Armeniorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

natalem dominicū minime celebrant,sed nec ipsius baptismum, dictitantes Christum expiatione non egere. Quadragesimam seuere colunt abstinētes uel à piscibus oleo & uino, q̄buis fructibus & leguminibus q̄tumuis interdiu uescendo ieiuniū minime seruent. Die ueneris carne uescuntur,ut Græcos non uideantur imitari,aquam sacrificio non admiscēt. Olim pollicentes Ro. Pontificis authoritati obtemperare,quando uidelicet rex eorū à præsule Maguntino diadema simul cum regno accepit,cōsentiente Henrico Imp.minime præstiterunt:Sed & sub Eugenio IIII. Florentiam ad concilium uenere rursus Christianæ religionis documēta postulatum. Deinceps Bithynia,quæ ab Heraclea Ponti usq; ad os protenditur quo ex occidentis parte terminatur,ex oriente Sangario flumine,ab austro epicteto,Ponto uero ab aquilone. Hæc prius Bebrycia Solino appellata:deinde Mygdonia,postremo ex regis nomine Bithynia. Strabo Bithyniam prius Mysos habitasse dicit:quod sanè probare uidetur & Dionysius poeta & Arianus,qui dicunt Bosphorum Thraciū apud quem Bithynia est,Mysium quandoq; Bosphorum appellatum. Idem quoq; Arianus scribit Mysum & Thynum duos fuisse fratres Phinei filios,qui totidem populos constituere Mysios & Bithynios. Stephanus ex Bithynio eorum primo rege Iouis & Thraces Titanidis filio:alijs ex Bithy fluuio Thraciæ,apud quem incolentes Bebrycij huc migrarunt. Adsentitur Herodotus qui dicit Thraces in Asiam transuectos Bithynios esse appellatos,temq; & uaticinium Martis habuisse,& à Bosphoro usq; Rhebam flumen regionem tenuisse. Dicuntur & optimum incolere solum,rerum omnium feracissimum,materiæ ac lapidum copiam, tum crystallum in montibus ferens. Eorum regnum ad Eumenem,deinde ad Prusiam peruenit,qui ubi Perseum sororium suum superatum à Ro. uidit, capite raso pileoq; sumpto Romam ultro uenit se libertum Senatus appellans,ueniaq; & iterū regno donatus,successorem filium Nicomedem, à quo fuit interfectus,habuit. Hic item Nicomedem cognomento Philopatorem:cuius filius hæredem populum Ro. ex testamento dimisit. Gentes habet Chalcedonios & Bebrycios. Chalcedonia enim regio Chalcedonem urbem habet,sicut Babylonia Babylonem. Hæc sita ubi Bosphorum transfretaueris è regione Byzantij,Megarēsium colonia Straboni. Megabysus Persarum dux,ut ait Herodotus, solebat Chalcedonios cæcos uocare,quod dimissa meliore tellure hāc peiorem elegissent. Arianus scribit Dorienses colonos Chalcedoniam incoluisse,nomine à Chalcedone fluuio propinquo sumpto. Eorū item colonias esse Byzantiū & Mesembriam in Thracia. Idem est author eos diem XXI. mensium omniū nefastam habere,in qua die Phanabazus Persa Darei præfectus,uictor eorum pueros fecit eunuchos in Persidem q̄ misit. Acone insula parua contra Chalcedonē, unde cotes optimæ ueniunt,quas Græci ab eius nomine Aconas uocant. Post Chalcedonios Arianus Bebrycios dicit esse,originem q̄ à Bebryce trahere una filiarum Danai:quæ una cum Hypermestra præter iussa patris uiro pepercit: quare fugiens parentem unà cum uiro in hæc loca ritus docuit Aegyptios:pro quibus meritis regionem ab eius nomine appellatam. Tenebant olim totum tractum usque ad Ephesum & Magnesiam,ut scribit enarrator Apollonij,Charontem adducēs authorem,qui dicit Lampsacenorū regionem olim Bebrycíam appellatam. Hic regnauit Amycus qui in ultionem Lyci à Polluce cæstibus interfectus dum Argonautæ illac transirent,statura præter humanam corporeq; toto ac uiribus monstrosis. Aranthas item Bebrycius Eustath. octonis cubitis longus traditur. Olbia in ora Chalcedoniæ nymphæ nomine,alia in Italia,tertia in ponto,quarta in Pamphylia,præterea locis alijs Stephano. Chrysopolis urbs. Ephorus in libro XXIII. Tradere belli socijs Chalcedoniensium Chrysopolim. Dionysius Byzantius de ipsius etymo sic ait. κέκληται δὲ χρυσόπολις ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἡγεμονίας, ἐνταῦθα πυρμῶν τὸ πλοῦτον καὶ τὴν τῶν πόλεων χρυσῆ ἡ ἄρισμον. Est in Cilicia altera Polyhistori, incolæ Chrysopolitæ. Nicomedia in sinus recessu, de regis nomine dicta:multiq; in eadē successores eodem nomine appellati,sicuti & Ptolemæi in Aegypto. Hic multos sub Maximiano martyres fuisse legimus, Nicomedeum Emporiū Bithyniæ Arianus v. Bithynicorum commemorat. Nicea urbs Bithyniæ metropolis iuxta lacū Ascanium Straboni,prius Ancora:deinde Antigonea appellata ab Antigono Philippi filio:postremo a Lysimacho de noie uxoris filij Antipatri Nicea uocata. Altera Locrorum Epicnimidiorū,tertia Galliæ. Sūt item aliæ alibi Stephano. Ex hac fuere uiri illustres: Antigonus. Asclepiades, Parthenius, Apollodorus, Epithersus grammaticus. Hic concilium primum publice celebratū, ubi explosus Arius

Bithynia
Eumenes
Prusias
Nicomedes
Chalcedonia
Phanabazus
Persa
Acone
Bebricij
Amycus
Aranthas
Olbia
Chrysopolis
Nicomedia
Nicomedeum
Nicea

Arrius. Hanc nostri expeditione prima Hierosolymitana in itinere expugnauerūt,expulso inde Solimanno turca qui eam tenebat. Nicopolis urbs Bithyniæ, altera in Epiro,tertia in Armenia. Astacus urbs in ora,qui sinum à se cognominat Astacensem,ab Astaco Neptuni & Olbiæ nymphæ filio, apud Arrianū in Bithynicis. Strabo Megarensium coloniam eam dicit. Est & Astacus apud Byzantiū, & item ciuitas in Acarnania, Cephaleniorū colonia. Bithynium urbs Bithyniæ Pausaniæ. Incola Bithynicus. Bithynopolis cuius Arrianus in Bithynicis meminit. Apamea in ora Propontidis,prius Myrlea dicta à quodā Myrlo duce Colophoniorū, nonnullis à Myrlea Amazone. Nicomedes deinde rex Prusiæ filius à matris nomine eam uocauit. Hinc Asclepiades Myrleanus fuit Stephano. alia Apamea in Syria,alia in Epicteto,alia ad Tigridem. Prusias Bithyniæ Chius antea uocata,quam Polyphemus in Mysia relictus ab Argonautis ædificauit,à flumine uicino appellatā. authores Charis in iiij. Chronicarum,& Apollonius in iiij. Argonauti. Αὐτὰρ ὁ μὲν οὖν μυσοῖσιν ἐπικλείεις ἄστυ πολίσας, Νάσσε κλυδωνώεσσιν ἔπι ῥηγμῖνι θαλάσσης, τῆλε δ' ἀπειρέσιος, τέως ἔτι ναῖεν ἀγχιάλων χαλεπὸν, τόθι μιν καὶ μοῖρ' ἐδάμασσεν. Strabo tamen uult quod à Chio Herculis socio à Colchis redeunte ædificata,à Demetrio postea euersa,ac à Prusia rege illo qui Annibalem excepit restituta,Prusias appellata est. Prusienses ob fidem Romanos demeriti,libertate donati sunt, cum Apamienses quos supra commemoraui coloniam reciperent. Apud hanc Argantho/nius mons,iuxtaq; fons,ubi fabula de Hyla Herculis socio & à nymphis dum aquas hauriret rapto. Altera Prusias inter Mysios in Olympo condita,ab illo Prusia qui cum Crœso bellum gessit. In hanc ille sententiam. à qua Stepha. dissentire uidetur. Nam Chium & Argathonem apud Olympum ponit ab uxore regis Rhesi, & Argathonium incolam, & Agathonem dici,& Agathonium finer. Hæc hodie Prusias BurSia est appellata corrupto uocabulo,emporium Turcarum,in quorum unà cum reliqua Asia uenit potestatem. MYSIOS Homerus in Asia ponere uidet, nonnulli dicunt Mysiorū meminisse in Europa sitorū ultra Istrū,quos Mœsias ex authoritate ueterū marmorū uocari diximus, quanq; à Græcis ambo Mysij appellent. Mysiorū asini inæquali dorso feruntur, unde prouerbium apud Eustath. in obtortos, ὡς ὄνῳ μυσίῳ. Arrianus dicit Thynū & Mysum duos filios Agathones nymphæ totidē constituisse populos. Sunt præterea cum Phrygibus mixti sicuti Mæones & Lydi,ut uix discerni liceat,ex quo prouerbiū Græcū, πώρρω τὰ μυσῶν ἢ φρυγῶν ῥήσματα, id est, peculSra Mysorū & Phrygū termini. Duas ponunt sicuti & Phrygias,maiorē & minorē. Nam,ut ait Strabo,altera Olympica Mysia est, Bithyniæ & Epicteto contigua,quam Artemidorus à Mysijs,qui trans Istrū sunt,dicit habitatā, ubi Olympus est. Altera circa Caycū & Pergamenū agrū usq; in Teutraniā & Caistri hostia. Olympus em̄ mons syluosus, adeoq; altus,ut hora tertia noctis ex eo sol adspiciat. Hunc Cleon prædo insanus amicus Antonij tenebat,ut idē Strabo author:apud hunc Prusiadē urbē esse diximus,paulū à mari recedentē. Est & Cæsarea ibi sita,quæ Olympi Cæsarea cognominatur. Halizonas Steph. inter Mysiā & Lydiā collocat. aliqui in Ponto. De qbus dēq; Halyba eorū ciuitate,ubi argenti uenas Homer. dicit, supra in Ponto mentionē feci. Assus urbs in alto sita loco,in quē Nicostratus Citharœdus eauillabatur. ἄσσον ἰὼν ἄσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. Assum Cor. Alexander scribit Milesiorū esse colonia, sitaq; in Mysia prope Hellespontū,ubi Sarcophagus gignitur lapis. Altera Lydiæ,tertia in Epiro. Ex hac Asso fuit Cleātes successor Zenonis. Atarna urbs prope hāc ponit. Astyra uicus prope Adramytū Stra. est & Phœniciæ urbs iuxta Rhodū, in qua Minerua Astyris dicit. in Bœotia quoq; prope Potnias,& in Italia in ora Campaniæ Steph. Teutrania urbs à Teuthrante patre Telephi, qui & heros Teuthrantius appellatus. Phrygia minor eadem & Epictetus appellata, ambitū protendit in Hellespontū occasum uersus Dionysio. Altera orientalior quæ maior dicit & Paria, in qua Midas regnauit prope Sangariū flumen, ubi Rheam deū matrē uenerabant,quā regionē ipse Dionysius populosam appellat, Arrianus & diuitē & antiquissimā. Est & Europæ locus prope montē Oetā, qui Phrygia dicit. Plinius authores qui dicant Europa & Mysos & Bryges & Thynos transfretasse in Asiā, populosq; constituisse,à quibus Mysij & Phryges & Bithynij appellantur. Post res Troianas,colonias Græcorū & Lydi & Persæ & Macedones,postremo Galatæ omnia excursionibus turbauerunt:nec solū ob rerū mutationē res ipsæ incertæ sunt, sed etiā ob diuersas scriptorū sententias, qui de eisdē rebus diuersa tradidere. Hinc Phrygiæ,Cariæ,Lydiæ,Mysiæ,loca uix distingui ualent. Huc accedit quod Romani ea diuiserunt non per nationes, sed fora & præturas

Nicopolis
Astacus
Astacensis
sinus.
Bithynium
Apamea quæ
antea Myrlea
Prusias urbs
Chius ante uocata.
Argathonium
mons
Mysia
Duæ Mysiæ
Olympus
mons
Prusias
Cæsarea
Olympi.
Halyzones
Assus
Atarna
Astyra
Teuthrania
Phrygia
Phrygia
minor.
Troadis
XII. *urbes*

u

Universidad de Deusto
Biblioteca

turas ubi iura dicuntur. Igitur minor Phrygia Troadem regionem continet, quamuis Homerus in Catalogo abducere ab ea uideatur. Aeschylus tamē & omnes qui post cum fuere, eandē esse gentē dicūt. Hæc eīm & Asia proprie Ptolemæo dicīt, tota occubās Hellespōto, XII. claris habitabatur urbibus, quæ sunt huiuscemodi: Abydū, Ilium, Lyrnessus, Pedasus, Thebe, Zelea, Adrastea, Pitya, Percotæ, Arisba, Chryse, & Adramictū. Has omnis Achilles unà cum reliquo Græcorū exercitu cum ad Troiā uenit præter Ilium expugnauit, præda inter se diuisa: ijs omnibus Priamus dominabat. Cuius regnū Stra. in ix. partes diuisum sub totidē ducibus belli tempore tradit. Dardanos sub Aenea, Lycios sub Pandaro, Zelienses sub Asio, Ilienses sub Hectore, Cetios & Lyrnessios sub Pileo. ultra hæc missa eō externa auxilia ex Thracia & tota Chersonneso. Ciuitates præterea Troadis & Aeolidis permixtæ cum constet Troianos omnis Aolicā esse gentem. Quoniā uero de Hellesponto, déq; cæteris pelagis alibi diximus, reliqua Troadis nūc excquar loca. ac primum Abydum. Græci eīm hæc ciuitatū nomina fœminini generis & in us enūciāt. Apud Homerū uno in loco τὸ Ἄβυδον ἄμπν. quod Aristarchus nō probat Homeri esse carmen, ut ait Eustathius. Abydum igitur primum in ora Hellesponti sitū è regione Sesti, spatio stadiorū VII. quod Xerxes dicitur pontibus iunxisse. Hinc prouerbium in Abydenos. μὴ δ' ἐπὶ πλὼ Ἄβυδόν φατε, id est, Ne temere Abydum calces. Hanc ut Lesbij Sestum, sic Milesij condiderūt, Gyge Lydorū rege permittente, ut ait Strabo: nam ea loca, & tota Troia sub illo tunc erat, ex quo promontoriū quodam iuxta Dardaniā Gyges dicīt. Abydenses molle & effœminatū genus, & Sycophantæ maximi, unde prouerbiū in Sycophantas ἀβυδοκόμας. Hic Leandri Abydeni amores in Sestiam Ero, quos hexametris descripsit Musæus adhuc extantibus, unde Ouidij epistola materiā sumpsit. Puellā enim dicit apud Sestū fuisse, ubi templū sacrāq; Veneris Leander forte adiuerat. Abydus altera in Aegypto huius colonia. tertia in Iapygia Italiæ Stephano. Ilium Troiani Acten prius uocabant, deinde ab Ilo rege Ilium, Duos habet ad Propontidem pertinentes colles, ubi Arx cum templo & Palladio. Nouū Ilium Alexander prope antiquū instaurauit Alexādreā uocatū. hoc postea Augustus, quod inde originē duxit, ædificijs & donis auxit, ut ait Strabo. Plinius uero, Troas Antigonea, quam nūc uocant Alexandreā coloniam Romanorū. Aliud in Macedonia Ilij, ædificiū Heleni Troiani, quod Troiā nunc corrupte diximus uocari. Aliud in Thessalia, itémq; in Thracia Stephano. Reges Ilienses originem à Dardano ex Hetruria profecto habuere, quos ordine in poetica dicā. Patriā uero prodidere, ut Dares testatur, Polydamas, Antenor, Aeneas, Amphidamas, Dolon, quorū postea domus incēdio seruatæ. Lampsacū in ora prope Abydū à Lāpsace uirgine, Phocensium ædificiū, olim Pityusa, ab Homero aūt Pityea dicta, ut placet Deichoro Cyziceno, ob frequentes pinus. Optimū ferre uinū dicūt, ex quo Themistocli dono datum à rege Persarū fuit, cum ad eum profugit. Demosth. ob eam causam à Priapo Veneris & Dionysij filio ædificatū esse dicit. hinc Priapus urbs ipsa appellata. Lampsacū Eustathio ἀπὸ τοῦ λάμψαι, quod oraculo habuerit ibi ædificari, ubi primo sol λάμψῃ, id est, fulserit: appellata & Abarnus ἀπὸ τοῦ ἀπαγυῆσαι, id est, disperdere Venerē grauidā ex Dionysio Iunonis opera, ex quo illa informem fœtū dicīt peperisse, quem Priapū appellauit. Steph. Inter Lampsacū & Abydum, Practius amnis fluit, Straboni. Zela urbs sub Idæ radicibus, à Zelio conditore, iuxtā quam Aesopus & Tarsius fluunt, haud procul à mari, Home. οἱ Ἀμφὶ Ζέλειαν ναίουσι. est & castellum hius noīs in Cyzico Diogeni in III. Cyzicenorū, & Zela urbs Ponti. Adrastea ab Adrasto cōdita cum templo Nemesis, Adrasteæ dictæ à poetis. Alijs à nymphe eiusdē nominis filia Melissi genitī ex Ida, qui primus regnauit in Troia: nonnullis ἀπὸ τοῦ μὴ διδράσκειν, id est, à nō fugiendo. Hanc Plinius Pariū uocatā dicit. Pariū eīm Straboni oppidū in Propontide ponitur. de Paro & Pario insulis diximus. Pitya & Pityea appellata à frequenti pinu, sita apud Aesopū. Percote media produ. Homerus. κηλὶ πόλαι πηγκώτη. Arisba urbs Iasij regia, ex quo Diam Arisbā Homerus uocat. Arisbus item fluuius Thraciæ in Hebrū fluens. Multa enim loca, nominaq; Troiæ ac Thraciæ ferè communia erant, ut ait Strabo. Arisbas alias esse in Lesbo cōmemorauī. Chrysa in qua Apollinis templū cū eius simulachro, murem ei sacrū ad pedes tenēte. Quapropter diuina ab eodē poeta appellatur χρύσσην ἰαυθέων. Huius sacerdos Chryses expugnata ciuitate & filia Chryseide rapta ab Agamēnone, causa pestis demissæ Græcorū castris fuit: ex quo coactus Agamēnon eam reddere, & illius loco Bryseida Achilis rapere. Hinc initiū Iliadis Homeri. Chrysas alias Stephanus cōmemorat, apud Scyrum, apud

Troiani Aeoles sunt
Abydum
Ilium
Antigonea
Alex. colo.
Lampsacū
Practius flu.
Zelea
Aesopus & Tarsius flu.
Adrastea
Parium
Parus
Pytea
Percote
Arisba
Chrysa

apud Lesbū, in Bithynia, in Caria. est & insula Oceani, sic à Dionysio uocata ob auri copiā. Est & aurea Chersonnesus in India, quam χρυσῆν Græci uocāt. Lyrnessus, unde Achilles Briseida rapuit. Adramictum iuxta Caicū à filio Haliatti Crœsi fratre eiusdem nominis. Adramyctis uero insula Lyciæ. Apesum ciuitas & flumen in medio Lampsaci & Parij, quo deleto coloni Lampsacum migrarunt, cum utræq; urbes Milesiorum essent coloniæ. dicīt & Pęsus & Apæsus ab Homero, sicut Atarna & Tarna, ut scribit Eustath. Pergamū nobilis urbs Troadis in Mediterranea, quam Caicus præterfluit. Hic Attali & Eumenes regiam constituere, de quibus in Onomatologia scripsi, qui nobilem hic bibliothecam constituere, ubi cœptum prius chartis hœdinis scribi, quæ pergamena postea sunt appellata. Scepsis, cuius etymum ἀπὸ τοῦ σκήψασθαι πλὼ Ῥέαν. hoc est à cōmento quo Rhea est usa cum partui pro Ioue lapidem supponeret, ut ait Steph. Ex hac urbe Metrodorus Epicuri socius, & Neleus discipulus ac successor librorum Theophrasti. Antandrus in ora Troadis sub Ida monte prope Mysiā, ab Antandro duce gentis Aeolicæ. Aristoteles ait hanc quandoq; dictam Edonida. cum Cimmerij eā annos LXXXX. incolerent. Prope Antandrū Traianopolis urbs. Attalia à Pto. Philadelpho ædificata. Cylla urbs in qua Apollinis Cillei templum. hanc Cylleus fluuius præterlabitur ex Ida monte defluens per agrum Antandrum. Et Cylleus item mons in eadem parte Straboni, Stephano autē utrunq; Cyllenum appellatur. Smyntha, ubi item Apollo Smyntheus apud Homerum. Myrina in ora Aeoliæ urbs ab Amazonis nomine dicta apud eundem in II. Iliadis. Est alia in Lemno. Grynium urbs Myrineorum Straboni, ubi & nobile Grynei Apollinis etiam templum. Lygdamum, Apollonia, Elea. Achilleū oppidum iuxta tumulum Achillis. Cuma ciuitatum Aeolicarum maxima Straboni, dicta si cut Myrina de nomine Amazonis: Hesiodi patria ab ei⁹ patre relicta, ut ipse testatur. Huic ciuitati Telephanes præfuit uir iustissimus, qui regionem eam pinis arboribusq; conseuit, author Heraclides de Politijs. Lycij Troadis populi, quibus præfuit Pandarus Lycaonis filius, ubi & Apollo Lycius colebatur: In quo lupus Apollini consecratus cernebatur. Sunt & alij extra Troadem Lycij, de quibus paulopost dicemus, qui ducibus Sarpedone & Glauco Troianis auxilio uenere. Lyceum quoq; Gymnasium Athenis Aristotelis schola. Dardanium ciuitas & promontorium LXX. stad. ab Abydo distans. Inter hæc Rhodius amnis emittit, ad quem, ut ait Strabo, in Chersonneso est Hecubæ sepulchrum, quod Graeci κυνὸς σῆμα uocant. quidam Rhodium dicunt in Aesapum emittere. Dardanium prisca res est, & adeo spreta, ut Imperatores Romani Abydum transtulerint, alij rursus in pristinam habuerint conditionē. Hic quondam Sulla & Mithridates ad colloquiū conuenere. Dardanios à Troianis Homerus diuidere uidetur, & ijs quidem Hectora, illis uero Aeneam præficere. Dardania prius Teucris uocabatur. De quo Musicus Historicus apud Stephanum huiusmodi repetit originem. Dardanus ex Hetruria cū Harmonia & Iasio fratribus, surrepto Palladio ex templo Mineruæ in Samothracíam uenit, ubi Cadmus Agenoris filius inita cum eo amicitia, & defuncta uxore Harmoniam duxit: Dardanumq; in Asiam cum manu sociorum ad Teucrum regem misit: à quo gener regno adscitus eius filia Batia ducta, Teucridem post soceri mortem Dardaniam appellauit. Arrianus eum è Samothracia uenisse dicit ad Troadem, & Nesò, deinde Batiam filias regis Teucrorum duxisse: ex Neso Sibyllam, quæ uates fuit: ex altera Erichthonium, & Ilum qui post cum regnauere suscepisse. Sunt & Dardanij alij apud Illyricos. Elea Aeolica urbs, nauale Pergamensium, quondam Danais dicta, Menestei ædificium. Est & altera prope Mysiam nauale Bithyniæ. tertia in Phœnicia in medio Sidonis & Tyri. est deniq; in Aethiopia palus cum tribus insulis. Cenchreæ urbs, in qua moratus Homerus didicit ea, quę scripturus erat circa Iliada. alia nauale Corinthiorum, tertia in Italia. Azania siue Azanitū urbs Straboni ex XII. Herodotus Aezano protulit cum dipthongo ab Aezano Tantali filio. Ascania, quā Nicolaus in IIII. historiæ dicit ab Ascanio Aeneæ filio conditam esse: Est enim urbs & regio, ac palus in Troade Eustathio. Home. πὴλῆϊ ἀσκανίης ἐξιθώλακι ἠλθομ ἀμοιβοί. Pedasus urbs in Ida monte, quā inter XI. Achilles expugnauit. In eiusdem montis uertice Gargara plurali numero urbs Aeolica, ubi Leleges quondam habitauere: à Gargaro Iouis filio è Larissa Thessaliæ Steph. Epaphroditus uero ait Gargara mōtem esse, neutríq; generis proferre oportere: Gargarus aūt ciuitas fœminini. Hellanicus Gargasum scribit ciuitatē, putaī tamen menda in litera. Garganus aūt in Apulia mons. Gergis urbs, unde Sibylla Gergithia. Phlegon in Olympicis scribit apud Gergithios

Lyrnessus
Adramictum
Apæsum
Pergamum
Attali regia
Scepsis
Attandrus
Traianopolis
Attalia
Cylla
Cylleus flu. & mons
Smyntha
Myrina
Grynium
Lygdamum
Apollonia
Elea
Achilleum
Cuma
Lycij
Dardanium
urbs & pro.
Rhodius flu.
Hecubæ sepulchrum.
Dardaniæ origo.
Sibylla filia
Dardani
Elea
Cenchreæ
Azania
Ascania
Pedasus
Gargara
Gergis

templū esse Apollinis Gergithij, in qua Sibyllæ sepulchrū est: eius imaginē Gergithij in nu-
Eumenea mis percusserunt Stephano, Eumenea quam Attalus in honorē fratris Eumenis condidit,
Aphne altera in Caria, tertia in Hircania. Aphne urbs prope Cyzicum, altera in Libya, & Aph-
Artace neis palus prope itē Cyzicum. Artace urbs Milesiorū Colonia, Demosthenes poeta. τάσσατο
Lampronea δ' ἀρτακίοις ἐφέσιος ἀγυιαλοῖσιν. Sic em̄ Venus apud eos uocabatur. Demetrius aūt insulā esse
Traianopolis dicit, & Timosthenes montē prope Cyzicum. Memorant & aliæ Epicteti urbes ab autho-
Docimeium ribus, Lampronea Hellanico, Pelichna, Traianopolis, Attalia Steph, Docimeium Eudæ-
Eudæmon moni, Myrmissum Polemoni, Sigæum Straboni, Siga Hecatæo, Polyena Steph. qui Eucar-
Myrmissum piam in hac regione ob fertilitatē appellatam esse dicit. Montes quoq; in eo nobiles, Ida ad
Sygæum Lectū promontoriū pertinens ambitu stadiorū D. X. est altera in Creta, unde Troiana hæc
Polyena habuit originē, Terea, mons in ora Cyzicena, conterminus Zele, Straboni positus ἀπὸ τοῦ
Ida τηρεῖν. id est, seruare, quod in alto sita loco facile omnia contuetur. Sicut etiā de Ida nōnullis
Lectum pro. ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν, propter late aspectū. Terea uero Leucosyrorum est urbs. Phalacra mons Idæ di-
Terea ctus ab arborū raritate & caluitie, ob perpetuas in eo niues, est & promontoriū in Cercyra,
Phalacra ut Artemidorus in v. Deniq; quicunq; locus sterilis, ubi nihil uirentiū sit, Phalacra dici po-
Agamea test Steph. Lectū, Sigæum, de quo supra. Agamea mōs & palus, dicta q̄ in eo loco exposita
Rhœteum sit marino monstro Hesione innupta. Reperitur & Agamus circa Heracleā Ponti Steph.
Practius Rhœteum à Rhœtea filia Prometheī Eustath. Flumina itē Epicteti Practius inter Lamp-
Rhindacus sacum & Abydū fluens Straboni. Rhindacus inter Epictetū & Bithyniā, in cuius ostio se-
pulchrū Aegæonis herois Mysi, quē Hesiodus in Theogonia filiū cœli & terræ uocat, qui
Scamandrus & Gyges & Briareus dicit Eustath. Scamandrus fluuius ex nomine filij Hectoris. Xanthus
Simois flu. Troadis & urbs Lyciæ. Simois & Scamāder: quorū alter Sigæo, alter Rhœteo ꝓximꝰ,
ambo in cōspectu noui lij cōcurrunt. Atq; hæc quidē Epicteti siue Phrygiæ minoris loca.

PHRYGIA MAIOR.

Nacolia PHRYGIA maior cum Galatia & latere septentrionis terminatur, occidentis
cum minore, austri cum Lydia, orientis uero cum Cappadocia. Eius urbs Na-
colia in reflexu Sangarij fluminis Straboni. à Nacole nympha dicta Stepha.
dicitur & Nacoleia Græca diphthōgo, id est νακόλεια, sicuti Heraclea, Apamea.
Ptolemæo autē Nacolia hodie uetus retinet nomen, regia Turcarum in Asia.
Berecynthus anteq; Constantinopolis caperetur. Berecynthus urbs, & Berecynthia regio sacra deū ma-
Berytis tri. in eadē parte Berytis. Berythus uero Phœniciæ urbs. Synada, quam dicunt Acamantē
Synada condidisse, qui post bellum Troianū cum erraret in Phrygia, nactus quendam qui in ea re-
gione locum expugnabat, cui auxiliaris adesset, à quo & loco postea donatus, primū è Græ
cia coacta multitudine mortales ad habitandum inuitauit, quorum concursu Synagā prius
ipse appellauit, postea literæ mutatione Synada uocata Stephano. Hic marmor Synadicū
purpureis maculis, tracto colore è sanguine Atydis pueri, cum sese illo castrasset ex fabula.
Acamantiū Papinius in syluis. Ipse cruentauit maculis lucentibus Atys. Acamantium ædificium Aca-
mantis. cui Theseus iuuanti bellum contra Solymos hunc locum donauit. Parthenius in
Aphrodice Acamantida hanc urbem uocat. est & Acamantis tribus Attica. Aemonia urbs
Aemonia in eadem Phrygia Polyhistori, & Aemonium nemus in Ponto prope Thermodontē, ubi
Alabastra Mars dicitur Harmoniam genuisse. Stepha. Alabastra urbs Herodoto, unde Stepha. lapi-
Andreca dem gigni Alabastritem testatur. Andrea penult. producta, urbs in qua lapis inuenitur, qui
Sipylus combustus ferrū efficitur, admixtus cum cymino, distillat argentū adulterinū: postremo per
Philemoliū mixtus fit orichalcum Straboni xiij. Sipylus urbs, ubi fabula in saxū conuersæ Niobes, quæ
Dareon se Latonæ fœcunditate prætulit. Philemoliū, Dareon, Amorion, Manesium, Aphneon, ut-
Amorion bes omnes. est alterum Aphneon in Lydia, & Aphnitis palus apud Cyzicum, Medeon.
Manesion Myde urbs: Midea uero apud Argos metropolis urbs à deū matre ibi culta, Polyhistori.
Aphneon Sunt aliæ in Lydia, in Thessalia, in alijsq; locis. Tembroū urbs, Characi Tymbrū, Menan
Medeon dro Tembreum. Siassus Phrygiæ uicus, in quo ab initio coloni Cimmerij magnam uim
Tembroum frumenti sub terris conditam inuenere, ex quo diu uictitarunt, nomenq; loco ex auspicio
Siassus tali indiderunt ἀπὸ τοῦ σίτου. Steph. Charax locus est circa Celenas, ubi Alexander res gessit.
Dresia propēq; Alexandriam urbem ædificauit. Alia in Caria, in Ponto, in sinu Nicomediæ nobile
Apamea quæ Emporiū. Ste. Dresia urbs, Dionysi, in Bassaricis. βασίλειόν τι κεῖται ὁμωνύμως γαΐαν. Apa-
& Celene mea insigne Emporiū, ac secundū post Ephesiū, cōmuneq; Italicorū Græcorūmq; hospitiū,

sita in Marsyæ fluminis ostijs, qui urbē mediam præterlabens exit in Meandrum. Hanc An-
tiochus Soter à nomine matris appellauit. Hic fabula Marsyæ & Apollinis de musica cōcer
tātiū: sita est in mediterranea, dicata Neptuno, Celenēq; appellata à Celeno Neptuni, & Ce-
lenus unius ex Danaidibus filio. Hæc ferè Stra. Pli. uero hanc Apameā à Seleuco conditam
dicit, uocatāq; prius Dameam, q̄ ferocissimas gentes domasset: quo tēpore Eratosthenes ait
corruisse in Asia Solymorū & Lelegū, & Bebricū, multorūq; populorū gentes. Laodiceam Laodicea
quidā in Phrygia ponunt, alij in Lydia, de qua inter Lydos dicā. Geranea urbs Phrygiæ, est Geranea
alia in medio Megaræ & Corinthi, quò se recepit Ino Athamantē fugiens. Gerenia uero in Doeantes
Laconica urbs, item Geranthe. Ste. Doeantes cāpus Phrygiæ. Almona & Doeanta fratres
fuisse memorant, à quibus duo nobilitata nemora Doeantiū & Almonium. Idem. Mons Di Didymus
dymus matri deum sacer: unde fluuius Sangarius in pontū fluit Euxinū, nonnullis Sanga- mons
ron uocatur. Hermogenes in Phrygiæ descriptione ait quandā Sangā noie uenerantē Rheā Sangarius
in hoc flumine cōuersā ei nomē reliquisse. Marsyas, de quo paulo supra. Gall⁹, de quo Poly- Marsyas
histor in ij, de Phrygia scribit, Gallū & Atyn genitalibus sibi ademptis, Gallū iuxta Teriam Gallus
flu. ad habitandū uenisse: cui Gallo nomen indidit. Hinc eis postea castratos appellari. Hæc
Steph. Ouid. uero in Fastis Atyn puerū dilectū Cybeli ob pudicitiā sibi genitalia ademisse,
& in hoc flumine lauasse, ex quo Gallos eunuchos sacerdotes Deæ uocari.

AEOLIA, IONIA, LYDIA.

POST hæc intra Taurū restant regiones in cadē Asia describendæ. Aeolia, Io-
nia, Lydia, Caria, Lycaonia. Aeolos esse Troadas palā est, qui maxime per Ae
gæum littus extenduntur uersus meridiem cum Ionibus terminantes. Sed & ad
leptentrionē olim peruenerūt & Phrygiā, Armenos, Matianos, Cissianos cō-
prehendebāt, ut Stra. testatur: quorū linguam clara illustrauere ingenia poetica,
præsertim Sappho. Etymū trahūt ab Aeoli filijs, unde genus id prouenit, uel quod ex αἰόλα,
id est, uaria gente ac promiscua creuerint. Nam Aeoles quondā etiam Dores appellatos esse
compertū est. Nec solū eos, sed omes intra Isthmon Peloponnesiacū, præter Atticos & Me-
garenses uocati sunt Aeoles. Quāobrē Pindarus cum dorice scribat uocat αἰόλιδα μόλπαν.
Igitur Asiatici omnes Aeoles ab ijs qui in Europa sunt Aeolibus profecti uident. Eorum ci
uitates ad XXX. fuisse Strabo est author, quas in Phrygia atq; Mysia, tum insulis Aegæi XXX Aeo-
maris ex magna parte attigimus: ad Ionas transeam, qui eodē littore sequuntur, usq; ad Pho liæ ciuitates.
ceam. Iones appellati Eustathio ab Ione filio Xuthi, quē Euripides conditorē Asiaticæ tellu Iones
ris appellat: uir enim Atticus fuit, ex quo Attici prius Iones uocati: & in Attica las condita
regio. Strabo autē scribit Melanthū Codri filium ex Athenis in Asiam concessisse, ibiq; par Melanthus
tim à nepotibus, partim ab alijs xij. ædificatas esse ciuitates, quæ Ionicæ sunt appellatæ colo- Codri F.
niæ. Ephesum ab Androdo, Myuntem à Cydrelo, Erythram à Gnopo atq; his tribus Codri XII Ionicæ
filijs: Miletum uero à Nedeo, qui genere Pylius fuit: Lebedū ab Andropompo, Colophonē
ab Andremone Pylio, Prienē ab Epiro Nedei filio: Teū ab Athamante, Phoceā ab Athe-
nien sibus cum Philogene, Clazomenas à Paralo, Chiū ab Ogertio, Samū à Timbrione. Ae Neleus Codri
lianus autē de ua. histo. Neleum Codri filium fuisse dicit, & has omnis condidisse urbes. Vi-
truuius ait Athenienses ex responso Apollinis xij. colonias in Asiam deduxisse, tradito ne-
gocio Xutho eius q̄ filio Ioni. Sed & adeo postea creuere, ut Pli. ad lxxx. fuisse per cuncta Ion
maria testet. Quando Lydorum urbes Iones ferè sunt, pariter & Lydia describet, quæ ut ait Lydia
Pli. perfusa fluxuosi Meandri cursibus, super Ioniā procedit: Phrygiæ ab exortu solis uicina,
ad leptentrionē Mysiæ, ex meridie Cariā amplectens, Mæonia antea uocata. Eius in primis Mæonia
ciuitas (ut placet Herodoto) Ephesus Ionicarū clarissima, à nomine & ipsa Amazonis appel Ephesus
lata, pluribus ante nominibus dicta, Vrychia, Ortygia, Ptelis, Arsione ab uxore Lysimachi.
Olim diluuio absumptā ipse Lysimachus alio in loco communiuit, cuius calamitatis Du-
rici Elaici extat epigrāma. In hac templū Dianæ celeberrimū à tota Asia annos C C. ædifica-
tum, tāta ueneratione, ut Ephesij in quodā bello, humano subsidio deplorato, funē à foribus
templi ad urbis mœnia suspenderint, ciuitatē q̄ quasi soli Deæ tuendā permiserint. Eius in-
censor Erostratus, quanq̄ cautū fuerit ne quis eum nominaret, finem tamen cuius gratia fla- Erostratus
gitiū perpetrauit uidet adsecutus, eius nomine ad nos usq; per tot secula deducto. Smyrna Smyrna
in ora Ioniæ à Tantalo prius ædificata, dicta Naulochus. deinde ab Amazone sicuti & ple-
raq; Asiæ ciuitates appellata Stephano. Stra. refert porticū eam & portū & bibliothecam &

Universidad de Deusto
Biblioteca

gymnasium habuisse cum Homeri templo ac statua. Nummum'q; æreũ Homerũ appellant, quoniã Smyrnenses eum ut ciuem suum maxime sibi uendicant. Passi & ipsi terræmotũ ueluti multæ in eo tractu ciuitates M. Antonini principis tempore, à quo restituta urbs fuit: meminit Philostratus in uita Sophistarũ. Huc è tota Asia literarum gratia conueniebatur. Erat enim Smyrna portus cõmodissimus, quò undiq; è Græciæ atq; Asiæ regionibus omnes confluerẽt, Gymnasiũ & philosophorũ & oratorum quondã fuit celebratissimũ: nobilissima quoq; hinc orta ingenia. Teos in media ferè Ioniæ ora Herodoto, Athamantis ædificiũ, ex quo Athamantida eam Anacreon uocat. historia sic se habet. Athamas quondam locũ considerans ubi ædificaret, iam parata materia, interrogatusq; à Marte quousq; meditaretur: respondit τέως, id est, donec tibi ciuitatẽ ac templum constituã. est homonyma in Aegypto, alia in Scythia, in qua palus esse dicitur referta piscibus, ex quibus per serenũ oleũ manat in summa aqua tanta copia, ut colligi in uasa possit usibus aptũ. Hæc Steph. Strabo Teos dicit in peninsula sitã, portũq; habere. hinc quoq; fuisse Anacreontẽ poetã, Apelliconẽ, Hecataeũ historicũ. Clazomene clara & ipsa Ioniæ urbs, quæ insulas quondã habitatas in fronte septẽ habebat. Prope Clazomenas Erythra prius Gnopopolis dicta à Cnopo cõditore: est homonyma in Libya, in Locride, in Bœotia, in Cypro, quæ nunc Paphus dicitur. Steph, Strabo autẽ Erythrã portũ, & Coricum montẽ adiacentẽ dicit habere: Sibyllamq; hinc Erythreã tempore Alexandri ortã. Colophon, unde Homerũ plærique putant esse. Priene prope Ephesum parũ à mari recedens. Myus, id est, μυῶν inter Ioniæ urbes prope Magnesiã Strab. Stephano Cybelea urbs Ioniæ. Herodianus Cybelen dicit ciuitatẽ esse Phœniciæ: est & Cybela Phrygiæ & Cybelũ templũ, unde Rhea Cybele dicta, in eo loco culta siue nata Steph. Sillon, Buchia, Glaucia parua Ioniæ loca. Lydiæ regia Sardis, posterior reb⁹ Troianis: huic imminet Tmolus mons in uertice exedram candido lapide extructã habens, nobile regũ Persarũ opus, unde late prospectus ex altissima specula est. Hinc Pactolus fluit aureis (ut ferũt) ramentis, ex quo diuitias Crœso prouenisse. Hunc prope Astyra etiã urbs sita, prope etiam Arima siue Inarima (utroq; dicit modo) ubi sepultũ dicunt Typhoeum à Ioue fulminatũ, ut scribit Homerus: nonnulli dicunt in Syria, alij in Pythecusis Tyrrheni maris. Steph. Tmolo etiã uicina Asteria siue Asteris, ut Xanthus in IIII. Lydiorum scribit. Est & Asteria inter Cycladas. Asia urbs Sardibus proxima, & Asius campus prope Caystrũ. Home. ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίῳ ἀμφὶ ῥέεθρα. & Asiane insula Aethiopiæ, & Asis Isthmos. Dionysius poeta. ὑπέρτατος ἄσπετος αἴης. Est Asia maior & minor. Hierapolis inter Lydiã & Phrygiã: ubi sunt aquæ calidæ: dicit sacra, q multis referta sit templis: hinc clari uiri fuere, inter quos Serapion Stoicus. Est alia in Creta, alia in Syria. Philadelphia Attali Philadelphi ædificiũ, de qua inter Lydos & Mysos certatũ aliquando est. Stra. Alia in Aegypto, alia in Syria. Mastaura urbs ubi Rhea colebatur. Cuius etymũ tale Stephanus recenset. Cum Maunus ex ancillis Rheæ traderetur à Ioue Dionysius nutriendus, interrogata illa à Iunone, cuius esset, respõdit Martis: quare apud eos & omnis Cares Dionysius Massari appellatẽ, & Rhea Ma, cui taurum sacrificant, unde nomen inditũ ciuitati, quam Chrysaoras flu. præterfluit. Magnesia Mæandro uicina, colonia insignis è Thessalica Magnesia orta: abest ab Epheso XXV. mil. antea Thessalonica appellata, hæc Plin. Aelianus de uaria historia de his sic refert. Magnesij, qui iuxta Mæandrũ accolunt, cum aduersus Ephesios pugnarent, quisq; eques suũ canem uenatorem, & seruũ habebat speculatorẽ: primoq; concursu canes dimissi, qui hostiũ ordines turbabãt, serui deinde subsequentes iaculis & spiculis debilitabant: tertio loco equites superuenientes iam fessos hostes, ac turbatos facile superabant. E Magnesia fuere Egesias orator, & Simonides musicus. Aethiopiũ locus Lydiæ iuxta Hylum, ubi Diana Aethiopica colebatur, q Dianã agentẽ apud Aethiopas Apollo reduxit. Nonnullis uero quod eandẽ cum luna putent ἀπὸ τοῦ αἴθειν Callimacho. Quidã enim Hecaten ferentes à ferenda face dictũ, Aethiopicam putant ut Eratosthenes. Quædã alia oppidula locaq; Straboni Stephanoq; in hac regione ponuntur. Melampea, Magiste, Agra, Mesogis, Thyessus, Cyalus, Lycosthene. Laodicea nobilis Lydiæ ciuitas, cui mons imminet Cadmus, unde Lycus fluit. Hanc exornant Zenon orator & Polemon eius filius, qui ob uirtutẽ regnũ meruerunt, prius Antonio, postea Augusto concedentibus. Hæc Strabo. Plinius uero, Laodicea prope Lycum prius Diospolis, deinde Rhoas appellata. Eustath. autẽ, Laodicea Lydiæ, opus Antiochi Stratonices filij, in honorẽ ei⁹ uxoris ex Apollinis responso. Hæc inter septẽ Asiæ ciuitates à diuo Ioanne apostolo

Teos
Clazomene
Erythra
Colophon
Priene
Myus
Cybelea
Buchia
Glaucia
Sillon
Sardis
Pactolus
Astyra
Arima siue
Inarima
Asteria
Asia urbs
Asius campus
Hierapolis
Philadelphia
Mastaura
Magnesia
Aethiopium
Melampea
Agra
Mesogis
Thyessus
Cyalus
Lycosthene
Laodicea

stolo commemoratur. Trallis urbs Lydiæ, prius Anthea à florum frequentia dicta, uocata & Erymna Steph. Trallianos & Thessalos, Tyberius cognoscente Augusto oratione pulcherrima defendit, ut Tranquillus ait. Colossis urbs apud Lycũ fluuiũ, cuius meminit Herodotus. Stra. in XII. Colossem & ex urbe appellat coloris genus naturalis in lanificio, quo abundãt. Plinius colorem hunc etiam commemorat. Huius urbis meminit item noster Hieronymus. Ad hos igitur epistolæ sunt Pauli, nõ ad Rhodios (ut uulgus putat) Flumina Lydiæ Pactolus, de quo supra. Iardanus, cuius meminit Home. ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. Hermus Aeoliam ab Ionia disterminans. Cayster ex Ioniæ mediterraneis in mare tendit Aegeũ ἀπὸ τῆς κεκαυμένης χώρας, quod regionẽ iuxta habeat combustam. Huic adiacens dicitur campus Caystrius Stephano. Mæander omnium maximus, & flexuosus labitur, ex quo contortos amnes reliquos Græci Mæandros uocant ex huius similitudine. Item Prienem olim in ora sitam longo proschomate mediterraneam Mæander fecit. Stra. Pli, uero eũ ex mõte fonteq; Aulocrene oriri dicit. Mõtes in hac regione, q famã habeãt, nulli pter Cadmũ, unde Lycus.

Trallis urbs
Colossis
Colossẽi
Pactolus
Iardanus
Hermus
Cayster
Mæander
Cadmus mõs

CARES, LYCAONIA

TRANS Mæandrum omnia ad Cares spectare Strabo dicit, coscq; fuisse quandoq; sub Minoe, & tũc Lelegas appellatos, & insulas habitasse: deinde in continentem uenisse, & multa maritimæ oræ ac mediterraneæ colonis abstulisse Ionibus & Doriensibus, multãque rursus perdidisse. Eis semibarbaram esse linguam Eustathius testatur, quod passim per Græciam sparsi merebant, uel q à Doriensibus originẽ habuerint, à quibus Halicarnassus ædificata est, ab Athenien sibusq; Miletus, Caricæ nunc ciuitas: ex quo Cares aliqui atticissare, sicuti contrà, Atheniẽses nonnulli carizare uidentur. Primos omnium Græcorum stipendijs militare docuisse, prouerbiũ hoc monstrat, ὦ καὶ ἐπὶ τὸμ κίνδυνον ad illos qui commercium habent aliquod cum hominibus pareis & auaris. Igitur Miletus urbs Cariæ, ut diximus, mediterranea, Ioniæ caput, Neleis Codri regis Athenien sium filij ædificium Herodoto. Straboni uero Mileti Cretensium duces, uocata quandoq; Lelegis, quod Leleges eam incolerent: & Pityusa à frequentia pinuũ. Locus Mileti apud Branchiadas, quem Didyma uocant, ubi oraculum Iouis Didymæi, quod Xerxes unà cum cæteris incendit. Templum postea constructum omnium maximum ac subdiale, quod propter laxitatem & magnitudinem sine tecto remansit. Hæc ciuitas bis direpta, à Xerxe prius, deinde ab Alexandro, cum eum accipere nollet, sicuti Halicarnassus. Milesij colonias uaria in loca miserunt. Nam & Nilum XXX. triremibus nauigantes, apud eius ostia murum condiderunt. Apud item Istri ostia, & apud Euxinum, & Calypso insula quandoq; Miletus dicta est. Eius deniq; potentiæ testis illud apud Aristophanem in Pluto prouerbium πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι, id est olim potentes erant Milesij, in eos qui ex magna fortuna ceciderunt. Vellera item Milesia laudantur, ex quo prouerbium ῥώματα μιλήσια. Fuere hinc Thales, Aeschynes, Timotheus citharœdus, Cadmus prosaicæ orationis inuentor. Halicarnassus totius Cariæ regia à quodam Athe originem ducit, qui à Trœzene huc migrauit, sedemq; iuxta mare locauit ἀπὸ τοῦ ἁλός, unde uocabatur & Isthmos & Zephyra Philoni, hinc Dionysius fuit historicus & Herodotus. Hic & Hecatominus pater Mausoli, Idræi, Pissidori, Artemisiæ, & Adæ regnauit: ab Alexandro direpta, quod eum non receperit. Hic & Mausoli sepulchrum ab Artemisia conditum, inter VII. orbis miracula uisitur. Hic & Salmacis fons à Nympha eiusdem nominis, quam qui bibisset, uitio impudicitiæ molleseceret Straboni. Festus fabulæ causam adsignat, quod cum eius aditus parietibus angustis esset, occasionem iuuenibus potantibus dabat uiolandorum puerorum, ac puellarum. Ennius, Salmaci da spolia sine sudore & sanguine. Alabanda urbs, ab Alabando Euhippi filio dicta Characi: sed & aliam Alabandam scribit Stephanus in eadem Caria felicissimam, ex prouerbio uetere uocari, ædificium Caris, qui eam de nomine filij Alabandi appellauit, quem ex Callirhoe Mæandri filia suscepit: Alabandus enim Carum lingua, equo uincens dicitur. Ala equus, & Banda uictoria. Mycale mons & urbs Herodoto ἀπὸ τοῦ μυκᾶσθαι, quod hic Gorgones reliquæ Medusæ caput ululatu conquerebantur, uel ἀπὸ τοῦ μυχοῦ, quod in recessu Carici maris est. Mycalessus uero Bœotiæ est mons cõtra Samum arboribus densus, uti supra docui. Phocea Mycali opposita Phocensium Græcorum Colonia prope Hermi ostia, initium Ioniæ Straboni. Myndus urbs in ora Stephano. Hinc fuere Apollonius & Zenon grãmatici. Myndones uero gens Libyca est. Bargilia prope Myndũ

Branchiadæ
Templũ Iouis
Didymæi
Salmacis fons
Alabanda
Mycale mons
Phocea
Myndus
Bargilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Iassum,quam Cares Andamum uocatã esse dicunt:Achillis ædificium à Bargilio nomen adepta,quem ab equo pegaso interfectum Bellerophon hac ciuitate honorauit. Stephan. Hinc sinus Bargilicus appellatus. Iassus Cariæ ciuitas in insula regione habet sterilem atq; piscosam,de qua inter insulas Ionij diximus.Carianda oppidum in insula & lacus. hinc fuit Scylax historicus.Hidassus urbs à filio Bellerophontis. Steph.Chrysaoris, quæ postea Hydrias dicta Apollonio in Caricis.Sunt qui Cariã omnem Chrysaorida uocet.Suangela,ubi sepulchrũ Caris,ut indicio nomen est. Suangela enim lingua Carica regis sepulchrũ dicit. Octo enim urbes in hanc unã contulit Mausolus. Syrna ædificiũ Podalirij medici Machaonis filij, cuius huiusmodi Stephano historia narratur. Podalirium tempestate iactatũ,pastor quidã Bypasus nomine in littore excepit,duxitq; ad Damethũ Cariæ regem, cuius filiã Syrnam forte eo tempore à tecto collapsam Podalirius curauit,pro quibus meritis eandẽ ei locauit Chersonneso pro dote tradita, in qua ille duas constituit urbes, Syrnã in uxoris,& Bypasum in pastoris,qui eum exceperat memoriã. Sunt & illa minora oppida, Hecatesia, Euonyma,Curopolis,Momasus,Mylasa,Triopũ,Teladrus,Alma,Amos,Arconesus,Hapassa,Bargassã,Balbe,Dælmesa. Caunᵒ in insula.de qua inter insulas Aegei dixi.Phthir Cariæ mons prope Miletum,eo quod locus pinis abundet, quarum flores Phthires Græce appellantur, quod quandam similitudinem cum pediculis habeant. Et de Caria quidem hæc. NVNC LYCAONIA,quæ tota mediterranea est, Tauro à Cilicia Trachea diuisa, à septentrione Cappadociæ contermina, ex qua parte Tetrarchiam habet ciuitatum XIIII. inter quas celeberrima Iconium. Thebasa in Tauro, Idea in confinio Galatiæ atq; Capadociæ. Iconium enim prope Taurum est dictum ex imagine siue idolo, quod Prometheus & Minerua iussu Iouis hic finxerant secundũ fabulas post diluuiũ Deucalionis, uetoq; inde inspirante animatũ.Steph. Apud hanc urbem Imperator Conradus,dum expeditionem haberet Hierosolymitanam,insidijs est petitus Manuelis Imper.Constantinopolitani.

Carianda
Chrysaoris
Suangela
Syrna
Bypasus
Hecatesia
Euonyma
Curopolis
Momasus
Mylasa
Triopum
Telandrus
Alma
Amos
Arconesus
Phthir mõs
Lycaonia
Tetrarchia
Ciuitatum XIIII
Iconium
Thebasa
Ideã
Dedala mõs Lycij

LYCIA, PAMPHYLIA, CILICIA

NVNC regio Chersonnesi extra Taurũ,quæ Straboni in angusta ora est à Lycio monte Dedala incipiens, usq; ad oram Issici sinus, quæ præternauigatio stadiorum M.DCCXX.admodum portuosa,ubi Lycia,Pamphylia, & Cilicia,adiacentes q; ei regiones Pisidia,Cybira,Cabalia sitæ sunt. Lycios Dionysius propius mari ponit,Lycaones uero magis orientales & mediterraneos,quorum Homerus in Catalogo nullã facit mentionẽ, sed tantũ Lyciorũ,quos duobꝰ in locis ponere uidet. alteros in Troade,quos supra cõmemoraui,alteros in Caria,de quibus nunc loquemur: incertũ utris utri originẽ dederint.Strabo tamen dicit,q; è Troia Lycij in Syriã migrãtes locũ hunc occupauerunt.Herodotus Lycios,qui apud Cariã sunt,ex Creta aduenisse dicit,duce Sarpedone Minois & Rhadamanthi fratre: ac tunc primũ Tremylas, cum prius Solymi dicerent:postremo aduenientẽ Lyco Pandionis filio regis Athenarũ,& in partẽ regni à Sarpedone recepto Lycios dictos,genus alioquí ferum ac durũ,bello q; natũ, Sagittarios optimos corneis utentes arcubus,& telis arundineis,pellibus humeros caprinis amictos, & capite coronas gestantes,Eos in bellũ Troianũ Sarpedon duxit Bellerophõtis & Laodomiæ filius,alius à superiore Cretensi,ut Homerus.Sarpedon Lycios, Glaucus q; in bella uocabat è Lycia longe Xanthi prope prata fluentis. Longe è Lycia dixit ad differentiã Lyciæ, quæ apud Troiam est,cuius uiris præerat Pandarus,ut enarrat Eustath.Tremyle autẽ (uti supra memoraui,Lycia dicta,& Lycij Tremylenses,à quodam Tremylio, cuius originẽ Paniasis poeta,apud Stephanũ pulcherrime his uersibus notat, Ενθα δ' ἔνεπε μέγας τρεμύλιος, ὃς γένε Λύγατρα, Νύμφῃ ὀιγιγίῃ, τρεχεδίκῃ καλέεσκον, Συμβρῷ ἐπ' ἀργυρέῳ τραμῷ ῥεεθύνεν. τῆς δ' ἀλοοὶ παῖδες τιμῆος πάντος ἔκ πίναρος, καὶ κραγὲς, ὃς κρατέων πάσας ἐλικίζετ' ἀρησάς. Lyciam olim LXX.oppida habuisse,Plinius testat suo tempore autẽ,XXXVI.In hac Strabo sex maximas dicit esse ciuitates.Xanthum,Patara,Pinaram,Olympum,Myram, Tion.Ii cum iusti uiuerent libertate donari à populo Ro.meruerunt, uiderunt q; euersos uicinos & Isauriã & Cilices. Xanthus urbs & fluuius à Xantho quodam, qui ea incoluit loca: est & Troiæ fluuius & ciuitas in Lesbo. Stephan. Patara urbs & promontorium Lyciam à Caria diuidens,plurali numero,de qua Eustathius huiusmodi narrat historiã: Patarus & Xanthus filij Lapeonis piraticam primi exercuerunt: tandem finito errore in Lyciorum terra constitere,quorum alter Xantho, alter Pataris nomen dedit. Aliud etiam etymum repetit ἀπὸ τῆς πατάρας,

Lycij Tremyli dicti.
Sarpedon Lyciorum oppida XXXVI

πατάρας, quod est uenter uel arca.Dicunt enim arculam quandã, ubi erant picta Apollinis arma,sagitta, arcus, & lyra, uento in mare Lycium deportatã, inde in Chersonnesum delatam, unde & Chersonnesus ipsa Apollini sacra & Patara nomen accepere. Sunt & qui à Pataro Apollinis filio uelint appellatum.Hinc S.Nicolaus præsul fuisse traditur.Pinara ciuitas Lyciæ maxima, occubans Crago monti,à Pinaro Tremiletis filio ædificata,ut dixi.In huius regionis exordio Olympus mõs, Corycus oppidũ in ora munitissimum. Phaselis in ora sita,tribus porticibus ornata Straboni.Hic ut ait Pausanias,templum Mineruæ,ubi lancea Achillis seruabatur.Deinde Olbia urbs. Deinde Attalia ad ostium Cataracti fluminis, ab Attalo Philadelpho ædificata,& in Corycum uicinam habitationem translata.est & Attalis in Lydia.Chelidoniæ insulæ tres Lyciæ sex stad.spatio adiacentes Strab. Ptolemæoq;. Est & Chelonia insula in mari Rubro,& Chelonij populi Illyrij. Assus urbs in alto sita loco, de qua inter insulas dixi. Sura, Manteum Lyciæ, Drepane, Chimæra,Phellus,Antiphellᵒ, mediterranea sunt oppida Straboni.Montes Lyciæ Dedala,Cragus à Crago filio Tremilis patris Praxidicæ nymphæ Polyhistori in Lycianis apud Stephanũ. Anticragus, Solymus,Olympus.Flumen uero Cataractus è Tauro meridiem uersus in mare Pamphylicum labens Pamphyliam à Lycia disterminat Ptolemæo Straboniq;. ADIACENT præterea Lyciæ,Cilicizq;,Pisidæ,Cabalenses,Cybirenses,Solymi,Isaurici.Pisidarum oppida Strabo hæc commemorat,Selgam,Segalasum, Petnilisum, Biaden, Cremnan, Pityasum,Amblada,Anaburam,Sindam,Arasum,Tarbasum,Termessum.Ex ijs alij sunt omnino montani,alij ad montium ima descendunt,ex utraq; parte,& in Pamphyliam, & in Myladẽ Phrygibus,Lydis,& Caribus finitimi. Horum potentissima Selga Lacedæmoniorum ædificiũ. Alexandrum uenientem præter alios,non ut serui,sed ut amici ceperunt,ut Strabo etiam dicit:ex eorum montibus Eurymedum,& Cestium flumina in Pamphylium labi pelagus,& apud eos Storacem paruam arborem nasci,è cuius scobe corrosa à uermiculis fit succinum eius nominis.Præterea eos iuste degere argumento est nomen,quod Græci ἀστιλγεῖς, addita ἀ,improbos significant,ut ait Stephanus. Teumessus quoq; Pisidea ciuitas, Cybiræ immanens,& Telmessis promontorium prope Anticragum cum portu Straboni.Eustathio autẽ Termessum hunc Pisidiæ uocari: Telmessum uero Cariæ ciuitatem deprehẽdimus,ubi magicæ artis originem fuisse,& Cicero & Plinius sunt authores. Est enim Aristophanis Drama τελμισσῆς. ex quo duplici ll, Stephanus Telmessum scribendum putat. Sed & Termessum Pisidiæ geminum dicit, maiorem & minorem uocatum, alterumq; alterius coloniam esse.Termessum etiam Bœotiæ montem.Strabo item dicit Telmessenses, sicuti & Cabalenses,Solymi putantur esse à Solymo monte illis imminente: proximum & Bellerophontis uallum,& Isandri filij sepulchrum, qui in bello cecidit contra Solymos. unde Homerus ait, δεύτερον αὖ σολυμοῖσι μαχέσατο κυδαλίμοισι. & de filio Isandro sic ait, οἱ υἱὸν ἄρης ἄπυος πελέμοιο μαιμάωντα σολυμοῖσι κατέκτανεν. Ex quo apparet Solymos alios à Lydis fuisse. Eos Strabo putat Mylios esse.Mylia enim urbs montana, quæ ab angustijs Termessi ad Apamearum regionem pertinet. Cabaliam enim & Cabalienses populos in mediterraneis Lydorum Plinius ponit,quorum tris urbes dicit Balburam,Bubonem,Oemadam.Straboni uero Oenoandum:Quarum conuictus adiuncto Pisidio Telmisso,Tetrapolim uocari.Cybiram uero & Tabas duo fratres condidere Cybira & Marsyas. Hic in loco arduo supra petram ex argumento nominis ciuitatem uocauit. Tabam enim Græci molarem dicunt Stephano. At Cybirenses Cabalensem agrum incoluere', unde Coloni in Ciliciam uenere. Strabo. Cybirensis administratio inter maximas totius Asiæ censetur. Quatuor enim linguis utebantur Pisidarum, Solymorum,Græcorum,& Lydorum. Isauria regio & ciuitas Lycaonibus finitima prope Taurum sita montem,latrocinijs & ipsa uacans à P.Seruilio cognomento Isaurico expugnata.Fuit eius etiam oppidum Derba & Derbenses populi. PAMPHYLIA reflat & Cilicia ex Chersonneso.Pamphylios ex socijs Amphilochi & Calchãtis, qui è Troia sunt secuti, ex argumento nominis esse, ex ijs q; alibi alios dispersos, & ex uaria gente huc collectos,authores sunt Herodotus & Strabo.Cognominatã uero Mopsopiam, & cum Cilicia coniunctam,& mare item Pamphylium cum Cilicio. Plinius. Eorũ urbes Sida Cumanorum colonia cum Palladis templo. Aspendus,ædificium Argiuorum,olim clara. Hic Veneri suibus sacrificabant, eo quod author eius generis Mopsus ex Argis huc proficiscẽs primum obuium sacrificare uouerat,occurrit autem sus, ut ait Stepha, Arrianus aũt de gestis Alexandri

Patarà
Pinara
Olympus
Corycus
Phaselis
Olbia
Attalia
Chelidoniæ insulæ
Assus
Sura
Manteum
Drepane
Chimera
Phellus
Antiphellus
Dedala
Cragus
Anticragus
Solymus
Olympus
Cataractus
Pisidarum oppida.
Selga
Segalasum
Petnilisum
Bias
Cremna
Pityasum
Amblada
Anabura
Sinda
Arasum
Tarbasum
Termessum
Selga potentissima.
Teumessus
Solymi
Bellerophon
Isandri sepulchrum.
Cabalienses
Bubo
Oemada
Cybirenses
Isauria
Derba
Pamphylia
Sida
Aspendus

Alexandri ſcribit hãc gentem affecto incõmodo Alexandri exercitu, eſ L. talenta equosq́ totidẽ, quos nutriebant regi, dare promiſiſſe: à quibus deinde fœdera frangentibus pro L centũ ab Alexandro exacta fuiſſe. Cilices aũt à Cilice Agenoris filio, q ad inquirendã miſſus Europã, ad Piraticã ſe conuertit: tandẽ partis opibus, hanc ſibi ſedẽ cum ſocijs delegit. Quapropter Cilices piratæ dicuntur primi authoris flagitio ad poſteros manante. eos Cn. Pompeius trimeſtri bello ſuperatos partim relegauit, partim ſupplicio adfecit, mariãq; propterea liberos q; undiq; cõmeatus reddidit. Cilicią in formã prouinciæ redactã rexit quandoq; M. Tullius non ſine magno repetendæ urbis deſiderio, ut in eius apparet epiſt. Strabo & item alij in Trachiã quæ ad mare & Iſſicum ſinum uſq; protendit, ac campeſtrẽ, quæ cum Iſauria ac Lycaonia terminat, diuidunt. Ciliciæ partes Caramanni è Turcarũ genere ac familia, annos ꝓpe CCL. occupauerũt, unde ab Othomanis eiuſdẽ ſectæ noſtris temporibus pulſi, ex eiſq; Abraamus Caramanus ad Pium II. Pont. imploratũ auxilia miſit. Inter Ciliciæ urbes Tarſus nobiliſſima: ædificiũ Sardanapali. Argiuorũ deinde colonia fuit ſedẽ quærentiũ. Etymum eius à Tarſo ꝓuenit, id eſt, parte pedis equi Pegaſi in eo loco cadentis confracto, uel ἀπὸ τοῦ τέρσθαι, id eſt, errare, q; poſt diluuiũ ibi primũ terra cœperit ꝓpe taurícos montes exicari. Tarſus eñ apud Græcos multa ſignificat, partẽ ſupremi pedis iuxta digitos, ordinẽ remigantiũ, uolucrũ alã, Calathũ, in quo caſeus coagulat aut cõdit: addita uero adſpiratione audaciã. Campũ habet quẽ Home, ἄλσιον uocat, id eſt, erraticũ, ubi ſcribit Bellerophontem poſtq; ex equo cecidit, claudũ, ac monte lapſũ, ꝓcul ab hominibus erraſſe. Præterea ab amne Cydno abluit. hæc ex Euſtathio. Strabo Gymnaſiũ ibi fuiſſe, ſtudiumq; literarũ magnopere uiguiſſe tẽpore præſertim ſuo teſtat: fama ſecunda poſt Alexandriã. Tarſi cõplures fuere eloquio inſignes, q in ſophiſtica facultate clarucrunt: quos in Onomatologia adnotaui, omniũ tamen obſtruxit luminibus uas electionis, doctorq; gentiũ Paulus noſter. Liberã eſſe gentẽ Plin. teſtat. Solœ urbs à Solone, qui leges dedit Athenienſibus, cum exularet à patria hic colonos conſtituit. Cũ uero Athenienſiũ linguã barbari paulatim inquinaſſent, Solœcízare dicti ſunt, eorũ exemplo, qui corrupte loquerent, ut Euſtath. Strabo aũt dicit Argiuorũ opus eſſe, & Rhodiorũ, qui à Lindo uenerũt. Scribitur in antiquis uoluminibus Solœ pro Soli, quemadmodũ & apud Tullium in III. de natura deorũ reperit Canephoræ pro Canephori, ratione diphthongi Græcæ ſeruata. Ea & Pompeiopolis appellata, q; Põpeius deuictos piratas, quos uenia dignos putauit, hic collocauerit, author Strabo. Adana urbs neutri generis, hanc incoluere Adanus & Sarus, cũ Tarſenſibus bellũ gerentes, ac potiti in ea regione: alter Adanã ciuitatẽ, alter Sarũ flu. uicinũ (quod prius Cœranũ uocabat) de ſuis nominibus appellauerũt. Terra ipſa parũ mari recedit, inter Sarũ & Pyramũ. Sar⁹ eñ adeo rapide fluit, ut in eum ꝓiecta procul in ripã more teli repellat. Stephan. Anchiala, Dionyſio Anchialea appellata, ſicut Theſſalonica & Theſſalonicea. Anchialã Sardanapalus ſimul cũ Tarſo uno die ædificauit, ubi & ſepulchrũ & eius ſtatua cũ epigrãmate Aſſyrijs literis, de qbus in onomatologia dixi. teſtis Ariſtobulus Strab. Nõnulli ab Anchiade Iapeti filia, ex qua filio Cydnus ortus, qui fluuio nomen dedit, author Euſtath. Mallus in ora & alto ſita monte à Mallo cõditore, ut Stephanus ex authoritate dicit Callimachi. Strabo uero aliter, Mopſum uidelicet & Amphilochũ hunc locũ ædificaſſe: ſed Euſtathius oraculo admonitos dicit: ubi Coruus Mallon, id eſt, lanã ore ferret. Sunt & Malli indorũ populi, apud quos Alexãder de uita periclitatus eſt. Amaxia urbs Thraciæ, Ciliciæ Straboni. Incola Amaxeus. Anazarba intus ſita, nũc Cæſarauguſta Plinio, unde Dioſcorides medicus, & Aſclepiades grãmaticus, q; de fluminibus ſcripſit. Coricũ oppidũ, portus, & ſpecus: unde Crocũ Coricium Plin. de hoc poſtea dicemus. Eſt & mons apud Erythrã Ioniæ. tertiũ paruũ Mithridatis oppidũ in ponto. Pania nauale Ciliciæ circa campum Aleiũ, eſt item ſpelunca Palæſtinæ Stephano. Rœzus nauale apud oſtia Sari fluminis. Elæuſa inſula Ciliciæ, quæ nunc Sebaſta. Mopſus apud Pyramũ fluuiũ Mopſi ædificium Straboni, Incolæ Mopſeatæ, unde fuit Heraclides Mopſeata nobilis grammaticus. In hac urbe fuerat nobile templum Veſtæ ab Hadriano ædificatum, quod ex lapidis inſcriptione Græca deprehendimus nuper effoſſi ad radices palatij: ubi templum Veſtæ Romæ fuerat his uerbis à me conuerſis. Imperatori Cæſ. diui Hadriani F. diui Traiani Parthici Nepoti. diui Neruæ pronepoti, T. Aelio Hadriano Antonino Auguſto pont. Max. Tribu. pot. III. Cos: D.D. Seruatori Hadrianæ Veſtæ, q; apud Mopſũ eſt Ciliciæ ciuitatẽ liberã & amicã, ac ſociã Romanorũ S.P.Q. ob diuinã ei⁹ iuſtitiã in iurib⁹ illius firmiter

Cilices

Cilicia duplex

Tarſus

Solœ

Soli quæ & Pompeiopolis.

Canephoræ

Adana

Sarus

Anchiala

Mallus

Amaxia

Coricum

Pania

Rœzus

Elæuſa inſula quæ Sebaſta

Mopſus

firmiter ab initio conſeruatis. Præterea Caſtabala, Aphrodiſias, Zapyrus appellata Steph. altera inter Lydiam & Cariã, & in Africa prope Cyrenem, in Scythia, in Cypro, in Aethiopia, in Hiſpania. Sunt & inſulæ duæ apud Alexandrũ, Aphrodiſiæ uocatæ. Iſſus qui & ſinui nomen dedit, idem & Alexandria dicta Plinio, ubi Dareus ſuperatus ab Alexandro fuit. Coraceſium, Holmus, Seleucia. Montes, Olympus, Amanus Tauri pars, Ciliciam à Syria diſterminans. Dicunt huc Oreſtem cum Iphigenia & Dianæ ſimulachro uenientẽ à furore deſiſſe. Nam Amanis apud Græcos ſine inſania dicitur. Sunt & apud Arabes populi Amanitæ uocati Ioſepho: apud hunc uero portæ ſunt Ciliciæ, clauſtra quædam ad Syros aliáſq; barbaras nationes arcendas. Hunc primus tranſgreſſus Seleucus pater magni Antiochi, & ipſe quoq; Antiochus intra hunc ſe ex fœdere continere iuſſus eſt à ſenatu. Promontoria, Sarpedon, Zephyrium, prope Calicadni fluuij oſtia, per quem Seleucia aditur. Flumina Pyramus & Cydnus ex Tauro in mare profluunt Pamphylium: Pyramus & Cydnus & Pinarus dicitur, de quo uaticinium huiuſmodi antiquum Apollinis fertur. Ἴσστα ἐσομβλίοις ὅτι πόρσαμ@ ὠγυδίνικο, νῆονα πρόχοτ ἰερὴμ εἰς κύπρομ ἐἶκητ. Cydnus Plinio recipit amnes LX. Torrentes amplius centum. Hunc frigiditatis nimiæ infamauit Alexandri quondam morbus inde contractus. ABSOLVTO Cherſonneſo breuiter quæ noſtra hic ætate geſta ſunt attingam. Hæc loca à Caramanis occupata fuiſſe: deinde ab Othomanis ſupra commemoratum. Veneti igitur anno M.CCCCLXXII. inito cum Caſano Perſiæ rege fœdere littora Ciliciæ claſſe infeſtarunt, & ut ex literis quas ad Antoniũ Donatũ oratorẽ apud Sixtum Pont. miſerunt apparet, cepere oppida quædã, inter quæ Sechir appellatum, & Coricũ antiquum & munitiſſimum, quæ Caramanis ac Caſano reſtituere. Teſtabanẽ quoq; Caſanum cum maximis copijs Euphratem tranſmiſiſſe, ueniſſeq; in Cappadociam per eam partem, quæ paret à Syria. Cepiſſeq; ſimul & diripuiſſe Cæſaream, atq; Sebaſtiam maximas urbes quarum altera Caramani erat, abeſſeq; à Corico iter quinq; dierum. Indeq; ire cõſtituiſſe ad Iconium, inde contra Othomanum. Caſtellum autem Bir, quod eſt in Syria, cum aliquandiu obſediſſet, fretus Sultani auxilijs, tandem pugna cõmiſſa Othomanus fugatur, tantoq; in hac terrore repellitur, ut Euphratis ponte impetum non ſuſtinendo diruptо, bona pars fugientium ſubmergeretur. Hæc ſumma epiſtolæ.

Caſtabala

Aphrodiſias

quæ Zapyrus

Iſſus

Sinus Iſicus

Coraceſium

Holmus

Seleucea

Olympus

Amanus

Ciliciæ portæ

Inſcriptio

Anto. Pij

Sarpedon

promõtorium

Zephyrium

promontoriũ

Pyramus

Cydnus

Hiſtoria recẽs

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIBER XI.

SYRIA

SYRIA lata quidem regio, & quæ numeroſos continet populos diuerſis appellata nominibus, ut planè docent Herodotus, Ptolemæus, Strabo. Nam & Comagena eſt, & Phœnicia, & Seleucis Syria, & Cœloſyria, & Leucoſyria, & Palæſtina: Plinius uero addit & Meſopotamiam, & Babyloniam nomine Syriæ contineri. Dionyſius poeta Syriam uocari dicit circa Libanum & Caſium montes uſq; Sinopen, inde poſtea Aſſyriam incipere. Eratoſthenes Syros ait appellari ἀπὸ τοῦ σύρειν, quod in ijs regionibus maria ſint tumida, in continentem q; limum trahant fructibus admodum utilem. Plutarchus in parallelis Syriam uocari dicit à Syro Apollinis & Sinopes filio. Terminatur enim Amano monte, à ſeptentrione: ab Auſtro, felici Arabia: ab occidente, Aegyptio pelago: ab oriente Euphrate. Igitur poſt Amanum & Ciliciam Comagena eſt, cuius caput Samoſata Straboni. Seleucis Tetrapolim continet. Quæ quatuor clariſſimis conſtat ciuitatibus, in totidem antiquitus Satrapias diuiſis, Antiocheam, Seleuceam, Apameam, & Laodiceam, quas omnis condidit Seleucus Nicator, primus è Seleuciorum familia uir maximus: quapropter in monte Caſio ei ut heroi ſolennia celebrant. Primam ac maximam patri ædificauit, ſecundam atq; fortiſſimam ſibi, tertiam uxori, Laodiceam uero matri, ut idem ſcribit author. Ex ijs Seleucea ſita eſt in ora ad Orontis oſtia, cui mons adiacet Pieria Ptole. Straboni q; appellatus. Polybio uero Coryphaſius. Orontes enim flu. Typhon prius eſt appellatus ob Typhonem apud eum fulminatum, ut ſcribit de Arimis in Iliade: deinde mutato nomine, ab illo qui in eo pontem fecit Orontes eſt appellatus. Ex Libano eñ oriẽs pẽr agrũ Apamienſẽ, ꝓpe Antiochiã & Daphnẽ in mare Seleuciæ ꝓximũ deferẽt. hęc Stra. Polyb, inſalubres eũ aquas hũanis corporib⁹ & accolis dicit habere.

Comagena

Samoſata

Seleucis

Tetrapolis

Seleucea

Orontes

Antiochea

Antiochea Antiochea xij. mil. pas. à mari recedit montibus clausa: portũ habet ad Orontis ostia, q̃ sancti Simeonis hodie appellatur. Hæc Syriæ totius Metropolis erat, regiáq; Seleucidarũ, in quã omnis uires Nicator contulit, prius Ræblata dicta est in lib. iiij Regum, quò Sedechias rex captus ad Nabuchodonosor Babyloniæ regem perductus, atq; oculis priuatus est. Eam seruos Abraami ædificasse sacra docent uolumina. Postremo Iustiniani principis tempore, Theopolis est dicta. Romani eam cum reliqua Syria per L. Scipionem uicto Antiocho recepere, floruitq; sub eorum imperio annos ferè mille. Deinde unà cum Hierosolymis capta à Saracenis: demum post annos centum, sedente Vrbano II. iterum unà cum ipsis recuperata à principibus christianis, & Boemundo tradita. Rursus autem à Saladino trium spatio mensium expugnata, nec unq; postea recepta. In qua expugnatione non prætereundum memorabile facinus uirginum religiosi cuiusdã cœnobij. Hæ siquidẽ cum primũ urbẽ captam conspicerent, miserq; omnium cæde compleri, nec uitæ cuiusq; nec pudicitiæ parci, adhortatione inter se mutua, gladijs ora sibi dehonestarunt, fœdamq; hostibus laniatis uultibus, ac manante cruore specie prębentes, libidinẽ formidatam auerterunt, quamobrẽ ad unam omnes salua pudicitia necatæ. Hic prima cathedra principis Apostolorũ, christianiq; primum appellati, cum antea discipuli dicerentur. Sub Antiocheno patriarcha XX. prouinciæ, XIIII. Metropolitani CLIII. præsules, & in urbe CCCLXVI. tẽpla fuere. Sex uero urbes sub duobus primatibus, quos catholicos uocabant, habebat. Quorum alter Irinipolitanus, id est, Baldacensis, quæ ciuitas qondam Babylon dicta est. Alter uero Ancensis, qui Persidis primas appellabatur. Plures Antiocheas Stephanus cõmemorat. In Lycia ab Antiocho Epiphane ædificatam, in Mesopotamia Mygdoniã appellatam, à Barbaris uero Nisibis: in Arabia Semiramidis opus, in Lydia prope Pyramũ fluuium, apud Pieriam, quam Aradum Syri uocant, & alijs nõnullis etiã locis. Apamea tertia Tetrapoleos intus ad Orontis sita fluenta, uocata Chersonnesus, ob aquarũ circumfusionem, & Pella ab Alexandro cognominata, ex patriæ nomine, quod huc milites Macedonũ conuenirent, & equi alerentur. Tenuit eam Tryphon, cui cognomentum Diodoro, natus Cosianis castello Apamiensiũ, educatus Apameæ, & regi cõmendatus. Cepit etiam Cæcilius Bassus exul cum duabus legionibus, duósq; exercitus Romanos sustinuit. Tandem conditionibus quas uoluit, transegit. Strabo. Laodicea quarta Tetrapoleos, prius Leuca, & longe antea Rhamata ab Hebræis uocata, ut Philo testatur. Ex mare deinde Seleuci Nicatoris nomine mutato à barbaris postremo Lyche appellata terra est, ac fructuũ omniũ, tum uini feracissima, quod abũde Alexandrinis suppeditat. Eam nõ paruo incõmodo adfecit Dolobella in eam cõfugiens, & expugnatus unà cum ciuitate atq; interfectus à Cassio: ultima sanè à nostris in Hierosolymitana expeditione capta. Tancredus princeps Antiochenus eam die quo Apameã subegit. Alia est in Lydia, tertia in Lycaonia, quarta in Media. Daphne urbs amœna prope Antiocheam religione sacra, ubi fons & lucus, templumq; Dianæ & Apollini. Quorum festum mos Antiochensibus huc conuenientibus celebrare, ut ait Strabo. Casius mons Seleucidem à Tripolitana regione diuidit, iuxta mare situs, nomen regioni Cassiotidi dedit. Alter in Aegypto. In hoc textæ uobiles & arte laboratæ uestes, quæ Casianæ dicuntur Eustathio. Reges nunc Syriæ prosequar, quos Appianus in Syriaco, in hanc sententiã cõmemorat. Primus Syriæ rex post Alexandrũ, Seleucus Antiochi è ducibus Philippi Macedonis, & Laodices filius cognomento Nicanor, eo quod corpore ingenti ac robusto fuerit, taurumq; syluestrem in Alexandri sacrificio olim elapsum uinculis, sese opponẽs, utraq; manu tenuerit, quod in statuis conspicitur, quibus cornua desuper adiecta sunt. Vrbes autem condidit Antiocheas XVI. in memoriam patris. in honorem uero matris quinq; Laodiceas. nouem suo nomine Seleucias. quatuor suis uxoribus dicauit, tris Apameas, & Stratoniceã unam. Quarum ætate nostra, illustriores adhuc extãt: Seleucia quæ in maris littore sita est, & quæ supra Tigrim fluuium. Laodicea uero in Phœnicia. Sub Libano monte Antiochea. Syriæ quoq; Apamea. Huius item meminit & Trogus lib. XVI. Multa feliciter bella gessit, Babylonem cepit, Bactrianos expugnauit, ad Indiam usq; penetrauit. Quæ post Alexandri mortem, ue luti iugo seruitutis excusso, præfectos eius occiderat. Compositis in oriente rebus, cum Lysimacho congressus, cum prælio uicit atq; occidit. Lætus itaq; tali uictoria, cum se præsertim solum de Alexandri exercitu uictoris uictorem remãsisse conspiceret, nescius fati, post menses septem & ipse à Ptolemæo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, perinfi-

Antiochea quando capta

Nisibis

Apamea quæ & Pella.

Laodicea quæ Rhamata

Daphne

Casius mons

Cassiotis regio

Casianæ uestes

Reges Syriæ

Seleucus Nicanor

dias circunuentus, occiditur, anno ætatis LXXIII. Regnumq; Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum uita pariter amisit. Hęc ille. Huic Antiochus filius cognomẽto Soter, teste Appiano in eodem libro, successit. Is Stratonicen nouercam adamatam, indulgẽtia patris obtinuit, ut author Valerius. Gallos ex Europa in Asiam transgressos expulit. Antiochũ filium cognomento Deum, regni hæredem reliquit. Hunc igitur uxor Laodice ueneno, ob inductam alteram Berenicen, Ptolemæi sororem necauit. Eius item tempore Parthi, ueluti perturbato iam Seleucidarum regno, deficere cœperunt. Ex hoc geniti: Seleucus cognomento Callinicus, & Antiochus. Seleucus natu maior Syriæ regno præfuit, nouercã Berenicen cum paruo filio in oppidum Daphnes fugauit. Quare Ptolemæus ad ulciscendam sororem cum exercitu profectus, post aliquot illata damna, pacẽ cum eo statuit. Antiochus uero minor frater, qui apud Antiochiam regnabat, exercitum quem in fratris auxilium adduxerat, contra eum per proditionem conuertit, ex quo breui tempore pœnas dedit, expugnatus paulo post ab Eumene Bithyniæ rege, coactusq; ad Ptolemæum confugere, inimico se potius quàm fratri credens. Ptolemæus uero cum in custodiam coniecit, unde furtim elapsus, à latronibus fugiendo interficitur. Seleucus autem ijsdem ferè diebus, ex equo lapsus excessit, duos relinquens natos, quorum Antiochus interfecto fratre, imperium arripuit. Hic ergo ex argumento rerum gestarum, magnus appellatus, Babyloniam, Aegyptum, Iudæam, aliasq; urbes patrio adiecit imperio: postremo Græciam tentauit, in eam cum LX. mil. ingressus, Aetolis ei fauentibus contra Romanos, quod Philippũ in Macedonia dimisissent. Iratis igitur Græcis auxilium petentibus, M. Attilius Glabrio Cos. cum exercitu uenit: quicum, quanquam ab initio rebus feliciter gestis, paulatim in luxum, ob amorem præsertim uirginis Chalcidensis, prolapsum, demum signis collatis apud Thermopylas clade adfectũ, occisis XL. mil. compulit in Asiam remigrare. Iterum ab Aemylio Regillo nauali prælio uictus, Apameam confugit cum uxore & filia, ubi Seleucus filius erat. Postremo aduentantibus Scipionibus contra eum, rex legatos de pace, simulq; filium Scipionis captum, dono ei misit. Scipio ob priuatam causam nihilo remissius cum eo agens, datis conditionibus & non acceptis, cum apud Syrophilum montem commisso prælio superauit, atq; ijsdem quas prius offerebat legibus, ultra Taurum montem relegat, qui tandem à sodalibus, quos in conuiuio pulsauerat, occiditur, relictis Seleuco Philometore, & Antiocho: qui obses à patre Romanis est datus. Seleucus igitur regnauit annis XI. quando Ptolemæus Epiphanes in Aegypto. Ad hunc Simon præpositus templi cum muneribus uenit, ut sibi principatum uendicaret, & indicans multam esse gazam in ærario. Heliodorus ad hanc surripiendam missus, diuinis ostentis trepidus refugit, de quibus latius in Maccab. II. Hoc extincto, Antiochus frater obses, à Romanis ad regnum dimittitur, cui filius Antiochus Epiphanes, siue illustris successit, qui Ptolemæo Philometori tunc à patre relicto, & Ro. commendato, bellum intulit. A Popilio igitur legato admonitus, ac responsum differens, uirgula circũscriptus, statim mandata se facturum est pollicitus, Demetriumq; Seleuci fratris filiũ obsidem dedit. Is post auum Antiochum magnum, suorum ignauia collapsum restituit regnum. Hierosolymam cepit sub Onia optimo sacerdote, cuius frater Iason patriæ proditor, summus sacerdos ab eo factus, ut regi placeret, omnia polluit, leges paternas irritando. Missus ab eo Menelaus Simonis supradicti frater cum tributo & donis, omnia in suam gratiam conuertit: quapropter reuertens, expulso Iasone, sacerdotium usurpauit, pro quibus malis ultore deo, Antiochus tabe longa consumptus, misere periit, relicto Antiocho Eupatore filio, cum Lysia tutore, qui insectationem paternam in Iudæos continuauit: ambos uero Demetrius, qui Romæ obses erat, clam fugiens, sumpto exercitu, interfecit. Et hic Iudæis inimicus, cum crudeliter imperaret, ab Alexandro, qui erat de stirpe regia, adiuuantibus Syris, bello superatus ac interfectus est, cum regnasset annis XII. Huius item Demetrius filius patrem bello est ultus, auxilio Ptolemæi Philometoris, cuius filiam Cleopatram prius Alexandro pactam, deinde ob inimicitiam negatam duxit: quapropter cum ille ad regem Arabum Zabdielem confugeret, ab eodem proditus, capite absciso, ac ad Demetrium misso: hũc & Antiochus Alexandri filius postea est armis insectatus. Res ad Antiochum cognomento Eusebiũ postremo deducta, qui à Pompeio regno deiectus, Seleucidis finem imposuit, à quo ad primũ Seleucum intercessere anni ferè CC. Phœnices in eodem littore sequũtur, qui multarũ atq; uariarum artium magistri perhibentur, uel Homero teste. Arithmeticæ inuentores, & nauti-

Antiochus *Soter* *Antiochus Deus* *Seleucus* *Callinicus* *Antiochus* *Seleucus* *Antiochus obses* *Antiochus illustris* *Antiochus Eupator* *Demetrius obses.* *Alexander* *Demetrius* *Antiochus Eusebius* *Phœnices*

cæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticæ,& mercaturæ,& literarum. Cadmus enim ex eis in Græciam eas attulit. Palmam itē arborem inde esse adductam Callisthenī placet, Aristoteli minime, sed ex Phœniceo una insularum Aeolicarum. In Phœnicia Tripolis urbs est, & regio tribus clarissima ciuitatibus, Tyro, Sidone, & Arado. Duas primas à Phœnicibus originem habuisse Trogus lib. xviii. testatur, qui terræmotu uexati, relicto patrio solo, in proximo littore Sidonē ædificauerunt, à piscium multitudine, quo uocabulo Phœnices piscem uocant. Multis post annis deinde expugnata, Tyrū urbem uicinam ante bellū Troianum condiderūt, ubi serui dominos interfecerunt, præter unum Stratonem, cui seruus misericordia pepercit. Igitur cum inter eos conueniret, ut is rex esset, qui primus orientē solem uidisset, reliquis omnibus in orientem conuersis, Strato in occidentem respiciens, primus solis radios uidit. Hæc Trogus. Plin. scribit Tyrum insulam quondam fuisse à mari diuisam passibus L X X. Deinde Alexādri Macedonis oppugnantis operibus continens facta est simul & diruta, cum eum non reciperet, parens quondā Vticæ, Leptis, Carthaginis, Gaderæ. Has omnis eius esse colonias Strabo dicit. Tyrum ob decus purpuræ, quam fert, libertate donatam à Romanis fuisse. Hanc Hebræi Sur appellant. Balduinus rex primus Hierosolymitanus, ut eam facilius obsideret, oppidum in eodem littore à Tyro quinq; pass. Mil. distans exstruxit, quod hodie Sandaliū appellant: tandem post obsidionem quadrimestrem, re infecta discessit. Dū uero secundus rex Balduinus de Burgo captus apud Saracenos esset, patriarcha Hierosolymitanus cum alijs præsulibus, & comite Tripolitano, ac duce Venetorum, cum XL. triremibus eam terra marique oppugnantes, quinto tandem mense in deditionem acceperunt anno M. C XXIIII. Sidon & Tyrus, utra sit Metropolis Phœniciæ ambigitur, utraq; colonias per diuersas orbis partes misit. De Sidone frequens apud ueteres mentio. Sidonios Homerus εὐκλυτίδας vocat appellat. Tyri nunquam meminit. Aradus Tripoleos ciuitas in insula iuxta littus. Cuius prima Straboni campum habet, qui Macra appellatur: in quo Possidonius scribit uisum esse serpentem mortuum iugeri longitudine, crassitudine tanta, ut hominē equo insidentem hiatu reciperet, exuuiarum squamam quolibet clypeo maiorē haberet. Apud Aradum princeps apostolorum matrem S. Clementis mendicantē offendit, christianamq; fecit ac restituit. Sic enim in Odœporico Clementis scriptum inuenimus, in quo etiam de duabus columnis uitreis in eodem loco miro opere ac sumptu erectis mentio fit. Antaradum ciuitas ante Aradum sita, hodie Tortosa dicitur, in qua sacellum diuæ genitrici primus omniū exciauit princeps Apostolorum, ex ære Christianorum collato, in quo primum sacrificasse dicitur. Hanc urbem Pictauensis & Blesensis comites, Gallici principes, post receptas Hierosolymas sepulchrum dominicum adeuntes, ex itinere ceperunt, ac comiti Tripolitano regnandam tradiderunt. Tripolis est etiam ciuitas in regione & ora, Tripolitana, una è quatuor principatibus eo tempore christianorum. Hanc post captas Hierosolymas Raimundus princeps Tolosanus diu obsedit, castellumq; è regione, quod peregrinorum hodie uocatur, eo quod à peregrinis sit ædificatum, ad commodiorem urbis expugnationē extruxit. Quo morte præuento, filius eius Bertrandus obsidionē continuando, ciuibus eam tradentibus recepit. Balduino regi Hierosolymitano, qui eum bello iuuerat, tributū dare pollicitus. Marathus antiqua Phœnicum ciuitas in ora Straboni, quam Aradij possident. Huic proxima Orthosias, & fluuius Eleutherius, quem plæriq; terminū Phœniciæ & Curuæ Syriæ putant. Hic oriens è Libano in septentrionem prius tendens, dein flexus in occidentem, in mare profluit. In eadem ora Balanea, Gabala, quæ hodie Gibel dicta est. Plinius promontorium esse dicit, Posidium, Sycaminum, Sarepta quoq; antiqua urbs prope Sidonem, ubi Helias adlocutus est uiduam ligna colligētem: in cuius facti monumentum, apud portam ciuitatis christiani sacellum extruxerunt. huius etiam urbis meminit Plinius. Vina quoque Sidonius poeta commendat ijs uersibus. Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Phalerna. Quæq; Sarepteno palmite missa bibas. Biblus in eadem ora nuc Gibelet, hic ut tradit Strabo Cyniræ regia, quem magnus Pompeius capite percussit. Templum item Adonidis, propéq; Adonis fluuius erat: cuius etymi rationem Eustathius dicit: uel quod in ea libri regionis eius incorrupti seruarentur: uel quod Isis ex Aegypto peregrinata, in eo loco Osyrim fleret, in capite biblinam, id est, papyraceam coronam ex Aegyptio biblo gestando. Stephanus hanc esse antiquissimam ciuitatem dicit, iam inde à Saturno conditam. Comes postea Tripolitanus Bertrandus cum triremibus Genuensium auxiliaribus L X X. sibi & socijs subiugauit

Tyrus
Sidon
Aradus
Antaradum
Tripolis urbs
Marathus
Orthosias
Eleutherius
Balania
Gabala
Posidium
Sycaminū
Sarepta
Biblus
Adonis

uit. Huius urbis in sacris libris mentio frequens. Ezechiel. Senes Biblij præparauerunt ligna & lapides ædificationem domus domini. Berytus Ptolemæo, Barutus Straboni, urbs antiqua, quæ à Tryphone tyranno & dominata & diruta est: recepta deinde & instaurata à Romanis, constitutis ibi à M. Agrippa legionibus, ut Strabo. Eustathius uero portum habere dicit, etymi rationem simul adsignat, quod Berum ex authoritate Helladij lingua Phœnicū robur significat, quasi urbs in loco inexpugnabili ac robusto sita. Botrys, incola Botryæus Pausaniæ, hodie Boteron appellatur. Simina neutri generis Ptolemæo, Stephano autē Syminum, urbs in ora Phœniciæ. Palæbiblus inter Libanum montem, & Eleutherū amnem. Epiphania prope Raphaneas citra Orontis ripam uocatur Arcesirata, hoc est, Arcesi ædificium. Hinc fuit Euphrates Stoicus: secunda Ciliciæ, tertia apud Tigridem amnem Stephano. Palmyra Syriæ totius arx in mediterranea, & regio Palmyrena olim causa discordiæ inter duo imperia, Romanorum & Parthorum, ut Plinius. Stephanus eam dicit ab Hadriano principe restitutam, & Hadrianopolim appellatam. Propius intra Palmyræ solitudines Stellendena regio est, dictáq; ia Hierapolis, & Beroea, & Chalcis Plinio. Ad mare uero promontorium Faciesdei. Ptolemais colonia Claudij cæsaris, prius Ace uocata Plinio, ab Herculis medicina, qui ab hydra percussus, ex oraculo habuit, ut ex herba in eo loco inuenta, quæ hydræ similis esset, sibi mederetur, ut ait Stephanus. Hanc Balduinus primus rex Hierosoly. Genuensiū ac Venetorū auxilio triremium, bello trimestri expugnauit, anno. M C.

Berytus
Botrys
Palæbiblus
Epiphania
Palmyra
Hadriano polis
Stellenda
Faciesdei promontoriū
Ptolemais

COELOSYRIA, PALAESTINA

SEQVITVR curua Syria, quam Græci Cœlosyriam uocāt, quod inter duos montes clauditur, Libanum & Antilibanum, inter quos Chrysoroas labitur amnis, latéq; in hac Palæstina comprehēditur. In his Decapolitana regio est, decem continens urbes, quæ sunt eæ Plinio: Damascus, Philadelphea, Rapha na, Scythopolis, Gadara, Hippodion, Pella, Galasa, Gamala. Has septem Tetrarchiæ regnorum instar cingunt, Traconitis, Paneas, Abila, Arca, Ampeloessa, Gabe, Iturea. Damascus maxima urbs à filio Mercurij Homonyma, qui ex Arcadia colonos huc traduxit. Stephanus. Philadelphea trans Iordanem est, prius Ammana uocata, ut idem est author, mutatum deinde pomen à Ptolemæo Philadelpho. Raphana inter Orontem & Eleutherum fluuios. Scythopolis prius Nysa à Baccho in honorē suæ nutricis ibi defunctæ condita, eoq; Scythis deductis, author Plinius. Hanc ciuitatem teste Iosepho de bello, dum Florus procurator expugnaret, memorabile facinus cuiusdam Simonis Sauli filij narratur, qui capta urbe, utrunq; parentem primo, deinde filios & uxorem, postremo seipsum interfecit. Gadara, quæ & Antiochea, & Seleucia uocata est Plinio. Iosephus item scribit hoc oppidū à Iudæis dirutum, Pompeiū restituisse, Demetrij Gadarensis liberti sui gratia. Gandara uero uicus Macedoniæ. Gadera insula Hispaniæ. Gamala urbs curuæ Syriæ Straboni & Ptole. Iosephus de bello, eam hoc modo describit, Iugum ex alto monte deductum, mediam cer uicem erigit, & ubi supereminet, in longitudinem tenditur, tantū contra decliue, quantum à tergo est, ut cameli similitudinem præferat, unde etiam nomen accepit. Dium curuę Syriæ Alexandri magni opus. hanc urbem parum salubres habere aquas, antiquum monstrat epigramma. Νάμα τὸ δ'ἴνομ γλυκερὸμ ποότομ, ἂμ τὸ δὲ πίκ, πάυσῃ μὴν δ'ἰ.ϕκ, ἐυθὺ δὲ καὶ βιότυ. Hippus Palæstinæ Ptolemæo. Hippodion Plinio. Hippeon Iosepho appellata, id est, ciuitas equitū, qui huc ab Herode rege in coloniā missi sunt. Pella ab Alexandro dicta, prius Buthis. Amatha. Gesara Palæstinæ Iosepho, neutri generis. Hāc Plinius Galasa uocat unam decapoleos. Galada Arabiæ pars item Iosepho. Ioppe in ora curuæ Syriæ in monte sita, cum portu quo adplicatur cum itur ad dominicum sepulchrum, nunc Zappha à barbaris appellatur. Hic Strabo dicit Andromadem monstro marino fuisse expositam, & à Perseo liberatam. Stephanus dicit appellari ab Aeoli filia Cephei uxore, quæ urbem ædificauit. Gaba urbs Galilææ. Iosephus in V. antiquitatis, item in VI. Gabanopolim prope ponit. Gabam inter tetrarchias Plinius describit, cuius etiā Pausanias meminit. Apila prope Iordanis fontes, Aphila uero in Phœnicia est, unde Diogenes fuit sophista nobilis Aphileus non Abileus, ut quidā putant. Arca urbs antiquum retinens adhuc nomen inter barbaros. eius meminit Iosephus V. antiquitat. Iturea & Traconitidem regiones, Plinius inter Syriæ Tetrarchias commorat. Sunt & Arabes Traconitæ appellati. Paneas in parte Phœniciæ, cui sylua adiacet eiusdem nominis, iuxtáq; Cæsarea Paneæ dicta. Huic urbi ter mutatū nomen, prisco nanq;

Damascus
Philadelphea
Raphana
Scythopolis
Gadara
Gamala
Dium
Hippus
Pella
Gesara
Ioppe
Gaba
Gabanopolis
Apila
Aphila
Arca
Iturea & Traconitis
Arabes Traconitæ.
Paneas

Universidad de Deusto
Biblioteca

seculo Leser dicebatur: deinde Dan, postquã à filijs Dan recepta fuit. Postremò à Philippo Tetrarcha senioris Herodis filio, in honorem Tyberij Cæsarea Philippi appellata est: nunc uulgo à barbaris Belina uocitatur. Hic olim terminus promissionis ex parte septentrionis, ut sacri testantur libri, à Dan usq; Bersabee. est enim Bersabee, quam Ptolemæus Bersanam uocat, prope Ascalonem x. mil. pas. in finibus Iudææ & Aegypti, terminus telluris sanctæ ex parte australi. Hæc cessit in partem tribui Simeon, interpretantur eam Iudæi fœderis puteũ, quem Abraamus fodit in signum fœderis icti cum Habimelech, uocatur hodie Gibelina barbaris. Hæc igitur tellus mil. pas. CLX. protenditur. Neque Dauid & Salomon præter illos quos post uictoriam in amicitiam receperunt, plus possedisse, & sacri libri, & diuus testatur Augustinus. Cæsarea Palæstinæ, prius turris Stratonis, ab Herode Ascalonita in honorem Augusti nomine mutato dicata est, ut Iosephus & Hieronymus, postremo Flauia colonia à Vespasiano deducta, ut Plinius author est. Hæc statim post Hierosolymas à nostris recepta fuit: hic Paulus apostolus in custodia tenebatur, quum ad Cæsarem prouocasset, ac Romam mittendus esset: quanquam in ora sita portu commodo caret, hortorum alioquin & aquarum amœnitate, præterea piscium omnium copia referta. Idumæi in littore Palæstinæ uersus Aegyptum & Arabiam siti sunt, Gens ex Nabathæis uicinis Arabiæ populis profecta, quæ ut ait Strabo, in ijs locis constitit inter Iudæos, eorumq; legibus communicant. Inter hos oppida sunt Philistinorum ab Hebræis appellatorum, qui ijdem cum Palæstinis mutatis literis sunt. Idumæorum urbs Ascalon in ora haud magna Straboni. De hac Xanthus in historia Lydorum in hanc sententiam scribit, Tantalũ & Ascalum Hymenæi filios fuisse, ex his Ascalum à rege Lydorum Aciamo, ducem exercitus in Syriam missum, ibi res gessisse, uirgineméq; adamasse, ac urbem de suo nomine condidisse. Eadem ferè & Nicolaus in historia sua. Apud Ascalonem, teste Diodoro libro ijj. lacus est, ubi templum deæ Syri colunt, quam Derceto uocant, ore uirgineo, reliqua piscem: cuius filia Semiramis à columbis educata fertur, quam ob rem sacram hanc illis esse auem. Quod Tibullus poeta illo carmine demonstrat. Alba Palæstino sancta columba Syro. Hæc urbs una è quinq; Philistinis, quæ captæ à Dauid in littore fuere, & ultima ferè à rege Hierosolymitano in prima expeditione recepta cum esset, una omnium munitissima, & loci natura, & operibus, tandem & ipsa dedi tionem fecit. Hinc genus cepæ Ascalonicum appellatum. Fuere & doctissimi uiri, inter quos Antiochus, Sosus, Cygnus, Dorotheus historicꝰ, Artemidorus, qui Bithynica scripsit. Azotus tus inter Ascalonem & Ioppem, quam, ut ait Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus ex nomine uxoris suæ Azes Azotum, & capellam interpretantur: producitur media. Hæc est & una è quinq; Philistinorum quondam clarissima, nunc paruus uicus. est & Azotus Achaiæ. Gaza item una è quinq; Philistinorum, quam rex III. Balduinus dirutam mœnibus restituit, ac templarijs restituendam tradidit. Distat autem parum à mari, ab Hierosolymis, prope Bersanam. Stephan. eam Azam à Syris uocari dicit, ab Azono Herculis filio: dicunt nonnulli à Ioue conditam, & Gazam quam Persæ thesaurum dicunt, in ea constituisse. uocata ab eodem Io. quod in eo loco in uaccam sit mutata: insuper & Minoia, quod à Minoe sit quandoq; possessa. Hinc Cretei Iouis templum apud eos. Gazi quoq; Indorum sunt populi. Anthedon una ex quinq; Philistinis in colle sita, nunc Geth appellatur, semidiruta: ex eius lapidibus Fulco III. rex Hierosolymitanus arcem excitauit in eodẽ loco, quam Hibelim uocant, tradiditq; cuidam ex suis nobili Balliono, cuius successores hodie de Hibelim uocantur, ut haberẽt nostri quo Ascalonem è regione oppugnarent. Antipatris urbs ab Herode in honorem patris Antipatris ædificata, à nostris in prima expeditione post Hierosolymas capta. Raphace inter Palæstinos Plinio, quæ ab Hebræis Rama, Iudæa uersus mediterraneam continetur in regione Palæstinæ. Continet autem Galilæam, Samariam, ac regionem trans Iordanem. Ex parte Boreali Galilæa est. Quam Iosephus in inferiorem & superiorẽ diuidit. Iudææ latitudo ex Iordane fluuio usq; ad Ioppen est. Longitudo uero à monte Libano usq; ad lacum Tyberiadem. In medio ferè spatio Hierosolyma est. Diuiditur autem in Toparchias decem Plinio. In Hiericuntem, Hemaum, Lyddam, Ioppicam, Acrabathenam, Zophaniticam, Thamniticam, Bethleem, Tephenen, & Orinen. Iosephus autem XI. nominat, uidelicet ipsum caput Hierosolymam, Tepham, Acranaten, Thamnan, Lyddam, Hemaum, Pellam, Idumeam, Engadam, Herodium, Hiericuntem. Post quas Iamnam & Ioppen dicit finitimis præesse. Præter eas Gamaliticam & Bethaneam, Iotapata ciuitas Galilææ

Cæsarea Panea
Bersabee quæ Bersana.
Cæsarea Palæstinæ Flauia colonia
Idumæi
Philistinorũ oppida
Ascalon
Derceto
Azotus
Gaza
Anthedon
Ballionus princeps
Anthedonis
Antipatris
Raphace
Iudæa
Toparchiæ decem

Galilææ, quã Vespasianus magna obsidione expugnauit deleuitq;. Cui præerat Iosephus historicus inter captiuos ductus. Bethleem Plinio commemoratur & Iosepho, clarum ob incunabula seruatoris nostri, quamobrem à Balduino II. rege ex authoritate Paschalis Pont. præsule ornata est, quum antea in ea cœnobium tantum canonicorum regularium uigeret. Supra uero ingressu Galilææ occidentem uersus, oppidulum Nazaret Hebreis uocatum, ab antiquis non mihi exploratum. hinc breuis ad urbem Hierosolymam uia. In medio sanè itinere fons est, ubi reges exercitus recensere consueuerunt, propter aquæ & pabuli copiam. Hæc ob domini nostri originem, metropolitico præsule decorata est. Hebron paruus prope Hierosolymam uicus, olim Arbe dicebat, in qua Adami & Noci, trium quoq; patriarcharum, ac Saræ & Rebeccæ sepulchra in spelunca duplici esse adfirmant. Ob uenerandã igitur sacræ uetustatis memoriam, & ipsa præsule à nostris ornata est, quum prioratus antea canonicorum regularium tantum fuisset. Hanc Iosephus Cheloris monumentum uocat, antiquioremq; esse dicit uel Aegyptia Memphi, Abraamiq; hic sedem primam fuisse, postquam è Mesopotamia discesserit. Præterea hic prope ad Itad. sex, arborem terebinthum esse, quam memorant ab initio creati mundi adhuc extare. Hiericus oppidum & campus, ut Strabo scribit, modo theatri montibus circundatus stad. C. totus irriguus, colonisq; frequens, ubi palmetum, & balsami uiridarium, quod hic solum nascitur Straboni Plinioque. Sodoma metropolis XIII. urbium igni & terræmotu absumptarum Straboni, quod locus is bitumine & sulphure subterraneo cauernis abunder. Polyhistor uero de his sic refert. Longe ab Hierosolyma recessus tristissimus panditur: quem de cœlo tactum testatur humus nigra, & in cinerem soluta. Duo ibi oppida, Sodoma & Gomorra, apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet speciem maturitatis, mandi non potest. Iosephus ob eorum impietatem perijsse dicit. At sacri libri hæc loca ob incolarum libidinem in mares, ultore deo extemplo flagrasse testantur. Esseni tenent interiora Iudææ, quæ ad occidentem spectant. Hi præditi memorabili disciplina, à moribus gentium reliquarum procul absunt. Omnis primum ueneris expertes, quippe qui remoti à fœminis degunt, pecuniam spernunt, palmis uictitant. Ex æquo indies conuenarum turba renascitur, tam fœcunda illis aliorum uitæ pœnitentia est, nemo admittitur uel leuis culpæ sibi conscius. In hanc Polyhistor Plinijq; sententiam. Iosephus eadem ferè refert, eosq; inter tria philosophorum Iudæorum genera probatiores esse dicit: animam immortalem putant migrare in regionem quandam beatorum, haud aliter quàm poetæ dixerunt de insulis fortunatorum. Pharisæi uero animã item sempiternam dicunt, sed malorum cruciari, bonorum uero in alia migrare corpora. Deo ac fato omnia referunt, magna ex parte res humanas diuinitus iuuari, ac regi, nonnihil etiam fato agitari, quod ἀμαρμένην uocant. Sadducæi sanè his omnibus detestabiliores, neq; præmium, neq; iustitiam ponunt, quanquam fatum tollentes, deo propriæq; uoluntati cuiusque referunt omnia, minime inter se humani, minime officiosi. hæc ille. Hemaus quem aquas calidas Iosephus interpretatur, inter Toparchias à Plinio refertur, clara Christi peregrini cum discipulis congressu. Samariensis regio inter Iudæam & Galilæam, à uico Cinea in Acrabathenam definit Toparchiam, situ & loci natura, aquarum pecorisq; copijs nihil à Iudæa discrepans, lege tantum diuersa. Oppida eius Neapolim ponit, antea Mamortham uocatã. Sebasten in monte altiore. Iosephus itémq; Strabo dicunt Herodem Ascalonitam Samariam urbem cognominasse Sebasten in honorem Augusti. Hæc præsule caret, subiecta abbati templi dominici, apud hanc Ioannis baptistæ & Heliseei, item Abdiæ prophetarum sepulchra hodie uisunt. Hic Sichar urbs fuit, ubi puteus Iacob, apud quem gesta Seruatoris cũ muliere Samaritana legimus. Montes Iudææ, Libanus, Antilibanus, Carmelus. Iordanis autem ex Antilibano per fines Iudææ in austrum fluit, tris efficiens lacus: primus ad Carmeli radices, Genasara Plinio ac Iosepho appellatus, in sacris autem libris Genesareth, ab oppido eiusdem nominis, quod Titum dicit expugnasse: fructuum omnium feracitate, & aeris salubritate felicissimum. Irrigatũ prætetea fonte uberrimo, quem Capernaum indigenæ uocant, uenam'q; Nili à quibusdã putatum. Lacus ipse longitudine pas. M. XVI. latitudine VI. aqua palustri ac dulci, piscibusq; omnis generis referta, amœnis circumsessus oppidis: ab oriente Iuliade & Hippo, ab occidente Tyberiade aquis calidis salubri. Vltimus lacus Asphaltites uocatur, qui nihil præter bitumen gignit, unde nomen trahit, noxius alioquin animalibus, longitudine pas. mill. centum, latitudine ubi maxima XXV.

Bethleem
Nazaret
Hebron olim
Arbe
Hiericus
Balsami uiridarium
Sodoma
Essenorum secta
Pharisæi
Sadducæi
Hemaus
Samaria
Sebaste
Sichar
Libanus
Antilibanus
Carmelus
Iordanis
Genasara
Capernaum
Iulias
Hippus
Tyberias
Asphaltites

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acharon fons Hieroſolyma

Habet à meridie Acharon, Iudææ poſt Hieroſolymas arcem, & fontem Callirhoen mediceæ ſalubritatis, ut author Plinius. Non prætereunda & noſtri Hieronymi deſcriptio. Iordanis, inquit, ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, alterum Dan, qui ſimul iuncti, Iordanis nomen efficiunt. Hieroſolymam poſtremo loco diſtuli dicendam, unde initium noſtræ ſalutis effluxit: tot annos ignauia Chriſtianorum uidua facta domina gentium. Hunc ſiquidem locum Hiebuſeos ab initio, & Melchiſedech ſummũ dei ſacerdotem incoluiſſe, ex authoritate non ſolum Geneſeos, ſed Ioſephi, Egeſippi, Nicolai quoq; enaratoris habemus. Huic & Abraamus ex hoſtium uictoria occurrẽs, decimas dicitur ex ſpolijs obtuliſſe. Hic & filium ſuum immolare deo iuſſus. Hic Iacob ſcalam in cœlum tendẽtem, angelos deſcendentes uidit. Deinde per famem Iacob cum filijs in Aegyptum ſecedente, ac eius ſucceſſoribus poſtea reuertẽtibus, pulſis indigenis, primo per iudices, deinde per reges, demum per ſacerdotes, poſtremo amiſſa libertate per annuales pontifices Rempub. adminiſtrabant. Quæ quoniam in Anthropologia poſt hæc ex ordine recenſere eſt animus, tamen hic à Maccabæorum temporibus, ex Ioſepho de bello, repetam, deinde ad nouiſſima procedam. Quum Ptolemæus ſextus de tota Syria cum Antiocho illuſtri decertaret, inter Iudæorum primates ſeditio agitatur, ac Onias unus è pontificibus Tobiæ filios ex urbe expulit. Qui ad Antiochum confugerunt, auxilioq; fuere, ut ille Hieroſolyma cum exercitu po

Onias

tiretur. Onias interim ad Ptolemæum confugit, qui in urbe Heliopolitana, alteram Hieroſolymam cum templo dicitur condidiſſe. Quumq; Antiochus omni crudelitatis & libidinis exemplo uteretur, templum ſpoliando, ac Iudæos contra leges patrias cogendo, pro quibus & illi ſeptem fratres unà cum matre, & deinde Eleazarus nonagenarius porcinã edere iuſſi ſupplicium pertulere, ignesq; è cœlo ac portenta futurorũ malorũ prælagia uiſa fuere: Ma-

Matathias Iudas Maccabæus

tathias unus è genere ſacerdotum, è uico Madein, animo uir ingẽti cum filijs quinq;. Iudas, Eleazaro, Ioanne, Ionatha & Simone nõ paſſus talia, manu domeſtica coacta, in proximos urbi montes ſe recepit. Indeq; Bacchidem primo Antiochi ducẽ finibus eiecit. Pro quibus meritis, princeps à Iudæis conſtituitur. Cui mox defuncto, filius eius Iudas natu maior ſucceſſit. Hic ſtatim inito cum Romanis fœdere, clariſſimis contra Antiochum eſt uſus uictorijs. Sed deinde cum eiuſdem defuncti filijs congreſſus, in pugna interficitur, ſimileque

Simon Iudæã liberat

fatum Ioanne & Ionatha conſecutis, res ad Simonem ultimum redacta. Is demum uictoria potitus, ab Antiocho ac Macedonibus poſt annos C L X X. omnem Iudæam penitus liberauit. Ob quæ merita Pontifex declaratur. Moritur tandem inſidijs Ptolemæi generi ſui, qui eum ad cœnam inuitatum, unà cum duobus filijs capi iuſſit. Ioannes tertius filius, cui Hircano cognomentum fuit, quum inſidias ſubterfugiſſet, populi fauore Pontificatui paterno ſucceſſit. Non auſus Ptolemæum contra contendere, ob matrem fratresq; captos, quos ille ex alta ſpecula oſtentabat hoſti, conuerberatosq; deinde necauit. Hircanus ad reliquias An-

Hircanus princeps

tiochi belli conuerſus, feliciter rem geſſit, moriturq; anno Pontificatus X X X I I I. cui

Ariſtobolus

uni omnium contigit, ut princeps, pontifex, & propheta ſanctiſſimus eſſet. Poſt eum Ariſtobolus filius, è principe ſeſe regem fecit, poſt annos C C C C L X X V. quàm rediſſent è ſeruitute Babylonis, fratrem'que Antigonum regni conſortem fecit, dein falſo inſimulatum

Antigonus Alexander

interfici iuſſit. Ariſtobolo frater alter Alexander ſucceſſit, annos X X X I I. Huic deinde

Alexandra

Alexandra uxor animo matrona uirili cum duobus paruis filijs Hircano & Ariſtobolo, quorum tutelam agebat. Ex his Hircanus maior natu rem poſtea geſſit, uir mitis & imbel-

Antipater Idumæus

lis, qui ab Ariſtobolo, magna adoleſcente audacia, pulſus unà cum Antipatro Idumæo, uiro

Areta rex

domi potentiſſimo, ſimul & amiciſſimo ad regem Arabiæ Aretam in oppidum Petram, deinde ad Pompeium, qui tunc in Syria res gerebat, confugit. Pompeius cum exercitu, capta Hieroſolyma, & Hircano reſtituto, Ariſtobolum Romam miſit, cum filijs, è quibus Alexander elapſus, negocium Hircano fecit. Poſt aliquot deinde annos & ipſe Ariſtobolus

Herodes rex

aufugiens, bellum Hircano intulit, captusq; à Gabinio Syriæ præfecto, Romam iterum cum Antigono filio in cuſtodiã mittitur, mox à Cæſare uicto Pompeio liberatus, nec multo poſt ueneno ſublatus eſt, Antipater interim Cæſaris amicus, res geſtas pro eo commemorando, & uulnera oſtentando, obtinuit ut regnante adhuc Hircano, totius Iudææ procurator efficeretur. Is filiam habebat Salomen, mares uero quatuor, Phaſelum, Herodem, Ioſephum, & Pheroram, quibus diuerſas diſtribuit regiones. Ex his Herodes poſt mortem patris cum uirtute præſtaret, à M. Antonio, pro quo multa obiuit, rex Iudææ creatur, ſed uicto

uicto apud Actiacum Antonio, ad Auguſtum qui Rhodi tunc erat, ſupplex ueniam oratum uenit, dictitans ſeſe amici de ſe benemeriti partibus ſtudui ſſe, nunc eo defuncto, itidem ſe erga eum facturum. Quare ob fidem non ſolum ueniam, ſed gratiam meruit. Is tris Hieroſolymis turres extruxit, primam Hippicon ab amico, ſecundam Phaſelon à fratre, tertiam Mariamnem ab uxore cognominauit. Templum reſtituit, atque auxit. Ioppæ portum fecit, Anthedonem ædificijs ab ſe ornatam Agrippiam appellauit, Antipatridem

Antipatris

& Cyprum in parentum honorem, caſtellum ſupra Hiericuntem, Herodium'que uerſus

Cyprus

Arabiam oppida ædificauit. Hircanum redeuntem è Parthis interfecit. Liberos ſeptem ſuſcepit, Alexandrum, Ariſtobolum, Antipatrum, Archelaum, Philippum, Herodem cognomento Antipam, & Lyſaniam. Ex his tris primos, ut ſibi ſuſpectos, necauit. Cui deinde ſceleri adiecit innocentium cædem. Ad extremum crudelitatis dedit pœnas, multis excruciatus doloribus, ſibi malum adferendo, relictis Archelao regni ſucceſſore, cæteriſque cum

Herodium

Archelaus

Alexander

ſingulis tetrarchijs. Inter hæc Alexander quidam Iudæus apud quendam libertinum Sidone educatus, Alexandrum Herodis filium à patre interfectum ore referebat, Romamq; propterea profectus, quum multos decepiſſet, ac ad auxilium regni paterni adipiſcendi prouocaſſet, ab Auguſto cognitus ac repulſus eſt. Archelaus igitur rex, quum crudeliter imperaret, legatione à Iudæis ob eam cauſam Romam miſſa, ab Auguſto in exilium Vienam pellitur, eius regno in prouinciæ formam redacto. Herodem deinde Tetrarcham

Archelaus

Agrippa

Agrippa eius ex fratre Ariſtobolo & Berenice nepos, Romæ apud Tyberium accuſans, non ſolum non auditur, ſed in carcerem conijcitur. Verum mox Tyberio defuncto, à Caio, cuius amicitiæ cauſa captus fuerat, ſtatim rex factus, addita ei fratris Philippi defuncti Tetrarchia. Herodes uero Herodiadis uxoris hortatu, Romam & ipſe regnum impetraturus uenit: ſed Caij principis minis & iurgijs territus, in Hiſpaniam fugit, Tetrarchia eius Agrippæ conceſſa. Poſt hæc Agrippa Claudij etiam principis, cui Romæ adiumento ad imperium fuit, fauore ſpéque erectus, limites regni prorogauit: muros Hieroſolymæ ampliare cœperat, ſi per mortem licuiſſet. Regnauit annos ſex, Reliquit filias tris, è Cypro uxore ſuſceptas, Bernicem, Mariamnem, & Druſillam, filium quoque Agrippam. Poſtremo

Berenice

Mariamne

Druſilla

Pontius Pilatus

Claudius Iudæam in prouinciæ formam redactam, tantum procuratoribus commiſit. Hi ex ſucceſſione, Felix, Albinus, Feſtus, Florus, ſed ante hos Pontius Pilatus à Tyberio Cæſare miſſus, ex tempore quo poſt pulſum regno Archelaum prouincia fieri cœperat. Interim defuncto Herode, qui apud Chalcidem regnabat, Agrippa iuuenis, Agrippæ regis filius, in auunculi ſui regnum à Claudio ſufficitur. Cui deinde Nero princeps quatuor urbes reddidit, in ea primum regione Abilam & Iuliadem, in Galilæa Taricheam & Tyberiadem, reliqua Felici procuranda tradidit. Ex quo Agrippa in amicitia Romanorum permanſit,

Agrippa iuuenis

Felix

ac procuratoribus, tum Veſpaſiano poſtremo ad componendos rebelles uenienti, adiumento præſto'que fuit, Iudæos prehenſando obeundo, præſertim in obſidione Gamalæ, ut à pertinacia cœptiſ'que deſiſterent, uſqueadeo, ut à muris lapidibus peteretur. Et hoc quidem de regibus. Flori autem procuratoris tempore, Eleazarus princeps latronum, qui Iudæam cum uiginti milibus deprædabatur, ſublatus eſt. Sed aliud mox latronum genus

Florus

Eleazarus prædo

crudelius, Hieroſolymis in turba atque in pace uerſabatur, Sicarij appellati, qui clam ignoti homines confertim permixtos interficiebant, inter quos Ionathan Pontificem. Tempore uero belli, Zelotæ noua ſecta in eadem urbe orta, qui ſpecie zeli, charitatiſ'que ſeruandæ legis, tyrannidem occupauerant, pontificatus, principatus'que paſſim ſibi uindicabant. Igitur quum Iudæi tanto malo reſiſtere cuperent, è rure quendam Ananum adcerſunt, Pontificem'que faciunt, eo quod ſapientia præſtare uideretur. Hic demum & oratione, & opera id geſſit, ut Zelotas, qui omnibus erant iam odio expelleret. Et hæc quidem ex Ioſepho. Defectionis cauſam Tranquillus in Tito adfert. Percrebuerat, inquit, oriente toto uetus & conſtans opinio, ut eo tempore Iudæa profecti, rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum poſtea euentu patuit, prædictum Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt. Quæ uerba paucis conſiderata ſanè indicant, & de Chriſto, & de fama, quæ ſimul quum ſtella magos potuit excitare. Ad hunc tumultum Veſpaſianus à Nerone miſſus, infra duas æſtates omnia cepit, præter Hieroſolymam, ad cuius obſidionem relictus Titus, die ſabbati, repletis foſſis, fame'que oppreſſis, partim cepit, partim interfecit: qui teſte Ioſepho, ad uicies Centena milia, & D C C. milia fuerant, quum ad

Sicarij

Zelotæ

Ananus

Universidad de Deusto
Biblioteca

diem azymorum eò ex omni Iudæa conueniſſent,quando ſolis epulari non licebat, ſed plures uicini ſimul ad hoſtias cæſas conueniebant. Fuit deinde Hieroſolyma ſub Ro. imperio, uſq; ad Heraclium principem, tunc Coſroes rex Perſarum capta urbe, prædam cum cruce ſecum in Perſidem abduxit, quam poſtea idē princeps ſuperato Coſroe recuperauit. Cum deinde Maumethe duce Saraceni caput extuliſſent: Homar eius ſucceſſor Hieroſolymam occupauit. His in uniuerſum breuiter percuſſis, de ipſius receptione reſtat ſcribendum, ſi prius de ipſius nominibus ac ſitu pauca ſubiecero. Igitur prius Hiebus uocata, quod Hiebuſei eam incolerent: deinde Salem, poſtea Solyma à Solymis,ut quidam putant,Lyciæ populis huc commigrantibus.Hieroſolyma deinde & Hieruſalem,ex ſacri nominis additione uocata:ſed & Buza & Bethel,poſtremo Helia ab Helio Hadriano, qui partem eius ædificauit,ut inferius dicemus:Ipſa uero urbs triplici circundata muro,circuitu ſtad. XLIII.cum tribus turribus, quas Herodes ædificauit, uti Ioſephus ſcribit: HIEROSOLYMA ſicuti ego accepi,ex antiquo uolumine docti planè uiri,qui rebus geſtis interfuit,hoc modo recepta eſt.Petrus Eremita uir Gallicus,ſingulari abſtinentia præditus,diuinitatis inſtinctu,Urbanum II.Pont.impulit,ut de recuperandis Hieroſolymis concilium Lugduni celebraret, anno M.LXXXV,Negocium hi principes ſuſcepere,dux Normandorum, comites Toloſiæ. S.Aegidij,Flandriæ, Bleſiæ, Carnotenſium. Præterea Hugo magnus regis Gallorum frater.Gothifredus Bulion dux Lotaringiæ cum Balduino fratre,è regno quoq; Siciliæ Boemundus cum Tancredo cognato. Summa belli Gothifredo credita. Primus uero Eremita coacta omnis generis multitudine,per fines Germaniæ ac Pannoniæ iter fecit,ubi à Pannonijs multa paſſus incommoda,tranſitu cum prohibere uolentibus,tandem è ſuis decem milibus deſideratis ex pugna Conſtantinopolim peruenit, quò cæteri etiam diuerſis uijs conuenerant,ibiq; Alexio Imperatore iuuante, Helleſpontum unà omnes tranſmittentes, Niceam adplicuere,quam ante omnia Solimano Turca eiecto, per uim cepere. Inde terreſtri longoq; itinere, ad Antiochiam prima ſtatiua conſtituere, quam nono fermè menſe VII. Non.Iunias in poteſtatem redegere,conſtituto'q; in eo loco patriarcha,eam Boemundo regendam tradidere.Hieroſolymam hinc uerſus exercitu traducto,operibus primo expugnare contendunt,muros demum corona aggreſſi,anno D.XCIX.per uim receperunt, eiq; re gem Gothifredum præfecere. Vbi autem noſtri tanti uoti compotes extitere, deo gratias agere, oppidis præſules conſtituere, alij alia loca capere, pars etiam ex eis domum redire. Itaq; omnem breui tempore regionem,à Peluſio ad Laodiceam uſque Syriæ littora,omnia deinde mediterranea uſque Edeſſam & Carras in Meſopotamia ſibi ſubiugarunt.Quapropter in omni Syria & capta regione, quatuor conſtituere principatus:Hieroſolymitanum, Antiochenum,Edeſſanum, Tripolitanum. Deinde Berytus,Sidon, Caipha ſeu Porphyria iuxta montem Carmelum,Cæſarea, Arſur, Hibelin, ſingulos dominos recepere. Princeps quoq; Galilææ totius & Tyberiadis, comes Montiſregalis & totius terræ trās Iordanē,Comes item Ioppes,& Aſcalonis aliiq; aliis in locis conſtituti: atq; hi fermè omnes regi Hieroſolymitano ſubiecti tributum pendebant. Ipſi uero reges huiuſcemodi habuere ſucceſſiones, Primus Gothifredus Lotaringiæ dux, qui fuit ea modeſtia, ut auream coronam induere recuſauerit,ubi dominus IESVS ſpineam tuliſſet. Cui poſt annum morbo extincto,frater Balduinus ſucceſſit,qui cum Saracenis urbem recuperare conantibus, prælio temere congrediens,magnam ſibi ſuiſq; inflixit plagam,captis in eo Boemundo duce, & Bleſenſi ac Burgundiæ comitibus:ipſe ſe Hieroſolymam ex fuga recepit,breui tamen poſt tempore ignominiam Ptolemaidis expugnatione penſauit. Tancredus Boemundo neceſſario ſuo precio redempto Antiochiæ imperiū,quod pro eo interim adminiſtrauerat, incolume reſtituit.Huic alter ſucceſſit Balduinus,qui in prælio unà cum nonnullis alijs principibus capitur à Parthorum regis exercitu, qui ſuppetias Turcis attulerat, cum quibus bellum gerebat. Redemptus,paulo poſt Antiochiam cum eius principis proles iam interiſſet, Hieroſolymitano addidit imperio.Deceſſit morbo poſt annos XXIII.unica filia ſuperſtite.Fulco Andegauenſi comite eius gener habenas ſuſcipiens,rem feliciter geſſit, aliquot Turcarū milia in plio fudit. Equi tandē lapſu forte occidens, regnū Balduino filio reliquit, qui tenuit annos Vigintiquinque cum magna ſatis gloria: quippe qui Gazam reſtituit, & militibus templarijs regēdam tradidit.Inſuper Aſcalonem diu oppugnatam, tandem in deditionem accepit:Norandinū Turcā Damaſci principē, bello repulit. Extinctus eſt ſine liberis, fratre Almerico

Coſroes rex Perſarum.
Maumeth
Homar
Hieruſalem
Quomodo recepta Hieroſolyma
Gothifredus
Balduinus
Tancredus
Balduinus rex captus
Fulco Andegauenſis comes
Balduinus II.

Almerico ſuperſtite ac regni ſucceſſore. Hic contra Suar Aegypti Calypham, bellum mouit,quod tributum dare conſuetum negauerit.Itaq; capto iam Peluſio,Norandinus Turca, à Calypha in auxilium adcerſitus adeſt. Regem auarum ab obſidione pecunia auertit. Ipſe per dolum Calypha interfecto Aegypti dominationem inuadit. Huic Balduinus filius ſucceſſit cognomento Leproſus, quod eo morbo uſq; ad extremum laborauit, non intermiſſa tamen regni cura diligenti: quamobrem in cœlibatu caſtiſſime uixit. Sorores duas habuit, quarum alteram Iſabellam cuidam Gallico Horfrido: alteram Sibyllam maiorem natu Guilielmo Longaſpathæ Montiſferratenſi locauit,ex qua ille Balduinum ſuſcepit. Mortuo uiro,Sibylla iterum Guidoni Luſignano principi nupſit.interim Leproſus moritur,regnumq; ac ſororis filium Balduinum puerū Raimundo principi Tripolitano cōmendat. Sed morte pupilli paulopoſt ſubſecuta: Guido iure uxoris hæreditario regno ſucceſſit, qui quod mors pueri occultata citra ſuſpicionem eſſe non uideretur, bellum à tutore Raimundo ſuſtinuit, in quo ille Saladinum Aegypti Sultanum auxilio uocauit: magnum profecto nefas exordiumq; ruinæ totius orientis terrarum,à nobis ſummo labore partarum. Saladinus potens armis ac nomine,Ptolemaidem primo,deinde Azotū,Berytum, Aſcalonem, omnes deniq; in ora ciuitates cepit.Poſtremo ipſam Hieroſolymam aggreſſus, ad deditionem faciendam breui tempore his conditionibus coegit, ut omnibus cum his quæ ſecum exportare dorſo poterant,migrare liceret. Ergo miſera caterua ſecuta Herculium Patriarcham flens egreſſa mœnibus,dirum omnibus ſpectaculū præbuit:inde Tyrum,alij Alexandriā, alij quoq; alia loca petiere.Ille confeſtim tintinnabula è turribus ſuſtulit, templa profanauit,atq; incendit, præter unum Salomonis. Hæc Hieroſolymæ poſtrema ruina nūquam poſtea reſtituta, licet diuerſi principes Chriſtiani ſummo conatu terra mariq; ſæpe fuerunt periclitati, inter quos Ricardus Angliæ,& Philippus ac diuus Ludo.Galliæ reges, ut alibi narraui.Sed ad Guidonem regem redeamus,qui amiſſi ſemel regni titulum,cum Ricardo rege tradita Cypro,quā per uim ille occupauerat,cōmutauit.Eo demum Sibyllāq; uxore extinctis ad Iſabellam alteram ſororem res hæreditaria Hieroſolymæ peruenit.Hæc quater nupſit, Horfredo primum Gallico,Conrado Montiſferratenſi,Henrico Campaniæ comiti, & Americo Guidonis Cypri regis fratri:qui quū inutilis uideret regno,Tyri amotus, ac Ioannes de Bregna Gallicus quidam uir ſtrenuus ad regnum adcerſitur, Iole Iſabellæ & Conradi Montiſferratenſis filia una cum titulo Hieroſolymitano in matrimonium ſumpta, qui quum ſibi plura q̄ par erat adrogaret,à cardinale Columnenſi grauiter obiurgatus, relictis rebus in Galliā reuertit, alia ſumpta uxore:filiamq; quā ex Iole ſuſceperat,Frederico II.Imp.unà cū eodē titulo pro dote locauit, qui Neapolitanis poſtea regibus per manus eſt traditus. HACTENVS de Hieroſolymæ principum ſtatu.Nunc de ſacris religionēq; uideamus.Primus in ea præſul Iacobus frater domini gladio interfectus.Imperante aūt Iuſtiniano, in Synodo Cōſtantinopolitana Patriarchatu decorata,quarto poſt Ro.eccleſiā loco fuit. Quatuor ſubditos habuit Metropolitanos:quorum primus Tyrenſis,totidem habuit ſuffraganeos: Acconenſem,Sidonienſem,Berythenſem, Zeneadenſem.Secūdus Metropolitanus Cæſarienſis,Sebaſtienſē tantū, cui Porphyria ſeu Caypha oppidū ſubeſt. Tertius Metropolitanus Nazarenus,Tyberienſem tantū.Quartus Patracēſis unū tantū,in mōte Sina tēplo diuæ Catharinæ & monachis eius cœnobij præſidentē. Habet itē Patriarcha p̄ter hos etiā Bethlehemiticū, Hebronenſem, & Lydenſem ilico ſubiectos p̄ſules:ſed & abbates & priores baculo ac mitra decoratos.Caluariū montē, & Golgatha,& dominicū ſepulchrū,extra mœnia ſita loca,Helius Hadrianus princeps muro cinxit, Heliāq; appellauit,tēplo ibidē Antinoo cōcubino dedicato, ut teſtat Hierony.In Caluario cœnobiū erat,ad cuius priorē ac religioſos electio patriarchæ pertinebat. Sion itē mons ciuitas Dauid appellata,q; eiectis Hiebuſeis eā Dauid muro circundedit.In quo cœnobiū cū abbate ordinis S. Auguſtini eſt.In Oliueti mōte abbas itē ciuſdē ordinis,& ad eiꝰ radices atratæ uirgines S.Bīdicti.Vltra eſt caſtellū Bethania,Marthæ ac Magdalenæ memoria cōſpicuū.Eſt & altera trās Iordanē Bethania,ubi quondā Ioānes baptizabat. In ualle Ioſaphat ,pbatica eſt piſcina & itē aliæ uirgines atratæ. Tabor mons,ubi dīnica trās figuratio in regiōe Galilææ, haud lōge à Nazareth,abluit à torrēte Cyſon. Vicini & mōtes Gelboe,ubi cœnobia Ciſtercienſiū & Præmōſtratenſiū. Carmelus mōs locꝰ Heliæ ,pphetæ ſolitudinis,ubi cœnobiū ordinis caput.Eſt & locus ,ppe deſertus,Quarētena cognominatus,dīnici ieiunij memoria clarus. Reſtat templū ipſum à Nicolao diligentiſſime deſcriptū.

Almericus
Norandinus Turca
Balduinus
Leproſus
Iſabella
Sibylla
Balduinus pupillus
Guido
Luſignanus
Hieroſolyma iterum amiſſa
Ioannes rex
Iole
De ſtatu ſacerdotum Hieroſolymis
Patriarcha
Sina
Caluarium
Sion
Mons Oliueti
Bethania
Tabor mons
Quarentena
Templum

Huc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huc à Iudæis aurum ex orbe toto quotannis mittebatur, ut Cic. pro Flacco testatur. Hoc at tingere seu spoliare modestia Pompei uictoris non est passa, quod postea Crassus contra Parthos proficiscens diripuit. Hic statuam Caij principis Pontius Pilatus collocare conat⁹, ut est author Iosephus, tumultum excitauit ingentem, nec procul à rebellione res abfuit. Idē Caius quod illac iter habens, templū adire neglexerit, ab Augusto grauiter obiurgatus est.

De religione templariorū Apud hoc templum cœnobium erat, cui abbas præerat ordinis S. Augustini. Apud hoc & templarij cœpere, de quorum, déq; S. Ioannis ac Mariæ Theutonicorum religionibus, quæ Hierosolymis cœpere, alijs in locis mihi narratur.

DE SECTIS SYRIAE

Talmut ANTEQVAM è Syria discedam, nonnullas eius sectas cōmemorabo, in primisq; Iudæorum. Bifariam olim diuisi, uti supra memoraui. Deinde duplici contra nos peruicacia innitentes, primum legem scriptam perperam interpretando, deinde quæ non scripta superstitiose addendo. Talmutū hunc uocant, in cuius initio Moses Aegyptius his uerbis à fido Hebræo conuersis sic proœmiat. Quanquā hæc lex mentalis scripta non fuerit, Moses tamen eam docuit totam in collegio LXX. senum, Eleazar & Phinees, & Iosue, hi tres à Mose acceperunt. Iosue uero alios docuit senes, à quibus postea Hely, à quo Samuel, à quo Dauid accepere. Et sic ordine pluri mos narrat per manus, donec Rabbi eorum ac doctores eam in codicem reduxere. Nitūtur

Cabala item Cabala, quæ legis scriptæ interpretatio quædam interlinearis seu glossemata, à doctoribus eorum notata & intellecta, quæ legem omnino peruertit, & arma contra ueritatem acuit. Syri eodem quo & Græci ducuntur errore. Spiritum sanctū dicūt tantum à patre procedere. In eorum templis una tantū ara, in qua semel in die sacrificāt hora sexta, pane sermentato, quem à sacerdotibus manibus sublatū, plebs uultu demisso adorat, dictitans se illius aspectu indignū. Sacerdotibus licet uxoribus uti iam ductis, ducere non licet, subdiaconatū sacrum ordinē non habent. Confirmationem uel cuiuis addere dicūt licere. Purgatoriū aūt

Iacobitæ medium locū nō admittunt. Sabbato carnibus uescunt. IACOBITAE à Iacobo quodam Alexandri Patriarchæ discipulo initiū habuere. Hi quondā à Patriarcha Constantinopolitano sacris Græcorū interdicti, maiorē Asiæ partē & Syriā, & Iudæam, & Aethiopiā superstitione referserunt. Nam cum omnes in his locis partim à Matthæo, partim à Thoma Christiani fuerint facti, paulatim conuersatione infideliū defciuerunt. Hi in primis Hebræorum more recutiti sunt. Deinde occulta quædā admittūt, & teste tantū deo, nullū putāt delictum. Baptismū nota ignis excipiūt, nitētes illi dominicæ sentētiæ, Ille uos baptizabit in spū sācto & igni. Præterea Eutychiana hæresi infecti, unā tantū in Christo naturā diuinā post resurrectionē fuisse adfirmāt. Quare crucē uno tantū digito figurant. Lingua utuntur diuersarū nationū, ubi cos agere contingit. Chaldæa potissimū & Arabica. Sacerdotes uero eorū alium quendā à uulgo distinctū habent sermonē: sacrificant uino tantū delibato super ara, reliqui

Maronitæ sacerdotes humi interim cōsidūt, plebs sacrificantē exosculat. MARONITAE à Marone authore, qui Macarij Antiocheni præsulis secutus errorē, unam tantū in Christo uoluntatē ponebat: Monothelitæ sunt appellati, de quibus alibi diximus. Habitāt ex magna parte circa Libani iuga, haud longe ab urbe Biblide, maximi in bello sagittarij sunt. Sub Innocentio III. uenit eorū Patriarcha ad consiliū Lateranense, & ex illo Latinorum postea cerimonijs sunt usi, cū cæteri oriētales pōtifices, nec mitra, nec annulo, nec in tēplo tintinnabulis utant: sed tātū baculi pulsu turba excitet. Literis utūt Chaldæis, uulgo aūt lingua Saracenica. As-

Assisini sisini in ,puincia Phœnicis circa fines ciuitatis Anteradēsis, q̄ hodie uulgo Tortosa appellat. Hi quædā castella possidēt loci natura munitissima. Int⁹ amœnas habēt sedes. Regē diligūt senē industria exercitatū, q pueros in secessu quodā nutrit, docētq; diuersas linguas: deinde adultos tanq; emissarios mittit, q diuersis hominū cōmercijs p̄ eas regiones cōgredientes, clā ignoti cultro abdito sese turbæ miscēt, ac regis inimicos, aut ,pprios interficiūt, siue etiā alios amicorū aut pecuniæ causa, eoq; modo felicitatē se cōsecuturos sperant. Hæc secta ab initio è Perside in Syriā uenit, scripturāq; habēt ex Chaldæo & Hebræo pmixtā. Nā Edesseorū se

Beduini ctæ adhærēt, q putāt post mortē nec gaudij, nec pœnæ locū esse. Beduini ex Arabū ac Saracenorū secta alijs addicti opiniōib⁹ sūt, qua, pter hæretici sunt ab eis appellati. Ii nullo respectu inermesq; unà cū Saracēis in bellū ruūt, dicētes mortē uitari nō posse, fatoq; oia referūt. Hircinis amiciūt pellibus: Solē oriētē adorāt. Georgiāos uero iter Iberos postea dicem⁹. Ar-

meniorum

meniorū itē sectā in Armenia cōmemoraui. Mesopotamia quoq; inter Syriæ partes à Plin. *Armenij*
refertur ex argumento nominis, q̄ inter Euphraten ab Austro & Tigrin ab oriēte claudat, *Mesopotamia*
è septētrione aūt Tauro, quo ab Armenijs dirimit. In hac igit tres potissimæ urbes, Edessa, *Edessa*
Carræ, Nisibis. Edessa ἀπ' τοῦ ὕδατος Steph. q̄ inter impetus aquarū sita sit. Hāc Hebræi Harac *Harae*
uocant, ubi Abagarus olim dicit regnasse, qui datis ad Iesum literis, responsum meruit acci- *Abagarus*
pere. Ad hanc quoq; Tobiā misisse filiū ad Gabelū sacræ testant literæ. Edessenus princeps
unus olim è quatuor, cum Syria nostri potirent, habebat Metropolitanos tris sub Patriar-
cha Antiocheno cōstitutos, Edessanū, Geropolitanū, & Coryciensem. Hanc etiam Haraph
Turcarū dux, quando Balduinus eam tenebat Eugenij III. Pont. & Conradi Impe. tempo-
ribus cepit, trucidatis omnibus Christianis, nobilibus matronis super arā diui Ioannis Ba-
ptistæ constupratis. Carræ antiqua urbs. Lucanus de Crasso. Assyrias latio maculauit san- *Carræ*
guine Carras. Hic, ut scribit Spartianus in Caracalla, Lunæ templū colebat, quā si quis fœ-
minæ nomine adoraret, subigi & dominari ab uxoribus putabat. Si quis aūt Lunū deū ma-
ris noie coleret, uxoribus imperare, ac dominari credebat. Hanc, ut scribitur in Pētateucho
Abraamus incoluit, cum primū Hur Chaldæorū est egressus. Nisibus Strab. Nisibis Steph. *Nisibis*
qui lapides cumulatos lingua Syrorū dicit significare, sub Tauro em̄ sita est. Zerbis flu. in *Zerbis*
Tigrim Plin. fluit. Babylonia Mesopotamiæ coniuncta inter Euphratis ipsius cōuersiones *Babylonia*
australior est: Syriā tamen Ptolemæo Plinioq; nō excedit. Hic Babylon gentis caput: Semi
ramidis ædificiū post uiri mortē, cuius muri inter septē orbis miracula cōmemorantur, bi-
tumine, quod in eo loco prouenit, ex parte magna constructi: latitudine pedū L. altitudine
CC. Quadrigas inter se occurrentes recipiebant. Intus horti pensiles, & aureū Beli templū.
Hic Assyriorū regia. In Babylonia Chaldæorū natio, gēs maxima & uetusta, sectaq; pot⁹. *Chaldæi*
De qua sic ait Diodorus lib. ij. Chaldæi mundū sempiternū esse adfirmant, neq; principium *Diodorus*
habuisse, neq; finē habiturū. Annos quibus uacasse Astrologiæ dicunt, nō facile qs crederet,
ante uidelicet imperiū Alexandri XLIII. mil. Hieronymus noster in epistolā ad Ro. Chal- *Hieronymus*
dæorū, inquit, uetus traditio est, huius uisibilis formatiq; mundi, fuisse inuisibilē & informē
ac sempiternā materiā nulla productione, quā Græci hylen & Chaos uocauerunt: Moses ue
ro abyssum. Quinetiā & annorū circiter triginta quatuor mil. supra DC. ante regnum Ma-
cedonū fuisse testantur, quos si quis retro ab Alexandro cōputet, peruenier ad Adamū pri-
mum: quod ,pfecto Moses in omni eorū scientia eruditus cōscripsit, & quod erroris erat eli
sit, dicens, In principio creauit deus cœlum & terrā, quæ erat inuisibilis & incōposita, quia te
nebræ erāt super faciē abyssi. Quod si nobis obijciūt Chaldæi, id Mosē nō ,pbasse: in prom-
ptu respōsio est: ga nec ipsi suā positionē firmāt, sed ex opiniōe scribūt. Est aūt omni opinio
ne certior fides, quæ & rationi magis consentanea. Neq; em̄ par est aut uerisimile, ut natura
inferior par duratione superiori fiat. Hæc itaq; Hieronymi sentētia cū Diodoro cōuenit, præ
terq; in annorū numero. Chaldæos Stephanus Cephenas prius fuisse scribit, à Cepheo pa-
tre Andromades uxoris Persei, in ea regiōe regnante. Hellanicus in historia Persica scribit:
post mortē Cephei exisse cum exercitu finibus suis in Persidē, nec amplius deinde Cephe-
nos, sed Chaldæos uocatos à quodē rege Chaldæo. Sophocles in Tympanistis Chaldæos
alios ,ppe Colchos ponere uidet, κόλχος τε & χαλδ αῖος τε & σύρος ἔθνος. Ignē in primis ado-
rant, quod Abraamus q ex eis erat refugisse dicit. Mathematicę q; & Astronomiæ addicti.
Cuius rei Cicero causam adfert, q̄ in moribus uersant altissimis, ubi Olympo ,ppi⁹ facilior
fit astrorū obseruatio. Linguā habent propriā, qua etiā Aethiopes utūtur usq; in hodiernū
diem: nam Romæ uidimus Aethiopas religiosos sacras horas obire Chaldæorum catale-
cto ac literis. Hāc Hieronymus cum probe nosset, librū Danielis cōuertit, in cuius prologo
queritur cum fuerit elegāti Latinorū Græcorumq; lectioni adsuetus, anhelantia strideticq;
uerba uix superare potuisse. Habuere scriptores è suis, Naburianū, Sudunā, Seleucum, Bero *Naburianus*
sum: potentia ac rebus gestis florentē Nabocodrosorū teste Strabone. Hūc ego putauerim *Suduna*
Babyloniæ regem in sacris libris cōmemoratum fuisse, literis quibusdam permutatis, qui ca- *Seleucus*
ptiuos Iudæos duxerit, aut certe ex eo prognatū. Idem author plures eorū gentes adsignat *Nabocodro-*
Orchanos, Borsippenos, itémq; alios. Est autem Borsippa (ut ipse ait) urbs Dianæ & Apolli- *sores*
ni sacra, in qua maximum lanificiū. Nam in hac regione sicut & apud Phryges sunt opere *Orchani*
tenui & eleganti uestes discriminatæ. Mar. Texta Semiramia quæ uariant acu. Zeuma urbs *Borsippeni*
apud Euphratem Satraparum regio appellata, quo tributa conferebantur Plinio. *Zeuma urbs*

Assyrij

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASSYRII

ASSYRII post Euphratem loca tenent, amne tamen à Babyloníjs diuiſi. Herodotus eoſdem populos cum Syris eſſe dicit: ſed à Græcis Syros, à Barbaris Aſſyrios uocari. Ioſephus de antiq. ab Aſſur cognominatos eſſe, qui & Ninũ condidit ciuitatem. Aſſyriorum ſunt Adiabena, Ninus, Cteſiphon, Teredon, Apollonia, Arbela, Seleucea, Adiabenos, & Satropedas memorat Strabo. Marcellinus lib. XIII. dicit, Adiabena quæ priſcis temporibus Aſſyria dicta eſt. ἀπὸ τοῦ μὴ διαβαίνειν, id eſt, à non permeando, quod ibi Euphrates ſit minime uado permeabilis. Hos à Seuero principe ſuperatos fuiſſe, monſtrat adhuc arcus eius triumphalis ad radices capitolij. Ninus iuxta & ultra Tigrim Nini ædificium, & regia, octo annorum ſpatio denis hominum míllibus extructa, cuius modica adhuc exſtant ueſtigia. In ſacris libris Niníue appellatur, quæ Ionæ uocibus dicitur obtemperaſſe. Eadem & Niſibis poſtea nonnullis, Strabo tamen diuerſas facit. Supra Ninum uero quem Abraami tempore idem author tradit fuiſſe, omnis incerta hiſtoria, nec facile Bero ſi qui fertur libello, uel cuiquam alij præter quàm receptorum hiſtoricorum authoritati credendum: nec ueriſimile tot Græcos Latínoſq; eruditiſſimos uiros, qui hæc præterierunt ignoraſſe: tantum Nini patrem Belum Plínius adducit ſyderalis ſcientiæ inuentorem, templumq; ei Babylone dicatum. Durauit Aſſyriorũ regnum annos CCXL. ſucceſſione regum XXXVI. Quorũ ultimus Sardanapalus. Hinc per Arbacum ad Medos, demum ad Perſas tranſlatum, ut in Trogo late narratur. Secundũ etiam fluuium Cteſiphon iuxta & ultra, Tigrim clara urbs terminus olim populi Ro. quò Traianus peruenit, fatoq; quodã uidebatur eam tranſire non licere ſine incõmodo, ut eſt animadueríum in Probo principe, & eius nonnullis ſucceſſoribus. Hanc ciuitatẽ Pli. dicit ædificatã à Parthis, ut Babyloniam iuxta poſitam oppugnarẽt. Seleucea metropolis Aſſyriæ à Nicanore ædificata: prima huius nominis & magnitudine & potentia Straboni, quam item Pli. ſuo tempore Babyloniã uocatã dicit, à Traiano primũ, deinde à Parthis occupata, rurſus à L. Antonino Imperatore recepta. Hic iuxta regum ſolet eſſe hybernatio. Nam in Bactrianis æſtiuare dicunt. Euſtath. Nunc flumina reſtant. Tigris oritur in regione Armenię maioris, fonte conſpicuo in planitie: claros ſecum amnes trahit, inter quos Lycum & Caprum, qui à Niphate monte naſcentes in medio Adiabenam & Arbelitim regionẽ retinent. Tigris item à celeritate dictus, quod Medi Tigrin ſagittã appellant, ut Plín. refert, ob quam celeritatem à Græcis quondã Sylax dicebat, quaſi raptim ferret. Huius appellatione deceptus eſt olim Iulianus princeps, ut Theram fluuiũ cauerет ab oraculo iuſſus: nam & hic Theræ nomen retinet. Euphrates longe maior & occidentalior eſt, oritur è Paryarde Armenię monte: primo in occidentem labens, deinde flexus in meridiem Antitaurum interſecat, maioremq; Armeniam à minore diuidit. Hinc Babyloniã in ſinu complexus, deinde in orientẽ conuerſus Tigri coniungit, amboq; Auſtrũ uerſus delati in ſinũ Perſicũ duobus oſtijs exeunt. Hi amnes unà cũ Nilo & Gange in Paradiſo terreſtri à ſacris uoluminibus ponunt, ob fertilitatẽ circa culturæ: mutatis tamẽ nominibus. Ferẽ eñ Euphrates Nili modo regiões quotãnis irrigare.

Adiabena
Ninus
Belus Nili pater
Cteſiphon
Seleucia
Tigris
Lycus
Caprus
Euphrates

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM
LIBER XII PERSIA

PERSIA à ſeptentrione Mediam, ab occaſu Suſianã, ab oriente duas Carmanias, ab auſtro partẽ Perſici ſinus habet. Perſæ toti quidẽ Aſiæ imperauere: Lydij uero nõ toti, ſed cis Halim tantũ. Idq; uſq; Crœſum qui à Perſis ſuperatus fuit. In Græciã traijcientes ſæpe in pugna inferiores fuere, donec à Macedonibus uicti ſuccubuere. Gens alioqui multitudine potẽtior q; uiribus: ſicuti plæriq; Aſiatici, ueſtiũ menſarũq; mollitie occupati. Iuuẽtus naſturtio, & ſale, cũ pane & aqua ueſcit, ut Strabo, Cicero. Eorũ ſapiẽtes Magi, quorũ mos cũ matribus coire. Strabo. Catullus. Ex matre ac nato Magus naſcat oportet. Hi cũ alia tũ hoc ſeruant inſtitutũ, ut ſe iubeãt poſt mortẽ inſepultos auibus lacerãdos dimitti. Nec niſi ex eorũ numero rex creat. Perſarũ oĩm cõſuetudo, maximis de reb? in uino cõſultare, equitãdi ſtudiũ magnopẽ habere: pterea mẽtiri oĩm turpiſſimũ exiſtimare: pximũ huic, debere, autor Hero. Adorãt ſolẽ, cui uix

Perſia
Naſturtium Perſicum
Magorũ mores.

uix mundum ipſum ſufficere dicũt, propterea templorum ac ſimulacrorum omnium euerſores ſunt, autores Strabo, Cice. in Verrem, Pedianus. Poſteris uero temporibus cum regnum hoc cum Parthis confuſum fuerit, inter Parthos mox ſubſequentes multa de Perſis dicemus. Nunc uero tantum loca. Achæmenia pars Perſidis ab Achæmeno Aegæi filio, Stephano. Arbela & Gaugamela dicitur Marcellino, ubi Dareũ Alexander uicit. Plínius: Arbelitis ubi Dareum Alexãder debellauit. Cyrupolis quæ à Perſis Cyrecbata dicitur Stephano. Cachenum cuius meminit Polybius. Drange gens Perſica & Drãgena regio Straboni. Elymei & Elymea ſiue Elymais regio Perſidis in Suſiana. Perſepolis regni caput ab Alexandro diruta. Plínius. Laodicea in extremis finibus ab Antiocho cõdita. Gaucamela urbs quã in ſuſtentationẽ Cameli ueteris & defeſſi Dareus condidit. Nã uox ea Perſarũ lingua, domus Cameli dicitur Straboni. Gordiæa regio à Gordiæo Triptolemi filio ex Argo in Syriam ad inquirendã Iſidem profecto. Stepha. Maſes Plínio à Maſe monte. Ptolemæo Caſus ſcribitur. Panchaia regio à rege Pãchæo dicitur Probo grammatico. Paſagarda oppidum & regio Straboni à Cyro cõditum, ubi prælio uicit Aſtyagem, eo ſiquidem uerbo Caſtra Perſarum ſignificari tradidit Anaximenes. Hic Syri ſepulchrum eſſe Strabo dicit. Sitace urbs & Sitacena regio Perſidis Plín. Ptole. Suſiana item regio ex occidentis parte, quanq; Ptolemæus hanc à Perſide diſiungat. In hac Suſa ciuitas neutri generis, regia Perſarum à Dareo Hiſtaſpis filio condita Plínio. Straboni uero Titoni patris Memnonis ædificium. Cognominata Stephano à fontibus quibus locus abundat, hoc enim uocabulo fontem in ea regione nominant. Incolæ uero Suſij qui & Ciſſij, ut ait Strabo, appellantur à matre Memnonis in ea regione ſepulta, quã Aeſchylus Ciſſiam uocat. Vxij gens maxima, & Vxia regio Straboni, ex qua Coaſpes fluuius oritur. Hos ego putauerim quos uulgus nũc Vxios ſiue Cinganos uocat, qui per orbẽ, maximeq; p Italiã ſparſi degũt, more ferarũ, nulla lege, nullis artibus, tantũ futura prædicentes, cũ omnes ferè populi orientales præſertim uicini Chaldæis, Mathematicæ ſint addicti: autorem habeo Scilacem qui hiſtoriam ſcripſit Conſtantinopolitanam. Dicit Michaelem Traulum Imperatorem ex uaticinio Vxiorum adeptum imperium fuiſſe, quæ ſecta per Mœſiam ac Europam ſparſa, paſſim omnibus futura prædicebat. Et hæc quidẽ de locis. Deinceps de regibus. PERSARVM regnum poſt Aſſyrios & Medos Cyrus primus omnium excitauit. Cuius hiſtoriam Trogus libro primo in hanc fere ſententiam repetit. Aſtyages Medorum rex futuram ex filia prolem uatum prædictione formidabat. Quare Cambiſi obſcuro loco inter Perſas nato eam locauit, natumq; mox puerum Harpago amico mãdauit, ut eum necaret: ipſe uero miſeratus infantem expoſuit inter armenta, quem paſtor inuentum canis ubere forte educatum, pro ſuo aluit: Cyri nomine indito à Cyro flumine, quod circa Paſagardas per curuam Perſiam fluit, ut autor Strabo libro XV. Creſcente igitur quotidie uirtutis indole rex inter paſtores per ludum cõſtitutus magni uiri ſpeciem præ ſe ferebat. Tandem agnoſcitur Aſtyagis nepos, ſollicitatuſq; ad regnum per Harpagum, Aſtyagi bellum auxilio Perſarum mouet, ubi captum tantum regno priuat, imperiumq; Medorum, quod annos CC. duraſſet, in Perſas transfert. Deinde Babylonios, Crœſumq; Lydiæ regem eorum auxiliarem ſuperat, armaq; poſt in Crœſum uertens, uictum eum in regno remanere permiſit, uerum paulopoſt rebellantem unà cum regno ſuſtulit. Poſtremo ſubacta Aſia ac toto oriente Scythas tentauit, ubi primo cõtra Thomirim reginam uictor, mox captus atq; interfectus ab ea, & in ſanguinis utrem miſſus, ut humano cruore, cuius auiditate expleri non poterat, plenius exaturaretur, poſtquam regnaſſet annos XXX. Sepulchri eius epigrãma Plurarchus in Alexandro & Strabo XV. ponunt. Lactantius ait hoc ferè tempore Tarquinij fugam fuiſſe, ut pariter Romæ occiderit, & apud Perſas cœperit regnum. Hic & Iudæis amicus, uaſaq; templi reſtituit. Cambiſes Cyri filius deinde regnauit, ingenti & ipſe animo, qui patrijs rebus Aegyptum adiecit, ſed offenſus illorum ſuperſtitionibus Apis cæterorumq; deorum ædes diruí iuſſit. Ad Ammonis quoq; templum expugnandum exercitum miſit, qui tempeſtatibus & arenarum motibus oppreſſus interijt, ut ait Trogus. Seneca uero libro ſeptimo de ira: Cambiſes fertur in Aethiopas iugum detrectãtes, quumq; inexplorato per arentia exercitum duceret, deficientibus cæteris alimentis, decimum quemq; inter ſe in cibum ſortiti ſunt: durauitq; adeo talis ſeueritas, donec & ipſe ne reuocaretur ad ſortẽ pertimuit, receptuiq; ſignum cecinit. Dicit item filium ſagitta interemiſſe. Lucanus autem in X.

Achæmenia
Arbela & Cyrupolis
Drange
Drãgena re.
Elymei
Elymea re. ſeu Elymais
Perſepolis
Laodicea
Gaucamela
Gordiæa
Maſes & Caſus
Panchaia re.
Paſagarda
Sitace
Sitacena re.
Suſiana
Suſa
Suſij & Ciſſij
Vxij
Coaſpes flu.
Vxiorũ ſecta
Reges Perſarum
Aſtyages
Cyrus
Cambiſes

Vesanus ad ortus Cambises, longi populos peruenit ad æui, Defectusq; epulis ac pastus
cæde suorum Ignoto te Nile redit. Sub hoc, ut autor est Beda, historia Iudith conscribitur.
Naboco/drosorus Cambises enim regno Assyriorum à patre iam uiuente præpositus fuit. Appellatusq; Na/
bocodrosorus secundus apud Historicos. Nam de primo apud Strabonem inter Babylo/
nios dixi. Idem & in Esdra Artaxerxes uocatur, qui templi restitutionē sub Cyro cœptam
Dareus Hystaspis impedijt, tributaq; imperauit. DAREVS Histaspis filius, ut autor Trogus, unus è se/
ptem magis fuit, qui Persis post Cambisem septem annis præfuerunt. Tandem inter eos
conuētum, ut cuius equus primum soli orienti adhinniret, rex salutaretur. Quod sane Da/
reo contigit astutia cuiusdam Cebaris equisonis, uti Valerius refert, qui admissam intra
equæ genitalia manum, cum ad constitutum uenisset, naribus equi admouit, quo ille irrita
tus odore, ante omnis hinnitum dedit. Babylonios statim rebellantes perdomuit. Ionas na
uali prælio superauit. Postremo aduersus Athenienses cum potētissimo exercitu mouens
à Milciade in campis Marathonijs terrestri pugna superatus est, desideratis millibus CC.
Dumq; uires instaurare conatur, in ipso apparatu excessit, anno regni VII. ab urbe con/
dita CCCLXV. Hic ille, ut refert historia supradicta, qui Zorobabelem extulit, regnum
Xerxes ei uaticinanti, templiq; cœptam restitutionem permisit. XERXES Darei filius regni
hæres, ut apud Trogum lib. II. maximus omnium regum Persarum fuit. Aegyptum quæ
à patre descíuerat recepit. Expeditionem etiam quam Dareus in Athenienses parauerat,
V. annorū apparatu prosequens, decies cētena hominum milia traduxisse dicitur. Quem
numerum, ut Valerius itemq; Hieronymus testantur, de alta prospectans specula, fleuisse
fertur, quod post C. annos nullus eorum superesset. Hac igitur multitudine accinctus, ut
omnes referunt autores, & maria perstrauit, & Athon montem aceto diruptum uelifica/
uit, ac compedes Neptuno apud Isthmon iniecit, aliaq; mira edidit, hyperbole poētarum.
Victus demum à quatuor milibus apud angustias Thermopylarū, nauale certamen cum
Themistocle tētauit, à quo item apud Salamina superatus, turpiter cum paucis parua cym
ba ausugit, relicto Mardonio præfecto cum CCCC. milibus, qui & ipse profligatus apud
Bœotiam fuit. Athenienses interea expectatione ac metu Xerxis ex oraculo Pythiæ, quæ
ligneis muris sese tuerētur respondit, naues plurimas in tota Græcia comparauerunt. Post
igitur annos aliquot, tertiam cum Cimone duce Xerxes pugnam instaurans, haud melio/
rem sortitus est exitum: demum cum se ocio socordiaq; relicta militia tradidisset, teste Va
lerio, præmium genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit. Quamobrem à suis spre/
tus paucis post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, cum regnasset annis
Artaxerxes VIII. Artaxerxes igitur patrem ulcisci cupiens cum Artabano, qui regnauit annis VII.
loricam de industria quodam die permutauit, eoq; modo inermem aggressus interfecit: au
tores Trogus libro VI. & Herodotus VIII. regnauit annis XLI. Sub hoc gesta quæ
Dareus Nothus de Hester & Mardochæo cōscribuntur, ut testatur Nicephorus Græcus autor. Dareus co/
gnomento Nothus patri Artaxerxi succedens Tisaphernem militiæ præfectum fecit, ad
quem Alcibiades olim exul confugit, in gratiamq; ipsius & præstantia corporis & ingenij
elegantia peruenit, adeo ut eum ex amico minime amicum Lacedæmonijs, à quibus su/
Cyrus minor spectus ipse Alcibiades aufugerat, redderet. Hic Artaxerxe & Cyro minore filijs relictis,
moritur anno regni XXIX. eodem quo Athenas Lacedæmonij subegerunt, & XXX.
Tyranni fuerunt constituti. Cyrus autem minor Ionia Lydia, quibus locis loco Tisapher/
Mnemon nis Alcibiades fuerat præpositus: Artaxerxes uero natu maior regno successit, Mnemon
cognominatus, qui statim defuncto patre à fratre Cyro clam insidijs petitur. Quod cum
cognouisset adcersitum ad se blande aureis compedibus uinxit. Matris dein precibus uita
condonata dimissus palam bellum indicit, adscitis in auxilium Lacedæmonijs, qui memo/
res Athenienſi bello eius opera se adiutos excusationem apud Artaxerxem reddendæ gra
tiæ habuerunt. Commissa igitur pugna prior Artaxerxes uulneratur, quem cum equi iu/
ga periculo subtraxisset, Cyrus à cohorte regia oppressus, interficitur. Sicq; prælio X. mi
lia Græcorum auxilio Cyri fuere, qui reuertentes per tot itineris spatia inter barbaras gen
tes & inimicas se incolumes uix in patriam receperunt. Hæc ferè Trogus libro quinto.
Ad hunc Artaxerxem Alcibiades iterum exul confugit, petitusq; & in cubiculo crematus
est, iussu XXX. Tyrannorum. Ad hunc item Conon dux Athenienſium male re con/
tra Lacedæmonios gesta, metu suorum ciuium se recepit. Cyrus autem is fuit sub quo Xe
nophon

nophon philosophus militauit, eiusq; pædiam ac uitam descripsit. Ad Artaxerxem redeo,
quem Eusebius eum esse testatur sub quo liber Hester cōscribitur: eundem quoq; Trogus
libro X. liberos CXV. ex pellicibus suscepisse scribit, tres tantum iusto matrimonio,
Dareum, Ariarathem, & Ochum, quorum Dareum quem regem constituerat, quod ab eo *Dareus*
unà cum L. filijs alijs insidijs peteretur, interfecit, atq; hoc modo rex quàm pater felicior *Artaxerxes*
decessit anno regni XI. sceptro Artaxerxi filio Ocho cognominato relicto. Is itaque ab *Ochus*
initio coniurationem formidans cæde atq; strage principum regiam reserſit, nulla sexus
aut ætatis reuerētia, ne uidelicet fratribus parricidis esset scelere inferior. Atq; ita demum
rebus domi pacificatis, bellū Armenijs intulit: autor Trogus libro decimo. Post Ochum,
qui regnauit annis XXVI. Narses filius rem tenuit annis quatuor. Is, ut est autor Hero *Narses*
dotus, prolem habuit etiā numerosam, interfectus demum à Bagoo Eunucho, postquam *Dareus ul/timus*
regnasset annos quatuor, surrogato Dareo qui ex stirpe regia non erat, ut ait Strabo: uir
enim Persa Codemanus antea uocatus, milesq; ac Arsani filius fuerat, egregiamq; bello
contra Armenios regi suo operam nauauerat. Quare ob uirtutem & merita Ochi interfe/
cti successor à Bagoo Persisq; constitutus: Darei nomine nequid regiæ maiestati deesset
indito. Bellum cum Alexandro Magno uaria fortuna gessit, postremo uictus, & à suis pro
ditus interfectusq;, postquam regnasset annis sex, uitam pariter cum Persarum regno fini/
uit. Quod teste Strabone annis CCL. durauerat. Hic dicitur dum fugeret ingruente bello
ab Alexandro, cursu calefactus cœnosam bibisse aquam, iurasseq; nihil unq; iucundius bi/
bisse: autor etiam Cice. in Tuscul. Aelianus autem Artaxerxi Cyri fratri hoc dicit conti/
gisse. Reliquos Persarum reges, & historiam mox in regione Parthorum repetam. Nam
ex Persis ad Macedonas, à Macedonibus ad Parthos, rursus uero ad Persas regnum reuer
sum. PARTHOS nunc exequar, qui ab occasu Mediam, à septentrione Hircaniam, ab *PARTHI*
oriente Ariam, ab austro desertam Carmaniam habent montibus cincti. Finis inter eos &
Romanos Euphrates, regni caput Hecatompylos Plinio. Ctesiphon uero regia ciuitas ab *Hecatōpylos*
eis ædificata ad Euphratis ripam, de qua in Assyria dixi. Parthiæi populi Parthorum è Scy *Ctesiphon*
thia profecti, quos eosdem cum Parthis Stephanus esse dicit. Nysei campi, & Nysei equi *Parthiæi*
iuxta Parthos laudatissimi Straboni. In uniuersum uero Parthi regionem frugiferam co/ *Nysei*
lunt, omniaq; præter oleam ferētem. Præterea genus hominum bellicosissimum. Sagittæ
præsertim, quam post tergum mittunt, & equorum celeritate insignes. Trogus refert eos
omnia publica, priuataq; officia equitando obire. Quæ res tantum nobilitatem à uulgo di
stinguit. Magnum quoq; imperium in Asia tenuere. De quibus deq; eorū origine breuiter
ex Strabone, Trogo, & Herodiano referam. Post Dareum illū cui regnum Alexander ab/
stulit, per multos annos Macedones ipsi qui Alexandro successerant, diuisis inter se regio/
nibus imperarunt. Sed ortis inter eos discordijs attrito Macedonum robore Arsaces uir *Arsaces*
Scytha & ignobilis, uirtute bellica adeo claruit, ut collecta manu exulum Scytharum quos
ea lingua Parthos uocant, à Theodoto, qui Alexandri ordinatione Bactrianorum mille ci/
uitatibus præerat, deficiens, breui tempore ipsum cum tota gente in seruitutem, deinde Se
leucum Syriæ regem, postea Hircanos redegerit: Dasa etiam urbe in excelso monte ædifi
cata. Ita paulatim breuibus initijs gentem maximam constituit, & Romanis postea sæpe
formidatam, pro quibus meritis reges deinde Parthorum Arsaces, & Arsacidæ populi ap/
pellati. Quarta ab eo successione regnum ad Mithridatem uenit, quo tempore Eucratides *Mithridates*
apud Bactrianos regnum propagauit. Hic subactis Medis regnum Parthorum à monte
Caucaso multis populis in deditionē redactis usq; ad Euphratem protulit, morbo demum
senex extinctus est, haud Arsacis primi rebus gestis inferior. Cuius filium Phraatem suc/ *Phraates*
cessorem regni ad bellum aduersus Scythas profectum ac cum toto exercitu trucidatum, *Mithrida/*
filius eius Mithridates alter ulciscitur: qui etiam ob auctum Parthorum imperium & Ar/ *tes II.*
menios bello petitos, nunquam tamen sub iugum missos magnum est nomen adsecutus:
ob crudelitatem tamen à senatu Parthico expulsus, fratrem Orodem successorem habuit, *Orodes qui*
qui confugientem Babylonem persecutus, oppidanis in deditionem compulsis, fratrem *fratrē deinde*
quanquam supplicem, in conspectu omnium trucidauit. Post hæc cum Romanis bellum *M. Crassum*
gerens Crassum imperatorem cum filio, & toto exercitu deleuit. Huius filius Pacorus ad *interemit*
persequendas Romani belli reliquias in Syriam profectus, post magnas res gestas, in Par/
thiam patri suspectus reuocatur: quo absente exercitus Parthorū relictus in Syria, à Cassio

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstore Crassi cum omnibus ducibus trucidatur. Iis itaq; gestis bello ciuili uigente Pompeianis auxilio Parthi uenerunt, & ipsis deuictis Cassium aduersus Antonium & Augustum iuuerunt, ac bello confecto rursus Pacorus inita cum Labieno societate Syriam & Asiam uastauit. Castraq; Vētidij, qui post Cassium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna ui aggressus cū toto exercitu perijt, ex quo nobilem Ventidio triumphum præbuit. Quibus rebus in Parthia nunciatis Orodes pater paulo ante Crassi cæde elatus, subita rerum mutatione, filijq; magnopere dilecti dolore perculsus, in furorem uertitur, noctes diesq; Pacorum clamitans, ac fortunam suam diuosq; incusans. Paulo deinde post à Phraate filio cum reliquis liberis interficitur. Cum hoc Phraate Antonius quod auxilium inimicis aduersus eum & Augustum tulisset, bellum cum XVI. legionibus suscepit, sed grauiter multis prælijs uexatus à Parthia refugit. Autoritate deinde permotus Augusti, Phraates militaria signa Romanis adempta una cum filijs obsidibus Augusto remisit. Sub Nerone Volgesus regnū occupauit, fratremq; Tiridatem Armeniæ regem fecit. Romanis bellum intulit. Duas Peti legiones adflixit. Domitius Corbulo cum altero exercitu præsto adfuit, qui Tiridatem premebat. Traianus eos plurimis adflixit bellis, terminis Romani imperij usq; ad Tigrim prorogatis. sub Hadriano illi paulum resipiscentes usq; ad Euphratē processere. Lucius Antonius cum Auidio Cassio præfecto eos bello uicit: Seleuciamq; recepit ac triūphauit. Seuerus item princeps, & deinde Bassianus filius dū se fingit regis generum esse uelle, inermem exercitum cæcidit. Is enim Artabanus ultimus Arsacidarum fuit, quem Artaxerxes Persa eius miles interfecit, regnumq; Persis restituit, annis ab ultimo Dareo qui uictus fuit ab Alexandro DXXXVIII. Regesq; deinceps Persarū, nō Parthorum dicti. Is itaq; sumpta Cidare (est enim id Persarum regū gestamen) uicinaq; omni barbarie subacta: Romanum iam lacessebat imperium. Ad quem comprimendum Alexander Imperator profectus, uictoria potitus est. Artaxerxi autem post annos XV. successit Sapores unus omnium crudelissimus: regnauit annis XXXI. Ab hoc Valerianus captus ac oculis priuatus in misera uixit seruitute. Sub Galeno Persæ Mesopotamia Syriaq; potiti sunt, sed Odenatus his recuperatis usq; ad Ctesiphontem processit. Carus princeps castris ad Tigrim positis Ctesiphōtem penè ceperat, sed in ipsa uictoria fulmine ictus interijt. Maximianus cum Narsete rege inter Callinicum & Carras cōgressus, primo uictus, postremo uictor ingenti laude ad Diocletianum redijt. Hic Narses plures è diuersis matrimonijs liberos accepit, inter quos Saporem & Ormisdam. Sapores igitur regno præ latus cum fratres eiecisset, & Ormisdam etiam in uincula coniecisset, ille elapsus in castra ad Constantiū magni Constantini filiū uenit, qui tunc Sapori bellū inferebat, & iam iam superaturus uidebatur nisi ad ciuile bellum cōtra Iulianum redire coactus fuisset. Iulianus rerum potitus bellum prosecutus aliquot oppida cepit. Castraq; apud Ctesiphontem habuit: dumq; forte incōsulte sese hostibus offert, interficitur, ut Eutropius refert, qui comes eius expeditionis fuit. Iouinianus ab eodem Sapore duobus prælijs uictus, pacem ignobilem, sed necessariam fecit amisso Ctesiphonte. Iustinianus bella mouentes per suos duces prælijs plurimis compressit, postea ad Euphratem eius exercitu pulso & per Bellisarium damno compensato fœdus insuper cum eis inijt. Zeliorbus Hunnorū rex intra Scythiam manentium cum multis militibus auxilio Cosroē regi contra Iustinianum uenerat, sed à rege ipso ob proditionem cōfossus magno tunc metu imperatorem liberauit. Cosroes item sub Phoca principe Mesopotamiam occupauit, ac paulopost Palæstinam cum Hierosolyma, ac DCCCC. mil. Christianorum euertit, partemq; crucis secum asportauit. Heraclio imperante demum Aegyptum, Alexandriam, Carthaginem, Libyamq; occupauit. Heraclius qui frustra diu pacē petierat postremo apud Azotum tris eius duces, Sabarim, Sain, & Razatenem prælio fudit, XXVII. signa militaria retulit. Cosroes postremo iam senex cum filium Medorsen regem constituisset, interficitur ab altero filio Syroche, quod natu maior fuisset præteritus. Hic Syroches ubi regnum inijt, captiuos una cum cruce dominica Heraclio remisit. Quo decedente filius eius Adeser annum tantum imperauit, cui Ormisdas suffectus à Saracenis, qui duce Maumethe ea forte tempestate caput extulerāt, interficitur. Regnum deinceps Persarum ad Saracenos trāslatum. De quibus deq; eorum gestis in Arabia dicam. His succedere Turcæ qui usq; in hodiernum diem late per Asiam atque Europam diuersis quidem familijs ac regnis dominantur. De quibus item alibi dixi, originemq;

Pacorus
Cassius uictor
Phraates
Vologesus
Tiridates
Seuerus imp.
Artabanus rex
Artaxerxes
Cidaris
Narses
Sapores
Ormisdas
Cteſiphon amissus.
Zeliorbus rex Hunnorū
Cosroes.
Razatenes dux.
Medorses
Syroches
Adeser
Ormisdas
Maumethes

originemq; & gesta eorum repetendo. Tātum hic ponam quæ haud diu gesta fuere anno uidelicet. M. CCCC. Tamberlanes enim quidā nomine, seu Tartarus, siue è Turcarum genere (nam eiusdem erat sectæ) primo bubulcus, deinde miles gregarius uirtute paulatim effecit, ut regno gentis suæ potiretur. Scythas, Medos, Albanos, Mesopotamiā, Parthiam, Persiam, Armeniam sibi subiugauit: Traiecto demum Euphrate cum DC. peditum, equitum uero CCC. milibus: Asiam minorē obtinuit, regem Turcarum ex Othomannorum familia tunc potentissimum Pazaitem cum non pene minore exercitu fines tuentem, prælio cepit, ac in cauea more ferarum coniectum secum circumferebat. Castra tentorijs primum albis metari solebat, mōstrando ueniam obsessis se daturum si se prima die dederent. Secundo purpurea præferebat, notando in patresfamilias, ac proceres tantum se animaduersurum, si alterum expectassent diem. Tertia atrata, exitium omnibus miserabile ac totius urbis ruinam facturum significabant. Is quondam in obsidione cuiusdam oppidi, cum tertia die pueri cum uirginibus oleas in manu gestantes egressi, illi supplices occurrissent, ad unum omnes interfici iussit. Admonitus à quodam Genuensi uti mitius cum populis ageret, sic eum facilius imperaturum: respondit se orbis esse calamitatem, proinde ocyus se inde ab eo proriperet, nisi & ipse quoq; hanc periclitari uellet. At ille statim subterfugit. Tamberlani Assembecus successit, Suncasan cognominatus, è quatuor Turcarum familijs quæ è Scythia sunt egressæ, de quibus omnibus in Europea Sarmatia tam diximus.

Tamberlanes

MEDIA.

MEDIA à septētrione partem Hircani maris, ab occasu maiorem Armeniam & Assyriam, à meridie Persidem, ab oriente Hircaniam & Parthiam habet. Inter Medos & Parthos Caspij montes sunt, ubi & portæ Caspiæ Straboni, Ptolemæoq; ponuntur. Plinius causam nominis adfert, quod interruptis angusto transitu iugis, ita ut uix singula meent plaustra, longitudine VIII. mil. pass. toto opere manufacto. Medos Dionysius poēta à Medea dicit originem habuisse, quæ ueneno filio quem ex Aegeo susceperat necato, huc ex Athenis aufugit. Trogus autem aliter. Iason cum deuicta Colchide domum redijsset, rursusq; à Peliæ filijs peteretur insidijs, cum Medea coniuge quam repudiatam iterum recepit & Medo priuigno Colchos repetijt, resq; gessit, ac omnis circa orientis populos post Liberum patrem & Herculem subiugauit, socerumq; regno pulsum restituit. Moriens deinde Medum priuignum huiusmodi regioni præfecit. Strabo quoq; in eandem fere sententiam. Media primū Assyriorum regibus, deinde Persis paruit: Sub Astyage floruit: Durauitq; annos CCCL. De tota regione Strabo sic scribit: Media est in partes duas diuisa, quarum alteram maiorem uocant, cuius metropolis Ecbatana, magna urbs, neutri generis, & Medici imperij caput, à Seleuco condita, qua nunc etiam Parthi regia utūtur. Nam reges ibi æstiuant quod frigida sit, hyemant uero Seleuciæ, quæ secundum Tigrim est prope Babylonem. Hæc igitur Mediæ pars montana, frigida, sterilisq; & infructuosa. Altera pars est Media Atropatia, ab Atropato duce nominata, qui ne Macedonibus ea subiugaretur obstitit, cum maioris Armeniæ pars esset. Is postea rex declaratus eam à Media seiunxit. Hæc Armeniæ & Matianæ adiacet ad orientem: Mediæ uero maiori ad orientem, utriq; ad aquilonem. Eorum urbs æstiualis Gazaca in campo sita, munitissimum oppidum quod Antonius in Parthica expeditione obsedit. Cætera Mediæ regionis opulēta sunt maxime quæ sub Caspijs portis: & circa Matianam cāpestris & aprica ac uitifera, ubi nihil præter oleum desyderat, hinc mala Medica, & succus Medicus, qui ex laserpicio est ibi prouenīēte: Cyrenai eo tamen deterius. Matiana enim regio & Matianus lacus qui cerulanus dicitur non minor Mæotide progreditur usq; ad Atropatiam. Sunt & in Media urbes à Macedonibus conditæ. Laodicea, Apamea, Rhaga, quam Nicator condidit & Aropū nominauit. Parthi uero Arsaciam: ducitur autē eius etymum è terræmotibus qui in ea parte frequētes sunt. Zagrius mons, Medos Babyloniosq; disterminat. Is enim ac Niphates à latronibus colitur Mardis, qui à Rufo Mardomedi appellātur: Cyrcijs, Caduſijs, & nonnullis alijs. Flumina uero, Medus, Amardus, Cambises, Cyrus, omnes ex Caspijs mōtibus orientem uersus fluentes in mare desinunt Hircanum, Straboni Plinioq;.

Ecbatana
Media atropatia
Gazaca
Matiana
Matianus lacus
Laodicea
Apamea
Rhaga quæ
Aropus
Arsacia
Zagrius mōs
Mardi
Mardomedi
Cyrcij
Caduſij
Amardus
Cambiſes
Cyrus

Universidad de Deusto
Biblioteca

COLCHIS, IBERIA, ALBANIA.

COLCHIS, Iberia, & Albania, finitimæ inter se regiones ac sub eodem fere parallelo, mõtibus tantum inter se discretæ, à septentrione Sarmatiam habent, à meridie Armeniã maiorem & Moschios montes, ab occasu pontũ Euxinum, ab oriente mare Caspium. Colchi, ut Herodotus & Dionysius tradunt, coloni Aegyptiorũ sunt, argumento uidetur esse ꝙ utrisq; leuiter colorati & lõgis crinibus ac uestibus lineis apparent. Cognominantur aũt à Colcho Phasidis filio. Capras habent apud Phasim fluuiũ uellera ferẽtes unde magnũ faciũt cõpendiũ, ut dicit Eustathius. Plinius has Tragelaphos uocat inter capras & ceruos similitudine. Hinc ortũ cõmentum aurei uelleris. Hæc regio post Aeetam & Iasonem Mithridati cessit, qui eam per procuratores administrabat: post eũ Polemoni, quo mortuo Pythodoris simul cum Trapezunte & Pharnacia tempore Strabonis obtinebat. Colchorum metropolis Dioscurias in ora sita quondam florentissima, nũc deserta, ut ait Plinius: in ea nationes descendisse Tricenas quæ dissimili lingua uterentur, & postea à nostris CXXX. interpretibus negocia ibi gesta. Sunt qui dicãt cõditam eam ab Amphito & Telchio Castoris & Pollucis aurigis, unde nomen inditum urbi: à quibus & Eniochorum gentem ferã originem habuisse constat. Hæc ferè idẽ autor. Sũt & aliæ, Neapolis, Sebastopolis, Aea, ædificiũ Aeetæ regis stad. XXX. à mari distans, Hippo & Cianeo fluuio irrigata, & ferè in Peninsula sita. Est & altera in Thessalia cuius meminit Sophocles, est & fons in Macedonia, Aetus appellatus, ut Antimachus in Thebaide. Propertius Aeæam Circen appellat. Amaranthi gens Colchica per quos Phasis fluit, inde Phasis Amaranthius dictus est à poẽtis. Insula Martis ubi uellus custodiebatur. Coraxi populi & Coraxici montes quibusdã Eniochi dicti. Cyta urbs, de qua Apollonius II. Argonau. ὠνέγετο ἱσόφρονα κυταιέως εἶκτο. Propertius: Posse Cyteinis ducere carminibus. Moschi quoq; gens Colchica propinqua Mantineis, Stephano, & mõtes Moschi qui disterminãt Colchos, Iberos, & Albanos: Tum Armeniã maiorem à minore. Regio etiam Moschitis dicta Straboni. Flumina ex mõtibus Caucasẽis, Corax, Glaucus, Phasis, Hippus, Cyaneus. Ex ijs Phasis maximus & Hippum & Glaucum recipit Plinio.

Vnde cõmẽtũ aurei uelleris
Dioscurias ab aurigis Castoris & Pollucis cognomen dita
Eniochorũ gens
Neapolis
Sebastopolis. Aea.
Amaranthi
Insula Martis
Coraxi
Eniochi
Cyta
Moschi
Corax
Glaucus
Hippus
Cyaneus

IBERI orientaliores sunt Colchis, & ab occidẽtalibus Iberis profecti, ut placet Dionysio. τῷ δ' ἐπὶ ναιετάουσιν ἰώδινόμενος ἰθήρωμο ὅτε τυξόκνυθεν ἐπαντολίῃ ἀφίκοντο. Apud nõnullos uero utri utris originẽ dederint ambigitur. Hos Põpeius magnus una cũ Albanis & reliqs orientis populis in potestatẽ redegit. Post eũ Domitius Corbulo à Neroe missus, ut Plinius refert. Eos Christianos esse iã inde à Magno Cõstãtino Rufinus est autor, qui ait Becurio eius gentis regẽ Hierosolymis cũ eodẽ Rufino familiariter cõgressum narrasse quonã pacto fidẽ receperint: Mulier, inquit, captiua Christiana cũ supplicijs uigilijsq; quotidie per sancte incũberet, multaq; præterea uitæ abstinẽtia fideq; miracula præ se ferret, reginam q; inter cætera morbo adfectã curasset, efficit ut illa primũ Christiana fieret, deinde eius hortatu uir. Quare templũ ilico apud suos, religionemq; publice obseruãdam cõstituerũt. His proximi siue (ut nõnullis placet) ijdẽ sunt Georgiani, quæ gens & ipsa Christiana bello fortissima & uicinis formidata, cognominata ut ferunt à diuo Georgio, cuius uexillũ in bello contra infideles gestãt. Ego tamen nõ minus putauerim eos esse posse, quos Plinius Georgos appellat, in ea ferè regione. Igit ij ꝙ procul sint, à ritu orthodoxo aberrãt, Græcorũ ferè sectãtes errorem, eadem & in sacris libris lingua utentes. Sacerdotes eorũ diro squalore petasati incedũt, crinibus oblongis, barbaq; ad pectus promissa: sacrificant etiã more Græcanico, in calice molliũt offam, quam prius sacerdos ipse cocleari argenteo delibat, deinde uolẽtibus delibandã modo simili præbet. Venere quondã ad Corradinũ principem Damascenũ dũ nostri obsiderẽt Damiatã, questũ, sese cũ Christiani sint ab eo neglectos, ac in expugnata tũc Hierosolyma minime uocatos. Sepulchrũ dominicũ immunes adeũt ab omni uectigali, cũ & ipsi quoq; Saracenis uicinis beneficiũ cõpensent. Nostra memoria miserũt legationẽ ad Pium II. Pont. cũ è conuentu Mãtuano sese in urbem reciperet.

Corax
Glaucus
Hippus
Cyaneus
Pompeius
Domitius
Corbulo
Becurius rex Iberi quãdo Christiani
Georgiani

ALBANI sequũtur, quorũ originẽ Italicã Trogus repetit. Albanos Herculẽ ex Albano monte cũ ille Geryone extincto armenta eius per Italiã duceret, secutos fuisse, & originis Italicæ memores exercitũ Pompei bello Mithridatico uti fratres salutasse. Albania sub imperio Persarũ fuit, postea Macedonũ, postremo Romanorũ. Sed Traianus princeps ijs regem cõstituit: Hodie uero haud satis exploratum cui pareant, quanq; sub magni Canis imperio degere credantur.

Albani

credantur. Habeo autorem qui dicat Albanos quos in Macedonia Ptolemæus ponit, ab ijs esse profectos, nullius tamen & ipse nititur autoritate. Sacasani Albanis iunguntur. Hi in Pontum usq; penetrauere, aliquando Sacæ appellati, & Armenię parte maxima (cui & nomen dedere) potiti sunt, autor Strabo. Plinius eos Phucasanas uocat, nisi menda fuerit.

Sacasani

HIRCANIA, MARGIANA, BACTRIANA, SOGDIANA.

HIRCANVM mare seu Caspiũ ut Ptolemæo describit pedib⁹ obiri potest, cũ nec alio cõmisceatur freto. Idẽ adfirmat Herodotus. Dionysius poẽta prouenire ex mari Cronio seu glaciali scribit. Eustath. uero eius enarrator hos cõposuit ex antiquorũ sententia: ex mari quidẽ Cronio descendere probat, sed uia sub terranea atq; occulta. Dionysius idem magnũ hoc pelagus facit, uerũ qd' triũ mensiũ nauigatione absolui possit, crystallumq; & gẽmas producere, neq; rotundũ (ut quidam ponunt) sed fundæ simile dicit. Hircani accolæ populi appellati, & Hircania regio cui Caucasus mons imminet, Promethea seruans qui assiduã multo pectore pascit auem. Hic portæ Caucaseæ nõ Caspiæ dictæ, uti Plinio placet, ꝙ præruptis quaquauersus montibus unũ tantũ & eum angustũ exitum præbeant, ad quas ex Iberia peruenitur. Mardorũ gens Hircanis uicina latrocinijs dedita: Itẽ Margiana regio in alto sita loco & uitifera. In ea Alexander urbẽ de suo nomine cõdidit: ut refert Plinius. Quã dirutam à Barbaris Antiochus Seleuci filius restituit, Seleuceamq; uocauit, circuitu stad. LXX. Hæc deinde Antiochea dicta, posita item Ptolemæo. Margus per hanc fluit qui regioni nomẽ dedit: è Tauro duobus fontibus exiens, ad unũ Oxum fluuiũ corriuans in mare prorumpit Hircanũ: hic Oroides Romanos clade classiana captos deduxit. Plinius. Bactrianorũ deinde ac Sogdianorũ regio. Vltimi sunt Scythæ. Bactrianorũ ciuitas Zariaspis, quæ postea Bactra à flumine dicta. Idẽ. Apud Bactrianos Strabo dicit inexpugnabilẽ esse arcem quã uocant Petrã: quã tamen Alexander per proditionẽ cepit, in eaq; Roxanen Oxiartis regis filiam cõsecutus in matrimoniũ accepit. Aliã itẽ Petrã in Sogdiana, aliam apud Ochũ fluuiũ cepit. Circa hæc loca Branchidarũ urbem sustulit: quos Xerxes secũ sponte è propria terra secutos ibi collocauerat. Tradũt insuper Alexandrũ in Bactriana & Sogdiana urbes VIII. cõdidisse, nõnullas etiam euertisse. Idẽ. Prope etiam Emodi montes & Paropanisades pars Tauri, unde Oxus & Laxartes per fines Sogdianorũ in mare tendunt Hircanũ. Apud Oxũ dũ castrametaretur Alexander, fons olei apud eius tabernaculũ dicitur manasse. Responsum à uatibus felicẽ exitũ rerũ eum habiturũ, uerũ cũ labore, ut Strabo. Plinius quoq; refert ꝙ in finibus Sogdianorũ ad portas Caucasi Alexander urbẽ de suo nomine cõdidit: ac aras imitatione Herculis, Liberi patris, Cyri, & Semiramidis in eo loco cõstituit. Vltimũ uero iter est ex ea parte qd' fluuius Iaxartes includit, omniũ septentrionalissimus, quẽ Incolæ Scythopisũ uocant. Alexander militesq; eius Tanaim putauere. Transcendit eum amnẽ Dæmonas Seleuci & Antiochi regũ dux, arasq; Apollini Dydimæo statuit. Plinius. Nysea ad Hircaniam pertinet: nõnulli eam per se ponunt. Hircania usq; ad mare, Ocho, & Oxo fluminibus irrigatur. Quorũ Oxus Nyseam præterfluit: quidam Ochũ in Oxum dicunt emittere. Aristobulus ostendit Ochum maximũ esse omniũ fluminũ, quæ ipse in Asia uiderit, præter Indica. Ex eisdem montibus & Iaxartes fluit in Hircanum mare, quem Tanaim nominauerunt, Strabo. Plinius autem Derbicas in ijs proximos ponit. per quos dicit Oaxũ fluuium labi, ortum ex lacu Oaxo, huius uero apud alios nulla mentio. Inter Derbicas & Hircanos Tapyros Strabo ponit. Plinius refert, autore Claudio, id terræ spatiũ quod inter Mæotim & Hircanum pelagus iacet CL. mil. pas. continere, idq; perfodere excogitasse Seleucum Nicatorem, Cornelius Nepos tamen idem spatium CCL. mil. pas. dicit.

Hircani
Caucasus
Caucaseæ portæ
Mardi
Margiana
Alexandrea
Seleucea
Antiochea
Margus flu
Bactriani
Zariaspis
Bactra
Branchidæ
Sogdianæ
Vrbes VIII
Emodi mons
Paropanisades
Oxus flu.
Laxartes
Aræ Alexandri
Iaxartes qui Scythopilus
Dæmonas
Nysea
Ochus flu.
Derbitæ
Oaxus flu.
Tapyri populi
Nicatoris cogitatio
Trogus

SCYTHIA

SCYTHAS Trogus lib. II. pluribus uerbis cõmemorat quod uetustiores omnibus populis uel ipsis Aegyptijs sunt. Eorũ regio in orientẽ porrecta includitur, hinc Sarmatia Asiatica, hinc regione Serarũ, à septentrione terra incognita, à meridie Sacis, Sogdianis, & ijs coniunctis populis. Imaus autem mons uniuersam intersecat. Quapropter intra atq; extra Imaum Scythia bifariam diuiditur. Fines autem inter se gentibus nulli, neque enim agros colunt, aut domos ædificant, tantum armenta pascentes, ac sedibus semper incertis errantes. Aurum & argentum spernunt, furtum abhorrent, lacte & melle uescuntur, pellibus ferinis arcent frigora

Imaus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gora. Cyrũ cum exercitu trucidauerunt. Dareũ fugauerunt, Alexandri Magni ducem Zopyriona cũ omnibus copijs deleuerunt. Romanorũ tantũ audiuere arma. Parthicum, & Bactrianũ imperiũ ipſi cõſtituerunt. Primus in Scythas bellũ intulit Veſores rex Aegyptius, quo repulſo Aſiã uectigalẽ MD. annos uſq; ad Ninum regem fecere. Strabo aũt lib. XI. ſic ait: Scythas omnis ac Celtoſcythas qui ſeptentrionalẽ haberent regionẽ olim Græci uocabant. Qui uero prius diſtinxere, eos qui ſupra Euxinũ, & Iſtrum, & Hadriã habitãt, Hyperboreos, & Sauromatas, & Arimaſpos, appellauerũt. Eos uero qui ultra mare Caſpiũ ſunt, partim Sacas, partim Maſſagetas. Itẽ Scythæ qui à Caſpio mari incipientes magna ex parte Dai appellantur, qui orientaliores Maſſagetæ, & Sacæ, Vniuerſi frequentius Nomades uocantur. Herodotus lib IIII. eos dicit duodetriginta annos ante Medos Aſiæ ſuperiori imperauiſſe. Diodorus Scythas ab Araxe fluuio Armenię ueniſſe dicit paruis initijs, Scytha duce fortiſſimo, Imperiũ deinde dilatatũ poſteris tradidiſſe. Ex hoc igitur duos deſcendiſſe Napũ, & Plaitonẽ, qui totidem cõſtituere imperia. Sub quibus populi diuerſis appellati nominibus. Apud Scythas Aræ cõditæ Liberi patris, Herculis, Cyri, Semiramidis, poſtremo Alexandri Magni: quæ metas domiti oſtendunt orbis ex parte ſeptentrionis. Plinius ſcribit Scythas uocatos eſſe Sacas à Perſis, lingua uero Perſica Arameos. At Perſas ipſos à Scythis Corſarios uocari dicit. Scythica omnis regio præſertim circa Pontũ Euxinum, ut tradit Herodotus, idiotas, craſſo ingenio producit homines, tantũq; Anacharſim unũ è ſeptem ex eis nominari. Contra uero Polybius ſcribere uidetur, qui ait, Scythas & pecunia & robore, tum reliqua ſolertia ac prudentia ſi ſint cõcordes cæteris præſtare mortalibus. Præterea aſinos minime gignit ob frigus huic animali inimicũ. Inter Scythiæ populos, quanq; penè innumerabiles, principales ponũtur, Sacæ, Maſſagetæ, Hircani, Bactriani, Margiani, Mardi, Derbices, Tapyri, & alij nõnulli mihi partim ſupradicti. Qui quanq; proprias ac per ſe diuerſas habeãt regiones, Scytharũ tamẽ & moribus & inſtitutis cõmunicant. Sacas inuentores ſacarũ, quæ ſcuta apud Græcos appellantur, unde illis nomen, potentes olim fuiſſe cõſtat, ueniſſeq; ad Euxinũ uictores, ac quandã terram Armeniorũ ab ipſis Sacacenẽ uocatam cepiſſe. Cyro cladem intulere: mox exultantes ob uictoriã ab eo ſunt uicti, qui diem illum inter faſtos retulit deo patrio, Saceaq; appellauit. Perſæ Herodoto teſte Scythas omnis Sacas uocant. Aelianus de uaria hiſtoria ſcribit, Sacas quas optant ſponſas prius in pugna ſuperare, ſi quando uicti ſunt, perpetuo ſeruí facti in cauernis lugent. Maſſagetæ ſenio cõfectos interficiunt, atq; edunt, morbo extinctos proijciunt feris. In hac Scythiæ parte Cataium ponunt noſtræ ætatis homines. locũ qui multas cõplectitur regiones. Cui ſicuti & reliquæ Scythiæ præſidet hodie rex, quẽ Magnũ Canẽ appellãt. Ad horũ ciuitatẽ metropolim adiuit noſtra memoria Nicolaus Venetus uir magna ſolertia. Qui Pio Põtifici retulit urbem inueniſſe quę Cabaleſchia uocabat, circuitu XXXII. mil. paſ. In cuius medio Arx munitiſſima erat in qua rex habitabat: Alterã quoq; in eo tractu urbem XV. dierũ iter ab hac diſtantem adiuiſſe Neptaí appellatam, paulo ſupra ætatem noſtram à regibus eius gentis ædificatã, circuitu mil. paſ. XXX. In utraq; domus ædificia templa cæteraq; ornamenta Italicis ſimilia uidiſſe reſtat⁹ eſt: præterea homines modeſtia & urbanitate præditos, inſuper & locupletes eſſe. Quæ quidem res mira ſatis uidetur, cõtraq; famam Scythicæ feritatis & uitæ nomadicæ. Comari ab oppido Bactrianæ Comara: hos Ptolemæus Margianis uicinos facit. Plinius Comanos uocat. Mela Coamonos. Comana uero in Põto altera, in Cappadocia tertia. Omaní autem apud Viſtulam fluuiũ. Hemicynes gens Scythica prope Maſſagetas & Hyperboreos, de quorum moribus Apollonius in argonauti. ſic refert.

ἡμικάνων τ' ἀγρόκλε πρόσθιον ἀνδρῶν, τοῖς ὤμοισιν ὕπερθεν ἐϋσταφέων κώνισμα κεραίτραφε γαμφιλοΐσιν
πρηκαπνύσιν ἐρημνῶν. τῶν μὲν θώς τε κυνῶν ὑλακὴ οὐκ ἔπλετ, οὐδὲ τοίς ἄλλων ἀτνώστοισι βροτοῖς ὄμωμα κλύεσθαι.

Heniochea regio. Neuri. Abij. Heniochea uero Scythiæ quam Aurigæ Caſtoris & Pollucis inhabitauere. Neuri qui eorum regionem olim ob ſerpentes reliquerunt, incantatores maximi ſunt: ex hominibus in lupos ſe uertentes. Euſta. Abíj ꝺs ait Polyhiſtor ex Abiano flumine dicí iuxta qd'habitant: uel nõnullis ꝙ ſine uita ſtabili aut domicilio ſint in curribus agentes. Horũ meminit Home. γαλακτοφάγων ἀβίωτε δικαιοτάτων. Iuſtiſſimos eũ uocat ꝙ in pace ſine bello degant, uel ꝙ extemporali uictu utantur. Idẽ dicit Aeſchylus in Prometheo, eos Gabios addita G. uocans. Επειτα δ'ἶζε δῆμον ᾠδικαιοτάτον γαβίκης. ἵν' οὔτ' ἐρετμὸν οὔτε γάπεν τέμνῃ δικέλλων ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόποροι γαῖαν φέρουσιν βίοτον ἄφθονον βροτοῖς. Pleraq; enim Scytharũ nomina ex moribus edita cõmentataq; ſũt, ut Galactophagi, Anthropophagi, Abíj, Acœci, Homobíj, Amaxobíj, Melanchlæni: & alíj cõplures. Seres ad orientẽ æſtiuũ ſicuti & Galli ad occidẽtem item æſtiuũ ſiti, atq; extremi in ea parte ſunt, ſub eodem ferè parallelo quo & Scythæ. Hos Pli. dicit líberos eſſe ab omni noxio flatu, eadem qua Hyperboreos temperie degere. De ijs priuatim edidit uolumen Amometus, ſicuti Hecatæus de Hyperboreis: mites aliquin & hominũ conuerſationẽ refugientes, in cõmercijs mercaturę, ſcribunt in ſaccis rerũ preciũ atq; in líttore ponunt. Mercatores eo aduecti ſi placet, precíũ adnotatũ adponunt. Herodotus ſimilẽ huic cõſuetudinẽ dicit eſſe apud Herculis columnas: Carthaginenſes cũ mercíbus circũ líttus eorũ adnauígant, aduentus ſignũ fumo oſtendunt. Illi adcurrunt, auroq; in líttore adpoſito ſtatim migrant: Carthaginẽſes cõueníentẽ auro adpoſito relinquũt in líttore mercẽ, ex quo iuſtiſſímos utroſq; cõſtat eſſe. Dicunt Seres annos uíuere CC. Sericum ex ſe folijs depectunt, qd' uermículus procreat uocatus à Pauſania Ser, qui ex folijs mori arboris uíuit. Id genus in ſemine allatũ ad Iuſtínianũ príncipẽ à quíbuſdã monachis uenit Cõſtãtinopolim, ut Procopi⁹ eſt autor: de quo etiã alíbi mentionẽ feci. Ad Seres rari mortalium adcedunt: repertus noſtra memoría Nicolaus Venetus quem ſupra memoraui, qui Pío II. Pontifící retulit, ſeſe mare Indícũ cũ menſem penè ultra Gangẽ nauígaſſet ad Rhatã fluuiũ peruenìſſe, eoq; ſex díebus emenſo ciuitatẽ eíuſdẽ nominis inueníſſe: inde p deſerta fuga, quæ Tauri partẽ fuiſſe crediderím, duodeuigínti díebus in campeſtria deſcendiſſe: q' bus duabus hebdomadís magno labore peragratis, flumen ingens oſtendiſſe ad magnitudínẽ propè Gangis, qd' ab accolís Daua dícebatur. Atq; in eo menſis nauigatione abſoluta, ad ciuitatẽ nobílẽ adplicuíſſe, ſtadijs CXX. circuitu, cui nomẽ Dua. Hic laſciuientes fœminas & líbidíní deditas repperit, uiros autẽ una cõtentos uxore, Copiã præterea elephantorũ, quorũ X. mil. Rex bello nutríret. Ipſe albo uehebatur elephanto: cui cathena aurea gẽmís uariata, colloq; circũdata ad pedes uſq; pendebat. Tam uiros q; fœminas uarijs colorí' bus corpora píngere. Idola colere. Strato ſurgentes q; primũ ad orientẽ ſe ſolẽ conuertere: Trini dei opẽ implorantes. Serpentes aſſatos in cíbis pro delicijs habere, rubraſq; formicas paruis Cammaris ſímiles: ac animal ibi naſci ſuillo corpore, bouis cauda & unico in fronte cornu cubitali modo elephanti, quo cũ cõtínenter bellũ gerit. Hæc de Macino appellato Nicolaus: quã regionẽ inter Indiæ montes & Catagiũ demonſtrans, ſine dubio Sericas nationis ſignificare uidebatur.

Sacæ. Arámei. Sacæ. Maſſagetæ. Cataium. Cabaleſchia. Comari. Hemicynes.

Seres. Amometus. Sericum ex ſe re uermiculo. Nicolaus Venetus. Macinum.

ARABIA TRIPLEX.

ABSOLVTO iam oriẽte æſtíuo ad híbernũ procedendũ ad meridiẽ uerſus, ubi Arabũ Indorumq; ac poſtremo Sinarũ populi cõſcribuntur. Arabia igitur primum & ſinus Arabícus reperitur. De hac ſcripſit Vranius hiſtoricus, & Iuba rex ad Claudiũ Cæſarem: decq; ipſius expeditione ac ſitu. Hæc triplex eſt, Petrea, deſerta, & felix. Petrea Aegypto ludææq; confinis Ptolemæo. Strabone autẽ ac Plínio Nabathea dicítur. Cuíus metropolis Petra, quæ hodie dicítur Arach. In ſacris autẽ líbris Petra deſerti appellata. Eſaías. Emitte agnum domíne dominatorẽ terræ de Petra deſerti. Hac iter Hebræi ex Aegypto fecere. Ipſa, ut ait Strabo in plano ſita, circunſepta rupíbus altis inter quas fontes uberrimi ſunt: extra uero circuitũ regio ex magna parte deſerta & ſine aquís, præſertim uerſus Iudæam. In hac enim parte nihil memorabile, ut ait Plínius præter Caſiũ montem uerſus Aegyptũ, ùbi ſepulchrũ magni Pompeíj. Nos tamen memorabílius putamus in regione Sinam montẽ noſtrís appellatũ. Ptolemæo autẽ Melanem, ubí & ſepulchrũ diuæ Catharinæ, & lex Moſi díuinitus cõceſſa. Hanc Arabiæ partẽ ſubíugauit prim⁹ Romanorũ Aelius Gallus ab Auguſto miſſus, ut in Aeliorũ nominibus dixi. Horũ populi Agræi, Gerræi, Ammanitæ, quorũ Ioſephus meminit, ab Ammano Lothi filio. Elana & ſinus Elaniticus apud mare rubrũ. Teredon, hanc in Perſiæ maritimis collocat Dionyſi⁹ poëta, πρῶτόν θ' ἐις ἁλὸς οἶδμα θοὴν ἀποξύνετ' ἀχνίμ, ὑσατίης προχοῆσι, τεθμὸν ὑπ' ἠῶιος ὀδεύων. Ipſum uero mare rubrũ ſinu cõtinetur Arabico ab Erythro rege eius regionis nomen accípiens, quod apud Latínos rubrũ ſignificat cũ mínime rubeſcat: autores Curti⁹ & Philoſtratus in uita Apollonij. Poſt Petreã Arabia deſerta Ptolemæo uocata, Straboni autẽ Scenetis, ubí & Scene urbs. Plínio, ἀπὸ τῶν σκηνῶν díci placet, qd' gens uaga & ſine ædificijs, in tentorijs habitet. Hæc à meridie montibus Arabiæ felícis cíncta eſt, à ſeptentrione Meſopotamiã habet, ab occidente Petream. Arabia felix, meridiẽ uerſus inter duos ſinus Arabicũ & Perſicũ, ueluti peninſula excurrit: quæ ut Strabo ſcribit bis ut India ferítur ob

Petra. Caſius mons. Sina mõs quí Melas. Aelius Gallus. Agræi. Gerræi. Ammanitæ. Elana. Teredon. Deſerta. Arabia quæ Scenetis. Scene urbs. Arabia felix.

fœcundita-

fœcunditatem. Fluminibus scatet quæ in campos absumuntur, omnium fructuum tum pecoris abundans, præter equos, mulos & porcos. Auium etiam omnium præter anserem & gallinam. Oues albæ, boues nigri. Aromatũ omnis generis feracissima, quibus omnia permutant. Cuius opulentiæ testis Alexander, qui eam uti fama est regiam facere instituerat, postq; ex India reuertisset. Vrbes sine mœnibus colũt, quod in pace maxime degant. Oleo sesamino utuntur. Ore sunt omnes raso, præter labrũ superius. Pli. Populi autẽ in ea pene innumerabiles, sed ij præcipui memorantur. Sabæi in littore rubri maris, Charaeni, Ataceni, Gebbanitæ, quorũ caput Thoma Pli. Edumæi, Atramitæ, Achomeni, quorũ caput Achomæ, Vranio in Arabicis. Mobeni & Moba. Partes aũt meridionales tenent Ichthyophagi qui piscibus uictitant, & Troglodytæ q in cauernis habitant. Septentrionales uero Syracени & Saraceni, Ptolemæo. Sed quando ad hos uenimus ipsorũ gesta paucis percurrã. Saracenorum igitur gente Arabiæ felicis numerosa ac bello potentissima, nulla magis christia nos exercuit: eius Ptolemæus & Marcellinus in primis meminere. Ii diu regibus Persarum una cũ reliqua Arabia seruierunt usq; ad Heraclij principis tempora, annũ uidelicet salutis DCXX. Tũc primũ Mahumetes ex eis caput extulit, quẽ ut refert Bibliothecarius, humili genere natũ defunctis parentibus captiuũ Abdemonaples Ismaelitici uir generis emit, sibi gratũ ob formam & ingeniũ. Quapropter mercimonijs ac negocijs ab eo præficitur. Frequentabat ea tempestate domũ Abdemonaplis Sergius monachus, qui ob sectam Hæreseos è Cõstantinopoli in Arabiã fugerat, Machumetẽq; ob ingeniũ ualde diligebat. Interim herus sine liberis moritur, uxor uidua & quinquagenaria hũc sibi in uirũ capit. Is igitur cũ sæpe in alienationẽ mentis se uenire ostentaret, & tanq; qui morbũ patiatur comitialẽ, corpore prosterneretur, admirãte uxore: Desine, inq;, mirari, hoc mihi ex ipsius dei spiritu mente prouenit, qui mihi futura suggerit. Secq; planè prophetã dictitabat, atq; hęc omnia iuuante & cõsulente Sergio agebat. Paulatimq; uulgata fama: nec multo post hæres abuxore moriente institutus, opibusq; adauctus simulq; autoritate, inter suos legem condere cœpit: nouamq; propterea sectam edidit, ab Hebræis nonnulla mutuando, partim etiam à Christianis. Circuncisionẽ & abstinentiam porcinæ simul & uini præcepit. Ieiuniũ mensem continuũ seruare. tantumq; noctibus uesci, diurnam abstinentiam longa crapula compensando. Veneris diem colunt quod in hac ille rex factus: uel (ut quidã aiunt) ut Hebræis Christianisq; dissentiant, eademq; de causa ad meridiem conuersi deo supplicant. Vxores quot pro facultatibus licet, fas ducunt habere: quarum zelotypi solent esse, adulteras capite plectendo: nullam fœminam nisi operta facie foras prodire, mancipijs pro libidine uti, uoluptates corporis futuræ felicitati minime officere. Tris tantũ prophetas admittũt, quos Razales uocant, Mahumetẽ, Mosem, & Christũ, quem minime deũ alioquin esse putant, & angelos, ueterem etiam legem recipiũt. Hæc reliquaq; præcepta in uolumine cõscripsit, quod Alcoranũ appellant, atq; in latinũ sermonẽ conuertit Ioannes Hispanus in concilio Cõstantiensi Martini. V tempore. Idq; Christianis argumentationibus publice refellit. Cõtra hoc item Ricardus ordinis Præd. summusq; Theologus librũ cõdidit: quẽ Demetrius Cydonius in Græcũ sermonẽ cõuertit. Hac igit superstitione armat? Mahumetes obtẽperantes Saracenorũ animos ad rebellandũ cõtra Persas excitauit: uixit annos, XL. Moriens prædixit se iturũ in cœlum, quod diu expectantes tandẽ tetro coacti odore sepulchro manauerunt apud Mechã ciuitatẽ, quæ aditur ab eis ut à nostris Hierosolyma. Post eius mortem plures è successiõe principes eius gentis, partito inter se exercitu alibi alij regnauerũt, uarijs etiam nominibus appellati, Calyphæ, Amorræi, Admirati, Miramemelini, Sultani, quæ est apud eos summa potestas. Homar igitur à Mahumete tertius post Persas subiugatos, Hierosolymã omnemq; Syriam cepit anno circiter DCLXX. sedente Agathone & Cõstantino IIII. Imp. Deinde Aegyptũ inuasere cõstituto apud eam Calypha. Res itaq; incolumis Saracenorũ usq; ad Mauguet Persidis principẽ duravit: hic cũ Himbraelẽ Babyloniæ regẽ ex eadem secta expugnare uellet, inter se quoq; dissiderent, Muchaletũ Turcã ex Scythia adcersiuit; à quo postea Persidis Imperio exutus fuit. Hinc Turcæ quaqua uersus prævalentes etiam Aegypto potiti sunt per Syracinũ qui Calyphã interfecit Almerici regis Hierosolymitani tempore: Sultanusq; appellatus est, cui Saladinus successit. Verũ Saraceni ex Asia pulsi, alij alia loca petiere: in Africam transgressi apud Carthaginem regiam constituerunt: inde in Siciliam Sardiniamq; ac nonnullas Tyrrheni maris insulas simul & Baleares

Sabæi
Charaeni
Ataceni
Gebbanitæ
Achomeni
Mobeni
Ichthyophagi
Troglodytæ
Syraceni & Saraceni
Res Saracenorum
Mahumetes
Abstinentia porcinæ & circuncisio
Ieiunium
Ricardus contra Alcoranũ
Homar

Baleares inuasere. Anno D.CCXXX. duce Miramomelino Hispaniã petiere, quod bellum in eius descriptione cõmemorauí. Eodem ferè tempore Zulemone duce in Thraciã trajcientes, Constantinopolim Leone IIII. Imperante classe potentissima obsidione triennali cinxerunt, quam relinquere tandem diuinitus coacti sunt, peste maxima fameq; consumpti. Anno DCCCLVIII. sedente Leone IIII. ex Africa soluentes Siciliam omnem occupauerunt: In Italiam quoq; transfretantes Apulia capta apud Nuceriam sedem cõstituerunt multos annos, egressiq; inde Ostiã usq; cursitauere. Indeq; agrum populati, basilicas etiam apostolorum dicuntur incendisse, quibus Leo cum Rom. iuuentute occurrens eos repressit. Haud multo post, anno uidelicet DCCCCXVII. iterum oram percurrentes Io. X. Pontifex ad Minturnas nobili prælio fudit. Anno DCCCCXXXV. ex Africa soluentes Siciliam, Sardiniam, Baleares, insulasq; Hetruriæ plures occupauerũt: oramq; eius omnem, simul & Genuam populati sunt. Ad loca quoq; in Adriaticũ uergentia penetrantes Lotario Imp. & Sergio sedente Anconã adplicuere, toto ferè Piceni littore occupato: unde apud Crotonẽ uictores Venetorũ classis fuere. Qui uero in Hispania erant conati in Galliam trajcere, ab Eudone Aquitaniæ duce contra Francos uocati, à Carolo Martello clade memorabili adflicti interfectis ex eis prope CCC. mil. Insequentibus deinde temporibus Hispaniæ regũ præsertim Ferdinandi nũc regnantis uirtute ex Europa penitus pulsi sunt: qui quamuis Africæ nunc quoq; dominentur, uiribus tamen ac uetere belli gloria magno pere ceciderunt. Duplex eorũ hodie qui restant genus in Africa, qui urbes colũt, & Nomades qui foris armenta pascunt, quotidieq; per agros incerta sede uagantur: quorũ est præcipua conditio, formidinicq; urbanis sunt, à quibus & uectigal certũ exigunt. Annis abhinc XXV. Cidianus quidã propheræ nomine inter eos cœperat ad spem gentẽ profligatã reuocare opinione uitæ uirtutisq;, sed breui tempore pereuntis hominis uanitas animaduersa. Saraceni Arabesq; omnes lingua utuntur Arabica & propria, illorum sectæ cõmuni, uerum indigenæ longe puriore.

Duplex Saracenorũ genus

INDIA

INDIAM tertiam orbis partem esse tradidere Alexandri comites, in eoq; tractu quem subegerunt oppidorum esse XV. mil. Indi propè soli nunquam suis finibus migrarunt, ut Plinius: & Strabo ad eos, inquit, nullum præter Liberũ patrem, Herculem, & Alexandrum cum uictoria profectũ esse, quamuis à Cyro & Semiramide tentatos. Indiam Possidonius ab æstiuo solis ortu ad hybernum metitur, aduersam uidelicet Galliæ quam ab occidente æstiuo solis ad hybernum item cõtra Mauritaniam statuit. Eandem à septrentrione Tauri extrema terminant, qui ab indigenis diuersis appellatur nominibus: Paropanisus, Emodus, Imaus, Caucasus: ab occidente Indus fluuius. Australe uero & orientale latus, quæ ambo longe sunt alijs maiora, in Atlanticum pelagus procurrunt, ex quo regio Rhombi figurã præ se ferre uidetur: Nam utrumuis maiorum laterum contrariũ sibi latus tribus mil. stad. exuperat. India eadem fert aromata quæ Aethiopia & Arabia, quod his solo persimilis sit, differat tamen aquarũ copia, qua & India & Aegyptus magis referta est. Sol enim moderatum ex ijs humorem tantum absumit, nutrimentũ opportunũ terræ relinquit. Ex quo nec crispis crinibus, neq; colore tam atro, sicut Aethiopes sunt. Nõ enim calor nigredinis causa, nam eo pacto albi nascerentur. Sed sol qui propter nimiam humoris extractionẽ aridos relinquit Aethiopiæ campos: ex quo nigriores proueniunt. At in India & item Aegypto cum minime pluat, ager tamen fluminibus abluitur. Hæc Strabo. Qui & Oneſicritum adducit aliam causam adferentem ac dicentem. Aquam tantum causam esse proprietatum in animalibus, quoniam peregrina pecora sæpe ex epotis diuersis fluminibus colores immutant: Theodectẽ uero uterq; refellit qui ait solis propinquitatẽ, causam nigredinis esse. Citra Indum fluuiũ, Indoscythæ habitant, ultra uero Gymnosophistæ: quorum duo genera Straboni, Bragmanes & Hermanes: ij ultimi dicti quod in syluis habitẽt, frondibus & fructibus syluestribus uictitantes, & libris arborum sese amicientes, uini & ueneris expertes. Brachmanes uero in ciuitatibus habitant, reges colunt, Natalem putant mortis diem ijs, qui philosophati essent & caste sobrieq; uixissent: nihil eorum quæ homini accidunt aut bonum aut malum esse, cum uideamus alijs alios gaudere pariter ac dolere. Aristobulus qui Alexandri comes fuit, scribit se uidisse duos Bragmanas ad Alexandri mensam post cœnam: & alterum senioren supinum diutius ferentem solem nudo capite toleralle; alterum iuniorem uno stantem

India tertia pars orbis

Indoscythæ
Gymnosophistæ
Hermanes
Patientia duorum
Brachmanum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtantem pede lignum tricubitale manibus ſuſtentare, & ambos quotidie perſeuerare. Ex
ijs poſtea ſeniorem Alexandrũ ſequutũ uita molliore utentem, interrogatumq; cur à ſecta
diſcederet reſpondiſſe ſe XXXVI. annos cõpleſſe quos promiſerat: nam poſt id tempus
Calanus uita melior cibusq; cõmunis permittebatur. Sed ex ijs omnium mirabiliſſimus Calanus no
mine, qui Alexandrum uſq; ad Perſas ſequutus, ibiq; conſtructam Pyram peruncțus aſcen
dens, alacris atq; immotus ſecundum eorum inſtitutum comburitur. Plutarchus. Nicola
us Damaſcenus teſtatur ſe uidiſſe Antiochiæ legatos Indorũ, qui à Poro rege miſſi ad Au
guſtum cum donis & epiſtola Græca fuerant, ubi ille ſcribebat ſe quanquam ſexcentis re
gibus imperaret, amicitiam Cæſaris magni pendere. Similem legationem ad Claudiũ prin
cipẽ uenille tradit Antonius Plocamus, qui maris rubri uectigal à fiſco redemit, miratũq;
dicit orientẽ ſolem à dextris naſci & umbras ſuas hic iaci. Plí. Strabo uniuerſam multitudi
nem eorum in VII. genera diuidit: in philoſophos, agricolas, paſtores, opifices, milites,
præſides, cõſiliarios, Eos alioquin bonos eſſe uiros in uniuerſum ac parcos & abſtemios,
potum ex Oriza conficientes: præterea illiteratos. Arundines quoq; incredibili craſſitudi
ne apud eos, & hominum animaliumq; nonnullorum monſtroſam ſpeciem, idem teſtatur
autor ex autoritate Megaſthenis. Nec alibi maior ſcriptorum licentia, cũ minus multa cre
dere quàm inueſtigare oporteat. Dardæ populi apud eos qui Dionyſio reſtiterunt, ubi au
toribus Plinio & Strabone formicæ uulpium magnitudine aurum effodiunt: quod uicini
clam rapientes, exportãt, carnibus in itinere diſpoſitis, ut cibus inſequentes formicas quas
formidant moretur. Taxilla magna ciuitas, ubi Taxilus eorum rex Alexandrum humani
ter excepit. Inter Hydaſpem & Aceſinem eſt Pori terra multa ſanè & opulenta CCC. ferè
ciuitatum. Apud Hydaſpem Alexander ubi Porum ſuperauit, duas condidit urbes. Nicæ
am à uictoria, & Bucephaliam ab equo, qui in eo prælio cecidit. Nyſa urbs à Baccho cõdi
ta, & Nyſei populi: eſt & alia Aethiopica, Arabica, Bœotia. Pactala inſula: Pactalena re
gio. Apud Plinium Petala legitur. Praſij, Aſtaceni, Muſicani, Aſſacani, Hypaſij, Malli, apud
quos Alexander in expugnatione oppidi uulneratus fuit. Cathei & Cathea regio Sophitis
regis à quo CL. ferocibus canibus donatus Alexander eſt, qui leonibus cõgreſſi ſunt. Præ
ter hæc Pande, Paliobothra, Darſania, ubi lanificium maximum, teſte Dionyſio in Baſſari
cis. Idem Gazũ urbem lineos habere muros dicit à Libero patre expugnatos ijs uerſibus.
Γηγείαν τε ἑδὸν τε καὶ λινοτείχεα γάζαν, τοῖσιν μινυάνταῖο λίνα πεῖ τείχεϊ ἕλκει. Asyphelon ſi
ue Oxidrachi populi ſunt. Sunt & populi Oxidrachi ubi uiri ſancti ac religioſi precibus tantum
ad deũ mœnia tuentur, autor Philoſtratus in uita Apollonij. Populi item eodẽ teſte apud
Indum fluuiũ qui lineis amiciuntur ueſtibus. Linũ autẽ in agris plurimũ naſci: Calciamen
ta uero ex arborum corticibus geſtare, nobiliores autem Byſſo induí. Byſſum uero ex ar
bore naſci quæ altitudine populos æquet, folijs autem ſalici æquiparatur. Flumina uero In
diæ potiſſima, Ganges, Indus, Hydaſpes, Hypanis, Aceſines. Ganges mediam interluit ori
ens à Sacarum montibus, uerſusq; meridiem in ſinum Indici maris qui Gangeticus appel
latur, quinq; oſtijs erumpit: uti & Nilus exuberat campis. Ex hoc uniuerſa diuiditur India,
altera intra, altera extra Gangem appellata: latitudine ubi maxima XX. paſ. mil. inſtar ma
ris. Indus aliquantum minor, undeuiginti fluminibus maximis augetur: inter quæ potiſſi
ma Hypanis & Hydaſpes Plí. Inſulæ innumerabiles ſparſæ in hoc tractu. Petala quã ſupra
memoraui, in ipſis faucibus Indi eſt triquetra figura CCXX. Paſ. mil. lati. Extra oſtium
Indi Chryſe & Argyre fertiles metallis, ut idẽ autor exiſtimat, ex argumento nominis. Sed
omnium maxima & auſtralior Taprobane inter Antœcos noſtros exiſtimata, longitudine
ſtad. VII. miliũ, latitudine V. ut tradit Eratoſthenes. Ptolemæus hanc ſub ariete ponit, Dio
nyſius poeta ſub cancro: ex quo uenereos omnis eſſe in eadem dicit, molliciaq; muliebri
regem creant, qui ſine liberis, ne fiat hæreditarium regnum. Canopum latiſſimam ſtellam
meridionalem uident, Septentrionis nihil: uiuunt annos ut modicum centum: hæc de Ta
probane comperta ex ſeruo Antonij Plocami qui eo tempeſtate delatus fuit. Reſtat Au
rea Cherſonneſus dicta, ſiue quod aurum inde effodiatur, ſiue quod prope orientem no
bis ſol inde roſeus aureuſq; apparet, Euſtathius. Dicendum nunc, quæ ex latere tam orien
tis quàm occidentis Indiæ iunguntur. Straboni itemq; aliis ex oriente tantum ponitur ma
re, Ptolemæo autem Sinarũ regio, quæ æquinoctialem tranſgreſſa uſq; ad Antœcos pro
tenditur: uerum poſt hos autores multi comperti populi ex ea parte, ac inſulæ, ut facile eſt
uidere

Dardæ
Formicæ uulpium magnitudine aurum effodiunt
Taxilla
Pori terra
Populi apud Indum flu.
Niceа
Bucephalia
Nyſa
Pactalena regio
Praſij
Aſtaceni
Muſicani
Aſſacani
Hypaſij
Malli
Cathea regio
Pande
Paliobothra
Darſania
Gazum
Oxidrachi
Ganges
Hydaſpes
Hypanis
Aceſines
Indus
Petala
Inſula
Chryſe
Taprobane
Cherſonneſus Aurea
Sinarũ regio

uidere in orbis hodie deſcriptione, quartam ſphæræ partem Ptolemæo poſitam exceden
te. Ex occidente uero Plinius ait non Indo flumine ſed nonnullis ultra Satrapijs Indiam ter
minari quoſdam putare, quæ ſunt, Aria, Gedroſia, Aracoſia, Paropaniſis, Carmania, Aria,
& Arij populi ab Ario flumine. Arrianus autor & Strabo, q etiam à Medis profectos eos
dicit. Regionem colunt ſolibus exuſtam, & ut Dionyſius poëta ſterilem atq; arenoſam: co
ralium tamen ferentẽ dei prouidentia, ut habeant unde uiuant. In hac Arbies populi & Ar
bis fluuius & Oritæ & Ichthyophagi ſunt Plinio. Straboni. Præterea proxima Indo mon
tana Capiſſeni tenent, quorum urbs Capiſſa, quam diruit Cyrus. Aracoſia cum oppido &
flumine eiuſdem nominis, quod quidam Cutim dixere à Semiramide cõditum ut Plinius.
Dionyſius autem Aracoſas λινογχλαίνας uocat, id eſt, lineis utentes ueſtibus, ſicut & nigris
Melanchlæni Scythiæ populi. Drangiani ijs finitimi & Carmani, ab Indi oſtio Carmania
eſt ultima. Cuius promontorij ad auſtrum in mare magnum expoſitum eſt, multũ quoq;
in mediterraneam, inter Gedroſiam Perſiamq; porrigitur, magnaq; ex parte Carmanorũ
mores Perſici ſunt. Carmania uero deſerta, Parthis eſt contigua ab latere Septentrionis.

Aria
Gedroſia
Aracoſia
Paropaniſis
Carmania
Arbies popu.
Arbis flu.
Oritæ
Ichthyopha.
Capiſſeni
Capiſſa
Aracoſia
Linonchleni
Carmania

AFRICA

AFRICA freto Herculeo ac Nilo cæteris orbis partibus diducitur, Libya & He
ſperia à Græcis appellata. Hanc ab initio, ut ait Salluſtius, habitauerunt Getu
li & Libyes aſperi incultiq;, quibus cibus erat caro ferina atq; humi pabulum
ueluti pecoribus. Vniuerſam uero Rufus in ſex diuidit prouincias, Proconſu
larem, in qua eſt Carthago, Numidiam conſularem, Hirtacium, Tripolitanam
conſularem, ac duas Mauritanas Cæarienſem & Sitiphenſem præſidales. Cæteri Geogra
phi præſertim Ptolemæus ijs regionibus atq; hoc ordine diſtinguit. Primo duabus Mauri
tanijs, Maſſylia, Numidia, Africa minore, Cyrenaica, Marmarica, Aegypto. Sub Tingita
na Aethiopas Athacas ponit. Sub Cæarienſi Atlantem & Getuliam, ſub minore Nigra
tes Aethiopas, & ijs inferiorem Libyam. Sub ea quoq; Aethiopiam interiorẽ æquinoctia
lem tranſgredientem. Poſtremo ſub Aegypto Aethiopiam ſub Aegypto appellatam. Nũc
partes reſumam. Nam poſt Atlanticum pelagus de cuius ac reliquis circa inſulis poſtea di
cemus, Mauritani ſiue Mauri primum occurrũt. Vtroq; enim modo à Latinis, à Græcis ue
ro Mauriſij appellati. Hos freto tantum Herculeo ab Hiſpania, à Getulis Atlante, à Numi
dis Ampſaga flumine diuiſos, Caius princeps in Tingitanam quæ Sitiphenſis à loco antea
dicebatur, & Cæarienſem uti refert Plinius diſtinxit. Eorum celebre quondam nomen &
latam regionem Strabo ponit fluminibus lacubusq; irrigatam, gentem uita Nomadicam,
Dentium alioquin unguiumq; ac capilli ſtudio deditam, colore quo Aethiopes & Indi, ad
quorum ſunt ferè parallelum. Bochus quõdam his imperauit, cui Iuba ſucceſſit, qui in cau
ſa belli ciuilis à C. Cæare ſuperatus mortem ſibi conſciuit, cuius filius admodum puer
Romam in triumphum ductus. Is fuit qui poſtea ſcripſit hiſtoriam ſingulari ingenio ac do
ctrina præditus: & Auguſti demum liberalitate ad regnum paternum remiſſus, ſucceſſo
rem Ptolemæum ex Antonij & Cleopatræ filia natum habuit, quo per Caligulam in
terfecto Mauritania in duas eſt prouincias diducta. Claudius princeps primus Romano
rum Mauritanis bella intulit, per Suetonium Paulinũ, regionesq; eas ſubegit, colonos no
uos deduxit, nomina ciuitatum mutauit, & in prouinciæ formam redegit. Nunc uero peni
tus abolitæ genti Saraceni ſucceſſere ex eo tempore q̃ & reliquæ Africæ. Vtriuſq; Mauri
taniæ longitudo DCCCXXXIX. Latitudo uero CCCCLXVII. paſ. mil. In ora igi
tur primum Tinge quæ regioni nomen dedit, quã Plinius ab Anteo conditam dicit. De
inde à Claudio cum coloniam faceret Cæaream appellatam. Lixus Straboni. Sillius poë
ta. Audit non paruo diuiſus gurgite Lixus. Lix flumen & oppidum Plinio, Melæ. Antoni
nus quoq; in itinere Lix ait Colonia diſtat à Zili XXX. mil. paſ. Zilis eẽ oppidum An
tonino dicitur, Ptolemæo Zelia. Straboni Zelis, hodie Arzilla, recepta ab ultimo Alfonſo
Luſitaniæ rege unà cum Tinge oppido. Abyla, quam alteram dicunt columnam, mons eſt
ab Hiſpanis Simica ob Simiarum copiam uocata, Septemq; prope montes fratres à ſimili
proceritate appellati ſimul iuncti ciuitati Septenſi nomẽ dedere. Elephantis referta tellus,
ut ait Plinius, recepta quoq; & ipſa ab Ioanne Alfonſi auo. Exiliſſa Ptolemæo, Plinio uero
Iulia traducta dicitur. Abeſt à Belone Betici littoris mil. paſ. XXX. hodie longe minus di
cunt, uocaturq; Alcazar ab eodem Alfonſo acquiſita: prope promontorium Cotes Ptole

Africæ diuiſio
Mauritani
Mauri
Mauriſij
Bochus rex
Iuba filius
Ptolemæus
Suetonius
Paulinus
Tingę quæ & Cæſarea
Lix
Zelia
Abyla altera columna
Septenſis ciui tas
Exiliſſa ceu Iulia tradu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Salas flu. & oppidum
Phuth. & Phutæi
Malua flu.
Ampſaca
Maroch
Atlas maior & minor
Canarij
Euphorbia herba
Citri arbor
Atlantes populi

mæo dicitur, nunc ab Hiſpanis caput ſparti ob ſpartum ibi prouenientis appellatū. Salas fluuius & oppidū. Phuth oppidū Ptolemæus, Ioſephus autē Phuth nominat. Phuth Chame filius, cuius pater Noë, Phuthæos in Mauritania populos produxit. Malua fluuius ultra quē Maſſyli ſunt, ab Atlante maiore per fines Mauritaniæ ferè recta in Iberico prolabitur pelagus. Contra hunc alter fluuius Salluſtio & Plinio Mulucha in idem ferè mare. Ampſaca Ptolemęo Mauritanię terminus In hoc eodem littore olim Saracenorū regia fuerat, quā Maroch appellabant. Atlas maior & minor, cuius alibi fabulam narraui. Ad eius loca præter Herculē & Perſeū Hamno Carthaginenſis, ut ait Plinius, primū ex Barbaris penetrauit cū exercitu, coloniaſq; eo deduxit, ac cōmentarios de his edidit. E noſtris uero Paulinus quē ſupra memoraui, ætate Plinij Atlantē tranſgreſſus, librū & ipſe de his quæ uiderat cōpoſuit. Verticē ipſius montis altiſſimū, ſemper niuibus etiam æſtate opertū, arboribus præterea ignotis refertū. Accolas eius Canarios uocari, quippe quibus uictus caninus & diuidua ferarū uiſcera ſit. Iubas rex Ptolemæi pater quem ſupra memoraui, de Atlante deq; Euphorbia noua ibi reperta herba priuatim uolumen edidit. Hic & Citri arbor, unde menſarū luxuria Romæ. Atlas enim maior per uniuerſam Africam uſq; ferè in Aegyptū protenditur, in medio duobus quaſi cornibus ſeptentrionem uerſus inſurgens. Herodotus poſt Garamantas x. dierum iter ponit Atlantas populos à monte cognominatos, quos dicit ab animalibus abſtinere & ſomnia nō uidere. De ſomnijs Arrianus etiam affirmat. Hic

Atlanticum pelagus
Erythrea inſula

& mari uicino nomē dedit Atlantico, ubi in medio eſt parua inſula Geryonis Erythra Ptolemæo, Erythrea Plinio, qui ait Tyrios huc migraſſe, ex Erythreo mari originē habentes. Et paulo inferius, citra æquinoctialem fortunatorum inſulæ quinq;, quas Homerus fabulæq; uolunt his deberi, qui bene beateq; uixerint hominibus, ubi æuo perpetuo procul ab omnibus malis ſub benigna cœli temperie degant. Hæ nunc inſulæ Capitis uiridis appellantur à nautis noſtris deprehenſæ, uti poſtremo dicam. Sub Atlante meridiē uerſus Getuli ſunt gens maxima. Hos Athenodorus Gartheas appellat, dicitq; apud eos maximos aſparagos naſci, craſſitudine calami cyprij, longitudine bicubitali, autor Athenæus in Dipnoſophiſtis. Domiti fuere Getuli ſub Auguſto à L. Coſſo, q Getulicus eſt cognominatus, uti ſcribit Florus.

Getuli
L. Coſſus

NVMIDIA.

NVMIDAE longe in littore uſq; ad ſinum Numidicum & oſtia fluminis Ampſacæ extenduntur. De quibus ait Salluſtius quod Perſæ fuere, qui defuncto in Hiſpania Sale ab exercitu eius cum Medis in Africam nauigarūt, ubi deficiente materia ad domos ædificandas, alueos nauiū inuerſos pro tugurijs habuere. Et quoniā huc illuc uagabant, Nomades dicti ſunt, id eſt, paſtores, de inde Numidæ à Latinis. Regionē alioqui uberem ac diuitem colunt. Mapalia cohabitant (id eſt breues tegetes) eorum lingua. Inter hos inſigne marmor Numidicū Romanis in precio. Eorum urbs Cirtha paulo à ſinu remota. Maſſyli inter hos habitant quos Maſſylienſes Polybius uocat. Nominis etymum Stephanus ex autoritate Timæi narrat, quod gubernator adnauigans, cum animaduerteret piſcatorem iubentem iunco terreſtri μᾶσαι, id eſt, adligare lingua Aeolica, ἀπὸ τῶ ἁλιέως κῶλ μᾶσαι cognomen accepiſſe. Hinc Ampſaca flumē in ſinum Numidicum ex Atlante fluens. Deinde minor Africa, cuius caput Carthago, quā Græci Carchedonem uocant à Carchedone conditore, uti Appianus in Libycis ait, & Carchedonius carbunculus dicitur ex eius littore adductus: uti Plinius. Trogus autē libro decimo, Carthaginis originem explicat, quā Tyrij coloni tenuerunt, à Pigmalione ob auaritiam ſororis Elyſſæ uiro interfecto: quę ob metū huc fugere cum ſubſtantia cōpulſa locum mercata eſt, quantū corium bubulum circundaret, quod in tenuiſſimas ſectū partes maius exiſtimatione ſpatium cōplexū eſt: locumq; Byrſam propterea dictum, ubi urbem cōdidit Carthaginem annis LXXIII. ante urbem Romā. Quæ ut refert Polybius eo potentiæ uenit, ut omnem oram quæ à mari noſtro abluitur ab Aris Philenorum haud multum diſtantibus à magna Syrte uſq; ad columnas Herculis teneret, quæ longitudo eſt LX. milia ſtad. Tranſgreſſi per uim fretum, quod inter Africam & Europam interiacet, cum omni Hiſpania uſq; ad Pyrenæū potiti ſunt: uerum poſt tertium bellū punicū Romani in formā prouinciæ redactā Maſiniſſæ tradiderunt. Saraceni poſtremo inuaſere, regiamq; eam ſimul cū Tuni conſtituerunt. Hic fuit Clitomachus philoſophus qui Carneadem annos XVIII audiuit, ignarus ab initio primorum elementorum. Hinc quoq; ut ex tota Numidia ac præ

Salluſtius de origine Numidarum
Cirtha
Maßyli
Ampſaca flu.
Africa minor
Carthago
Carchedonius carbunculus
Elyſſa
Pigmalion

ſertim Maſſylia, præſtantes equi curſu ueniunt, qui uirga tantū reguntur. Strabo. Martialis. Et mihi Maſſylum uirga gubernet equū. Hæc ætas Barbaros hos uocat. Tunis oppidū uetus adhuc nomen nō amiſit in ſinu Carthaginenſi. De quo Polybius ſic ait. Romani Atilio Regulo duce ad Mercurij promontoriū, quod è regione Siciliæ eſt, adplicantes, uictoriam naualem adſecuti ſunt, inde Tunim oppidum expugna receperunt. Ibiq;, quod cōtra Carthaginem eſſet, poſitis caſtris pręlio terreſtri regionem depopulati ſunt. Cumq; ſpes eſſet omnia potiri, ueritus Attilius ne ſucceſſor ſibi ueniret pacē fecit. Hanc Saraceni poſtea ſibi regiam conſtituere, quā diuus Ludouicus Galliæ rex cū iam per uim cepiſſet, poſt obitum ſtatim amiſimus. Vtica in eodem littore morte Catonis nobilitata, Tyriorum colonia ſecunda poſt Carthaginē Straboni. Tapſus ubi Scipio à Cæſare uictus fuit. Sillius. Et Zama & uberior Rutulorū ſanguine Tapſus. Hippones duæ, una quā Græci διάῤῥυτον dicunt, id eſt, aquis & paludibus circunfuſam Ptolemæo Plinioq;. Altera regia appellata item Plinio. Sillius. Tū Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. ab Equitio nomē accepit. Huic præfuit diuus Auguſtinus. Clupea ſiue Clypea urbs, quā (ut ait Solinus) Siculi ædificarāt, à Romanis primo bello pu. capta duce Regulo, paulopoſt ab hoſte per obſidionem recepta, ut Polybius ait. Hic & Aſpis promontoriū ex clypei forma dictum in mare prominens. Aliud quoq; promontoriū Mercurij, ante omnia ab eodem duce captum, apud quod M. Aemylius & M. Fuluius naues Carthaginenſiū ſibi obuias ceperunt, ut idem refert autor. Aegimuros à Carthagine XXX. mil. paſ. diſtans Liuio & Antonino in itinere. Tagaſta oppidum unde fuit Auguſtin⁹. Antonius in itinere. Ab oppido Tagaſta Zama, apud quā Annibal à Scipione uictus. Pli. lib. XXXI. fontē hic eſſe dicit ex autoritate Varronis, ex quo canoræ uoces efficiuntur. Tripolis Africana, quā Solinus eſſe dicit Taphram, Abrotanum, & Leptim magnam. Abrotanum urbs: quā Strabo in VI. Neapolim etiam uocari dicit: nonnulli in Libya Phœnice eam collocant. Leptis magna una ex Tripoli, altera parua quæ & Neapolis dicitur inter duas Syrtes, ubi Lotophagi habitant hoſpitales homines, de quibus ſcribitur in Odyſſea Vlyſſem errantem excepiſſe. Sabathra inter Syrtes. Sillius. Sabathra, tum Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis. Ptolemæo Tabraca ponitur. Stephano aūt & Polybio Tabathra. Iryca in hac etiam parte Tyriorum colonia, unde Dionyſius fuit Ityæus, qui de ſitu orbis ſcripſit. Byzantes gens prope Carthaginem, à quibus urbs Byzantium in Thracia. Herodotus autē nō bene Gyzantes ſcripſit, ut ait Stephanus. Polybius uero Byzalada regionem eſſe ait circa Syrtes, cōprehendentem XII. ſtad. ſpatium, unde optimæ ueſtes afferuntur. Dulopolis in eadem parte, in quā ſeruus cōfugiens liber ſit, ex argumento nominis, ut ait Stephanus. Flumina uero, Bagradas ex Libycis montibus longe ductus prope Carthaginem fluit, ubi ſerpentē Regulus CXX. pedum adhibito exercitu interfecit. Liuius, Plini⁹, Gellius. Cynips inter duas Syrtes in mare per Macas populos fluit, ut Herodotus. Sillius. Cyniphij didicere Macæ, ſqualentia barba Ora uiris, humeroſq; ligant ut lumine capti. Triton palus mediam Africam minorem interfluens in Syrtis paruę receſſum exit. Hic Argo ſublatā humeris ſcribit Apollonius libro IIII. Αὖτας ἐπὶ πλοτὶλε μάλ' ἀσσασίως τριτωνίδος ὕδασι λίμνης ἐς φέρομ, ὥς ἐισεβάντες ἀπὸ σῖδαρῶμ θίξαμ ὤμωμ, Λυσσαλέοις β' ἤπασι ἥκλοι κῶσιμ ἀεὶ ωσαντες. Tritones omnino tres, Libyca de qua nunc loquimur, ubi Mineruā natam uolunt, Bœotia, & Theſſalica C. Seruilius & CN. Sempronius Coss. in Africā nauigantes in Lotophagorū inſulam peruenere, quæ Myrmex dicitur, nō longe à Syrti parua, ubi magno periculo claſſis cōſidit, uixq; reducto onere depoſito redijt: autor Polybius. Inſulæ inter Siciliam & Numidiam Cerauna: cōtra paruam Syrtem, Aethuſa, Lopaduſa, Melita, Iunora, Tigle, Herculis templum, Glauconis, Gloſyra, Menynx: in Syrti magna, Pontia, Gea, Muſinus. Inter Sardiniam & Numidiam Colacha. Locis iam obitis breuiter hic delibanda Numidarum hiſtoria, ſed prius Carthaginis. Primum bellum punicū cœpit annis ab urbe CCCCXC. durauit XXIIII. prius in Sicilia occaſione lati à Romanis auxilij Mamertinis cōtra eos & Hieronem per Claudiū Caudicem. Deinde per Leuinū Agrigento ſimul cum Hannone expugnato. Mox etiam Panormo Amilchare per Atti. Calatinum: per Regulum uero, qui primus claſſe in Africam transfretauit terra ſuperati, oppidis fere CC. receptis. Per Duilium ad extremū claſſe ſimul cum Himilcone apud Aegadas inſulas ſuperati, ictio fœdere quieuere annis uiginti, in quo bello ſemel utrinq; D. quinquerēmibus & iterū paulominus cōcurſum. Quū præter fœdus Annibal Iberū ad oppugnandū

Equi Maßyli
Tunis
Atti. Regulus
Vtica
Tapſus
Hippones duæ
Hippo regia
Clupea
Aſpis promontorium
Mercurij
Aegimuros
Tagaſta
Zama
Tripolis
Abrotanum
quæ & Neapolis
Leptis magna
Lotophagi
Sabathra
Iryca
Byzantes
Byzalas
Dulopolis
Bagradas
Cynips
Macæ populi
Triton palus
Tritones paludes tres
Lotophagitis Inſulæ
Cerauna
Aethuſa
Lopaduſa
Melita
Iunora
Tigle
Herculis templum.
Glauconis
Gloſyra
Menynx
Pontia, Gea
Colacha
Aegades Inſulæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saguntum transisset,principiū II.bello pu.dedit,de quo in Annibale scribam.Finē tandem per Scipionē anno XIX. impositō,annis L.in officio tributi permansere. Deinde cū Carthaginenses ut Masinissæ cum quo de finibus erat cōtentio resisterent, exercitū & classem præter pacta cum Ro.struere per X.legatos hoc uestigatū missos deprehendēretur: Catosumendū III.bellum,delendamq; Carthaginē cōtra Naricæ sententiam suasit.Quapropter
L.Martius M.Manlius Coss. anno ab urbe DCI.à Manlio Martioq; Coss. obsidione pressi,ut bellū auerterent in duces animaduerterunt,armaq; tradiderūt:quū iussi excedere ac alibi habitare fuissent,animo resumpto hostibus restitere,simul & Calp.Pisone Cos.superato.Ab Aemylio demum expugnati, sex etiam diebus intra mœnia pugnauere ferro flammaq;,deniq; urbs absumpta an-
Syphax no DCC.postq; condita fuit,quinto uero post bellū cœptū. Numidiæ uero regnū Syphax tenuit,qui Scipioni amicitiā Ro. per Lælium pollicitus,postea Cartha,adhæsit per Asdrubalem cui filiā locauit. Victus itaq; atq; in triumphū à Scipione ductus Tyburti in custodia
Masinissa Sophonisba decessit,eiq; regnū Masinissę Masslylorū regi traditū.Hic em auxilio Ro.fuit in Hispania, olimq; à Scipione amicissimo obiurgatus,q; Sophonisbam captiuam Syphacis uxorē conseruauerit atq; amauerit:uir alioqui tanta corporis dote ut LXXXVI.annorum filios genuerit,teste Liuio,tum Cicerone, ut sine pulmento uescerer. Eius nati Micipsa Gulussa &
Iugurtha Manastabal fuere,quibus regnū cōmune dimissum,ut Scipionis Aemyliani, cuius adspectū recreatq; fuerat,arbitrio diuiderer. Micipsę itē filij Iempsal & Adherbal,à Iugurtha Masinissa fratris filio,qui in pari hæreditate relictus ab eo erat,regno spoliati contra etiam iussum Ro.fuere.Quamobrē quatuor ex successione Im.cōtra Iugurthā missi, Calp. Bestia q pacē cū eo iniussu senatus fecit,deinde A.Postumius Albinq;, q infeliciter cū eo pugnauit: postea Metellus eo fuso uniuersam Numidiā in potestatē redegit:postremo per Mariū superatus,cū ad Bocchū eius socerū,qui prælio nō probauerat,cōfugisset,ab eodē opera Syllæ quæstoris traditus,in triumphūq; ductus in custodia excessit.Quū olim Romā uenire fidē publica iussus esset,ut fautores suos,quos corruperat,ostenderet,& propter cędē admissam in regulū quendā Masinissam nomine causam capitis dicere iuberetur,clam profugit, ac cedens urbe dixisse fertur,O urbē uenalē & cito perituram si emptorē inuenerit.Liuius

CYRENAICA regio subdita Ptolemæis erat, dicta Plinio Pentapolis à numero ciuitatū,quæ in ea cōtinentur,Cyrene, Apollonia,Barce, Arsinoe,Berenice.Hic fons solis Apollini sacer adeo fœlix,ut poetæ Græci finxerint ex eo coelum ornatū:nocte em calidus,interdiu frigidq; erat. Horti etiam Hesperidū pau
Horti hesperidum lum ab hac ora remoti Ptolemæo,nōnullis uero in littore hesperij maris, quarum aurea poma superato dracone custode tulit Hercules,cuius simulachrū in ædibus conseruatorum hodie Romæ,mea ætate in ruinis aræ maximę effossum,uisitur. Præterea Ammonis oraculū hic Plinio ponitur,Cyrenem ipsam dicunt à Batto conditam,quē Callimachus ait progenitorē suū fuisse,ex nomine Cyrenes Hissei filiæ,ut Pindaro placet. Post Dareū superatū ab Alexandro hæc aliquandiu potens liberaq; fuit.Deinde sub regibq;,postremo ab Augusto capta & in formā Prouincię redacta ac cū Creta cōiūcta.Diony.poeta
Cyrene Barce,quæ & Ptolemais Barcæi Arsinoe Berenice prius Hesperis dicta Libya Libyophœnices Libyægyptij Libya interior Nasamones Marmaridæ Cor. Balbus πορ uocat,qđ à Pindaro mutuatus est,qui bonis ait eam equis abundare, ex Amycleis Laconibus originē habentibus. Herodotus etiam fertilē uocat,ut octo continuos menses fructus habentē. Ornata est Callimacho poeta & Synesio oratore.Barce quæ postea Ptolemais dicta est Straboni.Herodotus eius originē à Batto repetit.Stephanq; dicit ędificatā à Perseo Zacynthi filio Aristomedonte nato,totamq; lateritijs cōstare ædificijs: prouerbiumq; de ijs ferri,Barcæos à Neptuno nutrire equos,à Pallade uero regere currus didicisse. Arsinoe à nomine sororis Ptolemæi Philadelphi:huius nominis plures à Stephano cōmemorātur.Berenice à coniuge alterius Ptolemæi prius Hesperis dicta Callimacho in epigrammatis.Has etiam plures Stephanq; recensēt.Sub Cyrenaica Libya est,latissima gens diuersisq; immixta populis, quapropter Ptolemæo Libyophœnices & Libyægyptij ponuntur,& interior Libya sub Aethiopibus Nigritis. Iuxta hos Nasamones populi & Garamantes, & paulo supra Marmaridæ ad Aegyptios pertinentes.Omnia sanè armis Romanorū superata per Cornelium Balbum,eius Cornelij Balbi fratris filiū,qui Gadibus natus ciuitate Romana donatus est,ut Plinius:qui & Nasamonas etiam dicit antea Mesamonas à Græcis uocatos, ex argumento loci medias inter arenas sitos:habere præterea domos è silice constructas

ctas,ab his q; Troglodytas hyberni occasus plagam iter dierum quatuor tenere, cum quibus cōmercium gemmę quā carbunculū uocant ex Aethiopibus aduectæ habetur.De Nasamonibus item Diony.ait domitos à Ro.ob trucidatū ab eis Lentulū ducem ad eos cōfugientē.Autor eius gentis Nasamō prognatus à quodā Garamante Amphithemide cognomento,ex quo & ijdem Garamantes dicti.Polyhistor uero de his aliter.Mercuriū uidelicet & Apollinē Acacallidi Nymphę cōcubuisse,& ex Mercurio Cydonē unde Cydonia urbs Cretæ, ex Apolline genitū Nasamonē.Apollonius in IIII. rem omnē his uersibus commorat, τίωνὸς φοίβοιο λικωρείοιο κάφαυρον κόρης τ' αὖ δίης Ακακαλλίδος, ἣμ ποτε μίνως ες λιβύην θυγατέρα σφετέρῳ. ἣδ' ἄγλαον υἱέα φοίβῳ τίκτεν, ὃν Αμφίθεμις γαμέσσατο κικλήσκουσιν. Αμφίθεμις δ' ἄξυ, πατὴρ ἐμίγη τριτωνίδι νύμφῃ, ἣ δ' ἄρ οἱ Νασάμωνα τέκε, κρατερόφρονα κάφαυρον, ὃς ποτε κάνθον ἔπεφνεν. Garamantas dicit Strabo Carchedonijs lapillis abundare,equis magnopere studere: habitant in locis syluestribus,congressum hominum uitantes ab armis abstinent & bello.Certa matrimonia nō habent,passim coeuntes.Eos domuit primus Romanorū C.Turmius,qui Garamantici cognomento ob modestiam abstinuit,ut Florus ait.Asbestæ Libyæ populi, ubi Ammonis oraculū, de quo supra in dodonæo Epiri diximus, duas columbas ex Aegypto uolitantes totidē cōstituisse oracula:in hoc Iuppiter in arietis forma colebatur. Alexander Macedo,ut refert Callistratus, imitatus Herculem & Perseū hoc expertus est coruis ducibus: ubi uocatq; à templi sacerdote παῖ Διός,id est,fili Iouis,pro παιδίον,id est,fili,barbarice: quod omen accipiens Alexand.ex illo in opinione fuit se ex Ioue esse natū. Huc & Cambises cū toto exercitu proficiscens extinctus est. Apud hos Solis fons,ut tradit Herodotus, qui frigoris & caloris momenta singulis noctibus & diebus capit. Solis etiam fontis meminit Plinius:sed & aliū quoq; dicit in eadem regione fontem à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidem horis ad medium diem rigentibus. Blemmyes etiam Libyæ,quibus traditur caput monstrosum,oculosq; pectori adfixos esse. Satyri quibus præter figuram nihil sit moris humani. Aegipanes quoq; quales uulgo pinguntur forma, Himantopodes,Cortipedes traduntur.De quibus omnibus autor Plinius. Psylli innoxij à serpentibus degunt,pueros suos an degenerent eis admotis probant. Sinui proximo nomen dedere,de quo Hecatæus in Libyæ descriptione. Stephanus est autor Psyllicum sinum ingentem atq; profundum trium dierum nauigatione absolui.

Nasamones

Garamantes

C. Turmius
Asbestæ
Ammonis oraculum

Solis fons
Fons alius
Blemmyes
Satyri
Aegipanes
Himantopodes
Psylli

AEGYPTVS Africæ uersus orientem tenet extrema,in duas diuisa partes,Delta ex forma litteræ, quæ Ptolemæo itemq; Plinio Aegyptus inferior etiam uocatur.Altera quæ secundum Nilum Aethiopiæ contermina,meridiem uersus usq; ad Syenem procedit, Thebais appellata. Dicta autem uniuersa prius Aegyptus,Stephano uocata quasi ἠρόεισα,quod fusco & caliginoso sit aere, & Heptapolis à septem primis urbibus.Quatuor uidelicet Thebaidos quæ sunt,Panopolis,Antinous,Lycopolis,Hermopolis: tribus uero quæ sunt Arcadiæ,Heraclea,Oxyrinchus,Memphis.Arcadia enim regio est, ab Arcadio dicta Imperatore, antea Heptanomus à septem Nomis,id est,præfecturis:hæc Stephanus.De Aegypti antiquitate ac disciplina sacerdotū (quos prophetas uocant)innumerabilia penè ab autoribus cōmemorantur. Huc Dædalq;, Melampus,Pythagoras,Homerus,Solon,Museus,Plato,Democritus,Apollonius Tyaneus, complures q; alij eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisq; patriam retulere. Primi siquidem omnium Aegyptij immortalem esse animam,ut est autor Diodorus, dixere,eamq; de corpore in corpus uagari. Hinc campos elysios & impiorū pœnas,& obolos Charontis porthmeos,& Eleusinia ac Dionysij sacra, & labyrinthi Dædalei imitationē fluxisse,idē testaī:Geometriā quoq; primos inuenisse ob dimensionis exuberantis Nili obseruationē,sicuti & Arithmeticē Phœnices.Primos etiam recutita gerere præputia cœpisse, unde postea Phœnicibus uicinisq; multis mos traditus.Illis etiam duplex scribendi genus: unū quod uulgo discunt: alterum quod sacras literas appellant, soli sacerdotes attingunt à parentibus per manus traditas, quas ab Aethiopibus primum accepere. Non enim literarum compositione aut à literis uerba exprimuntur,sed animalium aut aliarum rerum imaginibus:scribunt em Accipitrem,quæ rem sacram denotet, Crocodilū ut malum, oculum ut iustitiam,manum dextram passam ut liberalitatem,compressam ut auaritiam,& ijs similia.Deniq; à dextro ad sinistrum scribunt latus, dicuntq; se hoc fermè modo recte scribere:

Delta seu Aegyptus inferior
Thebais
Heptapolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcos uero contra. In hanc ferè sententiam Diodorus. Ex quo deprehendimus magnam ijs moris Iudæorum fuisse partem, & prophetarum nominibus, & præputij & modi scribendi institutis. Potius tamen existimandũ hæc Aegyptios ab eis mutuatos fuisse, dum simul quandoque uiuerent. De animalium autem cæterisq; notis exemplaria manifesto nũc Romæ, in quibusdam adhuc obeliscis ab Aegypto aduectis uidemus. Regio tota in præfecturas diuisa est. Dores eius, soli fertilitas, mellium copia, faba, lens, papyrus. Morus quoq; quæ Sycomorum fructum specie ficui gustu malo similem facit. De piscibus ibi deq; cæteris monstris in libro de animalibus dixi. De Nilo deq; regibus Aegypti postea. Nunc loca ipsa percurram. In ora primum pollet Alexandrea, cuius situm ad Chlamydis figuram metatus est Dinocrates architectus, quam ut scribit Arrianus de Gestis Alexandri cum farina primum ob albæ terræ penuriam humi delineasset, ea à uolucribus depasta omẽ dedit, ciuitatem eam horreum quandoq; uicinis circa regionibus futuram. In Musæum reges Ptolemæi constituerunt habens ambulationem & exedram, & maximam domum in qua cœnaculum erat eorũ, qui Musæi participes erant, hominum circa disciplinas uersantium. Hic cœtus communes habebat facultates & sacerdotem, qui Musæo præerat: à Cæsaribus deinde res aucta. Autores Strabo & Philostratus. In eo quoque scribit Spartianus Hadrianum principem cum Sophistis quandoq; disseruisse. Erat item Romæ Atheneum ad huius æmulationem à Claudio principe institutum, teste Tranquillo, ubi historiæ ab eo editæ quotannis recitarentur, quo & Hadrianus ipse etiam quandoq; conuenit audiendorum poetarum & oratorum gratia. Alexandriæ insuper nobilis illa bibliotheca à Philadelpho instituta fuit, quæ per obsidionẽ postea Cæsaris flagrauit. Iuxta in portu Pharus erat insula & turris Sostrati Gnidij Architecti opus, ut eius loci indicat inscriptio Græca, qd Alexandrum fuisse passum miratur Plinius. Hæc specula nauigantibus præsidiũ erat. Cęteri quoq; huius exemplo huic similes Phari appellati ἀπὸ τῶ φάνερ, & ex manifestatione etymo sumpto. Præter hanc Stephanus Alexandrias numerat XXII. Hanc ego cum doctissimorum hominũ literarumq; omnium, tum martyrum multo magis parentem domicilium q; appellauerim, ubi teste Eusebio uno mense Diocletianus XVII. Christianorũ milia trucidauit. Decorata præterea Marco Præsule totq; laudatis successoribus, tum Cathedram regente Origene. Idothea, cuius meminit Dionysius poeta, mons est & specula altissima Pharo opposita, quã sepulchrũ dicunt esse Osyridis & Idotheæ filiæ Protei. Proteus eñ (ut dicit Herodotus) è Thracia Pellena à filijs, q hospites interficiebãt, discedẽs, una cũ Idothea filia in Aegyptum uenit, ex quo ut deus colebatur, de quo in Odyssea dicitur. A Pharo autem Stad. XXX. Nicopolis oppidum Straboni: uictoriæ Augusti de Antonio & Cleopatra monumentum. Paretonium ciuitas & portus XL. ferè stadiorum. Mareotis lacus & urbs. Deinde Canopus CXX. stadijs ab Alexandria distans, quem Menelaus eò cum Helena aduectus in honorem Canopi sui gubernatoris ibi extincti ædificauit. In quo Serapidis templũ, qui idem cum Osyride & Api est, uisebatur. Huc ex Alexandria ad oraculum uentitabant per fossam arte deductam, die noctuq; nauiculis plenam, & utroq; sexu impudice canente ac saltante, præsertim ijs qui iuxta fossam diuersoria haberent. Dicitur & Canobus, quæ etiam stella est Canobitis apparens, Græcis nusquam uisa. Heracliũ seu Heracleopolis ubi templum Herculis: Altera apud Pelusium. Tertia item in Aegypto, unde fuit Theophanes physicus. Hostiũ hic primum Canobicum patet in dextera parte Libyam attingente, post hoc Bolbiticum, Sebenticum, Phatnicum, Mendesiũ, Taniticum, postremo Pelusiacum in sinistra parte Arabiæ contermina, ab oppidis omnia cognominata. A Canobitico autẽ ad Pelusiacum spatij CLXX. passuum milia Plinio. Inter hæc Saitica præfectura est, & Sais Metropolis ubi Mineruæ templũ, & Psamnitici regis sepulchrum Straboni. Hic plures Hippopotamos esse Plinius scribit. Nicander quoq; ἵππους τὸν νείλου ἢ πὲρ ζῴων θάλασσαν ῥόσκει. Naucratis & fluuius & urbs item Saiticę, Milesiorũ colonia. Sebenitica præfectura, in qua Hermopolis seu Mercurij ciuitas & Mendes, ubi Pan colitur & hircus (ut ait Pindarus.) Hic coeunt hirci cũ mulieribus. Leontopolis ubi leo adoratur. In Busiritica præfectura Busiris Cynopolis, ubi canis specie Mercurius colitur. Memphis Aegypti quondam regia, ubi & regum pyramides, & nobile templum Vulcani cum eius sacerdotibus. Pelusium à militibus Pelei regis conditum, uel ἀπὸ τῶ πηλοῦ, quod locus paludibus sit obnoxius, Stephano. Hoc in sacris uoluminibus à prophetis Belbeis appellatur, hodie

Alexandrea
Musæum
Atheneum
Bibliotheca
Pharus
Sostrati inscriptio.
Idothea
mons
Proteus
Paretonium
Canopus
Heracleum
Ostia Nili VII.
Sais
Saitica præfectura
Psamnitici sepulchrum
Naucratis
Sebenitica
Hermopolis
Mendes
Leontopolis
Busiris
Cynopolis
Memphis
Pelusium

hodie uero Damiata à nostris quandoq; recepta, deinde una cum Hierosolyma amissa. Bubastus Heroum ciuitas Straboni Ptolemæoq; uocata: Stephano autem Heroopolis quod idem est, & Aemon à sanguine Typhonis fulminati. Hanc Iosephus ait olim Ioseph patri Iacob aduenienti concessisse, quam sacra uolumina Hiessen appellant. Sinum facit, ut ait Plinius, Heroopolitanum. Prope item est alter sinus Elaniticus ab Elana ciuitate, ambo in Arabico, sicut Heliopolis ubi Solis templum, & Meium bouem in septo quodam nutriunt, sicuti Memphitæ Isidem uaccam. Hic & obelisci nobiles & sacerdotes sapientiæ professores. Babylon castellum, ut ait Strabo, natura munitum à Babylonijs huc commigrantibus conditum: una hic è tribus erat legionibus, ut idem ait, quæ Aegyptum custodiebant. Ptolemæus hanc quoque Babyloniam uocat, hodie uero Cairum appellant Sultanorum regiam, quæ non castellum, sed urbs maxima est plures complexa populos, ut frequentes inde Christiani redeuntes indicant. Acanthus urbs. Miris lacus Miridis regis opus. In Arsinoitica præfectura Arsinoe, ubi Crocodilus domesticus quem Sulchum uocant alitur atque adoratur, apud Heracleopolim Ichneumon, apud Oxyringum item Oxyringus piscis, apud Lycopolim lupus. Panopolis ubi linum exercetur. Ptolemais maxima Thebaicæ urbs. Arsinoe & Berenice Ptolemæorum ædificia ex fœminis. Abydus Memnonis regia. Tentyra ubi Crocodilum respuunt, atque peruestigatum conficiunt. Coptum contra Crocodilo studet. Thebais regio & Thebe urbs maxima prius regibus habitata, eadem & Diospolis uocata, sed & aliæ quinq; Diospoles, ut ait Stephanus etiam dictæ: uocata & Hecatonpylos Homero, destructa quondam ab Cambise. Cato est autor hanc uicos habuisse ad tria millia, portas centum. Crocodilorum urbem in Mœride Nili insula rex quidam Aegyptius ædificauit, qui quum equo insidens forte in Mœridem paludem caderet, à Crocodilo adiutus atq; à periculo liberatus fuerat. Tarichęæ urbes plures, Mendesiæ, Saiticæ, Canobicæ, à Scetarijs dictæ. Tarichea uero neutri & plurali. urbs Indiæ Iosepho. Menelaus urbs. Syene ubi puteus in profunda ualle centum stad, hinc solstitium supra uerticem uidetur, quod hæc loca tropico cancri sint subiecta. Elephantia insula terminusq; Aegypti & Aethiopiæ iuxta Cataractas Nili: id est, locus ubi è plano aqua saxoq; alto in præceps cum impetu ruit. De Nilo autem ipso Eudorus & Arrius peripatetici Augusti temporibus scripsere, nomen à Nileo rege sumpsit, quum antea Aegyptus & ipse quoque uocaretur, ut scribit Diodorus qui in eo DCC. insulas ponit. Plinius scribit Iubam regem ortum eius primum deprehendisse ex paludibus montium inferioris Mauritaniæ non procul ab Oceano. Primo ex occidente in orientem labitur, deinde in septentrionem conuersus septem ostijs in mare mediterraneum exit, quæ supra commemorauí. Crescit in ortu caniculæ XL. diebus totidemq; remeat. Eustathius autem Syrim ab Aethiopibus uocari dicit, quod per Syrium stellam crescat. Nili simulacrum exprimi figura humana testatur Aelianus, quod nos uidimus Romæ. Mox de regibus sermo. Primos in Aegypto (ut ait Diodorus) dicunt deos & heroas regnasse paulominus XVIII. millibus. Homines uero paulominus XV. millibus usq; ad CXX. Olym. ultimumq; Ptolemæum nomine Dionysium. Fuere autẽ magna ex parte indigenæ, nã Aethiopes quatuor diuersis temporibus annis XXXVI. in ea regnauerunt. Postmodũ Persæ duce Cambise annis CXXXVI. quorũ in deos patrios impietatẽ Aegyptij dãnantes, ab eis desciuerũt: postremo Macedones & q ab eis manarũt annis CCLXX. Igitur inter deos eorũ Apim connumerant, quẽ & Serapim & Osyrim uocãt è Græcia profectũ, & Isidem cõiugem ob beneficiũ mõstratæ agriculturæ, alterũ tauri, alterã uaccæ specie. Solem itẽ & Lunã, ut ait Plutar. putãtes. Inter homines Menas primus regnauit uir sanè magnificus, qui in cultum splendidiorẽ Aegyptum restituit. Deinde Gnefactus Vacchoridis sapiẽtis pater. Is in Arabiam cũ exercitu ingressus infaustũ habuit euentũ à suis desertus. In reliquũ uitæ tempus delicias dãnauit, humi cubitãs, paruoq; cõtentus: hanc quoq; disciplinã in eorũ libris scribi iussit, ac in templo Iouis Thebis collocari. Ex huius deinde stirpe homines LII. regno potiti, annis M. XL. nihil sanè memorabile reliquerũt. Deinde Busiris, à quo posteri VIII. regnauerũt, quorũ ultimus itẽ Busiris urbẽ magnã Theben cõdidit, in qua sepulchra regũ CLX. fuere, inter quæ Sinãdi regis tumulus stad. X. in cuius ingressu peristylij erat, cuius latera singula, iugera quatuor cõplectebãtur cũ admirãdis statuis. Ogdous post hunc qui Mẽphim cõdidit à filia cognominatã, q̃ à Nilo in forma tauri cõpressa peperit Aegyptũ,

Bubastus
Heroopolis
Aemon
Elana
Heliopolis
Babylon
Acanthus
Miris
Heracleop.
Oxyringus
Lycopolis
Panopolis
Ptolemais
Berenice
Abydus
Tentyra
Coptum
Thebe
Mœris insula
Tarichęæ urbes.
Syene
Elephantia
De Nilo
Reges Aegy.
Apis
Isis
Menas
Gnefactus
Vacchoris
Busiris
Thebe
Simandus
Ogdous
Memphis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Danaus qui nomen regioni dedit. Huius Danaus frater fuit, qui in Græciam uenit, alij uero Beli ex Epapho ac Iside geniti hos esse filios dicunt, de quibus eorumq; prole in poetica postea narrabitur. Post Aegyptum prole XII. res ad Mirim peruenit, qui lacum Miridem supra
Miris Sesostris stad. XIIII. fecit, cui prole septima Sesostris successit omnium superiorum, non solum Aegyptiorum, sed aliorum maximus. Is enim ea loca uersus Indos & Aethiopas ac Scythas penetrauit, quæ nunq; Alexãder: postremo cõuersus in occasum in Thracia finẽ constituit, indeq; redijt ad propria. Lucanus: Venit ad occasum mundiq; extrema Sesostris. Et pharios currus regũ ceruicibus egit. Apud populos qui fortissime restitissent trophæa cũ coleis erigebat, quos autem minime resistẽtes uicisset, muliebri genitali cõstituto notabat, horum quidẽ ignauiã, illorũ uero fortitudinẽ significãdo. Eius item trophæa apud Aethiopas ante ædem Vulcani sacerdos à Dareo nõ passus est auelli, dictitans eum non æque res gessisse atq; Sesostrim, quod & Dareus dicitur cõcessisse. Sed & domi nõ minor operũ magnificẽtia fuit, in quibus omnibus inscripsit se nullo Aegyptiorũ incõmodo ea fecisse. Demum captus oculis sibi mortẽ consciuit, relicto eiusdẽ nominis filio, quem Herodotus Pheronem uocat. Is nulli famæ aut uirtuti paternæ, sed tantũ cæcitati successisse; cui curæ quum matronã castã ex responso adhibendã esse intelligeret, nullã in tota Aegypto reperit, à propria uxore incipiẽdo, præter coniugẽ pauperis olitoris, quam in matrimoniũ accepit, cæteras omnis igni dãnauit. Hũc secutus est Amasis homo uiolẽtus & crudelis, quapropter ab Actisana Aethiope cũ exercitu ueniẽte captus cũ toto est regno, deficiẽtibus ab eo Aegyptijs. Hic igitur Actisana alienigena aliquot annis dominatus, fontes tantũ naribus incisis plectebat, relegabatq; in ciuitatẽ ab se ædificatã, quã de nariũ nomine Rhinocerã uocauit.
Sesostris filius. Amasis Actisana
Miris Labyrinthus. Post hunc Miris uir Aegyptius rem tenuit, nõnullis Maro appellatus. Hic labyrinthũ pro sepulchro sibi cõdidit, ad cuius instar Dædalus, qui in Aegypto fuit, alĩ in Creta ædificauit. Huic post quintũ genus Ceres successit quem Græci Proteum uocãt, qui in uarias formas se transferre solitus dicitur, eius ingenij uarietatẽ significãdo. Proteo septẽ successerũt ex ordine sine memoria reges ob ignauiã, præterq; Nileus qui flumini nomen dedit: nam prius Aegyptus uocabatur. Deinde Chemis, post eius frater Cephus, deinde Mycerinus, Bocchorus, Sabacus Aethiops qui dãnatos nõ interficiẽdo, sed uinctos cõpedibus, operibus delegando plectebat. Res postea ad XII. duces, redacta annis XV. e quibus unus Psamniticus Sates regnũ sumpsit uir potẽtissimus, qui primus cum Græcis iniit fœdus, filiosq; Græcis literis erudijt. Aegyptus prius ob paludes inadcessa, ut omniũ rerũ importatione exportationeq; frequẽtaretur, effecit. Rhodopen scortũ Aegyptiũ ob pulchritudinẽ matrimonio sibi iũxit. Aprieus deinde quarta progenie regnauit annis XXII. qui Cyrenensibus bellũ intulit per Amasim uirũ Aegyptiũ fortissimũ ducem, qui cũ inimicis cõspirans eorum auxilio rex factus expulso Aprieo regnauit annis LV. Hic omniũ felicissimus fuit, rem in pace & honore tenuit, mores restituit, magistratibus per suã ditionẽ mãdauit, ut quotannis à quocunq; rationẽ uiuẽdi exquirerẽt: ut si malis artibus degeret, eũ punirent si bonis, muneraret. quam legẽ postea Solon ab eis mutuatus Athenien̄ibus tulit. Negocio ab aurora usq; in finem tempus tradebat, deinde cibo atq; iocis inter cõuiuas scurrã agens atq; morionẽ, mirãtibusq; amicis arcus exemplũ proposuit, qui si uiolentius ducitur, facile rumpitur: quod etiã Antoniũ suis monachis enarralle ferũt. Græcorũ & ipse amãtissimus fuit, eisq; Naucratem urbem ad incolendũ dedit. Colossum Vulcani eius templo dicauit. Interim Cãbises aduersus eum mouit, quo tempore Amasis decedẽs, metu ne inimicus cadauere potiretur, mandauit in ore sepulchri apud Memphim seruũ condi, qui pro domino ab inscijs caperetur, quod tandem euitare nõ ualuit. Nam iussu Cambisis reuulsus & stilis ob contumeliã confossus est. ex quo Lucanus ait: Non mihi pyramidũ tumulis auulsus Amasis. Corpus enim sale conditũ more Aegyptiorũ fuerat: demum ob probrũ igne tunc crematum, contra legẽ eorum, qui ignem animal putãt, nec fas ducũt se animalibus tradi. Persæ uero nec ipsi cremant q̃ deum existiment, nec decere dicunt deos corporibus uesci. Psamniticũ uero Amasis filiũ Cambises in honore habebat (Nam Persæ regũ filios regno electos restituere fas putãt) uerũ cum ipse minime fidelẽ cõperisset, interfecit. Aegyptiorũ mos est modicis dum uiuunt ædibus habitare, post mortem tantum magnifica curãt sepulchra, ubi se dicunt perpetuo futuros: præterea detecto adsuescunt capite. Persæ uero cum pileo & tiara: quapropter debiliores longe sunt capite, illi uero firmiores. Et hæc quidẽ de

Aegyptijs

Aegyptijs regibus ex Diodoro & Herodoto. Deinceps Ptolemæos igitur persequar, quos Strabo lib. XVIII. citra gesta cõmemorat, dicitq; tres primos tantũ laudatos. Ptolemæus Lagi filius primus ex Alexandri ducibus Aegyptũ, Cyprũ, & Phœniciam obtinuit, ut autor Trogus lib. XV. Pausanias ait, Perdiccã cum Arideo Philippi filio expugnauit, Seleucum ab Antigono deiectũ susceperit, parabatq; quomodo ipsum Antigonũ oppugnaret, Lysimacho in societatẽ adscito: quod ubi Antigonus nouit, dũ ille in bello cõtra Cyrenaicos rebelles occupatur, Syriã Phœniciamq; cepit, filioq; Demetrio regẽdas dedit: quem ubi à Ptolemæo profligatũ accepit, cõtra eũ profectus est minime, sustinentẽ ac se in Aegyptum recipiẽtem. Antigonus demũ spe frustratus Aegypti, cum iam Cyprũ & Demetrium euertisset, cõtra Eumenem, fessus belli lõgitudine decessit: quo extincto Ptolemæus Cyprũ Syriamq; iterũ recepit. Iudæos cũ ipsis Hierosolymis die sabbati uacãtes cepit, captiuosq; ad multa millia duxit: ex quo ille Hierosolymis postea conuentus Iudæorũ ex omni natione, apud actus apostolorũ. Vxorẽ habuit Eurydicẽ Antipatri filiã, deinde Berenicen Philippi notham, ex qua maxime dilecta Philadelphum, Arsinoẽn, & Lysandrã genuit. Decessit in rerũ gestarũ gloria, cũ paulo ante regni sese abdicãs administratione, regẽ filiũ cõstituisset Philadelphũ. Is igitur Seleucũ in primis, q̃ Arsinoës fororis suæ uirũ Lysimachũ interfecerit, in bello superatũ occidit, fororẽq; eandẽ matrimonio sibi iunxit, ut auror est Pausanias: qua paulo post in exilium pulsa necatisq; priuignis Macedoniæ regnũ inuasit: eodemq; teste autore fratrẽ Argeum ei insidias parantẽ interfecit, alteriq; fratri Magæ, qui Cyrenis imperabat & ad Antiochum socerum cõfugerat, bellũ intulit: unde per antiphrasim Philadelphus appellatus. Pharũ apud Alexandriam excitauit. Iudæos liberos esse iussit. Eleazaro sacerdoti mãdauit, ut sacros libros in Græcum sermonẽ uersos traderet, quos bibliothecæ dedicaret, quã nobilissimam DCC. circiter milliũ uoluminum Alexãdriæ cõstituerat: quæ postea perijt dũ Alexãdria à Cæsare diripitur, nõ sponte sed forte ab auxiliarijs incensa. Postremo podagra uexatus ac ualetudinarius ocio se magis quàm bello tradidit, artes fouẽdo liberales, adcersitis undecunq; ingenijs. regnauit annis XXXVIII. relictis Euergete & Berenice liberis ex Arsinoẽ non quidẽ sorore, sed altera Lysimachi filia. Euergetes igitur Seleucũ Callinicum multis adfectũ incõmodis & Syriæ parte & Aegypti imperio omni priuauit, ultus iniurias fororis Berenices, quæ à patre olim eius uiro abdicata fuerat. Recuperata Aegypto deos omnis quos olim Cambises rapuit, referre curauit, ut Trogus lib. XXVII. testatur, pro quibus meritis ab Aegyptijs Euergetes est dictus. Ipsam uero Berenicen sororẽ adamatã in matrimoniũ duxit: pro qua Callimachus elegiã edidit, ut autor etiã Solinus. Pausanias hunc dicit ob audaciã in bellis cognominatũ fuisse Ceraunum, quasi fulmineũ, imperasseq; Macedoniæ, ac postremo cũ Gallis Senonibus q̃ Macedoniã inuaserãt cõgressum in pugna clade maxima superatũ fuisse. Regnauit annis XXV. Philopatore filio superstite. Is itaq; ex facinore patre fratreq; cũ amicis omnibus interfectis id cognomẽtũ, ut ait Trogus, est adsecutus uti regnũ tutius iniret: ratus domi foris etiã omnia fida: Antigono & Seleuco uita functis: receptis in regnum Antiocho & Philippo pueris. Quare luxuriæ se totũ tradẽs nulla inter suos autoritate esse cœperat: uitæ insidiãtes plurimos habuit, inter quos Cleomenẽ Lacedæmoniũ qui ad eius patrẽ profugus cõfugerat. Iudæam diu ab eius familia possessam amisit, ac omnia flagitiose egit. regnauit annis XVI. Epiphanes eius filius cũ Antiocho Illustri bellũ gessit, à quo tandẽ conciliato sororẽ ipsius Cleopatrã in matrimoniũ ac Iudæã in dotẽ accepit. Nã sub hoc & sequẽte Macchabæorũ gesta fuere: regnauit annis XXV. liberis Philometore & Cleopatra relictis. Philometor igitur prælatus à populo regnauit una cũ matre Cleopatra annis XXXV. quã postea interficiẽdo cognomentũ & ipse per antiphrasim accepit, flagitioseq; præter spem omniũ uixit. Nã in ipso regni exordio puer adhuc bellũ Antiochi Illustris æmuli sui sustinuit: liberatus deinde à populo Ro. Cleopatrã filiã pactã prius Alexãdro Syriæ regi, Demetrio inimico locauit, unde ortum bellũ: in quo superior Ptolemæus oblato ei Alexandri capite ab Arabum rege ob gaudiũ expirauit, autor Trogus. Huic etiã Aristobulus Iudæus Philosophus peripateticus commentarios in Mosen dicauit. Cui Euergetes secũdus filius, siue ut quibusdã placet frater successit, qui ob crudelitatẽ pulsus, Romã uenit à senatu auxiliũ petitũ. de quo Val. de humanitate sic scribit: Rex Ptolemæus à minore fratre spoliatus regno petẽdi auxilij gratia Romã clam squalore obsit? uenerat, ac in hospitiũ pictoris Alexãdrini

diuerterat

Ptolemæi reges.
Ptole. Lagi
Antigonus
Ptol. Philadelphus.
Ptol. Euergetes, seu Ceraunus
Philopator
Epiphanes
Cleopatra
Euergetes secundus

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuerterat: senatusq; sese excusauit quod uti mos erat, Quæstorem obuiam nõ misisset ad uentu clandestino, Quæstoricq; negociũ dedit, uti quotidie muneribus & alijs officijs eum honoraret. Liui. itẽ in epitome: Ptolemæus inquit, Euergetes ob nimiam crudelitatem suis inuisus, incẽsaq; propterea à populo regia, clam in Cyprũ profugit: & cũ sorori Cleopatræ, quam eius uirgine filia cõpressa in matrimoniũ ductã repudiauerat, ob regnum à populo datum esset infestus, filiũ quem ex ea susceperat in Cypro occidit, caput eius manus ac pedes matri misit. Val. autẽ de luxuria, etiã cista coopertũ pro munere natalicio missitasse di
Phiſco cit, Strabo lib. XVII. siue hũc dicat, siue successorẽ eius, ait Phisconẽ fuisse cognominatũ, tanta alioquin crudelitate, ut multitudinẽ quandoq; ad spectacula congregatã, orta subito seditione incautã suis militibus trucidandã obiecerit. Quo etiã regnante ferunt Polybium historicum Alexandriã uenisse, detestatũ mores ipsius uersum homericũ pronũciasse. Du
rum iter & longũ Aegypti perducit ad oras. dicũtq; hoc ferè tẽpore Ciceronẽ & Põpeium
Auletes natos fuisse. hæc ille: Hic populum Ro. regni Cyrenaici hæredẽ reliquit, cui successit Ptole mæus Auletes, nõnullis Alexã. cognominatus. De quo Strabo in eodẽ libro. Auletes, ait, ideo uocatus, quod præter alia flagitia choraulam etiã exercuerit: nec uerebatur tibicinum certamina in regia celebrare, ad quæ ipse cũ nonnullis cõcertaturus prodibat. Eum nõ diu passi Alexãdrini eiecere, & è tribus liberis Cleopatrã natu maiorẽ ut legitimã reliquis eiectis maribus regno præposuerũt. Auletes Romã uenit, quẽ apud Pompeiũ diuertentẽ se
natus supplicẽ excepit. de cuius reductione cœpit agere, decq; nece legatorũ qui supra cẽtũ contra regẽ uenerãt, quorũ princeps fuerat Dion, Itaq; à Gabinio reductus Cleopatrã filiã & Archelaum Archelai Cappadociæ regis filiũ quem matrimonio illa sibi iũxerat interfecit, sed non multo post morbo absumptus est, relictis duobus filijs totidẽq; fœminis, quarũ grandior erat Cleopatra. Alexãdrini itaq; & puerũ natu grãdiorem & ipsam Cleopatram
Dionyſius expulere. hæc ille: Ptolemæus igitur is Dionysius cognominatus, puer admodũ cũ Cleopatra sorore ab Aulete patre in tutelã populi Ro. dimissus est: ad quẽ, aut ait Val. de fide, Senatus M. Aemylij Lepidũ Põt. Max. tutorẽ fide probatissimũ misit. Hic postea Pompeiũ
Cleopatra hospitẽ paternũ ad eum cõfugiẽtem per proditionẽ interfici iussit, autore Achilla. Cleopatram deniq; sororẽ eiecit, quam deinde Cæsar post Phasalicã pugnã in Aegyptũ ueniens restituit, interfecto Ptolemæo. Ex eaq; adamata Cæsarionẽ suscepit. Hanc etiã post Cæsaris mortem Antonius Asiam petens matrimonio sibi repudiata Octauia iunxit, demumq; ab Augusto superatã mamillis aspidibus sibi admotis extinctã legimus.

AETHIOPIA.

Aethiopia Ethiopia ab Aethiope Vulcani filio post Atlantia dicta Plinio. Res Aethio
Heliodorus picas literis mandauere, Daulion, Aristocleon, Bion, Simonides etiam minor quinquennio in insula Meroës moratus, omniũ uero nouissimus Heliodorus præsul Trecen. VIII. libris, quos adhuc incolumes habemus Græco sermone scriptos. Eorũ natio per meridiem ex occidente in orientem longe lateq; uarijs adsumptis cognominibus diffunditur. Quare Homerus in primo Iliadis, bipertitos Aethiopas esse dixit ad orientẽ & occasum. Αἰθίοπες τ' οἱ δίχθα δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. Nã & Aethiopes sub Aegypto sunt & Leucoæthiopes, & Erembi, & Nigritæ, & Atacæ, & Hesperij, & Macrobij, & Brachobij, & Automalæ. Aethiopes omnes: de quibus anteq; dicã pauca de uita & institutis eorũ è diuersis autoribus in uniuersum adducã: Magna ex parte pastoralem & inopem uitã ducũt, cũ propter soli tenuitatem, ac cœli intemperiem, tum quod longe sepositi sint. Contra Aegypti uiciniores mitius degunt ac ciuilius, & loci feli
citate & hominũ sapientia: uiuũt præterea milio & ordeo, è quibus etiã potum cõficiunt, nonnulli herba & loto & calami radice lacteq; & caseo. Canes ac greges pusillos habent: Reges sicuti deos colunt, Magnam temporibus partẽ clausi domi iedent. Domus eorum palmaceis segmẽtis sunt cõtextæ, Salem fossilẽ habẽt uti Arabes. Abũdant Persico, Hebeno, Siliquastro: uenãtur Elephantos, Leones, Pardales. Hæc ferè Strabo. Diodorus uero in hanc sententiã. Aethiopes antiquissimos hominũ se esse gloriãtur. Argumẽto q̃ indigenæ semperq; liberi fuerũt. Nec eos unq; Cambises, Semiramis, Hercules, aut Dionysius expugnare potuerũt. Adfirmãt Aegyptios eorũ esse coloniã, ab Osiride deductam. Nam plura ad eos ex Aethiopum disciplina sunt profecta, & usus statuarum magnarum, & literarum characteres quæ animalibus cõstant, Hęc ille. Colorati sicut Indi sunt, licet magis alijs alij.

Atram

Atram quoq; genitura corpori concolorẽ emittũt, ut tradit Herodotus, quod Aristoteles in libris de animalibus manifesto refellit: homines alioquin imbelles ac fugaces. Eos una cum Cãdace regina perdomuit P. Petronius præfectus Aegypti ab Augusto missus. Nam *Cãdace regia*
Aethiopes Syenes præsidio expugnato Cæsaris statuas subuerterũt, captiuos duxerunt, *P. Petronius*
Petronius cũ pauciorib. x. mil. peditũ & equitibus DCC. aduersus XX. hominũ millia primum cõpulit Pselíam Aethiopicã urbẽ confugere, deinde cum oppido in potestatẽ eos *Pſelia*
recepit. Inde Napata progressus quæ Cãdaces regia fuerat, ubi eius filius morabatur, eue- *Napata*
stigio cepit ac diruit, puero fugiente, ratusq; ulteriora inuia esse cum spolijs regreditur Alexandreã, præsidio relicto. Ex captiuis mille Augusto è Cantabris reuertẽti & deinde legatos de pace q̃ ad eũ uenerãt cũ ducibus itineris quod uiã ac Cæsarẽ se dicebãt ignorare misit: qui ab illo in Syriã ire parante quæ uolebãt facile impetrauere, nã & tributa eis remissa fuere, in hanc fere sententiã Strabo. lib. XVII. Hodie uero Prestoioãni obtemperãt. Qui *Prestoioãnes*
cum magna populorũ parte Christũ colit, quamuis longe sepositus nonnihil aberret. Eius oratores ad Sixtũ Pont. uidimus Romã uenientes religionis documẽti gratia quod & retulerũt. Nonnulli in urbe paulo ante agebãt ordinis Præd. professores qui ex Aethiopia sub Aegypto sunt, horas canonicas literis Chaldæis obibant. Horũ igitur Meroë caput insula *Meroe*
Nili & Ciuitas clypei figura à sorore Cambisis ibi extincta Straboni. Cambises enim hæc omnia loca una cũ Aegypto subiugauit atq; euertit: In ea sunt auraríæ, ferraríæ, æraríæ, & preciosorũ lapidũ genera: post hanc Napata, Pselia & Prẽna supra nominatæ. His proximi Troglodytæ, qui sub terris in cauernis ob nimios calores agũt, unde & nomẽ adsequũtur, *Troglodytæ*
ἀπὸ τῶν τρώγλας ὑπορωρυχέναι. Hos Plinius Leucoæthiopas, Dionysius & Home. Erẽbos uocat, *Qui Leuco-*
διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἥλιον ἐρεμνοῦσθαι. Sunt & alij in Europa Troglodytæ apud Triballos, alij circa Cau- *æthiopes*
casum, ij ob ingẽtia frigora, quos & Virg. in Geor. cõmemorat. Nomades enim sunt. Sub *Erembi*
Aegypto quoq; & Automolæ appellati Pomp. Melæ (Ita enim Græci perfugas uocant) *Aethiopes*
hi sunt qui supra Meroen in insulã Esar Plinio dictã se receperũt, qui Psamnitici regis cru- *Automolæ*
delitatem ex Aegypto fugerunt, ad hominũ pene CC. millia: autores Plinius, Herodotus, Strabo, Diodorus. Sunt quoq; in eadẽ parte Astarte & Gypseis insulæ & Homeritæ gens *Aſtarte*
& Aroma urbs, quarũ omniũ meminit Capella. uinum Aromense commẽdat etiã Strabo. *Gypſeis*
Aethiopes Nigritæ sub Africa minore ponũtur, à Nigro flu. appellati. Cuius eadem ratio *Homeritæ*
quæ & Nili, ijsdẽ ferè tẽporibus augescit & exuberat, calamũ & papyrũ producit Plinio, *Aroma*
Oritur ex mõte Thala inferioris Libyæ Ptolemæo. Aethiopes occidẽtales Hesperios Pto. *Nigritæ*
appellat. Herodotus Macrobios esse dicit, eosq; lacte uesci ac auri plurimum habere, abundare præterea hebeno & elephantis. Cerna quoq; insula apud Aethiopas, cuius meminit *Aethiopes*
Dion. uocatq; τέμπεα, id est, aquosam & palustrem, sicuti & tempe Thessala & Medica. *Niger flu.*
Aliqui hanc orientalẽ ponũt, alij occidentalẽ. Dionysius australẽ. Stra. dicit Eratosthenem *Macrobij*
Cernam insulã aliaq; loca nusq; reperta nominare. Lycophron quandã Cernam occiden- *Cerna inſula*
talem uersus Tyrrhenũ mare cõmemorat. Hanc item Pli. simul & Topazon insulas, unde *Topazon*
lapillus, in mari ponit rubro. Blemmyes Dionysius prope Cernam hãc Aethiopiæ ponit, *inſula*
à Blemmyo quodã duce Deriadis regis, qui restitit Dionysio in Indicã expeditionem pro- *Blemmyes*
ficiscenti. Duo hic promõtoria ceu duæ cataractæ sunt, unde Nilus dicitur uenire. Bracho- *Brachobij*
bios Aethiopas Dionysius ait, nõ ultra annos XL. uiuere. Strabo, item Homerus duo po- *Aethiopes*
nit eorũ genera: Sidonios qui Straboni apud mare rubrũ habitãt, unde Sidonij Phœnicum uenere: Alterũ Erembos quos idem se putare dicit esse, uel Troglodytas ex argumento nominis quod sub terrã eant, uel certe Arabes sic Homeri tempore appellatos: Mela dicit locum esse in Aethiopia apparatis epulis semper refertum quibusuis uesci uolẽtibus: & quę passim adposita sunt adfirmant innasci subinde diuinitus, quapropter Heliotrapezã, id est *Solis menſa*
Solis mensam eã appellant. Herodotus lib. III. in Aethiopia, inquit, fuisse pratũ omnium quadrupedũ carne refertũ, quã magistratus p̃ noctẽ illic ponere festinabãt, & ubi illuxisset, cuilibet licebat degustare, quapropter existimabatur diuinitus hæc copia prouenire. Ad quã uisendã Cãbises legatos misit. De hac etiã Hiero. in prooemio Sacrorũ uoluminũ mentionẽ facit. Mibæ Aethiopũ & ipsi populi his uersibus Sillio describũt. His simul immitẽ *Mibæ*
testantes corpe solẽ: Exusto uenere Mibæ, nõ ærea cassis, Nõ lorica riget ferro, nec tẽditur armis. Tempora multiplici mos est defendere lino, Et lino munire latus, sceleratáq; succis, Spicula dirigere, & ferrũ infamare ueneno, Nã lino Xylino tota regio scatet amicturq;.

Loca

Universidad de Deusto
Biblioteca

LOCA NVPER REPERTA.

AETHIOPIAM interiorem Ptolemæus æquinoctialem transgredientem ponit, terramq; ex ea parte ignotam, quod quidem Eustathio teste Polybius probare uidetur, dicens quod ea regio quæ iuxta Aethiopiã est, ubi Asia atq; Africa iunguntur, usq; ad ætatem suam erat ignota, haud aliter quàm quæ supra Tanaim est, somniareq; si qui de his uel loquuntur aliquid uel scribunt. Verum contra nunc uidemus, multaq; post eum & adita & reperta hac præsertim ætate: quapropter anteq; finem faciam, uisum mihi ea loca commemorare, quæ Lusitanorum inclyti reges in Hesperio mari ad Aethiopas Hesperios pertinẽtia: postremo in Indico reperta adsecuti sunt, quemadmodum mihi pater amplissimus Cardinalis Vlixiponensis, qui regibus familiarissimus fuit, retulit, scriptoq; tradidit. Henricus infans Ioannis regis filius & ultimi Alfonsi patruus, uir ingenti animo, ausus primus omnium longe pelagus uestigandi studio transfretare, ad sexcẽta fere pas. millia insulam repperit nomine Maderam pene desertam, in qua soli natura temperata magna uis Sacchari conficitur in arundinibus nascentis, candore atq; nobilitate Siculo præstãtius, quod exportatur magno usui toti Europæ. Vlterius uero ante promõtorium Caputuiride uocatum Insulas fortunatorum contigerunt, nunc Capitisuiridis dictas, ultra Cancrum sitas: nam hæ plures sparsæq; sunt, aliæ alijs australiores, in quibus omnis poëtarum uanitas de his apparuit. Nam desertas inuenerunt, uacuasq; colonis, præter unam quæ fert fructus, & quod Plinio Xilinum linum, die cotonum uocatur. Paulo ulterius aliã in littore terram, ubi utriusq; sexus homines coloratos nudosq; agere repererunt, nulla lege aut pecuniæ commercio, sine literarum notitia, ueluti pecora uino frumentoq; carentes, ac radice quadam pinguí quæ abunde suppeditat uescẽtes. Hinc seruitia puerosq; Lusitani mercãtur, eosq; uili utpote aut conchis marinis aut peluibus æreis commutãt. Apud eos præterea Elephantorũ copia, tũ animalium eorum quæ Zebethum uulgo appellatũ procreant, quod ego animal Catobleptum supra mihi enarratum ex argumentis putauerim. Insuper Psitacorum insolita species, quos Romæ adductos uidimus, ac serpentes mille passibus longitudine, qui certo anni tempore armenta, tum pastores ipsos solidos deuorãt. Post hæc insulas alias quas partim deleuerunt, partim desolatas esse animaduerterunt ob serpẽtum, tum etiã murium magnitudinẽ. Longius uero meridiem uersus procedendo, deuentum ad gentes qui auri uenas habent in scobe extractas, quam scobem uilibus rebus commutant. Quare reges Lusitani in eo loco ut tutius agatur arcem constituere. Visa etiam ab eis in ea parte sæpius Oceani monstra, specie equorum, uitulorũ, luporũ præ se ferentia, quæ aduentu nautarum in littus exiliunt. Postremo uasto in pelago nauigantes contigere ciuitatẽ, quam Mauigongum nominant, uallo pro mœnibus circũdatam, quæ uiros ad Centena millia procreat. Huic rex præsidet qui aduenientes Lusitanos comiter inuitauit, septemq; atris ex eo loco uiris donauit, qui sese coram honoris gratia spõte interemere, quorum capita deinde cocta iussu regis reliquentibus Lusitanis oppidani depasti sunt. Vescẽtem regẽ, magna ministrorũ mulierumúe, tum canentium atq; saltantium multitudo circumsistebat, spectaculo etiã multis millibus conuenientibus. Mos etiam illis, extincti regem charíores una omnis ministros morte sibi conscita consequí, putantes hoc amoris & meriti gratiam. Has igitur omnis Gymneæ terras appellant, quod nudi forte ex magna tẽporis parte in eis agant. Sed nuper anno M. D. auspicijs Hemanuelis regis Lusitaniæ glorioſissimi, rursus hoc iter cum XII. nauibus repetentes, ignotum seculis omnibus Pontum terrasq; olim inadcessas attigerunt, ac procul à promontorio Capitisuiridis milliaribus MCC. inter zephyrum & austrum, ultra uero Cancrum partibus XIIII. insulam nouã ac maximam inuenerunt, quam S. Crucem appellauere. In hac homines degũt Anthropophagi, nudi, capillati, colore rufo potius quàm atro, sine moribus, sine legibus, sine deo, more ferarũ: incolumes alioquin ac diu uiuentes, materia omnis generis, herbisq; abundant quibus panes cõficiunt. Quod autẽ uti quidam scribit, qui in eo se dicit itinere fuisse, hæc terra partibus etiã L. ultra æquinoctialem ad alteram arcton perseueret, hoc Lusitani non affirmant: multoq; minus mihi ueri símile, quod ipse prope ad eandem arcton partibus XVII. adcesserit, quũ ob glaciem rigentem nullus ad nostram ad XXXVII. propinquare ualeat, nec enim diuersa est antarcticus natura. Ego uero nullum extra zodiacum continens uersus meridiem ex autoritate doctorum hominum puto, neq; si esset, habitabile omnino foret ob solis humilitatem ex absidis opposito apud eos constituti, ut satis in Astrologia disserui. Inde uero nautæ soluentes ad ultimũ sane per Atlanticum mare promõtorium, idemq; terrarum ex ea parte postremum, ad antœcos nostros pertinens, die XII. peruenere, quod Bonæ spei appellant, tribus millibus & sexcentis milliaribus ab eadem insula distans. Vltra uero æquinoctialẽ partibus XXXI. Vnde per Æthiopicum littus cõuersi, tempestate sex naues disiectæ sunt: sexq; tantum ad Zaphalam incolumes adplicuere. Hanc esse putant ex argumentis, quæ Salomonis libris Ophir appellatur, ob auri uenas magna copia repertas. Hic etiam nudi degũt sine lege, aut deo, atro colore, modica uoce, & anthropophagi: aurum tantũ ferentes, quibus dominatur rex Quilloæ, urbis sitæ in littore Arabico, ad quã inde peruenerunt: ex eiusq; in amicitiam conciliati literis Arabicis, ad regem postea Melindæ in eodem littore, qui ambo citra rubrum mare in finibus presbyteri Ioannis cõsistunt, quem Abecum uocant, quod ferratum significat. Nam ferro candente ac stigmate in ore notati loco baptismatis existunt. Melindæ igitur regis fauore duceq; Callicuti portum contigerunt, sexto postquàm domo discesserant mense, itinere milliarium XII. milliũ, eo longiore, quod non recto, sed obliquo cursu procedere sit opus. Hoc enim emporium Indiæ primum est, quò ex Taprobana uicina, cæterisq; circa nationibus, aromata, mercesq; aliæ cõuehuntur: litum supra Canticolpum, sinum Ptolemæo uocatũ, ubi sunt Indi fluminis ostia. Inter Melindam uero & Callicutum per idem littus regnum est Magadassi, quæ urbs equis optimis abundat. Deinde angustia maris rubri sex ferme miliarium, quæ insulam habet Zugaterram: ulterius uero in ore maris Persici altera insula Culphar, deinde Agramutium: his duabus rex Saracenus ac Mahumetanus imperat, copiaq; margaritarum & equorum reperitur. Post has Cambaiæ ciuitatis rex potẽtissimus, simul & mercium omnium opulentia ditissimus in Indiæ Arabiæq; confinibus, qui proximis ante annis ex idololatra factus est & ipse Mahumetanus. Lusitani igitur quum ad Callicuti portum peruenissent, acceptis obsidibus regem adeunt, eiusq; amicitiam donis sibi conciliant: fuere autem aurea, argentea q; uasa, aulea affabre picta, pullicq; & umbraculum ex aureo panno. Pauloq; post ob mercatorum ibidem degentiũ inuidiam, falsa referentiũ, in suspicionem uenere, eorumq; causa Christiani per tumultũ plures cæsi fuerunt. Quare inde soluentes naues regias X. incenderunt. Deinde ulterius milliaribus CXX. urbem Colchinum petiere: nam & Colchinum sinum & Colchos alteros in hac parte Ptolemæus ponit: huius regem amicum reperiũt, altericq; inimicum, eiusq; auxilio negocia transigunt. Hic enim magnum Christianorum numerum S. Thomæ uocato rum uidere licet, quorum sacerdotes in magna degunt uitæ abstinẽtia, incq; templis eorum crux tantum reperitur: sacrificãt pane azymo, ac uino ex uua passa & aqua expresso, quod cætero careant. Apostoli corpus hinc procul CCCL. milliaribus situm est apud oppidum Mailapur, haud sane magnum, gentibus Sultano subiectis custoditum, quod oraculi causa uicinis populis magnopere aditur, præsertim Malchinæ urbis apud Gãgem fluuium sitæ, ubi aloes & fictilium pulcherrimorum tum gemmarum copia conspicitur. Lusitani autem ubi naues LXX. eorum hostis Callicuti regis aduersus uenientes uidissent, subito cõsilio abire coacti cum obsidibus Colchini, & sex tantum saluis nauibus mercibus oneratis XVI. mense quàm discessere domum reuerterunt. Hemanuel uero III. obiter naues, priores uestigatum: quatuor ante mensibus præmiserat. Hæ duas primo naues Saracenorũ comprehensas, deinde aliam regis Callicuti mercibus plenam cremauerunt, ausæq; cum maiore illius classe congredi uictrices discessere: nec mirum quum illæ ex arũdinibus magna ex parte contextæ sint: locoq; clauorum bitumine connexæ: nostris autem collatæ longe robore inferiores existunt. Eodem insuper anno rex idem naues misit XXV. armis munitas cum Petro Aluez cabrale præfecto, qui primis etiam præfuit: quarũ sex ad oræ maris rubri obsidionem remansere. Cæteræ iter sequentes ubi aliquandiu Callicutum terra mariq; populando infestauere, Colchini regem repetunt: ac redditis obsidibus, acceptisq; quos ipsi admiserant, donis insuper cumulauerũt. Fuere autem, corona aurea gemmis ornata, uasa duo argentea, serici purpurei copia ad uestes, duo tapetia, totidem aulæa pulcherrime discrimi nata, tentorium castris idoneum opere sumptuoso, quibus ille libẽter acceptis domum eorum procuratori perpetuo adsignauit. Insuper Hemanueli dona & ipse alia remisit. Ex his itaq; decem partim apud Callicutum, partim apud Cananorũ mercibus onerant. Est enim hoc aliud

Hẽricus infãs Ioan. regis F. Madera
Caputuiride Insulæ fortunatorum
Linũ Xilinũ
Catobleptus
Insula S. Crucis
Promontoriũ Bonæ spei.
Zaphala
Ophir
Quilloæ rex
Melindæ rex
Presbyter Ioannes
Abecus
Calicutum
Magadassi
Zugaterra
Gulphar
Agramutium
Cambaia
Colchinum
S. Thomæ corpus.
Mailapur
Malchina apud Gãgem
Cananori rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc aliud Indorum emporiũ in eodem littore uersus Arabiam, cuí rex item idololatra præ-
est, cuius regem post Colchinum amicissimum habuerunt. Cum his itaq; anno insequente
domum reuertunt: reliquę ex mandato regio, ut bellum contra Callicutum prosequerẽtur
relictæ, quæ maxima in eius portu incommoda intulere, naues Saracenorum XXXVII
mercibus plenas diuerso tempore cremauerunt, ex quarum præda onustas domum IIII.
remiserunt. Quumq; ad colloquium de pace cum rege uenissent, minime conuenere: pete
bant eñ ante omnia, ut duos Romanos transfugas redderet. Naues aũt quæ mare rubrum
obsidebant, testabantur omnem oram fama perterruisse. Hemanuel interea XII. rursus a-
lias in Indiam eodẽ misit itinere, quæ Melindo regi in primis muneribus gratias referrent.
Fuere autem equi phaleræ cum ephippio & calcaribus, ex serico, argentoq; & auro labora
tæ: pannus russatus, & sericum purpureum: quantum ad uestem amplissimam satis: pului
liq; & thoral & umbraculum ex aureo fulgentiq; panno: quibus ille lætatus ac in littore a-
riete more suo immolato, VII. festos egit dies: in quibus Lusitanos rerum omnium copia
De moribus Indiæ gratis pauit, præterquàm panibus, quibus carent. Mox de moribus, de situ Callicuti supra
narraui. Latitudo eius poli X. partium existit, sine mœnibus domus sparsæ, attamen mar-
moreæ pleræq;, calceq; constructæ, ac palmis contectæ. Fructibus omnis generis abũdant,
præterquàm olea, foliis nunquam deciduis, cynnamomũ inter ligna urentes: arborq; apud
eos una, unde oleum, mel, uinum, acetum, funes quoq; demetunt. Fructũ insuper citri ma-
gnitudine ficus habent, ager aquis salientibus irriguus. Homines semicolorati. Rex simul
& omnis nobilitas nudi superiora incedunt, tantum pubetenus serico aut tenuibus amicti
linteis, cum scuto & stricto ense in summo latiore: barba quoq; depexa ac pileo. Fœminæ
eodem item modo uestitę sparsis tamen crinibus. Bis in die uescuntur, oriza, lacte, butyro,
saccharo, ac fructibus: aquamq; potant. Virgines ante connubium prostituũtur, prima no-
cte cum sacerdotibus iacent, una pluribus collocatur. Rex tamen duas habet: quæ illo ab-
sente cũ sacerdotibus & ipsæ cubitant: quapropter non filij, sed fratris filij succedunt. Vter
q; uero sexus tanta corporis munditia, ut ter quotidie ex lege lauent: gemmas ex auribus
perforatis pendentes habent. Rex lectica defertur, magna musicorum turba comitatus: ne
mine tamen præter certos appropinquante, uulgus nec etiam uidet aut adloquitur. Adlo-
quentes autem ore demisso, oppositaq; ori manu fantur. In funere autem rex nobiles q; cre
mantur: plebes autẽ tumulatur, cinere caput humerosq; sparsa. Adorant idola, incantatio-
nibus dediti: scribunt stylo ferreo in foliis palmarum: literis utuntur Arabicis & Chaldæis.
Bragmanes Bragmanes eorum philosophi, sic hodie quoq; appellati, ueterem retinent ritum in rerum
omnium abstinentia uiuentes. Iudæos (nam & hoc eò genus etiam fluxit) male tractant: at
contrà, Christianos honorãt: eisq; de uia decedunt. Cæterum inquilinorum aduenarumq;
negociatorumq; magna ibi copia, ex Mecha, Babylonia, Ægypto, Persia, aromata, fictilia,
gemmasq; uendẽtium. Inter hos Guzerati quidam uocati, idololatræ, corporeq; atri, a bu-
bula omnino abstinent, bouemq; occidere nefas putant. Estq; hodie puer Indus in domo
cardinalis Vlyxiponẽsis, ex ea regione aduectus, hac adeo obstinatus superstitione, ut nul
lo pacto abduci queat. Nummis utuntur Venetis aureis. Mense autem Nouemb. inde na-
Mecha ues soluentes mercibus oneratę Mecham tendunt, metropolim in Arabico littore, ubi cor
pus Mahumeti. Inde quoq; Babylonem Ægypti, post Alexandriam, postremo Venetias.
Narsingua Versus autem mediterraneam in Callicuti finibus Narsingua est oppidum, equis, elephan
tisq; referta, in qua coniuges in uirorum sepulcris cremantur. Hæc igitur omnia dei opti-
mi benignitate & Hemanuelis regis uirtute nobis patefacta, quæ iam ex fama peruulgata,
partim etiam ex ipsius regis epistola quadam deprehenduntur, qui ad ultimũ naues etiam
Taprobana XXX. eò misit, mandans uti aliquo modo, Taprobanam, quam Cielam nunc uocant, ex-
Ciela plorent: quò tandem cursum quandoq; dirigere spes erit haud longa. Sultanus autem Æ-
gyptius ereptum sibi dolens uectigal reliquorum iam Christianorum, Alexãdream huius
gratia mercis adeuntium, proximis annis ad Iulium pontificem oratorem denunciatũ mi-
sit, nisi abstineant, se quoq; Hierosolymitanum iter prohibiturum. Huius itaq; laudis æmu
li nautæ Hispani, qui sub Ferdinandi regis auspicijs agunt, duce Christophoro Columbo,
anno MCCCCXCVI. à Gadibus soluentes ad DCCC. milliaria inter Zephyrum & au-
Canaria strum, unam ex fortunatis Canariam reppererunt, canibus magnis, ut ait Plinius, unde no-
insula. men accepit, tum palmis cariotas ferentibus, nucecq; pinea ac melle refertam. Nunc autem
in ea

re maiorum nec recepit, nec apostolorum basilicas, aut põtificem salutatum uenit: tantum
Mediolanũ usq; accersitus à Ludouico duce Pisanos tuente, contra Florentinos profectus
Liburnum eorum oppidum frustra dies aliquot oppugnauit. Ex coniugio supradicto Phi-
Philippus lippum archiducem genuit, qui regi regnoq; simul Hispaniæ gener est nuper adscitus. Fi-
Archidux liam Margaritam Carolo VIII. Gallorum regi olim pactam, deinde abdicatã, nuper Phi-
rex Hispaniæ liberto Sabaudiæ duci locauit. Galeacij uicecomitis ducis filiã extincta prima coniuge du-
xit. Vir alioqui bonitate, modestiaq; præditus, pacis magis quãm belli studiosus, uenatio-
ni deditus. Animi bonis adiectas retinet corporis dotes, ore probo, decoris membris, aspe-
ctuq; toto uenerabilis. De ipsius uero genealogia quę plurimis ignoratur, pauca subijciam
ex commentarijs Matthæi de origine primorum Austriæ ducum, Othonis Phrisingensis,
Iordanis Osnaburgi de irruptione Gothica in urbem, Hermanni de Sulgon in chronogra-
phia, & Henrici Constantiensis. Apparet enim Maximilianũ Romanos habuisse progeni
tores, olim Perleones comites montis Auentini: cuius familiæ nonnullæ sunt Romæ reli-
Perleones quiæ prope Sabellorum ædes quæ prius Perleonum fuere, quibus cognomẽ dedit Petrus
comites Leonis filius, Stephani nepos, Maximi pronepos, quorum memoria sepulcri pro foribus
templi sancti Alexij adhuc cernitur. Is anno MCLXX. magna in urbe potentia authori-
tateq; sub Pascale II. fuerat. Cuius duo nepotes per seditionem ex urbe profugi ad Alpes
uenerunt: ubi circa Lucernæ lacum prædia ac terras mercati sunt: castrumq; in eo loco A-
uenburgum deinde excitarunt quasi Auentini oppidum, licet nonnulli Abesburgum di-
cant, quod lingua Germanica Abec accipitrẽ significet, qui olim ab eis dimissus cum præ-
da capta in eo monte constitit, ubi ex auspicio ipsi postea oppidum condidere. Alter ex his
præsul Argentinensis fuit. Ex altero qui nobilem in ea regione duxit uxorem, natus est Al
bertus, qui Albertum & Rodulphum imperatorẽ primum ex comitibus Abesburgẽsibus *Comites Abes-*
genuit. Hic igitur Rodulphus Austra fretus potentia domum primus auxit anno MCC/ *burgen.*
LXXXII. auitaq; ditioni Austriam, Stiriam, Carinthiã, portum Naonis, ac marchiam
adiecit, antiquisq; Austriæ ducibus suam prosapiã inseruit: cuius ordo sic est. Rodulphus
siquidem prædictus Albertum item imperatorem genuit, qui à Ioanne Rodulphi fratris fi
lio interfectus fuit. Is plures suscepit. Fredericũ, qui imperator electus cum Ludouico Ba-
uaro bello inferior certauit: præterea Othonem, Rodulphum, & Albertũ Austriæ ducem
patrem Leopoldi, Austriæ item ducis, Fredericiq; & Alberti, qui Albertus ex Alberto fi-
lio Albertum habuit nepotem, imperatorẽ simul & Pannoniæ regem, patrem Ladislai in
adolescentia defuncti. Leopoldus autem Hernestum genuit patrem Frederici III. auumq;
Maximiliani. Nã primos Austriæ duces iam inde à quodã Aimone repetunt, primo Chri
stiano ac martyre: post quem Austriæ ducatus in marchionatũ conuersus usq; ad sanctum
Leopoldum durauit. Huic pater Leopoldus fuit, cuius uxori Henrici II. imperatoris filiæ
frater uim intulerat. At Leopoldus fratri eidem suo talionem reddiderat. Hæc deinde ui-
dua in peregrinatione sepulcri Alexij imperatoris insidijs perijt. Ex hac natus sanctus Leo- *S. Leopoldus*
poldus sub Innocentio II. pontifice, duo cœnobia maxima de nouo excitauit, tertium re-
stituit. Sub Innocentio VIII. nostra ætate in catalogum relatus est. Ex filia Henrici V. im
peratoris, XVIII. liberos suscepit: quorum primus Henricus, Austriam rursus in duca-
tus pristinum nomen restituit. Alter Leopoldus dux Bauariæ fuit. Post hos tempore pro-
cedente hæreditas ad Fredericum II. peruenit, qui contra Pannonios in bel-
lo cadens, sine liberis occubuit. Cui Rodulphus Abesburgensis
imperator prædictus, ordine quo supra narraui suc-
cedens, rem simul cum genere per ma-
nus usque Maximiliano
transmisit.

FINIS ANTHROPO-
LOGIAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD IVLIVM II. EPISCOPVM VRBIS ROMAE SANCTIS. R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXIIII.

TERTIVS hic mihi scribitur operis tomus ob res uarias philologia, unde Acteius Actei Capitonis libertus qui similia cõscripsit cognomen inuenit, quẽ postea Tyrotullius, Plinius, Macrobius, Capella, Boetius, Latinorũq; alij sunt imitati: ex Græcis uero Athenæus, Pausanias, Ælianus. Sic enim papa beatissime nos ad rerum diuinarum cognitionẽ summiq; opificis amorem peruenturos existimamus, si humilia prius atq; humana didicerimus. Sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, ex eorũ scientia quę conspicimus facile deprehenditur. Enimuero clausi tenebris & carcere cæco statim lucẽ arduã nisi per interualla paulatimq; contueri nõ ualemus, neq; unũ illud, ensq; perfectum nisi ex pluribus facile cognoscere: ad quod adsequendũ & diligẽtia & tempore & natura bona est opus. Pars nanq; hominum studio, pars ludo, ut ait Plato, sunt geniti: atq; hi quidem libidinum serui, sponsi Penelopes, fruges consumere nati: Illi uero se cuidam ac sempiterno bono genitos existimantes, nihil nisi quod sit cum uirtute ac laude coniunctum excogitant, nullam per labores occasionẽ ad propositam nobis ac æternam gloriam consequendam amittendo. Sunt item horum extimi medium tenentes iter, ambitionis & auaritiæ mancipia, qui quãquam se honestius tuentur quàm primi, eo tamẽ miseriores quòd magna diu contendunt molestia, quæ maiore sint breuiter amissuri, ac longe maxima apud inferos postremo luituri.

DE ANIMALIBVS, AC PRIMVM DE PARTIBVS EORVM

VM Aristoteles in Physicis finem quendam in cunctis rebus naturam prospicere dicat: in libris de partibus animalium, primum eos confutat, qui cum temere omnia fieri adfirmauerint, necessitatem quandam rerum introducere planè uidebantur, quam profecto minime negat. Sed hypotheticam non aũt absolutam ponit, quẽadmodum & in artibus animaduerti licet: primũ domui, arcendæ pluuiæ cæterorumq; usuum gratia ædificatæ, lapides & alia fuisse necessaria cõparari. Sic & in natura homini semel constituto membra diuersis officijs obeundis necessaria fuere: ut pedes ad ambulandum, os ad loquendũ, dentes ad mandendũ, ipsum deniq; totum corpus ob animam factum. Quamobrem duas præcipue causas in animalibus admonet considerandas, materiam uidelicet ac finem. Materiã in homœomera & anomœomera deducit, quæ Gaza partes similares & dissimilares conuertit. Nõnullis homogenea & heterogenea dicuntur, quæ mox inferius declarabuntur. Finem uero eundem & cuius gratia & formam appellat, quum in natura & finis & forma idem ferè putetur. Vt anima cuius gratia & corporis forma sit, corpus uero ipsum alicuius gratia. Ita fit, ut omnis substantia siue organum omne alicuius gratia dicatur: finis autem eius, quãobrem sit constitutum, cuius gratia appelletur. Homo igitur cum ex utroq; constet, de anima in isagogis ad Aristotelis opera dicam. Nunc de corpore. Triplicem itaq; ponit animalium compositionem. Primam ex elementis seu potius uirtutibus elementorum, calido, frigido, humido, sicco, & his quæ hæc sequuntur adfectionibus, leuitate, grauitate, duritie, mollitie, densitate, raritate. Secundam ex homœomeris quæ ad sensus. Tertiam ex anomœomeris, quæ ad organa pertinere dicit. De prima in tractatu de Generatione & Corruptione satis disseruit. Homœomera item ex ipsis elementis: Anomœomera ex homœomeris constare. Rursus homœomerorum partes aliæ molles & humidæ, ut sanguis, sanies, adeps, seuum, medulla, genitura, lac. Aliæ uero solidæ & duræ, ut os, spina, neruus, & quæ his proportione respondent: quum non omnia animalia sanguinem uidelicet, aut carnem: sed pro his aliam quandam materiam aut humorem retineant. Ex his igitur sensus constant, quæ idcirco homœomera dicuntur, quod diuisa partibus inter se similibus continentur: ut caro

Triplex animalium compositio.
Ex elementis
Ex Homœomeris
Ex Anomœomeris

ut caro diuisa caro est, neruus item neruus: non item anomœomera quæ ad organicas pertinere diximus partes, quæq; diuisæ sibi similes non sunt. Vt pes, manus, lacertus, caput, pectus, & reliqua. Nam pes diuulsus nõ amplius pes est. Lacertus non amplius lacertus. Quæ quidẽ organa ex homœomeris continẽtur, uidelicet manus ex carne, uenis, ossibus.

HOMOEOMERA.

INCIPIEDUM, quorum potissimũ sanguis, ultimum corporis nutrimẽtum. In uenis hic consistit, & uenæ omnes à corde. Sanguis ergo est à corde omnis, Alijs item alius & aliter. Quibus crassior & calidior, animosiora: quibus frigidior & tenuior, ingeniosiora. Quibus tenuis simul & calidus, ingenio & audacia sunt prædita: quibus paucus, uita tenuis & breuis. Viris calidior quàm fœminis, purior dextrorsum quàm sinistrorsum. Quapropter sanguinis missiones potius sinistrorsum fiunt: Ipse præterea natura calidus existimatur, subiecto non item & aquosus sit. Sicuti & ignis, qui licet natura calidus, carbo tamẽ extinctus eius subiectum, frigidus apparet. Quapropter alterum altero calidius multifariã dicitur: Energia, potestate, per se, ex accidente. Ignis per se calidus, aqua ex accidente: hæc tamen ad calefaciendum, ille ad comburẽdum calidum. Et oleum frigidum aqua calefacta calidius fit potestate, & plus sit caloris aptum recipere, tum etiam diutius retinere. Totidem modis & humidum dicitur & siccum. Gelu enim omnemq; humorem concretum siccum dicimus energia & ex accidẽte, cum potestate & per se humidum sit. Terra uero mixta cũ humore apparet quidem energia & ex accidente humida, potestate uero & per se sicca. Hæc nõ abre fuerit ex Aristotele cognouisse: nunc ad sanguinẽ redeo, qui etiam fibris, id est, uenulis quibusdam circumfunditur, non tamen omnis, sed qui crassior sine his non coit. Paulus Ægineta ait Suillum sanguinẽ minus cæteris calidum: humanũ uero cunctis temperatiorem. Turturis aut columbæ mederi suffusum ophthalmiæ. Noctuæ ex uino uel aqua eporum dyspnoiæ. Caprarum ob multam siccitatem ex melle sumptum hydropicis & calculo. Agnorum epilepticis. Hœdorum ex aceto sumptũ reijcientibus sanguinem. Vrsorũ & taurorum ac agrestium caprarum absessus maturare. Crocodyli terrestris ad aciem oculorũ facere. Vespertilionis fricta uirginum mammillas comprimere, pilosq; penitus extirpare. Deniq; antidotum ex anatis & anseris ac hœdi sanguine contra omnia uenena recte dari. Sanies pars est diluta & aquosa sanguinis nondum concocti siue corrupti. Adeps & seuũ sanguis concoctus. Adeps στέαρ Græce dicitur. Suillus ante omnis humidus proximusq; oleo, quapropter morsus hebetat. Caprinus omnium siccissimus, ideoq; celeriter coit ac morsibus prodest. Anserinus calidior ac tenuantium partiũ est. Horum media tenet gallinaciorum adeps. Leonũ uero calidissimus tenuissimusq; uim habet diaphoreticam: Agnorum alopecias sanat. Vulpium aurium dolorem. Testudinũ serpitiones. In omni autẽ genere maribus calidior & fœminis, ac non castratis quàm castratis, iunioribusq; quàm senioribus, præterea uetus quàm recens. Ex Paulo. Seuum habent cornigera non utrinq; dentata. Carentia uero cornibus & utrinq; dentata pro seuo Adipem habent: qui non cogitur, nec siccitate frangitur, & eius natura minus terrea. Hæc si mediocria sint, animal cõmendant: si nimia, interimunt. Ex quo obesa sterilia sunt, & in adipem aut seuum uis generaturæ ac sanguinis absumitur. Medulla natura quædam concocti sanguinis, quod patet in nuper natis, cum sanguinea adhuc & ipsa cernatur in ossibus: quæ in animalibus seuum habentibus seuosa quodãmodo est & adipi similis. Hæc calida existimatur, & in ossibus habitat, tum etiam in dorsi spina, quæ ad cerebrum pertinet. Omentum est membrana aut seuosa aut adiposa, oritur in medio uẽtre ex superiore parte læuo adstrictum, ex superiore mollius. Lactes membrana & ipsa pertendens ad uenam usq; maiorem & Ahortam pleramq; uenarum multarum. Spartianus & murænarum dixit. Abdomen secundum Celsum in homine ab alis & pube sursum uersus ad præcordia pertinet. Nerui sunt ossium uincula secundum Hippocratem, per quos maxime incuruantur, producuntur, contrahunturq; membra. Hinc prouerbium ut neruum pro robore in rebus usurpemus. Et neruum rerum gerendarum pecuniam esse Demosthenes dixit. Arteriæ sunt uiæ spiritus, sicut uenæ sanguinis. Membranæ tenues pelliculæ quibus uiscera singula & tenues corporis partes circundantur, quæ ruptæ non coeunt, græci ὑμένες appellant. Cartilagines ex neruis & membranis cõponuntur, græci χόνδρους uocant. Venas autẽ corporis crassiores ad hunc modũ

Sanguis
Quomodo alterum altero calidius
Sanies
Adeps
Seuum
Medulla
Omentum
Lactes.
Abdomen
Nerui
Arteriæ
Membranæ
Cartilagines

Hippocrates

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venæ

Hippocrates describit. Quatuor dicit esse paria. Primum ab occipitio ortum tendit per ceruicem summã, penetrans latera spinæ ad clunes & crura. Deinde per tibias & malleolos exteriores ad pedes. Quamobrem in doloribus dorsi & coxarum de poplitibus malleolis sue exteris sanguis mitti solitus est. Secũdũ uenarum par de capite circũ aures per ceruicem lugulariæ dictæ sunt: intus per spinam & lumbos ad testes & femora perfertur, atq; p poplites & tibias propter interiores malleolos ad pedes. Quapropter in doloribus lumborum & etiam testium, sanguis de poplitibus & malleolis mittitur interioribus. Tertiũ par uenarũ à temporibus per ceruicem sub scapulis porrigitur ad pulmones, & altera de parte dextra in sinistram pergens mammã subit: mox iecur petit & renes, utraq; postremo ad podicem desinit. Quartum par ortum à sincipite de sede oculorũ per ceruices ad humerorum clauiculas deuenit, unde per lacertos ad agilẽ, mox per cubitos ad uolam & digitos. At intus penetrans ad alas propaginẽ mittit, quæ summas costas pertrectat, dum altera ad lienem, altera ad iecur peruenit. Deinde utraq; eminens per uentrẽ ad genitale desinit. Ita uenæ crassiores habent. Procedunt quoq; à uentriculo per corpus aliæ permultæ & uariæ uenulæ, ramulorũ modo, per quas alimentum corpori transmittitur. Quod à crassis uenis & interioribus & extimis ferunt uentriculo, & reliquo corpori, sibiq; inuicẽ subministrãt, internæ scilicet externis, & externæ internis. Hæc Hippocrates.

CAPVT.

Diocles medicus

ENARRATIS his ex quibus membra constant, nũc membra ipsa attingenda, ex Diocle Carystio medico, qui ad regẽ Antigonũ scripsit, ac totum corpus in quatuor partes diduxit: caput, thoraca, uentrẽ, uesicam. In his quoq; & morbos & uitia, quæ singulis accidũt, describere historico more conabor. Igitur caput in primis secundũ Pollucis descriptionẽ, cutis tenuis ac pertusa circundat, unde quasi per poros germen prodit capillorum ueluti plantæ. Componitur, ξαφὰς uocant, modo serrarum inuicem complexarũ: omnium tamen cõfessione pauciores mulieri quàm uiro. Herodotus scribit ꝙ in ea cæde quæ apud Plateas facta est, inter cadauera Persarũ inuentum est caput nullam habens scissuram. Idem solere accidere confirmat Aratus in medicina his uersibus. ἤδη γάρ τοτ' ὄπωπα κέρματα, πολλὰ μὲν αὐτῶν μεσσατίης κορυφῆς μούνη συνέρυμα γράμμη, πολλαὶ δ' ἐρραφάες κεφαλῶν πάγεν ἀνθρώποισι. Vocatur aũt os totũ

Caluaria Cranium Conchos Scaphium

caluaria seu calua, græce κρανίον, apud Lycophronẽ Cõchos. Apud Aristophanẽ Scaphiũ. Cuius summitas uertex dicitur, apud illos Coryphe, & Mesocranion in mẽsuris orphicis

Vertex

nominatur. Pars anterior supra frontem Synciput, illi βρέγμα: iuxta uero frons, ab lateribus tempora. Occiput pars posterior, illi ἴνιον, quoniã ex ipso ἶνες. i. nerui capitis principales prodeunt. Postremo capillorũ ordo tanquàm cutis operimentũ. In capite potissimum cerebrũ circundatur membranis duabus: Interiore quæ latior est, & exteriore quæ angustior, uocanturq; llamides, quæ circa medullam εἰλοῦνται. i. figuntur. Sub basim uero parencephalis, medulla proxima cerebro, colore flaua. Hæc Pollux. Hippocrates uero sic ait. Cerebrum homini duplex sicuti & cæteris animalibus, mediũ diuidit membrana tenuis. Quare nõ semper eodem modo caput dolet, sed quandoq; pars, quandoq; totum. Et uenæ in ipsum tendunt ex omni corpore multæ & tenues, duæ uero crassæ, altera ab hepate, altera à splene procedens. Aristo. ait cerebrum frigidissimum, quod ideo cordi opponitur calidissimo, ut alterum ab altero temperetur. Ipsum omnino ex omnibus exangue cõmunitatem cum terra & aqua retinet. Indicio est ꝙ coctũ durescit atq; siccescit, ut humore exacto à calore terrena portio relinquatur. Homini præ cæteris animalib⁹ proportione copiosum, & mari plus quàm fœminæ. Hinc somnia prouenire palam est: situs eius in prima capitis parte. In hoc collocati sensus. Galenus uero sic. Cerebri calidi signa caluities, pili celeres, uigiliæ plurimæ. At frigidi & humidi signa contraria, Somnus altus, sensus obtusi, plurima excreatio ex ore, naribus, auribus, & toto corpore frigus infensum. Frigidi uero & sicci promptus est sensus à pueris, cito tamen desinit ac senescit. De capite idem author, paruum caput haud boni cerebri signum. Magnum uero non semper bonum, tamen ex indicijs si corpori reliquo respondeat, si neruosum & uegetum, si acutos habet oculos ac prompte contuentes. Contraria his imbecillum significant. Aristoteles uero in proble. contra sentire uidetur. Dicit enim homines proportione corporis minore esse capite quàm cætera animalia. Et inter eos illum qui minori est, prudentiorem esse. Caput acutum,

Cerebrum Ilamides Parencepha. Hippocrates Aristoteles

Galenus

Signa capitis uaria

De moribus capitis

acutum, more pyramidis, robur ostendit. Ad eius morbos nũc ueniam. Celsus ait, in capite nascitur fluxus capilli uel proprio morbo uel ex altero. Porrigo ubi inter pilos quædã quasi squamulæ surgunt, quandoq; exulcerato loco, quandoq; sine rubore, tetro odore, quem morbum quidam uocari dicunt græce λεπίδες. Alius morbus qui à græcis item dicitur Sycosis, σύκωσις, à fici similitudine quando caro excrescit. ἄχωρες Achores ulcera fœtida. Area ubi mortua summa pellicula pili primum extenuantur, deinde decidunt, cutem densam & pinguem glabram facit. Alopecia uero sub qualibet figura dilatatur. Ophis à serpentis similitudine, incipit ab occipitio, duum digitorum latitudinẽ non excedit. Ad aures duobus capitibus serpit, & ad frontem. Illud uitium in omni ætate, hoc infantibus: illud nunquã sine curatione, hoc persæpe finitur. Galenus ait, in capite Phthiriasis uel etiam in toto corpore ex uehementi humiditate generatur in profunda cute non summa, ubi & Pityriasis. Medentur huic unguenta desiccantia & Laurinum, uinum quoq; crassum, & bibere libentius q̃ edere.

Idem capitis dolorem ex uarijs ponit causis, ex humorum intemperãtia, uel aggestione, per quam interdum meatuum uia intercludatur, aut ob debilitatem si in quadam eius parte spiritus inflatio fiat. Vehementissimus sit ex caliditate, mediocris siccitate, nullus ex humore. Dolor igitur cum grauedine aggestionem significat, Cum morsu uaporum aut humorum acuitatem, Cum pulsu tumorem, sine pulsu & grauedine inflationem spiritus. Dolor summa cute adfectam summam membranam ostẽdit, profundus interiorem membranam: quibus intra caluam dolor est, his ad radices oculorum morbus, propterea quod tunicæ oculorum ex cerebri membranis initium habent. Est & dolor inueteratus uix delebilis, qui cephalea uocatur, cum luce motuq; omni offenditur. Est & quem hemicraneam appellant in medio capite, statis quidem temporibus ex humoris uel uaporis frigidi aut calidi influxu proueniẽs. Quidã uero summa caluaria, nonnulli circa tempora dolent, quos omnis iubet Galenus sanguine per uenas misso leuari humoribus. Syriasis morbus puerorum, inflammatio circa cerebrum, unde sequitur sincipitis & oculorum incuruitas cum pallore & siccitate corporis. Celsus item multa & uaria tubercula in capite nasci dicit, Melicerides, Atheromata, Steatomata, Phalacris quoq; lib. III. Quemadmodum quædam plantæ paruo, quædam uero nimio humore siccantur: Sic crinibus humoris penuria phalacris contingit, abundantia uero mochtheria, alopecia, & ophiasis: nulla alia inter se differentia, nisi quod hæc serpenti, illa uulpi sit prior specie coloris. Ex colore igitur morbi iudicanda humoris qualitas, qui plærunq; pituita aut atra bilis est: quapropter prius hæc purganda, deinde loci cura adhibẽda. Sunt illi quoq; capitis morbi, tussis, grauedo, pituita, catarrus: distillationes omnes ex humore nimio. Pituita siue grauedo per nares humor, græce coriza. Catarrus per fauces, quãdo læsæ sunt aspritate arteriarum. Ex humore congesto tussis prouenit, græce βράγχος. Morbus quidẽ arteriarum est, nec solum è capite, sed quandoq; ex uehementi conatu uocis, quandoq; autem ex aere frigido, interdum & ex calore febris. Inueterata difficile tollitur. In qua iubet Alexander eductionem fieri calculorum. Paulus Aegineta in missione sanguinis illos deduci se dicit uidisse. Distillat enim humor ex capite, interdum in nares, quod leue est: interdum in fauces, quod peius: interdum etiam in pulmonem, quod pessimum, ut ait Celsus. Capitis dolori Diocles origani simul & hyssopi decocti gargarizatione iubet occurri: quod si fiat singulis mensibus, & caput & pectus sanum seruabitur, succus etiam cauliũ & hederæ naribus, temporibusq; illitus proderit. Galenus si ex frigida causa, calidorum fomentis, tum laurino cæterisq; olcis calidis oblini præcipit. Si autem ex calida causa quæ est omnium potentissima, frigidis curandum. Erasistratus si calido capiti sit in sole ambulandũ, monet spongiam latam aqua humentem supra uerticem poni. Plinius ambulationem capitis dolori, sicut & phthisi nauigationem, stomacho uectationem maxime prodesse ait.

De morbis capitis
Fluxus ca pilli
Porrigo
Sycosis
Achores
Area
Alopecia
Ophis
Phthiriasis
Dolor capitis
Cephalea
Hemicranea
Syriasis
Melicerides
Atheromata
Steatomata
Phalacris
Mochtheria
Alopecia
Ophiasis
Tussis
Grauedo
Pituita
Catarrus
Distillationes
Coriza

OCVLI

Oculi

EQVVNTVR oculi, in quibus pulcherrimũ naturæ opus licet aspicere. Alcyonus Crotoniata physicus, qui primus exectionẽ aggredi ausus est, & Callisthenes Aristotelis auditor, ac Herophilus, postremo Aetius qui ante se medicorum dicta coniunxit, multa & uaria in hoc genere in lucẽ protulere. Duas esse angustas semitas, quà nerui à cerebri sede in qua est sita potestas animæ, ad oculorum utranq; cauernam tanquam ex uno principio diuersis flexibus deriuarẽt. Idq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Palpebræ ex eo intelligi quod alter sine altero moueri nequeat. Oculi uero continentiam, quatuor tu-
Genæ nicis disparili soliditate tribus quoq; humoribus, postremo palpebris munitam notauerũt.
Anguli Prima tunica reticulata appellata ex neruo uisiuo ducta. Altera quæ uua dicitur acini simili-
Conchum tudine tenui membrana in medio pupillæ. Tertia post has cornea nominata crassiore mem-
Iris brana. Quarta quæ omnes tegit alba est, ex osse capitis quod uocant pericranion ducta. Hu-
Morbi o- morem primum & uitreum dicunt, quod & similitudine & materia uitro conflato sit simi-
culorum. lis, tunica circundatum reticulata. Alterum post hunc crystallinum ob claritatem, qui pupil-
Sclero- læ prætenditur. Tertium ouatum quod oui albugini comparetur extra apparens. Igitur ex
phthalmia omnibus his crystallinus tantum lucem præbet. Reliqui duo humores ad illum tuendũ po-
Xero- siti sunt. Palpebras autem ut alterum extra munimentum contra noxia natura cõstituit. hæ
phthalmia scissæ non coeunt. Inferiores appellantur genæ. Anguli quoq; alter ex parte nasi maior, alter
Hypospha- minor appellatur: hos græci κάνθους uocant. Oculi cauum κόγχον appellant. Iris circa pupil-
ma. lam. Aristot. in lib. de animali. ait oculos nigros ex ingẽti humiditate prouenire. copia enim
Hypospa- nigri humidum facit. Nec tamen longe aspiciunt, sicuti in mari apparet glaucum ipsius uisi-
thismus bile. Minime uero profundum terminatum nigrum & ceruleum apparet. Minus aũt aqueũ.
Trichiasis Morbos eorum penè innumerabiles ex Aetij, Oribasij, Pauli, Celsi commentarijs breuiter
Gramiæ adnotaui. Ophthalmia, Sclerophthalmia quando præ duritie palpebræ uix è somno ape-
Chemosis riuntur, sordesq; in angulis subsiccæ remanent, oculiq; propterea subrubri. Xerophthalmia
Pterygium prurítus oculorũ sine reumate à siccitate dicta. Hypospha lma ruptio uenæ ex ictu & plaga
Atherom. plerũq; procedens. ἀπὸ τοῦ σφάττειν. Hypospathismus cũ reuma multũ & calidũ per oculos
Melicerides fertur, ac propterea uultus ruber apparet. Trichiasis eruptio pilorũ præter naturã in ordine
Steatoma. palpebræ ex reumate procedens. Gramias oculorum Pli. appellat, quas Nonius pituitã ocu-
Trachoma lorũ dicit esse, unde gramiosi oculi. Chemosis χήμωσις, quando ex tumore uehemẽti utræq;
Crethe palpebræ conuertuntur, ut uix liceat conniuere, & album supra nigrũ attollitur ac rubescit:
Chalazia utilis huic missio sanguinis. Pterygium membranula neruosa oriens sub angulo, quæ ita au-
Sycosis gescit, ut quandoq; pupillam operiat, si magna & inueterata sit, chirurgica eget manu: si me-
Lago- diocris, tantum collyrijs. Palpebrarum uitia quæ extra apparent: Atheromata, Melicerides,
phthalmia Steatomata, quæ etiam inter capitis uitia dicta sunt. Intra uero palpebras, Trachoma aspe-
Ectropia ritas palpebrarum. Crethe κρίθη tuberculum quod nascitur in palpebra super pilorum loco
Synchysis hordei similitudine, unde nomen sumpsit, uulgoq; hordeolũ appellatur. Chalaziũ siue Cha-
Lithiasis lazia morbus crethe non absimilis, quando tuberculum album grandinis modo, unde no-
Ptilosis men trahit, innascitur. Sycosis σύκωσις palpebrarum extensio rigida. Lagophthalmia, quan-
Emphysma do contractis supra palpebris, apertis dormitur oculis more leporis. Ectropia uero contra-
Pforo- rius huic morbus, quando palpebræ deorsum conuersæ. Synchysis oculi cõfusio ob plagam
phthalmia aliquam ex qua pupilla turbatur. Lithiasis in conuersis palpebris alba & aspera. Ptilosis πτί-
Apoptosis λωσις, cum pili superioris palpebræ conuertuntur, pupillamq; impediunt: uel cum decidunt,
Diabrosis uel ordine duplici supernascuntur ex crassitudine palpebrarum. Emphysma siue Symphy-
Distochiasis sis tumor & inflatio palpebrarum. Pforophthalmia prurítus palpebrarum. Apoptosis cum
Phthiriasis pili palpebrarum decidunt. Sunt & illa palpebrarum etiam uitia. Diabrosis, Distochiasis,
Pityriasis Phthiriasis, Pytiriasis. In angulis uero hi memorantur morbi. Aegilops absessus in maiore
In angulis angulo curatu difficilis, antequam rumpatur ἀγχίλωψ. Anchilops appellatur. Encãthis caro
Aegilops in angulo maiore excrescens, quandoq; dolorẽ adferens. canibus hic frequenter, & inter ho-
Anchilops mines nautis. Rhydes oculi dicuntur, quando exulceratione uel Pterygio uel Encanthide
Encanthis tunc adfecti lachrymas emittunt, ἀπὸ τοῦ ῥύειν, id est, à fluendo dicti. Vlcera præterea in tuni-
Rhydes cis. & primum in Cornea Bothrium, ulcus curuum & angustum: Latius uero quàm hoc &
Bothrium minus profundum cœloma κοίλωμα. Argemon autẽ cum Iris albescit intus. ὑπώπιον, quan-
Cœloma do ex plaga tenui uenis fractis, sanguis suffunditur toto oculo, deinde nigrescit. Plinius su-
Argemon gillata appellat. Epicauma ulcus sordidum & impurum: ex cuius purgatione humida quæ
Sugillata sunt intus effluunt. Carcinoma absessus in Cornea difficilis curatu. Hypopyos item in
Epicauma Cornea, quandoq; profundum, quandoq; summum unguí simile. Ideo morbum hunc qui-
Carcinoma dam ὄνυχα appellant. Leucomata λευκώματα maculæ in oculis profundæ. Leuiores Nephe-
Hypopyos lion & maculæ & ulæ dicuntur. Phlictæna φλικταίνα ulcus in eadem parte. Oriuntur item
Leucomata in Tunica quæ Vuæ cognomentum habent: Proptosis πτῶσις ulcus Vuæ ex humore
Nephelion aut scissura Corneæ causam ducens. quæ parua adhuc & similis musculi capitis Myoce-
phalon

phalon dicitur. Aucta uero & similis Vuæ Staphiloma appellatur. Cum autem eò peruene- Staphiloma
rit ut palpebras feriat, mola. Si denique duritie calluerit Chlamys nominabitur. Phthisis Chlamys
quando pupilla angustior seu latior ex aliquo capitis morbo fit: ex quo uisa apparẽt esse ma- Phthisis
iora quàm sint. Circa crystallinum humorem solẽt hæc euenire: Glaucoma & Hypochyma, Glaucoma
quæ idem antiqui esse putauere, ut Rufus medicus testatur: Posteri uero Glaucoma morbũ
existimauerunt crystallini humoris mutati in glaucum colorem: Hypochyma uero humo- Hypochy
rem concretum circa pupillam in medio cornex & crystallini lucem impedientem. Sunt au- mata
tem Glaucomata incurabilia: at Hypochymata plæraq; curantur. Amaurosis ἀμαύρωσις ob Amaurosis
turatio nerui uisiui incolumi pupilla. Hoc sanè uidendi impedimentum citra dolorem ali-
quem uenit. Amblyopia eadem ferè cum Amaurosi. Ecpiesmus dicitur ἀπὸ τοῦ πιέζειν, quan- Amblyopia
do ita premuntur oculi, ut exerti perseuerent, & plus iusto patentes sint, uti contingit athle- Ecpiesmus
tis in certamine compressis. Myopiasis ex ipsa genitura est. Myopes dicuntur, quando pro- Myopes
pius admota respiciunt, paulo remota nequaquã. Incurabilis sanè morbus ob uisiui spiritus
debilitatem: his contraria patiuntur senes, cum remota facilius aspiciant. Strabones nos: græ- Strabones
ci Strabismos: obliquus aspectus, corrigitur in infantibus, si lucernam ab fronte non ab la-
tere adspiciant. Drimiasis quando pupilla latior naturali apparet, & uisa minora ueris uiden- Drimiasis
tur. Coclites monoculi sunt, unde cauillus Plautinus in eum qui altero captus oculo fuerat, Coclites
de coclitum genere ipsum appellauit. Nuscitiosi ut ait Festus, plus uident uesperi quàm me- Nuscitiosi
ridie, nec cognoscere possunt nisi quod ad oculos admouent. Hic idem ferè morbus cum
Myopiasi: quapropter satis putauerim corruptum uocabulum anetymum delẽdo, græcum
potius sequi & Muscitiosi scribendum. Aethiopes statim à genesi frontem stigmate notant, Aethiopum
ut capitis & oculorum humor apud eos peculiaris hoc pacto exiccetur, ut tradit Actius. mos
Aristoteles de animalibus ait, Glauciores oculi propter humoris paruitatem interdiu me-
lius cernunt. Nigriores noctu ob debilitatem, quod minus à uisibilibus & luce mouentur.
Igitur hi Nyctilopes dicuntur, & iuuenes frequentius ob nimium humorem. Copia enim Nyctilopes
humoris, ut supra dixi, nigrum reddit. Leucoma uero oculis glaucioribus & siccioribus ue- Leucoma
nit: Quapropter magis senescentium humoribus. Item dicit oculos in situ modico signum Physiogno
esse optimorum uirorum, in recessu autem cauo improborum. Qui minimum cõniuent im- mia oculorũ.
pudentes, qui multum inconstantes. Homo tantum inter animalia uarijs oculis. Præterea ut Oculi in ho
cauda leonibus, aures equis: sic oculi hominibus animi sunt maxima indicia. Sunt & illa ocu minibus ani
lorum epitheta, torui, obliqui, limi, peti. Ocularibus uitreis adiumento uisus usos fuisse n- mi indicia
tiquos sicuti nos, nusquam reperio, uerisimile tamen est, quum & illis sensus per ætatem defi- Oculorum
cerent. Plinius libro vij. Præmoritur inquit uisus auditusq; in homine. Est hodie Camerini remedia
familia quædam quæ oculorum morbos omnis curat, singulari quadam naturæ dote uerius
quàm disciplinæ studio: uirtutem hanc paterfamilias filio natu maiori per manus tradit. O-
culos ex omnibus minimum attrectari iubet Galenus: si leuis morbi sit causa, tantum noxia
subtrahenda, quæ quatuor sunt, Fumus, sol, lectio, uinum immodicum. Aqua prius tepida,
deinde frigida diluendi: & si oporteat, lacte & oleo roseaceo liniendi: si altior incubuerit cau
sa, quæcunq; illa sit, maxime hoc remedium proderit in cõmentarijs Cæs. Augusti repertũ.
Piper & crocum teres diligenter cum uino æque ac succo fœniculi: quibus mellis attici mo-
dicum simul & sellis uituli seu uulturis addito: deinde hoc collyrium in pyxide reponito, ad
omnes oculorum morbos utitor. Aciem quoque restituit teste Plinio aquilæ fel cum myr-
rha & nitro simul tritum. Item passerini oui album cum melle attico. Cinis denique hirun-
dinis impositus.

NARES.

DE NARIBVS uero quæ iuxta sequunt Galenus sic ait. Quod Diaphragma Diaphragma
diuidit nares, altera pars in ora descendit & attrahit spiritum: Altera sursum re-
cta tendit ad uentriculos anterioris cerebri partis, unde & cerebri ipsius excre-
menta purgantur. Itaq; olfactus impeditur non tam ob nasi poros obstructos,
quàm ob intemperiem ipsorum cerebri uentriculorũ: aut humorem in eis ad-
gestum. Sternutamenta hinc quoq; procedũt, quod uentriculo ipso spiritu inflato ob frigus
calore resoluitur, crepitumq; emittit, quod angusta uia dimissum ui subita abrumpitur. Na-
rium morbus Polypus teste Paulo, ex eius animalis similitudine: ut ille acetabulis inuadit Polypus.
uenantes, sic iste nares occupat usq; ad sermonis & anhelitus impedimentum. Ponitur inter

Ozæna Nasones Simones Aquilini

carcinomata penè incurabília. Ozæna ulcus item narium altitudine usq; ad Isthmiam, prohibens odorem. Ex nasi quoq; forma Nasones, Simones, Aquilini appellati. Ad iudicium quoq; pars hæc traducitur. Nam & stili nasus Plinio, & Rhinocerotis nasus Martiali: & nasutos homines, & emunctæ naris dicimus iudicij seuerioris, quod purgatis naribus magis olfacimus. Nepetæ succus naribus supino infusus, sanguinem elicit. Stillationem narium ex humore reprimit, ac sternutamentum facit Ocimi semen tritū naribus immissum. Itē potū capitati folia cōmanducata. Item oleum calidum si naribus immittitur eunti dormitum.

AVRES

AVRES secundum Aristotelem totæ ex cartilagine & carne constant. Interior pars cocleæ anfractui similis. Hinc ad cerebrum tractus & oris palatum pertinet: ac uena de cerebro descēdit eidem. Morbi uero his Aetio & Galeno authoribus, cueniunt partim ob frigus uel ob cutis tumorem uel sonitum altius neruum penetrantem, maxime uero inflatio spiritus exitu prohibiti dolorem parit: qui cum grauedine sit, in causa pituita erit & crassus humor. Fiunt & intus soni quandoq; ob eandem causam. Otalgia appellatur carū morbus. Cophosis surditas. Dysecoia cum difficultate auditus. hos surdastros, illos surdos dicimus. Qui ex genesi aut inueterati, difficile tolluntur. Parotides quoque his locis nascuntur ex capitis humore huc descendente & aggesto. Sunt & quandoque sine tumore, quibus occurritur per cucurbitas & frequentes Pyrias. Est & Thlasis aurium etiam morbus. Auribus magnis stultitiam Physiognomizat Aristoteles.

Otalgia Cophosis Dysecoia Parotides Thlasis Aures magnæ stultorum

OS, DENTES, LINGVA, FACIES

OS in primis munitur labris & dentibus. Hinc Labeones, & Dentati, qui cum his nascuntur, ut Curio Dentato cōtigit. Dati sunt homini à natura, ut tradit Aristoteles, cibi sermonisq; gratia: quibusdam uero animalibus pro armis, ut qui serratos habent & exertos. Homini commode instituti. Primi acuti ut secent, maxillares lati ut molant: Medij uero qui uocantur canini, qui amborum naturam seruent. Infanti circa VII. mensem nascuntur tres, quo tempore inflammantur gingiuæ, quas oportet digito iugiter tenuare. Priores quod celerius nascantur pueris decidunt & renascuntur. Vltimi qui genuini appellantur, xx. anno prodeūt, à nonnullis senescentibus iam. Hæc Aristot. Pollux uero ait. Dentes xxxij, numero solere esse. Frequentes uiræ longioris indicium solere monstrare. Pyrrhum insuper regem Epirotarū dentes habuisse uno tantum osse continuo, lineis summis in figuram dentium distincto. Idem cōtigisse & Euripheo Cirenæo. Sed & Mestori Cyprio patri Nicoclis regis, ad quem Athenæus sophista scripsit protrepticos, natus est filius Timarchus, qui ut scribit Aristoteles, duorum ordinum dentes utrinq; habuisse fertur. Galenus omnino ait dentes pati ex nutrimenti eis præbiti siue copia siue penuria. Hæc ficciores & tenuiores facit. Illa tumidiores gingiuas reddit: quæ uti solent cætera superflua, euacuatione curabuntur. At tenuitatis nullum remedium, quod in senibus accidit. Parulis παρουλίς, tumor ipse gingiuarum dicitur. Cui nisi per pharmaca occurratur in pus ueniunt. Epulis ἐπουλίς item tumor iuxta dentem genuinum, quandoq; cum febre & dolore uehemente, adeo ut hiare prohibeat. Aristot in problem. ait dentes magis frigida, carnem uero calida sentire. Præterea dentium stupori portulacam cum sale mederi. Plin. uero eorum doloribus acetum calidum in ore retentū, ad candorem quoq; facere testam marini conchilij sale plenam atque combustam. Mart. Anicnis aquam dentes & ebur albos facere testatur. Lingua hominibus gustus sermonisq; gratia data. lingula uero siue γλωσσὶς à natura constituta, ut arteriam quæ à cibo infestatur operiret. Eam habent tantū uiuipera, quibus pulmo, & cutis pilo intecta. Quibus uero cortex ac penna operimētum: guttur uice linguæ contrahitur & deducitur. Linguam uero alia retinent intus ut formicæ, alia foris ut muscæ aculeum. Tabanis acutissima, conchis uero mordax. Hæc Aristot. Aetius uero commemorat Batrachum tumorem uocari sub lingua maxime pueros infestantem. Ancyloglossi ἀγκυλόγλωσσοι ex ipsa genesi nascuntur, cum membrana opponitur linguæ inferius. Ex morbo fit quando ulcere præcedente dura macula lingua subsidet. tales male pronunciant. Ideo à quibusdam Mogilali μογίλαλοι appellati, manu chirurgi curantur. Muti item & surdi testē Plinio. Aphthæ ulcera etiam in ore summo, infantibus plærunq; peculiaria uitio lactis quo

Genuini Pyrrhi dentes monstrosi. Parulis Epulis Lingua Lingula Batrachus Ancylogloßi Mogilali Aphthæ

nutriuntur calido humore corrupti. Oriuntur & ætate perfectis, quando humoribus eò calidis concurrentibus tumescunt ora aspectu sanguineo. Denique facies ipsa, quæ ad contemplandum cœlum, rerum omnium conditorem erecta hominibus tantum data est, uarijs infestatur morbis. Quem uocant ἴουλον, nos teste Celso uarios dicimus. Tumor est paruus & durus in facie ex humore crasso & calido, curatur per pharmaca mollientia. Fiunt & Ephelides ἐφηλίδες seu stigmata, non enim altius penetrant. Celsus scribit quod in facie ueniunt uarij, lenticulæ, ephelides; quæ curari ineptæ sunt, cum uulgo notæ sint. Verrucæ tumores in uultu, græci μυρμηκίας. hos Festus sicut & hodie uulgus Cossos appellat. Fiunt quoq; τραχῶνες ex humore, ex capite pityria adfecto. Serpunt q; usq; ad ceruicem, quandoq; dolorem adferentes, & prurītum, ut ait Aetius. Scribunt Hippocrates & Celsus, Qui faciem diu pallidam aut liuidam gerunt, uel capite uel uiscerum aliquo laborant.

Faciei morbi Varij ἴουλοι Ephelides seu Stigmata Lenticulæ Verrucæ seu Myrmeciæ Facies pallida

GVTTVR, FAVCES

GVTTVRIS utrinq; fauces sphrangitides. Alteræ sursum procedentes ultra aures Cariatides dicuntur. Glandulæ item positæ in ipsis ceruicibus quæ interdum cum dolore intumescunt. Deinde duo itinera incipiunt: Alterū asperam arteriam nominant: alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, Stomachus interior ad nutrimentum: illa spiritum, hæc cibum recipit. Ipsa autem arteria dura & cartilaginosa in pectore adsurgit: cæteris partibus resedit. Constat & articulis quibusdam compositis ad imaginem earum uertebrarum quæ in spina sunt. Ita tamen ut ex parte exteriore aspera, & interiore stomachi modo leuis sit, eáq; descendēs ad præcordia. Iugulum ipsum recuruum inter ossa mollissima, altero sursum, altero deorsum capite in exiguo sinu pectoralis ossis resedit: Et cum lato osse scapularum, infra caput eius neruis & cartilagini connectitur. Faucibus quoq; morbi ueniunt. Qui omnes in difficultate spirandi consistunt. Dum modice est, neq; ex toto strangulat, δύσπνοια dyspnoia. Cum uehemēter ἄσθμα Asthma. Cum uero id accessit, ut nisi recta ceruice spiritus trahatur: ὀρθόπνοια Orthopnoia. Hæc Celsus. Sed & alij quoq;, & gutturis & faucium à Paulo Aetio ac Celso traduntur authoribus Anginæ. Cuius tria genera, Synanche, Cynanche, Parasynanche. Præterea Paristhmia, Vua, Tonsillæ, Struma, Dracōtium, Cion, Aneurysma, Broncocele. Anginam teste Celso græci συνάγχην synanchen uocant: morbum in faucibus acutum, quando nec tumor, nec rubor ullus apparet, sed & corpus aridum, uix spiritus trahitur. Quādo uero lingua fauces q; cum rubore transeunt, uox nihil significat, cynanche κυνάγχη. Vbi autem tantum rubor & tumor est, nec cætera, Parasynanche παρασυνάγχη. Aretæus medicus dicit his morbis causas esse plures. Frigus aut plagam seu frigidas potiones. Archigenes occultam dicit Synanches causam, in quosdam descendentem neruos uim respirandi iugulantes. Paristhmia quando loca gulæ angusta præcluduntur, aut potione nimia uini aut haustu subito alicuius alterius rei, maxime acorem habentis, unde uehemens & subitus dolor. Vua, ut est author Galenus, similis Acino in summo gargarismi proueniens. Est & quem uocant Cion siue cionida, tumor item in gutture. Quādo enim aut ex ieiunio adeo tenuatur ut lori modo fit flexibilis: tunc chirurgia auferre iubet Leonidas medicus. Aetius de utroq; morbo sic ait. Excrescens caro in faucibus, ex rheumate uocem impediens, prælonga & tenuis, cion à columnæ similitudine. Pinguior uero tum profundior ac rotunda, Vua ab acini dicitur figura: quæ si catholicis non curantur remedijs, id est, sanguinis missione & purgationibus, ad chirurgiam recurrendū. Aneurysma ἀνεύρυσμα tumor est arteriæ præclusæ, ut ait Galenus, è sanguine & spiritu causam trahens. Fit autem cum uulnerata arteria pellis nequaquam superinducitur, sed serpit iterum materia ac redit eódem. Strumæ tumores in gutture ueluti glandulæ, quas græci ἀδένες uocant, uulgo Scrophulas, nec discrepant à græco uocabulo, cum illi χοιράδας etiam uocent. nonnulli tamen χοιράδας eas dicunt, quas Tonsillas Plinius uocat: est enim caro durata circa guttur, & alas, & inguina, nominis etymum ἀπὸ τῶν χοιράδων, quæ petræ scopulosæ in mari dicuntur, uel à porcis quod huiusmodi morbo infestentur. Fiunt enim duo pluráue quælibet sua inclusa pellicula, sicuti stromata uel atheromata. Quandoq; chirurgica egent manu. Broncocele, tumor est ceruicis inter cutem & asperam arteriā: quando hebes caro melli apí ue similis cluditur, ut ait Celsus. Dracontium morbus apud Indos & Aegyptios in membris musculosis proueniēs, uidelicet gutture, brachijs, coxis, cruribus.

Sphrangitides Cariatides Iugulum Dyspnoia Asthma Orthopnoia Angina Synanche Cynanche Parasynāche Paristhmia Vua Cion Aneurysma Struma Scrophulæ Tonsillæ Broncocele Dracontium

Universidad de Deusto
Biblioteca

Soranus medicus

Soranus medicus hoc ex animali quodam simili inter cutem innato dicit procedere: Paulus animal esse negat: Nos Alatri inter Hernicos hodie malum hoc frequens cognouimus. Ducuntur que pro remedio noctibus per urbem irrequieti, crepitantibus simul æreis uasibus, præsertim initio morbi. Spinam teste Plinio è faucibus eijcies, si nudis in aqua pedibus consistes.

Spina

CERVIX.

Spondyli Epistrophe Axis Atlas Tenontes

CERVIX siue collum, quod græci πράχηλον δ' αἰρέμ ἀνχένα dicunt, medium inter humeros & caput, nodos seu uertebras habet septem, quos illi spondylos, Homerus astragalos appellat. Primus Capiti proximus Epistrophe. Hippocrates Dentem uocat. Duas habet iuxta caput probolas eminentes, quas cornices appellant. Secundus Axis à mobilitate dictus. Duas probolas habet, altera primum, tertium altera attingit nodum. Vltimus ex omnibus Atlas spatulis proximus, quod baiuli modo ac turbinis onera sustineat. Sustinetur præterea collum neruis, quos à robore & firmitate Galenus & Pollux τένοντας, id est, tenontas appellant. Morbi deinde ipsius Tetanon, Opistoton, Emprostoton, unus tamen morbus. Spasmus quidem est concreto ferè toto corpore è frigido humore, maxime circa spinam musculorum, adeò quod flecti nequeat. Quandoque ex anteriore corporis parte, uocatur que Emprostoton, quandoq; è posteriore, dicitur que Opistoton. Interdum recto corpore, uocatur que Tetanon. Hæc Paulus. Pelops uero græcus author Spasmum, id est tensionem hoc malum appellat, & Syntomen musculorum ac neruorum circa collum, causam dicit esse musculos crasso spiritu ac frigido refertos. Quapropter non humidam sed siccam pyriam: tum sicuti in spasmo euacuationem his mederi. Signa morbi, difficultatem anhelitus, motum arteriarum paruum ac tenuem, ruborem q; in uultu, tum oculos tumidos, urinam ferè aqueam uel sanguineam.

Morbi Tetanum Opistoton Emprostoton

Pelops medicus Spasmus Difficultas anhelitus

THORAX ET EIVS PARTES

Thorax Clides Olmos

SEQVITVR thorax: Pars secunda corporis, quam ab initio proposui. Hic, ut ait Pollux, à ceruice usq; ad coxas protenditur. Scapulæ quæ ceruici continuat. Os latum Scapularum utrinque tendit. Græci κλεῖδες & ὦλμον uocant. Scapulas uero ipsas ὠμοπλάτας. Postea sequuntur humeri, dorsum, renes, tergũ, lumbus, spina quæ renes diuidit medios. Humeris iuncta brachia, sub brachijs alæ, sub alis latera, sub lateribus succinctum, quod ὑπόζωμα uocant. Nunc singulas resumã partes. Dorsum ponè pectus. Cuius partes scapulæ & spina, infráque è regione uentris lumbi communesq; partis inferioris, & superioris costæ octonæ. Nã de hominibus gentis Turditanæ, quos septenis costis ferunt gigni: nullus idoneus est author. Spina dorsi cartilaginea est, principium & ipsa ossium sicuti cor uenarum. Nam à spina ossa continuãt, ubi nodi seu uertebræ neruis colligantur, quæ sunt numero decem & septem. A quibus costæ duodecim, utrinque exeunt. has πλευράς uocant, quarum aliquæ pectori iunguntur, aliquæ circa thoraca desinunt. Quæ pectori iunguntur octo. Harum quædam legitimæ, quæ magnæ sunt: quædam spuriæ dictæ, paruæ, ac pectori propinquiores. Hinc dolor pleuretis, id est, lateris tius, cum febre plærunque & tussi ac anhelitus difficultate: interdũ etiam sine febre, ut Paulus scribit. Renum uitia διαβήτης diabetes, ut Aetius tradit. Inueteratus hic morbus ex humore prauo congesto maximam inducit sitim. Potoq; ob debilitatem statim urina emittitur, uocatur que diabetes, quod speciem Siphonis præ se ferat. Aretæus addit & uisceribus eos ardere, nec diu uiuere. Curantur humoris prauí euacuatione. Fit & calculus in renibus, in pueris præsertim defectu concoctionis, qui morbus & uesicæ accidit, uocatur q; lithiasis. Thorax quoq; laborat doloribus, quæ thoracis appellantur, est & eius morbus Empyema ἔμπυημα, qui per uacua thoracis seu succinctum uertitur, procedens uel ex sanguine commaculato uel alicuius uisceris ulcere. Hinc statim phthisis solet sequi.

Pleuretis dolor Renũ uitia Diabetes Calculus qui & Lithiasis Empyema

Signa, grauitas thoracis, tussis breuis & sicca doloribus admixta, ut author Paulus. Pectori iunctæ, Mammæ tantum hominibus & uespertilioni, ut ait Clearchus Solensis.

Viscera.

VISCERA, INTESTINA

INTERIORA aut uisceribus, aut intestinis continentur. Viscera sunt cor, cerebrum, pulmo, stomachus, lien, hepar. Intestina ex stomacho pendent, orbibusq; implicitis excrementa excipiunt ac reddunt. Nunc uiscera considerabimus. Quorum præstantissimum Cor, principium sanguinis & uenarum, præsertim Magnæ & Ahortæ. Hoc membrũ ex omnibus minimũ adficit, utpote quod alijs deficientibus salutẽ & opem subministrat, situ in sinistra parte quod hæc frigidior dextra, caloréque ipsius foueri sit necesse. Reliquis animalibus in medio pectore. In pilcibus mucro turbinis caput spectat. Eius discrimina, amplitudo, exiguitas, durities, mollities: hebetibus sensibus durũ: ingeniosis mollius: timidis magnũ quod calorẽ proportione non habeant. At parũ caloris in magno conceptaculo exolescit, ex quo sanguis frigidior fit. cor magnũ, pportione lepori, ceruo, muri, hyenæ, asino, pantheræ, mustelæ, reliquisq; timidis. Vni omnino homini salit propter adfectus. tum iugiter pulsat. Hæc Arist. Galenus ait cordis calidi signa, respirationes, & motus arteriarũ magnitudo ac densitas. Præterea audacia & in rebus gerendis promptitudo, pectus latũ, ingens thorax, deniq; toto corpore calor: contraria his signa frigidi. Circa cor præcordia sunt, græce φρένες ἀπὸ τῶν φρονεῖν. i. sapere. Hæc pars cor ac pulmonẽ discriminat, ut Aristot. Celsus ait. Sub corde & pulmone transuersum ex ualida membrana septũ est, quod Diaphragma græci appellant: hoc à p̃cordijs uterũ diducit, est q; neruosum, multis eò uenis discurrentibus. In parte igit̃ præcordiorũ titillatio fit ob pellis tenuitatẽ, quibus telo transfixis usus est quãdoq; aliquis ridendo mori, ut Arist. & Pli. authores. Pulmo spirãdi officio delegat̃, hunc omnia terrestria retinẽt. Pisces eius loco branchias habent, præter Balænas & Cetos ac omnia quæ resiliunt, ut scribit Aristot. A Celso fingitur spongiosus, & ideo spiritus capax. Spinæ quoq; à tergo ungulæ bubulæ modo diuisus iungit̃. Paulus morbũ eius πνευμόνιαν appellat, quando tumescit, plærũq; ex uehemẽti catarro, uel asthmate, uel pleuretide. Hos sequit̃ difficultas anhelitus, febris, sitis, & in ore rubor. Pulmo suillus & agninus, ut ait Paulus, pedẽ ex calceo læsum sanat, uulpinus si liquefactus potetur asthmaticos, Marinus pulmo recens contusus podagras. Hepar à dextera parte sub præcordijs, ab ipso diaphragmate siue septo nascens, intrinsecus cauũ, extrinsecus gibbum, quod ꝓminet uẽtriculo resident, & in quatuor fibras diuidit̃. Hoc ut ait Aristot, secundũ locũ inter uiscera obtinet. Sanguinis est post cor receptaculum. Hepaticos uocat Aetius sicuti & stomaticos & cœliacos, qui citra tumorẽ adeò eo membro debilitant̃, ut ex eo sanguis per uentrẽ effluat. Galenus ait ꝙ more splenis hepar etiã tumescit quandoq; & indurat, ex quo sitis sequit̃, & cibi inappetentia. Idẽ hepatis frigidi signa ponit angustiã uenarũ, pituitam, & sanguinẽ cum toto corpore frigidiorẽ, nisi forte cor calear. Contraria his calidi. Hepar aprugnum nuper exsiccatũ atq; contritũ ex uino facit ad serpentiũ morsus. Anthiæ siccũ epotũ ad calculos. Canis rabiosi assatũ atq; manducatũ ad eius morsus. Lacertæ ore contritum ad dentiũ dolores. Caprinũ itẽ assatũ ac oculis perfrictũ ad Nyctilopas. Fel sub hepate apparet angusto ore, fundo ampliore, cui peculiaris amaritudo. Volatilibus amarior q̃ quadrupedibus. Calidior aũt ac siccior flauus q̃ pallidus, flauo itẽ uiolaceus. Hoc multa carent animalia. Splen græce λίπη in sinistra parte ex hepatis regione: eius substantia mollis ac tenuis, & humore apta recipere crassiorẽ. Nam & sanguinis facẽ & partẽ trahit, & hunc humorẽ melancholiã Galenus uocat. Hic sanguinẽ per arteriã trahens ac tenuans seipsum nutrit. Eius natura signis extrinsecus deprehendit̃, si frigidus an calidus, ex patientia & impatientia frigoris, ciborũ delectationibus & alijs. Celsus ait: Lien sinistra non diaphragmati, sed intestino innixus natura mollis, paulum à regione costarũ in uterũ excedens, maxima parte sub his conditur. Trahit ab hepate melancholicũ humorẽ, qui sanguinis fæx existimatur. Morbus eius quando tumescit, primo cum dolore, deinde citra dolorẽ durescit: his os fœtidum, ulcera in coxis. Intemperantius is cum uenerit curabit̃, sicuti aquæ morbus. Arist. de animalibus III. ait, Quoties in lunæ excremento plus diuertitur q̃ calor eius uisceris possit conficere, lienosi sunt. Plinius uero homines in Cauno insula pallido colore ac lienosos appellat. Hinc lienteria, leuitas intestinorum. Stomachus, ut ait Celsus, intestinorũ quidem principiũ, neruosus à septimæ spinæ uertebra incipit. Circa præcordia autem uentriculo connectit̃ pars quæ uocatur secũdum Pollucẽ, Os uentris sub stomacho sita iuxta pulmonem. Aristoteles pericardion uocat. Hæc receptaculum cibi est inter lienem & iecur posita. Stomachi frigidi signa

Cor uiscerum præstantissimum

Cordis calidi signa

Præcordia

Diaphragma

Titillatio

Pulmo

Pneumonia

Hepar

Hepatici

Cœliaci

Hepatis frigidi signa

Fel

Splen

Lienosi

Lienteria

Stomachus

secundum Celsum pallor, macies, præcordiorum dolor, uomitus in ieiuno, dolor capitis: re/
medium, clara lectio, deinde deambulatio, adsidue ungi, & lauari, uinum frigidum tenuecp̃
Hyptiasmus bibere. Hyptiasmus inter eius morbos. Qui, ut ait Galenus, est cõuersio stomachi & Atonia
Atonia ex humore imperante. Ex quo non facile concoquit. Curatur pharmacis siccãtibus. Nausea
Nausea fastidium stomachi dicitur ob prauum humorẽ circumstantem. Hanc comitat Anorexia,
Anorexia id est cibi inappetentia: pellitur olfactu aceti, tum alijs acutis odoribus. Bulimus βόλιμος,
Bulimus quem nos magnam famem interpretari possumus, cum ob famem stomachus deficit, paula/
timcp̃ adeo frigescit, ut partes extremæ destituantur. Curatur & hoc aceti aut panis à furno
Lygmus recentis olfactu, tum si extrema membrorũ aqua calida foueantur. Lygmus latine singultus
Stomachia sit stomacho ob saturitatẽ, uel quandoq; uacuitatem. Stomachia, id est σομαχία & σκιλιττία
Strabone teste, morbi quos Romanæ legiones in Arabia duce Aelio Gallo tempore Augu
Cardiacus sti senserunt. Meminit & Pli. li. xxv. ca. ij. Cardiacus morbus in ore uentris, quod græci an/
tiqui cardiam uocabant, accidit cum febre acuta, & motu arteriarum frequẽti & obscuro: re/
creatur olfactu spongiæ, & flabelli uentilatione. Celsus sic ait, Stomachum multa exagitant,
calor, inflammatio, exulceratio, pituita, bilis. In omnibus autẽ eius malis utenda exercitatio.
Sed utriũ uulgatum ante omnia est resolutio, quam græci Atoniam uocant, cum cibi nõ re/
nax est. his optimum balneum, lectiones, excitationescp̃ superioris partis: perfundi frigida,
Intestinorum & cibi frigidi qui nõ facile concoquant. Deinceps Intestina dicenda, quæ ut diximus, è sto/
sex nomina macho pendent, initiumcp̃ trahunt. Nomina eorũ sex, ab dextro latere duo, ieiunum, gracile,
Ieiunum totidem ab læuo, rectum, cæcum. Colon ieiunum dicitur, quod nuncp̃ quod accipit conti/
Gracile net, sed protinus in inferiores partes transmittit. Inde tenue intestinũ est renibus uehemẽter
Ab læuo implicitũ. Orbes uero eius per membranulas inferioribus conuertuntur, qui in dexteriorem
latere partẽ conuersi, & è regione dexterioris coxæ siniti, superiores tamen partes magis complẽ/
Rectum Deinde ad intestinũ cũ crassiore altero transuerso cõiunctũ. quod ab dextera parte incipiẽs
Cæcum in sinisteriorẽ peruiũ, ac longũ est in dexteriorẽ. Id ideo Cæcũ nominat. At id quod peruiũ
Colon est, late fusum atcp̃ sinuatũ, minus q̃ superiora intestina neruosum, ab utracp̃ huc atcp̃ illuc uo
lutum sinistriores inferioresq; partes tenet. Contingit iecur atcp̃ uentriculũ, & deinde cum
quibusdã membranulis ab sinistro rene recuruatum in imo dirugatur, qua exeunt: ideocp̃ ibi
Ileon rectũ intestinũ nominatur. Gracile intestinum Ileon, plenius Colon dicunt. Est enim Colon
Colon pars crassioris intestini, ppaginẽ habens, sertur ab dextro in sinistrũ latus modo zonæ. Huic
dolores maximi, qui appellant Colici, uel propter crassum pituitosumcp̃ humorem, tunicas
ipsius operientẽ ac spiritũ prohibentẽ: uel acutũ calidumcp̃: ante etiã tumorẽ inflammatio/
Ileus nemcp̃ spiritus utcunq; torquet, sæpecp̃ aditu intercluso, excrementa per ora emittunt. Ileus
intestini gracilioris morbus eodẽ ferè effectu ἀπὸ τοῦ λεῖν, id est uertere. Huic multa medent.
Tum subitaneum illud, Psellum ex aqua frigida epotum, ut Paulus.

VENTER



Aqualiculus ENTER ipse quem tertiam esse corporis partem diximus, intestinorũ excre/
mentorumcp̃ conceptaculum est. Huic sumẽ seu abdomen adiungitur, cuius
postremum Aqualiculus dicitur. ut placet Aristot. Huius morbi complures à
Paulo, Aetio, Galeno ac alijs memorant. Cholera, Dysenteria siue Tormina,
Tinesmus, Liẽteria, Cœliacus, Syntexis, Tormina, Vermina, Epneumatosis,
Cholera Emphysima, Fluxus. Igitur Cholera numero plurali, uentris turbatio facta & per inferna &
per uomitum ob cruditatem & prauos humores aggestos, Cholera uero numero singulari
Dysenteria pro bile ponitur apud Lampridium tantum in Alexandro. Dysenteria, ut tradit Archige/
nes, ulceratio arteriarum ac uiscerum perseuerans, ex causis extrinsecus, uidelicet frigoris, ca
loris, potionis, cibicp̃ minime concocti aut acuti. Habet similitudinẽ cum Tinesmo, qui uo/
luntas est inefficax excreandi, sanguinis tantum aliquid emittens. Hunc morbum Celsus di
Tormina cit Tormina à latinis appellari. Lienteria, ut ex argumento nominis apparet, interiorum le/
Lienteria uitas & liquatio est. Fit sæpe præcedente Dysenteria, quãdo cibus citra coctionem liquidus
Syntexis excreatur. Syntexis quando humoribus eo` descendentibus simile quiddam flauæ bilis ex/
Cœliacus creatur. Generat è febre urente omnem extrinsecus humorẽ. Cœliacus morbus item, cũ uen
Vermina tri liquida emittuntur gratia debilitatis. Si ab autumno in hyemem durauerit, uix curabilis.
Epneuma Caula morbi superfluus, & alienus cibus, continua frigora, seu calores uehementes. Ver/
tosis mina uentris uiscerum'que dolores. Epneumatosis uentris inflatio, humoribus pituitosis in
uapores

uapores resolutis, ex mediocri calore. Nam ingẽs frigiditas haud omnino uaporem gignit,
quod nequaquam extenuat cibum aut resoluit: uehemens enim calor cibum digerit, medio/
cris in uapores cibum ex frigido humore conuertit. Aetius uero de his morbis sic scribit.
Epneumatosis seu Emphysima spiritus inflatio sub cute, quandoq; sub pelliculis & musculis Emphysima
congestus. Fit & in uentre, & intrancis, & in hydropico tympanite. Occurritur pharmacis
diaphoreticis pinguium humorum. Fluxus uentris, de quo Celsus ait. Vno die fluere aluũ, Fluxus uẽtris
sæpe pro ualitudine est, atcp̃ etiam pluribus dum febris absit, & intra septimum diem con/
quiescit. Purgatur enim corpus, & quod intus læsum erat utiliter effunditur: uerum si per se/
uerat, uomitu utendũ post cibũ. Item balneo ac frictionibus præter uentrẽ. Nascuntur & in
aluo uermes, quos græci ἕλμινθας uocant. Trium sunt generum, Lati, Teretes, & quos à uer De uermibus
mium similitudine Ascaridas illi uocãt, intestini recti extremo plurimũ reperti, sicuti in gra/ in aluo
cili teretes. Celsus hos omnis communi uocabulo lumbricos uocat. Idem aluũ deijciendum
suadet. Quæ si sit adstricta medicamentis quærenda deiectio. Adstrictam faciunt labor, se/ Duæ in uen
dile, quies. Lactantius duas in utero fistulas ponit, spalim & cibalem: hac cibus, illa potus. In tre fistulæ
uentris medio umbilicus ponitur: hic septimo die infantibus resoluitur magno sanè pericu/ Vmbilicus
lo. Nam ante resolutionẽ ipsam, ut ait Plutarchus in problematis: infans plantæ propior est
quàm animali. Quando tumet exomphalon uocant, aut intraneis eo concurrentibus, aut Exomphalos
certe carne supernascente. Moges medicus tris causas posuit. Aut intestinum, aut omentũ, Moges me
aut humorem in eum descendere. dicus

VESICA, GENITALIA, GENITVRA.

ESICA quarta pars corporis, quam græci κύστιν uocant in ipso sinu neruosa, Vesica
& duplex, ceruice plena, ac carnosa: iungitur per uenas cum intestino, eocp̃ esse
quod pubi subest, ipsa soluta liberior est, aliter in uiris, aliter in fœminis posita.
Nam in uiris iuxta rectum intestinum collocata, in sinistram partem inclinat. in
fœminis super genitale eorum sita, suprácp̃ elapsa ab ipsa uulua sustinetur. Tum
in masculis iter urinæ spatiosius & compressius à ceruice huius descendit ad colem. In fœ/
minis breuius ac plenius uuluæ ceruix se extendit. Ipsa autem Ilia inter coxas & pubem imo Ilia
uentre posita sunt, à quibus ac pube abdomen sursum uersus ad præcordia peruenit, ab exte
riore euidente cute, ab interiore breui membrana inclusum, quæ omento iungit. Qui Peri/
toneus à græcis uocatur. A Renibus duæ uenæ ad uesicã ferunt colore albæ, quas græci κρὰ/
φεας uocant, quod per eas inde descendentes uenæ in uesicam distillare incipiunt. Morbos
ipsius uesicæ uarios esse constat. Primũ quoniã hunc locũ urinæ receptaculum natura para/ Vrinæ pro
uit, eius prohibitio potissimum fuerit malũ. Prohibetur aũt viij. de causis, ut scribit Paulus, bibitio
Tumore, duritie, ἑρμιδώσει genitalis, paralysi, paraptosi itẽ genitalis, Sympathisi, διαῤῥυκλῶσις Tschuria
ulceratione, Lithiasi cum lapis in uesica generatur. Nomina uero retinẽdæ urinæ tria, Ischu/ Dysuria
ria quæ omnino prohibet. Dysuria, cum nõ quidẽ prohibens, sed cum difficultate emittẽs. Stranguria
Tertia Stranguria cum paulatim & cum dolore emittitur. Hinc testes sequuntur in mari/ Didymi
bus quos διδύμους græci uocant, non etiam pares, de quibus Celsus sic ait. Simile quiddam seu Testes
medullis habent. Nam sanguinem non emittunt. dependent uero ab inguinibus per singu/ Colei
los neruos quos Cremasteres κρεμαστῆρες græci uocant, cum quorum utroq; binæ descendũt Cremasteres
arteriæ & uenæ. Hæ autem tunica teguntur tenui & neruosa, alba super ea ualentior tunica, nerui
quæ interiori una parte inhæret, Dartor græce uocat. Membranulæ uenas, & arterias, eosq;
neruos comprehendunt, atcp̃ inter has duas tunicas superioribus partibus lenes perutilesq;
sunt. Hactenus propria cuique testiculo, & uelamenta, & auxilia sunt. Communis deinde Scrotum
utricp̃, atcp̃ omnibus interioribus sinus est, qui iam cõspicitur à nobis, ὄσχεον à græcis, Scro/ ὄσχεον
tum à nobis dicitur. Is ab una parte mediis tunicis leniter innexus est, à superiore tamen cir/ Enteroccle
cundatus. Sub hoc genere plura uitia esse consueuerunt, quæ modo ruptis tunicis, modo Epiplocele
integris, modo morbo aut pondere deductis eo` aut omento aut intestino, uocaturcp̃ à græ/ Hernia
cis Enterocele & Epiplocele, apud nos unico nomine Hernia dicuntur. Integris uero mem/
branis interdum eam partem humor distinguit. Eius species duæ, uel inter tunicas crescit, Hydrocele
uel in renibus. Quæ circa uenas & arterias sunt græci uno nomine Hydrocelen ὑδροκήλην Cirsocele
uocant. Præter hoc integris tunicis Ramex nascitur, Cirsocelen illi appellant, cum uenæ Sarcocele
intumescunt, ipsum Scrotum implent. Quum uero super ipsum testiculum neruum'que
eius id malum increuerit, ut alter sit altero maior, caro'que inter tunicas tristior, Sarcocelem
dicunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt. Interdum etiam inflammatione tumet ipse testiculus febresq; facit, cum dolor ad inguina peruenerit Bubocele. Genitale ipsum Coles dicitur. summum eius caput Glans appellatur. Cuius uitium aut si nuda sit, aut si contecta nudari nequeat, quod græci malum Phymosin φύμωσιν dicunt. Priapismus cum tentus Coles iugiter fuerit citra uoluntatem ueneriorum. Fit ex humore crassitudineq; Herneorū, inflammāte spiritu & calore mediocri. Cui rebus frigidis occurritur. Nascuntur & in glande Thymi, qui ulcera sunt carne supernata. Phymata etiā dicunt abscessus minuti in fistula urinæ, ut ait Celsus. Goniorrhœa γονιόῤῥοια huic parti solet accidere, genituræ uidelicet emissio minime uoluntaria, ex debilitate proficiscens. cui occurritur, ut idem dicit author, frictionibus, & gelido cibo ac potu, tum abstinendo à rebus inflantibus. Hermaphroditos quoq; inter huius loci uitia ponit Leonidas, eosq; diuerso genere. In uiris quandoq; circa Scrotum medium genitale apparet muliebre. In fœminis, item cum suo uirile. Curantur quandoq; Chirurgi manu. Fœminæ quoque genitale uulua. Cuius duæ partes, interior quem Euripides ἀμνίαν uocat, & exterior quam græci χοριον siue ὑστέραν. Nos locos & Secundas uocamus ubi generatur infans. Legitur hæc pluribus & ipsa malis obnoxia. Nam sæpe tumescit, aut ex plaga, aut defectu mēsium. Quandoq; ex ipsa geneſi clausa, aut operta est carne supernata: aut sinus ipse aliqua membrana circa os uuluæ obducitur. Hæc Philomenus. Soranus autem ipsam quandoq; durari ait, nulla cuidente causa, tumore neq; soluto, neq; in abscessum transeunte. morbus is σκίρωμα Sciroma dicitur, plerunq; circa ipsius cruicem prouenies. Fiunt aūt, ut author est Aspasia, in uulua Hydrocele & Bubocele in parte dextra, & Cirsocele, est enim tumor cum duritie, quæ omnia Chirurgia indigēt. Insuper & uuluæ strangulatio, & Hypercatharsis, cum fluente sanguine menses longiore tempore continentur. Est & fluxus muliebris, quem græce ῥοῦν uocant, differens ab Hæmorragia, quod hæc puriore sanguine emittitur. Fluxus uero hic marcente actabido, uitio diuturniore. Ruber plerunq; florentibus emittitur, albus uero defloreſcentibus. Si perennauerit, incurabilis uterq;. Tempus muliebre Plinius Menses, græci ἐμμηνια uocāt. Cōtingit circa annum XIII. raris antea, rarissimis postea: perseuerat usq; in annum XLV. quibusdā usq; ad L. raris ad LV. Durat autem dies sex, quandoq; vij, rarissime ix. Coeundi omnibus statuta tempora, præterq; homini, cui etiā post coitum pœnitentia, auspicium uidelicet uitæ à pœnitenda origine. Sed & locus postulat, quando de genitalibus diximus: ut de genitura pauca dicamus, quam æquiuoce latini, & semen, & geneſim ipsam appellāt. Semen quod græci γόνην uocant, ut est author Aristotel. homini proportione copiosius emittitur quàm cæteris animalibus. Hinc post coitum lassitas prouenit. Præterea toto exit è corpore. Argumentū est filiorum similitudo, ex paruis interdum corporis notis parentes referentiū. Mulieri uero, ut placet quibusdā, semen non emittitur, sed eius loco mensium sanguis: aut si emittit̄, paruū id quidem, nec neceſſariū conceptui. Viri genitura uim habet coaguli. Herodotus, ut ait Aristot. uera non scribit, nigram Aethiopū esse genituram. Quasi sit necesse omnia nigra esse, quibus nigra sit cutis. Animalia parua fœcundiora, quod semen in magnis abit in membrorū magnitudinem. Quare gallinæ Adrianæ, paruæ admodū, fœcundiores sunt. Genitale item magnum infœcundius, quod genitura longo itinere fistulæ refrigeratur, uimq; amittit. Semen ipsum in locos uuluæ concedens, ut ait Hippocrates, more panis in clibano, spiritu simul & humore inflante, adhibito calore extumeſcit. Cutis ex humore obducitur. Ossa paulatim coaleſcunt. Fœmina diebus xlij. Mas. xxx. absoluitur: quoniā in fœminis genitura humidior, debiliorq;, ac plus aliquantulū temporis expostulat. Signa concepti hominis uomitus & mulierū malacia. Ferūt x, nō amplius mēses, quædā vij. nullæ viij, quanto minus habet infans nutrimenti, tanto citius exit. Mares in hominū genere, quod calidiores mollioresq; in utero sunt, motuq; ipso frangant̄, citius pariunt̄. Fœminæ contrà longiore tempore in utero continent̄, ubi in lucem uenerint celerius conseneſcūt. Nam & pubes, & senīū illis, quod natura frigidiores debiliores q; sint, prius contingit. Deniq; sexus fœmineus tanq; naturæ detrimentū aliquod putandus. Natus uero alteri parenti similior, unde plus acceperit materiæ, eius q; magis refert sexū ac naturā, cuius genitura præualuerit. Sunt & futuri sexus signa quædam, si coitus matutinus fuerit, si in dextro latere infans conſederit mas erit, ut tradit Hippocrates. ut autem Aetius, si dextra mammilla tumidior fuerit. oraculū aūt si dextræ manus arteria uelocius pulsabit. Ambo uero contraria si fœmina. Partus uero difficultas, quam græci δυσοκίαν uocant, sit uel circa parientē, uel quæ iam peperit aut in locis uel extra.

Bubocele
Genitale
Coles
Glans
Phymosis
Priapismus
Thymi
Phymata
Goniorrhœa
Hermaphroditi
Leonidas medicus
Vulua
Secundæ
Loci
Philomenes medicus
Soranus
Sciroma
Strangulatio
Hypercatharsis
Fluxus muliebris
Hæmorragia
Menses muliebres
De genitura
Animalia parua fœcundiora
Conceptio Geneſis
Futuri sexus signa.

Circa

Circa parientem multæ sunt causæ. Debilitas naturalis, angustia uuluæ, tumor secundarum ante horam partus. Circa grauidam quando pondus præter magnitudinē formamq; naturalem gerit, uel si præter modū naturalem nascitur. In locis Dystocia fit quando uia angusta reddatur. Extra uero fit siue ob frigus cōcretum, seu nimium calorē uim naturalem dissipantem. Atocia uero medicamenta sunt apta faciundis abortiuis. Mulieris partus facilior, ut inquit Aristot. quæ laborat, neq; ociosa neu sellularia sit. Labor enim excrementa absumit quæ augentur in ocio. Nascitur puer capite deorsum prolato, manibus ad fœmina protensis, pedibus extensis. Qui uero præter naturā, aut obliqui, aut pedibus prioribus, ut Agrippæ infausto omine. Aristot. scribit monstrosos partus nasci à Democrito putari, q; duo subeāt fœmina, alterū alteri, quibus in utero postea confusis, euenit ut mēbra coaleſcant atq; dissideāt. Nam & auiū in crebro coitu semper oua colore uariare. Ipse uero causam in materiā transfert. Quapropter raro fieri monstra in his qui singuli pariuntur: sed in partu numeroso. Nos Romæ uidimus Alexandri temporibus infantes geminos simul coniunctos, aduersis inter se uultibus ac manibus in eodem corpore: qui tamen parū uixerunt. Nec longe post duo fuere ceſſere prodigia, quæ fidem omnem excedunt. Duarū uirginū altera ex canis concubitu ſemicanem peperit. altera nuptiarum die subitò erupto genitali uir marito apparuit. Vterque igitur casus ad eundem pontificē expiationis gratia meo fratre Mario conciliante relatus, & Minotaurum quondam monstrum, & Plinij uerba credibilia fecere, L. Cossitiū in Africa factum ex fœmina marem in simili die se uidisse testantis.

Dyſtocia
Atocia
Quomodo puer nascitur.
Agrippæ
De monstris

INSANIAE siue torporis genera diuersa esse, diuersisq; è partibus corporis oriri constat. Celsus in primis tria narrat. Phrenesim, cum quasdam uanas imagines, quamuis adhuc sapiat, accipit. Perfecta est, cū illis imaginibus addictus est. De phrenesi Possidonius græcus author in hāc sententiam scribit. Tumor est membranarum circa caput cum febri acuta mentem alienans: raris accidit in prima febre, pleriscq; in quarta quinta seu sexta, prouenit è flaua bili. Eius tria genera. Qui dam in Phantasia tantum læduntur salua ratione & memoria, quanquam male imaginant̄, bene iudicant. Alij & rationem deperdūt incolumi memoria. amissa deniq; memoria omnia funditus ruunt. Quapropter eius status considerandus, ut ait Rufus medicus. Si humida, profundos somnos facit: si sicca, uigilias: si humida cum paruo frigore, stultitiam. Eius unicū & præstantissimum remedium corpus extra intráq; calefacere: præterea uinum album ac tenue. Aqua omnino inutilis, cum eam humidam, uenus quoque frequens frigidam & humidam reddit. Hæc Rufus. Alterum insaniæ genus sine febre in omni tristitia uersatur, quam uidetur bilis atra mouere. Huic utilis purgatio sanguinis, & abstinentia, præterea obiurganda uana tristitia, spes ei proponenda, eius opera aliqua laudanda. Tertium genus Melancholia dicitur, quæ uel in cerebro, uel in toto fit corpore: Ex his quidā imaginibus nō mente falluntur, ut Oreſtes & Aiax. Quidam animo delipiunt, subitò enim terreri & expauescere huic morbo prodeſt. Si in tristitia, nigrum ueratrum, Si in hilaritate insanit, albū dandum. In hoc genere cauenda solitudo, ac cum notis & familiaribus cōgrediendum, eis præsertim quibus minime contemptui ac neglectui sit. Mutandæ item regiones: & cum mens redit, an nua peregrinatione utendū. Memorantur & à Marcello medico species illæ Melācholiæ Lycantropia & Cynantropia, quibus noctu excitantur, & more canum aut luporum perambulantes usque in diem & monumenta. Noſces eos colore pallido, lingua sicca, cauis oculis, ulceroſis cruribus. Mania, ut Archigenes & Possidonius scribunt, sine febre generatur ex multo sanguine corrupto ad cerebrum confluente. Cui sæpe ebrietas, quandoque flaua bilis in causa est. Ex quo audaces sunt huiuscemodi, & iracundi, leui quidem de causa. Insuper & hilares aut uano risu, aut cantu. Deniq; ratio in his læsa, memoria uero incolumis. Erotes ἔρωτες quoq; inter Melancholiæ morbos à Paulo ponunt̄, qui nimia amoris cura in ægritudinē ueniūt, oculis sunt cauis, obductis supercilijs. Curant̄ uini potatione, balneis, spectaculis, & alijs rebus iucūdis, q̄bus mens blande ab ea cura auertat̄ ac deliniat̄. Præter q̄ & metu & alijs curis amorū cura extinguit̄. Est & Lethargus morbus Phrenesi cōtrarius: hic pugil, ille dormitans: hic è flaua, ille ex atra bile. Lethargo consanguineus ueternus, quā græci νόθον ῥῶτην, alter obliuione, alter somno semisepultus. Catoche & Catalepsis morb⁹ medius inter Lethargū & Phrenesim, ex humore melācholico cū febre uenit, similis Lethargo, quandoq; uidetur dormire, quandoq; oculos apertos ueluti concretos & immobile sine sensu habere

Insaniæ genera
Phrenesis
Rufus medicus
Tristitia animi
Melancholia
Marcellus medicus
Lycantropia
Cynantropia
Erotes
Lethargus
Veternus
Catoche
Catalepsis

Motum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caros Motum arteriarum paruum ac pigrum.ex Actio. Caros quoque somnolentiæ genus ἄπνοια
Sopores καρός, id est,capite:Plinius Sopores conuertit.Scotoma & Scotomatici,quem nos morbum
Scotoma uertiginem appellamus,cum tenebræ ob oculos uoluuntur, ut aiunt Archigenes & Posido-
nius, procedit ex uaporibus ad cerebrum delatis. his oculorum hebetudo,aurium sonitus,
semisurditas:quod accidit plærunq; cum surgit è somno aut è sella in ipsa cibi concoctione:
Incubus siue Ephialtes uel cum circumactio corporis fit,uel etiam ebrietas, aut saturitas nimia.Incubus, quē græci
Ephialtem uocant,à quodam, ut ait Paulus, uiro eius nominis id patiente cognominatum.
Perigalion Themison in epistolis Perigaliona eum uocat, quod in eo constituti in somnis strangulari
Themison medicus uideantur,aut membris aliquibus detineri,aut cadere ex alto,aut uoce,aut uenere parata pro-
Epilectice hiberi.Curandus igitur ab initio:Nam inuceratus aut in Apoplexiam aut certe maniam ca-
det. Prouenit ex atra bile & crassis humoribus ad cerebrum tendētibus.Epilectice ferè simi-
lis Incubo morbus.Nam quod illi noctu,hi interdiu patiuntur.Distentio ac spasmus est qui-
dam totius corporis, procedens quandoq; ex ipso cerebro, quandoq; ex uentre aut pituita
aut atra bile.Fit plurimum in adolescentibus,insequunt somnia turbatiora,proximorū obli-
uio,dolor capitis,pallor uultus. Eius Galenus tris species ponit, omnium enim cōmune est
cerebrum pati. Quandoq; morbi fit initium aut in cruribus uel coxendice,uel spina. Medet
Epilectico Asphaltus suffitus,Agagates lapis, cornu caprinum,hircinum hepar cōmandu-
catum & odor assati hepatis,lul. Cæsarem succo herbæ heracleæ cum carne uituli marini ex
Apoplexia Paralysis hoc morbo liberatū fuisse memoriæ proditū est. Apoplexia aut toto corpore fit,aut partim
adfecto,& Hemiplagia dicitur. Paralysis omnino ex neruorū resolutione & debilitate pro-
uenit,& senibus oritur, sæpe ex potatione frigidæ & maxime in febribus intempestiue sum
ptæ,tum etiam ex humoribus frigidis & crassis,& uini immodici usu. Si sine febre, diæta &
prohibitione noxiorum tantū curandum. Si cum febre, ieiunijs,balneis & alijs curis occur-
Attoniti rendum.Attoniti,id est, ἀπόπληκτοι, quando mens & corpus stupet:his sanguis mittēdus
Spasmus alui ductione,& ueratro albo utendum.Spasmus neruorum distentio siue rigor. Fit autem
Hydropico rum genera è siccitate nimia in euacuato corpore.Hydropicorum tria genera:Ascites,Tympanites,Sar
Ascites cites.Ascites in medio Peritoneo,& intraneorum aquæ immodicæ cumulus. Tympanites
Tympanites in eisdem ferè locis spiritus inclusi tumor, ut corpus tympani modo infletur. Sarcites car-
Sarcites nis exturbatio.Communia tamen illa omnibus, Difficultas anhelitus, pallor, pigritia, sitis.
Causa præcipua hepar frigore adfectum,& quandoq; sanguinis euacuatio.Licet enim hinc
aspicere.Si hepar in frigidam mergatur aquam effundi prius, deinde durari.Hepar em cum
liene in humorum adfectionibus concurrit. Tympanites periculosior, utilis his potus absti
nentia.Memoriæ proditum est Metrodorum Epicuri socium huic morbo obnoxiū solitum
quidem bibere, sed paulopost uomere. Hæc ex Aetio. Plinius item dicit equitem Ro.in eo
Aquaintercus Ictericus dem morbo paulatim non bibere adsueuisse. Vocatur apud latinos Aqua intercus. Curant
hi quibus abstinentia facile imperatur.Ictericus morbus, autoribus Rufo & Galeno dicitur
è similitudine animalis,quod ἴκτις appellatur:est enim agrestis mustela oculos habens auri
fulgore:eodem modo Ictterici pallor ex felle in totum corpus refuso,nec in locum excremen-
torum tendente,uia præclusa uesicæ recipietis fel. Quapropter tam ex splene adfecto quàm
hepate procedere potest. Fit sine febre & dolore ex atra bili:Eminet in uultu oculisq; pallor,
& pigritia,ac sine ratione tristitia.Diuersa quoq; obijciuntur phantasmata. Nulla cibi appe-
tentia,Styptica aluus,alba excrementa, ut Alexander ait in problematis. Plinius uero dicit
Morbus Regius Ictericum eundem esse cum Arquato seu regio morbo,ab Icterone aue, quem nos Galgulū
Arquatus dicimus. Appellatur aūt regius,quod,ut ait Celsus, apparatu regio & lautitie & ludis exhi-
Morbus comitialis larandus hic morbus est. Arquatus uero ut Festus ab arquus cœlestis colorū uarietate,quos
facies adfectorum reddit. Comitialis morbus, quando quis subito concidit, ex ore spuma
mouetur:deinde paulopost ad se redit,magis uiros quàm mulieres infestat. Solet tamen esse
non periculosus.De hoc multa Celsus. Etymum eius deducitur quod in comitijs plerunque
ubi turba maxima,frequenter solebat accidere: uel quod si forte alicui accidisset, comitia di-
Lunatici mittebantur.Hos etiam uulgus Lunaticos appellat.Apuleius à græcis morbum hunc diui-
num etiam uocari dicit,quod in eo pars quoq; rationalis animæ tentatur, ac de statu detur-
batur.Dicitur item caducus à cadendo eodem teste authore,cui Theophrastus librum dica
uit. Aristoteles in problematis dicit,si in dextrum corruat latus,difficiliorem eius esse cura-
tionem. Optimum autem huic remedium pellis stellionis more serpentis recenter exutæ.

Animi

Animi defectio,quam Græci λιποθυμίαν appellāt,cum febre & sine febre solet euenire ob ma- *Animi defectio*
nifestam causam,uidelicet ob nimiam sanguinis seu uentris euacuationem, uel ob continuū
motum seu dolorem:cui medetur eorum prohibitio,per quæ in morbum inciderint.author
Philomelus. Tabis genera tria, Atrophia quando corpus non alitur, continuo aliquibus de- *Tabis genera.*
cidentibus, & nullis succedentibus: ac summa macies oritur. Cachexia καχεξία ubi malus *Atrophia*
corporis habitus,ex qua omne alimentum corrumpitur.Quod ferè fit cum lōgo morbo cor- *Cachexia*
pus extenuatur, etiam si ab illo uacauerit, tamen refectionem ob debilitatem non accipit.
Archigenes medicus ait pueris & senibus id plerunq; solere euenire.Quandoq; uero è soliti *Phthisis*
excremēti retentione. Tertia phthisis longe periculosissima.Omnes ferè à capite,inde in pul *Exulceratio*
monem distillant.Huic accidit exulceratio.Ex hac uero leuis febricula fit: quæ quanq; cessat
quandoq; reuertitur.Frequēs tussis est:Pus excreatur:interdum cruentum aliquid.huic uti-
lis nauigatio. ex Celso & Aetio. Perniones uocantur in frigore combustis ac torpentibus: *Perniones*
quibus,ut ait Aristoteles in Problematis, aqua frigida mederur:calida ab initio cauēda.In- *Intertrigo*
tertrigo nostris hodie medicis,cancer uocatur:quando nerui in aliqua corporis parte cōtra-
huntur.Hanc Cato de re rustica sanare docet,si furculus ablynthij pontici sub anulo feratur.
Haud longe à remedio quod Anglorum reges item in anulis quibusdam hodie diuino be-
neficio præbēt.Plinius remedium tradit ad intertriginem & alarum uitia, quapropter non-
nulli alium putant esse morbum.

IMPETIGINES, ABSCESSVS, VLCERA.

IMPETIGINES ulcera & abscessus quæ certis membris prouenirent supra *De elephātia*
enarrauī. Nunc uero quæ toto corpori.Inter quæ primū Elephantiasis dicen- *Elephantiasis*
da,quam Paulus elephantū uocat.De qua Archigenes græcus author & anti- *Leontiasis*
quus sic scribit.Elephantiasis uocatur apud quosdā,quod eius animalis cutem *Satyriasis*
ob asperitatem referat. à nonnullis Leontiasis quod eo morbo correpti frons
leonis modo corrugetur. Satyriasis etiam dicta quod luxuriosis hominibus sicuti sunt Sa-
tyri,eueniat:uel quod ora satyrorum pictorum fœdissima referant. Morbus sanè aspectu te
tro,ulceribus plenus, squalenti ore, dolorq; & pigritia iugiter, nulla cibi & potus uoluptas.
Fugitur eorum congressus,quod in opinione sit contagionis: Incurabilis sanè morbus ob la
tentem causam,quod antequam apparet incœperit. Viris frequentius quàm mulieribus ob
caliditatem & libidinē.effectū uidimus cuiusdā diu adfecti, ultro sibi coleos abscindēdo cu *Castratio*
ratus est. Itaq; eius postea exemplo plures.Indicio id maxime est,quod mulieribus aut pue- *maximum*
ris raro,eunuchis nunq; uenit.Sed quanq; curatu difficilis, tamen hæc tradūtur remedia.Ab *remedium.*
initio ex dextro brachio sanguis mittendus.Post hæc pharmacū hoc uidi institutum.Aceti *Pharmacum*
optimi & Cedriæ simul cyathum, Brassicæ aquæ cyathos duos misce, & da ieiuno matuti-
nis. Deinde uesperi da panem hordeaceum proportione stomachi cum aliqua leuium aui-
cularum.Hoc utere remedio semel aut bis in hebdomade,durante morbo. Critonis itē me- *Critonis me-*
dici aliud traditur remediū. Gummi album, Nitri spumam seu Nitrum coctū,thus,sulphur *dici remediū*
ex gleba quod non sit ignem expertum,æquis partibus aceto dissoluta, & contrita in pastil- *aliud.*
los redacta in umbra siccato: deinde, cum fuerit usus,cum aceto dissoluito & ungito. Cel- *Celsus*
sus sic scribit. Elephantiasis ignotus in Italia morbus:frequens in quibusdā regionibus. To-
tum corpus adficitur,ita ut ossa quoq; uitiari dicantur. Summi pars corporis crebras macu
las, crebrosq; tumores habet.Rubor harū paulatim in atrum colorem conuertitur. Summa
cutis inæqualiter crassa tenuis dura mollisq;,quasi squamis quibusdam exasperata. Corpus
emacrescit,os,suræ, pedes intumescūt. Protinus ergo inter initia sanguis per triduum mitti
debet,aut nigro ueratro uenter solui. Adhibenda tamen quāta sustineri potest inedia: paulū
deinde uires reficiendæ & aluus ducenda.Post hæc ubi corpus leuatum est,utendum exerci
tationibus præcipuéq; cursu.Sudor primum labore ipsius corporis:deinde siccis sudationi-
bus euocandus.Frictio adhibenda:balneum rarū esse debet.Cibus sine pinguibus, sine glu- *Plinius*
tinosis,sine inflantibus,uinumq; præterq; primis diebus rite datur.Hæc Celsus.Plinius autē *Lichenes*
libro xxxvi.Elephantiasis Claudij Cæsaris principatu primum ex Asia in Italiam uenit, qui *Mentagra*
celeriter restinctus est. Lichenes græci dicunt,nos Mentagram,quando à mento prius orie
batur. Dein elephantiasim à similitudine cutis Elephātis,citra dolorem & perniciem magis
fœdus quàm periculosus, in nare primum ueluti lenticula inualescente, dein tota cuti cica
tricibus operta. Aduenit remedium ex Aegypto procreatrice eius mali,& cum in reges inci-

 disset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

disſet,populis funebre. Balnei ſolia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eam. Anno quoq; ſal. c x v. ſub Heraclio principe, etiam morbū hunc in Italia ſerpere iterū cœpiſſe, & Deuſdedit Pōt. ſanctiſſimum quendā eo correptum ſibi obuium oſculo liberauiſſe memoriæ proditū eſt. Noſtra deniq; tempeſtate M.C C C C X C V I. rurſus apparere cœpit: durat in hunc diem, nullo adhuc reperto remedio, quanq; pauci admodum pereāt. Pſora & lepra quadā ſimilitudine coniunctæ. Altera magis ſumma pelle uerſat̄: Lepra uero altius penetrat. De Lichenis ſupra dixi ex Plinio, uocari à græcis, quam nos elephantiaſim. Genus ab Actio ſcribit̄ impetiginis toto ſerpentis corpore è craſſis prouenientis humoribus, ſolentq; in pſoram aut leprā cōuerti. Quibus occurritur pharmacis deſiccantibus. Serpitiones quū rubet cutis cum puſtularū extenſione, à ſerpendo dictæ. Cneſmus κνῆσμος, nos pruritum dicimus, ſi ſenectuti cōtingat uix erit curabilis, aliqua tamen ex parte leniri poterit. Aliæ uero ætati ſi ex malis prouenit humoribus, hi primū purgandi, deinde extrinſecus adhibenda remedia maxime lauacris. Alphos noſtri Roſiones appellant. Earum quatuor genera Celſo cōmemorantur. Prima omnium leuiſſima, quæ dura eſt ac ſcabiem refert. Alterum genus ſimile Papulis quæ Rubrica cognominatur, ſquamis ſummā cutē occupantibus, roditq; magis, ac magis rodit. Quartū colore ſubalbido, quam græci λδνικήν, latini Albuginē uocāt, ac ex glutinola pituita procedit. Sanè in hoc genere ſi frictione panni rubor apparet, ſpes eſt curari poſſe: ſi in albo perſiſtat, nequaquam. Celſus. Herisypilas, ut ait Galenus, fit ex ſeruenti tenuiq; ſanguine, Harpe ex flaua bili humor, late corripiens totum corpus, ut nomen indicat. Lenticulæ quoq; ac Myrmeciæ, Verrucæ, Nomæ impetiginū genera. Puſtulas φλυκτίδας græci uocant. Trium generum reperiuntur. ἐξανθήματα quæ Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas uocat. Pſydracium paulo durius ac ſubalbidum. Mendoſe apud Celſum Phyzacium legitur. Epinyctis tertiū genus puſtulæ, ut ait Syneſius in cōmentarijs, paruæ admodū, noctu maxime infeſtantis in tibijs præſertim. Scabies quoq; ex qua puſtulæ oriuntur, quædam eſt humida, quædam ſicca, nōnulla cito ſerpit, reuertitq; certo anni tempore, aſperior omnibus & difficilior curatu. hanc ἄγριαν græci dicūt. Gangrænā Galenus uocat, quando tumor ingens adficit membrum aliquod, cui niſi ſuccurratur ad uicina ſerpit inficit'q;. Quando aūt tale membrum ita patitur, ut ſine ſenſu maneat, nō Gangræna ſed σφάκελος dicitur. quod malum omnibus accidit oſſibus, quando caro circūſtans corrumpit̄, ut ſit neceſſe præmortuam partem incidere, ne ulterius ſerpat. Carbunculus, quem anthracem græci appellant, quod nō aliud peius, rubore ſubliuido abſceſſus ex atra bili. Carcinoma minus periculoſum, quod maxime in ſuperioribus partibus circa faciē, nares, aures prouenit. Therioma penultima producta id per ſe naſcitur uitium, ulceri ex alia cauſa facto ſuperuenit. ſit ſæpe ex his ulcus ſerpendo, φαγέδαιναν græci uocant, quaſi oſſa penetrando uelociter corrodit. Ignis ſacer inter mala ulcera, cuius duo genera. Alterum ſubrubicundum, quod ſit maxime in pectore, aut lateribus, aut plantis. Alterū in ſumma cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latū, ſubliuidum ſolet auribus maxime euenire. Hunc morbū græci ἱερανόσον uocant. Dicitur enim ſacer propter admirationem, ut ait Cleomenes, quod nil habeat ſimile cū alijs morbis, curatur'q; exercitationibus uel incantationibus. Aelianus uero ob Herculē dicit qui eo tenebatur ſacrū appellari. Chironeum ulcus appellat̄, quod eſt magnum nullo dolore nulloue periculo, nec facile ſaneſcit. De hoc ſupra cum de cruribus agerem dixi. Vlcera autem hyberna præſertim pueris in pedibus & digitis oriunt̄ cum inflāmatione mediocri & exulceratione. Struma tumor in quo ſubter concretæ quædam ex pure & ſanguine quaſi glandulæ naſcunt̄, maxime in ceruice, ſub alis & unguibus manus, ut ait Meges Chirurgus. Nonnulli Strumam uocari eam putant quam græci κίρσον ſeu σκίῤῥον uocant. Aetius cirſon eſſe dilationem uenæ, quandoq; in temporibus & didymis, & coxis prouenientem ex atra bili. Scirrum tumor eſt prædurus, ut nomen indicat græcū, & inſenſibilis, uix'q; curabilis, ut idē author. Furunculus tuberculū eſt tantū cum inflammatione & dolore, quod in pus ueniat. Phyma tuberculū eſt Furunculo ſimile, ſed rotundius & planius, & ſæpe maius. Nā Furunculus oui dimidij magnitudinē non excedit. Phyma quidem maius, ſed inflāmatione & dolore minus, in pus etiā uertit̄. Naſcitur in pueris, in iunioribus minus, in ſenibus nunq̄. Phygetlon φύγετλον tumor latus quidē, ſed non altus, in quo quiddā puſtulæ ſimile eſt. Dolor diſtentio'q; uehemens. Fit maxime in uertice, aut alis, aut unguibus. Noſtri panem à ſimilitudine figura id uocant. Thymus uerrucula Aegyptiæ fabæ magnitudine, qui florē eius repræſentat, ut ait Pollux. Cerion κήριον, acre genus ulceris ac faui ſimilitudine. Sunt duæ ſpecies. Alterum ſubalbidum Furunculo ſimile, ſed maius cum dolore maiore. Alterū minus ſupra corpus, cuius ulcus latum, ſubuiride, ſubpallidū magis exulceratū. Acrocordona uerrucis ſimilia ſunt, ubi ſub cute coit aliquid durius, & interdū paulo aſperius. Termintha τέρμινθα, Tumores in corpore nigro colore rotundi & oblongi ſimiles Terminthi fructibus, ut Dioſcorides & Alexāder authores. Oribaſius uero Phymatis genus Terminthon dicit, cui bulla adiacet nigra, quo adempto aliud inferius naſcitur. ῥοδίλιον tumor ex craſſis humoribus in locis maxime carnoſis conſiſtens. Leuis quidem, quando ſumma cute. Si uero penetrauerit altius dolores adfert. Rupta quæ græci ῥήγματα. Conuulſa quæ σπάσματα. Quando uidelicet nō rupti ῥῆξις id eſt fibræ, ſed laceſſiti ſunt & uulſi, ut ait Paulus. ἔγχυμωσις quando caſu aliquo aut pondere caro fracta ſanguinem atterit. Reiectionem ſanguinis græci ἀναγωγήν appellant. Celſo lib iiij. trium generum ſunt. διάπτωσις, quando exela parte aliqua ſanguis expuitur. Regmocaſmus quando ruptura id contingit. Anaſtomoſis, quādo uenarū alicuius ore putrefacto effunditur. Apoſtemata ἀποστήματα, Celſus abſceſſus interpretatur, Corruptiones ſunt & mutationes carnium ſeu carnoſorum, uidelicet muſculorū, uenarum, arteriarū. Horum aliqua in tunicis concluduntur, ut Antheromata, Steatomata, Melicerides. Aliqua ſine tunica conſiſtunt nomine generis uidelicet Abſceſſus appellati. Apoſtema plerunq; tumor conſequitur inflatióue loci cum dolore & febre. Ab initio rubra, & dura, ut & pondere uideatur ea pars ſuſpendi. Noctu præſertim infeſtans, ut Actius author. Fiſtulas autē græci σύριγγας dicunt: quæ, ut ait Celſus, toto corpore ferunt. Sunt em̄ ulcera alta, anguſta, calloſa. aliæ rectæ, aliæ tranſuerſæ, ſimplices, binæ, triplices. Peſtilentia quoq; nō prætereunda, quam Homerus νοῦσον tantum eam uocat, graſſatamq; in campis olim græcorū dicit. Sed & apud Liuium, cæteroſq; authores ſæpe fuiſſe legimus, uerum nullum huic unquam remediū adhibitum, præterquā fugæ ac ſeceſſus, quemadmodū hodie uidemus. Tantū apud Herodianū inuenio in Cōmodo, uigente in Italia peſte, præſertim in urbe, ob aduenas undiq; ſine diſcrimine eò aduenientes, ex conſilio medicorum Laurentum ſeceſſiſſe, quod aeris frigidioris ſuauiſſimis nares atq; aures opplebant, ſuffituq; adſidue utebant̄. Hæc Herodianus: apud alium nullum item reperio, quanquam Liuius in quodam loco ob peſtem euacuatā urbem dicit, nec propterea militum numerum ſcribi potuiſſe. Id ex mortibus, non è ſeceſſu cōtigit. Contra eam remedium excellens Rufus tradit, quod fruſtra nunq̄ adhibitū teſtatur. Aloes partes duas, ammoniaci thymiamatis totidem, myrrhæ partem unam contuſas ex uino colluito, deinde dimidium quotidie cyathum ſumito.

Thymus
Cerion
Acrocordona
Termintha
Oribaſius medicus
ῥοδίλιον
Rupta
Conuulſa
Reiectio ſanguinis
Diaptoſis
Regmocaſmus
Anaſtomoſis
Abſceſſus ſeu Apoſtemata
Antheromata
Steatomata
Melicerides
Syringæ ſeu Fiſtulæ
De peſtilentia Herodianus

FEBRES.

HACTENVS hominis deſcriptio, una cum morbis quæ ſingulis membris accidérent: nunc quando cœpimus, ex eiſdem authoribus proſequemur ea, quæ toto ſimul corpori eueniunt. Igitur in hoc genere humores occurrunt græce χυμοὶ quos ueterum quidā tres nō amplius poſuere, propterea quod ſimplex ſanguis inter nutrimenta ſit, corruptus uero in bilem aut atram aut flauā conuertitur. Non concoctus aūt pituita dicitur aut acida, aut ſalſa, aut craſſa, aut tenuis. Hinc inflammationes procedunt, quas græci φλεγμόνας uocant, quæ generatim cunctis ſeſe immiſcent malis, ubi hæ notæ quatuor cōcurrunt, rubor, tumor, calor, & dolor, ut ait Celſus: quæ cuncta Febribus ante omnia conueniūt. Hæ autem innumerabiles ſunt, ſed legitimæ ſeu catholicæ tantum hæ: Quotidiana quæ certum periodum habet, & aliquando deſinit. Pituitoſis accidit, ut Galenus ait, ac hyemis tempore, pueris præſertim & ſenibus ob nimium cibū, & in uita maxime ocioſa, ac in humidis & frigidis locis. Primo die citra frigus, ſed precedente tempore modicū frigus, potius q̄ calor. Motus arteriarū inæqualis, ſitis minima, cibi nunq̄ inappetentia. Celſus ait ſi in quotidianis febribus corpus robuſtū, tertio quoq; die cibus ſumendus ut altero purgetur, altero ſuſtentetur. non item in continentibus, ubi corpus magis adfligitur. Paulus hos primis diebus oximelle curare iubet, & his quæ ad pituitæ inciſionē adfiūt: ſequētibus uero aluī euacuatione, ſæpéq; ex cibo, raphano uomitionē prouocare, deniq; rebus cōpellentibus humorē. Hæc græce Amphemerina uocatur: Ephemera uero parrhoxyſmus

Tres humores
Inflammationes
Febres
Quotidiana.
Amphemerina.
Ephemera

Universidad de Deusto
Biblioteca

rhoxysimus seu febris unius diei est, seu sola sit, seu tertio quoq; die redeat, ut in simplici ter-
Hepialus tiana. Hepialus quem nostri medici lentā ac flegmaticā uocant, ex genere item pituitosarū
ac quotidianarum, eodem ferè modo curanda, nisi quod pituita frigidior est. Nam ἡπίαλος
Putris dicitur quasi ἠπίως ἀλεαίνων, id est, leniter calere. His proxima Putris febris græce φθισικὸς πῦρ,
cuius nulla manifesta sunt signa, neq; rigor apparet: pulsus autē arteriarum inæqualis, urina
indigesta, calor magnus & fumosus. Huic missione sanguinis occurrendum, deinde putris
Continua euacuandus humor, balneisq; ex aqua dulci utendū. Continua seu continens, græce συνεχὴς
sine remissione est, quā Galenus homogeneā quotidianæ appellat, nisi quod hæc desinit, illa
nunquam: sicuti Tertiana Hemitriteo. Deniq; ea est quæ inclinata febre absq; febre non re-
stat, sed tenuior perseuerat. quapropter unus tantum parthoxysmus usq; ad extremum du-
rat, modo leuis, modo feruens: sic item in eo sanguis erit, pulsus quoq; arteriarū uehemētes
& acuti, urina parum à sano distans. Remedium præsentissimum sanguinis missio, si per alia
Acuta licebit. Quæ autem nunquam inclinat, de genere acutarum seu combustarū est, cuius signa
lingua nigra siccaq;, excrementa lutea, uehemens sitis, inquies nocturna, interdum mentis
alienatio. In hac alterutrum faciendum, aut separare bilem aut extinguere. Separatur autem
per sudores, uomitiones & excrementa. Extinguitur autem per frigidas potiones, ut aqua
melicratis, oximellis, & his similibus. Celsus ait, Quisquis intolerabilis dolor est, uiscerū ali-
quod adfectum aut collisum intus significat. Si rubet corpus, si uenæ tument, si febris uehe-
Hectica mens, sanguis mittendus. Hectica quam latine habitualē dicere possumus, robustis iam con-
tingit, non tam humidioribus, leniterq; ita ossibus inhæret, ut uix sentiatur, donec paulatim
corpus absumat. ex Quotidiana enim in hanc, ex hac in Phthisim facile deuenitur. Huic igit
quod siccitatem extremam inducat, maximum remedium humidorum diæta, uelut Ptisanæ
sorbitiones & panis madidus in frigida potione, nisi aliqua fuerit extra inflāmatio. Balnea
Tertiana insuper maxime necessaria. Tertianarum teste Celso duo sunt genera: alterum eodē modo
quo Quartana, quū uno perstat integra, tertio redit quam simplicem uocant. Alterū longe
periculosius, quum tertio quidem die reuertitur, ex xlviij. horis ferè xxxvi. per adcessionem
accipit, interdum & plus, neque ex toto in remissione desistit, sed tamen leuius est. Id genus
Hemitriteus plærunq; Hemitriteum uocant, nō quod semitertiana sit tantum, ut nomen demonstrare ui-
detur: sed quasi supra tertianam semitertiana. Tertianas omnis è flaua bili uult Paulus ori-
ginem habere: ab initio q; horrorem inferre ac sitim: quapropter æstatis tempore plærunq;
ueniunt. Curantur alui deiectione, tum urinæ prouocatione per mollia clysmata & anethi
seu apij potionibus. Si uero signa concoctionis ac roboris sint, adhibēda & balnea ex aqua
dulci & calida absque nitro sale ac sinapi. uino autem penitus abstinendum, sed iam morbo
Quartana prope superato, modico ac tenui benéq; diluto utendum. Quartana è frigido humore, atraq;
bili nascitur, par horrore tertianæ, sed calore inferior, ex quo autumno plærunq; prouenit. In
eius cura mitius agendum: neq; dura adhibenda medicina, nisi forte sanguis abundet tunc
mittendus. Diæta utendū ex his quæ non inflent, neq; frigida sint neq; humida. Vino quoq;
tenui & albo. Tria insuper Piperis grana ex aqua quotidie deuorata magnopere iuuabunt.
Signa mortis Signa mortis inter alia ab Hippocrate dicta, si adspectum auditumq; sine causa morbo ad-
fectus fugit. Si album oculorum glauescit, si semiapertis dormit oculis, si resupinus facet, si
præter decorem membra detegi nō curat, si in somno dentibus colludit. Ad hæc stragulae ue-
stis plicatura, Motus arteriarum densus ac minutus. Longitudo autem ex diebus criticis
Dies critici iudicatur. Hos Celsus multos esse dicit. Summam tamen esse potestatem vij. xiiij. & xxi. Si
impari die febris discesserit, recidiuam Hippocrates timebat, Pythagoram imitatus, qui im-
parem numerum infaustum dixit. Asclepiades nihil differre putabat, quum nō dies, sed ad-
cessionem in morbo considerare oporteat, quam græci parrhoxysmum uocāt. Decessio quū
inclinat, Remissio quum desinit, Integritas quum abest. Fallacissima præterea signa in fe-
bribus, arteriarum motus & urina. Consideranda medico sexus, ætas, locus, tempus. Ascle-
piades ægroto quarto die prius per omnia fatigato cibum dabat, in quo nō certum aliquid,
sed tantum secundum uires eius dabat.

DE ALIMENTIS ET EXCREMENTIS

CONSIDERATIS hominis partibus quæ que toto accidunt corpori, nunc alia
circa cōtemplanda. Quoniā ut ait Hippocrates, Homo ut pleraq; animalia cibo-
Pericarpion potu, & spiritu alitur. Cibus ipse in uentriculū demissus, quē Pericarpion uocat
Aristot.

Aristot. quatuor ut ipse ait, uarietates agit, Digestionē, Maturationē, Elixationē, Assationē.
hoc est πέψιν, πέπανσιν, ἕψησιν, ὄπτησιν, atq; hæc omnia si calorem nactus fuerit. Si frigidita
tem his contraria peragit, ἄπεψιν, ὤμησιν, μώλυνσιν, σάθευσιν, hoc est, indigestionē, cruditatē.
Cur autem post cibum frigus oritur, causam Aristot. in probl. dicit esse cibum ipsum, qui cū *Cur post*
frigidiusculus sit, naturalē calorem subitò sumptus uincit magis q̄ ab eo uincatur. Hinc omis *cibum fri*
cibus bifariam diducitur, in nutrimentū & excrementum, hoc est τροφὴν καὶ περίττωμα. Nutri- *gus oritur*
mentum quod è cibo necessarium ad alendū corpus sumitur. Excrementū uero nutrimenti
reliquiæ. Quod idem author bifariā ait excludi. aut locis secundū naturā certis, ut uenter &
uesica. Aut quod præter naturā toto fluit corpore: ut sudor, sanguis, sanies, Quod ex ore na-
ribus auribus fluit, quod colliquamentū uocat. his senes magis abundāt, ut ait etiā Alexan
der in problem. quoniam minus ob frigus concoquunt: cruditas enim auget excrementum,
sicuti concoctio nutrimentū. Inter excrementa pili quoq; connumerantur, & ungues, & cor- *De pilis*
nua. De pilis Aristot. ait, quod eorum diuersitatē coloremq; in cæteris animalibus cutis cau
satur. In homine uero nihilo cutis causa coloris, quū multi albi pilos producāt nigros. causa
est cutis teneritas, quod ob debilitatē uim quidem pilū mutandi nō habet, uerū colores ob *De canitie*
solem uariat, & morbum qui λευκὴ dicitur, ubi è cute exulcerata pili consurgunt albi. In cani
tie uero quæ morbus est pilorum, & ob deficientem calorē simul & humore naturalem pro-
uenit, & à tēporibus ubi minimū est humoris, incipit. Equi quoq; inter animalia soli in eadē
parte canescunt per ætatem: & fului citius q̄ nigri. est enim fuluitas pilorū ægritudo quædā,
debilia uero senescunt omnia citius. Proueniunt etiam cani quandoq; ex calido simul & hu-
mido. Indiciū est, quod quidā celeriter ueniunt. nullum uero siccum cito nasci contingit. At
album potius pilū calida faciunt: nigrum uero frigida. sicuti & plantis contingit. Nā calidis
plus inest & spiritus & humoris. Aer uero perspicuus albedinē facit, ut in spuma & in niue
sit. Indicioq; sunt partes quæ sub uentre animaliū sunt, albiora existentia, quod humidiora.
Calidiora igitur non solū alba, sed ad uescendū dulciora. Concoctio em̄ & maturitas dulcia
faciunt: Concoctionē uero caliditas. Differūt pili mollitie, duritie, longitudine, breuitate, re-
ctitudine, multitudine, colore. Deniq; pilos uarios uaria facit cutis, tenuis, crassa, densa, rara.
Defectus pilorū caluitiū dicit. Caluescunt homines, ut arbores foliis nudant, interdū humo *De caluitie*
ris calidi penuria. Humor em̄ calidus pinguis est. Ex quo in olearū genere non accidit folijs
deseri. Argumēto in primis sunt pueri & fœminæ, & eunuchi, quod defectus caloris caluitij
causa sit: cū hi minime caluescant, quoniam genituram non emittunt, quæ calorē humoremq;
secernit. Pars etiam anterior capitis, ut debilior, tantū caluescit. Debilia enim parua interce
dente causa patiuntur. hæc ex Aristotele. Alexander autem in problematis ait, quod & ex
siccitate caluities, & humiditate canities, non naturali utraq;, sed accidentali & uitiosa pro-
uenit. & ea demum causa, quod parti anteriori capitis, & non occipitio canities contingat:
quod hæc pars humidior ob cerebrum sit, nō humiditate naturali qua pueri, sed corruptiua
qua senes. Caluitij autem ratio contraria ex siccitate prouenit: item uitiosa in eadem parte
ex sutura & rima capitis exhalante humiditate: & ideo serius canescunt, sed citius caluitium
patiuntur. Occipitium uero quamuis siccum reperiatur, ideo non caluescit, quod ea siccitas
naturalis & non ex uitio, quia pars inanis & uacua est.

DE PARTITIONE MEDICINAE, ET EORVM quæ pertinent ad sanitatem.

Methodice
Empiretice
Theorice
Pharma ceutice
Diætice
Chirurgice
Erasistratus
Erophilus
Zenon
Hippocrates primus Chirurgicam ex
Perfracta

NVNC pauca quæ ad habitum hominis ualitudinem'q; pertinent, si prius gene
ratim medicinæ partes explicauero. Igitur triplex à Celso diuisio ponitur. Pri-
ma in arte trisariam, Methodice, Empiretice, Theorice. Altera circa curā, itē
trisariam. Pharmaceutice, Diætice, Chirurgice. Tertia diducta in partes duas,
Hyginon id est sanatiuū, & Therapeuticon id est curatiuum. Erasistratus &
Erophilus primi se empiricos dici uoluerunt, simplicibus'q; mederi tantū cœperūt, multaq;
de facultatibus medicamentorum tradidere. Zenon & Andras primi exectionē tentaue-
runt hominis damnati à rege sibi concessi, donec Asclepiades ex magna parte usum medica
mentorum sustulit, ad solum uictum redigens. Ex his duobus alterum altero indiget, & ui-
ctus quandoq; medicamentis, & medicamenta uictus ratione. Chirurgicam uero primus
Hippocrates excoluit. Hinc diducta in plures: Philoxenus, Gorgias, Sostrati duo: Romæ
quoq; Tyrrhon & Euelpectus, Mages. Ars ipsa aut est in carne aut ossibus. Si circa ossa, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfracta, aut luxata, quæ græci κατάγματα & ἐξαρθήματα. Luxata sunt quando articulus seu membrum è proprio excidit loco in alium, unde uoluntarius impeditur motus. His itaq; consideratis ad hominis habitudinem ueniam. Galenus in libro περὶ τῶν ὑγιεινῶν, Optimi habitus hominē signis extrinsecus notat. Si res naturales corpore animoq; probe gesserit: tum sensu ualuerit, mediocriterq; omnia egerit, probum habitum monstrat. Calidi humoris Hæ uæ bilis signa. Ingressus celeritas, aspectus uegetus, color rufus, crinis niger, corporis gracilitas. Pituitosos humidosq; indicat pinguedo, obesitas, corpus delicatū ac glabrum, thorax angustus ac tenuis, alba cutis, capillus suffuluus præsertim in iuuenta, uenæ crassæ, nusquam caluitium, Præterea animi timor, torpor ac pigritia. Atram bilem sequuntur asperum & graue corpus ac glabrum, sine uenis, sine musculis, tum in rebus dissimulatio. De atra bili Aristoteles in problematis sic ait, Frigida est & calida, frigida uarias præbet homini molestias & timores, ut etiam quandoq; se interimat: magisq; iuueni quàm seni, quod in hoc naturaliter sanguis frigidus existat, in illo per uim. Nam omnia naturalia salubriora sunt, & calor magis quàm frigus. Melancholici omnes natura, ingenio, arte aliqua præcellunt: siue bona siue mala pro bilis atræ dispositione. Cuius clari uiri participes fuere: Hercules in primis qui ex eius humoris ui sacro morbo, ut alibi dixi, fuit obnoxius: quapropter sacer eius causa dei dictus est. Præterea Bellerophon, qui, ut ab Homero ponitur, ob mœstitiam in campos solus latos inq; auia uenit. Inde suū cor edēs, hominū uestigia uitās. Deinde Empedocles, qui se in æthnam præcipitauit. Præterea Socrates, Plato, ablq; atra bili nō fuere. His medeī uenus & uinum. Ex his igitur omnibus humidi natura potiores, quo cæteris uegetiores diutiusq; uiuentes, quanquam ab initio peiorem præ se ferant habitū, tempore procedente quotidie magis conualescunt. Hi natura parū potant, parumq; concoquunt: propterea toto corpore excrementa plurima, plurimamq; materiam putrem emittūt. Ex quo utilia his fuerint lauacra, unguenta, exercitationes. Demum huiusce modi humorē, si recte tractetur, adeo Philippus sophista in quodā libro cōmendat, ut dicat, si seruari posset, immortales essemus. E sicco eīm initiū corruptionis. Et hæc quidē de habitu, nūc de ualitudine prospera. Quæ, ut ait Celsus, seruaī diæta, pharmaco, unctione, frictione, balneis, exercitatiōe, uectatione, clara lectione. Exercitationes sunt arma, pila, cursus, ambulatio cum ascensu & descensu, multum sub dio & in sole si caput patiatur. Horū finis sit sudor, & lassitudo citra fatigationem. Deniq; omnia gymnastica. Socrates, inquit Cicero, famem obsonabat ambulando. Diæta, id est, uictus formularis quatuor respicere uidetur, locum, tempus, ætatem, naturam. Semel die uesci hyeme melius, si aluus non sit adstricta: mane tamen aliquid cibi, sine potione & carne sumendum, secunda mensa stomacho imbecillo coacescit. Itaq; ei poma palmulæq; & his similia primo cibo adsumenda. Qui concoxerit, mane tuto surgat: si minus, poterit redormire. Aluus antè omnia ducenda: Si sit diu adstricta, deiectio medicamentis quærenda. Adstrictam faciunt labor, sedile, cibus imminutus ex eo quod solitum est, post cibum quies. Anni tempestates cauendæ. Frigus corpori tum seni bellacissimū: At item iunioribus prodest. Per frigus mens erectior, concoctio melior, sed cauetur. Nam immodicum teste Hippocrate uenas dirumpit, ructus & phthisim producit. Calor bonum colorem facit, urinā mouet. At idem concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit. Hæc Celsus diuersis locis. At Plinius libro xxviij. ca. v dicit Hippocratē scribere, qui prādio abstineant, eorum præcordia celerius consenescere. Sed hoc remedijs, nō epulis ceciniſſe. Frictio, ut ait Celsus, ex Hippocratis auctoritate si uehemens est, corpus durat: si lenis, mollit: si multa, minuit: si modica, implet. Quæ & Plinius in xviij. libro repetit. De balneis autem Galenus ita refert. Aliqua fieri studio nostro, quædā uero sponte naturæ. Fiunt enim nostro studio calida balnea, si calidis quibusdā immiscentur: uidelicet Nepita, Origano, Hysopo, Thymo, Tymbra, Lauro, & huius generis: ut spasmo & doloribus multis utilia. De Balneis uero sponte enatis Archigenes ait diuersa esse, nitrosa, salsa, sulphurea, Asphaltida, συντηκτώδη, aut ferri aut æris naturā habētia: quædā uero ex his composita, Horum autē omnium uis est exiccans aliqua præter hoc. Calfactoria nonnulla præter siccantia. Styptica sunt quidem omnia salsa, & quæ sapiunt æs. Sulphurea neruis & stomacho apta. Quæ uero ferrū sapiunt, lieni & stomacho. Oportet igitur balnea ingredi minime turbatum & exercitatum: quoniam corpus obstringitur, ac poris uis aquæ non admittit. Sunt & frigida balnea quæ græci ψυχρολουσίαν uocant. De quibus Galenus scribit sanis apta esse. Roborant enim corpus, cutem durant ac densant. Nec tamen omnibus prosunt.

Luxata
Habitus hominum
Signa
Calidi
Pituitosi
Atræ bilis
Humidorum natura potior
De ualetudine prospera
Socrates
Aluus ducitur spōte
Deijcitur medicamētis
Frigus
Frictio
De balneis
ψυχρολουσία

prosunt. Sed qui alioqui diligenter ac sobrie uiuunt, neq; cibis, neq; uenere grauanī. Oportet autē paulatim assuescere æstate, paulatimq; deinde per hyemem. Nec omnem ætate, sed annorum xxv. Animo præterea uiuaci ac prompto iuuenes. Sed prius frictione, unctione, & gymnasio utendum. Deinde frigidam ineundum, totumq; corpus mergendum. Nā una tantum parte mersa, frigus inducit. Sit aqua nec tepida, nec ualde frigida: ubi exitur, à pluribus fricetur oleo corpus donec calefiat. Post hæc cibus copiosus, potionis uero minus sumatur. Nam in frigida lauantes melius concoquunt, & sitiunt minus. Laconicū hoc genus appellatur, quod eo Lacones uterentur. Vtebantur & alio modo, sicco uapore ad sudandum. Quod Martialis aptissime his uersibus describit, Ritus si placeāt tibi Laconum, Cōtentus potes arido uapore Cruda Virgine Martia ue mergi. Appellatur enim pluribus uocabulis, Laconicum, Pyriaterium, Hypocaustum, Sudatorium, Spheristerium, Cic. ad Atticum, Laconicum sibi fabricari petit. Columella in primo. Quotidianam cruditatē Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus, noctesq; libidinibus & ebrietatibus, dies ludo uel somno consumimus. Vitruuius libro quinto docet rationem Laconicorum faciendorū, quod rotunda sint, & in medio clypeus æneus depēdeat, per cuius reductionem & dimissionem sudationis temperatura proficiat. Erat in eo genus alterum exercitationis, quod pityrisare Galenus περὶ τῶν ὑγιεινῶν uocat, id est, summis pedibus ingredi, manibus altera tetrorsus, altera prorsus protensis. Spheristerium ex rotunditate dictum idem ferè erat. Tranquillus Vespasianum ait solitum esse ad numerum membra in Spheristerio defricare. & Plinius in epistolis. Apodyteriū superpositū est Spheristerio. Galenus Pyrias huiusmodi uocat. Dion lib. sliij. Pyriaterion, Seneca Sudatoriū, Quid inquit cum sudatorijs, per quæ siccus uapor in corpora exustus includit? Plinius itē in epistola ad Gallū de uilla Laurētina hypocaustū uocat. Applicitū est, inqt, cubiculo hypocaustū perexiguū, quod angusta fenestra suppositū calorē, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Papinius in Syluis. Vbi languidus ignis inerrat Aedibus, & tenuē uoluūt hypocausta uaporē. Apodyteriū locus ubi se spoliabāt. Fricabant aūt se strigili instrumento ad hoc apto, Sordesq; eas strigmenta uocabant, quæ Athletis ad ungendū uenundabanī. Prognipeon locus balnei, ubi ignis pcluſus æstuat. Adiacet, inquit Plin. unctuarium hypocaustum, adiacet Propnigeon balnei. Præterea Calidarium, Frigidarium, quod Apyrotum Athenæus uocat. Solium item ipsum aquæ locum, in quem descendebant. Circa uero lychni fictiles per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, polymyxi, id est, angulorum & luminum unius duorū, trium, plurium. Paulus item sic ait. Lauacra ferè omnia sponte nata calorifica & siccantia sunt. Nitrosa & salsa capiti medentur, Thoraci, Rheumati, Stomacho humido, Hydropicis, Pituitosis, Sulphurea neruis. Asphaltica sensibus: quæ sapiunt æs, oris uitijs, & uuluæ angustijs: quæ autem ferrū, stomacho & lieni. Huius ultimi generis est aqua in Volaterrano quæ potatur. Gregorius ad Ro. balnea Christianis maxime clericis uoluptatis gratia omnino interdicit, necessitatis uero concedit. Deinceps pharmaca. Quæ innumerabilia sunt: apud priscos simplicia magis in usu fuere, apud nos frequentius composita. Quæ illi Tetrapharmacū, Hectapharmacū, Enneapharmacum dicebant. Clysteria, Balani, nostri suppositoria. Pessi, Pastilli, Emplastra, Cataplasmata, Malagmata, Cucurbitæ, Cerota, Elateria, antidota, Acopa, Catapotia, Theriaca, Symplasmata, Smigmata, Diaplasmata, Collyria, Epithemata. Sunt πλάσσοι medicamenta composita molli lana, quæ fœminibus subijciunī inter naturalia. Pastilli quos illi τροχίσκους dicunt, ubi tantū arida medicamenta aliquo humore non pingui, aut uino, aut aceto coquuntur, & rursus cocta inarescunt, atque ubi usus erit, eiusdem generis humore diluuntur, ac aut illinuntur, aut Emplastris aut Cerotis immiscentur, apti ad recentia uulnera glutinanda sanandāq;. Emplastrum quod liquati aliquid accipit. In hoc cruda medicamenta per se teruntur. Deinde rursus his instillatur, aut acetū, aut siquis alius pinguis humor accessurus est. Malagmata uero ab ijs duobus differunt, quod hæ maxime è floribus aut eorum surculis: at emplastra magis è quibusdam metallicis fiunt. Deinde Malagmata contusa abunde mollescunt: nam supra integram cutem inijciuntur. At ægre conteruntur ea ex quibus emplastra pastillique fiunt. Diaplasmata unctiones aut fomenta, quibus totum corpus oblinebant, quorum maxime in balneis usus. Hæc ex Celso.

Pharmaca
Clysteria
Balani
Pessi
Pastilli
Emplastra
Malagmata

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SOMNO ET VITAE TEMPORE

De somno & insomnijs

SOMNVM quoq; ac uitæ tempus hominis, paucis ex ipsius Aristotelis authoritate attingam. Primum in confesso eum omnibus incesse, quibus cor siue analogum fuerit. Causa humor est cibi, in superiora tendens, deinde paulatim descendens: ante eum descensum nullatenus. Calor enim qui circa est subiecti nutrimenti causa frigescens euaporat. Cum autem omnimoda facta fuerit refrigeratio, lubsequitur mors. Quare pueros omnis ac pituitosos ob humectantem naturā plus dormire palam est: labore item sessos, quod hi maxime in liquorem soluantur, & cōcoctione impediantur, ex quo plus additur humoris. Nanis etiam par somnus, quod hi partibus maxime augescunt superioribus, plusq; nutrimenti & propterea humoris ad eas partes ferri sit necesse. Melancholicis secus contingit ob frigus, ex quo non fit euaporationis multum, neq; uenosi ob pororum penuriam sunt. Fiunt insomnia pueris. Indicium est, cum impetu expergisci, clamitare, moueri. Sed & plærisq; præter hominē animalibus. Diuinatio insuper quandoq; contingit, uerum sobrijs tantum. Necesse enim insomnia, uel causas, uel signa, seu casus esse. Ad uitæ spatium ueniam. Hoc breuius septentrionalibus ob frigora, eademq; de causa

De uitæ spatio

& piscibus. Nihil enim magis quàm calidum & humidum uitam aut tuetur, aut colit. Quapropter nanis etiam uita longior, quod supernis mēbris crassiores uegetioresq; sint, & ideo calidiores, modo plantarum & arborum. hæ nanq; pro capite radices habent, quantoq; crassiores, eo plus attrahūt humoris, ac diuturniores fiunt. Hæc ex Aristotele. Animalibus quæ plures pariunt fœtus, aut multum cocunt, breuior uita: ut araneæ, piscibus, gallinis. his uero contrarijs longior uita, ut elephanti, serpēti, cornici. author Alexander in problem. Aristot. item in problem. signa uitæ dicit esse dentes frequentes, & lineam per mediam palmā longe ductā. Sed locus expostulat, ut ea quæ Mathematici in hominis ætate deprehendūt referā.

Iulius Maternus Climacterij anni

Iulius Maternus fatales homini ualdéq; periculosos Climacterios uocat annos, quasi Giradarios, ut uox græca sonat: qui per numerū septenariū & nonariū ascendūt: quodlibet enim horum tum eorū conduplicatio cauenda: sed præter omnia annus sexagesimustertius, quod tunc uterq; numerus concurrat, cum septies nouē eum constituat. Quapropter apud Trauquillum lætatur Augustus in quadam epistola se iam annum climacterium euasisse.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXV.

DE RELIQVIS ANIMALIBVS IN VNIVERSVM.

Amphibia

ABSOLVTO iam homine, atq; hisquæ ad eum pertinent enarratis, reliquorū animaliū historia ex ipso Aristot. alijsq; receptis authoribus, quoad eius fieri poterit, cōtexenda. Sed prius pauca, quæ necessaria uidentur, in uniuersum proloquar. Primo nanq; satis constat eorū uitam in omnibus reperiri elementis, nonnullorum in pluribus: ut quæ uocāt amphibia, extra atq; intra aquam agere palam est. Verum alia alibi. Efferatiora Asia gignit. Europa fortiora. Africa uero multiformiora. Ex quo prouerbium ἀεὶ φέρει λυβύη καινόν. Nonnulla item Ouipara, ut aues ferè omnes. Quædam animal gignūt, ut quæcunq; pilis uestiuntur: & inter aquatilia balenæ,

Sine coitu nascentia

uituli, & quæcunq; cete magnitudine excellūt. Alia sine coitu ac ex putri materia: ut muscæ, & multa insectorū, & conchæ marinæ. Voce diuersa sanè omnia: fœmina uero acutiore præter taurū, qui exilius mugit q̄ bucula. Causam Aristot. refert, quod maribꝰ plus insit caloris:

Vocis diuersitatis causa

spiritus uero calidus crassitudine sua uocis grauitatē, & latas arterias efficit: exilitatē contra frigidus tenuitate. Qd' in tibijs animaduerti licet, quæ conatu uehemētiore grauiorēq; flatu grauius resonāt. Quod aūt exsectis omnibus uox etiā tenuis, causam testibus refert, qui uoluti pondera quædā sunt, ex quibus neruī libranī. Quemadmodū in cithara chordæ intētæ resonāt altius, submissius uero cū relaxāt. Sic & exsectis partibꝰ ex neruorū remissione uox tenuat. At uocis inæqualitatē instrumentū siue organū facit, p quod uox ipsa defert, cū aut

Vox aliq; propria

asperū, aut lene, aut humore aliquo adfectū, causa flexibilis, duræ, mollis existit uocis. Quam obrem uarios eorū sonos diuersis noibus latini expresserūt. Equorū hinnire, Asinorū rudere Porcorum

porcorum grunnire, taurorum mugire, pecudum balare, canū latrare, anserum strepere, serpentum sibilare, ranarum coaxare, leonum fremere, luporum ululare, auium canere. Dentes

Dentium mutatio

mutantur præter hominem, equo, mulo, asino: homini priores mutantur, maxillares nullum animal amittit. Sus omnino nullum. Maribus quàm fœminis plures in genere hominū, suū,

Dentium diuersitas

ouium, caprarum, in cæteris nondum exploratum. Quibus plures, hæc uiuaciora. Item alia dentes habent exertos, ut aper, elephas: alia serratos, ut ceruus, pantheræ: alia continuos, ut equus, bos. Ex una tantum parte, bos, ouis, capra. Carniuora omnia quibus acuti, ut canis, leo, pardalis. Maxillam mouent omnia inferiorem tantum, præter crocodilum. Bifida, id est,

Bifida

δίχηλα, bos, elephas, capra, porcus, ouis: & hæc quidem ruminant. Digitos habent homo, canis, palmipedes, anser, cygnus. Quædam ungues aduncos & rostrū incuruum. ut aquila & accipitres ferè omnes. Natura mares etiā inter bruta potiore decorauit honoris insigni. Dra

Marium insignia

conem & gallum crista, Cornibus ceruum, iuba leonē. Deniq; maiore etiam animo, præter pantherā & ursam, quæ animosiores maribus sunt. Quædam à quibusdā coli populis comperimus. Ambraciotis Leænam quasi uindicē libertatis, quod tyrannū eorum interfecerit. Delphicis lupum, quod sacrū aurū compilatum ac defossum refoderit, uel quod Latonæ parienti adfuerit. Samijs ouem, quod item aurum è templo surreptum inuenerit. Argiuis serpentem, ut Cleanthes scribit. Aegyptijs crocodilū, ibidem, multāq; alia. In Tenedo nutriunt

Amicitiæ & inimicitiæ animalium

prægnantē uaccā, cui fœtæ ministeria ueluti puerperæ exhibēt. Sunt & amicitiæ & inimicitiæ quædā innatæ, Oues capris conueniunt. Columba turturi. Palumbes perdicibus. Alexiones ceryllo. Coruus erodio. Larus graculo. Harpa miluo. At cōtra internecinū inter se bellū gerūt cornices & noctuæ, Miluus & coruus, Pyralles & turtures, Brenthus & pagrus, Clореus & turī, Aegipij & aquilæ, Cygni & dracones, Apri & bubuli, tauri & leones, Aspides & ichneumones, Aegithus & asinꝰ, quo rudēte oua & pulli Aegithi pereūt, Leones & galli, Hyena & pardalis, Scorpius & scalabotes, Vulpes & cygnus, Tauri & cornices. Inter aquatilia Delphinus & balena, cestreus & lupus, Murena & cōgrus. Sunt & alijs alia noxia uel salubria. Aquilæ quod uocant symphytū letale, Ibidi fel, Hyenæ semen crucæ, myrrhæ, Cedri folia calamodyti, Flos uluæ melanchorintho, semen allij lacertæ, Adeps capreæ cātharo, rosa cantharo, lachrymæ ex uite grui. Reliquiæ cadaueris degustati à lupo, cornici & upupæ: herba quā leonthophonū uocant leoni, uulturi unguentū, insectis oibus oleū illitū. Salubritatē quoq; morbis & remedia inueniunt. Palumbes lauri folijs cōmanducatis, Ictinus Rhamno. Turtures ἰτέης fructu, Corui uitice, Vpupæ adianto, quod & Callitrichon quidā uocant, Harpa hedera, Perdix arundinis folijs, Turdi myrti. Cordylus labrusca, Aquila saxo, quod aquilinum uocant, ac utile partubus etiam continendis. Deuastationes etiā inferunt quædā animalia. Magnesij & Ephesij contra locustas ordine militari ad bellum exeunt. Pæonij & Illyrij contra columbas. In parte Aegypti pro cane certāt. Muscarum multitudo depopulata

Deuastationes

est quondam Megarenses. Vespæ Phaselitas, Mures Cosas Hetruriæ ciuitatem. Quædam regiones & loca quibusdam exempta. In Creta Iouis beneficio, itemq; apud Delphos, ut author Nicandrus, nihil animaliū uenenatorum uiuit, eoq; translatum extemplo perit. In templum Herculis Romæ muscæ non ingrediebantur. Mures in Paro insula, ut scribit Aristoteles, non sunt. Morsus uero non æque omni tempore officiunt. uespa itemq; musca quæ serpentē degustauerunt, aculeis magis penetrant. Aspidis ranam depasti ictus immedicabilis. Canis rabiosi morsus letalis. Morsus item ieiuni hominis longe malignus. Scythas addere pharmaco inficiendis sagittis sanguinem hominis purgati Theophrastus testatur. Nōnulla

Quædam certis in locis non uiuere

Diuinatio

diuinatione quadam natura donauit. Futurā famē aut pestem, canes, boues, serpentes, præsentientes alio se conferunt. Mures instante ruina subitò de loco migrant. ut accidit Elientibus teste Homero: qui cum in lonas impie gesserint, dies continuos antea mures ab eis migrarunt, unde fatum illis portenderūt. Sed & prognostica ex animalibus tempestatis à quibusdam obseruata. Aues enim aquatiles in terra uolantes procellā portendunt: Contra terrestres si ad rigua & palustria, serenitatē. Gallinaceis itemq; Gruibus alas cōuerberantibus, strepentibus uero imbrem, eisdē lauantibus uentorū flatus. Graculi more accipitrū sursum deorsum errantes, ut author Aristot. hyemē significant. Cornix à cibo uolitans in sinistram partē, serenitatē. Mergi & Anates constrepētes alis, uētos: plures aues albæ simul iunctæ, itē noctua sereno canēs tempestatē: tempestate uero serenū pnunciat. Cōmutationes & eadē sæpe facere uidemus. Luscinia æstate colorē cātūq; aliū retinet. Sturnus æstate dulce canit, hyeme

obstrepit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

obstrepit,ac sufflauus è nigro fit. Sed & turdi,sturni, phocides,mœnides, thoes,per æstatẽ
Locorum mutatio. marcescunt,per brumã obesæ uidentur. Chamæleon quẽ attigerit colorẽ reddit. Nec locorũ
præterea minor mutatio. Aestatis quædam aduenæ aues ut coturnices:quædam hyemis ut
grues,turdi. Medicinas etiam innumerabiles ex animalibus esse quis ignorat? Sed illud mi
randum,quod in Scythia animalia:in Thyle uero insula pisces loco ligni comburant, ut au
thor Aelianus. Illud quoque superstitiosum,quod idem commemorat,multa ex his incanta
menta fieri,quæ adferre in medium neglexi. Sed ante omnia pulchrum spectare,sua cuiq; ar
ma à natura dari:eáq; ingruente periculo signis quibusdam expediri. Initurus prælia leo cau
Arma cuique sunt da terq; quaterq; terga conuerberat. Sues armos inhorrẽt. Rhinoceros cum elephanto con
Virtutes animaliũ similes gressurus,cornu prius ad petram exacuit. Ichneumones cum Erinaceis certaturos, oblitos
prius luto ac loricatos tenuem pellem contra aculeos durare uideas. Insuper in plærisq; uir
tutis quoddam simulacrum. In equis,leonibus,canibus animositatẽ,palmæq; cõtentionem.
In elephantis memoriam & disciplinam:in uulpe,passere, draconibus argutiam. In colũbis,
cornicibus pudicitiã. In ciconijs pietatẽ,quæ parentes senes alunt. In formicis,apibus proui
dentiã & sedulitatem. In leonibus rursus clementiam,in canibus fidelitatem.

DE EQVIS

Poppisimum NVNC singula consideranda. Primũq; equos,de quibus Pollux sic scribit. Ante
bimatum domari non oportere: Caput aqua perfundendum, pectendum,ac
ungula resecanda, manibusq; blande poppismo fricandum. Stabulum lapi
de sternendum: tum lapidosa paulatim adsuescendum ingredi uia, uti pedes
robore confirmentur. Tum os facile reddi illitu aquæ tepidæ,& olei quandoq;
unctione:sic frenum libẽtius sustinebit. Si minus, chamo cõpescendum. Ab initio nõ asper
agitator sit,non cursu fatiget,lente utrinq; uertendo experiatur:neque tam calcaribus quàm
uirga castiget,& in loco plano. Pedes auersus capiti, ne petat calcibus, pertractet:morsu q;
eum conuersa facie prohibeat. Adsessor equum ne premat, neq; urgeat,sese coxis sustentet,
sic & eum labore leuat,& sibi uim maiorem addit. Sit unius potius coloris. Iuba densa ac ea
Cassius medicus exultans,forti lumbo,breui capite,erecta ceruice, auribus proportione capitis paruis. Cas
Equi boni sius medicus in Problematis equos balios laudat, quos græce βαῖους baios uulgo appellant.
Spadices Verg. Spadices commendat,id est,palmeo colore. M. Varro his alia adijcit signa:pectus lar
tum,uentrem modicum,lumbos pressos,spinam duplicem, si minus non extantem:coxam
amplam,subcrispam,cruribus rectis, æqualibus genibus, ungulas firmas,nec sanè magnas
toto corpore uenas quæ animaduerti possint. Vsum item spectare atq; habere oportet: cum
alius alij sit usui: Vectorius,bellator,cursor,admissarius,quadrigarius,desultor. Vecturæ op
Canterij timi Canterij,equi uidelicet castrati. Veredi cursu pernices. Martialis. Stragula succincti ue
Asturcones nator sume Veredi. Item Asturcones qui ex Asturia ueniebãt,molliter ingressus glomeran
Tolutarij do ingrediunt,qui etiam Tollutarij dicunt. Seneca Asturconibus inquit & tollutarijs Man
Manni nis. Sunt enim Manni equi non admodũ magni,qui tollutim,id est,more Asturconũ uesti
gia glomerant. Nunc sanè id genus ex Britannia uenit: ex Hispania uero leuitate,elegãtiaq;
conspicui. Appuli Roseani bellis aptissimi, ex Tuni Africæ, ac Massylia Numidiaq; cursu
præstantes,quos uulgo barbaros uocant. Ex Tyrrheni maris insulis, præsertim Corsica &
Succussarij Sardinia:breues admodũ,sed animo generoso atq; audaci,ingressu irrequieto:ex Germania
Tortores grauiores,attamen succussarios,qui subsultim molestè ingrediunt. His similes appellat No
Cruciantes nius tortores equos. Plautus uero cruciantes,ut cruciante inquit Canterio. Succussarios Fe
Desultorij stus. Desultorij uero sine ephippijs equi ad cursum apti erant,quos græci Celetas uocabant.
Celetes Hi quondam à nobilissimis iuuenibus teste Tranquillo agitabantur, nunc sanè à ministris.
Illud quoq; obiter notandum, quod neq; legimus neq; sanè ex ueterũ monumentis aut mar
moribus aspicimus,equos eorum ephippia more nostro, neq; penitus pedum sustentacula,
quæ uulgo staffas appellãt,habuisse: sed tantũ in dorso ephippia eius generis,quibus hodie
domitores equorum utuntur. Festus scribit Romanos equũ [illegible]teriore bigæ in campo Mar
tio quotannis Marti immolare solitos. Lacedæmonij in Monte Taygeto uentis immolant
equũ,ac in eodẽ loco adolent,ut cinis eius late diffundat. Rhodij item singulis annis quadri
gas Soli cõsecratas in mare iaciunt,q; is tali curriculo fertur mundũ circũire. Aelianus mira
quædã de equis scribit. In India tam equos q; asinos unũ in fronte cornu gerere,illudq; si quis
ueneno infecerit innocuũ esse. Apud Psillos Indorũ equos haud hircis maiores esse, mulos
boues q;

boues q; tandem Libycos negligentiam domini facile tolerare. Nam graciles ieiunosq; la
bores & cursus maximos perferre. Præterea Scythã fuisse quendã, qui optimæ gentis equã, *Equi celsitas*
& ex ea equum habebat,ne soboles periret,filium ad matris initum duxisse: primũ reculan *Dareus equas*
tem,mox adopertũ pallio saliente:ut primum agnouit se parenti concubuisse,euolauit,è cre *à partu du*
pidine saxi sese præcipitẽ dando,scelus expiauit. Dareum minorẽ equas à partu in bellũ du *cebat*
cere solitũ,ut si contingeret aufugere,ab illis amore relictorũ pullorum celeriter transferrẽt.
Celtas ac Macedonas & Lydos equos piscib⁹ pascere. Sybaritas & Libycos ad cantũ Sym *Sybaritarum*
phoniæ equos instruere ac domare,quæ causa illis cladis fuisse dicitur cum Crotoniatis con *mos.*
current.bus. Ex equæ fronte caruncula à pastoribus radi, philtris efficacissimã quam Hip *Hippomanes*
pomanes uocat Verg. in Geor. Equorũ nobilitas nõ facile patiẽ ab asinis iniri:remedium eis
prius iubas tondere,atq; turpantes crinibus,amota superbia facile succumbunt. author Ae *Equæ uento*
lianus. Pli. uero aliter earũ libidinẽ iuba tõsa extingui dicit,cõciperéq; flante Fauonio apud *concipiunt*
urbem Vlyxiponensem. Cossinitus Thraciæ fluuius equos epotos efferat. Hinc Diomedis *Cossinitus*
illic regnantis equi monstruosi ob eam causam dicunt. Adamati equi quoq; Alexandro & *fluuius*
Cæsari ac Augusto reperiunt,à quibus etiã tumuli honore donati. A Semiramide itẽ usque *Equi adamati*
ad coitũ. Equus insuper Nicomedis regis extincto domino,inedia uitã finiuit. Aelianus. Hu *Inuentores*
ius inuentorẽ Neptunũ tradũt, equitandi uero Thessalos,sicuti frenorũ Peletronios. Colu *equi,equitãdi*
mella de equis sic ait. Maiores bimis domari nõ oportet,annorũ notæ cũ corpore mutant. *frenorum.*
Dũ bimus & sex mensiũ est, medij dẽtes superiores & inferiores cadũt. Cũ quartũ agit his *Dẽtes equorũ*
qui Canini appellant deiectis, alios adfert:intra sextũ deinde annũ molares superiores de *Morbi*
cidunt. Sexto anno quos primos mutauerit exæquat. Septimo omnes explent æqualiter,ex *equorum*
eo cauatos gerit:nec postea quo annorũ sit manifesto cõprehendi põt. Decimo anno tpa ca *Crithiasis*
uari incipiũt,supcilia nonnunq; canescere,& dentes ꝓminere. Morbi equorũ Crithiasis, Hy *Hiperæmosis*
peræmosis. Generat septẽtrio equos syluestres: sicuti meridies asinos. Inueniunt & equi flu
uiatiles,q in fluminibus morant,qs Hippopotamos uocãt Authores, Aristot. Aelianus, Pli. *Hippopotami*

EX XENOPHONTE DE ARTE EQVESTRI

NEQVID autem de equis prætereatur, Xenophontis græcum libellũ de arte
equestri usum est mihi in latinum sermonem ad hunc locum epitomare. Pe
des ante omnia probandi. Vngulæ crassæ sint, neq; humiles,ne atterant,cine
podes: neq; ualde erectæ caprarum modo,tibiæ pingues ossibus,non carne. Si
pullus molliter genua flexerit,tempore procedente multo magis flectet:sic eũ
melius quàm rigida,equum equitemq; infractum ac indefessum reddunt. Coxæ anteriores
sub humeris pingues probantur. Pectora latiora ad decorẽ faciunt pariter & robur, aptáq;
ferre crura minime inter se proxima aut coniuncta. A pectore rursus ceruix non more apri
prona procumbat:neq; item galli modo recta ad ceruicem tendat. uacuus circa curuaturam
sit,caput osseum,paruas habeat maxillas,oculis ante pedes respiciat. Nã colli protensio las
situdinis debilitatisq; signum. Considerandum deinde si utræq; maxillæ molles, aut duræ,
aut diuersæ. Diuersarũ enim maxillarum,sicuti alia multa animalia,nascuntur etiã equi: Ocu
lis item prominentibus uigilantior apparet,q̃ incuruis,longiusq; aspicit. Nares apertæ,ma
gisq; depressæ spirabiliorẽ feerociorẽq; demõstrat. Etenim quũ equus alio cũ equo fertur,uel
inter equitandũ animatur & efferuet,nares magis dilatare conspicitur. Vertex præterea cer
uicis maior,& aures minores magis equinum præ se ferunt caput:latera profundiora, tumi
dioráq;. Lumbus quanto latior & breuior,tanto facilior. Ingressu equus anteriora crura at
tollit,& posteriora deflectit. Ventrẽ mediocrem, coxas latas esse oportet, lateribusq; ac pe
ctori cõiunctas. si aũt hæc omnia gracilia fuerint, leuiorẽ sanè ad cursum uelociorẽq; faciũt.
Clunes ad caudã, si lata linea diuidat, longe uestigiũ posteriorũ pedũ prioribus anteponet.
Testiculi quoq; magni probant. Si pullus cruribus fuerit altis, hic magnus erit equus: nam
quadrupedũ omniũ magnitudo tibialis tempore non ualde crescit. Ad huius igitur symme *Quomodo*
triam & reliquũ corpus augescit. Pullus in primis mansuetus tractabilisq; fiet eluriendo,ac *curandus*
sitiendo:demũ iræ oblito,cibũ præbẽdo,tum blandiendo,leniterq; partes,quas equus per se *pullus*
curare nequit,attrectando. Hunc equiso per turbã ducat,oĩbusq; adspectibus, ac sonoribus
appropinquare doceat:ut si quid expauescit,nõ planè arduũ,sed placidũ esse paulatim mon
stret. Cautiones in equo emendo,ut ætatẽ qs norit, si frenũ recipiat, si sessorẽ excipiat,si ex
ceptũ excutiat,si dimissus aufugit, aut celeriter recipiẽ,si uerbere ictus sit obtẽperãs aut exci

tator,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatior. Sed & si bello uis utilem: fossas transmittere, muros transilire, insilire, desilire, à fronte, à tergo, ab latere percurrere oportebit. Pauidi & suspicantes omnino reijciendi. Illa ferocis ac boni equi potissima signa, si fessus rursus eadem facere uolucrit. Stabulum domi habere oportet, ut sæpe cernat equum oculus dominicus: repagulaq; inter eos, ne inter se pabulũ furentur ponenda. Pauimenta stabuli mollia seu leuia generosis officiũt ungulis. Sint igitur lapidibus strata inter se ungularum magnitudine ex asperitate coniuncta. Ita nanque à uitijs equorum pedes, & si quid illis adhæserit, prohibentur. Posthæc equiso è stabulo equum educat strigilis gratia: seponatq; seorsum à præsepe post prandium: ut libentius deinde ad cœnã redeat: locumq; eum lapidibus rotundis sternat: ut sese mouendo tanquam in uia saxosa ingrederetur, exerceat: eoq; modo chelidonas pedum huiusmodi effusi lapides tenuabũt. Ora uero ut sint mollia curandum: hisdem ferè remedijs quibus & caro curatur humana. Equiso quotidie simum & humida equi cubilia in unum locũ efferat atq; aggerat. Equum quocũq; sine freno ducit chamo compescat, qui minime respirare prohibet, ac mordere nõ sinit: supra à uertice capistrum adliget: quãdo omnia circa ora imposita natura ipsa equus detrectat: sic uincula minime pertrahet, sed lenta esse sinet. Quãdo ad strigilem uenitur, incipere à capite & iuba oportet: ubi enim superiora purgata non sunt, frustra inferiora purgantur. Spinam tantum manibus atterat: & pilum qua natura ducitur complanet: sedi minime noceat: aqua caput abluat: quum enim, si osseum sit ferro attingat, equum contristabit. Deinde procomiũ, id est setæ quæ ante frontem propendent, aqua inspergendum uti longe succrescat: quum uidere minime prohibeat, noxiaq; ab oculis propellat. Etenim existimandum deum pilos huiusce modi equo in hac parte, loco magnarum aurium dedisse: quas asinis ac mulis ob oculorum defensionem tribuit. Præterea caudã atq; iubam lauare sæpe oportet. Nam setæ in his partibus crescentes magno sunt usui: cauda in noxijs abigendis: iuba ad equum ascendendum. Sunt item ad decorem: signum quod equæ armentales nõ similiter asinos in coitu sustinent, donec comam induerint: cuius rei gratia attondẽt equas omnis quæ ab asinis sint inundæ. Lauare crura prohibemus: nihil em̃ iuuat: nocetq; potius ungulis quotidiana insperfio. Sub uentre quoq; multa purgatio minuenda: quum hæc magnopere contristet equum: præterea quanto purgatior hæc pars, tanto magis subtus noxia cõgregat. Itaq; hæc loca manibus pro strigili confricanda. Videndum ne in equis tractandis à fronte aut à cauda adpropinquemus, sed ab latere: sic & minimum nocebit, & ascensuro paratior fuerit. Equiso equũ frenaturus primũ ad eius læuam accedat: deinde lora dextra summo capiti coryphæq; immittat: os uero sinistra adaperiat: quando si recipiat cecriphalon circũponat: si minime aperiat: pollicem sinistræ ori injiciendo freno dentes premat. quod si non item iuuerit: labrum circa cynodontem premat. Equum insuper per lorum ducat, nõ autem per frenum: nam hoc diuersitatem maxillæ facit. Frenum uero ipsum quũ nimis prope maxillas fuerit, os atterit: ut sine sensu quodammodo fiat: quod rursus nimis in ore summo, potestatem facit minime freno parendi. Equiso instruatur, quonã modo Persico more sit auxilio, ut equus facile conscendatur, dorso domini pedes sustinendo, si forte ille ægrotauerit aut cõsenuerit. Præceptũ optimũ ad equũ cum ira nusquam adcedere: qui enim equũ generosum uerberibus cogunt, maiorem incutiunt terrorem: blandéq; potius edocendus, ut quod expauescit minime molestum sit. Equum ascendens lora ex freno læua decenter accipiat: ita lenta ut crines prope aures minime corripiat: ne si forte cum hasta insiliat, os equi freno cõuellat. Ex utroq; igitur latere conscendere discat. Quod si forte crus fessum eques habuerit, minime genu supra equi spinam imponendum: sed tibiam in alteram laterum equi partem transmittat: quũ uero consederit coxis equo adhæreat, ut rectius ualentiusq; queat & hastam manu iacere, & ex equo ferire: tibias à genu molliter dimittat: si autem rigidas protenderit, periculũ si quid offenderit ne rumpantur. Deinde brachio sinistro equi cõstis adhæreat: sic enim & stabilior equus fuerit, & manus firmior. Si quando currendum: signis id tantum quãm subitò præstat: equo si leui erectáq; ceruice, habenas altius immittendum: si demissiore fuerit, inferius: qui enim sponte curret corpus alacer inflectet: & ad baculi nutum qua parte inferri uiderit libentissime mouebit: seseq; rursus reflectendo regredietur. Equitationis genus laudamus quam pediam uocant, in utranq; enim maxillam uerti adsuescit. In conuersionibus equus tuto recipiatur: non subitò, sed paulatim è medio cursu frenum contrahendum. Vtile quandoq; fuerit quiescentẽ statim impellere: & ex equis equos petere: & ex celeritate rursus in proximo conquiescere

De stabulo

De strigili

Quomodo frenum immittendum

scere, & ex quiete iterum irruere. Siquis autem saltu eum cupit instruere, loro tenens equũ fossam præcedat oportet, deinde trahat, ad saltumq; inuiter: si respuit, uerberibus cogere: reliquo tempore uim nõ expectabit, sed tantũ retro aliquem uideat sat erit: sic adsuetus calcaribus, postea ab equite impulsus magnas transmittet fossas. Hoc idem agere in accliui decliuiq; loco adsuescendus: & adsilientẽ quidem in accliui, iubam prendendo pronus adiuuet: in præcipiti uero sese resupinando, habenasq; cõtrahendo. Equus enim qui collecto cõdensoq; corpore fuerit, & sibi & equiti hæc omnia tutius peraget. Denicq; huic arti & uenatio & campestris exercitatio magnopere utiles. Cũ equo magnanimo nihil per uim agito: nimiam ferocitatem placidissimis potius signis mitigato: nam longa magis itinera & quieta mitem reddunt, quàm subita ac breuis uiolentaq; agitatio: quapropter minimum ab alio quo alio quàm equisone attingatur. Præceptum est enim, poppismo, id est, blanda sibilatio ne equos mansuescere, lotio autem excitari. At si quis ab initio in lotio quidem placabilia, in poppismo uero molesta proferat, discet equus poppismo quidem excitari, lotio autem placari: adeo in teneris adsuescere magnũ est. Adhibendus insuper iuxta clamorem & tubas, ne hæc horrida ei uideantur: neu aliquid triste, seu subito molestum proferre, sed conquiescere sinere, prandiaq; & cœnas offerre si capiat. Optimum autem cõsilium, ualde animosum equum nõ esse in bello possidendũ. At ignauo & pigro equo sat fuerit dicere, hæc omnia fieri contrarie, quæ animoso oportere diximus. Præceptũ quoq; de frenis hoc erit, ut duo nõ minus habeantur: horum alterum læue, rotis ualde magnis: alterum breuibus & humilibus, echitinis uero acutis: ut si quando hoc equus accipiat, asperitate dimittat: quando uero læue cõmutet, ipsius equitate lætet̃: & in altero quidẽ instruatur, in altero gaudeat, ac qđ in illo didicit, in hoc agat & exerceat: si uero huius despexerit læuitatẽ, rotas magnas addimus læui, ut ab ipsis hiare coactus frenum dimittat. Oportebit & asperum frenum uatium facere, & clauis firmiter confixum ac cõtinuum. Cauendum insuper ut quantacunq; frena fiant, mollia flexibiliaq; sint. Rigidum equus totum habet prope maxillas sicuti obliscum. In flexibili autem quod fugit semper uenans, mittit à maxillis frenum. Hac igitur de causa circa medium ex assibus annuli suspenduntur, ut in his persequendis & lingua & dentibus occupatus, ad maxillas frenum recipere negligat. Siquis autem equũ cupiat uelocem pariter & celerem, saltuq; leuem, haud facile in eodem inueniet. Nam qui molliter crura inflectit, corpus attollere minime ualebit. Qui enim lumbũ inflexum & breuem ac robustum habuerit, non secundum caudam, sed in ea parte quæ inter coxendices, & latera secundum uentriculũ est, is maxime poterit retro crura longius supra priora uestigia ponere: ex quo si freno cõtrahitur, posterioribus quidẽ laborabit. corpus uero anterius attollere ualebit, ita ut uentre & genitalibus anteferatur. Armaturam uero qui ex equo sit pericliturus huiusce modi habeto: primũ thoraca, & ex thorace continuum ei tegumentũ q̃ ceruicẽ ad uultũ usq; ac nares protegat. Ex hoc itẽ alæ duæ circa uerenda dependeãt, ac cõsistant, tales, tantæq;, ut tela repellere ualeant. Cassidem deinde induat, quæ firmissima erit ex pelle bubula. Sinistra insuper manus armanda manu appellata, nam humerum operit tum brachium ac cubitum, & quod his continuum fuerit, præterea extenditur & incurua-tur, & ubi deficit thorax supra alas protegit. Dextram ob pugnam liberiorem esse oportet, eamq; à thoracis impedimento separare, pro quo alæ sint in giglysmis additæ: quæ itẽ manus plicantur & similiter clauduntur, brachio tantum simile tibialis opponatur. Armanda & ea pars dextræ, quę sublata nuda est, prope thoraca corio uitulino aut ferro. Equus post hæc armandus prometopidijs, prosternidijs, & parapleuridijs. Hæc enim simul & equiti parameridia, id est, femoralia fuerint. Ex omnibus uero maxime equi uentriculũ simul cũ lateribus, quæ pars inter uitalia & debilissima uidetur, quoad fieri cõmode poterit, una cũ ephippio protegere oportet: necesse tamen huiusce modi tegumentũ, sicuti & equi alia, cõsuere, ut & eques securius consideat, & quàm minimum equi sedem incommodet. Equitis præterea pedes ex femoralibus eminebunt. Armantur quoq; & hi si embates seu socculi fiant ex corio: quali crepidæ existunt: sic enim armatura & tibijs, & pedibus pariter calcamenta fuerint. Et hæc quidem omnia ne lædi possit, ut autem lædere ualeat, machæram potius quàm ensem habeat. Pro hasta perticali quod hæc debilis simul & grauis ferre est, cornea clauas magis laudamus. Nam & hæ scientem fallere minime possunt, & ignaro esse utiles quoquo modo, à fronte, à tergo, à latere. Adde quod robustiores sunt, & ferri facilio-

Venatio utilis equiti

Equus ignauus. De frenis.

De armatura

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes quàm haſta: iaculum inſuper longiſſimum magis placet. Paltum etiam genus minoris iaculi in itinere torquetur ac tranſmutatur. Longius autem iaculabitur ſi ante proijciens ab læua ſe reducat in dextram, deinde in coxendice conſurgens haſtam emiſerit: certius tamen ſi ſemper ſcopum in emittendo contuebitur.

DE CANIBVS.

Laconici Alopecides Leontomiges arcades Crocutæ cyrenaici Caſtorides Eretrici Moloſſi ex Epiro Celtici Britannici Indici

CANES diuerſorum generum memorat Pollux. Laconicos, Arcades, Argolicos, Cyrenaicos, Libycos, Moloſſos, Indicos, Caſtorides, Eretricos, Cretenſes. Laconici ex uulpibus & canibus, uocantq; Alopecides. Plautus. Nos Paraſiti Lacones ſumus. Arcades ex canibus & leonibus, appellanturq; Leontomiges. Cyrenaici, ex lupis & canibus, nominãturq; Crocutæ. Caſtorides è caſtore nati, & uulpe: ex quo Homerus ἀλοπεκίδας uocat. Eretrici Apollinis ſuſſu nutriti, qui & aratro terram uertere dicebantur. Moloſſi ex Epiro ueniunt, dicuntur prognati ex cane, quem Vulcanus, ut fabulæ uolunt, fabricauit, & animam inſpirauit, donoq; dedit Ioui, ille Europæ, ipſa Minoi, Minos Procridi, hæc Cephalo uenatori. Cretenſium canum aliqui Diaponi, qui ſemper in certamine foris congrediuntur, alteri parippi, qui equis curſu contendunt. Hæc ex Polluce: Sunt & Celtici ex Gallia Britanniaq; uenientes, odoratu, curſuq; præſtantes. Indici ex tigride naſcuntur. Vnius ex his exemplum tradit Ariſtoteles, qui præſente Alexandro in India cum leone congreſſus, prius expectauerit à circunſtantibus totus paulatim cõcerpi, quàm mordicus feram dimittere. Extinctum tandem Alexander honorauit, eius nomini ac tumulo ciuitate dicata. Nicandrus Colophonius tamen ſcribit huiuſcemodi canes ex Acteonis regis canibus prognatos, qui poſt rabiem in ſanitatem redeuntes Euphrate tranſmiſſo, in India errauerunt. Sunt & Melitei ex Melite inſula, admodum parui, in delicijs domi educantur. Noſtra uero tempeſtate Alani & Corſi non cedunt Moloſſis, quibuſuis feris congredientes. Moloſſi enim ex Illyrico frequentes in Italiam ueniunt, cuſtodiendo pecori uillisq; aptiſſimi: ſub catenis interdiu ob periculum retinentur. Hoc animal Aegyptij ſub numine Mercurij uenerantur, quẽ uocãt Anubin, quod in exortu caniculæ fiat inundatio Nili, uel quod Iſidi Oſyrim quærenti Canes præſto fuerint. Scribit Hermippus, qui & Ariſtoclem adducit authorem, eſſe gentem in parte Aethiopiæ, cui canis imperaret, eiusq; cum latratu tum certis alijs ſignis iuſſa deprehendi. In templo Vulcani rotundo, canes Romæ ueluti æditui habitabant, ſacrilegis tantum adlatrantes, cæteris blandi. Eodem fermè modo & in Apulia & in Mineruæ templo uidebantur. Fidelitatis quoq; eorum plura monumenta. Pyrrho Regi canis ab eo educatus adfuit quondam in ſomnis in quodam terrore clamanti: demum eo mortuo in eandem pyram ſe ſponte iecit. Icarij canis fidem ob indicatum filiæ parentis cadauer, cœlo poſteritas extulit. Dareus ultimus ab Alexandro uulneratus, ab omnibus relictus, cani tantum ab eo educato curæ fuit. Canem Athenienſes publice alendũ mandauerunt, quod in Aeſculapij templo cuſtos ſacra compilantem indicauerit. At canem Vlyſſeum poſt annos XX. dominũ cognouiſſe fabuloſe ab Homero poſitum. In Aegypto docilitas nõ minor eis quàm equis Sybaritarum. Sub Ptolemæo quidem ludere, ſaltare, ac molliter ad ſymphoniæ cantũ moueri, edocti fuerant: uicem ſeruorũ pauperibus domi præſtabant. Ex Aeliano. Canem Latini lupercalibus immolabant menſe Februario: Lacedæmonij uero Marti, eumq; templis omnibus, ut animal impurum, & qui in propatulo coëat arcebant. Ea demum cauſa quod in inſulam Delum non ingrediebantur, nec eius ſacerdoti uel eum nominare fas erat. Plutarchus in Problematis. Pœnam quoq; apud Romanos ſingulis annis dabant, ob memoriam male defenſi ab eis in tumultu Gallorum Capitolij. Heliogabalus teſte Lampridio canes ingentes rhedis trahendis iunxit. Reliqua ad eorum pertinent naturam. Plures edunt fœtus, cœcos omnes uſq; in diem XIIII. optimus in fœtu qui nouiſſimus cernere incipit, primus tantũ patrẽ refert. Genituræ initiũ mari quartus annus, fœminæ tertius, uſq; in nonum: ætas dentibus deprehenditur. Iuuenibus albi & acuti, ſenibus nigri & obtuſi, ætuum longiſſimum annis XIIII. Ex Aeliano. Signa uero probi Pollux uel illa præcipua commorat. Toroſi, magni, uenoſa fronte ac lata, oculis nigris flammeiſq;, auribus tenuibus ac prælongis. Collo item prælongo, pectore carnoſo. Spatulæ ab humeris paulo recedentes, cruribus altis, altioribus tamen poſterioribus, lateribus extantibus, coxis teretibus inter ſe diſtantibus, uillo tenui ac denſo, colore non omnino uno, ſed mixto. Vexantur tribus morbis,

Canem inter Aethiopas Rex
Canum fidelitas
Canum docilitas
Canes ob pudicitiæ fœditatem reiecti
Primus fœtus patrẽ refert
Probi canis ſigna

morbis, angina, rabie, & podagra: ab hac ultima facile curantur, à reliquis non. Item eorum caluariam integram eſſe conſtat. Curſorem præterea uilloſiorem eſſe oportere, indagatorem uero dentibus hebetioribus arcq; nigrantibus. Signa quoque longe odorantis, ſi abſtinent canina carne uel aſſata uel farcta condimentis. Aelianus. Canũ morbi

DE CERVIS

Cerui

CERVIS fœminis cornua naſci, cum nõnulli dicunt, tum Euripides teſtatur in Iphigenia, Ceruam cornigeram manibus Achæorum tradam, quã pro tua mactabunt filia. Idem in Terundis Ceruam ab Hercule expugnatam cum cornibus fuiſſe dicit. Seſeli hærba in morbo, & apud Cretam dictamo, ut tradit Ariſtoteles, ſeſe curant. Cornua in locis inacceſſis proijciunt, ne imbelles inuenian tur. Vnde prouerbiũ οὐ πλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. Quo abijciunt cornua cerui: author Aeſa nus. Ariſtoteles ait Ceruum in capite uermes habere, præterea felle carere, quamuis eius inteſtinum ſit amariſſimum. Plinius item de his hæc ſcribit: Mulcentur fiſtula paſtorali, iacent prope uiam, in terrore ad hominem cõfugiunt, mirabundum alioqui animal ac timidum. In bimatu cornua incipiũt, partus ferunt octonis menſibus, & uitæ eis longiſſimæ ſignum, quod quidam cum torquibus aureis ab Alexandro magno datis poſt longum tempus inuenti. Quin & eorum carnem matutinis manducatam addere uitam compertũ eſt. Cornu ceruinum ſuffitum abigendis ſerpentibus aptum. Africa tantum ceruis caret. Eſt & apud Ariſtotelem Hippolaphus animal forma cerui & equi compoſitũ, magnitudine ferè ſimili ceruo, uillo tantum & barba hircina: ſcribit ipſum gigni apud Aracotas, forte hic eſt quem Aelianus Tragelaphum uocat, dicitq; cætera ſimilem ceruo, barba tantum & armorum uillo, hirco propiorem. Capream Græce Dorcadem Gaza apud Ariſtotelem conuertit. Hæc & coturnix placidiſſima animalium ut ait Plinius, uenenis pinguescunt. Muſimones Corſica fert, caprarum more uillum ferentes, ex quo tomenta conficiunt: author Strabo. Damæ raro manſueſcunt, cum feræ dici nõ poſſint. Cõplura nanq; mediæ inter utrũq; naturę ſunt, ut in uolucribus hirundines, Apes in campo, in mari Delphini: author Plinius. Vulpes uafrum animal, Echinũ cum uideat non poſſe propter aculeos ſuperare, reſupinat, atq; ita mollem corporis partem lancinans enecat. Veſparum quandoq; multitudine uexata ſeſe in cauum condit, extante cauda. Circa quam ut illas certatim occupatas, uilloq; denſo implicitas animaduertit, egreditur, atq; ad murum ſiue arborem perfricando obterit, extinctasq; deinde depaſcitur. Eodem ferè cõmento & piſciculis inſidiatur ripam oberrans, caudaq; in aquam demerſa: illi nouitate accurrunt, uillisq; obuoluti & quaſi defoſſi extra huntur. Otides quoq; in fluminibus pariter decipit, ſeſe uni ex eis feſſæ adſimilans, illæ ſuperuolant, uulpes conuerſa ſtatim inuolat. Dicitur & in Thracia flumina hyeme glaciata tranſmittere, aure prius ad ripam humi adpoſita ſerenitatem itineris explorare, ſi quietem nullis crepitantibus undis deprehendit, libera traijcere. Hæc ex Aeliano. Leonũ Ariſtoteles duo genera ponit, alterum breuius criſpo pilo atq; ignauius, alterum longius atq; generoſius. In uniuerſum infirmis eſt lateribus, reliquo corpore robuſto, ceruice præſertim ualidiſſima, quod oſſe uno rigida conſtet, nec uertebris ullis iungatur. Illud obſeruatum ex Homeri carmine quod ignem formidat. Item rotarum orbes, currus inanes, & gallinaceorum criſtas ac cantus. Solum hoc animalium apertis oculis naſci, author eſt Democritus apud Aelianum: minimumq; ſomno deditum tradunt ſignũ, quod dormienti cauda iugiter mouetur. Strabula paſtorum armentaq; inuadit fame compulſus, ut Homero placet. Carne camelorũ libenter ueſcitur, ut author Herodotus, qui quondam in Camelos regis Xerxis frumentum ferentes impetum feciſſe leonem cõmemorat, reliquo cõmeatu hominibusq; ſeruatis. Saturitatem dierũ inedia uel ſimia deuorata uomitionibus purgat. Ingreditur obliquo itinere, ne cubile deprehendi aut fœtus inuadi poſſint, oſſa ſolida minimeq; uacua habet. Solus quocunq; tempore terga nullo terrore uertit, quiete ac ſenſim ſeſe recipit. Cum leæna nõ paſcitur, ſed ſeparatim errat, cum in cunctis generibus mas cum cõſorte libenter uiuat. Cauſa, quod utercq; uiribus fidens nequaq; altero indiget: hæc ex Plinio. Reliqua ad eius pertinent clementiam. Nam ut eſt inedia terribilis, ſic reliquo tempore mitis, pueritię, ac magiſtro eum regenti præſertim. Varia eius placabilitatis tradunt exempla. Illud in primis notiſſimũ quod ab Aeliano Gelliog; traditur de Androcle ſeruo, qui Roma aufugit in Libyæ deſerta, ac in antrũ leonis incidit, ubi leoni reuertenti cum præda ac pedem claudũ

Leones
Placabilitatis leonis exẽpla
Androcles ſeruus

Universidad de Deusto
Biblioteca

porrigenti Androcles auxilium tulit. Demum captus ipse fugitiuus ac Romæ in Theatrũ eisdem leoni forte capto obiectus, ab eodem cognitus & seruatus est. Scribit item Plinius
Mentor Syracusanus de Mentore Syracusano, qui leonem sibi in syluis obuium, pedemq; porrigentem furculo
fixo liberauit: Idem fere dicit Helpio Samio contigisse. His exemplis successit diuus Hiero
Hierony. nymus qui huiusmodi feram simili beneficio demeritus traditur. In regione Elymea tem
plum Adonidis est, ubi leones mansueti hospitibus blandiuntur, ex eorumq; manibus ci
bum capiunt: author Aelianus. Plinius scribit, quod primus Romanorũ leones currui iun
xit M. Antonius triumuir, imitatus Matrem deum, in cuius tutela sunt: nõ sine cauillo, ge
nerosos spiritus eo tempore sub iugum missos significari: quem deinde imitatus est Helio
Leones Romæ in circo gabalus, teste Lampridio. Pompeius CCCXV. iubatorum leonum pugnam in circo de
dit. Cæsar CCCC. Primus hominum Hanno Carthaginensis Leonem mansuefecit. Graui
Hanno leonẽ mansuefecit primus sunt animalia, & diebus alternis uescuntur. Leæna primo partu quinq; parit, ac per annos sin
gulos uno minus, ab uno sterilescere. Informesq; fœtus ac magnitudine mustellarum esse.
Semestres uix ingredi. Hæc Plinius. Contraq; Herodotus apud Macrobiũ, itemq; Gellius
De Leænæ partu scribunt, quod Leæna in omni uita unum parit. Causa quod catulus leoninus ubi in utero
moueri cœpit, cum habeat ungues longe acutissimos, uterum lacerat, augescens magis ac
Lupus magis imprimendo exulcerat. Lupus animal uoracissimũ in prædam incidens toto corpo
re turgescit, taurũ à tergo aggreditur cornua cauens, noctibus grassatur. Flumina tranant
seriatim, quolibet eorum præcedentis caudæ mordicus apprehensæ innixo. Apollini ami
cus quod Latonæ parienti astiterit, unde ab Homero Lycogenes Apollo dicitur, ex quo in
templo Delphico lupi simulachrum cernebatur. Et apud Græcos annus Lycabas dicitur,
quod à Phœbi seu solis cursu pendeat. In Canopo Mareotidis piscatoribus adsistunt more
domesticorum canum, partecq; ab his prædæ donantur. Alioqui retia, apparatumq; omnẽ
concerpunt. Prope Nilũ herba quædam est quæ Lycoctonia ex argumento dicitur, hanc
Lycopolis si attigerint pereũt: quare Aegyptij hoc animal uenerantes (nam & Lycopolim ciuitatem
habent) hanc è suis terris extirpauerunt. Hæc ex Aeliano. Plinius ait luporũ usum in Ita
lia noxiũ esse, uocemq; homini quem priores cõtemplentur adimere: caudæ eius usum ama
toriam inesse. Eum XII. nõ amplius dies toto anno coire. In fame quoq; uesci terra. De ui
su Virgilius etiam in Buco. author. Liuius uero inquit, uiso quondam lupo in capitolio ut
Lupus ceruarius dirum putatũ, urbsq; propterea lustrata. Lupos ceruarios Gaza ait à Græcis θῶας uocari.
Thoas Pollux autem Thoam lupum uulpi similem uoce dicit, qui cæcos parit fœtus, & cum leo
Caos nibus congreditur. Caos alia species è genere ceruariorũ. Lupos ceruarios in Pompeij are
na primum Romæ spectatos fuisse Plinius scribit. Aelianus hoc animal præditum magna
humanitate dicit. In hominẽ siquidem incidens sese conuertendo quodammodo dignatur.
Lynx A cæteris quoq; oppressum animalibus, ultro ulciscitur. Cum Leonibus cõgreditur. Lynx
Lyncurium & ipse inter lupos ceruarios usu acutissimo, pelle uaria. Ei⁹ urina cõcreta lapidescit, mulie
rum ornamentis quæsita. Hanc igitur expetitam quasi diuinans dicitur (uti tutius degat) oc
cultare, quã Lyncurium uocant, ut author Solinus: eius color precio ut ait Theophrastus,
ad succinum peruenit, spiritu attrahit & ipse appropinquantia, dolores insuper renum pla
cat, & regio morbo medetur. Pli. itẽ scribit lupi ceruarij naturam esse, si cõtingat eum man
De bobus dentem respicere, statim oblitum cibi aliũ quæsitũ abire. Boues inter animalia honore cæ
teris præfert Columella, tanq; agriculturæ socios, præsertim in Italia, cũ tauros Italos Græ
ci uocarent, capitaleq; fuerit apud antiquos eos necare: ex quo damnatus à Po. Ro. qui cõ
cubinæ procaci omasum uri se edisse neganti bouem interemisset, tanq; colonũ suum stu
stuliisset. Scribit Aelianus apud mare Rubrũ boues cornibus flexibilibus esse, apud Mysos
sine cornibus nasci, in Phœnicia tanta magnitudine esse, ut à stantibus mulgeantur: in Li
Opistonomi boues bya quæ Aegypto terminat, boues Opistonomos, id est, retro pascentes esse, quod cornua
luminibus prætenta ab fronte pastionem abscondant, regredientibus uero nequaquam. In
India cursu cũ equis contendere publico spectaculo: In Libya boues agrestes esse, cursu itẽ
haud equis inferiores. Apud Chussas Aegypti ciuitatẽ Venerem coli cum cornibus bubu
lis, eiq; uaccam sacrificari, quod ei numini maxime conueniat, cum constet hoc animal
maris sequi uocem stadijs uel XXIIII. distantis. Apud Crathera itemq; Clitumnum Vm
briæ fluuium, armenta ex nigris alba fieri. In Eubœa ferè omnes boues albos nasci, unde à
poëtis Argiboea dicta est. Tauros Aethiopum agrestes qui Sarcophagi dicuntur, cornua
aurium

aurium modo mouere: Apud Troglodytas taurũ esse in præcipua dignatione, quod robore
præstare cæteris animalibus dicant. Huius etiam animalis nomine Aegyptios Apin cole
re, quẽ ex loco Vphim uocant, ex eo genere quos Thesprotæ Latinos dicunt, iactantes il
Vphis apis los è semine Geryonei armenti ortos. Hunc uphim hærba tantũ modica pasci. Hæc omnia
Aelianus. Plutarchus in Problematis scribit bouí qui cornu peteret, fœnũ apponi solitũ, ne
occurrantibus noceret: ex quo prouerbiũ ad proteruos & nocentes, fœnũ in cornu gerit: q̃
M. Crassus notat⁹ fuit. Columella teste, boũ differentiã regio facit. Campania albos & exi
les gignit. Vmbria uastos & albos. Hetruria & Latiũ cõpactos & ad opera fortes. Apenni
Signa probi bouis nus uegetos ac labori aptissimos. Tum illa signa probata, magna cornua, frons lata & cri
spa, hirtę aures, oculi magni ac nigrantes, ex quo Homer⁹ βοῶπιν Mineruã appellat. Nares
resimæ ac patulæ. Ceruix lata & torosa, ampla palearia, capax uterus, latera porrecta lum
bi. Dorsum rectũ & planũ, ungulę magnę, cauda longissima, color rufus uel fuscus. Vaccę
quę annos X. excesserunt fœtibus inutiles, rursus minores bimis inire nõ oportet. Hæc Co
Tauri lumella. Pli. teste taurorum spectaculũ primus Cæsar Dictator dedit, qd' adhuc Romæ du
Taurorũ spectaculum rat. Illud quoq; nõ præteribo qd' scribit Aelianus, Taurũ qui cornu petat, dextro testiculo
adligato cohiberi: bouẽ quoq; triturantem à frumento abstinere, si os ei spicis prius perfri
Morbi boum cetur. In prodigijs antiquorum sæpe locutus bos dicitur, quo nunciato Senatus sub dio ha
Vrsus beri solitus. Morbi boũ, podagra & struma. Vrsa fœtus informes lambendo paulatim figu
rat: parit post mensem tertiũ, quo tempore ad antrũ qd' sibi delegit resupinata serpendo ac
cedit, ne insidijs pateat loc⁹ uestigiorũ: Ibiq; fœta dies XIIII. ut scribit Aristoteles immobi
lis manet. Sine cibo uero dies XL. tantũ dextri pedis linctu sese sustentat. Hoc remedio uti
tur in morbo intestinorũ. Demũ in escam incidens exaturaẽ, saturitatiq; uomitione occur
rit formicis cõmanducatis. Exagitata à uenatoribꝰ fœtus paruos partim dorso, partim ore
Vrsa sæuior mare rapiens fugit in proximam arborem. In taurũ incidens famelica, palearia inuadit, premen
doq; lancinat, donec cõficiat. In hoc genere fœmina sæuior atq; fortior mare. Ex Aeliano.
Aristoteles ursum uocat animal omniuorũ & qui magna animalia inuadit. Ac erectis duo
bus aliquando pedibus ingreditur. Carnes omnis uel putres depascit. Præterea ursorũ ge
nus album esse in Mysia ita ueneno infectũ, ut canes uenantes solo afflatu perimat. Apud
Roxolanos ac Lituanos ingentes hodie uenantur ursos, qui regibus illis sunt etiam in deli
Cameli cijs mansuefacti. Camelorũ duo genera Aristoteles & itẽ Pli. ex eius authoritate ponunt:
Bactrios & Arabicos, illi bina in dorso tubera, hi singula habent. Sunt & omnibus singula
in pectore qualia in dorso, quibus incumbant quotiens in genua inclinantur. Papillas IIII
modo uaccæ retinent, caudã asino similem, genitale retro, & genua singula in singulis cru
ribus, clunes proportione paruas. Animal bisulcũ, & superiore parte dentatũ uti bos. Bel
lum aduersus equos naturale gerit, sitim quatriduo tolerat. Bibit obturbata prius pedibus
aqua. Aelianus de hoc genere sic scribit. Camelos ad annos L. peruenire cõpertũ, baculoq;
Aelianus de Camelis feniles gressus regere. Mares alterũ tantũ uiuere, quos Bactriani castrant, sic eñ feritate po
sita ac robore augescente bello sunt utiliores. Vnũ quadrupedũ omnino coit⁹ uerecundia
latebras quæritat, & crura posteriora cõuersa gerit. Strabo lib. XVI. scribit in regione Ara
Strabo de Camelopardali biæ thurifera Camelopardalim nasci, qui nihil pardali, inulo potius pilo colorecq; uario si
milis, bouis magnitudine, posterioribus cruribus humilior, erecta altaq; ceruice sublimio
re quàm cameli, moribus & natura pecori quàm ferę propior. Pli. uero eum describit collo
similẽ equo, pedibus & cruribus bouí, camelo capite, albis maculis rutilũ colorẽ distinguẽ
tibus. Cæsaris Dictatoris ludis Circensib⁹ primũ uisum, aspectu magisq; feritate cõspicuũ.
Hoc animal paucis ante annis in Hetruria uidimus, qd' à rege Tunis ex Africa Laurentio
Medici dono missum fuerat. Ouis quadrupes mitissima, in admissura si fœminas cupiunt,
Oues austrũ obseruant: si mares, aquilonẽ. In Arabia tradit Herodotus oues esse cauda triũ cubi
torũ quã per humũ trahunt. In ponto ἄχολα feruntur: in Naxo δίχολα. Aeschylides in libris
de agricultura scribit minutissimas esse oues in Chio pabuli inopia. Caseũ tamen ex eis lau
datissimum. Agni à partu statim matrẽ pastoremq; agnoscunt, circaq; illum petulca lasci
uia subsiliũt. Hæc Aelian⁹. M. Varro signa probę ouis tradit. Corpore amplo, molli ac den
Signa probæ ouis so uillo præsertim circa collũ, uentre piloso, eo si careant prisci Apicas uocabant. Præterea
cruribus humilibus, caudis in Italia prolixis, in Syria breuibus. Pli. dicit pecori infirmũ esse
caput, eaq; de causa auersum à sole pasci cogendũ, uitãq; huic annos X. Naturale insuper

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse arieti agnas fastidire, senectam ouium consectari: præterea dextro teste prægigato eos
Asini fœminas generare, læuo autem mares. Asinos probos Arcadia & in Italia Reate mittunt,
ex qua urbe asinum uenisse milibus HS. LX. author est M. Varro. In Betica totaq; Libya
terram hoc animali proscindũt, ut author est Columella. Ruri utilissimus, diu domini negli
gentiam tolerat. Lacte asinæ, ut tradit Tranquillus, Popea Neronis coniunx cutis nitorem
Onagri prouocabat. Aelianus hæc scribit, asinos agrestes quos Græci onagros uocant, in Maurita
nia cursu pernices esse, citoq; desistentes & anhelos à uenatoribus capi. In India item agre
stes reperiri equi magnitudine, albos reliquo corpore, capite penè rubenti, oculis cæruleis,
uno in fronte cornu, magnitudine unius cum dimidio cubiti, ab radice albo, in cuspide pur
pureo, media nigro discriminata. Pocula ex hoc Aegyptios cõficere auroq; munire, utilia
sanè ex his potantibus ad ignẽ sacrũ & uenena deprehendenda. Solosq; in genere solidipe
dum hos esse qui talos habent, felleq; carent. Præterea frigoris impatientẽ esse: nec in Pon
te aut septentrione ea de causa generari: hæc Aelianus. Nostra memoria rex Saracenorum
qui apud Tunim in Africa imperitat, Ferdinando regi Neapolitano asinũ ingentẽ, forma
Muli cõspicua ac uaria dono misit. Muli apud Indos ex asino & equa agrestibus nascuntur, per
nici uelocitate, colore fuluo. Vulgatum & de mulo Athenis, qui iam emeritus operũ gra
tis publice alebatur. Dum Athenienses templũ extruerent, ille laborantibus mulis alijs præ
cedens ac uacuus ueluti dux, iter gressusq; monstrabat. Quare cautum publico edicto, ne
quis hordeũ appetenti auerteret. Aelianus. Lalisiones pulli onagrorũ sunt, cibis apti. Marti
alis. Cum tener est onager, sola'que lalisio matre Pascitur, hoc infans sed breue nomen ha
Sues bet. Sus Græcum uocabulum ὗς uocatur & χοῖρος: quo uocabulo miror à rusticis Hetruriæ
Anima sui pro sale data hoc genus clamando educi ad pascua & reduci. Animã sui pro sale datam dicit Cicero, q
hæc pecus ad escam tantũ sit nata. Quapropter solum saginat, tanto quandoq; augescente
Succidia adipe, ut in Arcadia Pli. tradat soricem in corpore cuiusdam præpinguis niditicasse. Nul
lum animal æque fœcundũ, cum bis in anno pariat ac uicenos. Tempus uteri quatuor me
ses. Nec ullum æque ganeas implet, succidiam ueteres uocabant: ex quo farcimina, to ma
Spectile cla, lucanica, glandium, sumen, sinciput, Perna, Abdomen, Laridũ, uulua, Spectile. Est em
Spectile, ut ait Festus, caro exos iuxta umbilicũ suis. Clidiũ quod inter iugulũ est. Isiciũ far
cimnis genus. Venter Faliscus. Papinius. Non lucanica, non graues Falisci. Ila pars lumbi
est seu lateris. Horati⁹. Perna magis an magis ilis. Erat porc⁹ Cereri sacer eusq; initijs ma
ctari solebat, & in feriendo quondã pacis fœdere. Inuisus uero Veneri ob interfectũ Ado
nem. Pli. uitam eis XV. annos dicit. Morbos quoq; anginam & strumam. Solidum aprum
Ser. Rullus Romanorũ primus in epulis apposuit L. Seruilius Rullus. Aprorum uiuaria cæterorumq;
Fuluius syluestrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras pa
Hirpinus scere instituit: nec diu post imitati fuere, Lucullus & Q. Hortensius. Hæc Plinius. Callum
Porcus Tro/ianus Aprugnum & Porcus Troianus sumptuaria lege prohibebantur. Erat enim Porcus Tro
ianus ianus per metaphoram dictus, refertus intus condimentis plurimis, sicuti & equus Troia
Ibrida nus militibus: author Macrobius. Ibridam ex sue domestica & apro natum dicimus. Quo
nomine Cicero collegam suum C. Antonium notauit.

Mantichoa Aelianus de Mantichoa

Antichoam India gignit magnitudine leonis, pelle uillosa, ac purpurea, uultu
ferè & auribus humanis, triplici dentiũ serie superius, totidemq; inferius: his
que acutis & aliquanto quam canis maioribus, oculis uillosis noctuę similib⁹,
unguibus Leoninis, cauda bifida, utrinq; aculeis cuspidata: quos in certamine
cõgredientibus eminus pro telis iaculatur alio renascente. Vescitur humano
cadauere, quapropter anthropophagum eum cognominauere. Cursu alioqui pernix, pul
los eius Indi ante natos aculeos uenantur. Hoc animal se uidisse testatur Cresias in Perside,
Elephanti & ex India dono regi adlatũ: hæc Aelianus. Aristoteles in eandẽ ferè sententiam. Elephan
tos Aristoteles tradit edere modios hordei Macedonicos nouenos, super his farinæ qui
nos, & si dederis, septenos, ramos quoq; teneros mille: bibere uero metretas Macedonicas
XIIII. & rursus uespere octonas: uiuere annos centũ, peruenire nonnullos ad trecentos. Ex
animalibus maxime exhorrent hircũ, cerastẽ, porcũ, quibus sanè machinamentis Roma
Lucæ boues ni elephantos Pyrrhi regis primum uertentes uictoria sunt potiti. Vocant & Lucas boues
quod in Lucania tũc primũ uisi. Ebur ex eorũ binis dentibus exertis Græci Elephantinum
appellant, uetustate rubescit. Reliqua quæ de his memorantur, uenatione uidelicet, partu,
docilita/

docilitate, obedientia, religione, robore ac magnitudine, scire cupientes, ad Pli. lib. VIII.
& Strabonem XVI. ac Aristotelem VIII. relegamus. Simiarum genera, Cercopithe
Simiæ ci, Cynocephali, Cæpi, Sphinges, Callitriches, Satyri, Cynoprosopi, Manticoræ, Crocu
Cercopitheci tæ. Cercopitheci, maximi magnitudine sunt, ut Aelianus testatur, cauda quinum cubito
rum, unde nomen auspicantur. Barba propensa, coma humana, alba facie, reliquo corpore
nigrantes. Versantur in montibus Indiæ apud Taxilam ciuitatem, & Alexandro magno
quondã cum toto exercitu terrori fuere, ut autor Clitarchus, cum illorum greges in binos
pedes erectos uideret. Ad arbores confugiunt, ac inde hoc eos modo uenantur, ut Strabo
Quomodo Si/mias uenãtur refert lib. XVI. Catinos aqua plenos in eorũ conspectu ponunt, ex eaq; oculos oblinunt,
ac statim pro aqua uiscum reponunt. Illi aspiciẽtes (ut sunt imitatores ad omnia) euestigio
descendunt, oculosq; & ora ipsi uisco pariter impediunt, exinde præda fiunt. Sphinges
Sphinges uillosæ comas, ut ait Solinus, & mammis prominẽtibus, docilesq; ad feritatis obliuionem.
Callitriches Callitriches toto pene aspectu à cæteris differunt, in facie barba est, lata cauda. Has capere
non est arduum, sed proferre rarum, neq; enim uiuunt in altero quàm in Aethiopico, suo
Satyri cœlo. Satyri facie admodum grata, & ipsi gestorũ imitatores. Cynocephali forma quidem
Cynocephali simiarum, uerum ut tradit Aelianus, maiores ualidioresq;, ac facie tum dentibus & robo
re canibus propiores, humani gestus æmuli, & si infanti admoueris ei ubera mulgenda
Cynoprosopi præbent. Cynoprosopi (ut idem Aelianus) in desertis Indiæ Aethiopiã uersus, capite, den
tibus, ac pelle canibus similes, hominibus reliqua. Circa labra more draconis pubescẽtes,
unguibus manuum præacutis, tum cursu ueloces, petiti ad aquas confugiunt: propterea
Cæpi uenatu difficiles. Cæpus facie Satyro similis. Cætera inter canem atq; ursum. Nascitur in
Mantichoa Aethiopia, autor Strabo in XVII. Mantichoa & Crocuta etiam è Simiarum genere ho
Crocuta minum gestus & sermones imitãtes, author Plinius. Capra in genere bisulcorũ, sensibus
Capræ acutissima, spiritus tanta exuberantia, ut præter nares ad anhelitum aures etiã in itinere fa
tiget. Humore nimio suffusus oculos spinæ aculeo purgat iugulando, fatumq; præsentire
uidetur. Argumentũ inediæ pertinacia. In Africa nascuntur agrestes, equi altitudine. In re
gione Caspia eadẽ fere magnitudine, sine cornibus, colore albæ, uilloq; longo, ac mollitie
lanis Milesijs certant: unde Sacerdotes & Caspiorum lautissimi uestes conficiunt. In parte
Africæ Calisthenes tradit Capras ouium modo tonsili uillo esse, ex quo nautæ cõficere so
lent rudentes. Nymphodorus uero in Sardinia caprarum pellibus incolas pro uestimẽtis
uti, adeo interpolatis, ut hyeme uillo conuerso, æstate auerso sint utiles. In regione Sybari
Historia ea/ præ adamata tarum Italiæ accidit res memoranda. Crathis nomine pastor caprã amabat, quam uti con
cubinam lecto delicijsq; omnibus dignabatur: ab hirco deinde zelotypo sæpe obseruatus,
tandẽ quãdoq; incautus inuaditur, cornibusq; iugulatur: qui ab accolis postea re cognita
iuxta fluuium quem ab eius nomine Crathim uocauerũt, cõtumulatus fuit: ubi & capram
humano uultu finxerũt, quam pro nympha & dea eius loci postea coluerunt. Ex Aeliano.
Pli. ait capras pinguedine sterilescere, & morsum earũ arboribus præsertim oleæ exitialẽ
De hircis esse, quamobrẽ Mineruæ inimicæ dicũtur. De Hircis uero scribit itẽ Aelianus, sex menses
hybernos super sinistrũ eos iacere latus cũ dormiũt. Ab æquinoctio autẽ hyberno totidem
mẽses super dextrũ. Aristoteles hircos dicit obliquis esse oculis, & ad nares respiciẽtibus.
Quod Virg. probe cecinit in Bucolico, Trãsuersa tuẽtibus hircis: in quo nostri grãmatici
Lepores plericq; errant. Lepores mares concipere compertũ, dormiũt oculis apertis, quãdo genis ca
rent: interdiu quiescunt, noctu uagãtur. Natalis loci præsertim amatores. Cãpestres parui,
ualdeq; pernices. Mõtani magnitudine excedũt. Cursu adcliui uelociores omnes, q pedi
bus prioribus breuiores sint. Ad fugã sese auribus in terga inclinatis excitãt. Canes cursu
flexuoso sæpe decipiũt. Cũ circũagitur, altera aure ab ea parte demissiore pro gubernacu
lo utitur: Enixa suos fœtus locis plurimis dispertit atq; abscõdit: putans eo modo à noxijs
melius tueri: uocẽ accipitris exhorret latitans. In uulpem si forte incidit, euadere cursu con
tendit. Illa dolũ celeritati opponit, cũ in media persecutione quiescẽs post paulo leporis ue
stigia sectaẽ ac cubile inuadit. Dicitur & lepus ultro citroq; cõmeare, uti confusis uestigijs
Lepus su/perfœtat minime deprehẽdatur. Solus animaliũ præter Dasipodẽ & hominẽ supfœtat. Aetas arguí
tur paruis quibusdã in corpore cauernis. Sũt & in Hispania in hoc genere, quos cuniculos
Cuniculi uocãt, aliquãto breuiores. hæc ex Aeliano. Pli. uero de cuniculis idẽ refert, insup & famẽ
depopulatis messibus Balearibus insulis attulisse. Varro aũt scribit q in Gallia Trãsalpina

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Macedonia fiunt permagni lepores, in Hiſpania & Italia mediocres. Lælius putabat leporem à celeritate dictum quaſi leuipedem. Varro autem è Græco & antiquo uocabulo, quod Aeoles Bœotij Leporem appellarent.

Alces

IN SYLVIS Germanorũ Alces & Vros gigni ſcribit Cæſar in VI. commentario. Alces figura & pellibus ſimiles capris, uerum aliquantulum maiores. Crura ſine nodis & articulis habent, quare arboribus pro cubilibus ſtantes adhærẽt. has uenatores arbores ab radicibus ſecuri debilitatas relinquũt,

Vri

atq; ita unà cum eis cadentes, neq; ſeſe tollere humi ualentes capiuntur. Vri magnitudine ſunt paulum infra elephantos, figura & colore tauri, magna uis eorum & magna uelocitas, neq; homini neq; feræ parcunt. In uenatione earum ſeſe Germaniæ iuuentus exercet, cornuaq; in publicum laudis gratia refert, quæ ſtudioſe cõquiſita ab labris

Biſontes

argento circumducũt, atq; in ampliſſimis epulis utuntur. Hæc Cæſar. Biſontes gignit Scythia & Germania, quæ aliàs pauciſſima gignit animalia fructuum inopia. Hos imperitum

Bubali

uulgus bubalos uocat, cum id animal gignat Africa, utuli potius ceruice quadã ſimilitudine. Plinius. Ex qua deſcriptione ſatis patet quos hodie Bubalos uocamus alios eſſe à Bu-

Bonaſi

balo Pliniano. Bonaſus gignitur in terra Pæonia, monte Meſſapo, iuba tantũ equina, cætera tauro ſimilis, cornibus ita inter ſe inflexis, ut ſint pugnæ inutilia. De quo Ariſtoteles &

Pardus

Plinius. Albertus addit quod pariturus locum areæ excrementis conſepit munimenti gratia. Bonaſorum uenatio in Lituania hodie cernitur. De qua in Geographia dixi. Pardus bene olere dicitur, quæ res eſt illi quæſtuoſa in aliorum animalium prædam. Nam capreæ &

huiuſcemodi feræ odore inuitatæ, prope adcedunt. Ille ex latebris proſilit atque inuolat. Capiuntur in regione Mauritaniæ in loco lapide ſubſtrato, laqueis præparatis, carneq; apoſita. Ad cuius odorem per conualles ſubiectas delatum flatibus uentorum feſtinantes, in inſidias incidunt. In Caria & Libya prælongi admodum ſunt, ac animo imbelles, minimum ſaltu agiles, pelle adeo dura, ut ferro non cedat. Pardi digitis quinis prioribus pedibus inſignes, poſterioribus quaternis. Fœmina crebrior inuentu, quæ ſi forte deguſtauerit Pardoleochum capta ſtatim dimittenda. Ea ſanè herba humano uentri letalis. In hoc

genere eſt qui cognominatur Bitis, haud aliis abſimilis, præterquam quod cauda carere di-

De Pantheris

citur. Is ſi à muliere adſpiciatur, extemplo eam in morbum deducit. Ex Aeliano. Pantheris in candido breues maculæ, earum colore ſollicitantur quadrupedes cunctæ, ſed capitis

toruitate terrentur, quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Primus Scaurus in ædilitate ſua C L. miſit: deinde Pompeius C C C C X. Diuus uero Augu-

De Tigride

ſtus C C C C X X. Tigrin Hircani & Indi ferunt, animal uelocitatis horrendæ: totus enim fœtus qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante capitur, equo quàmmaxime pernici, atq; in recentem ſubinde transfertur: at ubi uacuum cubile reperit fœta (nam maribus cura non eſt ſobolis) fertur præceps, odore ueſtigans. Raptor appropinquãte fremitu abijcit unum ex catulis in olla: illa morſu corripit, & põdere etiã ocyor acta remeat: iterũ cõſequitur & ſubinde, donec in nauẽ ingreſſo irrita feritas fæuit in littore. Diuus Auguſtus in dedicatione Marcelli Theatri Tigrin Romæ prius oſtendit in cauea manſuefactam. Diuus uero Claudius ſimul quatuor. Plinius. Strabo autẽ dicit Megaſthenem ſcribere Tigres in India apud Praſios populos magnitudine duplici quàm leo ſit eſſe, adeò ualẽtes ut unus è manſuefactis à quatuor hominibus ductus, ſi mulum poſteriore pede apprehendat, ad ſe trahat. Pauſanias dicit Tigrim tris ordines dentium ſecundum alteram genam habere. Præ-

Tarãdus

terea aculeos in cauda, quos ueluti ſagittas iacit. Tarandum Scythia fert magnitudine dor-

Hyena

ſoq; tauri, pelle uerſicolore: ex qua ſcuta Scythæ cõficiunt, ferro impenetrabilia. Hyenam utriuſq; participem naturæ, nunc marem, nũc fœminam: modo Cenei aut Tyreſiæ uideas, tum utranq; uenerem ſentientem. Dicitur & uim habere ſoporiferam, qua canes in præ-

Hyſtrices

dam actos enecat. Hyſtrices aculeatis inhorrent pennis, ſæpeq; illas iaculi modo emittunt.

Poephagus

Eſt in India Poephagus duplo equi magnitudinem excedens, cauda nigranti ac ſpecioſa, mulieribus Indis ad capitis ornatum expetita. Animal alioqui timidum & obuios quoſque animi magis anxietate quàm pedum celeritate fugiens, præciſa ſibi ſponte cauda, ob-

Monops

quam ſe peti præſagire uidetur. ex Aeliano. Monops in Mœonia cernitur magnitudine tauri, qui fugiens igneum quiddam & acutum excreat, in quod uenatores incidẽtes tabem

Ichneumon

incurrunt, unde facile pereunt. Ichneumon, idem utrunq; retinet ſexum. Certamine inter ſe

ſe congredientes decernunt, uictus pro fœmina patitur, partuq; uictoria deprehenditur. Hunc Crocodilo aduerſari in Crocodilo dicemus. Præterea Latonæ & Lucinæ ſacrum dicunt. Phattaga in Indis animal Crocodili terreſtris ſimile, magnitudine catuli melitei, pelle

Phattaga

ſquamoſa & aſpera, ita ut ferrum etiam hebetet. Ortus circa mare Erythreum appellatus

Ortus

ex coloris uarietate, magnitudine canis Eretriaci, figura Cynocephali, ore albicante uſque ad genas: inde lineis aureis ad ceruicem pertinentibus, dorſo plano, maculis incurſantibus aureis, pedibus prioribus albis, poſterioribus nigris: Mammis duabus Mnam implenti-

Onocẽtaurus

bus, colore cæruleo. Onocentaurus anteriora humano ſimilis corpori, poſteriora aſino, colore albo, curſu uelociſſimus. Captus, libertatis amore mauult inedia perire. Aſpalacum

Aſpalacus

Bœotiorum terra fert. Inde translatum ſtatim perire dicunt. Cernitur in regione Orchomeniorum frequens. In Phyrnam ſiquis intendat oculos ab eaq; aſpiciatur, in pallorem

Phyrna

maciemq; incidet dies aliquot. At Charãdrius contra natura. Si quis lcterícus illius oculis

Charãdrius

concurrerit, proculdubio ſanabitur. Teſtatur Euphorion in commentarijs, in Samo quondam fuiſſe animalia quædam uaſta magnitudine, quorum oſſa adhuc miraculo adſeruata

Neades

uiſuntur, quæ Neades uocant, quorum ſola uoce tellus abrumpatur: Vnde prouerbium exiſſe fertur. Catobleptum Africa gignit tauro ſimilem, aſpectu terribilem, ſupercilijs altis

Catobleptus

atq; extantibus, oculis in receſſu ſanguineis, aliquantulo minoribus quàm boui, in terram ſemper aſpicientibus: unde & nomen trahit, iuba equina, quã ad certamen adrigit. Si quãdo frendit, ore aperto aëra ſupra caput haurit. Hæc omnia ex Aeliano.

Muſtela

IN GENERE Muſtelino tria ſunt, primum quam Græci γαλὴν nos muſtelam proprie uocamus: deinde quam illi ἰκτίδα, nos uiuerras dicimus. Et meles quem uulgo Foinum appellant. Aelianus tradit magorum uanitatem adfirmare muſtelam ab Hecate nutritam eſſe, quod hæc dea amatorijs adhibeatur. Nam eius uiſcera his ſunt apta. Teſticuli uero mulieri adligati partus

Viuerra

continent. Inimica præcipue ſerpenti, quem petit, ruta prius commãducata, quod ſciat naturali quadam diuinatione hanc illi herbam maxime infenſam. Colitur à Thebanis propter Herculem quod Alcmenam partu laborantem forte interueniens leuauerit. hæc ille. Viuerram Strabo ex Africa importatam dicit. Martis meminit Horatius: Venator capta

Martes

Marte ſuperbus adeſt. Melem uero quidam Foinum dicunt, nõnulli quem uocamus Taſſum exiſtimant: in metu ſufflata cute atque diſtenta ictus hominum ac canum arcet. In Fe-

Meles

lium genere mas ſalaciſſimus, fœmina fœtuum amantiſſima. Dicitur & hoc animal tetro

Feles

maxime odore offendi, ideo excremẽta ſua effoſſa terra operire ne à prætereunte preman-

Fiber põticus

tur. Hæc ex Aeliano, qui ἄλλαξον eum appellat. Plinius cauſam operiendi excrementa dicit, ne odore prodatur: propterea eos clàm inſidiari ac obrepere muribus, uiuerecq; ſex ſi-

Caſtor

cuti canes annos. Ex his apparet eam eſſe, quam cattam uulgus hodie uocat. Quæ antiquitus manſuefactæ non erant, tantum in agris uiuebant. Inde paſſim urbes ac domos repleuere. Fiber pontícus à Græcis Caſtor appellatus, ut ait Marcus Varro, extremas fluminum oras accolens, cuius pluma mollior eſt pilus. Aelianus amphibium hoc animal eſſe dicit, noctu in terra degere, interdiu uero in fluminibus: præterea mordax & obuijs quibuſcunq; ueſci. Exagitatum à uenatoribus quaſi cauſam perſecutionis ſciat, teſtibus

Caſtoreum

ſibi præciſis in medioq; relictis ſeſe à periculo redimere. Quod ſumitur Caſtoreum uocãt. Plinius autem ſcribit, Sextium medicinæ diligentiſſimum negare hoc animal teſtes ſibi amputare, nec enim poſſe ſine uita. Adulterari autem renibus eiuſdem, qui ſunt grandes,

Mures põtici

cum ueri teſtes pauci admodum reperiantur. Idem ait: Mures Pontici albi ſunt & hyeme

Sciurus

conduntur. hos ego exiſtimauerim quos uulgo Armellinos uocant. Sciurus tempeſtatem præuidet, obturatiſq; qua ſpiraturus eſt uentus cauernis, ex alia parte aperit fores. Ipſis uilioſior cauda pro tegumento eſt. Mus Araneus, quem authore Dioſcoride Græci μυγάλιν

Mus araneus

uocãt, id eſt, Mygalem, quod muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, ordine dẽtium quadruplici, ut tradit Acatius. Hoc genere Britannia ſcatet. De hoc

Mygale

& Pli. X X X. Herodotus uero Mygalas maiores Araneos appellat. Murẽ uero illũ qui odoratus uulgò habetur, Murẽ Muſcũ Hieronymus in epiſtolis uocat: & in alia epiſtola,

Mus muſcus

Murem peregrinũ. Pellícula, inquit, muris peregrini. Pli. eius nullã mentionẽ facit. ex quo uerìſimile poſteris inuẽtum: ex Aethiopia Arabiaq; hic uenit. Sunt & mures apud Sarmatas & Pontũ, quos nũc Zibellinos ac Armellinos uocãt, de quibus poſtea dicã. Salamãdra

Salamandra

lacerti

Universidad de Deusto
Biblioteca

lacerti figura ſtellata, nunquam niſi magnis imbribus proueniens à ſerenitate deficiens: huic tantus rigor, ut ignem tactu extinguat, non alio modo quàm glacies: quamcunq; cor
Oryx poris partem attingit, defluuio pili & uitiligine adficit. Orygem perpetuo ſitientem Afri/ca producit, uim tamen hoc animal habet ad remedia ſitientiũ. Nam Getuli latrones quod loci natura potu careant, eo durant auxilio, repertis in corpore eius ſaluberrimi liquoris ue
Talpa ſicis. ex Plinio. Talpa forma muris, oculis capta, frumẽtum in area populatur, Græcis Bla/
Erinaceus cta dicitur ἀπὸ τοῦ βλάπτειν, quod eſt nocere, nonnulli aliud genus Blactam uocant. Erina/ceí græce echini poma adfixa ſpinis hyemi prouidentes in cauas arbores ferunt, mutatio/nem aquilonis ſentientes, ſeſe in cubile uerſus auſtrum conduntubi ſenſere uenantem cir cumuoluũtur in formam pilæ ne capi poſſint. In deſperatione uero urinam ex ſe reddunt tergori ſuo tabificam, ſpinisq; noxiam, propter hoc ſe capi gnari, hac enim cute ueſtes ex/
Chamæleon poliuntur. Plinius. Chamæleon ab Ariſtotele multis deſcribitur, à Plinio paucioribus in hanc ſententiam. Magnitudine lacerti eſt, uerum excelſior, & latera uentri iunguntur ut piſcibus, eminenti roſtro ſuillo ut in paruo ſimili, cauda prælonga, in tenuitatem deſinens, ungues aduncí, motus tardus ut teſtudini, corpus aſperum ut crocodilo. Oculi in receſſu cauo, hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quàm aeris ali/mento. Reddit colorem quem attingit, præter rubrum candidumq;, hybernis menſibus la
Lacerta tet ut lacerta. De lacertis uero tradit Ariſtoteles, in Arabia duum cubitorum naſci lacer/tas, in Niſa uero monte Indiæ Plinius XXIIII pedum longitudine, colore fuluo aut pu niceo aut muleo. Ex Aethiopiæ inſulis nuper à regibus Luſitaniæ captis, Romã iuſſu Car dinalis Vlyxiponenſis lacerta extincta circiter octonum cubitorum longitudine aducta eſt, oris uero hiatu, quo ſolidum infantem deuoraret, ac tholo diuæ genitricis ad portam Flumentanam, miraculi gratia, ſuſpenſa nunc cernitur. Inimicum hoc genus cochleis dici/tur, ac ſemeſtrem tantum habere uitam. Aelianus rem miram de hoc animali tradit. Quí/dam uidelicet comprehenſam lacertam, ac oculis ſtilo acuto orbatam, in ollam fictilem no uam incluſit utrinq; pertuſam paruis cauernis: mox illita cera, addita herba quadam, cuius nomen non indicauit: deinde Gagate lapide anulo ligato ferreo nouẽ ſignis ſignauit, quo/rum quotidie unum delebat: poſt nonum uero, recluſa olla, lacerta inuenta eſt oculis reſti/
Stellio luidus tuta. Anulum nanq; illum aiebat oculis utilem eſſe. Stellio lacertæ genus ſtellatæ. Chamæ leontis quodammodo naturam haber, rore tãtum uiuens. Plinius nullum animal hoc frau/
Stellionatus dulentius dicit lib VIII. ex quo maledicta, & Stellionatus crimen & Stellatura dicuntur.
crimen. Spartianus ait, Tribunos qui Stellaturas uirtutibus tuliſſent capitali adfecit. Muribus he/
Stellatura par per brumam augeſcit, ut ait Cicero libro III. de diui. Aelianus uero, cum luna dicit
Mures augeri ac minui. In Aegypto ſegetes uaſtare dicuntur, tanto prouentu, ut uotis & muſci/pulis & litationibus reliſtatur. Aeolides item & Troiani ob eandem cauſam Smynthio Apollini ex reſponſo ſacrificaueruntex quo liberati murem in honorem Smynthij habue re: & Aeſchylus poeta murem Smynthium dixit. Item Coſas Hetruriæ ciuitatem deſtru/xere: libidinoſum alioqui animal, præſertim fœmina: ut Epicrates in choro (ſic enim fabu/la inſcribitur) teſtatur iis uerbis. Tandem ad me Leno impuriſſimus uenit comminiſcens puellam Dianæ, ut uitulus, ut uirgo, ut pullus indomita. At illa murina erat: ſed & loqua/ciſſimum per anum, ut idem eſt author Comicus in drapetibus, Φέρε νῦν σοι ἐξ ἀδῆς ἀκα/ταπυγοστώμυ μυὸς ἄσῃ. λ. ξενοφῶντος, id eſt, Age nunc è ſudo flagitium muris fulgurabo Xe nophontis. Vita his longiſſima, membris paulatim deficientibus: unde prouerbium, Se/cundũ muris interitum. Cuius ſanè meminit Menãder in Thaide. Ex Aeliano. Multi tum Plinius authores, quod ij uaticinio quodam naturali è domo aut ædificio ruituro migrẽt.
Glires Glires quos Græci ἀλίους uocant, in ipſis arboribus hyeme pinguescũt. Ex his quæ unum
Rhinoceros in fronte cornu gerunt Rhinoceros ex argumento nominatus, in ſumma nare cornu gerit
Monoceros ferri duritia. Hoc prælij initurus exacuit prius ad petram. Elephanto congreditur, quanq; impar magnitudine, uentrem ac proboſcidem ſæpe feriẽdo. Ex Aeliano. Alterum Mono/ceros à Plinio lib VIII. ponitur, aſperrima fera, reliquo corpore equo ſimili, capite ceruo, pedibus Elephãto, cauda Apro, mugitu graui, uno cornu nigro in media frõte cubitorum duum eminente. Naſcitur in Aethiopia, ac uiuus minime capitur. Aegoceros, quem nos Capricornum appellamus inter ſigna cœleſtia.

SERPENTES.

SERPENTES diuerſorum generum natura procreauit, Ceraſten, Hydrum Enydrum, Natricem, Colubrum, Draconem, Aſpidem, Dipſada, Pairam, Amphisbenam, Acõtiam, Preſtera, Viperam, Aemorrhoida, Sipedona, Se/pem, Porphyrum, Cantarides, Ceciliam. Quos ex Aeliani explicabo autho/ritate. Ceraſtes in Africa geminis in fronte corniculis, ut cochlea inſignis. *Ceraſtes*
Aſpis quinum cubitorum magnitudine iam inuẽtus. Color his niger, quandoq; cinereus, *Aſpis*
interdum fuluus: ab eo ictum ultra quatuor horas uiuere negant. Dicunt Ichneumonem *Ichneumon*
eius oua ſectari ac inuenta perdere, ut inimicorum metus ei ac ſucceſſio minuatur: per/petuum enim & internecinum bellum uidere licet. Ichneumon cum ſeſe imparem cogno ſcat, multo ſe primum limo obducit ac loricat: caudam deinde ad os, quod molliſſimum ge rit, curuatam pro clypeo obducit: deinde in hoſtem tendit. Illa terream thoracem fruſtra morſibus appetit. Superat qui prius ora alterutrius attigerit. Plutarchus in libro de Aſpi/dibus, ait Aegyptios in honore aſpides habere ac delicijs, unaq; cum pueris educare, adeo manſuefactas, ut uocatæ ueniant: menſisq; adſiſtant, atq; unà edant pultem farinæ ex melle & uino adpoſitam. Eorum uero reges inter diademata aſpidis figuram ferunt, quod imperij firmitatem portẽdat. Galenus aſpidum tria genera ponit: Chelidonias, Cher/ſeas, Ptyadas à ſputo cognominatas, quas Cleopatra ſibi admouit. Dipſas ex argumento *Dipſas*
uocatur, ictum ab ſe ſiti inexplebili necans: breuis alioqui, colore albus, cauda duabus nigris lineis interſecta. Hunc quidam Preſterem, nonnulli Cauſonium uocant. Cernitur in Libya præcipue & Arabia. Parias ſerpens (ſic enim Apollodorus cognominat) colore *Parias*
fuluus, oculis uelox, ore lato, morſu haud malignus: quapropter eam mitiſſimo deorum Aeſculapio pro miniſtro uetuſtas dicauit. Amphisbena biceps monſtrum altero in cau/da capite, alterutroq; ſemper cum libet progredi uel regredi, nunc pro cauda nunc pro ca/pite utitur. Acontia ex uelocitate dicta, teli modo ſerpendo ruit. Hydrus, ex quo ictis gra/uem excitari odorem author eſt Ariſtoteles, ut nulli prope conſiſtere ſit. Inſuper eos obliuione rerum adfici ac nebulam præ oculis habere, in horrorem ac rabiem agi: poſtre/mo tertia die perire. Preſter ictum extemplo ſideratione quadam reddit immobilem, ac mente alienum: mox pilis defluentibus cum pruritu ac uentris ſolutione abſumit. Vipe/ræ fœtus enecta matre prodeunt, uti inter piſces acus & Myrena: mas etiam in coitu exa/nimatur capite in os fœminæ inſerto, præq; uoluptate ab ea exciſo. Aemorrois inter uipe/rarum genera in petroſis receſſibus commoratur, colore ſanguineo, partim nigro. Inhor/rent capiti ueluti ſimilia cornua, tacite pigreq; ſerpit, obliquo ſemper itinere. Ictos ſangui/nis excreatione per omnia membra euacuatos perimit. Sipedon malum & ipſe reptile, co/loris ſimilitudine Aemorroidis ſoror, uti placet Nicandro, uelocior aliquantulum. Iter ſi/mili ferè modo & hic obliquat, morſu altius penetrat, illico marceſcente plaga, unde & no/men auſpicatur. Seps colorem quem attigerit, reddit. Quatuor recuruis dentibus arma/tus. Quem petit morſu, tabe exanimat. Porphyrus palmi eſt magnitudine, capite candi/diſſimo, reliqua purpureus, morſu innocuus, quippe qui dẽtibus caret. Inuenitur in Indiæ locis uadoſis, captum cauda ſuſpendunt, uiuentisq; ex ore defluentem liquorem legunt in uaſculis æreis. Alterum item ex iam defuncto liquorem nigrum, ſimiliter in altero uaſe excipiunt: & hic quidem in eſculẽtis ſeu poculentis grano Seſami datus, tabe lenta unius, ſeu etiam duorum annorum paulatim enecat: ille more cicutæ ſtatim abſumit. In Canta/ridum genere fœmina non reperitur. Ipſe ſeſe mas in orbem ſinuans dies XVIII. fouet: mox fœtus paulatim excludit. Ea de cauſa Aegyptij ſtatuis uirorum fortium in digitis fingere hoc animal conſueuerunt, quod nulla muliebri mollitia uirtus inquinata uiris con/ueniat. Draco aduerſus elephantum non uulgari pugna certat, os oculosq; eius petens, ac iugulum amplexus exhaurit, donec humi cõcidens elephas ſimul & Draconem pondere perimit. Mortuo ſecundum Varronem tria extrahuntur. Oculi, pellis, & dentes. Oculi la/pides precioſi ſunt, igneo colore: dentes ferè ſimiles apri, præterquam quod graciliores. In hoc genere criſtati mares ſunt. Oneſicritus ex comitibus Alexandri ſcribit, Indorum re/gem nutriſſe Dracones duos, alterũ octogenum, alterũ uero nonagenum cubitorum ma gnitudine, eoſq; Alexandrum ſpectare inter præcipua uoluiſſe. Epirotæ Apollinem ue/nerantur, in cuius templo draconem colunt ob memoriam Pythonis, à quo ſe prognatos dicunt. *Cantarides* *Draco* *Hydrus* *Præſter* *Vipera* *Aemorrois* *Sipedon* *Seps* *Porphyrus*

Universidad de Deusto
Facultad de Teología
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt, ex eoq; cibum appetente aut auersante auguria capiunt. Sed & eodem fere modo Draco apud Albam in luco iuxta templum Iunonis Argiuæ colitur à uirginibus, quem certis adeunt diebus, suis pascentes manibus, à quo cum cætera capiant auspicia, tum uirginitatis integritatem deprehendunt. Leguntur & apud Aelianum plura Draconum exempla, qui pueros puellasq; adamarint. Et Draco serpens in delicijs apud Tyberium dicitur Tranquillo fuisse. Festus dicit dracones, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quod clarissima sint acie. Quapropter eos Thesauris custodiendis consecrauerunt. Tum Aesculapio dicauere, quod genus uigilantissimum dicatur, quæ res febri maxime necessaria est. Serpens latet per brumam, uere procedit, senectam exuit, uisum quem longo situ amisit, fœniculo recuperat, eos abigit cornu cerui suffitum. Tum lapis quidam in Aegypto, ut placet Aristoteli Nicandroq;: Cuius talem memorant naturam, ut aqua perfusus accendatur. post hunc Nepeta recens, & herba quam Libanotida uocant. Ex spina humani cadaueris exsiccati nasci serpentem quidam prodiderunt, quod sanè aut uanum, aut ex improbi hominis cadauere nasci par est. Præterea serpentem si baculo semel feriatur, semianimem reddi: si iterum, reuiuiscere: quod etiã apud Hieronymum in epistolis legitur. Hactenus ex Aeliano. Serpentum magnitudinis multa in authoribus mentio: tum illa præcipue cum in primo punico bello ad flumen Bragadam, Regulo imperãte, balistis tormentisq; serpens CXX. pedum expugnatus fuit. Faciunt his fidem appellatæ Boæ, teste Plinio in tantam magnitudinem exeuntes, ut diuo Claudio occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primo bubuli lactis succo, unde nomen habuere. Basiliscus, ut ait Aelianus, tanta fertur acuitate ueneni, ut quamuis breuissimus (palmum enim non excedere dicitur) serpentem quamlibet magnum halitu solo extinguat. Si quis autem uel baculo eum attigerit, breui tempore intereat. Plutarchus in uitis, sic ait: Serpentes ex hominum cadaueribus medijs medullis gigni traduntur, sicut ex bobus apes, ex equis fuci, ex asinis crabrones. Itaq; non sine ratione permoti maiores nostri Heroibus dracones consecrarunt. Natrix à natando dicta, de qua Lucanus: Et natrix uiolator aquæ. & Tranquillus in Caligula: Coluber, ut scribitur in epistolis Hieronymi, si quando bibiturus est, uenenum ne ipse suum exhauriat, prius eijcit. Enydrus coluber est in aquis uiuens, quam Lutricem Gaza conuertit.

Serpens
Serpentum magnitudo
Boæ
Basiliscus
Serpentes ex hominum cadauere.
Natrix
Coluber
Enydrus

DE VOLVCRIBVS.

DEINCEPS uolucres attingendæ, quæ sanè coëunt omnes, ouaq; pariunt: animal paucissimæ, ut uultur, & uespertilio: plurimis rebus inter se discretæ, pedibus, penna, rostro, mora, cantu, magnitudine. Nam aut aduncos habent pedes, ut accipitres, & carniuora ferè omnia: aut digitos, ut Psitaci, aut palmipedes, ut anseres plæræq; aquaticæ. Deinde aut perennes sunt, ut colũbæ, aut semestres, ut turtures, aut post fœtus eductos statim abeunt, ut Galguli, upupæ. Cantus quoq; cuiq; suus. Gallis expergificus, bubonibus gemulus, Vulis querulus, noctuis stridulus, cicadis obstreperus, Irundinibus perargutus, Luscinijs dulcis. Cantus item statuta tempora. Irũdinibus matutinum, Cicadis meridianum, Gallis antelucanum, Noctuis uespertinum, Bubonibus nocturnum. Rostrum præterea accipitri recuruum, Luscinijs renue, Coruis crassum, upupis oblongum, passeri præcurtum. Pennæ item candidæ ac molles anseri, cygno: nigræ coruis, merulis: uirides chloridi, luteæ Psitaco, rubentes Phœnicoptero: uariæ upupæ, cardueli, columbis. Aues renibus & uesica carent, nec mingunt quod omnis humor in plumas abijt. Auiaria primus Romanorum, teste Plinio, instituit Brunduſij M. Lælius Strabo equestris ordinis, inclusis omnium generum auibus. Magnitudine quidem primum Strutio præstat, quem Aelianus magnũ uocat, Plinius uero Strutionem camelum, ac Africũ uel Aethiopicũ altitudinem equitis insidentis excedere dicit, nec etiam cursu inferiorem iuuantibus pennis, minime tamen à terra attolli. Cæterum ceruinis unguibus ita bisulcis, ut his lapides comprehendat, quos fugiens in persequentes iaciat: concoquẽdi uel quæuis dura deuorata maxime efficax: eius oua quæ multa parit præmagnitudine uasis utilia sunt, pennæ uero galearum conis. Strutio paruus, ut scribit Aelianus, quod timidus maxime sit, gregalis est, tum in proceris arboribus nidificat. Strutio Africus, partim quadrupes, pennas habet pilis quàm similes, nec sublime uolat, capite collo q; glabro, cilia pilosa, bisulcis pedibus, author Aristoteles. Ibis Aegyptium animal aliger

M. Lælius Strabo Auiaria primus instituit
Strutio magnus
Strutio paruus
Strutio Africus
Ibis

rum lunæ sacrum. Nam ad eius rationem syderis oua fingit, intestinumq; ipsius augescit. Insuper ocioſe ingreditur. Lautitiarum amantissimus, cubile sordibus forte cõmaculatum abluit. Nidificat in palmis quod hæc arbor non facile prædæ cæterorum animalium obnoxia sit, cum cortice cultellato difficilis ascensu sit. A Mercurio diligitur quod eius naturæ conueniat. Nam quod nigra & alba in hoc genere reperitur, altera mentis tantum excogitata, tacitaq; notantur: altera uero nuncius auditi prolatiq; sermonis extrinsecus signi ficatur. Vescitur scorpionibus & serpentibus. Captus sese inedia necando liberat à seruitute. Ex Aeliano. Herodotus autem sic scribit. Species Ibidis duæ, altera gruinis cruribus, rostro adunco, magnitudine qua Crex, quæ & aduersus serpentes pugnat. Altera crinibus, uultu ueluti prima, humanis pedibus, alis, ac natibus alba, cætera nigra. AQVILARVM genera sex tradit Aristoteles. Pygargum ab albicante cauda. Morphnum à pinnæ macula. hanc Homerus Percnon appellat, uenissecq; exitio Priami dicit. Tertium atro colore, minimum quidem, sed omnium fortissimum. Quartum Percnopterum ab alarum notis, capite albicante, maiore aliquanto corpore. Quintum Halietus, quod circum mare uersetur, ceruice magna, lata cauda. Hæc est illa generosa, quæ pullos suos probat ad solem, cuius radios si minime sustineant, ut degeneres abijcit. Sextum Gnesium, id est, legitimum, Aquilarum maximum, colore flauum, Aelianus autẽ scribit. Aquilæ pennam uel rebus alijs consertam semper remanere incorruptam, tanquam huius auis etiam extinctæ reliquiæ dominentur. Præterea magnis hæc cõgreditur animalibus, etiam ceruo, eius ut ait Plinius cornibus insidendo: deinde puluerulentas de industria alas excutiẽdo, ut sic ille oculis impeditus, cursuq; incitatus in præceps ruina feratur, mortuusq; præda fiat. Fulica græce φήνη, quam & Ossifragam uocant, ingens auis, pullos Aquilæ ante tempus exclusos nutrit. Autor Aristoteles & Ambrosius in Hexameron. CORNICES inter se fidissimæ sunt, mira his castitatis & matrimonij cura, haud palam coeuntibus: extincta consorte alteri uiduitas impolluta. Quare & inter hymeneos pro concordiæ pudicitiæq; felici auspicio inuocatur. In augurijs quoque una ex his uisa fortunatissimum putant. Noctuæ maxime aduersatur, inuicemq; oua furantur, hæc interdiu, illa noctu. Ex Aeliano. Coruos media æstate sitire palam est, imbrem uero orare ob notam fabulam, quod ab Apolline aquatum missus non redierit, hac mulcta damnatus est. Ratio tamen uult quod æstatis initio hæc auis profluuio uentris obnoxia, ab humore tanquam huic morbo contrario sese naturaliter abstinet. Ex hoc & augurij maxima obseruantia. Oua ipsius atrando capillo utilia. Inter cætera tauros inuadit, ex omni corpore maxime oculos appetendo. Imitator humanæ uocis præter cæteras alites. Per regiones fertiles gregatim uolat, per steriles uero bini tantum. Fœtus in escæ penuria parentes senes concerpunt: ex quo prouerbium, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, improbi corui, improbum ouum. Si quando ex malis parentibus liberi nascuntur mali. Hæc omnia ex Aeliano. Coruus item qui Romæ Germanicum & Drusum Cæsares, tum populum Romanum nominatim salutabat, quiq; extinctus publice elatus est, legitur apud Plinium. Succurrit & in hac uolucre fabulas poetarũ cum sacra historia conuenire, apud illos à Phœbo, ut supra dixi, apud nostros à Noeo ex archa aquæ gratia dimissa, ac eius contumacia utrobique accusata. Miluus rapacissimus auium, cadauerumq; adsectator. Eorum uenationem primus demonstrauit Alphonsus rex Neapolitanus patrum nostrorum memoria, commissa in aere magnorum accipitrum, tum falconum cum eis pugna. Aelianus scribit huiusce modi de hoc alite. Mas in hoc genere non inuenitur. Fœmina tantum austro, aut euro sese pandens concipit, non oua, sed pullos parit. Barchei gens in Hesperia suos morbo extinctos tanquam ignauos igni, in bello autem absumptos Vulturibus tradunt. In Aegypto in uestibulis domorum alas Vulturum proponũt magno ornamento, eoq; caput Ibidis ornant. Visæ eæ aues numero XII. in monte Palatino nomen urbi portenderunt. Aristoteles autem Vulturum duo genera ponit, paruum quod albicantius, alterum maius quod multiformius. Ambrosius in Hexameron ait, quod ubi Vultures, Corui, Aquilæ, & huiusce modi genus auium conuenerint, cædes ibi sit putanda futura.

Aquilæ
Aquilæ pẽna
Fulica
Ossifraga
Cornices
Coruus
Coruus Romæ.
Miluus
Vultures

Universidad de Deusto
Biblioteca

Columbi

COLVMBI coniugibus subueniunt in partu, pariterq; & ipsi (cum per illas non licet) oua incubant. Pariunt oua duo, mas primum, deinde fœminam, consorti fidem seruant, exosculatio mutua semper ante coitum. Sed & fœminæ in hoc genere interdum ineunt, è quibus oua euanida creãtur. Nihil enim columbis fœcundius, quadragenis diebus concipiunt, pariunt, incubant, educant, tantummodo interuallum à bruma ad æquinoctium uernum facientes. Ad locum redire solent unde mittuntur, quod & in theatris animaduersum è sinu missæ, & in obsidione Mutinensi, cum D. Brutus in castra Consulum nunciam columbam cum epistola misit. Ex Plinio. M. Varro Columbarum duo genera ponit. Agreste, quod in turribus & culminibus uillæ habetur, ex quo appellatæ columbæ, quæ ob naturalem timorem summa loca in tectis captant. Alterum genus domesticum, quod domi intra limina pascitur: hoc maxime colore albo solet esse, alterum uario. Ex his fit tertium genus miscellum, fructus causa in locum unum coactum, quem Peristereona uocant. Palumbos Græci, φάτταις uocant, eos ad XXX. annos uiuere Aristoteles author, uno tantum incommodo unguium & augmento senectæ, hyeme muti, uere uocales. Plinius quoque testis in agrum Volaterranum ex mari quotannis magnam uim palumborum uolitare. De turture Aelianus sic ait: Turturi uti columbæ impolluta connubia, uox uero non solum ex ore, sed ex infernis notata. Vnde Demetrius poeta in Sicilia (sic enim fabula inscribitur) inquit: Quando & culo loquũtur turtures. Plinius scribit huic & colũbæ annos uitæ octonos esse, collaq; utranq; bibendo minime resupinare. GALLINAS diuersi generis memorãt authores, Cortales, Meleagrides, Africanas siue Numidicas, rusticas, pumiles, melicas. Columella tria tãtum genera ponit: Cortales, quæ in corte aluntur. Cœnis Romanis ante tertium Punicum bellum cautum, ne quid uolucrum proponeretur præter unam gallinam quæ nõ esset altilis. Sunt enim altilia aues omnis generis quæ sagina ac cibo educãtur. Secundum genus, Rusticas non dissimiles uillaticis, quæ per aucupem decipiuntur, & in insula appellata Gallinaria in mari Ligustico maxime abundant. Africanas tertium genus, quas pleriq; Numidicas esse dicũt, cum sint Meleagridi similes, nisi quod rutilam cristam capite gerunt, quæ est in Meleagride cærulea. Tranquillus sentiens cum Columella separat Meleagrides à Numidicis. Varro autem contra sentiens easdem dicit esse. De Meleagridibus Plinius in X. libro hæc scribit. Hoc est Gallinarum genus gilbarum, uarijs sparsum plumis, quæ nouissimæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ propter ingratum uirus: uerum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Secundum descriptionem hanc Plinij in hoc genere duæ pauloante in hortis Cardinalis S. Clementis uisebantur. Aelianus scribit Meleagridas in Lero insula esse, quas fabula uult Meleagri Oenei filij natas fuisse, luctu patris in aues conuersas, quare & lamentabili carmine cantus earum exaudiri. Gallinæ Pumiles à Græcis νάνοι, id est, paruæ dicuntur. Melicæ uero quasi Medicæ secundũ Varronem quod ex Media uenerint, magnitudine ingentes. Gallinago à Gaza conuersum, quando apud Aristotelem ἀλεκτορὶς legitur, colore attagæ, rostro oblongo, cursu celeri, hominem maxime diligit, capitur inter sepes hortorum & uinearum. Hæc uulgo gallinella appellatur. De Gallo Aelius sic ait: Lucis nuncius est, Latonæ charus, quod ei parienti adstiterit, ex quo consuetudo manauit in hodiernũ diem ut adsit parientibus mulieribus: extincta matrice oua incubat: uictus nequaq; canit, post uictoriam garrulus. Hoc genus formidolosum leoni pariter scolopendræ obseruatum est, ex quo Africam petentes, quod ea regio his maxime abundet feris, hunc alitem secũ ferre cõsueuerunt. Gallorũ spectaculũ Athenis quotannis institutum. Causa fuit Themistocles, qui pridie quàm cum Xerxe pugnaret, ingentẽ Gallorum strepitum audijt, ad quod exemplum suos milites hortatus uictoriam adsecuti sunt, memoria rei deinde posteris tradita. Hæc ex Aeliano. Cecinere galli nocte tota, qua magnus Matthæus uicecomes prim ũsuscepit filiũ. unde Galleacio nomen inditum. portẽto quodam magnæ successionis. Ex Gallis, ut ait Plinius, tripudium Solistimum Pullis membra sub matrice ex albugine fiunt, ex uitello nutriuntur. Caput decima die generatur, pluma mescere desinunt post dies XX. Dicit Aristoteles quod oua longa mares edunt, rotunda fœminas: quod Albertus refellit, Auicẽnam adducens authorem, secq; etiam expertum fuisse adseuerans, defectu matricis, ouis impositis, operto ore & igne lento subiecto pullos excludi. Perdicibus nihil salacius inter aues, oua mares deperdunt, ne forte cura incubatus

Colũbæ ad locũ redeunt unde mittuntur.

D. Brutus

Columbæ Agrestes & domesticæ.

Miscellæ

Peristereon

Palumbi

Turtures

Gallinæ altiles, seu Cortales Rusticæ. Africanæ, seu Numidicæ.

Meleagrides, Romæ uisæ.

Pumiles

Melicæ

Alectorides

Gallus.

Galli auspicium parientibus.

Tripudium Solistimum

Pullorum exclusio.

Perdices

tus uenerem impediat. Ad aucupem prope accedunt quasi sese dedituræ, ut à pullis auertant, mox appetẽtem decipiunt aliò prorepentes. Pullos deinde securæ cõuocant. Certant inter se mares, præsertim si præsens adsit fœmina, uictus riuali cedit. Tradit Aristoteles fœminam perdicem dorso tantum maris propinquãtem concipere: eandemq; parituram sese stipula multa, terraq; circumuallare contra grassantia. Septimo die pullos excludit, parit oua XV. In Paphlagonia eas esse duplici corde Theophrastus est author. Perdices sacras Iouí & Latonæ dicunt. Ex his aliæ quæruntur cantibus, aliæ certamini. Quæ uero uocantur Circei, sibi quodammodo conscij nulli uirtuti se esse idoneos, degustatis allijs de industria marcescunt, ut ab aucupe ne quidem cibo dignẽtur. Ex Aeliano. Attagen Ionius Horatio dicitur, Attagena Martiali, Attaga Aristophani in Ornithibus, qui dicit eam dulce canere. Plinius quoq; eandẽ auem uocalem dicit, sed iunium maxime celebrare, capram obmutescere, quondam inter caras aues: deinde cœpisse suo tempore in Hispania Galliaq; capi. Sunt qui has starnas hodie uocatas putent manifesto errore, quum ipsarum cantus minime commendetur. Hæ potius aues externæ uocãtur. Plinius lib. X. cap. XLIX. Aduenerunt, inquit, bellis Bebriacensibus ciuilibus in Italiam aues externæ quæ adhuc nomen retinẽt, paulum infra columbas magnitudine, turdorum specie, sapore gratæ. Coturnices Aristotele Plinioq; testibus ueneni semina pascuntur, quapropter eas ueterum lautæ dam nauerunt mensæ, simulq; ob Comitialem, quem solæ animalium post hominem sentiunt. Aduenæ æstatis sunt. Proficiscuntur duce Ortygometra, quam matricem Gaza apud Aristotelem cõuertit, cuius uocẽ cum sentiunt aucupes, intelligunt parari discessum. Otides, de quibus Aelianus, sic ait: Perdicum simíles sunt, obesitate autem corporisq; pondere parum se alis attollunt: quapropter canibus se obnoxias quodammodo cognoscentes, ad eorum latratum extemplo prorípiunt sese, latitantes inter frutices. Præterea equis eas sollicitari argumentum est, si eos transeuntes uiderint prope accedere, attonitasq; contemplari. Plinius uero sic: Otídas Græci uocant, quas Hispani aues tardas dicunt. Seleucídes aues, quarum aduẽtum incolas Casij montis dicit à Ioue impetrare cõtra locustas, agros eorum deuastantes: nec unde ueniãt, aut quò abeant compertum. Lagopus pedes leporino uillo, unde nomen habet, cætera cãdidus, columbarum magnitudine. Pauone primum in India uiso Alexandrum ferunt admiratum, prohibuisseq; edicto, ne quis eam auem necaret. In Græciam à barbaris translata díu quæstui fuit, primum elegantibus tantum mercede índicatus: deinde ad eorũ spectaculum admissa multitudine. Hortensius primus Romanorum eum in cõuiuio apposuit. Concipit tertio uitæ anno, quo fere colorum uarietate uestitur. hæc ex Aeliano. Plinius: Pauo annos XXV. uiuit, colores in trimatu incipit fundere, non gloriosum tãtum animal, sed inuidũ traditur, sicut anser uerecundus. Athenæus dicit oua eos incubare XII. Aug. de Ci. carnem eius non facile putrescere. Erithrotaones secundũ quosdam Tetraones anserũ specie nigrãtes, rubro paulum perfusæ ueniũt è septentrione. In auiarijs saporem amittunt, moriuntur contumacia spiritu reuocato. ex Plinio. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse docuit Apitius, nepotum omniũ altissimus gurges, ut ait Plinius. Huius item linguæ apud Tranquillum in Caligula mentio, tum apud Spartianum in Heliogabalo, qui epulas Phœnicopterorum cerebellis cõditas apponebat. Marti. etiam colorem qui in eius etymo monstratur, manifestius indicat his uerbis. Nomenq; dedit quæ rubentem pennis. Oenas οἰνὰς, hoc est, uinago, ut interpretatur Gaza apud Aristotelem, magnitudine columbi. Capitur autumno. ANSERES stomacho sunt calidissimo, riguis, ac hærbis frigidis gaudent, Laurum nullo pacto attingunt. Cor anserinum Plinius antiquis mẽsis laudatissimum dicit. Theophrastus commemorat anserum exempla, qui pueros fœminasq; damnauerunt. A Romanis publice aluntur, ob beneficium defensi Capitolij: annisq; singulis in Ferculorum pompa honorantur. Chenalopex anseri minor ex uulpis & anseris forma, audax alioquin paratusq;, cum aquilæ, tum feli resistere. Præterea fœtus tanta charitate complectitur, ut more perdicis ultro aucupi obuiam eundo, spatium pullis ad euitandum tribuat. Ex Aeliano. Hæc auis ut tradit Plinius, frequens est apud Britannos in mensarum delicijs. Est & aliud anserum genus, qui Penelopes dicuntur, ut Aristoteles & Plinius tradunt, à quibus educata Penelope dicitur cum proijceretur in altum, ab Icaro patre & Peribœa matre reiecta: unde nomen sumpsit. Anas quasi cõscia infirmitatis, quod neque terræ neque aquæ suos fœtus credat: iuxta paludes & rigua pa-

Attagen

Aues externæ

Coturnices

Ortygomet.

Otides

Seleucides

Lagopus

Pauo

Hortẽsius primus Pauonẽ adposuit.

Tetraones

Phœnicopteri

Oenas

Anseres

Chenalopex

Penelopes

Anates

rit,& ſtatim à partu aquas petit.Ex omnibus aquilam formidat,eam quam Nettaphonum
Grues ab eius nomine uocant.Grues æſtatis aduenæ à Thracia tranant æthera trianguli figura,
lapides pedibus librantes contra uim uentorum, ut tradit Aelianus. Quod tamen falſum
Ariſtoteles eſſe dicit. Internecinum cum Pygmeis bellum gerere ab Homero narrantur.
Cum uolantes forte regrediuntur, infauſtum nautis ſignum futuræ tempeſtatis indicant.
Monedulæ Monedulas Græci κολοιους uocant. Tria genera ponit Ariſtoteles. κορακίαν, quam gracu/
lum uocamus, magnitudine cornicis, roſtro rutilo. Altera Lupus dicta, parua admodum
Graeculi & Paraſita. Tertia Palmipes eſt in Lydia ac Phrygia frequens. Aelianus de Graeculis ſic
ait: Regionem Venetorum Adriam incolentium uaſtant, ac ſemina iacta abſumunt,niſi
occurratur pabulis quibuſdam paſſim diſpoſitis. Contra uero à Theſſalis & Illyrijs ac
Lemnijs ali contra locuſtas,quarum ui maxima obruuntur. Capiũtur in labris oleo plenis
in agro poſitis, cum ſeſe liquoris perſpicuitate inſpicientes perfundi uolunt, inde madidis
Pica alis tardantur. Hæc ille.Pica Græcis κίττα, plures eodem die commutat uoces, nidificat in
Vpupa arboribus, parit I X. oua,ut author Ariſt. Vpupa græce ἔποψ, nidum in deſertis, altiſq;
montibus ex hominũ excrementis texit, ut inuadentes odore abſterreat: uere colorem mu
tat ſicuti plurimæ agreſtes, obſcœna paſtu auis, criſta uiſenda plicatili, contrahens eam
Irundines ſuberigensq; per capitis longitudinem. Irundo ut ſcribit Ariſtoteles, luna deficiente ſeſe
imbre perfundens,humi obuoluitur, donec materiã comparet qua nidum ſternat. Quinq;
numero parit,eosq; magna paſcit æquitate,portionem illis diſtribuens, à primo incipiens
ac deinceps ex ordine natis.Si uiderit implumes minus apte iacere, rapta à dorſo recum/
bentis ouis lana molliter ſubſternit:tum herba quadam illorum oculis admota celeriter lu/
men reſtituit:paululum adultos & adhuc trementibus alis expellit. Coëunt aduerſæ, præ/
ter naturam cæterarũ auium. Sunt qui dicant albas Irũdines uiſas, infauſto tamen omine.
Nam in cõclaui Pyrrhi regis adhuc pueri nidificantes, bellum infeliciter tentatum contra
Romanos portenderunt. Item in habitatione Cyri regis uiſæ, infauſtam eius expeditio/
nem contra Scythas ſignificarunt.author eſt Ariſtoteles, in Samo inſula quaſdam naſci al
bas, quibus ſtilo excæcatis lumen rurſus reſtituitur.Ex Aeliano.Plinius ait,Cecinam Vo
laterranum comprehenſas irundines nuncias belli amicis mittere ſolitum, quod in priſti/
num ſoleant nidum redire.

AVES AQVATILES AC LITOREAE.

Alcyones AVIVM autem iuxta flumina & mare uiuentium ingens turba, inter quas
Alcyones notiſſimæ, quæ parituræ nidum modo conchæ ſpinis incredibili
duritia ſubtexunt:deinde,ad mare deferentes undis imponũt, atq; illo ſe con
ſtipantes dũ uehũtur fœtificant.Ex Aeliano. Ariſt. uero de Alcyone,quã &
halcedonẽ latini uocãt,ſic ſcribit: Alcyone nõ multo amplior paſſere, colore
cum cæruleo,tum uiridi,tũ etiã leuiter purpureo,uarie toto corpore refulgẽs, roſtro lõgo
& tenui, uiuit piſcibus. Parit oua V. in cuius partu qui circa tropicum hyemalem eſſe ſo/
let, dies ſereni X I I I I. nauigantibus auſpicatiſſimi, Alcionij dies & Alcedonia ſacra uo
Apodes cata. Apodes uſu pedum carent, ab alijs Cypſeli uocatæ, irundinum ſpecies,nidificant in
ſcopulis:eæ ſunt quæ toto mari cernuntur,nec unquam tam longo curſu naues recedunt,
ut non circumuolitent eas Apodes. Cæteræ aues quandoq; deſident, his tantum quies ni
Cinclus ſi in nido nulla,aut pendent aut iacent.Hæc Plinius. Cinclus auis palmipes prope mare ut
tam traducit. aſtutus ut ait Plinius,ac decipi difficilis, ſed captus omnium maxime mite/
ſcit. Aelianus debilem eum parte poſteriore dicit, quamobrem ſtruendo nidos minime
aptus, incubat alieno, ex quo in prouerbio apud ruſticos, Cinclos pauperes uocari. Eius
etiam meminit Ariſtophanes in Amphiarao. Suidas de eadẽ,ſic ait: Cinclus eſt auis,quæ
culum continuo mouet,quapropter à quibuſdam uocatur σισοπυγίς. Eſt enim ualde debi
lis & tenuis,ex quo prouerbium apud Menãdrum, πτωχοτέρα κίγκλου. Pauperior Cinclo.
Pelicanus, Pelicanus ſiue Pelicanis, ut ab Ariſtotele in V I I I. appellatur, à Plinio Platæa dicitur,à
ſeu platea Cicerone in ſecundo de Natura deo. Platalea: Auis eſt aquatilis, fluuiatiles conchas deuo
rans, quas ubi concoxerit, euomit: ut poſtea facile diſcuneatas edat.authores Aelianus,
Plinius. In epiſtolis diui Hieronymi mirum legitur, hanc auem ubi pullos ſuos necatos à
ſerpentibus uiderit,è ſanguine ſuo ab latere incuſſo atque inſperſo nidis,in uitam reſtitue/
Herodij re, Herodij item flumina colunt & littora, cernuntur in inſula Diomedea, quia ſocij Dio/
medis

medis dicuntur eſſe. Quare mirum eos Græcis aduenis tanquam ciuibus ſuis blandiri, ue
ſcuntur conchis quas per calorem diſcuneatas inuenerint. Ex Aeliano. Gaza autem ar/
deolam dicit apud Ariſtotelem eſſe hanc auem,apud quem & Leucorodius legitur,id eſt,
alba ardeola, quæ minor quidem eſt, roſtro lato, porrecto q̃. Imantopodes à Plinio po/ Imãtopodes
nuntur in Aegypto inter aquatiles. Cygnus ſiue olor uolucris mitis,tantum ab aquila in/ Cygnus
feſtatur,cui magnopere reſiſtit,ut ſcribit Ariſtoteles: eius mora circa fluenta. In ſenecta le/
niter cum melodia uita ſoluitur,penna capiti traiecta. Ouidius: Veluti canentia dura Tra/
iectus pẽna tempora cantat olor. Cantat enim,ut ait Plato,nõ ex triſtitia,ſed potius lætitia
propinquante fato,quod immortales ſe ſentiant & ad Apollinem ſuũ remigraturos. Nam
Pythagoræ erat opinio immortalem eos habere animam. Cicero Apollini ſacros eos dicit
ob uaticinium finis eorum. Cygnus itaque allegorice animæ probi uiri comparari poteſt,
qui lætus mortem obit. Onocrotali olorum ſimilitudine, nec diſtare putãtur omnino,niſi Onocrotali
faucibus ipſis ineſſet alterius uteri genus. huc omnia inexplebile animal congerit: mox Phalerides
perfecta rapina ſenſim inde in os,deinde inferius in aluum ruminantis modo demittit. Gal Phalacroco
lia hos ſeptentrionali proxima Oceano mittit. Phalerides in Seleucia,quæ eſt apud Par/ races
thos cernuntur,inter aquatiles laudatiſſimæ. Phalacrocoraces Balearium inſularum pecu Lagopodes
liares. Lagopodes nigri,& pedes leporino uillo, unde eis nomen. Cætera candidi colum/ Pyrrocotes
barum magnitudine. Pyrrocotes Alpium peculiares,lutheo roſtro,unde eis nomen. Ga/ Gauiæ
uiæ,quas Laros Græci uocãt, λάρους, auis littorea,colore cinereo,nidificat æſtate in petris. Mergus
Mergus quem ἀδιυάμ appellant, apud mare in arbore nidificat ueris initio. Anthus lati/ Anthus
ne Florus & Cataracta: ambo aquatiles, & Fidipedes. Ariſtoteles ait: Antho magnitu/ Cataracta
do quãta Fringillæ eſt. Charadrius,id eſt,rupex latine,ut placet Gazæ. χοίνικλος,id eſt Iun Fringillæ
co, τρύγγας, id eſt Trynga magnitudine Turdi. Calidris colore cinereo uarie diſtinctus φά Charadrius
λαρις, Phaliris. κολυμβρίς, id eſt urinatrix. βισκάς, id eſt Boſa ſimilis anati, uerum aliquanto σχοίνικλος
minor. Querquedulæ quoq;, omnes ſanè aquatiles. Trynga
Calidris
Phaliris
Colymbris
Boſa
Querquedula

AVES INDIAE ALIARVMQVE GENTIVM.

Pſitacus
Gryphes

INDIA uarias producit aues, Pſitacum primo, ut Solinus ait, uiridi colore,
capite firmiſſimo, ita ut ad diſcenda humana uerba clauicula ferrea conuer/
beretur. Digitorum numero diſcreti: qui præſtant quinos habent, reliqui ter
nos: cui latior lingua, docilitas maior. De his etiam Apuleius libro I I. flo.
nonnulla commemorat. Nunc ſanè ex Luſitania inſulisq; uicinis Aethiopi/
cis præſtantiſſimos adduci uidemus,uariisq; colore diſcriminatos. Grypem in India qua/
drupedem eſſe aligerum tradunt,uiribus potentem,leonis modo,recuruis unguibus,dor/
ſo nigrum, priori parte purpureum, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis, captu
haud facilem niſi pullum: præterea nidificare in altis montibus, ac cuiuis animalium in pu
gna congredi præterquam leoni & elephanto. Aurum inſuper fodere apud Bactrios po/
pulos Indis uicinos in deſertis locis ferunt,propeq; accedentes arcere,ex eoq; nidos necte/
re: ad quod ſurripiendum ſæpe uenit mille aut duum milium hominum exercitus,magno
cum periculo, tum etiam quæſtu. Tertio deinde aut quarto redeunt anno. Ex Aeliano.
Phœnix Philoſtratus uero in uita Apollonij lib. I I I. ſcribit hanc auem ſimul & Phœnicem ſacram
eſſe Soli,currumq; Solis apud eos Grypibus iungi: ſuperare inſuper elephantos & draco/
nes,omnia denicq; animalia præter tigridem,quæ ob uelocitatem ab ea aufugit: uultu quo/
que non multum ab humano differre. Phœnicem idem author libro eodem in India ſta
ponit,ſolamq;,ac annos uiuere D C. Plinius autem ſic ait. Phœnix in Arabia aquilæ ma/
gnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis di
ſtinguentibus, criſtis faciem caputq; plumeo apice honeſtatam: uiuere annos D C L X.
tradunt: ſacrum Soli in Arabia eſſe. Seneſcentem ſurculis thuris, caſiæq; nidum replere
odoribus,ac ſuper emori, ex eiusq; cinere aliam naſci. Aelianus item. Habet,inquit,India
gallinaceos criſta uerſicolore, alis rectis & oblongis modo pauonis,auri ſmaragdiq; colo/
re. Habet & quam Camelam uocant maiorem triplo quàm otides, ore uenuſto, cruribus Camela
oblongis,pluma cinerei coloris, alis in ſummo pallidis,uoce abſona. Apud Caſpium mon
tem auis eſt magnitudine galli gallinacei, alis uerſicoloribus,catuli uoce perſtrepens,quæ
reſupinata uolat,paulum ſupra terram ſe attollens. Cinnamomus,ut Aelianus & Ariſto/ Cinnamomus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cynamolgus teles, ut Plinius, Cynamolgus, in Arabia in furculis sui nominis nidificat, ex quo accolæ sagittis impactos arboribus altis nidos deijcere contendunt, atque ex cadentibus furculis
Parnopus quæstum facere. authores Aelianus, Plinius. Parnopos, Galatæ in oriente quum gregatim
Syroperdix fructus deuastare uiderint, alijs exterminant auibus. Syroperdicem Antiochea Pisidea gignit minorem aliquantulum perdice, fuluo rostro, reliquo corpore nigram, minime man-
Asterias suescentem, cibisq; inutilem. Asterias auis in Aegypto docilis humanæ uocis. Porphyrio
Porphyrio auis domestica cum alitibus quibuscunq; uiuit, maxime cum gallinaceis. si forte socio sit
Meropes orbatus, ex cibi abstinentia se necat. Meropes contra naturam cæterarum retro uolantes feruntur, ut tradit Aelianus. Plinius ait, Meropes rubētibus esse cruribus, ore prælongo. Hinc morsu eas bibere & omnē cibum in aqua irrigare: deinde pede ad rostrum ueluti manu adferentes. Præterea in Comagena laudatissimas nasci.

ACCIPITRES.

Buteo ACCIPITRVM multa genera commemorat Aristoteles, Buteonem, Symbu
Aesalus teonem, Triorcham, Hypotriorcham, Percam, Fringillarium, Aesalum, Orcum, Asteriam, Rubetarium, Chalcidem. De Aesalo, Plinius ait: Parua auis, oua corui frangit. Ouidius: Nescius assumptis Priamus pater Aesalon alis.
Aues Memnoniæ Aues Memnoniæ accipitrum specie, carne tamen abstinentes, in sepulchrum Memnonis apud Ilium quotannis aduolāt, quasi iusta illius umbræ reddētes. *Chalcis* χαλκὶς, id est chalcis ab Aristotele ponitur, raro apparet, incolit montes, colore nigro, magnitudine accipitris, forma tenui & oblonga, cognominatur φάσιφος, id est palumbarius, & Cymindis. meminit Homerus in Iliade: χαλκίδα κηλύσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν, id est, Chalcida uocant dei, uiri uero Cymindin. Interdiu non apparet ob oculorum infirmitatem: congredi-
Falcones tur cum Aquila in pugna, parit oua duo in speluncis. Falcones Seruius grammaticus commemorat nostra ætate frequentissimos, quibus Guillermus qui Rogerij regis Siciliæ auibus præfuit, librū dicauit: & post eum Albertus in libris de animalibus multa de his commemorat genera. Primum quem uocant, Sacrum seu Britannicum, Aquilæ magnitudine, capreolos inuadentem. Alterum Gyrofalcum appellatum ex uolandi modo, quod præ dam circumagat, priore minorem. Tertium montanum. Quartum peregrinum, quod peregre uolitans longe à nido paterno deprehendatur, nidificatq; in altissimis montibus. Quintū Gibbosum cæteris minorē, quod breuitate colli & alis eminētibus gibbo insignis uideatur: multiq; item ex colore cognominati. Mansuetos quoq; eos reddendi præcepta ferè in hanc sententiam tradit. Caput ante lucem pellicula obnubito, ac manu sustineto usque ad horam tertiam. Deinde coxam gallinæ pro cibo præbeto: mox supra gramen ponito, ubi riuus sit seu fons quo abluatur, si id expetat, postea in sole siccetur. In loco deinde obscuro seponito usque ad uesperam: ex illo rursus in manum sumito usque ad somni tempus, tum iterum in angulo supra perticam, ne pedes lædantur, neu manibus tractetur,
Astorgius cum pellicula noctu ante lucernā collocato. Astorgios Pausanias ponit, quos Italici Asto-
Cuculus res dicunt. Cuculus, græce Cocyx, tempore anni figuram mutat, apparens usq; ad canicu-
Cocyx læ ortum ob frigidam naturam: nidificat in alienis nidis, præsertim Curucæ & Alaudæ
Curuca parit unum ouum, quod excludit atq; nutrit, illa cuius est nidus, & ita præ specie diligit, ut suos eijciat: secundum nonnullos ipse pullus grandior factus, cæteros unā enutritos enecat: præterea solus ab suo genere absumitur. author Plinius.

AVES NOCTVRNAE INAVSPICATAE.

Nycticorax AVES nocturnæ plerunque inauspicatæ apud ueteres erant. Inter quos Ny-
Bubo cticoraces, Bubones, Alucones, Noctuæ, Asiones, Vlulæ, Vespertiliones, Oti, Ciconiæ, Caprimulgi, Striges, Paræ. Nycticoraces, id est, νυκτικόρακες, Ciconiæ quoque & Noctuæ & quæuis aliæ, noctu uenantes, ut Aristoteli placet. Bubo græce βύας, noctuæ forma, magnitudine aquilæ. *Aluco* ἀλκὼ græce maior est gallinaceo. *Noctua* Noctua item inauspicata apparuit supra hastam Pyrrhi regis euntis contra Argos, qui fatum ei subsecutum dicitur portendisse. In Creta non cernitur, eoq; translata non uiuit, ut tradit Aelianus. Idem dicit hanc insigne publicum fuisse Athe-
Asiones niensium. Plinius autem parasitam uocat, quam cæteræ circumludant. Nigidius uero Noctuas ait sexagenis diebus hyemis cubare, & nouem uoces habere. Asiones Plinius uocat quos

quos Græci σκῶπας. Meminit eorum Homerus in Odyssea quando eos in antro Calypsus uernare dixit. Capiuntur saltatione quadam ridicula, quā Scopam appellant, unde uerbum Scoponi apud Græcos manauit in ridiculos: est enim auis aliquanto maior noctua colore plumbeo, alis albo sparsis: duabus à cilijs ad tempora pennis. Callimachus scopum duo ponit genera: Scopas, & Aiscopas: unum loqui, alterum tacere. Aristoteles ait apud *Scopes* Homerū non Scopas, sed Copas legi oportere. Eadem auis parasita item Plinio dicitur, ap- *Aiscopes* pellaturq; à magnis auriculis Otus. Vlula Græce ὑλαγωλιός speluncis inhabitat. Vespertilio- *Otus* nes illis νυκτερίδες dicti, in Borsippa Assyriæ Ciuitate, miræ magnitudinis ac cibo expeti- *Vlula* tæ inueniuntur: author Strabo libro XVI. Ciconiæ Græce Pelargi, dicuntur lingua care- *Ciconiæ siue* re, contra serpentes à Thessalis expetuntur, ut Plini. Nidos repetunt hyemis aduenæ, una *Pelargi* cum gruibus, noctu tantū uolant. Parentum senectutem nutriunt, ut tradit Aelianus: quare eos dicit teste Alexandro Macedone ob pietatem deorū beneficio in quibusdam Oceani insulis in homines conuerti. Caprimulgus magnitudine Merulæ noctibus oberrans per *Caprimulgus* stabula, Caprarum ubera mulget, Græce αἰγωθήλαξ appellatur. Auis incendiaria uocita- *Auis incendiaria* ta ex incendijs nasci dicitur inauspicatissima, qua uisa ut Plinius refert sæpe urbs lustrata in annalibus inuenitur. Para item auis inauspicata: ut Horatius. Impios Paræ recinentis *Para* omen. Plini. libro XVIII. Param commemorat. Bubo auspicijs Romanorum maxime *Bubo* inauspicata, uolat transuersa per loca auia & deserta, gemit potius q; canit. Semel intrauit *Striges* cellam Iouis Capitolini, & tota urbs lustrata est. Plinius. Striges sic etiā uulgo appellatæ.

AVES PARVAE AC CANORAE.

INTER aues canoras, id est, quæ carmine oblectient Luscinia præstat. In cu- *Luscinia quæ* ius descriptione Plinius poetica lasciuit licentia. Aristoteles ait, uere sylua *& Philome-* frondescente, dies continuos XV. insomnem durare, perpetuo cantu, mox *na, daulias &* æstate uoce minus modulata uisam. Nota eius fabula, quapropter Philome- *Pandaris dicta est* na & Daulias & Pandaris à Grecis appellatur. Homeri de ea carmen ita conuerti. Pandaris ut quondā florente ætate puella Vere nouo ramis dēsa super arbore mœstū Ingeminans carmē uarijs loca cantib⁹ implet. Acanthis & Acanthylis eadem: hanc Gaza *Acanthis* figurinū interpretatur, colore quidem ignobilem, sed cantu amœnam. Carduelis ab Ari- *Acanthylis* stotele ἀγριάς appellatur, alius ab Acanthide, cum nonnulli eandem putent esse auem. A- *Carduelis* laudas κορυδός Græce, duorum generum Aristoteles ponit: alterum terreum cristatum, al- *Alaudæ* terum Gregale minore corpore, sine crista. χλωρίων, id est, Chlorio quem Gaza Vireonem *Chlorio* conuertit: uiridis est, magnitudine turturis, hyeme non uidetur, sed æstate per solstitium apparet, male uolat, & ingrato colore, docilis alioqui & ingeniosus, ut Aristoteles ait. Est *Chloris* & alia quę uocatur ab eodem Chloris, Gaza luteam conuertit, quod miror, cum uulgo nota auis sit, & à uiriditate uocetur, ut sonat uerbum Græcum, cantu & uolatu libero, præ *Turdus* cæteris mansuescit. Turdus κίχλη Agrippinæ Claudij principis uxoris, omnium uoces imitatur, ut Plinius refert. Lucullum uero Turdos in æstate in auiarijs alere solitum scribit Plutarchus. Merulæ albæ in Arcadia feruntur: author Aristoteles. Hæc auis κόσσυφος *Merula* Græce dicitur, cantui educatur, cibis turdo inferior. Ficedula Græce συκαλὶς autumni tan- *Ficedula* tum tempore, postea Melancoryphos appellata, quam latine Atricapillam Gaza cōuertit. Erythacus latine secundum eundem Rubicula, ea est quæ rubro pectore æstate inuenitur *Erythacus* & nominatur. Eadem hyeme Phœnicurus, rubra cauda dicitur apud Aristotelem. Fringilla Græce σπίζα æstate locis calidis moratur, hyeme frigidis. Picus Martius Græce δρυοκολάπτης super arbores scandit, auis auspicatissima: nota eius fabula apud Virgi- *Pic⁹ Martius* lium, Fauni filium dicunt fuisse. Tris eius species ab Aristotele ponuntur, inter quas mi- *Passeres* nor & maior. Passeres auium salacissimi & argutissimi, uita breuissima. Mares diutius anno non uiuunt: argumento quia nullis ueris initio apparet nigrities in rostro, quæ in æstate incipit. Fœminis longius aliquantulum spatium. Huius auis nomine mentula quandoque significatur à latinis secundum Festum. Argatylis filis nidum lineis texit pi- *Argatylis* læ specie, aditu angusto: ut Aristoteles. Sturnus domi ut parasitus educatur à Grecis ψάρ, *Sturnus* gregatim uolat, magno impendentis uindemiæ damno ueniunt. Sturnos & luscinias latino Græcoq; sermone doctas habuisse Cæsares iuuenes sua tempestate Plini⁹ refert. Velia *Velia* eadem & ἰκτὶς paruo corpore, uoce proba, colore decora, aspectu rara, cū sit auis peregrina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyrannus Tyrannus auicula elegans, crista rutila, cantu suaui. Aegithus ἀιγίθος, quam apud Aristo-
Aegithus telem Gaza Salum conuertit: altero pede claudus. Crex ingeniosa ad uictum & pugnax,
Crex cætera infelix. Sitta uiuit circa maceries, prolem numerosam gignit. Certhia ingenio auda-
Sitta ci, uoce clara, nidificat in arboribus. Ardea & Ardeola, cuius tria genera. Pulla quæ natura
Certhia sagax: & uictus prouida, colore prauo, reliqua duo pulchro. Gaza ardeolam Erodium di-
Ardea cit esse & leucorodium albam ardeolam: ut supradixi. Phoicus oculos potissimum appetit,
Phoicus inimicus Harpæ, uictu utriq; simili. Cærulea auicula saxatilis, pede magno, colore sui no-
Cærulea minis, rostro tenui. Pardalus parua auis, gregatim uolat, colore cinereo. μαλακοκρανίνος, id
Pardalus est, Molliceps ut Gaza interpretatur, eodem in loco semper statuit sedem, nigro & cartila-
Malaco- gineo capite, magnitudine paulomin⁹ quàm turdus, colore cinereo. κολλυρίωμ. Collurio ma-
craneus gnitudine qua superior, uescitur his quibus merula, capitur hyeme. βάτις auis Rubeta dici-
Collurio potest. ἀγίθαλος qui Parus à Gaza dicitur. Cuius apud Aristotelem tria genera. σπιζίτης, id
Batis est Fringillago, quippe quæ Fringillã æquet. Monticula quod in montibus degat, cui cau-
Aegithalus da longa. Tertia similis supradictis præterquam quod minor est, ὀρεοσπίζης similis fringillæ,
Spizites collo cæruleo, in montibus, ut nomen indicat, degens. Chrysometris, id est, auri uictus ut
Oroſpizes Gaza interpretatur, parua auis, uescitur spinis. κολιός quæ & Galgulus, magnitudine turtu-
Chryſometris ris, uiridis totus, lino alitur, frequens in Peloponneso. κνοπολίγος, id est, Culcilega ut Gaza
Colius apud Aristotelem, magnitudine ligurini, cinereus, maculis distinctus, uoce parua, & ipse li-
Galgulus num appetere uidetur. τρόχιλος fruteta incolit & cauos, difficilis sanè capi, fugax est, &
Cnopoligus infirmis cruribus. πρέσβυς ab Aristotele uocatus, hoc est, senator & princeps, à latinis ue-
Trochilus ro Regulus dictus ut apud Tranquillum. Cum aquila pugna cõgreditur, quidam eundem
Regulus cum Trochilo dicunt. Iynx auicula quam uulgo Torquillam uocant à collo circumagen-
Iynx do, à priscis Turbo dicta, paulo maior quàm fringilla, colore uario, lingua serpentina, quip-
Glottis pe quam mensura quatuor digitorum porrigit: unguibus grandibus, uoce stridula. Ex Ari-
stotele. Glottis quam Gaza Lingulacam interpretatur, linguam exerit, unde ei nomen.
Hanc initio blanditia peregrinationis auide prouectam, pœnitentia in uolatu cum labo-
re scilicet subit: reuerti incomitatam piget & sequi: nec unquam plus uno die peragit, in
proximo hospitio desistit: uerum inuenitur præcedente anno relicta, simili modo in singu-
Oenanthe los dies: author Aristoteles, Oenanthe statos quidem latebræ dies habet, exoriente Sy-
rio occultata, ab occasu eius procedit: author idem. Mota cilla quæ caudam continuo mo-
uet. Mouet etiam Cinclus quem inter aquaticas supra memorauí.

DE PISCIBVS.

Selache QVI halieutica tractauerit, è nostris nemo idoneus, quem sciam, præter Ouidiũ poëtam, & Apitium: ex Græcis Oppianus hexametris, Dionysius is qui de si-tu orbis scripsit, Democritus, Theophrastus, & alij complures priuatim opus huic rei dicauere. Nec mirum cum opinio sit ponto res omnis cõtineri. Pisces in primis in quinq; differentias Aristoteles diducere uidetur. Nam aut Sela-
Aselache che, id est, cartilaginea sunt, sine squamis & spinis, ut Muræna, Conger, Vitulus, Galeus,
Malacia Delphinus, Balæna & quæ uocantur Cete. Aut Aselache duro uocabulo incartilaginata a
Plinio conuersa, Quæ quidem sunt omnia squamas spinasq; retinentia. Tertiũ genus Ma-
laciorum, id est, molliũ qui sanguine & uisceribus careant, ut polypus, sepia, loligo, urtica.
Malacoſtraca Reliqua duo, alterum crusta, uocanturq; μαλακόστρακον ut Cammari Cancri, Squillæ, Pagu-
oſtracoderma ri. Alterũ testa integitur, ὀστρακόδερμον ostracodermon dicit: ut sunt Ostrea, Murices, Scom-
bri, & conchæ omnes, quæ plæræq; sanguine uti mollia carent. Marinorum item alia tradi-
tur à Plí. diuisio: quod plani sunt quidam, ut rumbi, soleę, passeres: aut longi, ut muræna, cõ-
ger. In uniuersum autem, ut placet Aristoteli, nec mammas habẽt pisces, neq; meatũ ullum
Branchiæ genitaliũ perspicuũ, sed excrementorũ tantũ locũ. Branchias quibus humorẽ, quẽ accepe-
rint reddant, tũ pinnas quas ex magna parte quaternas gerũt. Partes quoq; audiendi, odo-
randi, sentiendi nullæ perspicuæ præter oculos, qui sine palpebris sunt. Oua pariũt omnia
Coitus piſciũ q̃ squamis integunt. Animal, quæ genere cartilagineo cõtinent, excepta rana. Coeũt plæ-
runq; in occursu, paruo cõtactu. Cõcipiũt mẽse Mar. Aprili, Maio, Autumno pauci, ut Sal-
pa, Sargus, & nõnulla alia generis eiusdẽ. Errant præterea ij quidẽ gregatim ueluti pecudũ
armenta, aut militũ ordines, per alas & phalanges: alios cohortes diceres, illos quasi iussos
iugum

iugum subire, multos in cubilibus uti custodes domi remanere, quosdam etiam uolare, ut Accipitres, Irundines, Sepias. Hyeme uero procellosa pontum quidem horrent plærique alto-rem, & ij nihilominus arenam aggerentes multo limo loricantur. Alij sub petris glome-rati conquiescunt. nõnulli summa pelagi tempestatibus obnoxia fugientes, ima petũt. Iidẽ uero redeuntem serenitatẽ illico sentiũt, tum demum prosiliunt, & tanq; peregre domum remigrantes palati, littus libenter aspiciunt. Sed & partu differunt. Lupus bis anno parit, Mullus ter, ut Græcũ indicat nomen: cæteri semel ac diuersis temporibus. Prægnantes ue-ro libenter ad aquas dulces fluminum aut stagnorum uicinorum se transferunt, pelagi flu-ctus tanq; partubus aduersos mitiore thalamo cõmutantes. Ferunt & pisces quidã in Afri-ca in quadã palude feruenti uiuere, ut est author Aelianus: ut autẽ Pli. alij in aquis quibus-dam calidis prope Pisas. Refert Democritus, & post eum Aristoteles, & Theophrastus, Pi-sces omnis ali dulci aqua in mari, essecq; in confesso aquam potabilem ponti fluctibus immi-xtam. Idq; deprehendi ex uase cæreo tenuissimo, qd' clausum, suspensumq; intra maris un-das diem atq; noctem, plenum extrahi dulcis aquæ testantur. Auguria ex piscibus nonnul-lis prodidere magi & portenta, quæ ego ut alia pleraq; huiusmodi nõ satis probauerim. Pi-scium uiuaria primus excogitauit (ut Pli. refert) Licinius Muræna. Cuius exempla secuti Philippus & Hortensius fuere. Lucullus etiam excíso monte iuxta Neapolim, maiore im-pendio quàm uillam ædificauerat, eurípum & maria admisit, qua de causa Pompeius eum Xerxem togatum solebat appellare. Genera piscium idem author LXXIIII. præter cru-stis intecta quæ sunt XXX. refert. Modi piscationum omnino V. retibus, iaculis, hamo concha, ueneno. Herba enim quam Græce πλόμον nos uerbascum appellamus, aqua infe-cta enecti pisces capiuntur: quo maxime modo Phœnices utuntur, ut ait Aristoteles. Mox singulos considerabimus ac primum Delphinos.

Diuersus in aqua piscium motus

Piscium partus

Dulcis aqua in mari

Licinius Muræna piscium uiuaria primus excogitauit.

Modi piscationum. V

Verbascum piscibus uenenum

Delphinus

AELIANVS de Delphinis multa fortasse fabulosa conscribit, ego uero quæ ma-gis uero similia uidebantur in hunc locũ excerpsi. Delphini inquit, Philotecni, id est, filiorum amatores sunt. Fœmina lacte copioso mares pascit, ut quæ ube-ra mulieris modo habeat, Illi pro ætate distincti una natant, more castrensi & primo quidẽ infirmiores præcedũt. Adulti iam & perfecti subsequunt, parẽtes ab latere comitant, agminiq; inuigilant. Si è duobus quos mater peperit (neq; eñ plures so-let) alter capiatur, illa usq; consequitur, atq; è piscatorum manibus ore appetendo conatur auellere: eo tandem erepto ad alterum accurrit, ore, adflatu, cauda, ac quibus potest modis ad fugam instituit. Ipsa postremo capto suppetias ferre cupiens, commori prius eligit. Nec solum erga sobolem, sed & erga socios signa charitatis ostendit, ut adfirmat Aristoteles: si quis eorum captus in scapha iam fuerit, cæteri adnatant supplicantium specie socium repe-tentes, solereq; interdum piscatores ipsos pro portento concedere, compotesq; eos redde-re. Agilitate præterea tanta ut sæpe naues superiliant. Cuius rei causam idem Aristoteles adfert, quod spiritum inclusum diu retinentes urinantium hominum modo, uno postea im-petu cum libet effundunt: ut ab intento arcu iaculum, ita reflatus relaxatione uehementis corpus quocunq; impellitur. Habent & quandam cum Leone comparationem, nõ solum quod alter nemorum, aquarum alter rex censetur, sed quod ingruente senio, morbisq; irru-entibus, uterq; simia pro pharmaco utitur, hic marina, ille terrestri. Puerorum quoq; ama-tores esse uarijs exemplis prodit Aelian⁹. Sed & musices Arion Methymneus notissimus testis apud eundem authorem, Delphini statua apud Tænarum dicata: quam ipsemet ta-li inscripsit epigrammate à nobis hoc modo conuerso. Dijs genitum cernis qui uexit Ario-na Delphin, A Siculo subiens pondera grata mari. Itẽ ex hymno Neptuno in huius rei me-moriam ab eo dicato, mihiq; itẽ conuerso. Pater tridente ferox Neptune aureo, Raucumq; ponti numen undis æstuans. Te circa agunt, leuesq; saltu connatant Catuli delphinum, me-los sequentes nobile, Tuarũ sedulum Nereidũ pecus, Quas Amphitryte Pelops ex te Tæ-nari Rapta parit quondã errabunda littore, Pandoq; me libenter dorso conuehunt. Dolosi quem humida dejciũt pinu Socij secantes iurati simul freta. Capiuntur autem hoc modo: Animaduertens piscator per maris tranquillitatem illos per æquor palantes, undisq; ex-tantes, è scapha tridentem iaculatur. Et forte ex his uulneratũ infixo telo sinit ad maris ima descendere: uti subitus uigor uulnus retrectans frangatur, donec paulatim refrigeratum ac semianimem in summo pelago apparentem, fune tridenti iam inde à principio adligato

Hymnus Arionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Balæna se in scapham trahat. Balæna Græce φάλαινα parit animal, lacte nutrit, spirat non branchijs sed fistula quadam. In fronte gerit ora, ac summa fertur aqua. Præterea ignauam esse constat, & ob corporis molem sensibus hebetetur, Quapropter duce indiget pisce qui prælongus & albus, capite procero, angusta cauda præcedit, extremaq; balænam cõtingit, ac tanquam temone ad eam regendam utitur. Hanc scilicet mouendo, signo quodam cuncta itineris pericula insidiasq; præmonstrat, ad loca deducens patentia, ut minime angustijs coacta, uitæ discrimen euitet. Balænas alit Indicũ pelagus, quinquplo ingentis elephantis magnitudinem excedentes. Balænæ & uituli marini ardente sole exeunt ad littus, ac prostrati dormitant in arena: quod pulchre ab Homero in Odyssea describitur, ubi Menelaus Tele-

Orca macho & Pisistrato Protei uaticinium narrat: ex Aeliano. Orca Cetarij & ipsa generis, miræ magnitudinis, in portu Ostiensi à diuo Claudio expugnata, ac eius reflatu belluæ nauigium depressum legitur apud Plinium. Vitulus marinus, id est, φώκη animal Amphibium,

Vitulus marinus fœtus in terra parit, paulatimq; ad undas adsuefacit: à partu quidẽ breuissimus deinde maximus exit, uentre albus, dentibus frendens. Ipse imbellis & animo degener, nec tantum uiribus quàm uastitati corporis fidens. Vescitur piscibus, & humano cadauere, quapropter piscantes insidijs petit. Ex Aeliano. Aristoteles ueluti quadrupedem imperfectam eum appellat. Nam pedes habet à scapulis manibus similes, modo ursæ, pedesq; posteriores quinis discretos digitis. Pellem huius uituli fulmine non afflari legimus apud Tranquillum in

Torsio Tyberio. Romæ paucis ante annis animal precio ostentabatur. Torsionẽ similem esse Del-

Phocæna phino, præterquam rostro, Plinius refert. Gaza autem hunc esse putat Phocænam, quã in Ponto gigni Aristoteles dicit. Non præteribo quod uidi anno M.CCCCXCVIII. apud uada Volaterrana reperta in littore extincta siue balæna, siue Cetus alterius generis, magnitudine pedum centum: cuius dorsi uertebræ LX. fuere. Septem ex eis adlatas Volater-

Polypus ris uidimus, quarum quælibet equi ephippium quo nunc utuntur æquabat. Polypo tanta est uoracitas, ut ne quidem à suo genere abstineat. Insidiatur latitans post petras quarũ colorem reddit. Pisces uero petræ specie decepti iuxta adnatantes, incaute opprimuntur. Carabum ex omnibus expauescit, adeo ut coniectus in retia ubi ille fuerit quandoq; captus, statim exanimetur. Visi etiam Polypi æstatis tempore exire in agros uicinos, arboresq; fructuum auiditate scandere, uisi & clam ingressi ceraria depasci. Animal alioquin tanta salacitate, ut effœto corpore nulli sit ei aut adnatandi aut prædam adsectandi facultas, nec ultra annum uita, Fœminæ etiam breuior, quæ facilius capitur: ex Aeliano. Quod uero in fame pedem sibi rodat, ut ait Hesiodus & nonnulli, falsum putat Aristoteles. Pedes eius rapaces sunt, à Græcis πλεκτανίαι à latinis acetabula dicti, uenitq; in prouerbium rapacium hominum: apud Plautum. Polypi sunt, quicquid attigerunt tenent. Est & nasi morbus Polypus

Muræna apud Aetium. Muræna μυραίνα monilibus & gemmis ornata in uiuario colebatur à Crasso, ad eius uocem manumq; uenientes: qua extincta & ab eo defleta ac tumulo dignata, Domitius ait, Murænam Crasse ploras? At ille: sanè inquit. Tu autẽ tris à te elatas uxores minime ploras. Hunc piscem ex undis in terram exire, ac cum serpentibus coire, cõpertum. Ex Aeliano. Murænarum, ait Plinius, uiuaria prius excogitauit C. Hircius, qui cœnis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex milia murænarũ mutua appendit, nam permutare quidem precio noluit. Hortensius murænam extinctam & adamatam fleuit. Aelianus tamen de Crasso ut supra ostendi, dicit. Antonia Drusi, murænæ quam diligebat inaures addidit: ex Plinio. Flutas murænas appellat Varro, quæ præ pinguedine summo pelago fluitent.

Mullus barbatulus Græci πλῶτας. Idem in freto Siculo murænas nobilitat. Mullus Græce τρίγλη quod ter in anno pariat. Maritimorũ uoraciſſimus, uescitur alga & humano cadauere: ut ait Aelianus. Nonnulli ex colore mulleo, id est, purpureo, quod moriens uersicolor & rubentium squamarum multiplici mutatione spectetur. Binas præterea libras maior non excedit, inferiore quoque labro barba insignitus gemina, ut Plinius refert: & Cicero barbatulos mu-

Barbus los uocat, libro de Paradoxis. Quapropter eum existimauerim, quem hodie barbum

Mugil appellant. Mugil κέφαλος Græce, quod teli modo intret adulteros Athenienſium lege: in metu caput abscondit, celeritate saltuq; insignis. Hic hodie notissimus uulgo piscis, nec nomen mutauit. Galeum quem Mustelam Gaza apud Aristotelem uertit, ministri Iouis non

Geleus attingunt tanquam impurum, quod ore pariat: quanquam hoc negant quidam, dictitantes eum metu insidiantium fœtus suos quandoque in periculo deuorare, rursus que elapso periculo

periculo reuomere. Sepia morsu uenenosior Polypo, sed nõ uiolentior, cum se peti uider, ef- Sepia
fuso attramento quod pro sanguine illi est, sese abscondit, non absimile cõminiscens nebulæ quæ Aeneam aut Neptuno qui Achillem decepit apud Homerum: ex Aeliano. Quod
sepia cibo expetitur, id attramentũ est quod Sepium uocant. Loligo τένθης Græce sagittæ Loligo
modo extra aquã sese effert atq; uolitat, ut est author Plinius. Lollius Græce τευτός paruus Lollius
admodum piscis, specie similis Loligini. Pars enim Lollij quæ exit in acutum latior est, pinnulæ etiam circundantes: illæ totam in Lollio aluum ambiunt, cũ in Loligine partẽ quandam relinquant, ut author Aristoteles. Scarus solus piscium natando uescitur & ruminat. Scarus
Optatus Helipertius præfectus classis sub Claudio principe hũc piscẽ è Carpatio mari ad
uexit, ac inter Ostiensem & Campaniæ oram disseminauit. Erat in mensarum honore, præsertim apud Claudiũ. Plinius. Aelianus autem hunc salacissimum piscem esse testatur, ue-
nerisq; gratia in prædam agi, fœmina eius generis per littus ducta. Acipenser ut legimus Acipenser
apud Ciceronem de fato, in mensarum dignatione fuit, rarusq; inuentu. Plinius tempesta-
te sua ignobilem fuisse, eumq; Helopem à quibusdam putari præterea contra aquam nare
squamis ad os uersis scribit. De Helope sic ait Aelianus. Helopem quidam existimant esse Helops
quem Homerus piscẽ sacrũ appellat, inuentu rarũ, nec nisi in mari Pamphylio, corpore gracilem: captus trahitur magno adclamantium plausu. Alij Anthiam piscem sacrum dicunt: Anthias
quod locus ubi ille reperiatur sit ab illis innoxius. Lupus clarissimus à uoracitate dictus, & Lupus
quod solus nater, ut ait Aristoteles, leuis ac mollis. Cancrorum marinorum maxime adsectator. Lapidem quendam in capite gerit. Fluuiatilis marino prefertur: & ut Plinius refert,
capitur Romæ laudatissimus inter duos pontes. Hunc hodie plerique eruditi Storionem uul-
go appellatũ esse putant, nam & in Tyberi capitur, & præstantissimi saporis est. Mar. Phi-
lippus cum Lupum Casini ex proximo flumine oblatum degustasset, tanquã improbum
expuit dicens. Pereã nisi piscem putaueram, author Macrobius. Pastinacam Plini⁹ appel- Pastinaca
lat quã Græci τρυγόνην, Ambrosius in Hexameron turturẽ conuertit: tradunt eam nunc na- Trigon
tare, nunc uolare, præterea rostro præacuto ac uenenato appetere, cui nullum sit remediũ:
authores Aristoteles, Aelianus, Plinius. Trochus est ingens corpore, ceruice ac spina pro- Trochus
minentibus, ut supra undas conspiciatur: eam sanè ad sonitum nauigantiũ flectit, unde nomen rotæ sortitur. Hunc Aristoteles dicit seipsum inire. Quare Gaza Masculofœmina in
latinum conuertit. Nam huiuscemodi animalia quæ utranq; naturam retinent, Aristoteles
hermaphroditos, androgynos, arsenothelys appellat. Anguilla octõis uiuit annis, Durat si- Anguilla
ne aqua senis diebus. Aquilone spirante hyemem in exigua aqua non tolerat neq; in turbida. Atterendo se scopulis, strigmenta iuuenescunt, nec est alia eorũ procreatio. Capiuntur
plurimæ in lacu Benaco hyemato: hæc Plinius. Aelianus autem dicit in Timauo præpin-
gues ac optimas capi. Nonnulli palmam huius piscis nostra ætate lacui Vulsinienſi tribuunt. Athenæus ait ex authoritate Theophrasti anguillas & murenas diu extra aquam uiuere, ob branchiarũ paruitatem quæ parũ humidi recipiunt. Solinus scribit Gangem edu-
care Anguillas longas pedes CCC. Sciænam, id est σκίαινα Varro latine Vmbram appel- Vmbra
lat: nunc quoq; Vmbriam uulgo uocant. Hunc Aristoteles & Plinius lapillũ in capite ge- Myrus qui & serpens marinus
stare dicunt. Myrus, de quo Aelianus. Myrus serpens est marinus nec unde nomen habeat
satis constat: traditur de eo si oculus capto eruatur, frontecq; hominis suspendatur, ophthal-
miam sanare, pisci uero rursus renasci: præterea altero eum capi lumine qui uiuentem non Oculata
dimiserit. Plinius & Gaza oculatam eum appellant. Plautus uero Ophthalmiam. Athenæ Ophthalmia
us autem ex authoritate Aristotelis dicit Myrum à Murena distare quod hæc magis uaria & debilior, ille breuior & robustior: eius genera esse duo, nigrantem & suffuluum. Hos
ego lampredas putarim. Thrissas Plinius laudatissimas dicit in Tyberi reperiri, hæ sunt Thrissa
hodie Romæ quas lacias uocant, Florentiæ Chepias, Neapoli Alosas, ut ait Gaza. Ae- Alosa
lianus autem scribit quod in Aegypto circa Meroæ stagnum coloni Trissas flebilibus
numeris & melodijs escæ uice deceptas expiscantur. Troctam Græce τρώκτην cum no- Troctæ
men ipsum, tum dentes arguunt continui, piscem esse uoracissimum. Captus hami lineam
præcidit. Multę simul cum Delphino bellum gerunt: ut ait Aelianus. Hic piscis notissimus
piscum adhuc seruat uocabulum. Cephalus ut tradit Aelianus, pisces non attingit. In Io- Cephalus
nio iuxta Actium Cephalenides Insulæ ab eorum frequentia nominatæ. Vescuntur limo,
ut tradit Aristoteles: quapropter sordidi sæpe sunt, uerum summo pelago quando
urinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

urinantes sese abluunt. Oua eorum non attinguntur. Quare numerosi sunt, sed cum adoleuerunt à cæteris piscibus corripiuntur, maxime ab eo qui Archanus uocat, Athenæus ait Cephalos ex grauitate capitis dictos esse, marinosq; flumineis præstare: hodie notus est pi-
Chelones scis. Chelones Aristoteles nominat. Gaza Labeonem conuertit: nostra ætas hunc Caponem ex magnitudine laborum & capitis appellat, etymum secuta græcum, quod quidem per n scribitur, id est, χηλώνη, per ε autem χελώνη testudinem significat. Ausonius poëta
Tincha in quodam de piscibus opusculo Tinchas ponit uulgo notas. Athenæus Leuciscū piscem,
Leuciscus. eiusq; generis esse Cephalū, Chelonem, Mugilem. Sargus mullū semper comitatur. Hoc
Sargus genus piscis antris inhabitat confertim, ac ex animalibus maxime capris sollicitatur, ut ait Aelianus. Synodon eodem teste authore sociabilis est. Gaza Dentex apud Aristotelē conuertit. Carne uescitur & mollia appetit: euenit huic & hiatulæ, ut cum pisces minores insectantur, uenter procidat, quod is iuxta ori coniunctus sit. Silurus Græce γλανίς ut placet Ga-
Silurus zæ inter pisces commemoratur, tanta charitate in prolem, ut absumpta fœmina mas oua
seruet, sæpeq; unà capitur, dum filios captos subsequitur: authores Aristoteles. Aelianus.
Glanius Est & Glanius à Plinio positus, quem Stephanus grammaticus apud Glanium Cumarum fluuium dicit nasci.

SALSAMENTA ET PISCICVLI.

Thynnus THYNNVS primum cetarias replet, dextro hic captus est oculo: ut Aristoteles & Aeschylus scribūt. Quare natando latus quo cernit, terram uersus adplicat, ubi bruma deprehenditur, ibidem hybernat. Mox unà uere procedente exeunt in pontum Euxinum: ac maiores primum per sese, cæteri gregatim ueluti pecudes sub pastore transmittunt, connexis ita inter se corporibus, ut mutua iuuentur umbra contra Solis æstus: ex Aeliano. Strabo miræ magnitudinis Thynnos cosq; glan-
Cordyla de uesci in Hispania commemorat. Plinius uero sic ait. Cordyla appellatur partus qui fœ-
Pelamides tas redeuntes in mare autumno comitatur, Lutosæ uero à luto Pelamides incipiunt uoca-
Thynni ri cum annuū excessere tempus. Thynni ij membratim cæsi ceruice & abdomine cōmen-
Melandrya dantur edulio recenti. Cætera sale adseruantur. Melandrya uocantur cæsis quernis assulis
Trichiæ similia. Vilissima ex his quæ caudæ proxima, quod pingui caret: probatissima quæ fauci-
Alces bus. Strabo piscationem maximam pelamidum in angustijs Byzantij fieri dicit. Trichiæ sunt eæ quas Sardas dicimus subeuntes Istrum, nec remeantes: ut ait Plinius. Inter Aleces
Menæ tria genera commemorantur, Menæ, Smerides secundum Athenæum, & Boces. Speusip-
Smerides pus inquit. Sunt Boces Leucomenides, id est, Menæ candidæ: nam Boca genus piscis à bo-
Boces ando quod bouis uocem emittat, ut ait Festus. Plinius Box dicit. Gaza Voca. Sunt & la-
Lacerti certi ex quibus salsamenta conficiebantur secundum Celsum. Optimi Sexitani ex Hispa-
Horeum nia secundum Plinium. Optimi & Amyclani. Martialis. Mox uetus & tenui maior Cordyla
Thynnum lacerto. Hic piscis à græcis κολιάς dictus haud bene uertitur à Gaza Monedula. Athenæus
Cybia duo genera salsamentorum ponit, Horeum & Thynnum: in Horeo macra pinguibus, in
Clidia Thynno macro pinguia præferimus. Quę autem Cybia inquit, dicuntur inter macra sunt.
Vræon Inter pinguia Cordylæ. Idem author Clidia id est, iugulos & uræon Caudæ proximū: Var-
Narica ro Cybium & Thynnum commemorat. Cuius partes esse dicit Melandrya & Vræon. Na-
Percæ rica piscis minutus. Plautus apud Festum. Naricam bonam atq; canitam. Percæ saxatiles
Aphyiæ pisciculi. Tænia item pisciculus quem Gaza Vittam conuertit. Aphyiæ pisciculi quos parit limus in mari concretus, uermiculorum modo scaturientes: ut ait Aelianus. Plinius au-
Encraules tem Apuas à latinis appellari dicit, quodq; ex aqua & pluuia procreant. Encraules siue ut
alijs placet Encrasicoles, ut alijs lycoltomj pisciculi minutissimi, albo colore præda cætero
rum: turmatim conglobatimq; adeo dense feruntur, ut scapha aut remis urgentibus mini-
Iulides me dissociari aut discuneari queant. Iulides etiam saxatiles ac morsu uenenato. Aristoteles
Iulus & Aelianus authores. Iulus, quem Oppianus ἡγήτηρα, id est, Ducem cognominat quod cæ-
Scombri teris uti itineris dux præcedat. Scombri è genere Thynnorum ex quibus salsamenta fiunt:
esse mansuetos in Ionij insula Palladis uocitata in quodā stagno: author est Aelianus. Strabo dicit Insulam esse contra Africam, quę ab eorum prouentu Scombria appellatur, ex qui-
Garum bus etiam Garum fit optimum. Est enim Garon γάρον Græce oleum è Cetis & magnorum
Oxigarum piscium intestinis confectū. Hinc Oxigarum à Columella ponitur, quondā in mentārū lau-
Muria tis, Muria uero liquamen ex salsamentis. Plautus. Nos fœminæ tanq; salsa muriatica.

SPHYRAENAM Gaza Malleolum cōuertit. Pollux & Athenæus eandem cū Cestra esse uolunt. Plinius eam Sudū ait nostris uocari. Aelianus & Oppianus aiunt, latiorem in nassis plagam unde profiliat quærere. Cyprinus inter fluuiatiles connumeratus palatum carnosum pro lingua habet. χάννη Channa quam hiatulam Gaza conuertit, mollis est carnis, ut ait Athenæus. πάσσα quam nos passerem uocamus. Rumbus Raucnnæ laudatissimus teste Plinio. Glottis id est Lingulaca, ut placet Gazæ, quanquam Lingulaca à Plauto & Varrone pro Solea ponitur. Sphondylos piscis apud Plinium, apud Athenæum Salsamentum. Cinædus piscis à Plinio commemoratur, in cuius cerebro Cinædias ait esse gemmas libro ultimo: soli piscium luthei. Vranoscopus itē ab Aristotele, à Plinio uero Hippuris, Latine Equiseles. Gobio, ut ait Athenæus, præstanti sapore, parui nutrimenti: differunt sapore, præstant albi nigris. Erythrinus à Gaza Rubellio dictus. Cuculus, Bolitæna autem & Ossolis inter genera molliū. Salmo in Aquitania, fluuiatilis marino præfertur apud Plinium. Phagrus, ut ait Aristoteles, carniuorus. Cor habet angulare, crescit uere. Athenæus scribit quod Phagrus, Chronus, Orphus, Sinodontes, Anthias, pisces sunt similes anguillæ. Salpa σάλπη, ut Aristoteles, scribit. Pauo piscis uarij coloris, rubentibus lineis, è genere serratorū & solitariorū. Auratæ Chrysophryes à Græcis dictæ, timidissimi piscium existimantur, in maris refluxu, maxime circa Actiū recedentes. In locis arenosis ibiq; subnascētium arborum coacti, ad frondium agitationem exterriti ueluti sese dedentes, facile à peritis capiuntur, ut ait Aelianus. Eorum uiuaria primus instituit Sergius Orata, ab eo pisce cognomen adeptus: ut author Plinius. χαλκὶς quam æri camGaza dixit, de genere Rumborum. Pholis φωλὶς mucore suo spumaq; cubile sibi quod dam substernit. Congrus à Nicandro in libro tertio Grillus uocatur, est enim piscis similis Anguillæ, duriore tamen carne, ac sapore inferior: autor Athenæus. Lucerna ex argumento piscis est, qui lingua ignea per os exerta serenis noctibus lucet: ut ait Plinius. Solea alius à Solene. Glaucus tanta erga sobolem charitate teneri dicitur, ut paruos fœtus nūquam deserat, præstoq; adsit eis contra noxia. In periculis solidos deuorat, deinde reuomit: ut Aelianus. Aristoteles eum è genere Serratorum & Carniuororum facit, colore nigrū. Athenæus similem Phagro dicit esse. Aethnæus tanta temperantia traditur, ut consortem quam sibi semel delegerit, nunquam uiolet. Aelianus. Lagnis piscis apud Meandrum & Lycum Asiæ, itemq; apud Strimonem Europæ fluuios cernitur, haud absimilis Siluro, amantissimus alioqui sobolis. Fœmina siquidem enixa, mas curat communes fœtus, arcetq; à grassantibus, hamumq; & hic deuorat: ut ait Aristoteles. Cantharus zelotypus fertur & pro consorte usque ad internicionem cum suo genere pugnat. Astacus si paulo longius à mari asportetur, unde facile irrepere possit, ad eundem penitus ubi captus fuerit redibit locum. Hippocampi uentrem si quis ex aceto & melle hauserit, contra canis rabiosi morsum auxilium sentiet. Adonis quem aliqui Exocœton uocant, per maris tranquillitatem exit in terram, interq; petras prostratus, alte soporatur. Aues aquatiles maxime exhorret. Hæc Aelianus. Plinius autem de hoc ultimo sic ait, Miratur Arcadia suum Exocœton appellatum, ex eo quod in siccum somni causa exeat. Idem Adonis ab aliquibus dictus. Cucumis item apud Plinium, Squatina quam Græci ξύναρ uocant. Aristoteles uero ξυνόδοντα. Glaucisus apud Plinium lib. xxxij. & Athenæum. Hepar apud Plinium, alij Hepaton. Gaza apud Aristotelem Iecorinum conuertit. Meryx, id est, μήρυξ ἀπὸ τοῦ μηρυκίζειν quod ruminet. Gaza apud Aristotelem Ruminale appellauit. Helecatenes apud Athenæum Ceti genus, unde salsamentum conficitur. φύκαινα apud Aristotelem, Plinium, Athenæum. Gaza Phucam uertit, quod solus piscium nidificet in alga. De hoc Oppianus. φύκιδος ἀδδαλίης ἀνδρὸς ἐπιστάμενον ἠνιδάξαντο. Tritonem Romæ se uidisse Pausanias dicit, piscem cui caput crinitum, colore ranarum palustrium, squamoso corpore ut Squatina, branchijs sub auribus, naso humano, ore item, dentibus firmis, oculis glaucis, manibus digitisq; cōchularum testis similibus subtus aluum, cauda uice pedum ut Delphini. Plinius uero scribit Tritonem concha in littore canentem audiri tum, Vlyxiponensium legationem Tyberio principi nunciasse, ea qua noscitur forma: & relatum Gallię diuo Augusto scripsisse, cōplures in littore apparere nereidas exanimes. Acus marina Græce βελόνη gracilis quidem ac sinuosa nec satis fœtibus capax, quare iustum uteri tempus non expectat, quum usua partus crumpat, matremq; interimat: author Aelianus. Stella quoq; in mari est, parua admodū carne intus, extra uero duriore callo. Insidiatur Co-

Sphyræna
quæ & Cestra & Sudum.
Cyprinus
Channa
Passer
Rumbus
Glottis
Sphondylus
Cinædus
Hippuris
Gobio
Erythrinus
Cuculus
Bolitæna.
Salmo
Phagrus
Chronus
Orphus
Salpa
Pauo
Aurata
Chelcis
Pholis
Congrus
Lucerna
Solea
Glaucus
Aethnæus
Lagnis
Cantharus
Astacus
Hippocampi
Adonis
Exocœtos
Cucumis
Glauciscus
Hepar
Meryx
Helecatenes
Phuca
Tritones
Acus marina
Stella

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orcynus chilijs,tanti demum seruoris natura,ut omnia cõtacta adurat:author Plinius.Orcynus mira sagacitate hamum ui deorsum trahit, adeo ut solo uadi aut petræ illidens, sese laqueo absoluat, aut uulnere luctando laxato prosiliat.Aelianus. Melanuri timidissimi piscium ferun tur.Nam tranquillo cœlo ac mari ima pelagi petunt, sesecꝫ petris multa obductos alga condunt. Per brumam uero cum cæteros uiderint pisces undis exagitatos ac uētis profundum petere,illi tunc fidentes superiora repetunt, iuxtacꝫ littus spuma tempestatis operti piscatorum ante ora feruntur incogniti. Vescuntur obuijs quibuscunque,ad hamum non accedũt, capiũtur autem sagena. Aelianus.Orchis durissimus est piscium rotundus & sine squamis, totusꝫ capite constat.Plinius.

Melanuri

Orchis

ANIMALIVM NOMINA TERRESTRIVM ET VOLATILIVM quæ in mari uiuunt,ex Aeliano & alijs.

Draco

DRACO marinus cætero quidẽ corpore ut reliqui pisces, capite oculisꝫ haud absimilis terrestri,squamis præduris,aculeosꝫ ferens, uenenum tactu linquentes. Præterea si manu dextra adripias, contumacem renitentemꝫ experieris: si læua,subsequentem. Lepus gignitur in limo unà cum Aphyis,cum ipsis sæpe capitur, specie cernitur cochleæ tegmine nudatæ,gustu uenenosus.Est & alterius generis in mari magno,similis per omnia terrestri,præter uillos quos aculeatos & erectos habet,tactu letales: natare summa aqua traditur, haud capi facilis, ut qui uelocissimus sit,nec unquam nassis aut hamo propinquet.Si quis eum attigerit dum in morbo est manu aut baculo, animi defectum incurret, ac idem ferè quod ex basiliſco uenenũ. Remedium ei in quadam prope idem fermè mare insula natura inuenit, radicem uulgo satis cognitã, quæ admota naribus,sic adfecto uires illico restituit.Leo concha integitur,caraboꝫ similis,præterquam quod gracilior est. Castoris circa littora petrasꝫ uersatur,uoce alioqui lugubri & inauspicata,fatum audientibus portendens. Musaraneus quem μυγάλην uocant,uila orbita currus statim uti pedicis impeditus capitur. Merula pluribus congreditur fœminis sui generis,easꝫ in recessu petrarum abditas tanquam in thalamis secum cõtinet. Zelotypus fertur, puerperium & mas curat adsistendo, cibumꝫ fœtæ ministrando. Mustella admodum parua & fluuiatilis. Asellus præstantissimi saporis Plinij tempore,ab alijs piscibus tantũ diſferens,quod solus uiuit nec socium admittit.Cor in uentre habet,in cerebro paruos lapillos, per caniculam latitat.Eorum duo genera secũdum Plinium.Collylei minores,& Rachi maiores,qui non nisi in alto capiuntur. Ideo prælati prioribus.Canicula sicut & Glaucus fœtus ipsa suos à partu natãtes,ab incursantibus noxijs uorando tuetur.Earũ tria genera,primum quod inter Cetos possis cõnumerare.Reliquorũ alteri Galei alteri Centritæ cognominantur. Ambo cubitum non excedunt. Sed Galei colore uario,cauda aculeis densa, ac ictu uenenati.Igitur utrunꝫ genus capitur in locis limosis,uiles ambo. Sunt & Caniculæ fluuiatiles,specie quidem paruorum canum,cauda usillosa,quarum sanguinem ex aceto & aqua simul, humani corporis neruis intumescentibus dicunt illitum auxiliari,tum ipsam quoꝫ neruis imposítam opitulari.Gruem alit Corinthium pelagus,magnitudine pedum xv.Os ceruicemꝫ haud absimilem aliti grui, eiusꝫ pennarum modo squamas habẽtem,gracilem, prolixamꝫ uelati anguillam subsultim natantem.Cæterum aduenas esse hyemis,fugereꝫ Thracium frigus,sicuti aereas,tradunt Epidaurij,gignijꝫ hoc modo:fœminas accensas in libidinem maribus blandiri, eosꝫ salientes minime pati,genituramꝫ propterea in aquas cadere,inde ex mari tanquam ex parente procreari. Pediculus piscis parasitus, Delphini siquidem escam prædamue sectatur.Ille libenter impertit,quare nitidus semper obesusꝫ aspicit.Cicada præterquam quod cornua & aculeum non habet,& alacrior est aliquantulum,non absimilis parauo Carabo uidetur. Alæ ei paruæ sub oculis,sicuti & terrestri. Ab hac abstinent plurimi,putantes religiosum,inter quos Scriphios inuenio captam dimittere,extinctam sepelire,dicentes eam Perseo Iouis filio quem colunt dicatam esse. Mures marini exeunt in terram, sicuti & polypi & Murenæ,& scrobe effossa pariunt oua ac rursus obruunt terra,trigesima die refossa,fœtus ad aquas ducit.Myscus ut Plinius ut Aristoteles Mysocœtus. Gaza Musculus cõuertit.Athenæus μυιάρ, pisciculus est qui Balenas præit.Tres in mari μύες,id est mures dicunt esse,inter testudines,inter pisces, inter ostrea.Vulpes hamum uorat.Scolopendra item quam Centipedam Gaza uertit,haud absimilis terrestri est:si quis eam attigerit,non aliter ei quam urtica tacto pruritus excitabitur. Visæ iam quas magnitudine inter Cetos habeas,

Lepus

Leo

Castoris

Musaraneus

Merula

Mustella

Asellus

Canicula

Grues

Pediculus

Cicada

Mus marinus.

Myscus

Musculus

Vulpes

Scolopendra

capite

capite, caudáꝫ extantibus, per undas triremium modo ferri,pedibus quos plurimos habẽt ordine sublatis pro remigio utentes. Coruus notus piscis marinus,fuluus est,è stagno nigri cans, parit bis in anno, uescitur alga:author Athenæus. Coracinum Gaza Coruulum conuertit apud Aristotelẽ,miror cum alius sit Coracinus à Coruo. Athenæus dicit eum nomi nari ἀπὸ τοῦ κόρακος κινεῖν, quod oculos frequẽter moueat.Hirci marini circa Cyrenaicum Sardoumꝫ mare oberrantes uisuntur, unà cum Delphinis. Mas alba uitta frontem modo regum redimitus aspicitur. Fœmina uero cum crista ueluti gallus, tanta tamen ambitione ut hanc alteri altera eripiat extinctæ pulchriorem possidenti. Rapacissima belua, ut quæ hominum nauigiaꝫ inuolat,spiritu graui & uehemẽti,quo sanè instrumento ad prædas utitur cæterorum. Nam ex omnibus adsectatur uitulos marinos,quos proflatu haud aliter quàm iaculo expugnat. Aelianus. Aries grassatur ut latro, & nunc grandes naues stantes in salo occultatus,nunc extra aquam capite exerto piscantium cimbas occulte adnatans mergit. Irundo uolat perquàm similis uolucri Irũdini,itémꝫ Miluus & Aquila.Plinius. Echinus quem Latini Erinaceum appellant, in mari etiam inuenitur spinis similiter aculeatis. Hunc unda maris exagitata ad littus impellit,Captum si concerpseris in frusta,in mareꝫ proieceris,partes paulopost cõuenire ac reuiuiscere uideas.Aelianus.Porcum maximum piscium esse Appion tradit,quem Græci Astragoriscum uocãt: præterea cum capitur more porcorum grunnire. Testudines marinæ reperiũtur,& quæ in aqua dulci uiuunt, Plinius author: quas nos Lutarias,Græci ἔμυδας uocant.Scorpius siccioris est carnis ut ait Diocles medicus,parit bis in anno,uescitur alga,uarius est piscis. Iceſius medicus,è pelagis fuluos dicit esse scorpios, è stagnis nigrantes. Aristoteles Scorpenas & Scorpios diuersis in locis scribit, tanquam differentes.Athenæus eosdem dicit esse.

Aries

Irundo

Miluus

Aquila

Echinus

Porcus

Testudo

Scorpius

Scorpena

THYMALLVM Ticinus Italiæ fluuius gignit magnitudine cubitali,medium sanè inter Lupum & Cephalum. Naribus admotus herbam unde cognominatur & qua uiuit,spirare uidetur, ad hamum non accedit, cum non alium sanè cibum sectetur. Margari rotunda specie gregatim natant, regem sectantes more apum.Hoc capto, cæteri ueluti attoniti paruo negocio capiuntur in mari rubro,in locis prominentibus ac portuosis, condunturꝫ in dolijs salsamentarijs, donec exsiccata carne durescit in lapidem aurei coloris hebeti fulgore. Hic postea inter preciosa connumeratur. Iubas tradit hunc legi etiam in Indico & Britannico oceano. In terra non inuenitur nisi fossilis & adulterinus.Aelianus. CALLIONYMVS, huic secundum Aristotelem fellis inest multum in dextro latere, in sinistro uero iecur: testis Menander in Mesenia. Habere facio inquit,fel Callionymi plenum. Sunt qui eum utilem cibis dicunt, Non tamen de his meminerũt Epicharmus de nuptijs Iunonis,& Mnisimachus in Isthmionica, poetæ qui piscium conuiuia diligentissime persecuti sunt. Ex Aeliano. ECHENEIS Latine Remora, aspectu niger, magnitudine paruæ anguillæ, ex effectu nomen sortitus, nauem quamlibet magnam(dictu mirabile)haud aliter moratur, quàm si quis equum indomitum, maléꝫ freno audientem ab incepto itinere per uim uertat:authores Aelianus,Plinius, Aristoteles. Ambrosius tamen in Hexameron, & Albertus in libro de Animalibus confundunt, Echinumꝫ pro Echenéide accipiunt.

Thymallus

Margari

Callionymus

Echeneis

DE PISCIBVS RVBRI MARIS, NILI ET ARMENIAE

VARE RVBRVM uaria portenta nutrit, inter quæ Citharœdum squamis non asperum, magnis in cauda ad uerticem lineis, quasi musico instrumento intentis neruis notatum,unde nominis ei argumentum. Media similem Crocodilo, uertice nigro, luteóque distinctum, pinnis aspectu aureis, cauda nigra,præter extremam quæ albescit. Pardalim,quem qui uiderunt, similem terrestri dicunt,colore,ac maculis. Oxyringum ore prælongo,rostri modo,oculis fulgentibus, supercilijs albis,dorso uiridanti,pennis prioribus nigris,reliquis albis,cauda prælonga & uiridi,quam linea mediam aurea discriminat. Perseum,ob Iouis filium quem eius regionis homines colunt. Anthiam lupi magnitudine, naso leniter adunco, lineis & ipse cingitur aureis à uertice uentre tenus per obliquum descendentibus, robore uero & audacia in eo mari principem. Simiam ore coloreꝫ ac omnia sub aluo similem terrestri,dorso testudineo cæ

Citharœdus

Pardalis

Oxyringus

Perseus

Anthia

Simia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tero corpore latam uti torpedo. Pinnas auium modo pandentem, ac similem uolanti, fuluis circa collum maculis. Hygrophœnicem magnitudine lacertarũ eius maris, ore semper hianti, oculis uiridantibus, zonis distinctum binis, altera à branchijs ad caudam aurea, argentea uero altera mediam intercidente, maculis deinde intercursantibus cæruleis. Characen pinnis utrinque maximis, cauda auri fulgore, purpureis dissecta lineis. Sagittarium Echini specie oculos habentem solidos ac prolixos. Physalum colore Smaragdi, uenenatum aliquin, qui forte captus more pilæ aut uesicæ intumescit, unde ei nomen. Aulopam magnitudine ingentis Thynni, colore etiam priorem, ore, ceruicéq; firmissima, oculis patentibus atque amplis, dorso cæruleo, uentre albente, linea discríminatum aurei coloris, quæ à uertice ad caudam desinit. Hæc ex Aeliano. Nilus ipse in hoc genere producit in primis Crocodilum. Quod sanè animal pars Aegypti adorat, qui uocantur Ombitæ & qui Coptum incolunt, illi festos, sacrosq; dies, ut Græci Olympia Iouí statuerunt. Et si contingat liberos abripi, parentes magnopere gaudent, tanquam se deo placere existímantes cui escam genuerunt. Aiunt uocatos ab ijs uenire, uescíq; capitibus animalium illis immolatorum. At contrà Tentiritæ magnopere reijciunt, captumq; arbore suspendunt, diuq; uerberibus cruciatum epulantur. Specie describitur huiusmodi: uentre, dorso, caudáque prælongus, squamis præduris ostrearũ modo totus obductus. Timidus alioquin ac uelerator, ut qui persequentes fugiat, fugientes persequatur. Narratur & numerus sexagenarius ei propríus ut qui sexagenis diebus oua sexagena pariat, totidẽq; diebus foueat. Annos præterea uiuere & dentes eodem fermè numero habere. Denique totidem diebus in secessu quiescere quotannis sine cibo. Insidiatur his qui aquatum eunt. Si quando potando irudines hauserit, illæq; faucibus adhæserint, diu cruciatur. Tandem pro remedio aduersus solem in littore dehiscens extenditur. Ecce auis Trochilus, dapis illecebra captus, rostro prælongo oris cauernas paulatim pascendo purgatas reddit: excitat etiam cum forte dormitantem, siquando ab Ichneumone animali ei aduerso inuadi contingat. Venerantur insuper quosdam pisces, quos Pharos uocant, præsertim ij qui Syenen incolunt. Qui uero Elephantidem, Mæotidas. Oxyrin gum item religiosum habent, ob oris acuitatem appellatum, ac tanquam Osyridem suum colunt, quod ex eius uulneribus genitum putent. Hunc forte hamo captum dimittunt, retibus uero nequaquam, quod existiment eum metu adsectantium piscium eò tanquam in locum tutum cõfugisse. Ex Aeliano. Strabo quoq; multa alia in Nilo genera commemorat. Lepodotum, Coracinum, Porcum, Phagonum, Silurum, Citharum, Alosam. Ex Testaceis, Dilichium, Phiscum, Bositen. Apud Armenos petra esse dicitur, iuxta mare altissima. In eaq; fontem figura quadrata apparere, in quo pisces octonum cubitorum magnitudine uiuere semimortuos, alios iamiam morituros, fœdos aspectu, ac degustantes seu hominem seu feram extemplo necare. Ex Aeliano.

Hygrophœnix
Characen
Sagittarium
Physalum
Aulopa
Nili pisces
Crocodilus
Crocodilus à Trochilo auc purgatur.
Contra Ichneumonem etiam excitatur.
Pharí pisces
De piscibus Armeniæ.

RANA, RAIA, TESTVDO.

RANAE COEVNT noctu extra aquam marem fœminam inuitãte. Ex omnibus Hydrum maxime odere ac timent, quare appropinquãte eo hostem prius clamitando aduersus eunt. Ranarum coaxatione solito maiore, pluuiam portendi obseruatum est. In Serypho insula eas obmutescere tradunt. Itemq; in Pierio Thessaliæ stagno. De Seryphijs indigenæ fabulam talem comminiscuntur. Persæum Iouis filium deuicta Gorgone redeuntem, ac de uia fessum, prope paludem somno se dedisse, moxq; à ranis excitatum, à Ioue perpetuum illis silentium impetrasse. Theophrastus causam secutus naturalem, hoc aquarũ illius regionis frigiditati maxime tribuit. Est & Rana quæ dicitur ex argumẽto Piscatrix, setas habẽs quasdam à cilijs extantes ac prolixas in summo præpilatas. Harum igitur adminiculis, natura monstrante insidias struit, latitans in limosis, auijsq; locis, frontem cum setis uidendam loco escæ piscículis porrigit: illi accurrentes deceptíq; ac paulatim in arctum deducti, ab ea rapiũtur. Ex Aeliano. Solent quidam hic reprehendere Gazam, qui pro Rana, Raiam posuerit, cum Raiam Græce βάτος dici affirment. Est enim Raia piscis qui eodẽ fermè modo ac Rana piscatrix pisciculos in prædam agit, ut Plinius refert, ubi & Squatinam & Rumbũ idem facere dicit. Testudo Amphibium animal, oua gignit in terra, quibus arena obrutis statim ad mare redit: mox diebus sexaginta exactis iterum ad oua reuertitur: quæ arena regesta, ubi comperit iam artículis ánimata paulatim

Ranæ
Ranæ Seryphiæ.
Rana piscatrix.
Raia
Testudo

paulatim deducit ad pelagus. Est & fluuiatilis in Indis, cuius conuexum scaphæ magnitudinem æquat, capit uero modios denos. In insula quoque Taprobane usum tecti domibus ligneis præbet. Testudines omnis salaces esse magnopere, compertum est. Ex Aeliano.

DE HIS QVAE CRVSTA SEV TESTA INTEGVNTVR

QVAE CRVSTA INTEGVNTVR, Aristoteles μαλακόδερμα uocat, Quorum quatuor ponit genera. Locustas quas καραβους, Cammaros quos ἀσάκους. Squillas quas καρίδας. Cancros quos καρκίνους appellat. Cancrorũ genus multiplex, maximum quas μάιας, id est, Maias uocat. Secundum Paguri & quos Heracleoticos uocant: hi secundum Aelianum more serpentum, senium exuũt renouata crusta, uocanturq; à Palladio Cancri marini. Tertium genus, fluuiatiles cæteris minóres & nullis adnotati uocabulis. Genus Cancrorum littorale Phœnicia fert tantæ uelocitatis, ut uix consequi sit: ex quo Hippeas, id est, equites eos appellant. His nihil est intus propter inopiam pabuli. Genus item aliud est quod magnitudine cancrum non excedit, facie Cammaris simile. Atque his omnibus pars dura & testacea foris pro cute est, mollis intus. Supina corporis planiora & tabellarum modo sunt, quibus & oua condunt. Locustæ, ut ait Aelianus, Polypis aduersantur, & Murenis: cornibus ab latere porrectis libere procedunt, in metu obliquis. Testa uero contecta quæ ὀστρακόδερμα Græci uocant, sponte naturæ in limo gignuntur, quanquam diuerso, ut tradit Aristoteles. Nam in cœnoso Ostrea, in arenoso Conchæ, Chamæ, ungues, pectines. In rimis cauernísque saxorum, uertibula, patellæ, natrices, atque omne genus eorum quæ mediam inter plantas & animalia tenent naturam, uocanturq; ζωόφυτα. Differunt præterea testa, ubi ludentis naturæ uarietatem licet animaduertere, crispa, crinita, ungulata, cancellata, imbricata, pectinata in obliquum, in rectum expansa, dẽsata, porrecta, sinuata. Aristoteles etiam Dithyra & Monothyra ponit, id est, quæ duplici & una testa integuntur. Conchæ omnes & Conchilia, ut Aelianus ait, lunarem sequuntur rationem. Quin & in genere animalium ueterinorum fœtus alendos non putant qui in Neomenia, id est, ipso lunæ coitu nascuntur. De purpura ante omnia dicendũ, quam Porphyram illi dicunt. Conchiliorum uoracissima, lingua prælonga, sempérque uibranti: per hanc potitur præda quam adsectatur, per hanc in prædam ipsa ducitur. Piscator Conchã cum esca ponit in mari, hanc ubi illa conspicit, exerta lingua ut solet appetit, adeóque nititur ac protendit, ut eam penè auulsam resumere non sit. Ita dum contendit capta extrahitur: eius cruori dignatio præcipua lanis tingendis, si præsertim lapidis ictu semel cædatur. Ex Aeliano. Aristoteles autem purpurarum plura genera ponit: nonnullæ magnitudine augentur insigni, ut quæ ad Sigeum & Lectum Idæ promontoria gignuntur, Aliæ paruæ ut quas Eurípus fert & Caria. Marinæ magnæ scabræq; sunt, paruæ ad littora & oras reperiuntur, flore rubro. Partes item Aquiloniæ nigras, Austrinæ rubras. Ex magna parte fœminæ capiuntur tempore uerno, cum fauos extruunt: flos inde extrahitur specie membranæ candicantis, qui contritus manum inficit: reliquum quasi alumen est. Hæc Aristoteles. Aelianus autem tria purpuræ genera seu medicamenta ponit. Violaceam, Rubram Tarentinam, & Dibapham Tyriam, id est, bis tinctã ac sanguine saturatam. Murex quoq; quem Græci κήρυκα uocant, ex his qui firmiori testa integuntur, frequens ac nobilis apud Tyrum, eundem usum ac purpura præbet. Aliud genus quod χάμας uocant, quarum aliæ asperæ, aliæ leues: hæ manu frangibiles, illas uix saxo discuneabis: quasdam nigro, nonnullas argenti colore uidere licet, plures ad littora expulsas, in arenaq; iacentes, alias in alga, in limo, in specuncis adfixas. Apud Istriada uocitatum æstatis tempore prouentus earũ ueluti messis, confertim cõnatare cernuntur. Hyemem & Aquilonem fugientes latitant. Mox spirante Zephyro, mariq; tranquillo unà exeunt lasciuientes, discuneataeq; per undas carinarum modo feruntur, tegmine superiore uelificantes: adnauigantium hominum, aut adsultantium bellua rum sonitum expauescentes, extemplo clauduntur, secq; condunt. Ex Aeliano. Athenæus autem Chamas tracheas & lias uocat, id est, asperas & leues. Tertium genus Pelorides siue à magnitudine, siue à Peloro Siciliæ promontorio. Oribasius & Aëtius has omnis nomine quo nunc uulgo Romæ utũtur Tellinas uocant, dicuntq; eorum combustarum cum cedria commixtam uim habere pilos præsertim è supercilijs extirpandi. De Cochleis Aelianus sic ait, Cochlea marina, parua admodum magnitudine, sed specie formosa, gignitur in aqui

Malacoderma
Locustæ
Cammari
Squillæ
Cancri
Paguri
Fluuiatiles
Locustæ
Ostracoderma
Zoophyta
Purpura
Murex
Chamæ
Tellinæ
Cochleæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimum ſordida inter maris petras, quas Chœradas uocãt. Cochleam alit mare rubrum, maximã quidem ac rubentem, ſed in uertebra ipſa uariis diſtinctam coloribus, ut coronam uiridi luteo purpureoq; colore paribus interuallis inſertam dicas. Plinius dicit Cochlearum uiuaria primum inſtituiſſe Fuluium Hirpinum in Farquinienſi paulo ante ciuile bellũ Pompeianum, diſtinctis quidẽ generibus ſeparatim, Illyricæ quibus magnitudo præcipua, Africanæ quibus fœcunditas, Solitanæ quibus nobilitas. Quin & ſaginam earum cõmentus eſt farina & farre aliisq; generibus, ut Cochleæ quoque aitiles gancam implerent. Oſtrearum autem uiuaria dicit inſtituiſſe ante omnis Sergium Oratam in Baiano, qui & optimum laporem Lucrinis oſtreis adiudicauit. Horatius, Oſtrea Circeis, Miſeni oriũtur Echini. Oſtreũ apud Senecam, & Oſtrea apud Gellium fœmininum. Spartianus in Heliogabalo Oſtreas & Lioſtreas dixit. In agro Volaterrano prope mare locus eſt, qui Gerardeſca nunc uocatur, ubi ſtagnum eſt optimis refertum oſtreis. Nautilus & Pompilus: de quibus ſic Aelianus. Nautilus ex argumento uocatur. Polypus eſt una munitus concha: hanc conuexam turbato mari natando gerit, ne fluctibus oppleta teſta deprimatur: tranquillo reſupinat, carinæ modo acetabulis utrinq; pro remis utens, cartilaginem quã in medio retinet pro uelis pandens. Si quando metus inuadentium belluarum ingruit, repleta concha ſub undis ſeſe demittens latitat, rurſus uitato periculo reſilit. Pompilus & ipſe de genere Cõcharum, terram ecu oderi: maxime refugit profunda petens: ad naues adnatant ſtipati, adſultantesq; circa conglobantur. Ariſtoteles uero Nautilum quem nautam appellat, ac Pompilum, teſtam dicit habere concauam & ſimplicem ut pectunculos: unde contingit ut fluctibus iactati in alto eiiciantur, & teſta dilapſa nudi capiantur. Conſtaréque cygno corpore, facie ſimiles Bolitanis. Plinius Nautilum, & Pompilum eundẽ eſſe dicit. Oppianus de Pompilo canit ea ferè quæ ſupra commemorauí. Pectines Græce κτένες, & κτῖς pecten, mobiles ſunt adeo, ut de retibus quibus capiuntur, ſæpe exiliant, & penè uolare putentur. At Pinna immobilis ſaxisq; inhærens cuſtodem habet Pinnotherem, quem illi πιννοφύλακα appellant, paruum uidelicet cancrum, quo priuatus ſtatim perit. Hic dapes ei ſuggerit, piſcésque in prædam deducit: authores Ariſtoteles, Aelianus. Eſt & quã Gaza uertibulum ſiue collum à teſtæ duritie: Ariſtoteles autem τήθυαν uocat, dicitq; eam adhærere ſua teſta totam contectam, tantum duo foramina exigua, quibus humorem recipit & reddit, habere. Inter cõchilia quoq; illæ ab Ariſtotele ponuntur Ceryces quas Gaza Buccina conuertit: nonnulli murices dicunt eſſe. Lepades quos patellas, Solenes quos ungues idem conuertit. Plinius enim Solenes Dactylos tranſtulit, ab humanorum unguium ſimilitudine: his natura in tenebris remoto lumine alio fulgore clarere. Spongiarum genus triplex ſecundum Ariſtotelem & Plinium, Spiſſæ, raræ, & aſperæ appellatæ: omnes quidem ad ſaxa naſcuntur, aut iuxta littus, lutoq; aluntur. Cuius rei argumentum eſt, quod captæ limo refertæ omnes cernuntur. Imbecilliores autem ſpiſſæ quàm raræ: quia minus alte adhærent. Vrtica adhæret ſaxis, manum in ſame depaſcitur ut polypus. Ora in medio corpore continet, & de medio ſaxo quaſi de teſta uiuit. Adnatantes circa adſultantesq; piſciculos corripit. Duplex earum genus, alterum corpore paruo, cibo aptum: alterum aliquanto maiore durioreq;, quale circa Chalcidem Euboeæ: ut Ariſtoteles. Torpedinem Græce νάρκην ſi quis attigerit: morbo unde illa etymũ trahit, eo membro tentabitur. Piſces item eo modo in prædam agit. Strombi etiam è genere Concharum, regem habent in mari, quem ſequuntur, quocunque conceſſerit. Hunc igitur capienti, aut aſpicienti bonum omen portendi dicunt. Apud Byzantios præmium conſtitutum, Actica drachma piſcantibus illum: author Aelianus. Sed & inter Conchilia ponuntur Pallinacæ, Lepores, Arietes, Scolopendræ, mures, & pleraq; alia quæ ſupra in lemmate memorauí. Inter Zoophyta uero & Olothyræ, Pulmones, Stellæ: & quæ uocant ὦτια Otia, quæ uentri aurem coniunctam habent: ut tradit Athenæus. Pernæ, de quibus ſic ait Plinius. Pernæ Concharum generis circa Pontias paludes frequentiſſimæ. Stant ueluti ſuillo crure longo in arena defixæ, hiantesq; qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio cibum uenantur. Dentes in circuitu marginum habẽt pectinatim ſpiſſatos: intus pro Spondylo grandis caro eſt. Apud Plautum item huius Conchæ mentio, quam putauerim margaritas continere, quas hodie Pernas uulgo appellant.

Oſtrearum uiuaria Sergius Orata mõſtrauit.

Nautilus
Pompilus
Pompilus
Pectines
Pinna.
Pinnotheres
Vertibulũ
Ceryces
Patellæ
Vngues
Dactylos
Spongiarum genera.
Vrtica.
Torpedo
Strombi
Pallinacæ
Lepores
Scolopen.
Mures
Olothyræ
Pulmones
Stellæ
Otia
Pernæ

De inſectis

DE INSECTIS, ET PRIMVM DE APIBVS.

NVNC DE Inſectis, quæ Græci ἔντομα uocant, parte aliqua corporis interciſa. Eorum plæraque ſponte naturæ gignuntur: quæ uero pariunt, ut Araneæ, Scorpiones, Formicæ, non ſatis conſtat ſecundum Ariſtotelem, an coitu concipiant. Inter hæc Apes longe utiliſſimæ, quarum amore nonnulli adeo capti fuere, ut de his libros ſcripſerint. Inter quos Ariſtomachum Solenſem annos duodeſexaginta nihil aliud geſſiſſe Cicero teſtatur, & Hyliſcum Thaſium Aelianus: quem quod apes in deſertis coleret, Agrium nominauerunt. Ariſtoteles in nouem has genera diuidit: ex quibus Gregalia ſunt apes & reges eorum. Fucus qui inter apes degit: Veſpæ, Crabrones, Teredines. Solitaria tantum tria. Sirenis minor Græce σφηκώ qui fuſcus totus eſt. Sirenis maior qui fuſcus & uarius eſt. Tertium Bombis. Earum rurſus quæ apes uocantur in alia genera diducuntur: alterum ruſum quod præſtantius eſt. Alterum nigrum magisq; uarium & utile. Tertium quod optimum & uarium. Quartum longum & Crabroni ſimile. In apum numero carent aculeo reges, & fucus. Veſparum item duo genera: alterum ferum quod rarum eſt, naſcens in montibus grandius & robuſtius: alterum imbecillius. Sunt & quæ uocantur Matrices, latiores craſſiores'que quàm ueſpæ: uolare nequeunt, in ueſparijs ſedent, fauos fingentes, quibus an ſit aculeus non ſatis conſtat. Crabrones à Græcis σφῆκες uocãtur, non floribus ut apes, ſed carne magna ex parte uiuunt: aculeati, alueum ſub terra faciunt effoſſa. Qui uero ab eis aberrauerint facto duce ad aliquam ſe arborem conferunt, ubi fauos conficiant. Bombices ſub ſaxis apud humum fœtificant, paruum & ipſi mel factis cellulis conficiunt. Teredo Græce τερέδων non abſimilis Crabronibus, uerum uaria, fœtum ſicuti uespa ſub terra ædit. Apum opera tria ponunt in aluearijs, Metyn, Piſſoceron, Propolin. Hactenus Ariſtoteles. Aelianus uero de his ſic ſcribit. Apum ætas ex colore deprehenditur, ætate integræ oleo ſimiles renident. Senescentes rufæ aſpectu, tractatu'que aſperæ: his plus artis in mellificatione, iuuenibus plus uirium. Prognoſticum tempeſtatis habent, imbre impendente ſeſe in aluearijs continent. Cum procedunt ut aduerſo reſiſtant uento, lapillos pedibus librant. Sunt intus quæ apes ocioſæ dici queunt: nec tamen de fucorum genere, quippe quæ fructuoſis non aduerſantur, ſed regi unà cum ſenibus & emeritis adſiſtunt: aquam eis ferunt, extinctas apes egerunt. Validiores ad opus exeunt. Regem uenerãtes ſeparatim ei cellam conſtruunt in loco celebri. Aduerſantur apibus Phalangij, Fucus, Irundines, lacerta, Crocodili terreſtres, inundatio propinqui fluminis, ignis uicinæ ſyluæ incenſæ, teter odor. Ad hæc propellenda diligens mellator remedijs inſtabit. Fucus noctu cum apes dormiunt, uel ad opera egrediuntur, graſſatur: à redeuntibus uero magno certamine pelliFormicæ
tur, Fiunt apes ex bouis, fucus ex equi, Crabrones uero ex aſini cadauere. FORMICARVM quoddam genus uenenoſum, quod Lacurgus dicitur, ut author Aelianus. De Indicis formicis Plinius plura. Strabo etiam in hanc ſententiam. Megaſthenes ait apud Dardas quæ maxima natio eſt Indorum montanorum, collem eſſe trium millium ſtadiorum ambitu, & ſub eo aurifodinas, quas formicæ cuſtodiunt uulpibus non minores, mira celeritate, uictum uenatione cõparantes. Terram auriferam fodiunt, unaq; ad oſtium cumulant, quam mercatores clam ſurripiunt, diſpoſitis pariter carnibus ad morandas pabulo formicas, ſi forte animaduerterint. Ad abigendas formicas ſi unam comburas cæteras fugabis. Si agreſte origanum aut Populus in foraminibus earum ponatur, omnes abſiſtent. Fugantur item ex origano & ſulphure illito arboribus, ex combuſtione quoque ſtyracis & cochlearum teſtæ.

Apes
Apes ruſæ, nigræ, uariæ, longæ.
Veſpæ
Matrices
Crabrones
Bombices
Teredo
Metys
Piſſoceros
Propolis
Formicæ

Muſcæ

Tabani
Aſyli

De Muſcis autem Aelianus hæc ſcribit. Per Olympicorum celebritatem mirum muſcas ad unam omnes Piſa diſcedere, rurſus'que ſacris peractis reuerti, quaſi eadem cum fœminis illius loci conditione teneantur: ſed eæ ſponte, illæ coactæ lege certaminis, ut uiri caſtius per idem tempus degant. Idem penè & apud Leucada promontorium in ſacris Apollinis accidit, uti muſcæ templo abſiſtant, ſed quaſi mercede ac decima donatæ, ut qui bouem antea eis epulandum tradant. Hæc ille. Quod autem Plinius ſcribit, muſcam extinctam ſub tepido cinere reuiuiſci, haud ſatis creditum. Tabanus atq; Aſylus idem, ſimilis magnæ muſcæ, ore aculeato, uoce ſonora. Cynomya ſimilis illi quam Græci Myopa uocant, uoce maiore quàm tabanus, aculeo minore: ambos uero aduerſari bubus coſq; in furorẽ agere palàm eſt. Vergilius in Georg. multa de his. Plinius ait Cyrenaicos Achorem deum contra multitudinem muſcarum inuocare, eíque lítare conſueuiſſe. Sicuti Aegyptij Ibim ſuam contra ſerpentes.

Muscæ Muscas interimit fermentum cum ferri scobe mixta si in loco ponatur ad gustandum. Abi-
Culices guntur item ex atramenti sutorij aut origani agrestis suffitu. Culices quoq; ex eiusdem atra-
Pulices menti mixti cum iuniperi, seu cedri, seu cyparissi scobe, seu baccarum eius suffitu. Pulices ue-
ro necat decoctum Cymini uel Rhododaphnes in loco conspersum, siue aqua marina. Præ-
terea si ramos absynthij aqua mixta cum atramento sutorio madefacies, omnes eò current
ac peribunt. Eodem quoq; atramento cum felle tauríno & oleo, siue oleo & sulphure lecto li-
Cimices to Cimices delebis. Has etiam omnino defuturas Democritus testatur, si pedes ceruinos
Scorpiones grabato suspenderis. SCORPIONVM genera Aelianus multa cõmemorat. Album, ful-
uum, nigrum, fumi colore, uiride, flammeum, quod omnium pessimum: uentrosum, Carci-
noide, uolatile. In India enim Megasthenes scribit uolatiles esse. In uniuersum non coitu, sed
humore, ac calore concipiunt, singulis cauda sese cõplectentibus: nec oua sed animal pariũt,
Cicadarum genera. ut Aristoteles. Cicadarum secundum Pli. duo genera. Achetæ maiores quæ canũt, & mino-
Achetæ res quæ primæ proueniunt. Ex his Tettigoniæ sunt quas Gaza Cicadastras. Aliæ Tettigo-
Tettigoniæ metræ quas cicadarum matrices uertit: utrũq; sanè genus canit, sed magis Achetæ, quas ego
Tettigo- putauerim esse, quos uulgo grillos moros uocant. Fœminæ uero in genere silent. Tradit So-
metræ linus apud Rheginos cicadas mutas esse, quod Herculem ibi forte quiescentem cantu uexa
Aranei rint. Araneorum & Phalangiorum plura genera ponit Aristoteles. Mordax quod in duo di
Phalangij ducitur. Alterum simile his quos lupos appellant, paruum admodũ, uarium, salax. Alterum
maius atro colore, cruribus pluribus magnis, tardum, nec uiribus potẽs, neq; salax. Tertium
genus texit: Fœmina uenatur, mas comes prædæ nõ laboris. Solinus ponit etiam Solifugas
in araneorum genere, frequentes in Italia uideri in metallis argentarijs, solis inimicas, unde
nomen eis. Plinius uenenatum hoc animal dicit. Rubeta inter rubos moratur Græce φρύνος.
Rubeta Salpynga breuis serpens: Quis calcare tuas timeat Salpynga tenebras. VERMES in hoc
Salpyngæ genere multarum specierum ponuntur. Sunt Lumbrici quos Græci scolios uocant: sunt &
Lumbrici Elminthes teretes, longi, rufi, albi. Tradit Aelianus in quodam Aegypti flumine ubi nullum
Elminthes aliud animal gignitur, uermes nasci qui longitudine septenum cubitorum, crassitudine ue-
Cis. ro uix pueri X. annorum manibus complecterentur. Interdiu in aluei profundo in limo
Trips confidunt: noctu uero in terram exeuntes in ueterina grassantur. Hos itaque siquando ca-
Sis. Ips piunt, soli suspendunt diebus XXX. unde oleum stillari dicunt, quod Indorum regi præ-
Midas cipuo dono ferunt. Huius etiam maxima uis est ad incendia, quo ad munitiones incenden-
Crambe das in bellis utuntur. Hæc Aelianus. Sunt & alijs alia infesta quantumuis minima. Cis fru-
Campe mento, Trips ligno καὶ τῷ ὕπατι. Sis uestibus. Ips uiciæ. Midas Fabis. Crambe Brassicis.
Eruca Campe oleribus omnibus: quæ eruca, in sacro eloquio etiam Brucus, appellatur. Erucã quoq;
Chryselis Chryselidem Græci dicunt, unde rupto cortice uolat papilio uolatilis uermis. Ricinus cani-
Ricinus bus infestum, hic pediculo similis est. Pyrales quos Aelianus Pyregonos uocat, alij Pyra-
Pyrales stas, muscæ maiores magnitudine, inter flammas medias incolumes uolitant. Inde egressi
Bubrastes statim moriuntur. Bubrasten si bos potu deuorauerit paulo post tumore exanimatus con-
Pitecæ Psellon cidet, ut tradit Aelianus: qui & Pitecam commemorat Psellon cognominatam in arbori-
Ephemera bus nasci, uillo coopertam, uentre leniter intercisam, morsu uenenato. Cui remedio sit Can-
Hemerobia cer marinus commanducatus. Ephemera quoque dicit animalia esse minutissima aligera, ex
Cicidelæ seu argumento uitæ breuitatis dicta, quod diem non excedant: In dolijs uini produci, illisq; re-
Lampyrides. litis extemplo perire. Hæc Hemerobia nonnulli uocant. Lampyrides quas Plinius Cicide-
Rediuus las Latine appellat, per æstatem noctu fulgentes uidentur. Has compertum si uitrea pila in-
Scarabei cluseris, toto anno lampadis modo noctibus fulgebunt. Rediuus similis pediculo, ouibus
Cantharides capris que infestus. Scarabeos terrestres Plin. lib. XXX. tauros appellat à corniculis, siue
Melolanthæ pediculos terrestres. Scarabei uirides ex fimo bouis aut iumenti creantur. Scarabei item
Tryxalis pullarij. Cantharides ex erucis fici, pirí, pruni, proueniunt. Melolanthæ etiam inter Scara-
Gryllus beos Aristoteli Plinio que ponuntur, ex pomis arborum floribusq; nascuntur. Grillus præ-
Teredo terea & Tryxalis Plinio libro XXX. capite III. commemorantur, ab Aeliano πρόσαλις
Hepiolus dictus. Teredo Græce τρυπάν aluearibus infesta. Item Hepiolus ἠπίολον, est enim Papi-
Pyrausta lio qui circa lucernarum lumina uolitat. Pyrausta siue Clerus uermiculus aluearibus etiam
Clerus aduersus. Centipeda à multitudine pedum cognominata. Ser σής, animal quod teste Pau-
Centipeda sania libro VI. Sericum facit apud Seres, unde ij populi dicti sunt. In Europam deinde Iu-
Ser stiniani tempore ad nostras regiones translatus, ut alibi dixi.

R. Vola-

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXVI.

DE PLANTIS.

DE HIS QVAE ad agrum plantarum que rationem pertinent multi scripsere. Aristoteles huic rei priuatim uolumen ædidit. Ampliore ta-
men materia hanc sibi laudem Theophrastus uendicauit. Ante hos
item longe Orpheus, Museus, Pythagoras, Democritus, Nicãder Co-
lophonius, Dioscorides. E nostris uero Cornelius Alexander Syllæ li-
bertus, Macer, Plinius, plures que alij. Ego uero priusquam ad institu-
tum ueniam pauca de agro in uniuersum commemorabo. Plinius ma-
gnam ait partem Romanos priscos in agro uiuere solitos. Ideo q; uia-
tores instituti, ut cum reipub. aliquid agendum, ex uia, id est, ex agro eos accerserent. Plutar-
chus item in Proble. populum Romanum dicit in agro plærunque uixisse. CLXXX. tan-
tum rempublicam administrasse. Romulus aruorum sacerdotes in primis instituit, ut refert
Plinius, secq; duodecimum fratrem appellari uoluit. Agrum enim male colere, probrum cen-
sorium iudicabant, ut Cato testatur: nam quem bonum colonum dixissent, magnopere lau-
dasse putabant. Argumento quoq; est his religio. Nam præter ferias Sementinas tria sacra
ob fructus diuersis instituere temporibus, ut est uidere apud Fastos: Vinalia, Floralia, Ru-
bigalia. Deas que duas propterea coluere: Seiam à semine, & Segestam à segetibus dictas:
quarum simulacra Plinius dicit suo tempore in foro fuisse. Hinc Locupletes à locis, id est,
agris dicti: & æs signatum à pecore, & cognomina Roma. à leguminibus. Res omnis rusti-
ca opera magis quàm impensa constat. Ex quo Mago initio sui operis empto agro domum
uendendam iubet, ut planè demõstret assiduitatem esse necessariam. Exemplum super hoc
refertur à Plinio C. Furij Græcini, qui in paruo agello plus reddituum quàm uicinus habẽs,
accusatus que propterea quod ueneficio uteretur, protulit in iudicio filiam pannosam, ma-
nibus præduris, & rastros ligones que. Hæc, inquit, iudices mea uenefícia. Exemplum item
aliud patris familiæ à Columella introducitur, qui duabus prædij partibus totidẽ
filiarum adsignatis: ex tertia sibi relicta parem priori fructum adhibita maiore diligẽtia per-
cepit. Oculus adeo dominicus utilis agro iudicatur. Veteres ita modum possidendi statue-
re, ut Pompeij magni abstinentia cõmemoretur, qui agrum uicinum aut continuum nun-
quam sit mercatus. Adeo q; apud alios creuit libido non solum agri, sed & uillarum, ut ne-
cesse fuerit legem promulgare, ne quis plus uerreret, quàm araret. Sunt & illa rusticæ rei ob-
seruantiæ signa: æs à Seruio Tullo primum pecudis imagine signatum: nomina Romano-
rum ex leguminibus: Turbæ rusticæ in urbem Nonis diebus conuentus, unde nundinæ ap-
pellatæ. Varro in tria genera rem rusticam diducit: in Agriculturam, pastiones uillares, atq;
agrestes. Agricultura in hortensia, & aruensia: Pastiones in uiuaria, auiaria, & piscinas. Mox
pauca ex dictis sapientum de agricultura, Marcus Cato ait, Agrum bene colere utile: nimis
bene colere damnosum. Agrum ne cupide emas. In re rustica operi ne parcas. Plinius, Ope-
ra non impensa cultura constat. Mago, Qui emit agrum, uendat domum. Varro, Villa agro
oneri non est. Columella, Oculus dominicus in agro fertilissimus. Sasserna. Nihil agricultu-
ra liberalius, aut dulcius. Attalus. ὁ ἀγρὸς ἔσω πολυκοράνως μὴ δαπανηρός. Ager sit quæstuosus,
non sumptuosus. κακὸς γεωργὸς ἀξίνῃ ὁ ὠνούμενος, ὅπερ ὁ ἀγρὸς δύναται. Malus est agri-
cola emens quod ager dare potest. ἀνὴν ἀναβολῆς ἐπείγεσθαι, καὶ βραδέως δὲ οἰκοδομητόν. Cito
serendum, tarde ædificandum. Theophrastus, ἡ γεωργία ἀνδρὸς τοῦ ἐλευθέρου ἀξίνη ἀξία. Agricul-
tura digna est homine libero.

Agri commendatio.
Viatores
Sacerdotes aruorum.
Seia
Segesta
C. Fur. Græcinus

DE RATIONE PLANTARVM EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES in lib. de Plãtis, has animata, nõ animalia ponit, cõtra Ana-
xagoræ, Empedoclis, & Platonis opinionẽ: qui sensum eis tum gaudij & trísti-
tiæ, & appetitus, manifesta signa ex earũ uegetatione ac corruptione tribuere:
simul & animaliũ partes tradiderũt: quum caput in eis sit radix, brachia rami,
frondes, excremẽta, flores, fœtus, fructus uero fœtuum digestio & maturitas:
deniq; uteq; sexus. Plantarũ in uniuersum causa est triplex: ex terra productio: ex aqua con-
glutinatio: ex igne conglutinationis unitas. Hæc item in conchis uidere licet: lutum ex eo

mate-

materia fit testæ: ex aqua testacei constitutionem, ignem deniq; partes eius connectentem. Virtutis igitur omnis manifestatio ab igne fuerit: siccitas enim quæ ex igne est, in humidi locum proueniēs, ob firmitatem in omnibus, & animali, & planta, & metallis digestionē creat. Digestio igitur ubi & humiditas & caliditas existet. Quod quidē in lapidis, metallorum q; digestione maxime apparet: in animali uero ac planta non adeo: quod horum partes sicut in lapidibus in unum concretæ non sint, quodq; ex his fluxus quidam prouenit: ex lapidibus uero & metallis minime, qualis est sudor. Partes enim ipsarum raræ non existunt: ex quo inde sicut ex animali ac planta excrementa non exeunt. In quo autem raritas non existit, ab hoc omnino nihil exit. Quapropter solidum est, in quo augeri nihil est aptum: quod autem augeri est aptum, loco indiget, in quo dilatari quid possit & penetrare, sicut plātæ & animalia: coq; magis plantæ, quo partes earum rariores tenuiores q; sunt: quo uero rariores, eo spirabiliores. Ea demū causa quod in his terræmotus non fit, aut cōcussio, sed in solidis, non arenosis sed condensis: fit quoq; in conchis, uitro, ferro, cæteris q; metallis. Nam quum exitus porosos aer non habeat, scindere necesse est. Eadem quoq; de causa rariora quamuis maioris ponderis & magnitudinis supernatant: aer enim inclusus qui aquæ natura superstat, ad proprium retrahit locum, sicuti & oleo quoq; contingit: hoc enim naturalis calor frigidum attingens, humidas in eo partes pro tempore in aerem tenuans, ad aquæ superna retrahit. Sunt & saxa ob raritatem quæ non merguntur, ut pumices: sunt item ligna quæ ob densitatem præcipitant ut hebenus. Plantis insuper humor causa uiriditatis, quo quæ magis abundant, frondentes iugiter manent. Argumento sunt frondes ab initio cacuminibus rubētes, quum in eis non plene humor nec digestio fiat: ubi enim plene, uirescunt: iterum q; his deficientibus, ruborem contrahunt. In hanc ille interpollatim sententiam, quæ mihi ad hunc locum uisa sunt satis. Quod autem contendere uidetur, cur in mari nascantur, cur in saxis, cur præcoces aut serotinæ, cur nonnullæ sine frondibus aut floribus, & his similia: quum diuersa adferre uideatur, ad idem semper reuertitur, humorem caloremq; simul & digestionem plus minus ue cunctis principium. Deniq; hoc idem & Theophrasto contigit.

Rariora supernatant.

DE PLANTARVM DIVISIONE.

Ex Theophrasto

THEOPHRASTVS in tria cunctas genera diduxit. In arbores, hærbas, & quæ θαμνώδεις appellat, id est fruticosa, quæ mediū inter utrunq; tenent. Communia his omnibus uterq; sexus, exceptis paucis: deinde modi prouenīendi, quos huiuscemodi esse describit: Sponte, semine, radice, auulsione, ramo, surculo, trunco, ac ligno minutatim conciso. Arborum primā dicit esse differētiam: syluestres, & hemeras, id est domesticas: præterea infelices & fructiferas, peregrinas & peculiares. Inter se quoque diuersas, fructu, folio, flore, semine, radice, cortice, materia, caudice. Fructu uidelicet aut coniferæ ut pinei generis, aut pomiferæ ut mala omnia: aut glandiferæ, ut quæ sunt in glandiferarum genere: aut bacciferæ ut laurus, olea, & his similes. Folio quoq; crispante, læuo, aspero, oblongo, rotundo, anguloso, serrato, lato, angusto, discriminato, interlecto, dentato, crasso, tenui. Radice uero aut summo solo aut profundo, late serpenti seu angustę, dura seu molli. Caudice recto uel obliquo, uno uel pluribus, alto uel humili. Materia dura uel molli, graui seu leui, ædificijs apta uel igni: flexibili, scissili, fragili, uenosa, nodosa, pulchra, deformi, perpetua uel parum duratura. Semine aut nudo, aut cortice, uasculis, quisquilijs incluso, seu racematim pediculis dependente aut ramis adnexo. Tum rotundo, anguloso, paruo, magno, nudo: sicut in fœniculo, aneto, cymino, coriandro: quæ γυμνοσπέρματα Græci uocant. Differunt & uita. Aquatilibus terrestres durabiliores sunt: inter terrestres uero syluestres domesticis. Campestres arbores generatim maiores carnosioresq;, sed deteriores & pallidiores montanis. Aquiloniæ partes & materiam robustiorem, & fructus præstātiores faciunt. Sata in umbrosis citius adolescunt, florentiora q; sunt, minimeq; à uermibus corrumpuntur. Quæ cito prouenīunt, cito intereunt: ut Malus, Corylus, punica, persicus, pyrus. Vermiculationem omnes sentiunt. Narrantur autē diuturnitates quarundam: ut Olea Athenis, Palma in Delo, sub qua Latona peperit, usq; ad Ciceronis tempora, Oleaster in Olympia, Fagus in Troia supra tumulum Ili. Delphis Platanus sita Agamemnonis manu, Ilex Romæ: quam Plinius cōmemorat æreis literis Hetruscis inscriptionem habuisse. Et ficus ruminalis Romæ in foro colebatur, sub qua Romulus & frater à rumice, id est, mamma lupæ nutriti fuere, ut author Plin. Hodie quoq; in Auentino Malus medica cernitur, quam diuum

Diuturnitates quarundā arborum.

diuum Dominicum seuisse constans est fama. Ex arboribus insuper diuersus procedit humor: nam aut crassus est, Græce ὀπός, qui si concretus sit, uocatur gommi seu resina: Græce κόμμι καὶ ῥητίνη. Opum Cyrenaicum Syriacum q; inter alia prædicatur. Aut est succus liquidior & aqueus: Græce χυλός, qui ex hærbis siue igne distillatis siue mortario contusis exprimitur: capitur & pro sapore ipsius succi. Ipsa enim hærbarum per ignem distillatio, Arabum est inuentum, apud antiquos non frequens erat, sed decocto magis utebātur, multo præstantiore ac medicinæ utiliore, uerum nausea maiore. Hæc in uniuersum de arboribus. Nunc de fructiferis dicam, ac primum de his quæ mala producunt.

Succus
Gommi
Resina
Decoctum

ARBORES MALA FERENTES.

Mala Medica

INTER arbores mala ferentes, Medica præstat, seu Persica: quæ poma μηδικὰ μῆλα, id est, mala citrea, prælōga & aurei coloris, atq; odorati, toto fert anno. Semen pyro simile, eius succus commendat anhelitum. Inter uestes quoq; in arculis conditur. Hæc Dioscо. Athenæus ex authoritate Theophrasti sic ait. Media regio, & Persica malum habet Medicum siue Persicum appellatum, quod folium fert simile auro: spinas acutas similes pyro. fructum non comedūt, boni alioqui odoris, ipsius q; folia uestes incorruptas seruant. Scritur uere. Fert fructum toto anno, alium perfectum, alium incipientem, alium inter utrumq;. Plin. lib. XII. capite III. Malus Assyria quam alij uocant medicam uenenis medetur, folium eius est unedonis intercurrentibus spinis: pomum ipsum alias non manditur, odore præcellit foliorum, qui transit in uestes unà conditus, arcet q; animalium noxia: pomis est arbor alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, alijs cōtinuo subnascentibus. Tentauere gētes transferre ad se in uasis, dato per cauernas radicibus spiramēto, sed nisi apud Medos & in Perside nasci noluit. Huius grana Parthorum proceres esculētis incoquunt cōmendādi halitus gratia. Palladius lib. IIII. primū testatur in Neapolitano suo hāc quā ipse citreā uocat coaluisse: insequēs uero ætas uti uidemus his pomis uaria forma cūcta loca refersit. Triplici sunt natura. Oribasio extrema calida, interiora frigida, media tēperata. Punicū etiā granatū Plin. dicitur Græce ἐρυθρόν, dulce uero ἀπύρηνον, quasi sine nucleo, quod dulcia punica minore sint nucleo. Florem punici Dioscо. κύτινον uocat, id est cytinū, quod Pli. partū punici in flore interpretatur: florem aūt ipsum qui est in cytino Balaustiū uterq; appellat. Dioscorides dulcia calida dicit esse, ideo febricitātibus prohiberi. Acida urinam prouocare, stomachum cōbustum iuuare. Ex his medicamentū stomatiacon Græcis uocatū: præterea uinū præparatur, ex cortice uero coria tingūtur. Cotonea Græci Cydonia ex oppido Cretæ, quorū tria genera Pli. facit: Mustea præcocia: Strutea serotina, quæ proprie à nostris Pyra Cotonea dicūtur: Chrysomela uero minora & magis interse cta ac crispātia, quæ proprie mala cotonea nūc dicimus. Vergilio autē aurea mala appellatur. Nam eadē esse satis antiquitas ostēdit in Hercule effosso Romæ nostra ætate, qui nūc ui fitur in curia Cōseruatorū tria tenēs manu cotonea: nam ab Hesperidū hortis dicitur aurea mala tulisse. Horū omniū styptica uis est. Melimela mala præcocia & dulcia sunt. Mala Appia ab Appio Claudio, Claudiana item: rubentia sunt saporis præstātissimi teste Pli. Hæc in Hetruria nunc rosea uocāt. Athenæus plura cōmemorat. Siduntia ex Corintho, Vactiana ex alpibus Aquileiæ. Delphica Dionysius reperit, ut ait Theocritus. Μᾶλα τὰ ἐν κόλποισι Διὸς νήσοιο ἕκυσα. Mala quidē in sinū Dionysij influēs. Ἔρατό σ' ἔχει λθικὸν ἐπ' ἠιόνα κλέως ἱερὸν ἔγνω. Certe habet albū Herculis sacrū ramū. Cyparissea enim & Acrodrya ab eodē dicit inuenta. Malis humida & frigida uis est, quod ex eo intelligit, qui expressus succus facile uertitur in acidū. Est & natura uinosus, ut ait Pli. Galenus malis hyemi adseruatis at coctis lāguētes minime, pbibet. Persica ex Persia uenēni gratia Columel. dicit aducta. Athenæus etiā arborē peregrinā. Mala persica eadē quæ & Medica esse supra narraui. Persica stomachū iuuāt, uentrem sistunt, ut ait Dioscо. Galenus post cibū absumēda minime cēset cum cæteris innatēt cibis. Pruna κοκκύμηλα uocāt, eorū plura genera Pli. Ordearia à maturitate eius frugis q̄ præcocia sunt. Asinaria à utilitate. Cerea & purpurea à coloribus. Damascena omniū præstātissima nascūtur in ualle Damasci, q̄ ut ait Athenæus ab eorū prouētu Coccimelū uocāt. In uniuersum uero uētrē subducūt recētia, minus autē ficca, syluestria cōtra sistūt. BACCAS olea in primis fert, quam prouentu tardissimā miror ab Hesiodo dici, & neminē sarorē ex ea fructū decepisse, cū hodie cōtra uideamus. Baccas maturas Græci Drypetas, nos drupas uocamus. Tria earū genera ponit Vergil. Orchitas, Radios, Pausias. Sūt & aliæ locis alijs peculiares.

Mala Appia
Claudiana
Siduntia
Vactiana
Delphica
Cyparissea
Acrodrya
Persica
Pruna ordearia
Asinaria
Cerea
Purpurea
Damascena
Olea
Bacca
Drupa
Orchitæ
Radij
Pausiæ

Condita ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conditanea crassior ut in Bononiẽsi: ex qua minus olei solet exprimi, cum in nucleum abeat substantia, ut ait Plin. Antiqua lex apud Columellam: Oleam si uis rogare fodito, si exorare stercorato: si imperare putato. Oleam item ne uerberato. Olea Athenienses uictores, Roma
Oleastrum ni ouãtes coronabantur. In Olympia uero Oleastro, quem κότινον uocant. Cinis ex Oleæ so
Cornus lijs dolorem æmorrhoidum mitigat. Baccas item fert laurus, Hedera, Myrtus, Cornus Græ
Arbutus ce κράνεια. Arbutus quoq; quæ & unedo etiam dicitur, κόμαρος Græce. Laurus aliqua an
Vnedo gusto folio, altera latiore, utraq; calida. Calidiores & eius baccæ quas Græci δαφνίδας uocãt.
Laurus Dioscoridi Laurus Alexandrina herbæ propior. Delphica Plinio fert maximas baccas, fo
lia quàm latissima, quæ solent mustacijs subijci. Sylua Lauri in Auentino unde triumphan
tes coronabãtur. Adhibebatur & lustrationibus. Scritur etiam. Ramum lauri olfactum fa
cere ad remedium pestis legitur apud Herodianum in Cõmodo, ad uitanda quoq; fulmina
Chame- apud Tranquillum. Oleum ex lauro calidissimum. Est & Chamedaphne herba quæ mandi
daphne tur: & Laurus Alexãdrina item herba, utraq; Lauri naturã tenens & diuretica. Hederæ ge
Alexãdrina nera folium uariãt angulosum, rotundũ, nigrum, album. Græce κίσσος dicitur: eius mira na
Hedera tura Plinio memoratur, quod in uase hederaceo uinum trãsfunditur, aqua remanet si forte
cõmixta sit: præterea igneam in eo ligno naturã esse sicut in Lauro, ut ex ipsius attritu ignis
scintiller. Eius decoctum uulnera glutinat, succus antiqua rheumata sanat: lachryma uero pe
Chamecissus diculos necat, ac pilos attenuat. Chamecissus herba cuius flos calidæ item naturæ, hepar ab
Smilax noxijs custodit: datur & Ischiadicis. Inter hederæ genera Smilax Græce ῞Ιβια tenui surculo
Nuces iu- & spinoso, alte serpens, umbris expetitus. NVCES ferunt Iuglandes κάρυα ex eo Græce di
glandes cta quod capiti noceant, teste Plin. qui & religiosas eas dicit: non tam ob soni tripudium ut
plæriq; putant, quàm pudicitiæ coniugalis obseruationẽ, tot calicibus ac putaminibus oper
Nux ce- tas. Nux castanea eadẽ & castanea est Græce διοσβάλανος id est, Iouis glans: ex quo hic ci
stanea bus, non glans quercus uti plæriq; putant, apud primos homines fuisse par est, quod sponte
Auellana nascatur & firmissimi sit nutrimẽti. Cocta etiam ex melle tussientibus datur. Auellana ex op
pido Auella uenit Græce ἡρακλεωτικά. Ex hoc genere & Corilus cibo ante omnia durissima
Amigdalus simul & calidissima. Amigdalus dubium dicit Plin. an Catonis tempore in Italia fuerit: nam
Mespilus Mespilus & prunus ante ipsum minime fuere. Amigdalus Theophrastus ait, ex amara dul
cis redditur si quis caudice circumfosso perforatoq; mensura dodrantali undiq; lachrymam
effluentem in idem defluere sinit. Amigdala recẽtia ut ait Dioscorides stomacho profunt si
cum folliculo edãtur: sicca maxime nutriunt, sitim augent: argumẽto sunt uulpes, quæ deuo
ratis amigdalis nisi aquam proxime reperiãt interire putãtur. Ex amaris medicamentũ Dio
Pistacia scorides Diamigdalon uocat, spleni & iocinori maxime utile. Sunt & in nucũ genere Pista
Glandiferæ cia, è Syria aducta, nucleis pineis similia. GLANDES plurima fert arbor Phagus φάγος.
arbores Suber φελλός. Quercus μύδιος. Cerrus αἴγιλωψ. Ilex πρῖνος. Latifolia, Salsicortex. Aesculus.
Δρῦς Robur δρῦς, quod teste Plinio mella fert & uiscum & Chenchrin, ita uocatur medicina pi
Cenchris lula medicinis apta. Fert & alium moro simile fructum, intus habentẽ pilulam, in qua flocculi molles sunt lucernarũ luminibus apti. Gallam uero ferunt omnes. PINEI GENERIS
Pinus arbores etiam plures omnesq; odoratæ: ipsa in primis Pinus sacra olim matri deum Græce πίτυς, reperitur & syluestris & urbana. Syluestris item Idea aut maritima. Idea crassior & excelsior. In genere syluestri mas breuior ac folio durior, fœmina procerior tum ad ædificia tractatior: quod quidem ut aiunt natura est omnium fœminarum in plantis, author Theophrastus. Nuclei pinei Græce πιτυίδες calidam retinent naturã ad ueneriaq; incitantem. Pi
Picea cea πεύκη, folio tenuior quàm pinus, magnitudine minor, conum etiã fert minorẽ: præterea
Abies adustis radicibus regerminat. Theophrastus. Abietis sexus discernitur folijs, quæ mari sunt acutiora, magisq; surgẽtia ac flexa materia: quæ fœminæ est cãdidior & caudice procerior: utilis materia ad opera domus intestina, ut ait Vitruuius. Plinius inquit abietem nauis quæ obeliscum diui Augusti portauit, quinq; hominũ ulnis crassitudine fuisse: hæc Græce ἔλατη
Teda dicitur. Teda etiam in hoc genere δᾶς appellata frequens in Calabria, nuptijs quondam sacra. Taxus μῖλος procera, folio similis abieti, sed pinguior molliorq; materia, cortice similis cedro. Eius radices si iumenta attingant moriuntur, ruminantia nihil patiuntur. Theophra
Acer stus. Acer σφένδαμνον: eius duo genera, quod communi uocabulo acerem uocant: alterum Carpinum, cui folia flaua & crispa: Aceri candida: riguis potissime nascitur, inuentu rara.
Tilia Tilia mas duram flauamq; materiam habet, fœmina candidiorem. Cupressus fœmina quæ metam

metam habet in fastigium conuolutã. Mas uero ramos ab se spargit, quæstuosissima in satus *Cupressus*
ratione syluæ, quod eis perticæ ueneãt: & dotes filiarũ eius plantaria dicebant, prouentu mo
rosa, baccis torua, fructu superuacua. Fimum & aquã refugit in satu eius: patria ipsius Creta.
Plin. Lentiscus odoratum etiam lignum, dentiscalpijs aptum, ut ait Martialis. Cuius semen *Lentiscus*
Muricatum Columella appellat à muricis similitudine, & Plinius muricatis crinibus dicit.
Ter anno floret, ut Cic. de Diui. Iam uero semper uiridis semperq; grauata Lẽtiscus triplici
solita est grãdescere fœtu. Ter fructus fundens, tria tempora monstrat arandi. Cedrus, ut ait *Cedrus*
Theophrastus, Iunipero non absimilis: folio spinosiore & duriore, fructu etiam simili, humi
liore tamẽ & materia incorruptior. Dioscorides autem ait. Cedrus iuniperi fructu myrti ma
gnitudine, ex quo Cedria fit uehemẽti odore. Cadauera cõseruat, animalia uiua uestesq; ob *Cedria*
caliditatẽ corrumpit. Quidam eius enarrator Græcus sic scribit. Cedri duplex species: altera
fruticosa similis iuniperi, altera arbor: utraq; calida & sicca tertio absessu. Cedria uero oleũ *Cedria oleum*
ex cedro, quarto absessu calidũ. Carnem longo tẽpore cõseruat: uim eandem habẽt Cedri- *Cedrides*
des, id est Cedri fructus. Plinius scribit cedrũ appellari in Syria humorẽ qui fluit è ligno tæ
dæ cõcisæ, & in furnis posito: cui tanta uis est, ut in Aegypto cadauera perfusa seruẽtur. Se
quens liquor crassior picẽ fundit, quæ spissata Brutiæ nomen cepit. Idem author lib. XVI. *Citrus*
memorat arborẽ Citrum, cuius laminis altera materia operitur. Scribit etiã mensas citreas è *Citreæ mensæ*
Mauritania aduectas similes cupresso fœminæ syluestri, uitium q; arboris, id est, gibbus in
medio caudice in cõmendatione est. Quod autẽ Vergilius ait: Vrit odoratam nocturna in
lumina cedrum, de Teda intelligit, quæ ibi abũdat: uel de humore tædæ, quæ uti supra dixi
mus, Cedrus appellatur. Iuniperus ἄρκευθος magna & parua. Magna similis cyparissoi: na- *Iuniperus*
scitur in maritimis & asperis locis. Dioscorides. Eius materia perpetuo durat, ut ex trabibus
tẽpli Dianæ usum est, ut author Plinius. PALMARVM genera plura, fructiferũ, sterile. *Palma*
Fructiferarum uero mas aut fœmina. Mas primũ super spatham floret, fœmina fructũ ob
longum præstat. Fructuum uero alij cum ligno, alij sine, alij cãdidi, alij nigri. Theophrastus.
Athenæus autẽ Cerebra palmarum edere prius milites in expeditionibus cœpisse dicit. Gel *Cerebra pal-*
lius palmæ naturam ait semper oneri quamuis depressam reniti ac superstare: ex quo uicto- *marum*
riæ significationem habet, φοίνικα Græci appellant. Fructus fert quæ palmulæ: maiores autẽ *Phœnix*
cariotides dicuntur, stomacho perutiles: flores uero nequaquam, ut ait Aristoteles. Palmarũ
patria Iudæa: post hanc insulæ nuper in occidẽte repertæ. Est & in Liguria prope Rumbam
fluuium pass. millibus X. Castrum S. Romuli palmis circa nobilibus & in Italia raris refer
tum, quibus Romam conuectis Põtifex in earum utitur festo. Ficui antiquitus caprificatio- *Ficus*
nem adhibebãt. Culices enim è caprifici fructibus qui nunquam maturescunt ad fici fructus *Caprificatio*
transeunt. Inter ficuum genera Plinio Caricæ sunt maiores, & Cottana longe minores. Præ- *Cottana*
terea Mariscæ, Biferæ quæ S. Petri aut Io. à nostris uocantur. Ficus aridæ à Græcis Ischades *Ficus aridæ*
appellãtur, tanto in honore, ut regi Indorum eas per literas petẽti ab Antiocho rege dono *Caricæ*
sint missæ, ut author Athenæus. Aristophani quoq; in comœdia pro cibo suauissimo memo *Biferæ*
rantur. Ficus tam recentes quàm aridæ natura calidissimæ, corpus q; saginant. Cato per fici
maturitatem iubet colonis cibaria minui. Athletæ ficubus alebantur, antequam eos Pytha
goras ad carnis usum qui fortior est transtulisset. In genitiuo tantũ secundæ decli. in reliquis
quartæ. Sorborum item duo genera: fœmina fructifex & masculum sterile: fructus aliæ orbi- *Sorba*
culatus aliæ ouatus: primus præfertur sapore, flores fructus q; racematim simul ex arbore
pendent. Theophrastus. Sorba sicuti & mespila acerba leguntur, suspensaq; paulatim matu
rescunt, uentrem q; cohibẽt. Morus συκάμινος nigra & alba: hodie quæstuosissima propter *Morus*
sericum, uocatur Plinio arborũ sapiẽtissima quod ultima floreat. Cerasus è Cerasunte Ponti *Cerasus*
oppido à Lucullo translata teste Plinio: eius fructus uirides, ut author Dioscorides: sto
macho nocent, uentrem soluunt. Arida autem Cerasa contra sistunt, stomacho prosunt. Zi- *Zizisus*
zisus ex Africa ad nos translata, ut author Columella. Eius fructus stomachũ prægrauat,
sitim accendit, paruiq; est nutrimenti. Pyrus ἄπιος Græce: syluester autem ἀγρία insitione *Pyrus*
melius prouenit, parum durat: uermiculationem sentit. Theophrastus. Pyrorum naturam
Dioscorides stypticam putat: quare trita uulneribus adhibita sanguinem sistunt, acida sto
macho conueniunt, dulcia minime. Galenus ait: leuinis data aluum restringere, post cibum
uero dissoluere. Plinius ait partum difficiliorem fieri si tunc in eo loco fuerint. Idem lib. XV. *Pyra superba*
Pyra superba dicit appellari omnium ocyssima & parua tum grata sapore: nos hæc ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mala decumana muscaria uocamus: præterea Decumana omnium maxima: quo uocabulo & mala & cæteros maiores fructus recte nuncupamus. Inter fructifera uero præcipua uitis, quam ex omnibus quæstuosam Cato dicit. Semina seu malleolos legito grandi acino, tenui folliculo, dulci sapore, paucis uinaceis. Optima habentur à lumbis, secunda ab humeris, tertia summa uitis secta. Qui uineta facere cupit, nō alienæ curæ potius quàm suæ credat. Amant tenue solum ac partes aquilonias, solemq; oriētem sicuti & arbores, maxime ucro colles leniter adclinos. Prædicatæ Vergilio cæteriscq; Tapsia, Marcotis, Lagea, Bumastus, Aminea, Duracina seruabilis in uite. Inter præcipuas autem Vinaciolam Plinius cōmendat, quam soli Sabini & Laurētes nominant. Hanc Itali nunc corrupte Vernaciolam appellant. De uino autē ciusq; generibus & affectibus alibi plura dicemus. Vuam ueteres in dolio operto depressam & arena substrata, annum seruabāt, ut author Columella. Plinius eodem modo pyra seruari dicit, si dum cōduntur, luna supra terrā fuerit. INFELICES censebātur arbores, ac religione damnatæ, ut ait Theophrastus, quæ neq; seruntur unquam, neq; fructū ferunt. Sunt autem Tamarix Græce μυρίκη, Populus, Alnus, Vlmus, Attina, Alacernus, Salix & huius generis. Myrice domestica teste Dioscor. nascitur in Aegypto, & Syria: alibi agrestis, à Vergilio humilis describitur arbor. Eryce ab eodē authore ponitur arbor fruticosa similis Myricæ, cuius flore pastæ apes haud probū mel cōficiunt. De hac Nicādrus sic ait. λάχεο δ' ἀνθεμόεσσαμ ἄφασ ταὐφυλλον ἐρύκλω. Cape florentē statim latis foliis Erycen. Ἱμπ μελισσᾶῶ πρὶ βόσκητ οἰλαμὲς ἔρωσω. Circum quam apia pascit cohors serpens. A Palladio & Columella Erycum uocatur: floret bis in anno, prima & ultima syluestriū. Salix ἵτεα ab Homero ὠλεσίκαρπ ap pellata. Gaza Frugiperdā uertit, quod fructum in flore amittat nec perducat ad maturitatē. Vitex quam Græci λύγον alij ἄγνον uocāt, teste Plī. Dioscorides, quod matronæ in Thesmophorijs Athenīēsibus castitatē custodiētes his foliis cubitus sibi sternebāt. Galenus lib. VI. de simplicibus ait hāc ob castitatē dici quam seruat quādo substratur, uel editur, aut bibitur. Statius in fine lib. II. Tydeus ait, tēpla Palladi pollices. Et ab arbore casta Nectā purpureas uario discrimine uittas. Duo eius genera Plīn. ponūtur. Maior in arborē, salicis modo adsurgens. Minor ramosa foliis cādidioribus lanuginosa. Prima arbor floret, sicut Morus ultima. Dioscorides dicit Agnū nasci prope flumina, uocariq; à Latinis Salicē marinā: folia habet similia Oleæ, baculumq; ex eo manu gestatū lassitatem offendiculumq; pellit. Oleaster Græce κότινος, cuius emplastrū, ut ait Dioscor, igni sacro medetur. Oleū uero dentes cōmotos firmat & fluxū prohibet capillorū. Vlmus Græce πτελέα. eius duo genera Theophrasto ponūtur: Vlmus & mōtiulmus, hæc folio acutiore. Siler cuius baculū rusticos ferre dicit Plī. quod hunc fruticem serpētes spōte fugiāt. Populus λεύκη. Alba & nigra: hæc excelsior & erectior: utriq; materies alba & foliū simile. Theophrastus. Alnus ἀίγειρος sterilis & unigena natura, caudice recto, materia molliore ac fungosa intus, pini folio maiore aliquātulū, Theophraste. Platanus rara arbor & umbræ tantū gratia in delicijs apud Romanos. Noti apud Plīn. sales Domitij in L. Crassum, cum eum censorē magno nimis habitare reprehēderet. Domū eius se paratū emere dixit ingēti precio. At Crassus uelle se ait exceptis sex arboribus: tūc ille parauo se qdē sine illis æstimare dixit: ex quo à Crasso maioris ipse luxuriæ uitio reprehēsus est.

Arbores infelices
Tamarix
Myrice
Eryce
Salix
Vitex
Siler
Populus
Alnus
Platanus

Agnus Oleaster
Vlmus

FRVTICES ODORATI.

POST arbores frutices dicam ex Theophrasti diuisione ab initio facta: ac primum odoratos atq; aromaticos, quorū calida est penitus natura. Bacchar radicis est odoratæ, ex qua unguēta fiebant odore amomi. Simillimū ei cōbretum appellatur foliorū tenuitate usq; in fila extenuata, & procerius quàm Bacchar. Aliqui per errorē Nardum rusticū Bacchar dixere. Est enim Nardum rusticū herba quam Graeci Asaron uocāt. Cuius speciē in nardi generibus ponunt. Hæc ex Plinio, Dioscorides item βάκχαρις inquit odore cinnamomi, caule anguloso, magnitudine ferè lilij floribus subpurpureis coronamētis aptis. Nardus frutex est crassa radice, folio paruo ac denso: spargitur in aristas, spicas & folia celebrant, ex quibus unguētū: principalis est Syriacus: deinde Gallicus, deterior Italicus. Adulteratur pseudonardo herba quæ ubiq; nascitur, rario re atq; latiore folio, & colore lāguido in candidū uergēte: hæc Plinius. Balsamū arbor in sola Iudæa in quodā horto, eodē teste authore nascitur. Opobalsamum ἀπὸ τοῦ ὀποῦ, id est succus in ligno inciso in æstate distillat. Xylobalsamū lignum ipsius probatum recens & sorparum opobalsami spirās. Verum opobalsamū infusum lacte uel aqua, effunditur cito & lactis

Bacchar Combretū
Nardum rusticum
Baccharis
Nardus
Balsamum Opobalsamū Xylobalsamum

& lactis modo efficitur: adulteratum supernatat sicut oleum, uel diffusum sicut in stellas contrahitur. Dioscorides. Ammoniacum, Latini Guttam dicunt. Succinū est & nobile Thymiama quod fluit ex arbore quæ uocatur Agasyllis ἀγασυλλὶς apud arenosa Cyrenes, unde nominis etymologiā trahit. Optimum thuris habet speciem, & odorem aliquātulum Castorei. Hæc Dioscorides. Ex signis hoc ego putauerim quod nostri nunc Beloginum uulgo appellant. Plinius uero idem ex arbore Metopio apud Ammonis oraculū fluere dicit. Caucamon lachryma ligni arabici Myrrhæ aliquātulū simile, gustu delectabile: pro Thymiamate utuntur, cum Styrace & myrrha uestes uaporando. Dioscorides. Cyphi κῦφι genus Thymiama tis quo utuntur sacerdotes Aegyptij in sacrificijs. Macer. Cortex etiā odoratus. Ciprus, Ciperus, & Ciperis diuersa. De his Dioscorides ait: Ciprus arbor folia habens oleæ similia, latiora tamen, flores albos redolentes, semē nigrum. Oleum ex eo fit Ciprinum: nascitur apud Ascalonem, & Canopum. Vocatur & Plinio Ligustrum, Romæ Rouisticum: quanquam Ciperus pro Cipro male apud eum scribitur. Ciperus autē iuncus est angulosus, iuxta terrā cādidus, in cacumine niger pinguisq;, folia ima. Gladiolum hunc Plinius uocat. Ciperis est Indica herba Zinziberis specie, cōmanducata croci uim habet. Plinius. Balanus Myrepsica fructus arboris Aethiopicæ similis Myricæ: fructu autem similis nuci ponticæ, ex quo confi ciunt oleum pretiosum. Dioscorides. Myrobalanum apud Troglodytas Aethiopiæ, arbor glandem ferens, nucis castaneæ magnitudine, ex quo unguentum fit. Plinius. Hic in cibo fructus ad uocis claritatē magnopere facit. Mastiche pluribus è locis & modis fit, laudatissima è Chio insula, quæ è lentisco traditur gigni gummi modo, uenit & ex Indica spina, & è Graecia, & Asia. Cardui lachryma adulteratur resina ut Thus: ex Plīn. Agaricum & Laserpitium similitudinē habent inter se. Agaricum nascitur in Cilicia & apud Sarmatas: nōnulli radicē dicunt esse, aliqui uero fungum in arboribus nasci. Laserpitium uero propius frutici quàm arbori, foliis ferulæ similibus. Cuius radix utilis medicinæ, succus uero ex radice & caule uulnerato, qui concretus ruescit & transluet more myrrhæ. Hæc Dioscorides. Plinius uero dicit ex Laserpitij succo gummi Laser appellari, ad pondus argentei denarij appensum ad medicinas: de quo uide in lib. XVIII. cap. III. & apud Theophrastum lib. XI. Nascitur optimum apud Cyrenen, Graeci σίλφιον uocant. Rustici uero Italici Assa put da. Ladanum num apud Arabes è barbis caprarum distillantibus capitur, quod hæc pecus frutícem hunc inter deserta sectetur. Plī. Panacea παναξκεία circa Clitorum montē reperitur, egregia ad plagas & medicinam. Panacem unguentū Arabia ex ferulæ lachryma incisa mittit, sicuti Malobathron Syria ex arbore quæ ad unguēta exprimitur simili modo. Iryon uua populi albæ. Oenanthe uero uua ex labrusca: ambo siccantur in Asia ad unguenta & odores. Costi radix in precio, frutex autem inutilis. Stacten Graeci uocāt resinam quæ ex Teda fluit. Hæc omnia Plinius. Dioscorides uero ait Stacten esse fecem à myrrha expressam. Rhapontícum nascitur circa Bosphorum: radix nigra Centaureæ magnæ similis, sine odore, mollis, ut Dioscorides. De hac Amianus Marcellinus XXII. ait uicinum ponto Euxino amnem Rha nomine esse, quem prope gignitur radix uegetabilis eiusdem nominis ad multiplices medicinæ usus. Plinius uero Rhacomam uocat adferri ex his quæ supra Pontum sunt regionibus. radicem Costo nigro similem, minorem & rufiorem, sine odore, calefaciens gustu & astringens. Quod autem nunc Rhabarbarum uocant, ex eodem penè loco post hos authores uenisse par est, quod apud eos nulla mentio. Tamaricen Plinius esse ait similem scopis ameris. Athenæus eam esse dicit quam Graeci Myricen uocant. Manna μάννα lachryma est in Arabia similis Aegyptiacæ spinæ, qua incisa effluit lachryma, coagulatur, deinde legitur. Excellit Troglodytica à loco quæ lucida est, subuiridis, & mordax: reperit & Bœotica, adulteratur gummi, Vis eius ad medicinas & suffitus. Dioscorides. Styrax lachryma & ipsa cuiusdam arboris similis cotoneo: excellit flauus & sordidus ac resinosus, perseueranti odore, & incisus quendam mellicum humorem dimittit. Idem. Bdellion lachryma est arboris Saracenicæ: probatur quæ lucida sit, & gustu amara. Idem. Crocum apud Corycum Ciliciæ oppidum præstantissimum nascitur. Spina Arabica seu Aegyptia, frutex est, unde liquor precioſus emanat. Spina alba nascitur in locis palustribus, folio crasso & spinoso. Acantha seu Melamphyllon nascitur in hortis & petrosis: habet latiora folia lactuca, semen oblongum, melinum capitulum specie tyrsi. Syluestris, id est ἀκάνθα ἀγρία similis Scolymo spinoso: nascitur & domestica in hortis. Inuenitur & Tragacantha radice longa, lignea, breui, sulcis humi. us:

Ammoniacum
Caucamon
Cyphi
Ciprus
Ciperus
Ciperis
Balanus
Myrobalanū
Mastiche
Agaricum
Laserpitium
Ladanum
Panax
Malobathron
Iryon
Oenanthe
Costi radix
Stacte
Rhapontícū
Rhabarbarū
Tamarix, quæ & myrice.
Manna
Styrax
Bdellion
Crocum
Spina Arabica
Spina alba
Spina syluestris
Tragacantha

Universidad de Deusto
Biblioteca

humilibus: inter quos plurima folia breuia. Interęa ea ſpinæ latentes. Eſt & eodem nomine lachryma quæ fluit gummi modo ex eadem, ad plura faciens remedia. Spina etiam Oxyacantha narratur, quæ præterquam aliquantulum maior ſimilis erat pyro ſyluestri, fructu ſimilis Myrto rubenti. Hanc cynoſbaton quidam uocant. Aſphaltus frutex item ſpinoſus odoratus, naſcitur apud Iſtrum & Nyſirum in Syria & Rhodo, quo utuntur unguentarij ad unguentorum ſuccum. Iuncus præſtantior Nabatæus, deinde Arabicus, quem quidam Babylonicum uocant. Tertio loco Libycus penè inutilis. Eligēdus floreſcens, ſubpurpureus, odore roſæ, contritus guſtu mordens: uſus etiam floris & radicis ad medicamenta. Calamus aromaticus naſcitur in India: cōmendatur fuluus colore, ualde geniculatus, in mandendo uiſcoſus & ſubacutus. Coſtus excellit Arabicus albus exiſtens & leuis pondere, probi odoris. Secundo loco Indicus qui leuis & niger eſt: tertio Syriacus, colore buxeus, odore graui. Vim habet coſtus calfactoriam, & ingratus ſapore. Amomum ἄμωμον racemus eſt ex frutice florem habens albæ uiolæ, folia Brioniæ ſimilia. Optimum eſt Armenium, auri ferè colore. Deinde medicum, poſtea ponticum. Cōmendatur recens, album, graue, olens, acutum guſtu & mordax, colore ſimplex non uarium: uim habet calefactoriam. Chalbana χαλβάνη liquor eſt ferulæ: uenit ex Syria, quod quidam Metopion uocant: optimum eſt thuris ſpecie, probatur pura, pinguis, minime lignoſa, graui odore: adulteratur reſina & ammoniaco admixta. Zinziberis ζιγγίβερις naſcitur in Troglodytica Arabia: cuius hærba utuntur ad multa, ſicut & nos ruta. In decoctis miſcetur ad medicinam, radices eius paruulæ ſunt. Ciperi ſubalbæ ſapore ferè quo piper, & odoratæ. Conduntur & in fictilibus, exportantur in Italiam. Aloe ἀλόη folium habet ſimile Scillæ, craſſum, rotundum, ex duobus lateribus frondoſum, ab alis ſpinoſum: caulem fert ſimilem Antherico, florem album, fructum ferulæ ſimilem, tota grauis odore, guſtu amariſſima. Naſcitur in India plurima, ex qua uenit: eius gummi uenit etiam ex Arabia & Aſia ad cōglutinanda uulnera utiliſſimum. Rhus quem quidam erythrum uocāt, fructus eſt arboris Byrſepſicæ, quod eo ad pelles inficiendas utantur: arbuſcula eſt in petris naſcens, cuius folia oblonga inciſaq; more ilicis. Hæc Dioſcorides. Alij aliud exiſtimant. Spica σάχυς, frutex porro ſimilis, aliquantulo longior, plura retinens folia ſubpinguia, dura, odorata, uirgas plures ab una radice. Naſcitur in montanis & aſperis: uim habet calefactoriam tertio abſceſſu. Sarcocola lachrymæ arboris paruæ, ex Perſide uenit, ſimilis thuri, ſuffulua, ſubamara guſtu, uim habet uulnerum conſtringendorum. Glaucion ſuccus hærbæ qui ex Hierapoli Syriæ uenit, foliis ſimilibus papaueris, pinguior & graui odore, amara guſtu, ſuccinum ipſum croceum. Hydropeperi naſcitur prope ſtagnantes aquas, caulem emittit angularem prædurum, in quo ramuſculi folia habentes guſtu acuta ſicut piper. Ciſtus frutex in petroſis locis non admodum altus, ramoſus, foliis rotundis & craſſis: flore ut mali punici: uim habet ſtypticam, ex quo flores bis in die ex uino auſtero hauſti, dyſenteriæ proſunt. Hypociſtus naſcitur circa radices Ciſti: florem refert mali punici, prodeſt cœliacis dyſentericis, & fluxibus muliebribus decoctum. Ladon λάδον aliud genus Ciſti: frutex & ipſe eodem modo naſcens, longiora habens folia, & nigriora, quibus uis ſtyptica eſt, ac ad ea utilis ad quæ & Ciſtus. Fit autem ex eo Ladanum appellatum. Eius folia paſcentes capræ ſordes recipiunt barbis, ex quibus Ladanum poſtea colligitur ad multa utile: probatur odoratum, ſubuiride, molle, pingue, expers arenæ: uim habet ſtypticam calefactoriam, molliſcantem, ſtomacho utilem. Cinnamomum elige album, friabile, leue tractatu, lignoſum, guſtu mordax. Radix eius inutilis eſt. Aliud ſimile uocatur Pſeudocinnamomum non multo odore nec uirtute. Xylocinnamomum habet quandam cum cinnamomo ſimilitudinem: eſt enim lignoſum & longis truncis, odore multo inferius, & ut placet quibuſdam alterius generis à Cinnamomo. Hactenus Dioſcorides. Theophraſtus autem de Cinnamomo & Caſia ait: fruticem eſſe utrunque non amplum, ſed magnitudine Amerinæ, uerum multis ſurculoſis ramis conſtare. Cinnamomum decerptum in quinas partes diſcerni, id eſt præcipuæ bonitatis quod corticibus propinquius fuerit, idq; ad palmi magnitudinem cædi. Caſiam uero ſarmento craſſiore conſtare, ac neruis, idcirco non poſſe decorticari. Cum itaque uirgas ſecant longitudine binum cubitorum, in recenti bouis corio condunt: tunc lignis putreſcentibus uermiculos naſci, qui lignum erodant, corticem uero ob amaritudinem non attingant. Dioſcorides uero de ea ſic ait: Caſia in felici Arabia naſcitur, baculum habet craſſo cortice ſicuti piper. Eſt & ſecūdo loco quæ uocatur Zigir, craſſa, coloreq; nigra, quæ primæ præſtat.

Spina Oxyacantha
Cynoſbatos
Aſphaltus
Iuncus
Coſtus
Amomum
Chalbana
Metopium
Zinziberis
Ciperi
Aloe
Rhus
Spica
Sarcocola
Glaucion
Hydropeperi
Ciſtus
Hypociſtus
Ladon
Ladanum
Cinnamomū
Xylocinnamomum
Caſia

Tertia

Tertia uocata Balaſtus Muſcleticus prædictis melior. Reliquæ ſunt diuerſorum nominum magni ſumptus. Reperitur & pſeudocaſia, quæ deprehēditur guſtu, minime acuta & aromatica. Probatur autem ſubruſa Coralli colore, & lata fiſtula, guſtu mordax. De Thure quod λίβανον dicunt ſic ait. Naſcitur Thus, ſicut Myrrha & Styrax, in Arabia item felici. Adulteratur reſina punica & gummi, facilis deprehendi: gummi enim incenſum non flammeſcit, reſina in fumum abit. Thus ardet, deprehēditur & odore. Dendrolibanum ſiue λιβανωτός, Latine Thuſmarinum, ſurculi ſunt tenues: circa quos folia tenuia, denſa, lōgiuſcula, grauis odoris, quibus utuntur ad coronas. Myrrha uerò lachryma eſt Aegyptiacæ ſpinæ, qua inciſa effluit lachryma, coagulatur, deinde legitur. Excellit Troglodytica, quæ lucida eſt ſubuiridis & mordax: reperitur & Bœotica, adulteratur gūmi. Vis eius ad medicinas & ſuffitus. Theophraſtus autem de Thure & Myrrha ſic. Thuris arbor haud magna eſt, ſed quinis cubitis attollitur, folio lauri, cortice leui. Myrrha etiam minor, ſed fructuoſior, caudice duro craſſio req; quàm ſura hominis, folio ulmeo ſimili aculeatoq; & minime leui. Alij thuris arborem lentiſco ſimilem prodidere. Myrrham uero Therebintho, ſed ſcabriorem: nec deſunt qui eam Therebinthum omnino eſſe putent. Arabes lignum ex ea Antigono attulere, quæ nihil à Therebintho differebat. Erant omnino qui thus & myrrham naſci ex eadem arbore prodiderunt. Idem balſamum ſcribit in ualle Syriæ produci ab arbore mali punici magnitudine, ramis multis, folio rutæ ſimili, candido tamen & perpetuo uirente, fructu ſimili Therebintho. Lachrymam colligi in caudice & parte ſuperna tradunt, facta inciſura unguibus ferreis ſubfidere: cum æſtus maxime angit, uix tota die concha impletur. Ad nos adulteratum aut mixtum fertur, uirgæq; ex eo odoratæ quotānis abſcinduntur. Plinius uero id tātum in Iudæa in quodā horto naſci dicit. Dioſcor. ponit Opobalſamum ὀπὸς ξύλου, id eſt ſuccus, quod è ligno inciſo æſtate diſtillat. Xylobalſamum lignū ipſius probatū eſt recens & fuluum, parum balſami ſpirans. Verum opobalſamum infuſum lacte uel aqua effunditur cito, & lactis modo efficitur: adulteratum ſupernatat ſicut oleum, uel diffuſum ſicut in ſtellas contrahitur.

Thus
Dendrolibanum
Myrrha
Balſamum
Opobalſamū
Xylobalſamum

FRVTICES aquatici nunc. Sida ſpecie papaueris eſt, teſte Dioſcoride. Arundo pluris generis: Tibialis, uallaria, armamētaria, fiſtularia, ſagittaria, quæ cretica uocatur. Inſuper Aegyptia, craſſitudine quæ phaſeli uicem in Nilo ſupplet, ut ait Plin. Papyrus item Aegyptia, ut idem author ait ex authoritate Varronis poſt uictoriam Alexādri in uſu fuit: ante uero minime chartarum uſum fuiſſe conſtat, foliis tum palmarum ſcriptitatū, tum quarundam arborum libris, poſtea publica monimēta plumbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis cœpta conſcribi uel ceris. Ptolemæi deinde tēpore membranas, Pergami bibliothecā parantis. Sed & inſecuta ætas philuras diuerſi generis. Emporetica inuolucris apta. Regia maior omnibus apud Catullum. Aliæ item ex alijs locis nomen accepere, ut apud Plinium ere eſt. Iuncus trium generum: Acutus qui marinus dicitur, & ſterilis. Græce ὀξύχοινος. Alter fructum ferens, quem tripherum nomināt, quod tria genera ferat, tenuior primo. Tertius longe craſſiſſimus & aſper, qui Holoſchœnus dicitur. Phleum folio conſtat carnoſo, multifido, prouenit cum Vergilijs, diuturnius eſt anno. Theophraſtus. Spartum, iuncus Hiſpanus ex quo funes conficiunt, unde in Hiſpania campus iuncarius iuxta Tarraconis maritima. Memorantur & illa quoq; aquatica, Gladiolus, Typha, Meniſphlora, Butonium, Ipnum, Oleagnus.

Frutices aquatici.
Sida
Arundo
Papyrus
De chartis.
Iuncus trium generum
Acutus, Marinus, ſterilis.
Phleum
Spartum
Gladiolus
Meniſphlora
Butonium
Ipnum
Oleagnus
Aruenſia
Hortenſia

DE FRVGIBVS.

HAERBIS uero eadem ferè contingunt, quæ arboribus fruticibusq; communia. Quod genus Theophraſtus in ἄγρια & ἡμερούμενα, id eſt, Aruenſia, ut Plin. cōuertit, & κηπευτὰ, id eſt hortenſia diuidit. Item Aruenſia in fruges, aut agreſtes alias hærbas. Hortenſia uero in coronamenta, in quibus flores & uiolaria ſunt, ac hærbæ odoratæ. Et in holera, ut ſunt Braſſica, Lactuca, Ocimum, & his ſimilia, quæ Græci ἡδύσματα & λάχανα appellant. Plinius autem acetaria. Holera rurſus aut intubacea ſunt, ut Napus, porrum, Armoracia & his ſimilia. Aut Bulbacea, ut Cepe: bulbi, & quæ radice rotundantur: aut humi naſcentia, ut cucumis, Pepo: aut ſurculoſa, quæ φρύγανα Theophraſtus appellat. Gaza ſuffrutices conuertit: in quorum numero uiolaria ac legumina, quæq; attolluntur. Iam illa quoq; communia, ut omnia inter ſe odore, colore, ſapore differant, inter hærbas principatum fruges obtinent. Hæc in frumenta, id eſt, σῖτον, & legumina: id eſt, κεδροπὰ, ſiue ὄσπρια diuiduntur. Inter frumenta triticum præſtat, Græce πυρός. Deinde hordeum apud antiquos uſitatius: ex eo panes conficiebantur, præſertim in

Suffrutices
Fruges
Frumenta
Triticum
Hordeum

Universidad de Deusto
Biblioteca

oriente,ut ex sacris uoluminibus deprehenditur.Postea Plinij tempore quadrupedum rectibus tradebatur:pane uero hordeaceo milites ignominia in exercitu notati uescebantur.

Ptisana Ex hoc fiebat & Ptisana,pultis genus,Græcum sanè inuentum. Cuius laudibus Hippocra-
Alica tes unum uolumen dicauit. Post ptisanam, inuentam à Romanis Alicam Plinius maiore
Polenta laude testatur. Fiebat & polenta addito semine lini,coriandro,& sale,cibus maxime studio-
Pultes sorum. Pulte enim uixisse Priscos Romanos argumento est, quod inde pulmentaria dicta erant, offa iure condita. Amylum etiam genus pultis è tritico siue hordeo, quod sine
Amylum mola conficiatur,quod hodie quoque priscum retinet nomen. Olyram Gaza *Siliginem* uer-
Olyra tit. Plinius tamen diuersa ponit.Sed & Olyram & Oryzam Turanius quoque eandem scri-
Siligo bit esse.Plinius etiam diuersas.Oryzæ folia carnosa porro similia sed latiora, altitudo cubi-
Oryza talis,flos purpureus,hodie Risum uocant. Zea uocatur semen ob frugis præstantiam,ut ait
Zea Plinius:propter quam Homerus ζείδωρον ἄρουραν sæpe dicit, id est terram Zeam donantem non uitam ut quidam putant.Hanc forte hodie Speltam Italici uocant,nunc sanè uiliorem, quod eius copia creuerit.Nam ex Asia prius & Græcia uenit: peculiares enim Græciæ Zea,
Hormum Olyra,Typhe,Irio,Hormū quod Cymino simile est,seritur'q; cum sesamo.Alica in Trālpa-
Similago dana nascitur. Similago ex tritico, sicuti flos dicitur ex siligine. Tritici enim farina cernitur
Secūdaria in pollinem tenuissimum,hoc est,Similaginem,& secundariam:unde panis sit secundarius:
Furfur extremus est furfur.Farro post triticum Plin. dat palmam,unde & farina dicta, & Farra ue-
Farrum teres Adoreum appellabāt,quo dijs maxime sacrificabant.Hinc adorea uictoria dicta. Fer-
Adoreum tur & Arinea inter fruges,frequens in Gallia & Italia. Sesamum σήσαμον unà cum Panico
Arinea & milio seritur:uenit ex Indis, ex eo oleum exprimunt Sesaminum: color eius cādidus infra
Sesamum magnitudinem seminis lini. Italici fugiolinam appellabāt, conficiunt'q; ex melle Sesamiten
Milium Athenæo uocatum,à nostris cupetam.Milium κέγχρος. Panicum μελινός, eò dictum,quod
Panicum (ut Plinius dicit) mel frugum dicatur.Inter legumina uero Faba præstat.Eius farina lomen-
Faba tum dicitur.Abstinebat ab ea flamen dialis,quod in flore eius literæ lugubres reperiantur, parentando adsumitur.A Pythagora quoq; prohibebatur,quod hæc maxime natura inflet, ac sensus hebetet.Seritur ante occasum Vergiliarum prima leguminum:Dicitur Græce κύαμος. Ponitur Dioscoridi faba Aegyptia,quam ponticam quidam uocant: sit etiam in Asia
Lupinus folio magno, fructu cubitali longitudine, crassitudine uero digitali,colore roseo. Lupinus
Cicer Græce θέρμος, eius seges agrum lætificat,uertitur ad solem,horasq; etiam nubilo monstrat.
Cicercula Plinius. Cicer ἐρέβινθος fructum celerrime perficit, noualibus inutilis seges. Pisum πισός.
Pisum Cicercula λάθυρος. Eruale.Eruum ὄροβος. Lens φακὴ siccantis est naturæ:adeo apud uete-
Eruale res in delicijs,ut prouerbium sit ἐν φακῇ μύρος, id est in lente unguentum. Lente quoq; scri-
Eruum bitur Esau primogenituram commutasse. Phaseulus φασήλος. Trionum ἑρμίμος. Lega-
Lens minum prima laus,ut sint coctibilia,maxime in faba & lente,ut Theophrastus ait.
Phaseulus
Trionum

HORTENSIA.

HORTVS altera succidia quondam putabatur,ubi opes horti deerant de carnario aut macello uiuendum erat, ut ait Plinius. Hortos primum commemorat antiquitas Hesperidum.Alcinoi, Adonidis, ubi nullus fructus nisi ad uoluptatem.Cyri regis pensiles. Apud Athenienses primus hortos intra mœnia instituit Epicurus. Romæ uero uillarum instar hortos ædificatos adhuc uidemus, Sallustianos, Mecœnatianos, Neronis principis. De his narrare reliquit Vergilius posteris, Columellæ uidelicet & Caruilio Martiali. Contra erucas cæteras'que bestiolas Columella asini,Plinius equæ caluariam suspendere in hortis iubent.Scripsit de hortensibus Græce Sabinus Tyro ad Mecœnatem, ut Plinius refert. Inter hortensia Cucumeres, Anguini,
Cucumeres Citrini:at cum magnitudine excesserint Pepones appellati,noua eorum forma. In Campa-
Pepones nia sponte primus prouenit,mali Cotonei effigie:mox ex illo semine genus factum Melopones uocāt:hæc Plinius. Athenæus autem ex authoritate Cratini ait Pepones semina esse cucurbitæ. Spartianus Melones ostienses nominat. Columella tradit commentum ut toto anno consurgant. Insequens ætas uberiorem copiam nobis attulit huius fructus. Alexander in Problematis ait æstate pepones, cucumeres, cucurbitas, cætera'que holera ac poma frigida esse:hyeme calida,brassicam,rapum,pastinacam,Raphanum,Armoraciam. De Ra-
Raphanus phano scribit unum uolumen Marcion Græcus homo. ῥαφανίδα Græci uocant,nunc uulgo radicem,Raphanum uero genus Brassicæ ponit Theophrastus. Plin.autem inter Raphani genera

genera Siser & Daucon:de quo postea. Armoracia Græce Latinecq; dicitur,omnibus notis- *Armoracia*
sima. Bulborum genera omnia quæ radice rotundantur.Inter quæ Megarenses plurimū laudantur, & Scilla cui unū uolumē Pythagoras dicauit. Cepas,Alliumq; pro dijs colūt Ægyptij.Inter cepas Ascalonium ex oppido Iudeæ,item γήλοφ Getium,quod nostri Pallicariam uocant.Plinius,Cepa calida tertio est,quare Galenus pituita laborantibus recte dari censet. Asclepiades quoq; eius usum laudat. Dioscorides ex ea situm arceri dicit, inflationesq; fieri: contritam cum sale & ruta caninis morsibus utiliter adponi:aluū quoq; emollire,& somnum iuuare,inter omnes cōuenit. Allium σκόροδον in Ægypto monocephalum est:uno uidelicet capite, sicuti porrum,dulce,rubens,paruū.Reperitur & Polycephalum maius.Dioscor. Eius cibum illiberalem propter halitum Plinius uocat,natura tertio calidum, stomacho nocētissimum uenenis aduersum.Inuentus nostra memoria,qui cum in agro dormiēs ore aperto sermentem imprudenter hausisset,sese statim allijs commāducatis curauit:uirus tamen ac mortem uxori in coitu transfudit. Porrum πράσον sectile & capitatum.Huic ultimo Nero prin- *Porrum*
ceps claritatem dedit,dum cocto utitur,dans operam Phonasco.Plinius. Intubum syluestre *Intubum*
aut satiuum. Syluestre Cichorium apud Ægyptios & Græcos uocatur.Satiuū Serim nomi- *Cichorium*
nant,quod est minus & uenenosius.Cichorium propter salubritatē singularem,alij Enchre- *Seris*
ston,alij pancration uocant. Seris lactucæ simillima duum generum reperitur:syluestris melior,quæ nigra & æstiua: hyberna uero cādida & deterior,utraq; stomacho utilissima,Petronius Diodorus unus omnium damnauit,qui antilegomena scripsit.Hæc ex Plin.ut uerisimile sit hanc esse quam hodie Endiuiam uocāt. Quam uero Vergilius in Geor.dicit, Et amaris intuba fibris,campis officientē:de syluestri puto loquitur,quod frequens inter segetes.Nam cichorium Græci,nos intubum dicimus. De domestico quoq; Columella in hortis mentionem facit,Torpenti grata palato Cichoria:quanq; Dioscor. dicit cichoriū uocari,quod Latini cicerbitā asperā uocāt,uerisimile mihi nō fit:multa enim inepta,imperitaq;, tum pugnantia scripta sunt,quæ putauerim librariorū aut cōmentatorum farcimina esse:nam Cicerbitæ *Cicerbita*
nomen apud Latinos nusquā reperitur.Et hoc uocabulum apud Hetruscos quod alibi Crispignus: quæ quidem herba apud eūdem authorem Soncus appellatur,cuius duo dicit esse *Soncus*
genera,unum agreste & spinosum,alterum mollius, & magis cibo aptum. Quod aūt uulgo *Heliotropiū*
Cichoriū dicunt,id Heliotropiū non est:de quo Plin.sic ait.Heliotropium una cum sole circumagitur & cū nubilo:nocte uero ueluti desiderio cōtrahit cæruleū florē.Genera eius duo, Tricoccū,& Heliostrophiū:hoc altius,quanq; utrunq; semipedalem altitudinē nō excedat, ab ima radice ramosum:nascitur in cultis tantū. Tricoccū uero ubiq;:hæc Plin.Dioscor.uero, Heliotropium,ait,folia habet rhamno similia:crassiora tamen,ab ima radice nascētia: flos albus & suffuluus.Incuruatur sicuti scorpij cauda,ex quo à quibusdam uocatur Scorpiurus: ra- *Scorpiurus*
dix eius inutilis,nascitur in petrosis.Idem author ponit aliud Heliotropiū simile folio supradicti,fructū oblongum ac dependentem habēs:nascitur in segetibus. Papauerū multa gene- *Papauerum*
ra,quæ Græci μήκωνες uocant.Præterea hortense,semine albo,& agreste nigro diuersa.Cera- *genera.*
tites quasi cornibus insignis.Thylacites prælōgo capite & albo semine.Pithites φ ex eo succus fluat.Ex Dioscoride,Plinio aūt lib.x.ca.xxviij ait. Opion uocāt succū papaueris contritū,& *Opium*
in pastillis digestū ad uim soporiferam ac mortiferā.Sic interijt Licinij Cecinnæ prætorij uiri pater in Hispania:quando impatibilis odiū uitæ ualetudo fecisset.Papaueris genus agreste,quod Dioscor.memorat:hæc sunt quæ cernimus passim more rosarum rubescentia, tenui ac nudo sestuco.Cucurbita συκία domestica & syluestris,quæ dicitur κολοκυνθίς,humi strata, *Cucurbita*
forma sphærica: utriusq; autē natura frigida & aquea.Dioscorides eius corticis rāmēta commendat.dicitq; illita phthiriasi podagrisq; & ignibus sacris mederi.Saluiā ἑλελίσφακον Plinius & Dioscorides Græce uocari testantur. Ocymum syluestre & satiuum, utrūq; Chrysip- *Saluia*
pus grauiter increpuit ut inutile stomacho.Plinius ait id cū maledictionibus serendū. Præterea Ocymū,Mentam,Rutā,Cunilam ferro tangi nō expedire: author est Sabinus Tyro, *Ocymum*
qui περὶ τῶν κηπουρικῶν, id est,de hortēsibus scripsit.Cunilæ tria genera:Bubula,quæ semē pu- *Cunilæ ge-*
legij habet.Secūda Cunilacea, à Græcis autem origanum herocleoticū appellatum. Tertia, *nera.*
quæ à Græcis mascula à nostris Cunilago dicitur,odoris tetri,folio sparso.Ex Plinio.Rosma- *Cunilago*
rinus Græce Libanotis,φ thuris quasi referat odorē. Panax piperis refert saporē, magis aūt *Rosmarinus*
siliquastrum:ob hoc piperitis à Græcis dicitur.Idem.Dioscorides autem. Panax chi- *Panax*
prouenit in Pelio monte, folijs amaraco similibus, floribus aurei coloris,radice tenui. *Piperitis*

Lapathũ quæ & rumex. *Oxylapathũ* *Hydrolapa.* *Bulapathum* *Pastinaca* *Daucon* *Staphilinus* *Perseum* *Amaracus ꝙ & maiorana* *Origanum* *Tragoriganum.* *Agnoriganũ* *Lactuce* *Lactuca caprina.* *Iſatis*

guſtanti,hauſta contra repentes beſtiolas. Lapathũ Gaza Rumicem cõuertit:eius plura genera.Oxylapathũ,hydrolapathum,hippolapathũ,bulapathũ. Theophraſtus.Paſtinaca domeſtica,Staphilinus Græce.Sylueſtrem Gaza Daucon dicit uacari,quãquam à Plinio Daucon genus Raphani ponatur,nec ullum det ei nomen Latinũ:fœniculi ſimile, odoris ac guſtus ſuauiſſimi,radice lignoſa:ob quæ uerba Paſtinaca deprehendi non poteſt. De Staphilino Columella,Lætetur mollemq; ſinũ ſtaphilinus inumbret. Plinius. Ex his Paſtinacæ unũ genus agreſte ſponte prouenit,Staphilinus Græce dicitur: alterum ſeritur radice uel ſemine, primo uere uel autumno. Dioſcorides ait Carotam uocari. Perſeum inuenio nominatum à Nicandro,quam Perſam hodie cognominatam putauerim. κίχονα δαρδανίδας καὶ ὃν περσέον ἔπουσιν,id eſt,Cicona dardanidas & quod Perſeum uocant. Paulus Perſeam arborem dicit eſſe in Aegypto,cuius folia uim ſiccandi ac calfaciendi retinent:quapropter ſanguinis fluxũ ſiſtere. Amaracus autem Græce σάμψυκον, Latinis maiorana dicitur,ut ſcribit Dioſcorides, Calida eſt & ſicca tertio. Origanum ſolium ſimile hyſopo,umbellamq; & ſemen in ſummo. Idem. Plinius autem ait Tragoriganum ſimile eſſe ſerpyllo paluſtri. Agnoriganum quod Nicandrus Colophonius uocat Cuniculam. Lactuca θριδακίνη hortenſis & agreſtis, prima plurium generũ,criſpa,alba,nigra,lata,& quam ob amaritudinem πικρίδα uocant. Eſt agreſtis, & ſponte naſcens:multigena, quibus Antonius Muſa Auguſtum dicitur curaſſe. Primum genus Caprinum,quo piſces protinus necantur. Alterum quod Eſopon uocant,in aruis naſcens. Tertium quod in ſyluis reperitur Iſatim dicunt. Quarto infectores lanarũ utuntur,quod ſyluaticum appellant, ſimile lapatho foliis,niſi plura haberet & nigriora. Lactuca ſicuti & braſſica ſeritur toto anno:eſt enim refrigeratrix,ſtomachi faſtidiũ diſcutit, & appetentiam cibi facit.Hac ueteres Græci abſtinebant ob religionem:quod ex ſententia Pythagoræ caſtitati obeſſet,uel quod ſoporifera: hæc ex Plinio.Eubelus Græcus author in ſenariolis. μὴ παράθετι μοὶ θριδακίνας ὦ γύναι ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἢ αὐτὴν αὐτῶν ὃν τῶν λαχάνων τοῦτο ὡς λόγος, τὸν ἄφρονα ἀποθανόντα πρόυθηκε νύμφις, ὡς ἄξι νεκύων δρῶμα, id eſt, Ne apponito mihi lactucas ô mulier in menſam ſi ipſas petiero, in hac herba, ut fama eſt, Adonim mortuum poſuit Cypria, Nam eſt mortuorum cibus. Mortuorum dicit eſſe cibum, quod in hac Venus Adonem extinctum poſuerit. Apium Græce Selinum, ſemen habet nudum ſicut Anetum, die quadrageſimo prouenit: author Plinius. Petroſelinum uero ut ait Dioſcorides,ex Macedonia optimum ueniebat.Eſt & hippoſelinum, quod Gaza Equappium conuertit, Columella holuſatrum uocat,dicitq; ſerendum in hortis poſt Vulcanalia quæ erat in fine Auguſti,in locis umbroſis.Hoc ego ex argumento omnino putauerim,quod noſtri hodie Petroſelinum uocant. Eſt & Heliſoſelinum à Gaza Paludappium conuerſum,quod apud paludes & rigua naſcitur:hoc quidã eſſe contendunt,quod uulgo aut Canneam,aut macerones uocãt:utrũq; ſurgit in humidis. Portulacam ait Dioſcorides uocari,quã Græci uocant ἀνδράχνιν, naſciq; in petroſis:inueniriq; hortenſem foliis oleæ ſimilibus ſed maioribus,pluribus caulibus teneris & rubẽtibus, ſupra terram effuſis,dulci ſucco guſtanti.Italici procachiam uocant, notiſſimam herbam. Theophraſtus tamen & Plinius Adrachnen pro arbore ponunt: error æquiuocationis apud multos,ut Plinius ait,in una enim litera tãtum conſiſtit. Nam Andrachne portulaca eſt herba: Adrachne autẽ arbor unedoni ſiue arbuto ſimilis. Malua μαλάχη agreſtis & hortenſis,cibo apta,& ipſa florem habet,ut cichorium,ad ſolem ſeſe uertentem, ut ait Theophraſtus,Columella in horto. Et Malache prono ſequiẽ quæ uertice ſolem. Thryallis θρυάλλις à Theophraſto uocatur, à Gaza Pinpinella uertitur, uulgo nota herba, nec nomen ſortitur apud Latinos. Naſturtium κάρδαμον teſte Dioſcoride abundat apud Babylonem, ſemine acuto & calfactorio:ea deinde uirtute qua Sinapi. Hæc herba uictũ frugalem & abſtinentiam commẽdat Perſarum,ut ait Cicero.Iulianus pharmacopola uir noſtra ætate herbariæ peritiſſimus: hanc dicit eſſe quam hodie uocamus Allegretos. Sinapi σίναπι & νάπυ dicitur Græce,calfacit quarto abſceſſu, ut Dioſcorides. Capparis frutex ſpinoſus humi ſparſus,ſpinas habens hami modo,folia rotunda, fructũ ficuti oleæ, qui apertus albũ proiicit florem:quo cadente,inuenitur ficuti balanus prælongus,habens grana ficuti mali punici:naſcitur in locis aſperis,eius fructus & caulis ſale conditur in cibum. Dioſcorides.Ex Alexandria nunc adducitur optimus. Atriplicẽ idem author ait Latine uocari,quã Græci ἀνταφάξιν dicunt holus notiſſimũ,quod Itali falſo ſpinacã appellant:eſt enim illi ſimile.Beta τεῦτλον,eſt alba,nigra.Blitum uero,ut ait Plini. lib. ix.cap.xx.herba eſt ineris ſine ſapore aut acrimonia ulla

Apium *Petroſelinum* *Equapium, ſiue holuſatrũ.* *Helcoſelinũ* *Portulaca* *Adrachne arbor.* *Malua.* *Thryallis* *Naſturtium* *Sinapi* *Capparis* *Atriplex* *Beta* *Blitum*

ulla,unde conuicium fœminis faciunt mariti apud Menandrum,ſtomacho ac Veneri inutile.De hoc uide apud Feſtũ.Braſſica Græce κράμβη, ex quo prouerbium illud apud Suidam, εἰς κράμβη θάνατος. Crambe repetita interficit,quod etiã uulgo iactatur. Durat eius caulis annum, uocaturq; ob eã cauſam Epetiocaulis.Sed & caulibus diuerſitas nominũ apud Theophraſtum.Miocaula,monocaula,polycaula,chamæcaula,hypſocaula.Summa braſſicarũ tenellarum Prototomi dicuntur à Latinis atq; Græcis.Scritur toto anno.Cato ait, ſexcẽtis annis medicina braſſicæ populum Romanũ fuiſſe ulum,antequam medici ad eos Græci uenirent.Chryſippus ei librũ dicauit,ponitq; mẽbris omnibus ex ea remediũ.Calida ei poteſtas, concoctione adiuuat:ſemicruda aluũ ſoluit,ualde cocta reſtringit.Eruca εὔζωμος cruda commanducata Venerem excitat.Inuenitur agreſtis,præſertim in Hiſpania,acutior domeſtica, cuius ſemine pro ſinapi utuntur.Dioſcorides. Ruta πήγανον, hortẽſis & domeſtica acutior montana & ſylueſtri & cibis utilior.Inter hortenſes magis apta cibo quæ iuxta ficũ naſcitur, utraq; tamen uim habet calfactoriam,miſcetur in antidotis contra uenenũ:muſtellæ docere,quæ ex uenatione ſerpentũ ea ſe purgant. Serpyllum ἕρπυλλον hortenſe & coronariũ,habet folia Origano ſimilia,albiora tamẽ,inter ſepes maxime augetur. Agreſte nõ ſerpit,ſed rẽte folia emittit tenuia,ſimilia rutæ,longiora & anguſtiora:præterea odore acutius,delectabilius,medicinisq; aptius.Pulegiũ γλήχον, quaſi ἕλκον,quod Balatus ſignificent:nam hoc oues paſtæ implent ouilia. Menta μίνθη ſiue ἡδυοσμὸς ἥμερος. Mentaſtrũ autem ἡδυοσμὸς ἄγριος. Nepeta καλαμίνθη. Aneſum ἄνισον ſemen eſt è Syria ueniens: ſimile apio,longiuſculum,uim habet calfaciendi tertio. Anethum ἄνηθον ſimilitudine ferè aniſi. Cyminum item κύμινον domeſticum & agreſte.Carduus Hiſpanus miræ magnitudinis,præſtantisq; ſaporis memoratũ Plinio.Dioſcor.ait,Chamæleon niger & albus:hic ultimus Latinis Pinea carduus dicitur,folio ſpinoſo,flore purpureo.Theophraſtus uero ſic,Cardui radix mãditur cruda & cocta.Eſt & carduus pinea,quã κύναρα cynaram uocant,qui nõ multis prouenit in locis:ab radice foligera lachrymã iucundi ſaporis poſtrema parte profert,quam ſpinalem maſtichen appellant.Columella de eodem ſic in horto.Hiſpida ponatur cynara quæ dulcis iaccho Potanti ueniat,nec phœbo grata canẽti.Hæc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo Myrtiolo modo crine uiret,deflexaq; collo,Nũc adoperta manet,nũc pinea uertice pingit, Nũc ſimilis calatho,ſpiniſq; minantibus horret. De Carduo pinea Plinius item mentionẽ facit. Hunc ex coniecturis eſſe certum eſt quem hodie Italici Carciophanum uocant,qui iam frequenti apud omnis uſu cœpit eſſe,delicijs menſarum. Marrubium πράσιον alij λινόσφομον uocant:eius duo genera,alterum folio ſerratiore,inciſurisq; profundioribus,alterum rotũdius, ſqualẽsq; ſicut Sphaceli. Theophraſtus.Sphacelum, & Saluiam, alterum urbanum,alterum ſylueſtre.Sphacelo flos breuior minusq; ſqualens.Saluiæ ſcabrioſior.Idem.Fœniculum Græce Marathrum. Hippomarathrum fœniculum ſylueſtre ſiue erraticum. Abrotanum Latini Abſynthium ponticũ,mas frutice maiore,foliis tenuiter inciſis. Mas Abſynthio ſimile amarum item. Abſynthium optimum naſcitur in Ponto & Cappadocia,calidũ primo abſceſſu, ſiccum tertio. Abſynthium maritimum,quod Latini Sardonicum uocant:pecudes ſaginat, optimum ſtomacho.Dioſcorides.Hyſopum montanum & hortenſe optimum in Cilicia naſcitur.Dioſcorides. Ferula νάρθηξ Græce,fœniculi modo ſurgit,uulgo notiſſima,manditur cocta ex aceto.Aſphodelus Latini Albutium,foliis magno porro ſimilibus,caule leui:habet in ſummo uocatũ Anthericum,radicibus glandinis ſimilibus,guſtu acutis,quæ uim habet cauſtificam. Fraga terreſtria ſimilia arbuto ſiue unedoni:authore Plinio.Apud Ouidiũ, Fraga montana appellantur ad differentiam cãpeſtrium,quæ Plinius quinq; foliis naſci prodit.

Pinea carduus. *Cynara* *Marrubium* *Marathrum* *Hippomarat.* *Abrotanum* *Abſynthium* *Abſynmar.* *Hyſopum* *Ferula* *Aſphodelus* *Fraga*

CORONAMENTA

CORONAMENTORVM triplex genus Theophraſto ponitur. Aut ex floribus odoratis,ut uiola:aut ſine odore,ut Iouis flore:aut ramis ſeu foliis odoratis,ut ſerpilli,Helenij,Abrotani,& his ſimilibus.Athenæus ſcribit Dionyſium ex mari Erythreo primam coronam ex Pampino aduexiſſe. Cumq; ex uino immodice ſumpto capita tentarentur,inuenta ratio ut uitta premerentur, adſumpta hederacea corona quæ prompta omnibus erat:eo pacto capiti medendo: paulatim deinde creſcẽte luxuria,eas uarijs floribus intexuerunt. Æſchylus ait,φ in honorem & ſimilitudinẽ uinculorũ Promethei, primũ corona fuerit reperta:nonnulli ob dignitatẽ capit. in hoc initiũ ſenſuum & principatus conſiſtit:hæc Athenæus.Plinius Liberũ patrem ex l. der.

Coronæ inuentores. *Quis coronarum uſus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dera primum capiti suo impositisse dicit. Postea usus frequens apud Græcos & Romanos. Nam & ea sacrificantes utebantur, & uictores in sacris certaminibus, & conuiuæ mollio-
res. Hinc Philostephani appellati, quo nomine Verres à Cicerone notatur. Dabatur hono-
ris gratia Graminea ob seruatũ ciuem, Oleagina ob conuersum hostem, Laurea triumphan-
tibus. Accepta semel corona, uti in ludis perpetuo licebat. Crassus prætor ludis suis coro-
nas ex argento dedit. Adcesserunt & Lemnisci, quos adijci honos erat. P. Claudius pulcher
bracteas etiam Philiræ dedit: semper tamẽ authoritas ludicro quæsitarum fuit. Plinius. Sed
& maiores poetas lauro coronari solitos esse, minores hedera Propertius hoc disticho osten-
dit. Ennius hirsuta cingat sua tempora lauro, Mi folia ex hedera porrige bacche tua. Ex co-

De unguento rum luxuria.

ronis ad luxuriam unguẽtorum deuentum, quorum usum Homerus ab initio uidit, oleũq; ipsum appellat, ubi dicit, ἀφροδίτη δ' ἔντροφα γοδόεντι ἔχρισεν ἐλαίῳ. Venus Hectorem rosa-
ceo unxit oleo. Item τόνῳ δ' ἐστὶ σῶν δμώας λοῦσαι καὶ χρίσαι ἐλαίῳ. Hos ubi lauerunt oleoq;
unxere ministræ. Nam sæpe apud eum legitur, oleo lotos inungi, quod oliuarum potuit esse.

De olei usu.

Nam & apud Romanos in usu frequenti oleum erat, donabaturq; ab ædilibus populo. Ex
eo namque oblita corpora firmiora sunt, ex quo athletæ & natantes ungebantur. Legimus
& Annibalem pugnaturum ad Trebiam oleo corpora militum unxisse, & Pollio Romulus
teste Tranquillo dixit Augusto, se longam senectam foris oleo, & intus mulso conseruasse.

Vnguentorũ nomina.

Idem Galenus affirmat. In cibis uero stomacho inutile. Athenæus. Vnguenta in Chrisma
& ἄλειμμα diuidit, Hoc secundum luxuriæ maximæ fuerat, unde Aliptes. Fit autem ut ipse
ait, Iridis optimum apud Elidem & Cizicum. Rosaceum apud Phaselidem, & Neapolim,
& Capuam. Crocinum apud Solos Siliciæ & Rhodum. Nardinum apud Tarsum. Oenan-
thinum idem & Omphacinum apud Cyprum & Adramyctium, Amaranthinum Coum
& Melinum. Cyprinum, Metopium & Mendesium in Aegypto. Præparatur autem meto-
pium ex oleo, & amaris amigdalis expressum. Theophrastus ex floribus unguẽta nominat:
Rosaceum, Leucoion, Susinum, quod ex liliis est: aut ex foliis, ut Mirrhinũ & Oenanthinũ:

Quomodo ue teres utebantur unguento

aut ex radicibus, ut Nardinum, Amaricinum. Quinq; modis ueteres compertum usos fuis-
se unguento. Ad salubritatem, ut natantes & lauantes. Ad necessitatem, ut certantes cero-
mate ungebantur. Ad luxuriam, ut Veneris, aut mensarum causa delicati. Ex quo Chrysip
pi dicterium. Male sit istis delicatis qui rem tam bellam infamauerunt. Hæc una omnino uo
luptas aliena. His itaque breuiter de coronis unguentisq; enarratis, flores exequar, ex quis-
bus coronæ fiunt. Inter quos Rosis præcipua dignatio, quibus maxime Campania abun-

Rosa

dat. Hinc oleum rosaceum à Plinio commemoratur, & aqua rosacea, & rosaceum, & apud

Rosaceum

Melissophy lium.

Lampridium piscinæ de rosato, uiuereq; in rosa hinc dictum delicate ac molliter. Melisso-
phylum siue Melitæna, quo apes nullo magis gaudent flore: nostri Cetriolam uocant. Cro-

Crocum

cum gaudet calcari, sicq; melius exit, quare seritur iuxta uias ac fontes. Emittit florem cũ so-

Hemerocallis

lio in occasu Vergiliarum. Theophrastus. Hemerocallis nocte langueſcit, sole oriente floret.
Athenæus author. Dioscorides Liliũ agreste uocari dicit. Nam & folia & caulẽ illi similem

Lychnis

habet. Lychnis herba coronaria ex balneo Veneris orta quando dormiuit cũ Vulcano. Idẽ.

Narcissus

Hæc hodie Valeriana à peritis herbarijs esse putatur. Narcissus folia similia porro angustio-
ra, caulem uacuum emittit sine foliis palmi altitudine, in quo flos albus in medio, caulem

Cytisus

habens croceũ. Dioscorides. Cytisus Latinis Trifolium maius dicitur, albus totus, ut Rha-
mnus, furculos emittens cubitales, circa quos folia sunt scissa in medio, quæ digitis contri-

Sisymbriũ

ta erucam olent. uim habentia frigorificam. Dioscorides. Sisymbrium syluestre, alij Tym-

Tymbra

breum dicũt pedali altitudine: iuxta rigua nascitur, neglectum in nepetam uenit. Tymbra si-

Satureia

milis thymo, minor & mollior, ferens spicã flore plenam, ut ait Dioscorides. Hæc à Gaza Sa-

Thymum

turcia Latine uertitur. Miror sanè, quũ Columella aliam à Tymbra faciat hoc uersu. Et Satu-

Melilotos

reia Thymi referens Tymbræq; saporem. Thymum quod maxime appetunt apes, supradi-

Lilium

ctis simile. Melilotos optimus atticis nascitur, & in Campania circa Nolam, melini coloris,

Lirium

odorisq; uehemẽtis. Lilium rubens, Græci κρίνον, album uero λείριον appellant, ex quo oleum

Lirinũ o leum

præparatur Lirinũ, quod nõnulli Susinũ uocant. Saliunca foliosa quidẽ est & breuis, & quæ-

Saliunca

necti non potest: numerose cohæret, herba uerius quàm flos. Pannonia hanc gignit & Nori-

Cyclami.

ca, multæ suauitatis, uestibus interponi gratissimã: hæc Plinius. Cyclaminus foliis aliquãto

Flos Iouis

maioribus quàm hedera & tenuioribus, angulis distãtibus, maculis albis, caule exiguo, flori-
bus purpureis. Dioscorid. Flos Iouis Græce Διὸς ἄνθος, sine odore, cærulei coloris, inuenitur

& purpurei.

& purpurei, uulgo in hortis ferè omnibus uidetur. Hetrusci florem Alisi, in Latio florem pa-
radisi appellant, nisi forte Cyanus is fuerit ex nominis argumento Plinio positus. Helichry-

Cyanus

sos siue Chrysanthemon, quo idola coronant, uirga est alba, uiridis, recta, cum foliis densis si-

Helichrysos

milibus abrotani, comam auream more Corimborum in capite ferens: nascitur in locis aspe-

Chrysanthe mon

ris. Vocatur item Latinis aurelia, quæ ex uino sumpta ualet ad pecudum morsus. Dioscori-
des. Aristoteles tamẽ de plantis sine foliis Chrysanthemon: nisi alium intelligere uoluerit, po-

Aurelia

nit. Deinceps ex Plinio quædam. Cõuoluolus flos herbæ eiusdem nominis haud dissimilis

Conuoluolus

lilio, nascens in frutetis, nullo odore, nec crocus intus: candorem tamẽ referens. Violæ diuer-

Violæ

si coloris, purpureæ, luteæ, albæ. Purpureæ latiore sunt folio, sponte prouenientes, macris in lo-
cis atq; aprícis, dignaturq; solo Græco ac proprio nomine Ia appellatur: unde Iacinthina ue-

Ia

stis tunc per i scribitur, & sine aspiratione apud Plinium: quum autẽ ab hyacintho flore de-

Hyacinthus

riuatur per hy scribendum. Est enim hyacinthus flos item uiolaceus, in quo teste eodem au-
thore, lugubres quædam inscriptæ sunt literæ, luctus nimirum eius, quem (ut est in fabulis)
Apollo dilexit. Hic frequẽs in thermis Diocletianis nascitur. Alba prima omniũ floret. Hãc

Viola alba

Dioscori. Leucoiam uocat, medicinis plurimis aptam. Leucãthemon item flore albo folio-

Leucoia

sum, odorem abrotani, hodie Gelsominum nominãt. Deinde Plinio lutea, cui magna autho-

Leucãthemõ

ritate: unde item oleũ fit nobile quod Arabes Cheir appellant. Proxima ei calta Plinio, con-

Lutea

colori magnitudine, gratiore tamen odore: non lenior est eius quam Scopam regiam uocãt:

Calta

quanquã folia eius non flores oleant. Chrysocoma palmi altitudine, comãtibus fulgore auri

Scopa regia

corimbis, in petrosis opacisq; nascẽs: hãc supra Chrysanthemon uocari apud Dioscorem dixi:

Chrysocoma

appellant & Chrysitim. Helenium lachrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in Helena insu-

Chrysitis

la laudatissimum. Est enim frutex humi se spargens, folio simili serpyllo. Anemona nũquam

Helenium

aperitur nisi uento spirante, unde nomen recepit, folia similia appio, flores uero triplici colo-

Anemona

re, syluestri puniceus, alij aut purpureus aut lacteus. Illud præterea inter flores obseruãdum,
raro odoratis saporem non esse amarum. Dulcia uero sine odore sunt. Amaranthus spica est

Amaranthus

purpurea uerius quàm flos, ac sine odore, prouenit Mense Augusto. Plinius. Cerinthe folio

Cerinthe

candido, incuruo, cubitali, caule concauo, mellis succum habente, apibus magnopere expe-
titus. Plinius. Oenanthe, Melanthium, Potos, Bellium, eidem ponuntur omnes coronarij.

Oenanthe

Ligustrum seu Cipreus flos albus præstantis odoris, quem in frutetis sepibusq; frequenter,

Liguſtrum

præsertim Romæ uidemus: quibus decussis, semen restat nigrum in pillulis fulgente colore.

Baccinium

Hæc bacinia putauerim Virgiliũ dixisse, Alba ligustra cadũt, bacinia nigra leguntur. Nam
quod quidam uacinia legunt, dicuntq; uiolas esse primas uiolaceas, non probo, quod ad Li-
gustrum nil attinet quum priores sint, nec nigræ sint. Quem uero nũc Caryophyllon uocãt,

Caryophyl.

post Plinij tempora satis constat è Damasco in Italiam uenisse: quum nec ipse, nec alij mẽtio
nem eius faciant, nominisq; argumentum ex odore sumpsisse.

HERBAE RELIQVAE CAMPESTRES

VITIS alba siue agrestis, nigra folia hederæ similia habet, scandit arbores & ra-

Vitis alba

cemos facit. Vitis agrestis duplex, altera Oenanthe dicitur, cuius uua non ma-

Vitis agreſt.

turescit, sed florem usque producit, alterius uero maturescit: author Dioscori-

Oenanthe

des. Plinius uero hanc à nostris labruscam uocari dicit, ferre Oenanthen: se-

Labruſca

men eius utile ad coria perficienda. Adiantis ἀδίαντος herba quam Gaza Ca-

Adiantis ſeu capillus Ve neris

pillum Veneris interpretatur: propterea quod eius folium in aqua nunquam madescit. Ge-
nera eius duo, candidum & nigrũ, ambo ad defluuiũ capillorum utiles, oleo triti: nascitur in
locis maxime humidis. Theophrastus, Dioscorides autẽ dicit hanc herbã uocari Cincinna-
lem à Latinis, caule tenui, folio coriandri simili, præterea ex eius genere esse quã Tricomanẽ

Rhitace

uocat, Latini capillarem. Rhitace, quam Plin. uocat Eritacen Dioscori. Ceranthemon, Gaza

Cynops

Ceraginem uertit. Cynops apud Theophrastum, Gaza Canis oculus cõuertit, seu Canaria.

Pes Galli.

Pes Gallinaceus quã Dioscori. Caucalim ait uocari Græce, caule crassiore, foliis similibus, in

Cunila

summo umbellã fœniculo similem, albã & odoratã habet. Cunila & Cunilago dicit Plinio,

Cunilago

quã Theophrast. κονύζαν uocat. Gaza pulica uertit, & pulices abigat, odore graui, tactu tena

κονύζα

cissima. Ego culicatũ potius cõuersum existimauerim, & Conopes culices, nõ aũt pulices di-

Seſelis

cantur: malim tamẽ librarij esse mendũ, & authoris errorem. Seselis qua ceruæ parituræ pur-

Sion quod & lauer.

gantur, ut ait Cic. de Nat. de. Sion herbã Dioscorides ait uocari in Italia Lauer, furculosam,
crassam, similem equappio & erucæ: eius etiã meminit Plin. dicitq; herbã eam esse nas[illegible]rem

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud riuos. Hæc hodie uulgo cognita nomen antiquum retinet, his quas uocãt Cresciones, præterquã quod maior, cætera similis. Athenæus Sium in aqua nasci testatur simile folio helioselino, id est, appio palustri. Plin. Lauer coctum torminibus mederi dicit. Semperuiuum Græce, nascitur in muris & tectis, notissima herba hominibus. Sedũ in tectis etiam prouenit, quo tegulæ operiũtur, utriusq; Plinius meminit. Silago siue sanguinaria, ut ait Dioscorides, Græce κορωνόπους radice tenui, herba oblonga. Saxifagia σαξίφαγον, idem author, planta est flagella spargens in petris & asperis locis. Gramen ἀγρῶσις, geniculatis flagellis, ac tenuibus humi serpentibus, uulgo notissima est. Dioscorides. Xyphion Latine gladiolum herba similis gladio acuto, caule cubitali, in quo flores purpurei ordine distantes, nascitur in locis sertilibus. Dioscorides. Bectonica βεκτονικὴ similis bugloss̃o agresti, foliis nigrioribus & pinguioribus, ex quibus exprimit̃ succus ad multa remedia, maxime ad custodienda corpora. Dioscorides. Plinius autem dicit hanc à Græcis uocari cestron, Betonicã uero à Gallis à quibus inuenta. Parthenium, cuius tria genera, primã λευκάνθιον à nostris Pelecynus & muralium dictum, in hortorum sepibus proueniens. Secundum quod Helxine & Siderites dicitur, folio simili plantagini & marrubio, cauliculis densis lente rubentibus. Tertium quod per dicium & astericum, à nostris Parietaria dicta est, quod in parietibus nascitur: ex Plinio. Ficaria Græce σεριχνόη folio lactariæ similis, uim habet soporiferã. Lactaria quam maritimam granam appellant. folio rotundo, palmi magnitudine, fructu candido, demetitur uua nigrescente, reperitur mas & fœmina differens: huius lac per uindemiæ tempus præparatum purgat inferna. Theophrastus. Alypiũ herba fruticosa subrusa, tenui sestuca, & folio, flore nigro, nascitur in maritimis Africæ. Dioscorides. Est & herba quæ ab eodẽ uocatur Peplis, ab Hippocrate peplon: frutex utrinq; anceps albi succi plenus, folio simili portulacæ hortẽsi. Vinca peruinca, quæ & χαμαιδάφνη dicitur: de quo supra dixi. Plinius eius meminit. Verbascum quod Græci phlomon uocant, folia habet latiora quàm brassica, pilosa, nascitur in campestribus. Plinius. Apud Dioscoridem Phlomos scribitur, hac herba pisces uenenantur. Quinque folium πεντάφυλλον surculos habet tenues palmares, folio simili mentastro: ex hoc nasci fraga quidam existimant. Dioscorides. Mandragoras μανδραγόρας tertio frigida facit ad philtra, ut aiunt: fœmina folia lactucæ augustiora humi protecta habet. Dioscorides. Moly folia habet gramini similia, latiora tamen super humum effusa, flores uiolæ albæ similes, caules quatuor cubitorum, radicem paruam & bulbosam. Hæc est Moly quæ ab Homero laudatur, intenta à Mercurio cõtra ueneficia. Symphyton petreum quod nos Halum, ut Plinius refert, simile Cunilę bubulæ, furculosa, floribus paruis, odorata, dulci gustu: ex hoc hodie conficiũt quam conseruam appellant. Limoniũ λειμώνιον simile Betæ, foliis tenuibus & languidis, caule recto, æquali, tenui, pleno rubente fœtu. Dioscorides. Arnoglossum plantaginem Plinius uocat, nota herba, Lanceolam Italici uocant, nonnulli Pentapleuron dicũt ex numero costarum. Themison medicus unum uolumen laudibus eius dicauit. Duo eius genera, minus austioribus foliis, ouis linguæ simile, caule angulos̃o in terram inclinato, in pratis nascẽs. Alterum maius. foliis laterum modo inclusis, quæ quia septena sunt, quidam Heptapleuron dicũt. Huius caulis cubitalis & Napo similis. Buglossum linguæ bubulæ simile. Cynoglossum uero linguæ canis, Topiarijs operibus aptissimum: hæc omnia ex Plinio. Buglossum domesticum hortense, quod hodie Borraginem uocant, Chamepitis terræ serpens folio Semperui. Chamæmelũ nota uulgo herba, flos eius fomentis calfactorijs adhibetur. Cyndrilla amara est, & acri in radice succo. Hæc & Aphace, & ea quæ Picris ob amaritudinem dicitur toto anno florent. Plinius. Chamæleuca χαμαιλέυνη herba tota uiridis, habens parua folia, & flores ut rosa. Dioscorides. Plinius autem dicit hãc & Bechion & Tussilaginem uocari, quod tussi medeatur. Daucon Plinius dicit significari apud nostros Pastinacam erraticam. Græci σαφίλινον pastinacam uocant. Dioscorides Agrestem pastinacam seu erraticam, Carotam à Latinis uocari dicit: at Italici uulgo Carotam quod Latini staphilinum appellãt. Hibiscum folio maluæ maiori tamẽ pilosioreq;, caule molli, flore melino. Aurelia flore auro simili, folio candido, fructu tenui, duroq;: usus eius ex uino ad serpentum morsus. Dracunculus caulem habet serpẽtis modo uersicolorem, eius radix ex melle data ualet ad tussim. Tithymalum nostri herbam lactariam, alij lactucam caprinã: narrant eius lacte inscripto corpori, si tritus carbo aspergatur, apparere literas. Huius genera plura, masculus Characias, fœmina Myrtites dicitur: præterea Paralion, Helioscopos, Cyparissias, Dendrodes, Platophyllus, Pityusa, Latyris

Semperuiuũ
Sedum
Silago coronopus.
Saxifagia
Gramen
Xyphion
Bectonica seu Cestron
Parthenium
Pelecynus
Helxine
Siderites
Perdicium
Astericon
Parietaria
Lactaria
Alypium
Peplis
Peplon
Vinca puinca
Verbasc̃u qd' Phlomon.
Quinquefol.
Mãdragoras
Moly
Symphyton
Limonium
Arnoglossum seu Plantago, seu Pentapleuron, seu Heptapleuron.
Buglossum domesticum
Cynoglossum
Chamepitis
Chamæmelõ
Cyndrilla
Chameleuca
Carota
Daucon
Hibiscum
Aurelia
Dracunculi
Tithymalus

tyris Dioscoridi. Paulo autem est tertio frigida acutáq; & amara satis: ex aceto cocta, dentium dolores sedat: lac corpus ubi attigit urit, quare pilos extirpat, Myrmecias, Acrochordonas, & quæcunq; per cutem ulcera repunt. Eruca agrestis uehementior, domestica inflat, calefacit, uenerem excitat, capiti nocet si sola edatur. Lactuca uero admixta temperatur, author Actius. Herbæ nunc fulloniæ. Isatis folio Arnoglosso similis. Plinius Radiculã uidetur eam appellare, nasciq; in Syria caule lanugino so, spinoso, sine odore. Glascum herba qua Britanni se inficiunt atro colore, terrorem ostentantes. Plinio, Cæsari. Strutheon olens herba & fullonia, quo utuntur lauandis lanis, ut ait Dioscorides. Hoc ego quod nunc Guadũ uocant putauerim, quo lanas cæruleo inficiunt, tetro odore. Plautus Nautheam dixit in re olida. Coccum, granum latine, frutex fullonius, cui grana adiacent, inter præcipuos lanarum colores: nascitur optimum in Asiæ partibus, postremum in Hispania. ex Dioscoride. At contrà nunc est. Nam è Valentia Hispaniæ oppido præstantissimum omnium uenit. Anchusa foliis lactucæ acutæ similis, pinguibus & asperis: multa undiq; è radice surgunt humi sparsa, radice digitali crassitudine, æstate sanguine effusa: nascitur fertilibus locis nigra. Plinius dicit hanc sanguineo colore tingere, præparareq; lanas preciosis coloribus. Anthillum, quod alij Anthicellum uocant, duorum generum. Altera foliis & ramis lenticulosis similis, palmi altitudine, in fabulosis apricis nascitur. Altera breuior & hirsutior, purpurei floris, odore graui, in saxosis nascens: hæc Plin. Ex hac descriptione putauerim hoc sorte quod nostri fullones Cremisinum uocant. Scammonia, σκαμμονία folia habet similia helxine siue hederæ, molliora tamen & triangularia, flore albo, curuo ut calathi, radice graui odore. Calida est, & diaphoretica, bilem purgat, tumores q; impositа tollit. Dictamum herba amara plurimum simi lis pulegio, aliqui pulegium agreste dixerunt. Dioscor. Nascitur in Creta, hoc ceruæ nonnul lacte animalia saucia sibi medentur. Hippice herba, quam Gaza equestrem conuertit. Plinius Scythicam herbam appellat lib. xxv. qua Scythæ diuturnã famem tolerant. Idem quoque: præstat, inquit, Hippice dicta, quod in equis quoq; eundem effectum habeat. Helleborum album folia similia Arnoglosso, caule pentestiæo. radices multæ tenues ab initio, capitulum sicuti cepe: nascitur in montosis & asperis locis. Helleborum nigrũ siue Melampodion, quod Melampus hoc Prœtidas sanauerit, habet folia uiridia platano similia, minora tamen & uallde incisa: caulem durum, flores albos racemosos, & in ipsis fructus lilio similes. Nascitur in Anticyra optimum, & apud Heliconem, bonum purgando cerebro & insaniæ. Ex Dioscoride. Plinius ait lib. xxv. in Italia Veratrum uocari: adeoq; usus eius inoluit, ut plæriq; studio rum gratia ad prouidenda acrius quæ commentabantur sumpsitauerint. Pausanias lib. x. ni grum dicit per inferna purgare, album uero per uomitum. Cõserua peculiaris alpinis flumi nibus, à conseruando dicta, spongia aquarum dulcium est uerius quàm muscus, aut herba, uillosæ densitatis & fistulosæ, utilis ad medicinas. Plin. Muscus herba quæ nascitur in umbrosis humentibus q; locis, ex quo antra muscosa dicuntur à poetis. Geranium latini Ochinastrum, folio simili Anemonæ intercisum, radice subrotunda, ac dulci gustu. Aliud est Geranium, quod quidam Origanum, latini pulmoniam dicunt, tenui caule, foliis maluæ, habẽs in summo binas alas eminentes, in medio q; uti gruis caput. Dioscor. Sunt & illæ aculeatæ. Paliurus, Carduus, Scolymus, Lappa græce ἀπαρίνη. Vrtica quoq; κνίδη. Rubus βάτος. Inter segetes item auena ἀγίλωψ. Lolium αἶρα. Tribuli. Rhamnus apud Dioscor. & Pli. hodie Acrifolium Romæ uocatur: eius etiam mentio in psalmis, sicut spinæ uestræ rhamnum, sic in ira absorbet eos. Ruscus græce ὄξυς, hæc putatur esse aculeata, ex qua Romæ conficiuntur scopæ. Millefolium μυριόφυλλον cauliculus est delicatus unicus, una radice, circa quã multa folia leuia Amaraco similia, nascitur in palustribus. Dioscor. De Fungis Athenæus ait esse quidem multi nutrimenti, uerum inflationem facientes, ac difficilis concoctionis, succurriq; eorum periculo Oximellis potione. Pezices item esse genus fungorum sine radice & pediculo, uocariq; propterea à nonnullis Arizas. Nicandrus in Georgicis enumerat qui sint letiferi. ἐχθρὰ δ' ἐλαίῃ πρόσθε πέλει πρόσθε δρυὸς τ' αἰὲ πνίματα κεῖται. id est, Inimica uero quæ ab olea, granato q; prinoq; quercuq;, ab eis q; damna imminẽt. Qui uidelicet in olea granato ilice & quercu nascuntur. Horat. Pratensibus tantum ex omnibus bene credi, cæteris male. Fungorum natura frigida omnis. Nicolaus v. Pont. fungos optime præparatos adponi iubebat, ex bis q; tantũ olfactu contentus erat. Latinus cardinalis Vrsinus nostra ætate dimidiatos fungos prius familiæ degustandos dabat. Asparagus item Athenæo teste, stomacho pro

Eruca
Isatis
Glastum
Strutheon
Coccum
Anchusa
Anthillum
Scammonia
Dictamum
Hippice
Helleborum album & nigrum
Melampodiũ
Conserua
Muscus
Geranium
Paliurus
Carduus
Scolymus
Lappa
Vrtica
Tribuli
Auena
Rhamnus
Ruscus
Millefolium
Fungi
Pezices
Asparagus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Robium urinam prouocat, oculis ac renibus nocet, inuenitur paluſtris & montanus. Robium Feſtus dicit à rubro colore dici, unde & materia quæ pluribus eius coloris uenis ſit, robur dicitur, & robuſti homines boni coloris & roboris. Hodie quoq; Robium radix quædam rubra uocatur, qua lana rubro inficitur uulgo, fullonibus magno quæſita. Dioſcor. ἐρυθρόδανον Erythrodanum id appellat. Aconitū folia habet tria uel quatuor Cyclamino uel ficui ſimilia, minora tamen & ſubaſpera. Caulē palmarem, radicē ſimilem caudæ ſcorpionis, ſplendens modo alabaſtri. Alterum aconitum quod latini Lycoctonon dicūt, eo quod uenatores illo cum carnibus appoſito lupos interficiant. Naſcit in Italia, folia habet platano ſimilia, magis uero inciſa, & longiora, ac nigriora, fructum in ſcapis prælongis incluſum fert. Dioſcor. Aconitum omne quarto frigidum, & uenenū eſt. Ariſtolochia dicta, quod optime partui opituletur, folia habet hederacea, odore præſtanti & acuto: ex ima radice multa germina ſurgunt, flore albo. Maſcula foliis eſt longioribus, flore purpureo. Chelidonia magna caulē emittit cubitalē, in quo germina plura foliorū ſimilium batrachio, colore ſubglauco, flore ſimili leucoio; ſucco ſubamaro, radice ſuperna una, inferne plures croceæ, fructu ueluti papaueris. Ceratitis Chelidonia parua ſine caule naſcitur, foliis hederaceis, rotundis magis & minoribus: naſcit iuxta aquas, uim habet acutam, ſicuti acrimonia: utilem quoque oculis eſſe, irundines (unde herba dicta eſt) inuenerunt: quæ hac cæcitatem curāt. Muris auricula μυὸς ὦτα ex argumento ſimilitudinis dicta. Anagallis fœmina, flore eſt Cyaneo: maſcula uero rubēti: ſurculos habet humi proiectos, folia parua, ſubrotūda, uim quoq; attrahentem, ita ut obelos aut ſpinas infixas euellat. Argemona, quam latini Acrimoniā uocant, ſimilis eſt agreſti papaueri, ſuccū emittit croceo colore acutum, flore rubente. Stratiotes in aquis naſcitur, herba eſt palmi magnitudine, habens alas ſimiles uolatili pullo, continet germina plura foliorum interciſa, & folia ſimilia breuitate cymino agreſti, umbella ſicuti Anethum. Cotylidon latini umbilicum ueneris: folia habet ucluti Oxybaphum rotundum, & in medio cauliculum breuem, in quo ſemen eſt, radices modo oliuæ longæ ac rotundæ. Strychnon latine Canaria, folio ſimili lentiſco, latiore tamen, caule ad humum inclinante, fructu condito in uaſculis, ſuluo ac rotūdo, uti uuæ acini, uſus eius ad coronas: inuenitur & hortenſe quod manditur. Ageraton herba fruticoſa ſimilis origano, habens umbraculum in quo flos aureus: eius decoctum uim habet pyroticam, herba uero ſuffitu urinam prouocat. Chryſanthemon latine Achanta, delicata herba, fruticoſa, leues ferens caules, & folia, flores melinos rotundos oculorum ſpecie. Caulis pro holere manditur, flores medicinæ utiles. Periſtareon latine Criſta gallinacia, folio inciſo ſubalbo, naſcitur in humidis: dicit ex eo quod Columbi libenter ſub ea morentur. Inuenitur & Periſtereon ſupinus, ſiue herba ſacra, ſurculis angulosis, folio ſimili quercus. Chryſogonum folia habet quercus ſimilia: flos uero plumo coronario. Eupatorium herba eſt fruticem unum retinens lignoſum, rectum, nigrum, cubitalem, folia ex interuallis interciſa canabis ſimilia, quæ ſiccata odoris gratia ueſtibus conduntur. Hippuris naſcitur in humidis & foſſis, cauliculos habens ſubrufos, forma geniculata in equi caudam, unde nomen accepit, folia iunco ſimilia, dēſa, tenuia, eius ſuccus Hæmorrhoidas ſanat. Hippice uero ab hac diuerſa eſt, quam ſupra memorauī. Sunt enim Hippuris fructus ſimiles piſciculis herbaceis uulgo cognitis, ac cibo expetitis. Epimedium caulis eſt haud magnus, folia ſimilia hederæ retinēs, neq; fructum neq; florem producit. Radicem uero tenuem & nigram, grauiſq; odoris, naſcitur in humidis, uim habet ſpiſſandi & refrigerandi. Dioſcor. Plin. Oleſtium herba parua, quatuor ad ſummū digitis, folia habet Coronopedi ſimilia, uel gramini, radicē ualde tenuē ſicut albam cæſariem, naſcitur in collibus. Polymonium ramulos habet quatuor in partes diuiſos: folio aliquanto maiore quàm rutæ, quaſi neptæ: in ſummo ipſorum capitula, in quibus ſemen nigrum: radix cubitalis: naſcitur in montoſis & aſperis. Clematis frutex geniculatus, habens longa ſarmenta craſſitudine funis, folium paruum ſimile lauro. Polygonon masculum habens ſemen, ſurculos habet tenues & delicatos, multis genibus ſerpentes humi, folia rutæ ſimilia, nomen accepit ex multo ſemine. Dioſcorides, Plinius uero dicit hanc à latinis Sanguinariā uocari, quod ſuccus eius infuſus naribus ſupprimat ſanguinem. Polygonaton naſcitur in montibus, frutex eſt cubitalis, folia ferens lauri ſimilia, guſtanti ſimile malo Cydonio: flores albi, radix item, præterea mollis, longa, multis genibus, unde nomen eſt ei. ex hac ſarmenta fiunt uulneribus utilia. Acacia naſcitur in Aegypto, ſpina eſt arboroſa, ramoſa, obſtina, florem habens album, fructum ſicuti lupinum in ſiliquis: ex eo gummi uim habet ſyptican,

Erythrodanū

Aconitum

Ariſtolochia

Chelidonia

Muris auricula

Anagallis

Argemona ſen acrimonia

Stratiotes

Cotylidon ſeu umbilicus Veneris

Oxybaphū

Strychnon

Canaria

Ageraton

Chryſanthemon

Periſtereon

Chryſogonū

Eupatoriū

Hippuris

Hippice

Epimedium

Oleſtium

Polymoniū

Clematis

Polygonon

Sanguinaria

Polygonaton

Acacia

pticam, eius decoctū membris luxatis medetur. Eſt & alia Acacia in Cappadocia & Ponto humilior. folia retinens erucæ ſimilia, uim quoq; ſiccam ac frigidam. Critharmum herba ſurculoſa, cubitali altitudine, naſcens in petrolis & maritimis, denſa, foliis craſſis ac albicantibus portulacæ ſimilibus, guſtu ſalſis, floribus albis, fructu roriſmarini ſimili odoratu, qui aridus diuiſus ſemen ſuluum habet. hæc herba facit ad urinæ difficultates. Coronopus, id eſt, cornicis pes, latini Sanguinariam: herba oblonga, naſcitur in locis ſylueſtribus, radicem habet tenuem ſtypticæ naturæ, folia pro holeribus mandūtur. Aphace genus holeris Theophraſto, quæ Paulo uim habet ſtypticam ſicuti lens. Apate uero herba eidem authori, quam Gaza Fraudem conuertit. Polyrizon folia habet myrti, radices multas. Plinius. Typhe foliū emittit ſimile Cyperi di, caulem album, leuem, planum, in ſummo complectentem florē denſum. Dioſcor. Chamædrys, id eſt, parua quercus, ſimilis eſt Teucrio, naſcitur in petroſis, ſurculo palmari, folio querno ſimili, guſtu amaro, flore paruo ac ſubrufo: eius uiridis decoctum proderat ſpaſmaticis, tuſſientibus, ſplenēticis. Dioſcor. Leucas montana latiore folio, quàm domeſtica, fructu acrior & amarior, ui efficacior: ambæ uero tuſæ ex uino conſumptæ contra uenenata præſertim marinorum ualent. Dioſcor. Artemiſia ſiue Chryſanthemon naſcitur in maritimis, ſimilis abſynthio, maior tamen & folio craſſiore: flore albo, tenui, odorato: differentia in folio maiore, & minore nonnullis. Botrys herba ſurculoſa, patula, colore melino, id eſt, lutheo, plures habens ramulos, & in quolibet ſemen, folio cichorio ſimilis: odorata, ueſtibus conditur, naſcitur circa torrentes. hanc Cappadoces Ambroſiam uocāt, quidam Artemiſiam. Dioſcorides. Plinius autem hanc à quibuſdam Botryn, ab aliis Artemiſiam uocari dicit, ab uxore Mauſoli adoptatā, quæ ante Parthenis dicebat. Polium montanū, quod Teucrium uocant: ſurculus eſt albus, tenuis, palmi magnitudine, plenum fructu, habens capitulum in ſummo, corimborum modo, paruam ſicuti canam cæſariem, grauis odoris: inuenitur & minus odoratum, quoad uirtutem & efficacius, ex Dioſcoride. Polio Muſeus & Heſiodus authoritatem dederunt, qui eius liquore perungi utiliſſimum ad omnia dicunt. Tripolium, cuius flores mane candidi, meridie purpurei, ſole occidente cærulei ſunt. Plin. Phalangium ſurculi ſunt duo aut tres aut plures: diſtantes inuicem, flores albi, ſimiles lilio, interciſi, ſemen craſſum ac nigrum. Dioſcor. Clinopodium herba ſurculoſa duorum palmorū, naſcitur in petroſis, folio ſerpylli ſimilis: floribus uero æqua inter ſe diſtātia, ueluti tripus, unde nomen habet. Hypochœris ὑποχοιρὶς, herba quam in Theophraſto Gaza porcellam uertit. Ballota, quæ & nigrum porrum à nonullis dicitur, herba fruticoſa, angulosis caulibus, nigris & hirſutis, foliis graueolentibus, ualet ad canis morſus. Meminit eius Dioſcor. Plin. Leontopetalon, latini ſemen leoninum, caulem emittit palmarem, plures habens ſurculos, in quorū ſummo ſiliquæ, in quibus parua ſemina, flore rubente, folio braſſicæ ſimili: inciſo tamen uti papaueris, radice nigra, naſcitur inter frumenta ex Dioſcor. Paulus autem hanc dicit ſiccæ poteſtatis ac diaphoreticæ. Atractylis latine Fuſus agreſtis, ſpina eſt ſimilis κνήκῳ, longior tamen, folia retinens in ſummis ramulis, reliquum nudum, aſperum, quo fermè utuntur pro fuſo: habet & capitula in ſummo ſpinoſa, florem pallidum, partim etiam rubrum, radicem quoq; tenuem & inutilem. Aſclepias ſurculos emittit oblongos, è quibus folia hederæ ſimilia pendēt, flore grauī odore, ſemine pelecini ſimili: naſcitur in montibus. ex Dioſcor. Paulus calfacere dicit, ac contuſam utilem morſibus uenenatis uuluæ ac mammis. Delphinion ſurculos emittit duorum palmorum ab una radice, circa quos folia parua, tenuia, interſecta, lōgiuſcula delphini ſpecie: flore rubricante ſimili uiolæ albæ: ſemine in folliculis ſimili miſio. Peucedanum ſiue Agriophyllon caulem emittit tenuem fœniculi ſimilem, comam habet circa radicem denſam, florem melinum, radicem nigram, grauis odoris, multi humoris & ſucci, naſcitur in montibus umbroſis. Sphodylium ſiue phalangium, folia habet ſimilia ferè platani, partim etiam panacis, caules cubitales ſimiles feniculo, ſemen grauis odoris, flores albos, radicem item ſimilem raphano, naſcitur in paluſtribus. Dioſcor. Plinius uero hanc Leucanthemon etiam uocari dicit. Elaphoboſcon, latini Ceruicollū, caulis eſt rorimarino ſeu fœniculo ſimilis, geniculatus, folia duorum digitorum latitudine: in ſummo ſicuti fœniculum aut anethum, ſemina, umbellas, & capitula, radicem inſuper præſtanti ſapore habet: caulis pro holere manditur, quo ceruī cōmanducato ſeſe purgant, occurruntq; uenenis animaliū. Dulciradix, id eſt γλυκυρίζα, naſcitur in Ponto: eſt germen ſurculos habens duorum digitorum, frequens, foliis craſſis, & glutinoſis tangēti: flos hyacinthi ſimilis, fructus platani piluli ma-

Critharmum

Coronopus

Sanguinaria

Aphace

Apate

Polyrizon

Typhe

Chamædris

Leucas

Artemiſia

Botrys

Ambroſia

Polium ſeu Teucrium

Tripolium

Phalangium

Clinopodium

Hypochœris

Ballota

Leontopetalō

Atractylis

Aſclepias

Delphinion

Peucedanum ſeu Agriophyllon

Sphodylium ſeu Phalangiū

Elaphoboſcon

Dulciradix

 ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitudine,aſperior tamen, folliculos habens modo lentis. Radices oblongæ buxei coloris.

Centaurea Centaurea maior, folia habet iuglandi ſimilia, caulem ut lapathi,germina à radice plura, in quibus capitula papaueri ſimilia,florem cæruleũ. Centaurea minor ſimilis hyperico uel origano,caule anguloſo,flore ſuppurpureo,fructu ſimili tritico:radix parua,amara,inciſa,uiridis eſt.

Caucalis ſeu Pedegallinaceum Caucalis latine Pedegallínacium, caulis eſt palmi longitudine, craſſiculus,folia apio ſimilia,in ſummo fœniculi modo umbellam albam & odoratam. Tragopogon,id eſt barba hircina,caulis eſt breuis,folia croco ſimilia:radix longa,dulcis:in ſummo caulis magnus calix,ubi fructus niger ſimilis hircinæ barbæ.eſt enim cibo apta. Dioſcorides.

Tragopogon

Ornithogalon Ornithogalon, id eſt,lac gallínaceum,caulis eſt delicatus,tenuis,ſubalbicans, tribus aut ad ſummũ quatuor germinibus refertus,à quibus flores extrinſecus herbidi:aperti autem lactei,& in media capitulum ſicuti milio:radix modo bulli manditur cruda & cocta.

Eryſimum Eryſimum naſcitur in hortis & domicilijs,folijs erucæ ſimilibus,caulibus modo lori flexibilibus: in ſummo ſiliquæ cornu ſpecie,ſemina parua habentibus, tritici ſapore,medicinis aptis.

Ptarmice Ptarmice frutex eſt ſurculos habẽs paruos,multos & rotundos,ſimiles abrotani, circa quos folia lõga ſimilia oleæ, capitulum paruum,rotundum,odore acutum,ſternutamenti excitatiuum, unde nomen accepit.

Pancratium Pancratium quod Scillam quidam uocant, radix bulbo magno ſimilis,ſuffulua,tritici ſapore.

Litheſperma Litheſperma latine Heraclea:folia ſimilia oleæ, molliora,& humi proiecta, ſurculi recti, in ſummo biſidũ germen cauloſum habens,longa folia,iuxta quodlibet ſemen paruum prædurum eruo ſimile. naſcitur in aſperis & montoſis.Semen ex uino albo hauſtum, calculos terit,& urinam prouocat. Dioſcorides.Plinius autem magnopere pulchritudinem huius extollit: gerit enim, ut ait,iuxta folia ſingula ueluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos, candore & rotunditate margaritarum,magnitudine ciceris,ipſa qua pediculis adhærent cauernulas habens,& intus ſemen.

Phalaris Hanc ego item Romæ in thermis Diocletianis dirutis naſcentem uidi. Phalaris caulículos

Cepæa emittit ex tenuibus radicibus multos,ſimilis Zeæ,ſemen ueluti milio aliquanto longius. Ce

Hypericum pæa portulacæ ſimilis,nigriore tamen folio,radice tenui. Hypericum ſiue Chamæpitys, di

Chamæpitys citur quaſi parua pinus,quod eius ſemen oleat ſicuti reſina pini:folia rutæ ſimilia,frutex palmi magnitudine,ſubruſus,flos albæ uiolæ ſimilis. Siliqua hordei magnitudine,in qua ſemẽ nigrum redolens reſinam:naſcit̃ in incultis & aſperis locis. Genera etiã Hyperici, Aſcyron, & Androſemon,& Coris,aliqua inter ſeſe differentia. De Chamæpity alibi etiam dixi,alias

Anagyris habere ,pprietates.Anagyris frutex,folijs & uirgis ſimilis uiteci,grauis odoris:flos braſſicæ referens fructum in paruis corniculis,qui dureſcit circa uuæ maturitatem. Dioſcorides.Pau

Buphthalmon lus uim dicit habere calidam & diaphoreticam,ac uomitionibus aptam. Buphthalmon, id eſt,bouis oculus ſiue Cachlas:latine Cappa carocína:caules emittit delicatos, folia fœniculi

Pæonia ſpecie,flores melinos,bouis oculorum ſpecie:naſcitur in campis,& circa urbes.Pæonia,latine Caſta,caules emittit palmares, circa germina retinens multa folia iuglandis ſimilia: habet in ſcapis grana ſimilia punici mali,in quorum medio nigriora ſunt quinq; aut ſex. Nym

Nymphæa phæa à Nympha dicitur,zelotypa in Herculem, ab eoq; propterea rhopalo interfecta,& in hanc conuerſa:ideo à græcis Heracleon uocari. Qui ex ea bibunt,xij.diebus genitura ac cotu priuantur. Plinius.Naſcit̃ in paludibus,folia ſimilia Cichorio:flos albus lilij modo: quando defloret,rotundus, malo ſimilis, in ſummo modo papaueris turgeſcit, in quo ſemen nigrum,radix item nigra.Altera Nymphæa,florem habet melinum,id eſt luteum:ſimilem roſæ nitore,radicem albam,cætera primæ ſimilis.Reperitur uænalis in Circo Flaminio.

Scolopendrion Scolopendrium folia habet Scolopendræ animali ſimilia,plura ab una radice:naſcitur in petris & muris ſine caule,flore,& fructu:folia inciſa uti polypodij,inferius ſuffulua & craſſa,ſuperius

Hemionitis autem uiridia.Hemionitis folium emittit ſimile dracontio,lunæ falcatæ modo,radices multæ tenues:neq; item caulem,neq; fructum,neq; florẽ ferens. naſcitur in petroſis:ſtyptica eſt,

Splenion & potata ex aceto ſpleni medetur,unde etiam Splenion dicta eſt. Crategonon quaſi firmãs

Crategonon ſemen,id eſt,genituram.folia tritici ſpecie ſimilia. ab ima radice calami plures naſcuntur geniculati:fructus ſimilis milio: qui ſuccus ex aqua fœminis epotus mane poſt menſes ſtatim, aut ante conceptum tris dies maxime genitur̃ iuuat.Dioſcorides. Plinius uero hanc etiam ad maris procreationem dicit iuuare. Dioſcorides autẽ id conferre Arrhenogonon potius, de- paulo poſt dicam.

Theligonum Thelygonon,id eſt θηλύγονον, folijs ſicut olea, caule breui, radice

Arrhenogon, te- -ore albo,fructu modo papaueris,epotum fœminis fœmineum producit fœtum. Arrhenogonon

rhenogonon cætera ſimile priori,fructu tantum differt,quem racemoſum habet, ſimilem eſt floreſcentis oleæ,hæc marem parere, ſicuti prior fœminam ex argumento nominũ dant.author Crateuas. Ad deprendendos autem fœtus iam conceptos, Aetius oraculum ponit: quum dextra mammilla tumidior, ſeu quũ dexteræ manus arteria, uelocius pulſauerit,mas erit. ambo uero contraria, ſi fœmina.

Ad fœtus deprendendos

Batrachium Batrachium quatuor generum reperitur,unum foliis ſimilibus corio,flore melino:radice parua,alba,amara:naſcitur iuxta fluenta. Alterum χοιροσέσελον, & longiore caule:foliis inciſis,naſcitur in Sardinia:quod & apium agreſte nominãt. Tertium ualde paruum,haud bono odore, flore aureo. Quartum ſimile huic,flore quaſi lacteo.

Orchys Orchys foliũ habet humi ſparſum iuxta imum caulem ſicut olea: florem purpureũ,radicem bulboſam.Orchys alter quem Serapiam quidam uocant: foliis porri ſimilibus, caule ſubpurpureo, radice teſticulis ſimili, unde nomen accepit.

Ibiſcum Ibiſcum folio maluæ maiore, pi-

Oenothera loſioréq; caule molli,flore melino. Oenothera folio roſaceo:flore amygdalæ aliquanto maiore,Huius radices ex uino ſumptæ,hilariores, ut aiunt, faciunt. id compertum ex uiribus uinaceis,quas hæc herba poſſidet:unde nomen accepit.

Pteris Pteris latine Filix,folia ſunt ſine caulibus,floribus,& fructibus uulgo notiſſima.

Thelypteris Thelypteris fœmina Filix,filici ſimilis, præterq; quod non uno, ſed pluribus ſurgit germinibus,& altioribus radicibus.

Dryopteris Dryopteris filix eſt item quæ naſcitur in parte antiquæ quercus:minor quàm alia.

Dryophonon Dioſcorides. Plinius Dryophonon huic ſimilem herbam ponit.

Linozoſtis Linozoſtis folio ſimili Ocymo ſiue Parietarię: inueniꝫ

Cynia tur uterq; ſexus,manditur pro holere.Plinius uero hanc & Parthenium & Mercurialem di-

Colytea cit appellari,quod à Mercurio inuenta ſit.Cynia caulículo delicato,ſubalbo:folio hederæ ſimili,fructu foliis adiacente.Colytea folio ſalicis,fructum in ſiliqua retinet, magnitudine lentis,folio haud abſimili fœnogræco.

Cnecum Cnecum ſylueſtre & urbanum fructu amaro & hirſuto, caulem profert:fidiculis poſt imbres erumpit,nullum producit ſemen, hebeni ligno ſimilis: folio buxi,utilis ad oculos,& ad colem tritum.

Crategus Crategus folio, fructu,& guſtu Meſpili ſimilis:quapropter ſylueſtrem meſpilum quidam dixere.

Iſopyron Iſopyron ſiue faſeolum, quod faſeolo ſit ſimile, in ſummo petalon contortum ferendo: ubi ſunt capitula tenuia, plena ſeminibus

Rododaphne ſimilibus melanthio guſtu, ſolium uero aniſo. Rododaphne uel Nerium nota omnibus

Nerium herba eſt:intus accepta uenenum cunctis animalibus: extra uero contuſa ac illita corpori

Colocaſium uim habet diaphoreticam. Colocaſium, cuius radix uirtute ſimilis cepæ: tactu lubrica ac

Lagenis uiſcoſa,author Aetius. Lagenis dicta, quod inter ſaxa naſcatur, longa barba, foliis longis

Colacia inſtar capillorum. Hanc Hetruſci ſaxeficam, Romani Petræbarbam uocant. Colacia folia habet alba in magno caule, in quorum medio ramus florem retinens ſimilem quercui ſilue oleæ:naſcitur in montibus.

Bunion Bunion, latine Scoparegia, caulem habet quadrangularem: folio apij,flore anethi,ſemine odorato,calfacit,& urinam prouocat.Inuenitur & Pſeudobunion.

Scoparegia Leontopodium,latine Palladion:herba duorum digitorum: folio paruo & pingui,la-

Leontopodiũ nioſa & ſubalba:prope radicem flores nigri, fructus lanugine operti.dicunt hanc ad philtra

Palladium facere ſuſpenſam. Antirrhinum herba ſimilis Anagallidi: flores purpurei ſimiles Leucoio,

Leõtopetalon maiores tamen:ideo agreſtis lygnis uocatur.dicitur ſuſpenſum ad gratiam facere. Dioſcori-

Antirrhinum des.Paulus hanc dicit uim Bubonio ſimilem habere.

Polygalum Polygalum frutex palmaris,habens folia lenti ſimilia,guſtu aſtringit:lac extinctum fœminis reddit.Dioſcorides.Plinius.

Bromus Bromus inter frumenta naſcitur auenæ ſimilis: ſiccat & ſpargit, fluxionibus prodeſt. Paulus.

Sicys Sicys agreſtis,latini Agreti:fructu tantum differt à domeſtico,longis glandibus ſimilis:radice alba & magna:uim habet frigidam,humidam,ac diureticam.

Thapſia Thapſia Ferula ſylueſtris: foliis & umbella anetho ſimilis: flore melino, radice intus alba, exterius nigra: in Thapſo inſula,

Chamæſyce unde nomen accepit,primum reperta:calida eſt & humida, attrahit & ſpargit. Chamæſyce χαμαίσυκη, id eſt,parua ficus ſurculo quatuor digitorũ pleno ſucci, foliis ferè lentis prope ter

Chamælæa ram,fructu ſub foliis rotundo,ſine caule,uehemens guſtu, myrmecias aufert: ſuccus etiam cum melle ophthalmiæ medetur. Paulus. Chamælæa,id eſt,parua olea:ſurculos habet palmares,folia ſimilia oleæ,amara guſtu:natura expultrix,ulceribus purgandis cum melle adhibetur.

Epithymum Paulus.Epithymum flos eſt thymi durioris, ſimilis Tymbræ: ſunt & capitula parua,

Microcomũ leuia, præpilata ueluti crinibus.Microcomum folio erucæ aſpero & craſſo, caule quadrangu-

Peplion lari:flore ocymi ſimilis:radice nigra & rotunda,ſicuti paruo malo:naſcit̃ in petroſis.Peplion

Peplus naſcitur in maritimis,folio ſimili portulacæ,fructu ſicut pepli.Peplus frutex eſt ſucci p- -us: folio ſimili rutæ, coma humi diffuſa & rotunda: ſub foliis paruus rotundusq; fructus,hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad multa utilis,nascitur in hortis. Dioscorides. Plinius autem sic. Peplus quam aliqui Sycen alij. Meconion aphrodes uocant: ex una radice tenui fructificat:foliis rutæ paulo latioribus, semine sub foliis rotundo. inter uites ferè colligitur messibus. Paulus uero ambas has in purSatyrium gando uim habere Tithymali dicit. Satyrium siue Trifolium:quoniam humi tria folia proiiciat:lapatho siue lilio similia: flore item albo modo lilij,radice bulbosa, quæ dicitur in manu sumpta uenerem excitare,potata multo magis. Aron folia similia dracontio,caulem palmaAron rem ferè purpureum,in quo fructus croceus:folia condiuntur cibo:uim habet quam & draDracontia contium. Dracontia nascitur in sepibus, colore uario,uti draco,albis maculis, fructum fert in summo caule racemosum. Alia Dracontia foliis inuenitur hederaceis:caule serpentino,baculi crassitudine, eius aqua auribus medetur. Apud Paulum calida est natura, medetur que Cicuta pota intestinis. Cicuta herba notissima,uenenis apta ob frigiditatem. Socrati fatum attulit: Telephion Sorbitio tollit quem dira Cicutæ,Græci Conion eam uocant. Telephion portulacæ similis: & caule & foliis crassis & carnosis. Nascitur in cultis maxime inter uites. Plinius. Calida est Trichomanes Paulo ex aceto sumpta: leucas & alphos emendat. Trichomanes Adianto similis, exilibus Thalictrum nigrisq; foliis modo lenticulæ densis. Plinius. Thalictrum folio Coriandri pinguiori paulũ, caule purpureo:nascitur ubiq;,præsertim in campestribus. medẽtur ulceribus folia cũ melle. Proserpinaca Plinius. Proserpinaca herba uulgo cognita. Plinius. Phyllon à Græcis uocatur,herba in saPhyllon xosis montibus,fœmina magis herbacei coloris, caule tenui,radice parua, semine rotundo, Phelandrion papaueri similis:hæc sui sexus facit partus. Mas autem tantum semine differt. Plinius. Phelandrion nascitur in palustribus, folio apij: bibitur semen eius ob calculos & uesicæ incomPhaleris moda. Plinius. Phaleris tyrsum habet longum & tenuem,ceu calamum in summo flore inclinatum. Plinius. Hæc calidam Paulo uim habet,bibiturq; succus ad aluí dolores. Periclimenos nos ex interuallo duo folia habet,subcandida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum:nascitur in aruis & sepibus. Plinius. Vim habet apud Paulum calidam, lienosis ac dyspnoicis utilem,si potetur. Hanc Iulianus matrisiluam nunc uocitatam dicit. Tuscis autẽ Myagros uinciboscũ. Myagros herba ferulacea:foliis similis rubiæ, tripedanea, semen oleosum, quod Lathyris sit ex eo,medetur oris ulceribus. Plinius. Lathyris folia habet multa lactucæ similia: tenuiora germina multa,in quibus semen tuniculis continetur,ut capparis:quæ cum inaruere,exiMuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia. hæc in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanat. Eadem Paulo genus tithymalli est: cuius succus similiter purgat. Plinius. Idea Idea habet ueluti Oxymirsina,adhærescens sicuti pampini,in quibus flos. Plinius. Huius raIsopyron seu dix Paulo acida gustu ad hæmorrhoidas facit. Isopyron aliqui Phaselion uocant: quoniam Phaselion folium quod est Aniso simile,in pampinos torquetur. capitula sunt in summo capite tenuia Holcus semine Melantij,ualet contra tussim. Plinius. Holcus in aruis nascitur siccis: aristas habet in Galaton cacumine tenui culmo, quale hordeum restibile. Plinius. Galaton Cytiso & lenticulæ foliis similis,auersa candidiora. Coquitur in sorbitione similaginis ad excitandam copiam lactis. Galion Plinius. Galion Paulo describitur Lappæ similitudine:lac coagulat,ualet ad hæmorrhoidas. Hiosiris Hiosiris intubo similis,sed minor,tactu asperior,contusa uulneribus medetur. Plinius. Holo Holosteon steon herba ex aduerso appellata Græcis: quatuor digitorũ longitudine, foliis tenuibus usq; ad capillamenti speciem. Plinius. Oribasio uim hæc styptică habet: rimisq; propterea adhiEmpetron betur. Empetron, quam nostri Calcifragam uocant: nascitur in montibus maritimis ferè in Calcifraga saxo: quod propius mari fuerit,salsa est, potãq; bilem excitat ac pituitas. Plinius. Polycne-Polycnemon mon cunilæ bubulæ similis est semine pulegij,turculosa:multis geniculis,acri & dulci odore. Androsaces Plinius. Vim habet Oribasio calfaciendi ac siccandi:quare uulneribus adhibetur. Androsaces herba est alba,amara,sine foliis,folliculos in cirris habens, & in his semen:nascitur in maritimis Istriæ maxime,datur hydropicis. Plinius. Eius etiam fructus est Oribasio diureticus. Anagyros Anagyros quam aliqui Acoton uocãt:fruticosa est, grauis odore, flore olens,semen in corArction niculis gignit. Plinius. Hæc Oribasio uim habet calidam & diaphoreticam. Arction similis Verbasco:foliis quidem hirsutior:sed caule longo,molli,semine cymini, nascitur in petrosis, Asclepias radice tenera albaq;. Decoquitur in uino ad dentium dolorẽ. Plinius. Asclepias folia hederæ habet,ramos longos,radices numerosas,florem aureum, graue semen ferulaceum: nascitur in montibus. Plinius. Hanc ait Oribasius uim siccandi calfaciendiq; habere,prodesseq; conAster trit[illegible]m morsibus uenenatis,uuluæq; & mammis. Aster ab aliquibus Bubonion,quod inguip[illegible]s præsentaneum remedium sit: cauliculis est foliisq; oblongis duobus aut tribus in cacumine

cumine,capitula stellæ modo radiata. Bibitur aduersus serpentes. Plinius. Dipsacos folia lac- Dipsacos
tucæ habet,bullas spinosas in dorsi medio,caulem duorum cubitorum horridum:genicula eius binis foliis amplectẽtibus, concauo alarum sinu,quo subsistit ros salsus. in cacumine capitula sunt echinata spinis:nascitur in aquosis,sanat rimas sedis. Plinius. Circea strichno sa- Circea
tiuo similis:flore nigro,pusillo,paruoq; semine,ut milij nascentis in cerniculis:radice semipe Circesion
dali,alba,odorata. Nascitur in apricis:bibitur ob dolorem uuluæ. Plinius. Dioscorides. Circesion cauliculus duorum cubitorum triangulo similis: foliis spinosis circundatus, folia lin- Calla
guæ bouis similia,& in cacumine capitulata, purpureasq; soluuntur in lanugines. Pli. Calla
tiua similis aro, eandem'que uim habet: alterum eius genus quidam anchusam uocant,alij Rinocliston:habet folia lactucæ longiora,plumosa,radice rubra,quæ ignes sacros cum folio Psyllion
polentæ impositа sanat. Plinius. Psyllion à pulicibus nomen accepit:quorum similitudinem Ligustrum
eius referat semen, cuius in medicinis compositio uim habet frigorificam,ut ait Aetius. Ligustrum nõnulli Getsominum hodie putant,quod caducum id faciat Virgilius: ego potius Vaccinia
id Leucanthemon ex Dioscoridis descriptione,uti supra narraui. Vaccinia si uiolæ sunt:primæ uiolaceæ quæ in sepibus apparent, tenui festuca, nullo modo sunt:nam has Dioscor. & Plinius ἴα: hoc est,uiolas proprio uocabulo appellant. Erunt igitur alia uiolaria eiusdem co- Lutea
loris,quæ post luteam ueniunt. Lutea quoq; duplici cernitur specie,quæ lutea dicitur & prima. Deinde Calta minutiore folio statim sequitur.

SIMPLICIVM GENERATIM NATVRA EX ORIBASIO

EX PRAEDICTIS autem diuersæ sunt potestates. Calfactoria aut frigorifica primo,secundo,tertio,& quarto ordine. In hoc ultimo uenena sunt omnia & letifera, græce φιλαντρώπα, quorum prophylacticon fuerit nepetam quotidie Præseruatiua
degustare,& ex Stratonis medici sentẽtia xx. rutæ folia cum duabus nucibus, totidemq; ficubus ac sale. Ex Asclepiadis uero:baccas iuniperi contusas,mellecq; commixtas,nucis ponticæ magnitudine,ex melicrato statim à balneo potare. Sumpto autem ueneno remedium quod alexipharmacum uocant:Rutæ seminum grana nouem trita & ex aqua potata. Sed ante omnia uomere necesse:prouocabitur autem oleo tepido hausto,uel butyro ex aqua calida, uel maluæ decocto ex oleo. Post uomitum raphanos plures edendum:uel tritos aqua tepida bibendum. In tenues quædam partes conuertuntur, id est, Tenuia
λεπτομερῆ, ut abrotanum,uitex,sandix,anthemis,aristolochia,arnoglossum,aromata omnia, denique odorata,calidaq; & acuta. Ex animalibus uero piscículi: ex petris auiculæ:ex montibus animalia cætera,si agitata exercitataq; prius fuerint:siccioribusq; cibis magis quàm humidioribus nutrita:è piscibus uero qui molliore sunt carne: duri autem & uiscosi minime salubres. Mel quoq; & oximel maxime tenuant. Crassi rursus humoris,id est, παχυμερῆ sunt Crassa
magni pisces:conchæ omnes,anguillæ. Ex carnibus,suilla,bubula,ceruina,hepar,renes, testiculi:Caseus omnis,præsertim uetus,lac, oxigala,protogala,oua si ad concretionem usque elixantur,& assata multo magis:castaneæ, cariotides,bulbi, fungi, cucurbitæ,citri caro,uina dulcia,magisq; nigra & pinguia & noua:deniq; panes improbi. Quæ quidem omnia robustioribus conueniunt, qui & exercitatione multa & somno immodico cõcoquere sunt apti. Emollientia,id est, μαλακτικὰ omnia calida:ut adipes, oleum, & his similia. Durescunt partes Emollientia
ob siccitatem,ob plenitudinem,ob concretionem. Primo modo ex humore resoluuntur:secundo purgatione,tertio ex calore mediocri, si concretio ex frigore fiat:nam uehemẽs calor concretionem facit maiorem. Sunt item ἐκκλιτικὰ, id est, expulsoria: καὶ ἕλκτικὰ adtractoria, Expulsoria
quæcunque sunt tenuantia & dulcia:ueluti orobi, faba, ordeum,lupinum,testę concharum. Adtractoria
testudinum cinis, serum lactis,mel,amigdala, anagallides, asparagus,pepones,porri,oui albũm, narcissi bulbus, hyacinthus. ἐφυλλικὰ, id est, obducentia sunt mediocriter calida & Obducentia
densantia:nam calida uehementer scabrositatem pariunt: præterea cepa, allium, oleum irinum. Cohibentia tumores,elaterium, cucurbitæ syluestris radix,ochra,mandragora,testæ Cohibentia
concharum torridæ,lapis æmatites contritus,faba,æris squama. Attrahunt autem ad sum- tumores
ma Cynosbati folia, betæ radix, mentastrum, hyssopum, origanum, linosperma, asphodeli radix: præterea acuta omnia & amara. Diaphoretica natura calida existunt, sudorem ex- Diaphoretica
cludunt,sanguinem tenuant,poros rarefaciunt,urinam prouocant,id est,diuretica: denique stypticis in omnibus ferè contraria: huiusmodi sunt abrotanum, agaricum, adiantum, [illegible]gilops,artemis,daucon,altea,sambucus,oleum dulce, cyminum, thassia,arundinis folia t[illegible]a,

Universidad de Deusto
Biblioteca

brassicæ folia, Malua syluestris, oleum rosaceum, ruta, pix, porrũ, caseus uetus, stecteria, hyoscyamus, testudinis cinis & caro, ficus aridæ, beta alba, sampsucum, sales, nitrũ, omnis adeps,
Adstringẽtia stercus omne. Adstringunt autem oleaster, iuncus, apium, semperuiuum, papauer, cytisus, œnanthe, brassica bis cocta, spongia tosta, Rhamnus, aloe, urtica, coccum, glans, nymphea, cariotides, oui uitellus coctus, paliurus, hippuris, sanguis concretus, cyprus, multáq; præterea alia. ἀνυφρακτικὰ, id est, apertiua: ptisana, tilis, melopepones, faba: cicer, præsertim nigrum,
Apertiua betarum succus, bulbi, cepa, alliũ, porrũ, ficus aridæ, amygdala, raphanus, capparis, mel, oxymel, uinum tenue ac uetus. ἐμφρακτικὰ, id est, obducentia sunt omnia ferè dulcia ac splenihepatiq; aduersa: ut palmulæ, farina triticea: in aquatilibus quæ uocantur malacoderma &
Ventrem mouentia ostracoderma. ὑπακτικὰ, id est, uentrem mouentia. Brassica, oliua conditanea ante cibum: lac liquidum, carnes animalium iuuenũ: malua, beta recens cum melle, pepones, melopepones, ficus, uuæ, mora: iuglandes recentes & siccæ in aqua reuirescentes: pruna recentia. ἐφεκτικὰ, id
est, uentrem adstringẽtia, brassica bis cocta, pruna piráq; acerba, sorba, oriza, farina ex uino
Quæ sunt difficili cõcoctione epota, panicum, milium, caro leporina, granata austera: uinum austerum. Ναυτικὰ, id est, difficili cõcoctione, sunt caro hœdina, bubula, ceruina, hircina, suilla: anseres præterquam alæ, palumbi, turdi, pauones, turtures, anates, uentres omnium uolucrum. In animalibus quoq;
Valde nutrientia uulua, hepar, aures, cauda, uenter, cerebrum, cochleæ, phaseolus: cicer, lens, lupinum, milium, panicũ, pastinaca, acerba omnia, castaneæ, palmulæ, nuces, holerũ radices omnes simul cum ipsis holeribus, præterquam lactuca & intubum: uinum crassum ac recens. πλύηροφα, id est, ualde nutrientia: suis domesticæ caro, cerebrum bubulum: testes, cor, medulla, alæ anserinæ & gallinaceæ: uolatilium uentres, cochleæ præsertim bis coctæ, legumina ferè omnia, & quæ sunt crassi humoris: præterea omnia Νοσῶδεστα, id est, quæ difficile corrumpuntur, ut sunt
Augentia geniturã pauones inter aues: in aquatilibus uero malacoderma, ut ranæ, gammari, cancri, & huius generis. Augent geniturã omnia φυσώδη, id est, inflantia & calida: maximéq; nutriunt uuæ, faba, ficus recentes, satyrium & his similia. Continent autem uenerem, ac tardant omnia frigida ac densantia, ut lactuca, cucurbita, atra phraxis, mora, melopepones. Siccantia uero quanquam calida, minime geniturã augent, ueluti ruta: ficca uero ac frigida tanto minus, ut nymphææ radix.

PROGNOSTICA TEMPORVM

IN plantis ac sationibus, & lunaris ratio, & temporum prognostica dignoscenda. In prima errare nõ est, ut in his quæ serimus & augeri uolumus, luna crescẽs adhibeatur. In his autem quæ demetimus deficiens. In ipso quoque coitu pluri ma ex sententia Columellæ coalescunt. Varro etiam eos qui luna decrescente attondentur, fieri confestim caluos dicit: quare accepimus Tyberium Imper. in capillo tondendo eam obseruasse. Quin audent mathematici dicere, nõ defuturam ei animi tristitiam, qui ungues seu crines luna adfecta inciderit: quod mihi quidem minime persuadent. Prognostica uero ex Virgilij Georg. singula ad pluuias, uentos, & tranquillitatem ordine deprehendes. Illa tamen generatim ante omnia animaduertenda, quæ author quidam græcus describit. Ait enim ex ortu occasuq; signorum cœlestium plurimum cognosci oportere, sed præter cætera solis & lunæ. Primum enim temporum diuisiones æquales inspicendæ, ex quibus annus, mensis, & dies quis futurus deprehenditur. Verbi gratia. Annum diuidit ortus Pleiadum usq; ad occasum earum. Itidem & tropica & æquinoctia faciunt. Nam qualis temporum constitutio fuerit Pleiadibus occidentibus, ita plærunq; fuerit usq; ad tropicum hybernum: Inde uero ad æquinoctium: Inde rursus ad Pleiadum ortum: hinc postremo usq; ad Pleiadum occasum. Eadem quoq; ratio mensis in lunæ coitu, plena, octaua, quarta, tam crescentis quàm decrescentis. Eodem modo diei partes oriente sole, mane, meridie, crepusculo, sole occidente. In his igitur terminis mutatio plærunq; fit ad terminum usq; alterum. Præterea quum sol nouũ ingreditur signum, magnum in toto illius cursu momentum habet.

NVNC ad metallica transeundum, quorum Aristoteles in libro iij. Meteororum causam dicit esse exhalationẽ sub terra. Quæ sicca est, τηκτὰ, id est, liquabilia generat, ut alumen, sulphur, arsenicum, lapidẽ. Aut humida est, & fusilia aut ductilia procreat: ut aurum, argentum, ferrum, & huius generis similia. Theophrastus uero ait in lib. de lapidibus. Quæcunq; sub terra fiunt, aut aquæ plurimum aut terræ retinent. Aquam retinent metallica, ut aurum, argentum, æs, ferrum: Terram uero lapides, & quæcunq; lapidibus constant. Ex his igitur, quæ plus aquæ continẽt grauiora sunt quàm quæ è terra ficciore, ut ferrum grauius lapide, aurum uero ferro & ære.
De auro Præcipuam inter hæc gratiam Plin. auro tribuit, nõ ob pulchritudinem: quando argentum clarius, dicíq; similius splendore est: sed quod ex omnibus unum igni resistat, in eoq; potius perficiatur. Altera causa, quod minimum usu deteritur, quum cæteris metallis manus sordescant, decidua continuo materia. Præterea salis aceticq; succis rerum domitoribus resistit, nulla rubigine absumitur. Nec aliud laxius dilatatur aut numerosius diuidiẽ in bracteas, in strigiles, id est, paruas massas, in minuta etiam ramenta. Deinde netur, texitur, sine alia materia.
Placas Placas Romana Hispanáq; lingua, celebrales auri purgatioris glebas Varro ait uocari. Plinius uero palacas massas auri in puteis repertas, quatuor & amplius librarũ pondere, quas alij, inquit, Palacranas uocant. Hadrianus Imper. dicere solebat, plus esse auri in rerum natura, quàm reliquorum metallorum, uerum in bracteas uestesq; uariaq; ornamenta absumi. Annulus ex auro manui sinistræ Romanis adhibebatur, qui distinguebat equitem à plebe, sicuti tunica senatum. Aurum factitium ex auri pigmento fit. Foditur apud Indos à Grypibus & formicis. Apud Delmatas Neronis tempore, nunc in Pannonia censetur. Aurea corona triumphantium erat, & aurum Coronarium apud Spartianum erat pecunia collata in sumptus diadematis & coronæ noui principis. Auro Theatrum Nero in unum diem operuit, quod monstrauit Tiridati Armeniæ regi. Auri glutinũ Chrysocolla, sicuti Argilla ferro, Cadmia æris massis, Alumen laminis, Resina plumbi, Stannum æramentis, Stanno uero argentum. Nummum aureum, iam inde usq; ad Iustiniani tempora nõ licuisse omnibus cudi sicuti hodie, author est Procopius. Argentum foditur in aurarijs, in quibus & argentum uiuum. Quæ uomica est quædam liquoris æterni: uenenum rerum omnium, omnia exedẽs, Aristot. autem in τελεταῖς dicit, huius, neq; nomen, neq; speciem inueniri, sed tantum à quibusdam imaginari. Meminere etiã eius Stesichorus & Bacchilides. Hoc igitur ex argumẽto est quod hoc tempore Lotonẽ Italici uocãt, nõ fossitium, sed factitiũ, in Britannia & Gallia
Auri glutinũ *Nummus aureus* *De argento* *Argentum uiuum* *Hydrargyriũ* *Stibia* *Argẽti spuma* *Scoria* *Minium* *Argenteus nummus ante Pyrrhi uictoriam non fuit* *Adulterini experimentũ.* *Exargentare* *Auricalcum* *Orichalcum* *Auricalcum factitium nouum inuentũ.*
(tinguat

Universidad de Deusto
Biblioteca

(tingunt enim æs lapide quodã rufo eius regionis peculiari) in ahenis conflatum. Plin. item dicit æs album reperiri, & alterum flauescens ex auri natura. Præterea æs præter uenam è duplici lapidum æroſorum genere exprimi, quorum alter Cadmia, alter Chalcitis dicitur: hac tantum differẽtia, quod alter è ſubdiali petra cæditur, alter Cadmia ex obruta. Pompholicẽ quoq; & Spodion in ærarijs metallis inuenirí. Differentia quod Pompholix Arabice Tutia dicitur, quæ bullæ modo tecto fornacis adhæret. Craſſior uero materia & nigrior, quæ inferioris partibus adhæſit, uocatur Spodium. Aeris item Squama, & Rubigo, & Scoria ad multas apte medicinas & uſus. Cum perficitur in panes redigitur. Aes collectaneũ Plinius uocat ex uſu. Dicit etiã Electrum ex auro & quinta æris parte fieri. Homerus Menelai regiam ex electro dicit fulgentem. Eſt & electrum ſuccinum, ut poſtea dicetur. Stannũ plumbum uel aut ſua proueniunt uena, aut cum argento naſcuntur. Eſt enim plumbum album & nigrum, alterum ſine altero inter ſe glutinari non poteſt. Stannum apud inſulas Caſſiterides in Hiſpania effodiebatur, ab eius nomine appellatas. Nunc ex Britannia exportatũr. Stanno ahena illinuntur, quod ſaporem gratiorem reddant, ſimul & compeſcant rubiginis uirus. Fiunt & ex eo ſpecula. Adulteratur quoq; ex ære & plumbo albo. Præterea illitum aceto & alumine colorem æreum reddit. Molybdæna materia ſimilis plumbo. Ferrum ex Bilbili & Cantabricis maritimis montibus: ex Italia quoque Comenſi, & ex Ilua laudatur à Plinio. Optimum æroſum, fragileq; eſt, quam præſtantiam tribuit aut loci natura in Noricis, aut aqua ut Sulmone, aut certe temperatura. Nucleus enim Ferri coquitur ad indurandam aciem, ex quo Aciaſum Italici uocant. Strictureæ uero & in hoc genere appellantur ex eadem cauſa, à ſtringenda uidelicet acie. Traditur & ferrum ſanguine humano, ſiquando tinctum, celerius rubiginem ſentire. ex Plinio. Ferrum conflatile Glaucus Chius teſte Pauſania facit, qui ex eo ſtatuam primus finxit.

Cadmia
Chalcitis
Pomphilix
Spodion
Aeris ſquama & Rubigo
Aes collectaneum
Electrum
Plumbum
Caſſiteri des inſulæ
Stannum
Molybdæna
Ferrũ eroſum & fragile præſtat
Strictureæ

AD RELIQVA ueniã foſſilia, in quibus rarior materia ac liquabilior, pluſq; aeris, hoc eſt, fumoſæ euaporationis ineſt, ac primum quod græci χαλκανθὸν Chalcanthum uocant. Plí. uero XXIIII. Atramentum ſutorium. Italici uitreolum appellant, diuerſum ab atramento, quod Celſus ſcriptorium, Vitruuius librarium nominat. Eiuſdẽ etiam generis & Sori & melantheria ſiue melanthium eſt. Foſſile ac factitium eſſe Pli. dicit, fieriq; in Hiſpania in puteis habentibus id genus aquæ. Decoquitur aqua mixta dulci, pari menſura, & in piſcinis ligneis funditur, in quibus tranſtra & reſtes dependentes ponunt, ſuper quibus adhæreſcit modo uuæ uitreis acinis exceptum: ſiccatur diebus xxx. color cæruleus eſt ac nitens, utilis tingendis corijs. dicit & alijs etiam modis fieri. Dioſcorides dicit chalcanthum eſſe humorẽ pluribus modis & generibus concretum. Eſſe σαλακτὸν, id eſt, ſtillititium, quod guttatim ex humidis & conſtrictis locis ſtillat. Eſſe & πηκτὸν, id eſt, concretitiũ, quod è ſpeluncis coit. Tertiũ ἐφθὸν, id eſt, elixũ: è uena enim excerptũ cum aqua decoquitur, deinde in uaſa transfunditur: hoc enim concreſcit diuerſa ſpecie. Optimũ graue, denſum, lucidum eſt, uſus eius ad fulloniã. hæc ille. Inuenitur item hodie in agro Volaterrano copioſum circa lacunas, fumo, ſpirituq; ferente erumpens, redigiturq; in panes & mercis gratia exportatur. Melantheria ſiue Melanthium, & hoc de genere uitreoli, inuenitur in terræ ſuperficie, ubi æs præſertim extrahitur. Inuenitur quædã foſſilis in Cilicia & alijs quibuſdã locis. Excellit quæ colore ſulphuris leuis & pura, fit & ſtatim nigreſcens ubi aquã attigerit: uim habet cauſticam, eandẽ quam Myſi. Appellant enim græci μῦσι & σῶρι, nõ procul ab his generibus ſupradictis. Fiunt eñ ex lapide Chalcitide. Sori Aegyptiũ maxime laudatur, grauius olfactu, attritu nigreſcens, & ſpongioſum: uomitiones olfactu mouet. Myſi accipiendum Cyprium aureo colore, durũ, & in fractione ſtellis quibuſdam micans. Aegyptium & hoc excellit. Hoc aũt miſcent qui aurum purgant. Vis eadem in medicinis ei quæ & Chalcitidi. Chalciten uocant lapidẽ, ex quo æs extrahit, ut ſupra commemoraui. Elige aureo colore ac friabilem. Hæc ferè ex Dioſcoride. Alumen græci στυπτηρίαν uocant: uis eius ſtringendi & tingendi. Inuenitur album & nigrũ, præterea liquidum & ſpiſſum. Liquidum fit ex aquæ limo, hoc eſt, terræ æſtuantis natura corriuatum hyeme, æſtiuis ſolibus induratũ. Concretum alumen græce χιὸν ob capillamenta quædã canentia quæ apparẽt, fitq; ex lapide, ac τριχίτην, propterea dicebãt, inueniebaturq; in Aegypto, ac in Melo inſula & Macedonia. Dioſcor. & Pli. Nunc uero foditur nuper inuentũ pluribus in locis in Hetruria, apud Forum Claudij, præterea in agro Maſſano & Volaterrano, ſed Volater-

Chalchanthũ
Atramentum Sutorium
Scriptorium
Melantheria
Sori
Myſi
Alumen

Volaterranum iam deſijt. Fit autẽ hoc modo, Coquitur gleba in ahenis. Deinde in piſcinis ligneis liquatum demittitur poſitis tranſtris, quibus alumen concretum adhæreſcit. Sulphuris genera quatuor, unum quod Apyron uocant, naſcitur & globoſum, translucetq; & uiret. Alterũ appellant Glebam fulloniam, tantum officinis familiare. Tertium Aegulã, cuius uſus tantum ad ſuffiẽdas lanas, quoniã candorẽ tantum mollitiemq; confert. Quartũ ad lychnia cõficienda potiſſimũ, naſcitur in inſulis Aeolijs & Melo inſula. Nunc uero & in agro Volaterrano extrahitur foſſilis gleba, ignéq; perficit, in fiſtulas redigitur auri coloris. Bituminis quoq; proxima ſulphuri natura, cum ardeat uice lucernarum, & uicẽ calcis Babylonijs muris dicitur ſuppeditaſſe: græci ἄσφαλτον id dicunt liquidum. πισάσφαλτον uero ex glutino picis & bituminis, reperitur in Syria & India. Naphthe item Pli. bituminis genus dicit. Sandaraca inſuper & Arſenicũ inueniuntur in aurarijs argentarijſq; metallis, & ex eadem penè materia. Sandaraca melior quo magis rufa ac pura friabilisq;, & ſulphur ſapiat, ui eadem & coctione qua Arſenicum. eſt enim Arſenicum optimũ aureo colore, ac ſquamoſum. Ex Dioſcoride & Pli. Sandaracam hodie uernicem uocari quidam affirmant, fieriq; etiam ex reſina arboris cedri. Vitrum inuentũ Pli. hoc modo refert, Mercatores appulſi ad littus fluminis Beli iuxta Ptolemaidem coloniã cortinis in littore paratis ſuper Nitri glebis epulãdi cauſa, arena forte permixta nitro, uitrum genuit. Deinde officinæ cœptæ, & aliud ſtatu figuratur, aliud torno teritur, aliud aliter cælatur, tingiturq; opere obſidiano. Obſidiana eñ uitra appellantur ab Obſidio quodam inuentore circa Auguſti tempora, nigra primum, dein rubentia, alba, murrhyna, hyacinthina, ſapphirea, omnibusq; alijs coloribus: nec eſt ulla ſequacior materia, aut etiam picturæ accommodatior, ſiue ad uaſa potoria, aut eſcaria, aut in parietibus uice ſpeculorũ. Maximus tamen honos in candido translucente, proxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus uero ad potandum argenti & auri metalla pepulit. Tinguntur & in hoc genere calculi, quos abaculos uocant, pluribus modis uerſicolores. Excogitatum Tyberij tempore ut uitrum flexibile eſſet. Inuentoris officina penitus fuit abolita, cum metallis preciosis detraheret. In hoc enim genere precium facit fragilitas. hæc Pli. Nunc eadem arte uitra Muriana noſtrum appellat ſeculum ex loco prope Venetias, ubi nobilis eorum officina. De uitro Theophraſtus ſic ait, καὶ ὁ ὕαλος ἐκ φλὸς ὑέλιδος, ὅτινες φάσιν. ἔστι δὲ αὐτὴ πυκνοῦσθαι γίνεται δ' ἐκ τοῦ χαλικὸς μιγνυμένου πρὸς λευκὸν τὴν ὑέλιδος καὶ μίγνυσθαι καὶ διαλυόμενον ἔχειν πεφυκὸς τὸν κάλλιον φλὸς χρόας πρὸς διάφορον, Et uitrũ, quidam dicunt, ex hyelide, & ipſa denſitate fit maxime una ære mixta. nam præter quod liqueſcit & commiſcetur, uim habet ſuperfluam, ita ut pulchritudine coloris faciat diuerſitatem. Sal aut natiuus eſt aut factitius, prior efficacior ſecundũ Dioſcoridem, ut in Indiæ monte Ormeno creditur renaſcens. Apud Cyprum Sal Hammoniacum appellatur, quod in arena reperiatur. In Cahonia excoquunt aquam fontanam, refrigerandoq; ſalem faciunt teretem necq; candidum. Tarentinus candidior ſiccatur in quodam lacu. Nunc in agro Volaterrano præſtantiſſimus ac candidiſſimus omnium fit, toti Hetruriæ ſuppeditans. Aggeritur ex puteis altiſſimis aqua & in cortinis plumbeis decoquit, paulatim in ſal denſatur & extrahitur, unicum relictum illi populo uectigal. Ancus Martius rex Salinas primus inſtituit, deditq; populo congiarium ſalis modiorum ſex milia. Sale ueteres uice pulmẽtarij uſos fuiſſe author eſt Varro, Efitaſſe enim ſalem cum caſeo in prouerbio eſt. Ex Murria, id eſt, aqua ſalſamentorum fit etiam ſal. Hodie quoque candidiſſimum faciunt è ſale marino in ahenis decocto. Nitrum lapis eſt, ſulphuri commixtum natura proximũ ſalis: probatio ut ſit tenuiſſimum, maximéq; ſpongioſum, fiſtuloſumq;, & album. Nitrariæ nihil aliud producunt, quum ſalinæ etiam herbas. Aquæ nitroſæ pluribus in locis reperiuntur, nõ tamen uim denſandi habent. Apud Epirum fit eodem modo quo ſal, niſi quod ſalinis infundunt, quod uocant ἀφρόνιτρον, id eſt, ſpumam nitri. In Aſia in ſpeluncis diſtillantẽ colligunt, in alijs item fit locis. Hæc & nitrũ uim habent ſimilem ſalis, aliquãtulo maiorem, denſandiq; ac tinguendi naturam. Quod fit apud Medos nitrum, uocant halmigara, apud Macedoniã Coloſtricum. Sal & nitrum ſulphuri concoctum dureſcit in lapidem. Ex Dioſcoride & Plinio. Ex nitro enim hodie puluerem præparant, inflãmandis, impellendisq; inſtrumentis bellicis aptiſſimum, igni quamuis minimo adhibito, nouo ſanè inuento. Arceſſita genus gũmi apud Colchos ex petris colligitur. Dionyſius poeta, πέτρας, αἳ φύσιν ἀφεγγέα ἀρκεσίτην, id eſt, petras, quæ producunt non lucidam Arceſſitam.

Sulphur
Bitumen
Naphthe
Sandaraca
Arſenicum
Vitrum
Vitrum quo modo inuentũ
Vitra Obſidiana
Vitra Muriana
De Sale
Ancus Martius primus
Salinas inſtituit.
Sal ex Murria
Nitrum
Spuma Nitri.
Halmigara
Coloſtricum
Puluis ex Nitro
Arceſſita

De pigmentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE PIGMENTIS

PIGMENTA, aut fiunt aut naſcuntur. Naſcitur Sinopis, Rubrica, Paræ-
tonium, Melinum, Eretria, Auripigmentū: cætera finguntur. Præſtantiora
quæ in metallis reperiuntur. uiliora ſunt Ochra, Ceruſſa uſta, Sandaraca,
Sandix, Syriacum, Atramentum. Sed rurſus hæc & ſiqua ſunt alia repetā.
Sinopis à Sinopi Ponti ciuitate uenit. Tres eius ſpecies, Rubra, minus ru-
bra, & horum intermedia, quam Rubricā eſſe quidā uolūt, græce ἐρυθρόν.
Hanc in precio fuiſſe Troianis inde temporibus Homerus teſtatur, qui Rubrica naues illi-
tas commendat. Minium græce μίλτος effoditur ex argentarijs metallis, colore item rubro,
magnæ apud antiquos authoritatis. Hoc ſiquidem inficiebantur Iuppiter & triumphantes.
Cinnabari κιννάβαρι. Sic enim in Libya uocant ſaniem Draconis ſanguine permixtam ele-
phantorum in pugna ſimul morientium. authores Dioſcor. Plin. De Cinnabari Theophra-
ſtus. γίνεται δέ τι μὴ αὐτοφυὲς τὸ περὶ Ἐφεσίαν σκληρὸν σφόδρα καὶ λιθῶδες, ὃ φέρουσι κόλχοις ἐκ κρήμνων,
ὃ καταβάλλουσι τοξεύοντες. τὸ δὲ κατ' ἐργασίαν μὴ ἐφίστασθαι μικρὸν, μὴ ἐνύστατα μόνον ἐστὶν ἄμαυρον, ὅμοιον
λίγουσι λαμπυρίζουσαν καλάμῃ ὁ κροκῶν, id eſt. Naſcitur autem naturaliter, quod in Iberia, du-
rum admodum & lapideum, & quod in Colchis, è præruptis ſaxis, quod deijciunt ſagittari:
quod ex Epheſo, parui lucri, in uno tantum loco eſt fluens, quod colligunt ſplendens uelut
Purpuriſſum crocum. Purpuriſſum græce ἀνθρακικὸν, inter ea quæ ob magnū precium à domino fingenti
datur, ut ait Plin. ex Creta fit argentaria, cum purpuris pariter tingitur. uſus eius plurimus
in ficiendis mulierū uultibus, procſi minio à fullonibus accipitur. Hæc omnia rubri ſunt ferè
Sandaraca coloris. Sandaracā & Ochrā luba tradit in Inſula maris rubri Topazo naſci, ſed ad nos nō
Ochra uehi. Quomodo autem fiant, ſupra narraui, ſimul & arſenicum. Nā hæc & auripigmentū &
Sandix ſandix & melinū aurei ſunt pallidiq; coloris. Sandix è Sandaraca & rubrica æquis partibus,
Melinum ut ſcribit Plin. fit, quanq; Virgil. Sandicem herbā intelligere uoluiſſe uidetur in Buccolicis,
Parætonium quæ colorem eundem retinet. Melinū in floribus maxime cōmendatur, à Melo inſula unde
Ceruſſa exportatur appellatum. Alba uero in precio Parætonium & Ceruſſa. primum ex Aegypti
ciuitate eius nominis uenit, tectorijs tenaciſſimū ob pinguedinem. Adulteraſ Romæ cimo
lia decocta. Ceruſſam græci ψιμίθιον uocant. cuti mulierum expetitam. Color eius factitius,
modum apud Dioſcoridē uide, ſed breuius apud Theophraſtum. τίθεσι γὰρ μόλυβδος ὑπὲρ
ὄξους ἢ παίδοις, ὅπερ ἐλάδοι πάχος λάπος, λαμβάνει δὲ μάλιστα ἢ ἡμέρας ἑπτά, τότ' ἀνοίγουσιν
εἶτ' ἀπέξουσιν, ὥσπερ εἰρῶται τίνα ἀπ' αὐτῆς, καὶ πάλιν, ἕως ἂν καταναλώσωσι. τὸ δ' ἀπεξυόμενον ἢ ἔτι πλεῖον
τρίβουσι καὶ ἀφίασι αὖθις. τὸ δ' ἔσχατον ὑποσάμμιόν ἐστι ψιμίθιον, id eſt, Ponitur plumbū ſupra ace-
tum in uaſis. quando uero ceperit craſſitudinem quantā latitudinem (accipit uero maxime
intra decem dies) tunc aperiunt, deinde abradunt uelut ſitum quendam ab illo, & iterū atq;
iterum imponunt donec abſumpſerint: abraſum uero, in uaſe terunt. quod uero extremum
Vſta ſubſiſtit, eſt Ceruſſa. Vſtam caſu repertam dicit Plinius incendio pyræ Ceruſſa in orcis cre-
Ceruleum mata. Ceruleum quod illi Cyaneum uocant ſit ſecundum Dioſcoridem è lapide naſcente in
æris Cypri metallis. Theophraſtus de Ceruleo. χρὴ κυάνου τρία, ὁ ἀζηνίτιος, καὶ σκύριος, καὶ τρίτος
ὀκτάβιος. Plinius tria item eius genera, Ceruleum Atticum, Marmoroſum, & Scyriū. ac
dum teritur in quatuor dicit mutari colores, in candidiorem, nigriorem, craſſiorē & tenuio-
rem. Hoc hodie Ceruleum ultramarinum Italici uocant. Indico multo precioſius, quanquā
Indico magnā Plinius ſuo tempore dicit authoritatē fuiſſe, ex Indiaq; aſportari arundinum
radicibus ſpumæ ac limi modo adhæreſcens. Nunc ſanè uſius conſpicimus uenire. Ita plæ-
raq; dei prouidentia uberius ætas ſuppeditauit. De Indico Dioſcorides. ἴνδικὸν λίθος αὐτο-
φυὲς, οἷον ἐκθλάσκμα ἰνδῶν καλάμων, πρὸς ἢ βαφικόν ἐστιν, ἐπανθίσματος τοῦ φυομένου τοῖς κα-
λάμοις, ὃν ἀποξύσαντες exſiccant, id eſt, Indicus lapis naturaliter naſcens, quale germen Indicarū
arundinum: quod uero tinctile eſt olens, ruber, purpureus, alteratus à malis uiris, quem de-
Armeniacū trahentes &c. Armeniacum ex lapide fit ex Armenia aducto Chryſocollæ modo infecto,
Appianum optimum quod maxime uiride, communicato poſtea colore cum ceruleo. Eſt uiride ex utili
uiride ſimis, quod ait Plinius Appianum uocari, haud diu repertum ex Creta uiridi. Chryſocollā
lotum mentitur. Chryſocolla enim humor eſt in puteis per uenam auri defluēs. Craſſeſcit li-
mo rigoribus hybernis uſq; ad duriciem pumicis. Laudatior tamen in ærarijs Cypri &
Creta uiridis οἰζήσα, id eſt uirideſcens, ut ait Dioſcorides, utilior in aurarijs & argentarijs metallis: uſus
Chryſocolla eius id auri glutinum. Narrātur ab eiſdem authoribus, terræ quædam tam coloribus quàm medica

medicamentis aptæ, inter quas Samia. Cuius, ut ait Dioſcorides, duplex genus: quædam uo- Samia terra
catur συχώπικον altera ἄσημος. Prioris laus ut ſit recens, leuis, linguæq; glutinoſa. Altera globo- Chia
ſior & candida, utraq; uritur & lauaſ. Chia alba & cinerea præfertur in medicina, quæ ſi ære Selinuſia
producatur melinum reddit colorē. Selinuſia lactei coloris, tectorijs bona. Phinites eretriæ Phinites
ſimillima. Cimolia quædam alba, quædam purpurea. Melia colore melino ſimilis eretriadi, Cimolia
fricti aſpera, & ſonanti ſimilis. Præterea Creta uarij & generis & loci. Sarda, rubrica, argen- Melia
taria, uiridis. Puluis item Puteolanus duratur in lapidem ad multa utilis. Gypſum Tymphe Creta
aticum laudat Plin. ab oppido Tympho. de Gypſo Theophraſtus ſic ait, Gypſum plurimum Sarda
in Epiro effoditur. In Phœnicia autem & Syria fit, & in Thurijs, & Perrhebia: natura eius la Rubrica
pidior quàm terreſtrior. Colla græcum eſt uocabulum. Hinc Xylocolla, quæ optima ex pel- Argētaria
libus bubulis. Nigra minus probatur. Ichthyocolla ex uentre Ceti præſtat, quæ in Pario fit. Viridis.
Sarcocolla lachryma eſt arboris, quæ uenit ex Perſide, de qua inter frutices, & item Chryſo- Puluis
colla, de qua paulo ſupra narraui. Ex Dioſcoride. Puteolanus

DE LAPIDIBVS Gypſum

MARMORVM cælatores primi Dipœnus & Scylus Cretenſes apud Sicyo- Colla
nem fuere, ubi uena Marmorum nobilis erat. Hinc innumerabiles ſecuti, inter Xylocolla
quos Praxiteles ætate Pompeij magni. Ante uero multos annos Phidiā fuiſſe Ichthyocolla
conſtat. Ex quo ea Romæ inſcriptio in equis illis marmoreis mentitos titulos Sarcocolla
oſtendit horum duorum. Sed & Plinius inter opera Praxitelis ea Romæ non Chryſocolla
commemorat. Cor. Nepos tradit Mamurrā equitem Romanum, præfectum Fabrum Cæſa- Mamurra
ris in Gallia, primum domum ſuam in Cælio monte marmoreis cruſtis operuiſſe. L. Craſſus eques Roma-
orator primus marmor peregrinum Romam aduexit, Hymettijs columnis domum exor- nus primus
nans. Quamobrem à M. Bruto Venus Palatina appellatus. Lucullus ex Aegypto marmor domum mar
atrum introduxit, appellatum Luculleum. Eſt & Numidicum, Caryſtium, Parium. Luneſe more incru-
uero circa Plinij tempora repertum, ut ipſe ait, nunc Carrarienſe appellatum. In ædicula Ro ſtauit.
mæ prope Baſilicā S. Crucis huiuſcemodi eſt inſcriptio. Flauius Succeſſus Tabularius mar- L. Craſſus
morum Iunenſium. Præterea Tenarium, Laconicum ſeu Lacedæmonium uiride, Synadicū orator
rubens. Tophum lapidem græci τοῦφον appellant. Plinius Porus ait lapis topho ſimilis eſt. Marmor
Et inferius. Minus ponderoſus eſt qui tophus uocatur, marmori Pario ſimilis. Silex ſicut & Luculleum
tophus diuerſi generis reperitur. niger, rubens, albus, ut circa lacum Vulſinienſem. Tiburti- Numidicum
nus ad reliqua fortis, calore diſſilit. Ophites, ut ait Dioſcorides, à ſerpentum maculis dictus Caryſtium
ut nigris, aut albis, aut aureis uariatus lineis, contráq; ſerpentum morſus ualet. Porphyrites Parium
in Aegypto rubet, candidis in eo interuenientibus punctis, ac propterea Leucoſtictos ap- Lacedæmo
pellatus. Synadicum item rubet, quem ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys, ut ait Papi- nium
nius in ſyluis. Hunc ſæpe in ruinis Romæ uidemus uenis rubentibus & albis. Baſaltes in Ae Luneſe
thiopia ferri & colore & duritie, ut Plin. Orpheus græcus author ponit Syderitem lapidem Synadicum
à ferri duritie in montibus reperiri, forma rotundum, colore nigricantem, prætera aſperum Tophus
& uenis quibuſdam ac lineis perfuſum: uim quoq; habere contra uenena, & parietibus ſu- Silex
ſpenſum leue puerperium facere. Onychites ex Arabia aduehit unguis colore, unde etymū Tiburtinus
trahit, ad uaſa maxime expetitus. Dioſcorides ait, uerum Onychitem plurimas uariasq; cū Ophites
lacteis zonis uenas habere, ex ingratis coloribus in unum gratū ſimul redeunte concetu. Porphyrites
Theophraſtus uero inquit τὸ Ὀνύχιον μικτὸν λευκῷ καὶ φαιῷ πρὸς ἀλάβαστρίτην. Alabaſtritē inquit Pli Baſaltes
nius, cauant ad unguentaria uaſa: naſcitur in Aegypto, India, Damaſci: probantur mellei co Syderites
loris, non translucidi: uitium corneus color aut candidus. Idem, Lacedæmonius ait uiridis, Onychites
cunctis q; hilarior eſt, & Auguſtus eodem colore undatim criſpus in Aegypto, Tyberius q; Alabaſtrides
ſimilis maculis, hodie eorum tempore repertī. Differunt ab Ophite, quod hic ſerpentum eſt Lacedæmo
ſerpentinum uocant, nec niſi paruæ ex eo reperiuntur columnæ. Duo eius genera, molle, can nius
didum, & nigricans durum. Porphyriti in ſtatuis minima gratia, tris enim ex eo Aſinius
Pollio ex Aegypto Clau. Cæſari adduxit, non probata nouitate, ſplendet in tabulis. Extat
Pauli II. anathema in hæc urbe exportantes. Corſites ἀπὸ τοῦ κόρσης, quod humano capiti ſit Corſites
ſimilis ac proſit. tritus autem cum allio & epotus, contra ſcorpiones facit: cum melle uetrem
purgat, hydropicos ſanat, ex oleo quoq; illitus tuberibus medetur. Chryſothrix ſiue ſolis la- Chryſo
pis, duplici ſpecie, Alter cryſtallo præterquam quod quoſdā quaſi capillos effundit, unde no tbrix
men habet, Alter Chryſolito prorſus ſimilis, præterquàm quod crinis quidam in ipſo ſplen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

det. Hæc Orpheus. Plin. hanc uocat solis gemmã, dicitq; candidã esse: ad speciem sideris in
Selenites orbem fulgentes spargit radios. Selenites nascitur in Arabia, lunæ nomen retinet, quod no-
Ostracites ctu inueniatur cum luna crescere: albus est, lucidus, leuis. Ex Dioscoride. Ostracites similis
Aematites testæ, latus & fragilis, quo utuntur fœminæ ad capillos colendos. Aematites discernit à ue-
nis rubentibus & sanguineis, unde nomen auspicatur: tritus cum melle, ophthalmijs mor-
bisq; oculorum omnibus impositus medetur, ex aqua epotus ad omnia uenena prophyla-
cticon fuerit: præterea digito gestatus uictoriam contra lites omnes, ac gratiã conciliare di-
Aetites citur. Aetites reperitur in nidis aquilarum, sine quo aquilam non parere dicunt, quapropter
Lapis spe- adligatus grauidis mulieribus cõtinet partus. ex Dioscoride. Lapis specularis in Hispania
cularis reperitur, & in Italia in Bononiensi. Quidam humore terræ glaciari modo crystalli eum tra-
Magnes dunt. Ad multa utilem esse nomen causæ ostendit. Magnes lapis ab inuentore appellatus, in
India repertus teste Nicandro poeta. Sed & in alijs postea locis usus. Ex Magnete tholum
templi Arsiones in Aegypto Ptolemæi iussu excogitauit Democrates facere, ut simulacrum
eius in aere penderet, author Pli. Theophrastus sic ait, Magnes argento similis colore, fodit
in Siphno tribus stadijs procul à mari. Sculptura, tornoq; facilis. Cum in nigro perfundit,
nigrescit simul, & durescit. Faciunt ex eo uasa & mensas mirando spectaculo ad ferrũ in aere
Obsidianus sustinendum. Lapis Obsidianus in cauernis Aethiopiæ foditur, ab Obsidio inuentore, atri
lapis coloris. Cuius supra in uitro mentionem feci. In hoc genere putauerim lapides nigros quos-
dam Romæ supra nonnullas aras conspici. Seu potius quem nunc Ambram uocant, huic
Lapides è æmulum dixerim. E Germania is uenit, in monte inter Austriam & Bauariã repertus: inue-
Germania nitur & albo luteoq; colore in extrema Germania Sarmatis uicina. Inter Basileã quoq; & Ar-
gentinam appellatus Chalcidonius, qui Murrino à ueteribus tradito q̃ simillimus uarietate
uenarum apparet. In hac item parte extrahit & Diasprus rutilo colore interlucentibus pun-
ctis. Hi sanè omnes simul cũ uitro Muranio è Venetijs aduecto, ac alio diuersi coloris, quod
in sylua hercinia prope Boemiã fit, in eadem Germania ad usum religionis in paruos calcu-
Cotes los pertusos, ac in licijs consertos interpolantur, unde quoquo uersus mittuntur. Cotes Olea-
Coticula rias & Aquarias acuendo ferro pluris generis, Creticæ, Laconicæ. Coticula lapis, quẽ alij Hera-
siue Hera- racleum, alij Lydium uocãt. Theophrasto ἡρακλιῶν λίθος, modica magnitudine reperitur
cleus lapis in flumine Tmoli Armeniæ. Tempore uero Plinij in pluribus locis. Hac siquidem empirici
Tmolus auri argentiq; metalla, cuius sint generis, deprendunt. Melior secundum Theophrastũ sub-
Pumex dialis quàm obruta, Pumex græce κίσηρις. de quo Theophrastus sic ait, Errant qui putant
pumicem ex incendio fieri. Fit enim spuma maris ad littus eiecta, Differentia in colore, den-
sitate, leuitate. Nigræ in Sicilia, ex Melo insula densiores & grauiores.

DE GEMMIS

DEINCEPS de gemmis. Nam ut supra narraui, Theophrasti ex sentẽtia quæ
& Aristotelis: sicut metalla plus aquæ humoris q; retinent, & ideo conflantur:
sic lapides terreæ siccæq; materiæ sunt, & ideo minime conflantur. Gẽmæ igit
Vitia gem- ex pura planaq; materia constant, per defluxum aut distillationem quandã le-
marum creta, ac seu per calorem ut Murrinum, seu per frigus ut crystallum concreta. Et
Capilla- quo quæq; planiores splendidiores q; sunt, eo maiorem in distillatione purgationẽ demon-
mentum strant. In uniuersum uero gemmæ omnes, aut nitẽt, nec translucẽt, ut Murtina & huius ge-
Plumbago neris: aut nitent & translucent, ut crystallũ, adamas, & his similes. Harum uitia sunt, capilla-
Indicatura mentum, sal, plumbago. In his uero quæ non translucent, uitiũ est, si aliqua in parte lucebũt.
gemmarum Distinguit insuper genus sexu. Fœmina inferior uirtute & hebetior. Sunt & quæ uocantur
Oblonga apyroti, quæ postea dicẽtur. Adulterantur omnes uitro factitio, sed facile à mangonibus &
figura peritis, cum pondere, tum rebus alijs deprehenduntur, Dum auro adligantur, aliæ alijs bra-
Lenticula ctæis auri, argenti, diuersorumq; colorum sublinuntur. Indicatura præterea diuersa pro libi-
Rotunda dine cuiusq;, maxime principum, precia faciẽte. Figura item diuersa, quadrata, & præsertim
Anguloſa oblonga ualde probatur, quam græci πλάκα appellãt. Deinde quæ uocatur Lenticula, po-
Ectypæ stea rotunda. Anguloſis minima gratia. Respiciuntur melius matutino. Quædã scalpuntur
imagines in sigilla, quæ græci σφραγίδια uocant: quædã in paruas imagines & scalpturas extãtes, quas
Adamas Pli. lib. x. Seneca item de beneficijs ectypas imagines uocant. Italici uero Cameos. Quædã
Annulus aũt sculpi nequeunt, ut adamas. Poetarũ cõmentũ inuentionẽ gemmarum Prometheo tra-
Promethei dit, cuius digitum annulo ferreo, qui saxi fragmentum complecteretur ornauerũt, eius uitæ
cula

cula propterea notando. Traditur & de Gygæ annulo, quo circumacto à nemine ipse uide-
retur. Gemmas plures quod græci δακτυλοθήκας uocant primus Romæ omniũ habuit Scau- *Dactylotheca*
rus Syllæ priuignus. Pompeij Mithridaticus triumphus primũ ad gemmas & margaritas
Romanos mores inclinauit. Sicuti L. Scipionis Asiatica uictoria ad cælatũ argẽtũ & ueſtes
attalicas. Sicuti & L. Mumij Corinthiacus triumphus ad æra Corinthia, toreumata, ac tabu
las pictas. Quod autem lapilli huiusce modi uim quandam ad quædam medicamenta reti-
neant: sanè in confesso est apud Iatraleptas, medicosq; omnis: quod uero ad superstitiosa
quædam & anilia ac magicas potius dixerim uanitates, haud facile concesserim: nec sanè fa-
teri religiosum. Quis enim sana mente non riserit in Achate castitatem. In Sarda lætitiam. In
Topazio securitatem, si in sinistro brachio fuerit. In hyacintho maris tranquillitatem, si in ea
Neptunus scalpatur. In Magnete uxoris impudicitiam deprendi, si puluillo subijciatur, & il
la non quiescat. Ego qui hæc negligenda censeo, nonnulla tamen ex eis referam, ut planè no-
scatur, quæ de illis fuerit priorum opinio. Murrina mittit oriens: humor est, uti putant sub
terra calore concretus, amplitudine paruos non excedens abacos, crassitudine quanta fiant
uasa potoria, splendore sine uiribus. Sed in precio uarietas colorum maculis purpureis can-
dore mixtis: spectatur & in quibusdam arcus instar cœlestis. Crystallũ uero huic cõtrarium, *Crystallum*
quum sit translucidum, & hoc ab oriente è locis frigidis niue ac uehementi gelu concretis.
Nam glaciem esse palam est ex græco uocabulo. κρύος enim rigor dicit. Soli opposita adhi
bita ficca materia flammam emittit, frigus gestata in æstate creat, renibus suspensa medetur.
Succinum ἤλεκτρον græci dicunt, quod eo nomine solem etiã appellant. Fabula nota, Phae- *Succinum*
tontis solis filij sororum lachrymas has esse, è populis apud Padum fluentes. Theophrastus
autem Phaetontem obijsse in Aethiopia, Ammonis ob id delubrum & oraculũ. Electrum
ibidem gigni testatur λίθον ὠχρυκτὸν λιθυσικήν. Lapidem effossitium libysticũ. Dicitq; uim ad
se non solum paleas, sed ferrum attrahẽdi habere. Plinius quoq; ait uasa ex his expetita, nec
uirtute, nec pulchritudine, sed tantum conscientia deliciarum. Infantibus quoq; pro amule-
to, id est, pro amoliendis fascinationibus adligari, tum contra lymphationes quas malos spi-
ritus Italici dicunt facere. Genera eius plura: candidum odoris præstantissimi: fuluũ, cui ma-
ior authoritas, translucentibus etiam maior, præterquam si in nimio ardore flagrarent, ima
ginemq; ignis esse placet, non ignem: præterea falernum à colore uini nullo fulgore perspi-
cui: quartũ mellei coloris. Reperitur succini genus quod Glessarium (ut ait Plinius) ex insu *Glessarium*
la Britannica appellant. Lyncurium λυγκόδριον ex urina lyncis: ab eodem ob inuidiã humani *Lyncurium*
commodi obruta, deinde obdurata in lapidem colore melleo: attrahit & ferri ramenta, ut ait *Corallium*
Theophrastus. Corallium, de quo idem author sic ait, Corallium lapis colore rubẽs ac teres
nascitur cum radice in mari. Plinius autẽ uirescere in mari gallico modo plantæ, paulatimq;
extractum durescere, simul & rubescere, adligariq; infantiæ pro amuleto dicit. Smaragdus *Smaragdus*
in India reperitur, & ut ait Theophrastus, etiã in Cyprijs ærifodinis plurimus, quo utuntur
ad glutinum auri, uice Chrysocollæ: nam eodem colore dicit esse, uerum hũc aliquanto cras-
siore, & in aurifodinis quandoq; reperiri. Quod autem idem author de Smaragdo regi Ae-
gyptiorum à rege Babyloniæ dono misso scribit, mirum uidetur. Lõgitudine dicit quatuor
cubitorum, latitudine trium fuisse. In eadem quoq; Aegypto in templo Iouis obeliscũ cerni
ex eodem lapide longitudine cubitorum xl. Hanc gemmã ferunt magnopere gratiam conci
liare. Quod autem omnibus constat, Catinum ex hoc hodie Genuæ cernitur. Adamantem *Adamas*
etymologia demonstrat inuictum esse contra omnẽ roboris ictum, præterquam à sanguine *Amethistinus*
hircino calido. Amethistino uiolaceus est fulgor. Idem, sed dilutior Hyacintho, hũc Aethio- *Hyacinthus*
pia mittit, ac Chrysolitos aureo colore translucentes. Plin. Topazius inuentu rarus, colore *Chrysolitus*
subuiridi, splendore crystalli, bonus ophthalmiæ, ex Orphei descriptione. Plinius autem ex *Topazius*
authoritate Iubæ dicit. Topazion insulam esse in mari rubro nebulosam, & ideo quæsitã sæ-
pe à nauigantibus, ex qua causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua
significationem quærendi habere. Iaspis alius Smaragdi similis, alius Crystalli, Cinereus *Iaspis*
alius, & alius fumi propior colori. Nonnulli lineas albas habẽt, Assyrij uocantur. Fertur hic
lapis pro amuleto, & parienti suspenditur aure, ut citius pariat. Hæc Dioscorides. Carbun- *Carbunculus*
culus græce ἀνθράκιος. eius plura genera. Carchedonius, qui è Carthagine Massyliáq; ue- *Carchedo-*
nit. Indicus, qui ex India ignis fulgore. Vocant huiusce modi sicuti etiã Adamas Apyra- *nius*
Plinio, Theophrasto uero ἀπύρους & ἄκαυσους, quum ipsi non sentiant iniuriam ignis, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pterea quod nihil humoris penitus retineāt, haud aliter, quàm carbo & pumex. uerba Theophrasti, ταῦτα γαὶ ἄκαυσα ϑ ἀπύροτα διὰ τὸ ἠρεῖδῆ τὸ ὑγρόν, id est, Hæc enim inusta, & experti

Achates tia ignis, quod aruit humor. Achates uario colore, partim retinens lasp̃idis uitreum, partim Sardĩ sanguineum, partim uero Smaragdi fulgidum. Quandoq; & ærei coloris, plurimum tamen purpurei reperitur. Hæc Orpheus. Plinius uero ait Achatem quondam in magna dignatione fuisse, postea frequētem repertū. Cognomina sibi diuersa adsumit à diuersis aspe-

Cerachates Aemachates ctibus & causis, Cerachates, Aemachates, Leucachates, Dendrachates arbuscula quadā insignitus, qui gestanti feracitatem dicitur fructuū portendere. Theophrastus scribit Achatem inuentum primum in Sicilia in flumine eius nominis. Aliqua plaga percussis dolores emollit, tertianis maxime quartanisq; utilis. Ossa in aqua feruenti si unà immittatur liquefacient.

Beryllus Beryllus è Phœnicia uenit, ut Dionysius poeta testatur. φύεται δ' ἐν πρὸ βολῇ ἀφρικῆς ϑ ἐνδοθι πόντου πρηϋ, id est, nascitur in principio intus, Petræ ophitæ, uel Nasciī is uenas intra fulgentis ophi-

Sarda tæ. Sarda, ut Plinius, ut Theophrastus, Sardion nomen cum Sardonyche communicat, reperta primum Sardibus. Hæc rubens & uulgaris gemma, nec ulla translucentium tardius,

Sardonyx suffuso humore hebetatur, ut Plinius ait, damnatur mellea & testacea. Sardonyx σαρδόνυξ ἀπὸ τῶν σαρδίων καὶ ὄνυχος ϑ, Quasi unguis in Sarda color. Hæc specie purpuræ dilutioris ac candentis scribitur à Plinio, & apud antiquos in precio fuisse, quod sola gemmarum scalpta cæram non auferat. Dionysius dicit hunc ad corporis custodiam facere, eoq; Athenienses uti dum

Opalis sol est in ariete: in eodemq; arietem & mercurium cor in manu habentem scalpere. Opalis gemma, in qua diuersi colorum splendores. Aer & purpura pollent, uiriditas Smaragdi desit, magnitudine nucleum auellanæ non excedit. Quidam quod amorem conciliare credatur, uocauere παιδέρωτα. Propter hanc gemmam traditur proscriptus ab Antonio Nonius

Pæderos Gagates senator, filius eius quem Catullus dolebat uidere in sella curuli. ex Plinio. Gagates legendus, qui redoleat Aspaltum, id est, bitumen, præterea niger, & latus, & leuis. Nascitur in Lycia iuxta ostium Gagatis fluuij, unde nomen trahit. hæc Dioscorides. Orpheus uero, Gaga-

Sapphirus tes coloris cinerei, latitudine haud magna, uritur uelociter modo picis, fumo eius ac sulphitu uenena noxia reptilium abiguntur. Sapphirus σάπφειρος ϑ penultima producta, apud Dio-

Margarita scoridem & apud Theophrastum: uero colore proprio cæruleo traditur. Margarita μαργαρίτης lapis Theophrasto appellatur, dicitq; eam ex conchilio gigni simili pinnæ. Plinius autem in capite ferri solitas margaritas dicit, in digitis uero gemmas. Vniones margaritæ dis-

Vniones cuntur maiores, quod nulli duo indiscreti reperiuntur Vniones ingētis precij Cleopatram

Galactites aceto colliquasse in cœna quam M. Antonio magno sumptu promiserat, author est Pli. Ga-

Elaphoceratites lactites lactei coloris, tritus ex aqua naribus ouis adhibitus, olfactu lac extinctum reducet: oculis quoq; humectātibus remedium adfert. Elaphoceratites, quod similis cornui ceruino

Nebrites existat, hoc siquidē trito ex oleo si caluitium oblines, capilli nascentur. Nebrites porro similis uiridi. Hoc bacchæ nebridæ succinctæ ad uaticinādum utebātur. Galazites à febre dicitur

Galazites liberare. Lychnites crystalli modo fulget, flammāq; in sole emittit. fertur grandinē & omnē

Lychnites Hostrites in agris calamitatem prohibere. Hostrites tritus & epotus ὀδυσπαντος ϑ est, id est, sedans

Hostrites Echites omnis corporis dolores. Echites à uipera dictus. Hic Philoctetis uulnus Herculeæ sagittæ

Echites Lipareus curasse dicitur, ualet & ad omnia uulnera. Lipareus, hunc dicunt è Syria Memnonem ad Troiam dono Priamo attulisse ad plura utilem: nam Babylonij ad artem magicā diuinatio-

Lipareus Glyptice nes'q; hoc utuntur. In Glyptice, hoc est, scalpendarū gemmarū arte Pyrgoteles princeps, ex quo se uetuit Alexander ab alio scalpi. Secuti deinde Apollonides & Cronius, & qui Au-

Glyptice Toreutice gusti similitudinē expressit Dioscorides. In Toreutice, hoc est, scalpendis poculis, teste Pausania, nobiles Athenocles, Crates, Stratonicus, Myrmecides Milesius, Callicrates Laconicus, & qui uocatur Mys, cuius erat Scyphus heracleoticus, ubi pictum fuerat excidium Ilij.

Toreutice Plastice Statuæ In plastice, hoc est, cæra uel creta fingere Dibutadem supra memoraui. Statuarij statuarū q; dignitas his omnibus præstat: hæ nanq; fuerant pedestres, equestres, nudæ, uelatæ, armatæ, hermeæ, colossēæ. Nudare hominem græca omnino res, tam ob artis ostentationem, q̄ ob libidinem reperta: nec iam Christianos pudet eas passim consectari, ac in atrijs domorum ponere, ut hoc planè spectaculo matronas filias'q; suas ad impudicitiam inuitent.

Quando

QVANDO PRIMVM ARCHITECTVRA, EIVS'QVE DIVISIO

APIDES & metallica iure sequitur architectura, quare de hac paucis ratiocinabor. Prisca uita, sicuti & reliquo uictu, paruo se tugurio ab imbre muniebat, ut ait poeta quidam, Frondibus & culmo uicinarumq; ferarum pellibus, quod sanè conuenit cum sacris libris. Qui uitā patriarcharum in tabernaculis ponunt. Nec mirū, cum hodie quoq; bona mundi pars, gentesq; plurimæ sine ædificijs uitam sub dio ducāt: pars in curribus, ut Scythæ ferè omnes & Amaxobij: pars in campis, ut Nomades & Saraceni in Africa, qui sylueſtres uocantur. Pauci igitur in hoc mediterraneo læta arua tenemus, ubi paulatim ingens in rebus egestas ædes reperit & Architecturam, cuius diuersas partes diuersos inuenisse Plinio placet. Ferrariā Cyclopes. Materiam Dædalum: nostri uerò Noeum dicunt ob arcam fabricatā. Item alios alia. Qui de hac tractauerit, & planè maiorē inter latinos authoritatē sibi uindicauerit, D. Vitruuius ad Cæsarem Aug. scribens eam fabrica & ratione constare dicit, peritumq; esse oportere Architectum historiæ & graphidos, id est, picturæ: præterea bonū esse uirum castumq; ac minime auarū, nullū enim opus sine fide ac castitate probari. Architecturæ partes, ordinationē quā τάξιν, dispositionē quam διάθεσιν, distributionē quam οἰκονομίαν, cōmensurationem quam συμμετρίαν uocat: præterea eurythmiā & decorē ponit: quæ omnia nascūtur ex cogitatione & inuētione. Dispositionis itē partes sunt, Ichnographia, Orthographia, & Scenographia. Ichnographiā intelligit eam quæ circini regulæq; rationes cōtinet, ex qua capiunt formarū in solis arearū descriptiones. Orthographia cum partes pictura mōstrantur. Scenographia siue Chorographia, seu Sciographia, cum loca, umbras, habitaculaque pingimus. Aedificia quoq; publica aut priuata, sacra aut prophana, sex requirunt partes, Regionem, aream, partitionem, parietē, tectum, apertionē. Apertio constat in uacuo laterali & superluminari, comprēdit enim fores, aditus, fenestras, arcus, & his similia. Arcus integer & diminutus, qui tanto minor, quāto Chorda magis recedit à Diametro. Supra arcum diminutū, ueteres arcum integrum faciebant: supra trabem uero arcū diminutū leuandi oneris gratia, ut licet nunc in antiquis monumentis spectare. Ex quo basilica Petri quod trabes his arcubus uacant uidebatur B. Leoni fore ut quandoq; ante tempus collaberetur, iamq; cœpisse inclinare conspici mus. Trabes em̄ uocant̄ omne superlimen quod uice arcus apertiones coniungat quacunq; materia. Ex quo apertio arcuata & trabeata. Arcuata simul & pilæ theatris cōueniūt. Teplis aūt & porticibus trabeata. Trabes enim supra columnas & parastatas antas ponuntur. Pilæ sunt quæ ad sustentandos parietes columnarum loco collocantur. *Trabes*

DE CALCE, ARENA, MATERIA, LAPIDIBVS, LATERIBVS

ANTEQVAM de partibus ædificiorum dicatur, materia omnis absoluenda. Primum calx quæ tertia pars erat ponderis imminuti, ex lapide à fornace madefacta aqua intrita dicitur, cauebaturq; in antiquorum ædium legibus, ne recentiore trima redemptor uteretur. author Plinius. Cum arena mixta seu alijs materijs mortariū dicit̄ Vitruuio. Optima ex lapide Tyburtino: ex quo Tyburе, ubi nunc fornaces, ingentes adhuc aceruos eius lapidis congestos uidemus. ibidem ex uena aptabantur. Ex lapide humidiore & spissiore melior. Arena triplex, fossitia, fluminea, marina. Ex his fossitia utilior. ea quidē multiplex, nigra, rubra, glarea. Quod ad materiā pertinet: Vitruuius & item Plinius infernates & supernates partes uocant, infra & supra Apeninum nascentes arbores. Quapropter Abies infernas ut solibus magis cocta melior est q̄ supernas. Vlmus quoq; & fraxinus maximos habent humores. Castanea nux & alnus magnopere humori resistunt, quod hæc ultima præsertim satis habeat ignis & aeris. Materies amurca perfusa cariem aut uetustatem non sentit, ut ait Cato. Abies bona. Pinus plus abiete teredini obnoxia, quod dulciore succo: optima cupressus. quæ cariem & ipsa fugit. Nam signum Iouis cupressinum multos annos ad ætatem usq; Cæsaris dicunt perdurasse. Deinde cedrus & uitis. Ad excidendam ædificio materiam ratio lunaris obseruabitur: decrescente luna, quod humor tunc maxime siccescat. In arbore prius incisuras faciendas Vitruuius iubet: in extremo autumno, antequā spiret Fauonius. Hesiodus in solstitio æstiuo. Lapides, ait Cato, biennio prius haurire oportet ad ædificandum, ut gelicidijs & solibus roborentur. Omnis enim excauatus recēs mollior est. Vitruuius. Lapidicinæ aliæ molles: ut circa Vmbrem rubræ. Palliēses, Fidenates, Albanæ. Aliæ temperatæ, Tyburtinæ, Amiterninæ, Soractinæ. *Calx* *Mortarium* *Arena* *Materia* *Lapides*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliæ duræ ut Sabinæ in Campania ruber & niger tophus. In finibus Tarquinienſium, quæ dicuntur Anicitianæ Vulſinienſes. Et in præfectura Scatonienſi. Nero teſte Tacito, Gabino & Albano uſus eſt, quod igni reſiſtant. Sed & innumerabilia marmorum genera colorum omnium ex Græcia Aſiaq; adducta: de quibus inter lapides ſcriptum. Cæmentitius autem lapis, qui paulo ante è Capitolio excauabatur: facit ut nō amplius Capitolij immobile ſaxū ſit ex Virgiliani carminis uaticinio. Martini quinti pontificis tempore fuit adlatus ſerpens repertus in Latio in lapidicinis incluſus. Laterum genera Plinius tria facit. Didoron, longum ſeſquipede, latum pede. Tetradoron, Pentadoron. Græci enim δῶρον palmum. Ideo dora munera, quia manu dabantur. Sed & in uetcrum monumentis reperiuntur hodie diuerſæ menſuræ lateres etiam palmares & quatuor digitorum. In maioribus figuli nomen inſcribebatur, ut palam uidere liceret. Ex creta fiunt optimi quæ ſit macerata: deinde in umbra biennio exiccata. ut Author Plinius.

Lateres

DE DOMO ET EIVS PARTIBVS

DOMVS ſi meridiem ſpectantes fiant utiliores ſanè. Nam per brumā ſolem hybernum excipiunt, & æſtate inclinato ſole ſemper ex aliqua parte umbra opacantur. Itaq; altiſſimæ fiant, ut totam diem hyberno ſole caleſcāt. Si uero ad arctum uergunt, humiliores eſſe oportet, ne à frigidis uentis apertius petantur. Hæc Socrates apud Xenophontem Comment. III. Fundamenta locum ſolidum requirunt: ſi uero locus congeſtitius aut paluſtris tantū fuerit, palis robuſtis aut oleagneis uſtulatis cōfigatur. Sublicæq; machinis adigantē quàm creberrimæ, carbonibusq; interualla palorum, deinde ſtructuris ſolidiſſimis ac molaribus fundamenta repleantur. In fundamentis Romanis ueteres puteos excauabant tanquā æſtuaria: ut inde uentus efflaret, utl adhuc uidemus: faciebantq; & ad terræmotus & ad operis diuturnitatem. Veſtibulum dicimus Vitruuius prothyron uocat. Cauum uero quod Plautus impluuium: partem ædiū ſub dio poſt ueſtibulū, facitq; V, generum, Tuſcanicum, Corinthiū, tetraſtylon, diſplumatū, teſtudinatū. Cœte & procœtion apud eundē, hoc eſt, thalamus & antithalamus. Cœnatio locus cōmunis ædium, ubi accumbebant: erat & æſtiua & hyberna. Cœnaculum Feſtus appellat domus ſuperiora, ad quæ ſcalis aſcendebatur, ſolebātq; ſæpe locari pauperibus. Iuue. Rarus uenit in cœnacula miles. Et Tranquillus cœnaculum meritoriū uocat. Inferiora dominī habitabant. Cameræ, fornices, & teſtudines apud Pli. unde teſtudinari & fornicari dicūtur, quæ in curuitatem flectuntur. Cubiculū ſalutatorium ponitur Tranquillo. Quod Lampridius in Alex. Lararium appellat: ubi rem diuinam mane ille facere conſueuerat: hodie ſacellum aut capellam uulgo uocant. Sanctaria loca arcana & ſecretiora. Plin. lib. xxxiij. cap. ix. In ſanctarijs, inquit, Mithridatis. Quidam eruditus ſanctuarijs caſtigauit, quod ualde miror, cum huiuſmodi nomina quæ in ablatiuo in o terminant, nunquam in denominatiuis u ſumant, ut à monſtro monſtroſus, à portento portentoſus, à prompto promptarius. Sic à ſancto ſanctarium. A fructu autem fructuoſus, à quæſtu quæſtuoſus. Androncs ubi uiri conuiuia agebāt ſeparatim à fœminis: Græcorum inſtituto, ne matresfamilias uirorum moribus accumberent. Parthi (teſte Feſto) etiam quoquo modo conſpectum earum interdicunt. Vitruuius Gyneconitim alium rurſus locum mulierum à uiris diſtinctum uocat. Oeci ſunt nō Italicæ conſtructiones, quos Græci Cyzicenos uocāt, collocantur ad ſeptentrionē maxime uiridia ſpectantes. Ipſi ſunt adeo lati & longi, ut duo triclinia habeant, & à dextra ac ſiniſtra lumina feneſtrarum uiridia de tectis proſpicientia. Hæc de Oecis Vitruuius. Exedræ occidentē ſpectant, bibliothecæ & cubicula orientem: cella uinaria, quæ & apotheca dicitur, ſeptentrionē, olearia meridiē. Pergula idem ferè quod menianum, ſiue ex ædibus proſpectus prominebat in uiam, à pergendo dicta. Pluteus obex eſt qui uſq; pectus ſiue ulterius conſurgit, aut ex meniano, ut ex porticu ad aditū occludendum. Zeta & Zetula hybernacula erāt parua hyemi adcōmodata, ſolem hybernū ſpectantia, eamq; feneſtram heliocaminum uocabant: ſolem excipientem. Zeta ἀπὸ τοῦ ζέειν dicta, quod eſt feruere: locus eſt maxime ſtudioſorum. Cæcilius in epiſtolis Zetulam ſuas delicias uocat. Ambulationes erant, in quibus iuuenes ſe per hybernum tempus exercebant pila, ſaltu: Seniores uero deambulatione aut uectatione. Hæc porticus à quatuor habebat lateribus, quæ rurſus meridiem ſpectabat, dupla, & longe pulchrior erat. Intus area aut pauimenta aut uiridarium. Adiectæ his ſedes æſtiuæ & hyemales, in quibus philoſophantes diſputarent, erantq; latitudine dimidia totius longitudinis.

Fundamenta
Prothyron
Cœte
Procœtion
Cœnatio
Cœnaculum
Cameræ
Cubiculum
Salutatorium
Lararium
Sanctarium
Androncs
Gyneconitis
Oeci
Exedra
Pergula
Pluteus
Zeta & Zetula

tudinis. Erant ferè ſimiles his Xyſtus & paradromides, de qbus Vitru. ſic ait. Xyſtus græce porticus eſt ampla, in qua Athletæ per hyberna tempora ſub dio ſe exercebant. Noſtri autē Hypætras ambulationes Xyſta uocāt, quas Græci paradromidas item, iunctumq; habebāt ſtadiū quo laxius ſpectatores conſiſterent, & uiridariū: Valetudinariū locus in ædibus, ubi curabantur ægroti. Antes Feſtus dicit eſſe extremas parietū columnas: unde etiā Antæ nomen habuere. Hæ ſunt latera oſtiorū, quæ & antepagamēta Vitru. uocat. Ex his Scapis Cardinales quæ fores ſuſtinēt. Tympana uero ſupra poſtes, quæ tranſuerſo ponunt. Impagines aūt apud Vitru. regula, qua tympanū, id eſt, quadratū, uel alteri⁹ figuræ ſpatiū in ualuis aliq; ue opere inteſtino per ambitū includitur. Paraſtatas latini etiam, quas Græci παραστάσεις, quæ prope & ante parietes ſunt columnæ, eædem ferè quæ Antes. Periſtylū ordo in circuitu columnarū eſt ubi deambulat: ex numeroq; earū dicitur tetraſtylū, hexaſtylū, decaſtylū. Anaclinteria, ut ait Lampridius in Heliogabalo, ubi interdiu cubatur. Tranquillus in Auguſto, Lectulū lucubratoriū uocat, eius hodie uſus frequens. Abacus quo menſæ ſupellex locabat. Vitru. quoq; podiorū & columnarū abacos dicit pro ſedibus, quas hodie uulgus banchos uocat: hinc omnis tabella quadrata abacus: etiam ubi Arithmeticæ numeri deſcribuntur, inuentum Pythagoræ, ut ait Bœotius. Abaci etiam teſte Pli. & abaculi paruī lapilli quadrati. Museū opus Pli. cōmemorat li. xxxvi. cap. xxi. Spartianus Muſiua. Sic enim ait. Hūc in Cōmodianis hortis in porticu aurea pictor de Muſiuo inter Cōmodi amiciſſimos pictū. Eius nunc rei hodie ars amiſſa: cum tot in templis collabētes ac celebres imagines abſidesq; ignauia ſeculi pereant.

Valetudinarium
Antes
Impagines
Paraſtatæ
Periſtylum
Anaclinteriū
Abacus
Muſeum opus

DE PARIETIBVS ET STRVCTVRIS

PARIES, aut pedamenta, aut continuum. Pedamenta omnia quæ non continuant dicuntur, habentq; oſſa & apertiones. Oſſa omnia ſuſtētacula ſunt ſiue pilæ ſiue columnæ. Rurſus diuiditur paries in ſolium, procinctum, & coronā. Solium eſt quod poſt fundamentum è terra ſurgit è lapidibus. Plærunq; Corona parietem terminat, eiq; prominet. dicuntur & Coronulæ & Coronides. Eſt item corona hominū conſeſſus. & apud Liuiū, Corona muros aggreſſi: & uina coronāt apud Virgil. & Homerū. In medio murorū procinctū dicitur. Item Corium inteſtinū & extremum, extrema ſuperficies muri eſt: quanta ex uno latere intra & extra protenditur. Structura nanq; aut ordinaria ex lapide quadrato, aut irrationalis ex quouis, aut reticulata horū media. Iuncturæ coronarū anſæ quæ ex tranſuerſo lapides iungunt. Clauiculi qui ſuperne, hi erant ex ferro, ære, & ligno. Sed ære melius, nam ferrum rubiginem ſentit: ne aute ſentiret ungebatur, ceruſſa, gypſo & pice liquida. Luteus paries ex lapide perē ſicco fiat oportet: melius ex teſta & latere etiā crudo, quibus pilæ lapideæ iniungendæ ad ſuſtentatione contignationum, ut Cato iubet. In coronis & baſibus firmiſſimi lapides eſſe debent. In fundamentis quoduis. Si alte ducē ædificiū, exiccari primū oportebit prius factū, ne rimas contrahat: neq; etiā diutius remanere, quod haud bene cōnecteretur. Antiquitus plebes Roma. parietes ex cratibus & ſtorijs faciebat illito luto ſubiecto: dein gypſo aut calce operto. Hæc Leo. Pli. de his ait. Seſquipedalis paries non plus una contignatione patiebatur. Paries lateritius firmiſſimus ſi ad perpendiculū fiat. Græci ex lapide ac ſilice æqua conſtituūt, ueluti lateritios parietes, cum ita faciant Iſœcodomon uocāt genus ſtructuræ. At cum inæquali craſſitudine ſtructura ſit, Pſeudiſœcodomon. Tertiū ut Emplecton tantummodo frontibus politis: reliqua fortuito collocata. Alternas coagmentationes faciūt, ut cōmiſſuras antecedentiū medij lapides obtineant. Dictyotheton uocant reticulatū parietem, quem frequentiſſime Romæ ſtruunt rimis opportunū. Structurā præter omnia ad normā & libellā fieri, & ad perpendiculum adcommodare oportet. Vitru. Structurarum tria genera ſunt. Reticulatum quo non omnes utuntur ad rimas faciendas, ideo paratū, quod in omnis partes diſſoluta habeat cubicula & coagmenta. Alia incerta dicunt, quæ firmiorē quidē habēt ſtructurā, nō pulchriorē. Ordinariū tertiū genus, quod ex quadratis lapidibus fit, ut lateritia ſint adligata corū alterijs corijs coagmētatis. Atq; hæc triplex. Iſœcodomon, ut quū coria æquali craſſitudine ſunt omnia ſtructa. Pſeudiſœcodomon quū impares & inæquales ordines coriorū deducuntur. Tertiū Emplecton, q̄ noſtri ruſtici utūt, quorū frōtes poliunt reliqua fortuito, ſtipata calce ac cæmētis. Lateritiū uero parietes (modo ad ꝓpendiculū ſint ſtātes) ꝓpetui ſunt, & in precio apud Græcos & barbaros, hæc ille. Ex quo ſatis deprehēdimus hoc ultimū gen⁹ Emplecton, quo dicit ruſticos tūc uſos fuiſſe, nūc à magnis cōſtrui utris, quo ꝓfecto nihil utili⁹. Raphael

Xyſtus
Iſœcodomon
Pſeudiſœcodomon
Emplecton
Dictyotheton
Structurarum tria genera

Universidad de Deusto
Biblioteca

cardinalis S.Georgij,primus in urbe hoc tempore, qui ædes apud S. Laurentium corio Isœ-
codomo ex lapide Tyburtino sic ausus aggredi.Pseudisœcodomum Florentiæ frequentissi-
mum & pulcherrimum cernitur:omnium autem magnificentissimum & priscorũ luxui cer-
tans,Philippi Strotij ædificium nunc erigitur eius generis, nondum præ magnitudine absо-
Diplinthius lutum.Est & illa parietum crassitudo ex lateribus cognominata,apud Vitruuiũ.Diplinthij,
Triplinthius Triplinthij, pedalis quoq; & Sesquipedalis. Sunt & parietes ac cameræ cratitiæ ex cratibus
contextis,in quibus clauos muscarios roboris gratia figere oportet.

DE PAVIMENTIS

PAVIMENTA aut sub tecto,aut sub dio. Subdialia ueteres post coaxa-
tionem silicem, potius q̃ paleã inducebant.quod male scribit apud Vitru.
silicem.Deinde statumen ex ruderatione diu statuminata:uectibus ligneis
accersitis de curijs,ubi duæ partes ruderis noui erant & una calcis.Deinde
nucleus inducebat crassitudine senũ digitorũ. Ex testa duæ partes & una
calcis:diu pinsum supra nucleũ. Ad libellam exacta pauimenta extruunt,
siue sectilia,siue tessaris,siue scutulis magnis aut quadratis.In læuigatione marmor incernat
cum calce & aruina.At subdialia pauimenta sic agas: post coaxationem altera coaxatio trã-
uersa extruatur: deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur,calcisq; duæ partes,
Statuminatio ad quinq; mortarij mixtionibus. Statuminatione facta rudus inducatur crassum pedẽ unũ:
deinde nucleus uti supra,post pauimentum inducatur tessera seu quoduis. Vt autem tuta à
gelicidijs sint,quotannis ante hyemem facibus saturetur:uel si curiosius facere oportet, tegu
læ inter se coagmentatæ supra rudus coaptentur,calcem addendo ex oleo subactam:deinde
rudus & alia inducantur.Hæc Vitruuius.Pli.autem li.xxxvi.cap.xxv. Pauimẽta originem
Asaroton habuere apud græcos elaborata arte picturæ. Celeberrimus in hoc fuit Zenodotus, q̃ Per-
gami strauit,quã uocant Asaroton Oecon:quoniã purgamenta cœnæ,quæ euerri solent ue-
luti relicta fecerit.Hæc ille.Nonnulli quæ nõ addunt:ex quo est error nostrorum grammati-
corũ.Nam quidã dixit eo dictũ,quod facile & ualde uerri potest: alter uero quod nõ uerrat,
sed manu colligant purgamẽta.Sed res sic se habet,q̃ ille strauit imaginẽ purgamẽtorũ cœ-
Vermiculatũ næ,quæ licet uerrerentur,tamen nõ uerri uidebãtur. Vitruuius Asaroton œcon ad Theatri
usum haberi dicit,quo` se populus recipiebat,cũ imber repentinus ludos interpollabat. Lu-
cilius.Antepauimenta atq; emblemata uermiculata. Plin. Subdialia pauimẽta Græci inue-
Lithostrotum nere,fallacia sanè ubi imbres congelant. Lithostrota cœptauere sub Sylla paruulis crustis:
pulsa exinde ex humo pauimenta in cameras transiere.Agrippa cœpit in Thermis,quas fe-
cit figlinum opus encausto pingere:non dubie uitreas facturus cameras, si prius inuentum
fuisset. Leo remedium scribit pauimento subdiali,si rimulam contraxerit: Cineres incerni-
culo præparatos oleo præsertim lini subigito, deinde infundito, coibit. Huic etiam operi
Statumen commodissima creta calce uiua diligẽter subacta, & furno excocta:ac ilico inducta ex oleo,
Maltha rima prius puluere diligenter purgata. Statumen uocatur quicquid strato adijcitur: unde
statuminare,stypare,& infercire.Maltha è calce fit recẽti:gleba è uino restinguitur:mox tun
ditur cum adipe suillo, quæ res est omnium tenacissima,& duritiem lapidis antecedit:quod
malthatur oleo ante perfunditur.

DE COLVMNIS

COLVMNAS & arcus in honorem principum erectas uidemus nõ diuturno
inuento. Plinius enim suo tempore dicit cœpisse, neq; antiquiorẽ quàm Titi
arcum Romæ uidemus:neque Traiani ac Antonini columnis uetustiores:nisi
Menianam dixerimus,quæ honoris gratia Menio cõcessa in foro,unde ludos
spectaret. In foro item Romano columna fuerat miliaria. De qua in Geogra-
phia cõscripsi. In eodem quoq; columna à plebe statim à funere in honorem Cæsaris posita
pedum xx.lapidis Numidici:inscriptumq; parenti patriæ,apud quam diu sacrificatũ,uotaq;
nuncupata fuere.author Tranquillus in Cæsare.Colũnas Himettias primus Crassus orator
aduehi iussit. Columnæ ratio sic se habet. Inferior pars ubi residet uocat & basis & abacus:
basi spiras addunt & thorulos,qui erant torques crassiores.Orbiculus est in gyrũ incauus.q
uelut in troclea,sic iste inter thoros prestatur. Omnis demetiendarum partiũ ratio est à dia
metro imæ columnæ.Colũna ipsa sine parte inferiore ac superiore Scapus dicit. Pars supe-
rior & capitellum & epistyliũ & modulus:supra hoc lapis quadratus appellat. In his erant
triglypha.

triglypha,cymatia,encarpia,uolutæ:super omnia tympanum. Triglypha,ut ait Vitruuius,
sunt quæ cõtra tignorum præcisiones in fronte figuntur ob pulchritudinem: eadem ratio in
operibus lapideis inuenta.Cymatia inundantes florũ frondiumq; contextus. Encarpia po-
ma frondesq; insculptæ. Volutæ quæ sub capitellis ad cuitandos imbres conuoluuntur. In *Volutæ*
totum quatuor generum describuntur.Doricæ quæ sextam altitudinis partem in ima crassi-
tudine habent:quæ nonam Ionicæ,quæ septimam Tuscanicæ. Corinthijs eadem ratio quæ
Ionicis. Atticæ quaternis angulis pari laterum interuallo.author Plinius.Sunt etiam colũnæ
striatæ,id est,canaliculis incauatæ.Sicuti apud templum Pacis, alijsq; in locis hodie Romæ
uidemus.Striga uero consertus ut ficuum.Striges autem aues diræ:quo etiam nomine anus *Striges*
maleficas ex ea causa uulgus hodie nuncupat. Apud columnas proponebantur antiquitus
edicta,disputantium q; ordo & coronæ conueniebant.

DE CRVSTATIONIBVS

CRVSTATIONES aliæ inductæ, aliæ adactæ.Inducit gypsum, calx:adigitur *Crustatio*
lapis,uitrũ,cæteraq; huiusce modi. Crustationibus quibus ex uetere pariete sus-
fusa inimica est humiditas.Inductarũ aũt hæ sunt species. Albaria picta,& Al-
baria insignita pictoria. Adactarũ hæ, Orbiculata,circũexecta,tessellulata. Al-
baria cutis marmoris splendorẽ dabat, si postq̃ siccauerit cæra & mastiche mo-
dicoq; oleo simul colliquefactis unctũ parietẽ carbone ignito expolirent.Eadẽ uero & de si-
gillis ex gypso ratio est,Quorũ duo erant genera,unũ prominens,alterũ retonsum.Pictoriæ
crustationis alia in udo,alia in sicco.Vdis color natiuus,& metallicus conuenit: Siccis fuca-
tus factitius. Nam calcem & humor & auster edit. Nouũ inuentum oleo lini colores lauari,
modo siccus sit ubi induxeris. Tessellulatis adhibebãt calculi minores:uermiculatis aũt ma
iores. In utrisq; picturã uariorũ lapidum imitabant. Conchas margaritarũ immiscere crusta
tionibus instituit Nero princeps,quarũ plurimas hodie in ueterũ ruinis uidemus. Hæc etiã
omnia pauimentis conueniũt,præterq̃ insignita & pictoria. Nã prius festucat,deinde graui
lapide leuigatur, postq̃ tessellularũ anguli & lineæ figurant. Crustationes marmorum hoc
modo repertæ.Pixidorus pastor apud Ephesum cum oues pasceret,hircũ infixum cornibus
parieti exceptã crustã candidissimã ad ciues attulit, qui forte tunc Dianæ Ephesiæ templũ fa
cere meditabant,magnoq; præmio muneratus est,ut author Vitru. Pli.autẽ de crustatione
inducta,quod tectoriũ dicit, inquit, Tectoriũ nisi ter arenato, & bis marmorato inductum
est,nõ satis splendoris habere uidet. Crustationes ubi oportebit impingere, arenationes nõ
minus tres inducendæ:uisæ iam & nouẽ in antiquis ædificijs. Primæ officiũ,parietes arctis-
sime densare atq; adæquare:extremæ,expolire, & colorũ lineamentorũq; uenustatem expri-
mere:mediarũ, utriusq; uitia emendare atq; prohibere,quas asperas esse oportet: nã leuiga-
tis superaddita nõ adhærent. Primas oportet esse asperrimas ex arena fossitia nõ ualde tusa
ad digiti crassitudinẽ,interdũq; ad palmũ. Vltimũ marmoratũ appellãt, q̃ marmore tusum
candidissimo est admixtũ:crassitudo semidigitalis sat erit. Crustã si forte ueteri pariet uelis
adigere, prius oblinito aqua pura: deinde liquenti flore calcis,immixta ex aqua marmoreo
pollini, locũ penicillo dealbabis. Post hæc arenatũ adiges. Vitru. Ad opus albariũ parietes
primo trullissent: post trullissationẽ nõ minus tribus corijs arenati inductis,marmoratũ in-
ducat. Deinde colores qui cũ udo tectorio sunt inducti non mittunt,sed perpetuo` manent.
In locis humidis inducatur prius trullissatio testacea:deinde arenatũ.Et reliqua.

DE LOCIS PVBLICIS

DE Theatro.Pollux.Theatri partes hæ sunt. Orchestra,pulpitũ, scena, prosce- *Theatrum ei-*
nium,parascenium,hyposcenium. Scena quidem locus histrionum est.Orche- *us partes*
stra,in qua suggestũ quoddã est siue ara. Hyposceniũ,quod latini podium di-
cunt.Columnis & statuis ornatur, ad spectatorẽ conuersum, sub pulpito con-
stitutum. Sunt præterea secundum scenam tres portæ:regia in primis,eius qui
primas agebat partes. Ab læua inferiores & uiliores personæ uel templum. Iuxta domũ aũt
tentoriũ cũ tapetis & alijs stragulis adopertũ.Locus iumentorũ cũ porta maiore:unde facile
exeãt,& impellantur currus.hæc ille. Ex Vitruuio. Scenæ longitudo ad orchestræ diametrũ
duplex fieri debet.Podij altitudo à libramẽto pulpiti,duodecima orchestræ diametri, supra
podiũ colũnæ cũ capitulis & spiris.Denicq; secundũ Vitruuij perscriptionẽ podiũ erat [illegible]us
iuxta prosceniũ aut orchestrã. Tranquillus.Nero parcius primũ:postea toto podio adoper-
to spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to spectauit. De temporario Scauri theatro quonam modo factum esset, in Anthropolo-
Basilica gia cum de ipso feci mentionem, narraui. Basilica locus erat, ubi litigabatur, tectum uidelicet cum expedito & amplo spatio. Ex binis cōstabat porticibus: externa, hoc est, ambulatione ubi serui consistebant, & interna porticu ubi causidici errarent, differēte à curia aut templo,
Porticus quod illa porticum non habebant. Porticus publica res est uti basilica, ab ea tamen differēs ueluti pars à toto. Nam & porticus pars basilicæ adiuncta tecto tantum & columnis consta
bat: eas à familijs & hominibus Romæ cognominabant. Sub porticu Athenis Stoici philo-
Curia sophabantur. Porticus Neronis miliaria, mille passibus durabat. Curia quo senatus cogeba tur, siue in templo, siue templo coniuncta erat. Tullus hostilius in Cæliū Alba Albanos tra-
Templum duxit, corumq; principes in patres legit, Tullios, Seruilios, Quintios, Geganios, Curatios, Cloelios, templumq; ordini ab se aucto curiā fecit, quæ Hostilia dicta est. Liui. primo. Tem-
plum habebat porticū, cellam, pronaon, opistodomū, & lucū. Porticus erat pro templo: Pro-
naon paruum ante fores conseptū. Cella spatiū intus totius templi. Opistodomū quod Vi-
truuius posticū conuertit, spatiū post templū. Lucus ferè idem sub dio, sacer locus cum arbo
ribus, sicuti apud nos horti cœnobiorū. Et præterea in sublimi gradibus aliquot: ex quo de-
prehendi potest quantū ruinæ creuerint Romæ, ut Pantheon totidē gradibus prius ascen-
derent, quot nunc descēdit. Habebat in frontibus ac pro foribus paratatas columnas, quas
ἀγδάσεις uocant. Amphiprostilos, perithyros, dithyros, pseudothyros: omnia ex portarum
appellatione. Inter cellam & columnas ambulatio erat, eius species diuersæ. Pycnostilos den
sioribus columnis, Systilos paulo remissioribus. Ariostilos rarioribus spatijs. In tēpli tholo
res miras suspendebant, ut cornua formicarū, elephantorū dentes, hostiū spolia. Socrates in
Platonis legibus candorē in primis probat in templo absq; picturis: Aurum aut argentum,
Thermæ teste Vitruuio, Ioui fulguri, soli, ac lunæ templa hypæthra. i. subdialia cōstituebāt. Thermas
Leo dicit se pro cōperto nō habere, publicas ne an priuatas fuisse, quod equidē miror: quum
utroq; modo reperiant. Quod priuatæ, docet Martialis. Hetrusci nisi thermulis laueris, illo-
tus moreris Oppiane. Quod publicæ, idem de Thermis Titi loquēs simul cū alijs ædificijs
Balnea ait: Et sunt Deliciæ populi, quæ fuerāt domini. Dicūt & balnea & balineæ, & lauacra, & solia
balneorū. Lāpridius inquit, Oceani soliū primus inter principes Alexander appellauit: cū
Traianus id nō fecisset, sed diebus solia deputasset, Ami. Marcellinus inqt: Lauacra in urbe
in modū piscinarū extruxit. Est em̄ solium alueus balnei. Oceanus aūt alueus maior ab æstu
quasi & refluxu marino appellatus. Erant præterea in balneis apodyteria, id est, spoliatoria
ubi uestes lauaturi ponebant, ut scribit apud Lampridiū. Erantq; calidariū, frigidariū, tepi-
dariū, pyriateriū, laconicū, hypocaustū, sudatoriū, eadem ferè omnia: quæ cuncta quomodo
fierent, satis in moribus hominum dixi, ubi balnea & exercitationes attigi.

DE VRBIVM AEDIFICATIONE

VRBIVM ædificatio, coloniarū instauratio, cœnobiorumq; ingentium consti-
tutio, crebræ fuerāt apud maiores nostros, qui tunc & hominū multitudine &
ingeniorū fœcunditate, ac opū potentia florebant: nunc tam in Italia, q; extra:
Mœnia tot quondā lugent deserta colonis. Satis igitur locorū uacat, satisq; ha
cinnauit: seu etiā templi partē restituit, ubi plus occupant eius infixa signa spatij, plusq; sibi
sumptum exposcāt q; reliquæ ædificiorum partes: ita pessum omnia ire, tantumq; animi po-
steris imminuit dies, ut non tam potentia q; uirtutibus & uera gloria uacui: quæramus in
mustacio Laureolā. Vrbiū igitur ædificationē auspicato prius inceptabant: aratro æneo sul-
cabant, cum ad locum portæ ueniebant, aratrum tollebant, quod sacra tantum mœnia habe
rent, portas nequaq;, cum eas necesse sit multis de causis profanari. Mœnia ipsa ac ciuitatem
aliquibus dicabāt numinibus. Persæ uero & Aegyptij minime, quod in obsidione precibus
hostium uerebantur ea migrare. Censorinus de natali dicit eam futurā magnam ciuitatem,
quæ genesim cum fundatore cōmunem habuerit: sicuti urbi Romæ accidit & Romulo. Mœ
Pomerium nibus pomerium addebant, erat enim spatium post murum, quod neq; habitari, neq; arari
fas erat. In urbis incremēto, inquit Liuius, quantū mœnia processura erant, tantū hi termini
cōsecrati proferebant. Hetrusci primi inaugurato consecrauerunt: ut neq; intrinsecus, neq;
extrinsecus ædificia mœnibus continerent, liberum q; aliquid esset ab humano cultu.

De machinis

DE MACHINIS FABRILIBVS.

MACHINAE, ut ait Vitruuius, pluribus operibus, & ui maiore cogūtur effe-
ctus habere, ut balistæ, torcularia, præla. Organa uero unius operæ prudenti
tractu perficiunt quod propositum, ut scorpionis, seu alicuius instrumenti uer
satio. Rursus Machina est opus continens ad trahenda onera quæ mouentur
ex arte, circulorum rotundationibus, quas græci uocant κυκλωλώσεις. Quorū
tria genera: scansorium, quod ἀνθροβαλικόν appellant: aliud spiritale, cuius inuentor Ctesibus Ctesibus
Alexandrinus, quod ωνεῦμαλικόν. Nam hic & hydraulicas machinas quemadmodum aqua
posset ascendere repperit. Tertium tractorium, quod βάναυσον uocant. Scansoriæ tignis & Scansorium
transuersarijs fiunt, quibus ad alta sine periculo ascenditur, ubi magis audacia q; arte opus
est, siquidem catenationibus & crismatorum fulturis continentur. Spiritales uero cum spi-
ritu impulsæ, plagas uoces q; organicas exprimunt. Tractoriū cum opera machinis pertra- Tractorium
huntur, aut ad altum sublata collocantur. Hæ duæ artis sunt: ex hac ultima existunt quæ me
chanice, & alia quæ organice mouent. Troclea orbiculū habet & funē tractoriū. Trispatos,
hæc est cum tribus orbiculis. Pentaspatos cum quinque. Sucula est ubi funis adligatur: Ve- Sucula
ctes pali qui suculam uersant, trahuntq; colossicotera onera, id est, maiora, & uastiora. Cir-
ca tympanum reuolutus alter funis ad ergata chelonia & ferreos chodacas in capitibus sca-
porum & subscudes. Est enim tympanum quod funem uertit, ac trahit onera: siue modulos
trahat siue aliud. Sunt enim Moduli quadrata uasa ad hauriendam aquam. Festus quoque Moduli
subscudes etiā angustas dicit esse tabellas, quæ asserū coagmenta connectunt. Artemo Tro- Subscudes
cleæ genus, qd' græce ὕπαγον dicit. Nō prætereundū quod Pli. li. xxxvi. cap. ix. cōmemorat.
Rex Aegyptius, qui Pyramidē ex humo erigere mandabat, ad diligentiam artificis cautius
admonendā, ne rumperet ita machinā iussit aptare, filium suum in obelisci capite adligauit.
Cætera instrumenta fabrilia, Trulla, norma, regula, perpendiculum, decempeda.

DE ARCHITECTIS ET OPERIBVS NOBILIBVS

ARCHITECTI cum plures fuisse leguntur, tum præcipue Democrates, qui Democrates
Alexandriam est metatus. Spintharis Corinthius, qui templū Delphicū con- Spintharis
struxit. Ctesiphon templum Dianæ Ephesiæ, ubi signum ipsius deæ uitigineū Ctesiphon
fuerat. Meleagines fanum Mineruæ Prienæ. Theodorus Phocensis tholum Meleagines
Delphicū. Philo Athenensis armamentariū Pyrei. Hermogenes ædē Doricā philo
Iunonis Magnesiæ. Sugilas Mausoleum Artemisiæ. Zenodotus nobile pauimentum Per- Sugilas
gami. Scripsere super hac arte primus Agatharches Athenis nobilis architectus, ex quo Zenodotus
excitati postea Democritus & Anaxagoras in eo etiā commentarios reliquere. Deinde Si-
lenus de Symmetrijs Doricorum edidit uolumen. Apud Ephesum testibus Vitruuio & Ci-
cerone, architectus cum publice opus redimit, scripto sese magistratui authorat. Absoluto
opere si ad prædictum impensa respondit, honoratur donis: si ultra prædictum quarta pars
supergreditur, toleratur. Si autem ulterius, de suo cogitur dare.

DE SERICO, PVRPVRA, COCCO, BOMBICINO,
Byssо, Setabo, Xylino, Linisq; alijs.

PROCOPIVS Græcus author solus, quem sciā inter scriptores Serici ori- Sericum
ginem in Europa describit, quod græci μέταξαν uocant. Ad Iustinianum
inquit principem, duos monachos eius semen ex Serinda Indiæ ciuitate
Constantinopolim attulisse. Ex eo q; deinde sub fimo posito paulatim uer
miculos emersisse, qui mori foliis enutriti Sericum fecere: inde transfusum
postea in reliquam Europā. Pausaniæ in fine vi. lib. uermiculus huiusmodi
σῆρες, id est, Ser appellat, unde dicuntur Seres populi apud Indos, q; his potissime abundent:
neq; enim aliud Serinda, unde dixi semen aduectum, q; Serum ciuitas Ptolemæo Serica ap-
pellata. Ex quo quū Virgilius ait, Foliis depectūt uellera Seres: satis constat de uermiculo in
arbore nascente, ac sericū procreante dicere uoluisse. Quod Plinius parum intelligēs lib. vi.
ait, Seres lautitia syluarū nobiles perfusum aqua depectentes frondium caniciem: quasi sine
uermiculo id sponte nascat. Aurelianus princeps Spartiano uestē holoserica ne in uestiario Holoserica
quidem habuit dicens, nolle pensare auro fila. Nā libra auri tūc libra serici uenibat. Alexan- uestis
der itē imperator uestes sericas raras habuit, holosericas nunq; induit, subsericas nunq; ge-
stauit. Ex qbus sanè uerbis cōijcere possumus, q; parcus antiquis serici usus fuerit, cuius postea

luxuriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

luxuriam plurima fata Morus per Italiam auxit, ut non solum ad uilissimi ordinis homines peruenerit, sed eo canum equorumq; stragula ac dorsualia fiant. Nihilq; siue in ordiẽdo siue in tingendo maiorem recipit uarietatem. Cum uellere, planum, intercisum, pictum, monochromaton, dichromaton, trichromaton: quatuor, quinque, sex staminũ quod Hexamiton uocant. Color huic purpuræ excellentissimus iudicatur. Violaceam Nepos dicit suo tempore cœpisse. Rubram uero postea: deinde dibapham omnibus prestantiorem inuenerunt, bis sanguine saturatam, author Plinius, qui etiam in lib. IX. Sybacianam, id est, Hispanam & Mauram commendat. Huius præstãtia coloris in cane primum deprehensa, qui purpuram forte manducauerat, labris rubentibus apparens. Posteri tamen omnibus commodiorem inuenerunt ex herbæ similis Thryallidi floribus ac seminibus, quæ in Italia pluribus in locis seritur. banc putauerim quam Dioscorides Anthillum uocat. Lauatur furfure, unde uim capit, tanta alioquin tenuitate, ut serici delicijs tantum nitorem præstet, in lana euanescat. Nã in lana coccum splendescit, quod hodie Granum uocant. Hoc olim Africa, Gallecia, & Lusitania mittebant, ex quo imperatoria paludamenta inficiebantur. Transalpina uero Gallia herbas Tyrium atque Conchilium, omnisq; alios colores, ut ait Plinius libro XXII. Nũc uero è Valentia Hispaniæ optimum omnium aduehitur coccum. Deinde ex Asia colore inferius. Ex his itaque color duplex, uiolaceus, & ruber. Violaceo prius Guadum nunc appellatum, herba subijcitur colore cæruleo. Alter quo candidus inficitur pannus, color russatus tam antiquis quàm nobis nominatur, potissimus inter omnis. Nam & russata quondam fuctio fuerat. Hunc etiam posteri magis arte perfecerunt, ignis ardorem imitantem. Quod uero nunc Brocatum uocamus, antiquitus non erat nisi uestis aurata: quæ pannus, non autem sericum, auro intextus fuerat, acuq; laboratus. Pannus à nobis aureus appellatus uidetur is esse, quem Plinius se uidisse testatur Agrippinam Claudij principis indutam, paludamento textili, absq; ulla materia. Omnia nũc lasciuia temporis ampliauit, usliq; fecit, ad præcones usq;, parasitos q; prostituendo: cum imperatorum paludamenta ex hoc cernere nõ esset. Est & Bombicina uestis ad mulierum delicias. Iuuenalis. Fœmineum lucet sic per Bombicina corpus. Ex filo sunt tenuissimo instar serici, quod Bombix seu Necidalus de genere Crabronum ex Assyrijs ueniens more araneæ texit, nido candore salis, magnáque duritie in pariete constituto. Id retorquere rursus q; texere inuenit Pamphila Platis filia in Co insula. author Plinius libro XI. Byssus fœminini generis in utraque lingua, genus est lini flaui ac tenuissimi, unde uestis byssina & color byssinus. In Iudæa præcipuus teste Iosepho. Secundus in Elide Græciæ ciuitate, colore inferior Iudaico, sed tenuitate præstantior, ut ait Pausanias libro quinto. Et byssum & bombicina quanquam raro, hodie quoque ex Asia Græciáq;, quibus Turca dominatur, in Italiam exportari uidemus. His proximum Setabum tenuitate, in Hispaniæ eiusdem nominis ciuitate proueniens, sudarijs aptissimum. Catullus. Remitte mihi Setabum q; meum. Deinde Xylinum, de quo Plinius libro XIX. sic ait. Aegypti pars superior Arabiam uersus fruticem gignit, quem aliqui Gossipion uocãt, plures Xylon, ex quo Xylina lina, paruulus est, similem barbatæ nucis defert fructum, cuius in exteriore bombice lanugo netur: nec ulla sunt eis in candore mollitiã ue præferenda, uestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimæ. Hoc Cotonum hodie uocãt, nascitur q; in Calabria, post Plinium adeo frequens: ut nihil uilius. In insula item Maltha prope Siciliam: sed optimum ex Syria uenit. Orthominium item Plinio è panicula palustris uelut arundinis netur etiam tenuissimum: nunc corrupto uocabulo Orthichinum appellant, ad nos etiam uile externum ueniens, ubi nunc ora nostri depingunt Seruatoris. Reperitur & linum quod uiuum latine, græce uero Asuestinum ex argumento calcis uocatur, quod igni mundetur, nec absumitur, unde funebres regum tunicæ fiunt, quæ fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in Indiæ desertis Plinio. Straboni etiam apud Carystum insulam, ut alibi dixi, rarum inuentu, æquat q; precia margaritarum, ut ait Plinius. Nos item in Italia hoc uidimus & experti sumus. Cumanũ in Italia ad piscium & alitum capturam tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromidibus (sunt em epidromides extremæ funes cum circulis) pertranserẽt. Sed mirũ magis in Aegypto singula fila CCCLXV. filis constare, ut in thorace Amasis regis Aegyptij, qui Rhodi in Mineruæ tẽplo uisebat. Aethiopes Indiq; ex malis, Arabes è cucurbitis, Asiatici e[illegible]eniſta lina demetũt. Carbasinũ apud Tarraconẽ repertũ, ex quo uela nautica cõficiunt, unde Carbasus nomen habet, quibus postea Lentulus Spinter ludis Apollinaribus theatrũ texit,

Purpura
Violacea
Rubra
Anthillum
Coccum
Pannus aureus
Bombicina
Bombix
Byssus
Setabum
Xylinum
Gossipion
Cotonum
Orthominiũ
Linũ uiuũ seu Asuestinum
Linum Cumanum
Epidromides
Carbasinũ

texit, & ante eũ primus Rom. Q. Catulus in dedicatione Capitolij, moxq; Cæsar dictator totum forum Romanum uelis operuit in ludis, & post eum sine ludis Marcellus Octauiæ filius, sine ludis, ut salubrius litigantes consisterent. Velo nauis purpureo cum Cleopatra M. Ant. ad Accium est usus. E lini libris L. iustum est XV. ferreis hamis carminari.

Quas quisq; populus uestes reperit, & de priuatis quorundam.

IN laborãdis uestibus alij alia inuenerũt. Acu facere Idæi Phryges, hinc Phrygiones uulgo appellati. Aurum intexere in Asia repperit Attalus, unde nomẽ Attalicis. Colores diuersos picturæ intexere Babylon: unde Martialis. Veste Semiramia quæ uariatur acu. Plurimis uero licijs Alexandria instituit, quæ Polymita & Hexamita dicũtur. Delmatica à Delmatis reperta, qua Romani horis temporibusq; extraordinarijs etiam sunt usi. Lampridius in uita Cæsarum. Delmaticatus post cœnam ambulabat. Similis ferè his quas Turcas hodie uocamus. Gabanum Græcis id est γαβάνιον. Nam græcanicus est habitus, oblongis manicis, quo etiã nunc utũtur passim Itali omnes. nec longo inuẽto, nam à Constãtino imperatore procellit, ut in magistratibus dixi. Pallium etiã Græcorũ fuerat. Inde comœdiæ palliatæ. Mantellum item ad nos postea transfusum. Plautus id cõmemorat, illi autem μανδύαν uocãt. Suidas μανδύας ἱμάτιόν ἐστιν ὃ καλεῖται δορίνιον. Bracæ Gallorũ erant, longa uidelicet femoralia sub ligacula: nec adsentior his, qui aliud esse putant. Strabo. Galli, inquit, longis femoralibus ututur: quem usum ad hunc usq; diẽ seruant: miseruntq; iam diu ad nos, ut is habitus gestetur cum reliquo calciamento coniunctus & separatus. Sed hoc satis non fuit, iam penè iuuentus omnis nunc Gallico ritu & habitu usuit. O uices rerum humanarum. Italia quæ Barbaris hominibus leges ac togam antea dare cõsueuerat, ab eis nunc ineptos ornatus ac mores ridiculos accepit. Aulea Britannorum sunt, ut Marcellus. Virgilius quoq;, Tollent aulea Britanni. ea putarim quæ nunc cernimus picta. Afri præterea, Mauri, Saraceni, Scythæq; omnes uarietate colorũ gaudent, præsertim luteo, ac rubro. Virgilius. Pictiq; Agathyrsi. Græci autẽ crepidati incedebant. Legimus item priuatas quorundam uestes. Ælianus de uaria histor. Pythagoram ait ueste alba uti solitum, & coronã auream gestare. Empedoclem Agrigentinum purpurea ueste, calciamẽtisq; æreis. Hippiam quoq; & Gorgiã purpureis. Vtebatur & purpura Porphyrius, unde nomen est auspicatus, cum antea Malchus appellaretur. author Eunapius in eius uita. Aristoteles ipse in uestitu uictuq; delicioſus fuisse traditur, ob idq; Platoni aliquantulum infensus. At contra Socrates Diogenesq;, alter discalciatus, alter cum pera baculoq; semper ambulabant. Apud Rom. Cato senex præcurta toga utebatur. & Cethegi exerto nudoq; brachio. Cæsar laxiore tunica. Augustus hyeme thorace laneo, tibialibus, & quaternis tunicis. Mecœnas mollioribus uestibus, unde Malacinus ab Augusto cognominatus. Nostra uero ætate Ludouicus XI. Galliæ & Alphonsus Siciliæ, ac Matthias Pannoniæ reges, uili amicti panno à uulgo nõ cognoscebantur. Romanos autem toga à cæteris distinguebat, utriq; sexui (teste Nonio) gestari solita. Cuius forma apparet ex marmoribus antiquis Romæ, modo pallij quo duces Veneti ututur: nam & sagum id genus dicere non possumus, quod in statuis minime armatis adspicimus, sæpeq; anteriore parte præcisa uidetur, à statuarijs de industria factum, ut armatorũ thorax ornatusq; cerneretur. Hæc uaria nobilibus fuerat. Triumphalis, scutulata, papauerata, Phrygia, surculata, ungulata, clauata, palmata: quas Plin. lib. VIII. enumerat. Spartianus monocolores, dicolores, tricolores, tetracolores, pentacolores, togas ponit. Vestes consulares ac senatoriæ fuerant Paludamentum, purpura, trabea, prætexta, latũ clauum, cinctus Gabinus, tunica. Festus paludatos armatos in libris Auguralibus uocari dicit, & omnia militaria ornamenta paludamẽta. Marcellus dicit Prætextã insignem Romanorum, quod supra tunicas honorati quiq; sumunt. Hac triumphantes etiam utebãtur. Cicero prætextam inquit Appio prætexui. Vtebantur & pueri nobiles. Tunica senatum à cæteris distinxit. Aurea tunica triumphasse Tarquinium Priscum Verrius est author. Erant enim sine manicis, ex quo Virgilius probro dat Troianis: Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Cicero in Cat. Manicatis ac talaribus tunicis. Plautus. Manuleatã tunicam habere hominem addecet. Bulla & prætexta liberorum puerorum insignia. Bulla enim monile fuerat, ut tradit Plutarchus, quondam Tarquinio à patre rege donata, dum puer adhuc Latinos in prælio fugasset. Cinctus Gabinus uestis religiosa è Gabijs accersita.

Phrygiones
Attalica
Delmatica
Gabanium
Pallium
Mantellum
Bracæ
Aulea
Priuatæ quorundam uestes
Cethegi
Thorax
Malacinus
Toga
Vestes senatoriæ
Paludamentũ
Prætexta
Tunica
Bulla
Cinctus Gabinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liui. V. Fabius ritu gabino succinctus à capitolio oppresso in Quirinalem sacra faciens iuit, & rediuit. Eandem opinamur apud Troianos fuisse Peplum: apud christianos quoq; lintea tunica sacerdotalis. Infula quam morti deuotos induí mos erat. Latum clauum commune fuerat Senatoribus omnibus: cuius formam ac uestigia quantū conijcere fas est, in ludis hodie Romanis cernimus: eo enim illo die Senator indutus procedere solet. Militares erant, Læna quæ supra alia omnia induebatur. hinc Lænatum familia. Græcis etiam communis erat: χλαῖναν quoq; & ipsi uocant. Præterea Abolla: ut ait Marcellus. de Sago nulli dubium. Cic. Itur ad Saga. Virgatis lucēt sagulis. Supra arma ferebatur: quantumq; ex ueterum statuís deprehendere fas est: uilis erat panni Venetiq; coloris. Penula quam supra tunicam &, si ususueniret, cōtra imbrem sumebant. Iu. Et multo stillaret penula nimbo. Lampridius. Alexander senatoribus cōcessit, ut in ciuitate penula uterentur: nam usus fuerat extra ferre. Erant item Strigium ex Hispania, & Mastruca è Sardis. & Gausapina. Plautus mastrucatum dixit. meminit & Ci. in orationibus, uestes sanè omnes crassæ & hyemales: ferè similes nostris hybernicis. Seneca. Gausapinatū uocat pannosum hominē. & Martialis Leucopiatum & bericatū. Erat enim Leucopū albus pannus ac uilissimus. Plinius ubi de medicinis ait: in panno leucopo dicit reponendum. Pullati & atrati ijdem erant qui nigris utebantur: aut funeris aut ulciscendi se gratia ob aliquam iniuriam. Cic. in orationibus de Claudio Tribuno. Veste obsoletior: capillatior quàm antea: barba promissior: & uim tribunis nouam minabatur. Idem hos esse in conuiuio non solere demonstrat. Quis unquàm inquit uel in suorum funere atratus accubuit? In sumendo uestem dicebant mutare, in ponēdo recuperare. Dicuntur quoq; pullati plæbei omnes, quod fusco & naturali sint amicti colore. Trāquillus in Augusto. Edixit nequis pullatorū in media cauea cōsisteret. & Quintilianus: Pronūciatio uehemens cum corporis iactatione mire ad pullatū circulū facit. Muliebres deinceps: inter quas palla honestissimæ cuiusq; Marcello fuerat. Inuenimus & apud Ouidium, uirorum, de Orione loquentem. Induerat tyrio distinctam murice pallam. preciosa utcunq; uestis. Vir. Et pallam insignem gemmis auroq; rigentē. Stolā ueteres dixerunt non honestam uestem solum: sed etiam omne quod corpus tegeret muliebre. Strophium fascia breuis: quæ uirginalem errorē cohibebat papillarū. Ci. in Clo. Strophiū accurate præcingens: author Marcellus. In hymno tamen diui Io, pro tegmento uillico & agresti accipitur. Plautus in Epidico multas huiusmodi commemorat: quas Marcellus declarat. Sunt aūt hæ. Regilla diminutiua à regia, uestis: dicta & basilica. Irem mendicula. Ralla à raritate, quæ preciosis uestibus immitti solebat: Indusiata. Patagiata. Plumatile dicitur Plauto. Plumatile aut clauatum aut è plumis factum. Cesitium linteolū purū & candidum dicitur Plauto: quod ita ad candorem perueniat, quòd oras circumcisas habeat. Supparū est linteolum femorale. Exoticū, peregrinū & pulchrum dicitur. Plautus. Basilicum aut exoticum. Limbus muliebris etiam uestis & preciosa. Plautus. Limborarij Arcularij. Flameum tegmen quo capita matronæ tegūtur, dicitur & Flameolum: uulgus Italicum adhuc fazolum appellat. Reticulum item capitis: Carbasus, pallū quo Flameum amicitur. Virg. VIII. Eum tenuis glauco uelabat amictu Carbasus. Capitia, capitum regmina fœminarum. Calantica item. Cicero in Clodium. Te cum Calanticam capiti adcōmodares. Interula, cuius Horatius & Mar. meminerunt utriq; sexui ferebatur: erat enim tunica proxima carni: nos linea utimur, apud ueteres lineam nusquam comperio fuisse, ut ex marmoribus indicatur. Pli. græcas statuas armatas sine tunica, hoc est in nudo corpore dicit. ex quo uidere licet quantum mollities cultus posteros occupauit.

Infula
Latum clauū
Vestes militares
Læna
Abolla
Sagum
Strigium
Mastrucatus
Gausapinatus
Leucopeatus
Bericatus
Pullatus
Atratus
Muliebres
Palla
Stola
Strophium
Regilla
Ralla
Indusiata
Patagiata
Plumatile
Cesitium
Supparum
Calantica
Limbus
Flammeolū
Reticulum
Capitium
Calantica
Interula

DE CALCIAMENTIS AC TVNICIS, ET VESTIBVS tragicis: comicis ac Satyricis.

NVNC calciamenta. Alexander Imper. Caligariorum & omnium artium collegia instituit: ut author Capitolinus. Erat enim calciamenti genus: non quas nunc Caligas appellant. Nam ueteres nusquā inuenio caligas quibus nos uti mur habuisse. Sed tantum crure tenus Socculos, sic in omnibus antiquorum monumentis aspicimus. Et Tranquillus ait. Vitellio socculū alterū detraxit. Calcei fuerāt uaria forma distincti. Vopiscus in uita Cæsarum. Calceos mulleos, cereos, hederaceos, albos, uiris omnibus sustulit, mulieribus restituit. Apuleius quoq; linteos calceos nominat. Et Phecasii sacerdotū calcei: & Sicyonij calcei ab his qui elegātiæ studebāt ferebātur,

Caliga
Socculi
Calcei

ferebātur, author Cicero. Soleæ mulierum fuerant, nos planellas dicimus, quas turpe uiris tunc gestare fuerat. Cicero de Aruſp. respon. Aᷣ muliebribus soleis, inquit. & in Verrem, Stetit prætor pop. Rom. soleatus in littore. Græcanici calcei ex Polluce hi sunt. Basilides quibus utebātur Athenis. Crepides gestamen militare. Embades sumptuosum calciamētum. Sunt quoq; schistæ, singæ, cōpedes, asircæ, sandalia, crotopezia, ligneū calciamētum, à sonando dicta, quæ aliter calopodia à quibusdam dicuntur. Carbatina rusticum est, uocatum à carbus. Ex gentibus quoq; & ciuitatibus plurima picta sunt, ut Argea, Scythica, Rhodiaca, Laconica, Thessalica. Quædam ex personis, ut Alcibiadia, Smindrysia, Hyphicratida, Phecasia, Diabathra. Communia autem utriq; sexui, Embates similes comicis, hyposcesma uirile calciamētum ualde sumptuosum. Proschema senile. Peribates ancillarum. Album calciamentū meretricū erat. Plocaria & acontia nominantur Aristophani tanquā muliebria. Rhadia uarium & circumuolutū erat. meminit Plato. Baucides sumptuosorū. Muliebria rursus crocotides, aphracta, opistocrepides, quod amentis retro ligantur, amphisphyra, acrosphyra, canobia, gynepodia, niclipedeces, mesoperscicæ, phyrtacides, seleucides, tussides, ambracides. Cōmunia item utriq; sexui, phares, ledariū, chiton, xystis. Fœminarum etiā propria, epopes, diploidium, semidiploidium, catatistus, catagoges, peplus. Zoma uestis anilis. Tunicæ quoq; diuersorum generū ex eodem authore, hæ sunt: Scissilis, phanotis quæ translucebat, catastictæ, id est, notis uariata animalia uel flores intextos habebat. Myotis ex muscis intextis ex Armenia ueniens. Cortæus Massilienſium, Rhiza Thracum, Caunaces Babyloniorū, Sarages Medorum, Temenis Argiuorum. Circa māmas mulierum zosma, tænia, & tænidium, strophium quod & zona uocatur. λύσεαι δὲ τῆν θυνικὴν ζώνην. Ex rursus τῆς ἀμάζονος ζωστῆρ. Epizostris uestis crassa ex lana. Scytharum uestes ex pellibus Diphthera, epicranium, bæte, sisyra, spola. Tragicæ autē ac comicæ uestes ex eodem authore Xystis, batrachis, chlanis, calypta, mitra, agrenum ex lana contextum. Ephatis uertibulum erat quoddam rubrum, quod in manu habebant bellum gerentes uel uenantes. Qui autem in miseriis erant, melina, hoc est, lutea uel nigra uel glaucina utebantur. Satyrica uestis nebris, id est, pellis caprina, quam & izanem uocabāt, & pardalim subtextam. Venatorium Dionysiacum. Cortæus tunica pinguis est. Comicæ autē, Exomis, id est, uestis alba ignobilis, secundum sinistrū latus futuram non habens. Puniceus habitus & purpura iuniorum est. Pera, baculus, diphthera rusticorum est. Nigra uel lucida uestis parasitorū præterquam Sicyone. Et alba quando parasitus ducturus est uxorem. Seruorū autem Exomis, cui adiacet uesticula quædam alba quæ epiblema dicitur. Coco autē duplex & inflexibilis uestis. Fœminarum comicarum, Anus nigra uestis, in sacrificijs tamen alba utetur. Iuuenum item alba uel byssina. Epicleri album & croceū. Lenones tunicam colore distinctam ac floridam ferebāt, baculumq; quod aresum uocatur in manu habebāt. Parasitis erat scelergis & lecythus, sicuti & rusticis legobolum. Quibusdam autem muliebus tunica talaris purpurea ad cubiti symmetriam rotunda. Hæc Pollux.

Soleæ
Crepides
Crotopezia
Embates
Tunicæ
Tragicæ
Satyricæ
Comicæ

DE VARIETATE STRAGVLORVM ET PELLIVM VSV.

STRAGVLA item diuersa. Primum circa thorum. Amphimallon & gausape in castris usum præbebant. primum ex utraq; parte uillosum erat, Heteromallium ex una tantum. Stragula quæ lodices poetæ uocant, lintea uestis constrata. Stragula quoq; alia super eis adposita ab Homero planè, notātur, ἕηγεα καλὰ πόρφυρα. omnia stragulæ uestes Plinio uocātur. Dicebātur & plagiæ, deinde sindones appellatæ. Varro de uita patrum. Chlamydes plagiæ uela. Nam & uela & uelaria dicuntur. Papinius. Iam uelaria lintea pluebant. Plumaria quoq; & plumarium opus, & plumarij textores, quos polymitarios dicunt, liciorum uarietate, à plumādo dicti Marcello. Plautus plumatile inquit. Stromata & peristromata ferè quæ & rapetia depicta uario colore, à sternendo uocata. Plautus peristromata Campana dixit. Tapete & tapetum Græcum uocabulum uarijs etiam fuerat coloribus pictum. Cortinas Plinius uocat præter uasa, etiam lintea quæ sternūt siue mensis siue lectis. Culcitra. Cicero culcitram plumeam dixit, erat & Lanea. Tomentum nanque culcitræ materia ex palustri arundine quam Circensem appellabant, aut ex re alia ignobili suffarcta. Tomentum concisa palus Circense uocatur. Ceruicalia & puluilli capitis substramenta. Toral tori ornamentum apud Horatium, & Conopeum tentorij genus apud eundem. Interq; signa turpe militaria

Amphimallō
Heteromallū
Sindones
Stromata
Peristromata
Tapetum
Culcitra
Tomentum
Toral

Conopeum sol aſpicit conopeum. Propertius de Cleopatra loquens: Fœdaq; Tarpeio conopea tendere ſaxo. Equorum quoq; ueſtes phaleræ, ephippia, dorſualia. Vopiſcus in Galeno. Bo-
Dorſualia ues cum dorſualibus ſericis diſcoloribus præfulgentes. Præterea Manticæ ac Bulgæ im-
Manticæ ponuntur, ſic Feſto appellatæ, Senecæ uero Hippoperæ lib. epiſtolarum XIII. M. Ca-
Bulgæ to Cenſorinus canterio uehebatur: hippoperis quidem impoſitis, ut ſecum utilia portaret.
Hippoperæ Pelles autem animalium, quibus nunc utuntur arcendo frigori, apud antiquos minime in uſu fuiſſe quidam exiſtimant: eò quod Plinius qui omnia exequitur, tum alij, nullam de his faciant mentionem. Tranquillus Auguſtum ſcripſit, non pellibus, ſed quaternis tunicis hyeme ſolitum muniri. Et Martialis diuitem deſcribens probe indutum. Optat & obſcuras luces, uentoſq;, niueſq;, Propter ſexcentas Baccara gauſapinas. quas ſupra comme-
morauí craſſa lana fuiſſe. Barbaros tamen aquilonares geſtare pelles, uti etiam nunc, conſuetos eſſe complures ſunt authores: Ouidius ponticos & Getas deſcribens inter quos exulauit, pellitos appellat: Sed uſum tamen hunc paulatim cœpiſſe Senecæ temporibus ex loco eius epiſtolæ putandum: Pelliculas, inquit, uulpium ac murium frigoris cauſa. Mu-
Mures pōtici rium enim pelliculas & zibellinos & armellinos nunc dictos putare poſſumus. Nam & inter murium genera ſunt in ponto, ut in animalibus dixi.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXVIII.

De Honeſto & eius partibus. Ac primum de prudentia & doctrina, quod magiſtri in ea neceſſarij.

QVAE ad corpus pertineant hactenus, mox ea quæ ad animũ reliquum noſtri operis ſpectat: ac primum de moribus, citra quos fruſtra cætera diſcuntur: deinde de artibus liberalibus dicam, ut planè præmiſſo titulo materia reſpondeat: in quibus pauca quidem, uerum exotica ex omni pene Græcia ſimul cum noſtrorum receptiſſimis delibaui, ut faciliùs ediſcerentur: eſſentq; cum ad bene beateq; uiuẽdum ſuffragia, tum ad ſcribendum omnibus parata ſupellex, maiorumq; rerum per breues adnotationes indicamenta. Prudentia igitur prius attingenda, quæ unica cum æque intellectu ac uoluntate conſiſtat, ſub eadem doctrina continetur: utranq; uero coniunctam Græci Sophiam, non ſapientiam dicimus, in qua monſtratore prius eſt opus. Scribit enim Aelianus de uar. hiſtor. quod priſca fuit cõſuetudo, ut uiri magni iuxta ſe magiſtros alunos q; haberẽt. Sic Vlyſſes Alcinoum, Achilles Chironem, Patroclus Achillem, Agamemnon Neſtorem, Telemachus Menelaũ, Hector Polydamanta, Hiero Syracuſanus Simonidem Chium, Polycrates Anacreõtem, Proxenus Xenophontem, Antigonus Zenonem, Alexander Ariſtotelem. Inter Romanos Lucullus Antiochum Aſcalonitam. Cicero Molonem, Mœcenas Arium, Auguſtus Athenodorum. Neq; mirum, cum Plato dicat quod & Iuppiter quendam habuit conſiliarium: unde nos exemplo eius inſtitui debemus. Heſiodus quoq; optimum uocat, qui per ſe omnia nouit. Proximum huic, qui ſapiẽtes audit. Qui neutrum præſtat, penitus eſſe inutilem. Socrates apud Platonem in Phædro ait, diſciplinam ex ſermone potius & uiua uoce hauriendã, quàm ex lectione, magisq; ſcienti proderſe. Sunt altiora quædam quæ ſcriptis tradi commode nequeunt. Præterea à quocunq; diſcendum, etiam ſi quercus eſſet quæ loqueretur. Non enim quis dicat, ſed quid dicat in primis uidendum. Hanc igitur Socratis ſententiam uox dominica confirmat. Quæcunq; dicunt Phariſæi uos facite, opera uero illorum minime. Item Plato in Lachete. Is maxime audiendus cuius dictis facta conueniunt: qui uero de uirtute quam non attingit, aut cõtra uitium quod habet, quanquam ornate loquatur, minime auſcultandus: ſiquidem in eo ſapientes ſumus quod nouimus, in eo delinquentes quod ignoramus. Quæ ſententia ſuperiori contraria quodammodo uidebitur, quum minime ſit. Idem author ait: Maxime illud cauendum quod ſcientiæ & eruditioni ualde officit, ne uidelicet in Miſologiam aut Miſanthropiam incidamus, id eſt, in ſermonis aut hominũ odiũ: uidelicet, cum forte alicuius uerbis aut opinioni ita addicti ſumus, ut omnia pro oracuło credamus: deinde omnino cõtraria eſſe reperimus, deceptoſq; nos eſſe intelligimus: quod cum ſæpe fit, maxime enenit ut

ut nulli poſtea credamus, quod uitium periculoſiſſimum eſt. accidit autem ignoratione, quod citra delectum & artem credit. Nam ſi quis ſtudium & artem in iudicãdis omnibus adhiberet, nec temere crederet, proculdubio reperiret hos bonos, illos improbos & indoctos, alios uero inter utrunq;. Apuleius in Apologia ait, Thaletem Mileſium interrogatũ à Mandraico Prienenſi diſcipulo, quãtam uellet mercedem pro eo quod diſceret: reſpondiſſe, Si quod didiciſti, mihi aſcripſeris, meq; repertorẽ prædicaueris. Quantum igitur auditui in hac parte debeamus, ſatis docent ſacri libri, qui fidem ex auditu eſſe dicunt. & Iacobus: Sit omnis homo uelox ad audiendum. Hieronymus quoq;: Habet latentem energiam uiua uox. & in epiſtolis: Non enim, ut eſt quorũdam præſumptio, me ipſum docui. Hæc deniq; cauſa cur peregrinationes longas philoſophi ſuſceperint, uti coram laudatos uiros audirent, quorum ſæpe libros domi habebant.

Qui aptiores ad doctrinam, & quid aut quomodo diſcendum

AD doctrinam alius alio docilior. Mercuriales pueri uelociſſimi ſunt, uerum cito deſinunt, raroq; perueniunt ad frugem, maxime ſi cum Mercurio Martem coniunctum habeant. Talis fuit Hermogenes ille ſophiſta, qui de arte ſcripſit, in adoleſcentia ſenex, in ſenectute puer, ut ait Philoſtratus. Saturnini uero tardiores ab initio, ſed tempore altius radices mittunt. Quapropter Ariſton, ut Seneca, dicere ſolebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quàm hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim bonum fieri, quod recens durum atq; aſperum uiſum ſit, nõ pati ætatẽ quod in dolio placuit. Huiuſcemodi enim legitur fuiſſe Cato ille Cenſorinus, qui ſero didicit literas, euaſit autem ſummus orator. Torquati quoq; illius qui filios occidit, ingenium ruſticanum & inutile ab initio uiſum, in ſummã lucem effulſit. Proximis autem ſeculis Ludouicus Pontanus, iuris ſciẽtia præcellẽs VII. annis ſcholis Italiæ pertinaciſſime uacãdo, nunquam in ea facultate mutire aut diſſentire quicquam eſt uiſus. Sunt autẽ qui utrunq; præſtant & uelocitatem & uſq; ad extremum perſeuerantiam ac profectum, quæ quidem rara felicitas: qualis Cicero fuit, & Auguſtinus noſter qui per ſe didicit omnia. Quomodo autem diſcẽdum, Seneca item in epiſtolis docet. Lectio certa prodeſt, uaria delectat. Multumq; potius quàm multa legenda, quæ non habeas ad manum: quemadmodum magnus luctator non eſt qui omnis numeros nexusq; perdiſcit, quorum uſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in uno ſe aut altero bene & diligenter exercuit & eorum occaſiones intentus expectat. Nec eſt quod de naturæ malignitate queramur quod res occulteat, cum quicquid nos meliores aut beatos eſt facturum, in aperto aut in proximo poſuerit. Idem. Cum omni ætati ſtudia conueniant, non eadem tamen ſemper conueniunt: Turpe eſt uiro iam proiecto ex cõmentarijs ſapere, aut floſculos captare: ſemper interpretem, nunquã authorem eſſe, Semper deniq; meminiſſe, nunquam ſcire. Idem. Dementia eſt mi Lucilli ſuperuacua diſcere, in tanta præſertim temporis breuitate. Negat Cicero, ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tẽpus quo lyricos legat. Eodem modo & dialecticæ uanas captiones. Nam apud plerosq; philoſophia quæſtui eſt, inſtitores potius nacta quàm antiſtites. Hanc fas eſt dare tempus non accipere: res enim non ſubciſiua, ſed ordinaria eſt. Ariſtotelis inſuper opinio: Nullum eſſe magnum ingenium ſine melancholia aut mixtura dementiæ. & ex ſententia Platonis, Fruſtra poeticas fores compos ſui pepulit. & Cicero pro Archia: Sæpius cõpertum ad laudem atq; uirtutem naturam ſine doctrina, quàm doctrinam ſine natura ualuiſſe.

Quomodo diſcendum ex Seneca.

Quod doctrinam cum prudentia ac iuſtitia coniungere opus.

ENANDRI Senarios ſex ad hoc propoſitum conuerti. Cuncta enim ſerua ſunt prudentiæ. Fruſtra mei debilitatem corporis accuſauerim, ſi aderit prudentia. Hæc enim potẽti brachio fortior. Sicut nanq; corpori exiſtit oculus: Sic demum noſtræ mens animæ fuerit. Idem. Οὕτω ἐξαμαρτῆν ταυτὸν ἄνθρωπος σοφοῦ. ὁ μηδὲν εἰδὼς οὐδὲν ἐξαμαρτάνει. Bis in eodem peccare, nõ eſt uiri ſapiẽtis: qui uero nihil uiderit, nihil peccat. Phocylides poeta dixit, mẽtem ac rationem hominibus pro armis datã, his hexametris à me cõuerſis. Cuncti mortales, æque locus omnibus idem Regibus ac inopi eſt, animis deus imperat altus Cunctorum. qui cuiq; dedit propria arma ferenda. Velocem lepori curſum, ſed cornua tauris Sponte ſita, aſt apibus penetrãtia acumina caudæ. Mentem homini melius tribuit, qua cætera inermis. Robuſto ſapiens longe præſtare uidetur. Cleantes dicebat homines abſq; diſciplina & literis, tantũ forma diſtare

Universidad de Deusto
Biblioteca

â feris. Plato scientiã alt sine iustitia cæterisq; uirtutibus calliditatem potius quàm sapientiam. Zeno dicebat quod in disciplinis quidam erant Philologi, quidam Logophili, id est amatores potius uerborum quàm scientiæ: item nonnullos esse philosomatos, id est, corporis amatores potius quàm philosophos, siue etiam philotimos, aut philochrematos, id est amatores honoris ac pecuniæ.

QVOD DOCTRINA OMNIS AD PHILOSOPHIAM ac theologiam referenda.

ARISTONYMVS Chius circulares scientias sectantes, negligẽtes uero philosophiam cõparabat procis Penelopes, qua cum minime potiri possent, ad ancillas se conuertebant. Idem uulgum comparabat Laerti, qui tantum agrorum curam habens, sese domumq; propriam sperneret. Sic plures curam rantum diuitijs intendentes animum negligere agrestibus exulceratum perturbationibus. Bion dicebat, grammaticos Vlyssis errores inquirere, suos autem minime. Plato in Protagora poeticam similem facit imperitorum cõuiuijs, qui cum propter insciam & rerum ignorationem propria uoce suisq; sermonibus colloqui nequeant, tibicines accersunt, ut aliena uoce, hoc est, tibiarum flatu utantur: ubi autem sunt eruditi ac philosophi, inter se disceptant. Nec ab re Homerus dicit, ut Diomedi daretur socius ad explorandã castra, quod alter ex altero si duo sint, melius intelligent. At Cicero pro Archia poeticam & cyclicas scientias magnopere laudat. Hæc inquit studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis profugium & solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi hæc attingere minime possemus, tamen ea mirari debemus cum in alijs uidemus. Apuleius de deo Socratis. Vlysses, ait, comite sapientia, quã Homerus poetice Mineruam appellauit, omnia horrenda subijt, omnia aduersa superauit. Et Cyclopis specus introijt, & egressus est: solis boues uidit, & abstinuit: ad inferos migrauit, & remigrauit: Scyllam præternauigauit, nec abreptus est. Circes poculum bibit, nec mutatus est. Ad Iotophagos accessit, nec remansit: Sirenes audijt, nec adcessit. Basilius quoq; in quodam libello non usquaq; poetarum lectionem detestatur, si quis ex his rosam non sentes delegerit. Nam Vlysses, inquit, uelut alter Iob, nobis exemplar patientiæ ab Homero proponitur. Hieronymus item qui secularem scientiam alias dæmonum cultus esse dicit, ad nostram deducere iubet philosophiam. haud aliter quàm Hebræi captiuam alienigenam resectis unguibus & capillis in matrimonium deducere poterant: sic dicta illorum castratis erroribus & uerborum lasciuia, siqua probata sunt nostro dogmati adijcere recte licere. Nam Salomon & Paulus & Cyprianus multiq; alij ex nostris, poetarum philosophorũq; scripta, ut ipse testatur, ad nostra confirmanda in medium adduxerunt. Idem ad Rusticum monachum: Ama scripturarum studia, & carnis uitia non amabis: eripiunt enim sensum à cogitatione lasciuiæ, & carnem macerant ob laborem. & alibi: Literæ laboris sunt comites, non uoluptatis, damnum, non marsupium sequuntur, ieiunium, non saturitatem. Augustinus de trinitate: Vera philosophia est trinitatem intelligere, scilicet unum deum, à quo spiritum sanctum in quo & filium per quem sumus: principium ad quod creamur, formam qua separamur, gratiam in qua reconciliamur. Gregorius tris ponit sapientiæ profectus, Inchoationem & perfectionem, & quod inter utrumq; est medium. In primo blandimenta dulcedinis, medio tempore mentis certamina laboresq;, ad extremum perfectionis summa uoluptas. Hieronymus: Gratias nunc ago deo meo, quod ex amarissima doctrinæ radice nunc dulces fructus carpo. Thomæ Aquinatis sententia est, ut scientiæ uestigia nobis defunctis remaneant, quibus doctiores maiore cum uoluptate ac uberius diuinitatem speculentur. Quod & Hieronymus sentire uidetur: dum ait: Discamus in terris quorum scientia nobiscum perseueret in cœlis. & alibi ex Danielis autoritate doctiores firmamẽto cõparat, reliquos uero astris.

Vlysses uelut alter Iob

Tres sapientiæ profectus

QVOD DOCTI SEMPER IN PRECIO FVERE

Doctrinæ honor

DOCTRINA quanquam sæpe plurimorum iacet, uiri tamen ea maxime præcellentes semper in honore fuere. Nam & Platonem Siciliam petentem Dionysius cum albis quadrigis obuiam procedens excepit. Alexander Thebas euertens, Pindari domui pepercit, Stageram oppidum ob Aristotelem restituit. Athenienses Thucydidem quem imperatorem in exilium miserant, rerum suarum

rum suarum scriptorem reuocarunt. Menander Comicus petitus classe Ægypti ac Macedoniæ regibus uenire contempsit, regiæ fortunæ prælata literarum cõscientia. De Hippocrate idem contigit, Xerxe rege adcersente. Pto. quoq; Philadelphus & Hiero Tyrannus occasione aduersæ ualetudinis se studijs maxime tradiderunt, uiris doctis undecunq; adcersitis. Vt autem de Romanis loquar, ex Hispania uenerunt quidam nobiles, ut Liuium uiserent. Pompeius post bellum Mithridaticum Possidonij differentis domum Athenis intraturus, non percuti de more ianuam iussit, sed fasces lictoreos foribus submisit. Scipio statuam Ennij sepulcro suo imponi mãdauit. Cato senex Carneadem legatum Atheniensium ob uiri eloquentiam suspectam senatui non admittendum esse consuluit. Augustum quoq; item Claudium, Hadrianum & M. Antonium ex Romanis principibus, maxime doctis uiris fauisse memoriæ proditum est. Numerianus item imper. teste Vopisco, dicendi facultate maxime præditus: maluit in bibliotheca Vlpia statuam sibi poni Numeriano oratori quàm Cæsari. Proxima memoria Robertus Siciliæ rex Petrarcham, omnisq; eruditos in precio habuit. Mea uero ætate, hac laude magnopere digni Nicolaus pontifex, Alfonsus Tarraconensis & Matthias Pannoniæ reges, Cosmus item Medices ac Federicus Vrbinas dux.

QVOD VNVS QVANDOQVE IN POPVLO SAPIENTIA præditus, plus cæteris uideat.

EST & illud sapientiæ proprium, ut unus sæpe plus cæteris in multitudine uideat, frustra tamen, animos reliquorum stultitia seu inuidia occupante: ut Annibali accidit, ob inuidiam factionis Barchinæ, ut Socrati de deorum opinione, ut Capy Troiano in equi introductione, ut Magio Campano, ne Annibal in urbem reciperetur consulenti, ut apud Romanos Paulo Æmylio pugnam Cannensem detrectanti, ut Fabio Maxi. contra Minutium & totum exercitum contendenti, ut denicq; apud Hebræos tot prophetarum prædictionibus minime exaudijs. Quandoq; tamen populi felicitate auditus sapiens, ut Ap. Cæci solius sententia de pace non ineunda cum Pyrrho, ut Catonis de Carthagine delenda, ut denique apud nostros Iona Niniuitis.

APOPHTHEGMATA SEPTEM SAPIENTVM EX DEmetrio Phalereo.

CLEOBVLVS. μέτρον ἄριστον. Mediocritas optimum. πατέρα δὴ αἰδεῖσθαι. Parentem uereri oportet. εὖ τ' σῶμα ἔχειν καὶ τὴν ψυχὴν. Bene corpus & animã habe. φιλόκοσμον εἶναι ἢ πολύκοσμον. Libenter audi magis quàm multa. γλώττης κρατεῖν. Linguam compesce. βίᾳ μηδὲν πράττειν. Nil age per uim. ἔχθρας διαλύειν. Inimicitias dissolue. τὸν οἶκον ἐχθρὸν μᾶλλον νομίζειν. Populi inimicum æque tuum puta. γυναικὶ μὴ μάχεσθαι. μήτε ἄγαν πειθοῖ. Cum uxore ne contende, néue ei nimium confide. οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν, ὅτε μὴ δόξῃς σαυτὸν μεθύειν. Seruos temulentos ne castiga, ne & tu temulentus uideare. καιρὸν ἓκ πᾶν ὁμοίως. Nube pari. μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν σκώπτοντων. Ne cum cauillantibus insani. εὐπρεπῆ αὑτὸν μὴ ὑπερφανον εἶναι, ἀπρεπῆ αὑτὸν μὴ ταπεινοῦσθαι. In copia ne sis animo elato, neq; in egestate demisso. Solon. μηδὲν ἄγαν. Ne quid nimis. κρίτης μὴ κάθησο. Ne sis iudex, alioquin inimicus alteri eris parti. ἡδονὴν φεῦγε, αὐτὴ γὰρ λύπην τίκτει. Voluptatem fuge, ipsa nanq; postremo dolorem parit. σφράγιζε τοὺς μὴ λόγους σιγῇ, τοὺς δὲ σιγὴν καιρῷ. Obsigna uerba silentio, Silentiũ uero occasione. φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δὲ ἂν κτήσῃ, μὴ ταχὺ ἀποδοκιμάζειν. Amicos ne cito pares, paratos ne cito reijcias. Archeb. μαθὼν ἄρχειν ἐπίσησο. Imperiũ discens pati, melius exercere scies. μὴ κακοῖς ὁμίλει. Cũ malis ne cõgredere. χρῶ τοῖς θεοῖς. Vtere dijs. ὁ χαρίζῃ μὴ λέγε, ἀλλ' ἐνδοὺς σίγα. Nõ quodcunq; noueris dicas, sed planè cognoscẽs tace. τοῖς σεαυτοῦ πρέπου ἔσῃ. Circa te proximis mitis esto. τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου. Ex manifestis, occulta deprehẽde. Chilo. γνῶθι σεαυτόν. Nosce teipsum. πίνων μὴ πολλὰ λάλει, ἁμαρτήσῃ γάρ. In uino ne multa loquere, si nõ uis errare. μὴ ἀπείλει τοῖς ἐλευθέροις. Ne minitare liberis hominibus. μὴ κακολόγει τοὺς πλησίον, ὥσε μὴ ἀκούσῃ κακῶς. Proximo ne male dicas, si nõ uis audire. Ad amicorum cœnas tarde, ad calamitatẽ celeriter ito. γάμου εὐτέλει πρῶ. Nuptias parce facito. τὸν πεπληγότα μακάριζε. Defunctum lauda. πρεσβύτερον σέβου. Seniorem honora. τὸν τὰ ἀλλότρια περιεργαζόμενον μίσει. Curiosum nimis rerum alienarũ fastidi. Damnũ ama [illegible]s quàm turpe lucrum. τῷ δυσχοινοῦντι μὴ ἐπιγέλα. Miserũ ne deride. Cum seueritate quietũ te

Cleobulus

Solon

Chilo

Universidad de Deusto
Biblioteca

præbeas,ut honorerís magís quàm timearís. ἰδίας οἰκίας προσάπτῃ. Præsís propriæ domuí.
γλῶσσα σὲ μὴ προέχέτω τοῦ νοῦ. Lingua non díscrepet à mente. μὴ ἐπιθύμη τὰ ἀδύνατα. Ne cu
pias quæ haberí non possunt. In uía ne propera,neque manum moueas,quod stulti índi
cium est. νόμοις πείθου. Legibus obtempera. Ἀδικημάτων διαλάσσου. Placa seu concilia quos
Pittacus iníuria adfeceris. Pittacus. ἐγγυᾶ πάρα δ' ἄτα. Sponsio proximum damno est. φίλου ἀπόν
των καὶ πρόντων μέμνησο. Amicorum præsentium & absentium memor esto. μὴ προσδέχου
τὸν φαῦλον. Ne recipe improbum. Qualem erga parentes te præbueris,tales habebis erga
te filios. Difficile in uoluptatibus se bene nosse. Ocium fuge. μὴ δ' ἄρ πλουτῆς, εὐτυχίαν κρύπτε,
Thales Ne diuitías absconde quum in eas ueneris. μὴ πᾶσι πίστευε. Ne omnibus crede. Thales.
καιρὸν γνῶθι. Occasionem nosce. ὃ μέλλεις πρᾶξαι μὴ προλέγε, ἀποτυχὼν γὰρ ἀπογελασθήσῃ. Quod
facturus es nemini prodas,ne forte non cõpos deridearís. Ama proximum. Amicis parce
maledicere. Δῆνον δ' σωιδεῖν τὸ μέλον Magna res futurum prouidere. πιστὸν γῆ, ἄπιστον δὰ
Bias λασσα, ἄπληστον κέρδος. Fidele terra, infidele mare,insatiabile lucrum. Bias. οἱ πλείστοι ἄν
θρωποι κακοί. Homines ex magna parte improbi. Εἰ καλὸς φαίνῃ, καλὰ πρᾶσσε, εἰ δὲ αἰσχρός, σὺ φύ
σιως ἐλλιπὴς διωρθῶσθαι καλοκαγαθίᾳ. Si pulcher es,pulchra fac. Si deformis,naturæ defectum
bonís actionibus compensa. Βραδέως ἐγχείρει, ὃ δ' ἂρ ἄρξῃ διαβεβαιοῦ. Tarde aggredere. Quod
aggressus fueris,perseueranter prosequere. Μίσγε τὸ ταχὺ λαλεῖν. Velociter loqui fastidi. μὴ
εὐήθης ἴσθι, μήτε κακοήθης. Ne sis nimium moribus facilis,neu nimiũ difficilis. Prædica ubiq;
deos esse. Nosce quod gestum est. Ἄκουε πολλὰ, λάλει καίρια. Audi multa, loquere opportu
na. Cum sis pauper,ne diuitibus irascaris:nisi forte ualde uideris proficere. Ἀνάξιον ἀνδρὸς μὴ
ἐπαινεῖν διὰ πλοῦτον. Indignum hominem ob diuitías minime lauda. πεῖσας λάβε, μὴ βιασάμε
νον. Hortando accipe,non per uim. ὅταν ἀγαθὸν πράξῃς, θεοὺς μὴ σεαυτὸν αἰτίῶ. Si quid be
nefeceris,dijs referas acceptum,non tibi. κτῆσαι σὺ μὲν νεότητι εὐσχεδίαν, σὺ δὲ γῆρᾳ σοφίαν.
Ama, iuuenis pulchri quid agere:Senex uero sentire. ἓξ ὧν ἔργων μνήμων, καιρῷ εὐλάβειαν,
πρόπου ἡρεμαότητα, πόνῳ ἐγκράτειαν, πλούτου φιλίαν, λόγῳ πίστιν, στυγῆ κόσμον, γνώμην δικαιοσύνην,
τόλμῃ ἀνδρείαν, πράξει διαφυλακήν, φύσει εὐσεβείαν. Habebis in negocio memoriam,In occasione
cautionem,In moribus generositatem,In labore constantiam,In diuitijs amicitiam,In ora
tione persuasionem,In silentio ornatum,In sentẽtia iustitiam,In audacia fortitudinem,In
actione potentiam,In natura pietatem. Huius denique illa sunt. Infelix qui infelicitatem
Periander ferre non potest. &,Quod agere instituis,cunctabundus aggredere. Periander. μελέτα
τὸ πᾶν. Cogita totum. Καλὸν ἡσυχία. Res pulchra quies. ἐπισφαλὲς προπέτεια. Res fallax te
meritas. Democratía melius tyrannide. Αἱ μὲν θνηταὶ θνητοί· αἱ δ' ἀρεταὶ ἀθάνατοι. Voluptates
mortales,uirtus autẽ æterna. Εὐτυχῶν μὲν μετρίως ἄγαλλε, ἀτυχῶν δὲ φρονίμως. Fortunatus mo
deste agas,infortunatus prudenter. Φιλόμολπον κεᾶπον ἀνθανεῖν, ἢ ζῶντα φιλεᾶσθαι. Præstat eum
qui bonís non utitur mori,quàm uiuẽtem egere. Ἄξιον πᾶσκευάζε πᾶν γονέων. Fac te dignũ
maioribus tuis. Ζῶν μὲν ἐπαινοῦ, ἀπολωλὼν δὲ μακαρίζω. Viuens fac laueris: Moriens beatus
puteris. Ὃ ἐκὼν ὡμολόγησας, πρᾶσσε. Quod sponte promiseris malum,nõ præstabis. Λόγων
ἀποῤῥήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ. Secreta ne prodas. Λοιδόρει ὡς ταχὺ φίλον ἐσόμενον. Ita irascaris
aut cõuitium dicas,ut statim futurus amicus. Τοῖς μὲν παλαιοῖς νόμοις χρῶ, τοῖς δὲ ἄλλοις πρὸν
φάτοις. Vtere legibus antiquis,obsonijs uero recentibus. Cohibe non solum peccantes,sed
paratos ad peccandum. Δυσυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς. Cæla inimicos cala
Sodiades mitatem, ne gaudeant. Sunt & illa indiscreta sapientum ex Sodia de au
thore: uidelicet. εὔχου δυνατά. Appete quæ possis. φεῦγε μηδένα, εὐλόγει πάντας. Neminem
uitupera:omnis lauda. χρόνῳ φείδου. Parce tempori. ἴδια φύλαττε, ἄλλοτρίων ἀπέχου. Propria cu
stodi:alieno abstine. ἔχων χάριζου. Habens gratificare. λαβὼν ἀπόδου. Accipiens redde. γνοὺς
πάθῃ. Cognoscens age. σοφοῖς χρῶ. Vtere sapientibus. ὃ μέλλεις δός. Da quod debes. εὐσεβεῖ ἔπαι
τίμα. Benefactores honora. φθόνῃ μηδένι. Nulli inuideas. Διαβολὴν μίσει. Calumniam odio
habe. γλώσσης ἄρχε. Impera linguæ. υἱοῖς μὴ καταδάζῃς. Filijs ne confide. ἀπερικίνου ὧν καιρῷ. Re
spõde opportuno tempore. πάσῃ ἀμετανοήτως, ἀμὴ πάνων μετανόει. Age quorum non te pœni
teat:si tamen peccas,pœniteat. ἄρχε σεαυτοῦ. Impera tibi. φιλόσοφος γίνου. Esto philosophus.
ὀφθαλμῶν κράτει. Oculum cohibe. ἄῤῥητον μὴ λέγε. Secretum ne prodas. καιρὸν προσδέχου. Occa
sionem expecta. ἀπέχθειαν φεῦγε. Fuge inimicitiam. κινδύνῳ φρονίμως. Prudenter periculum
adeas. σεαυτὸν αἰδοῦ. Teipsum uerere. πλούτῳ ἀπίστει. Diuitijs ne confide. θνῄσκε ὑπὲρ πατρίδος.
Morere pro patria. ἐπὶ νεκρῷ μὴ γέλα. Super mortuo ridere noli. Sis in adolescentia con
tinens.

tinens,In media ætate iustus,In senectute sapiens,In morte sine dolore. Epicteti disertatio- Epictetus
nes ex Arriano. Fortunæ cõmixta uita similis est torrenti,qui lutulentus ruit,difficili trãs
missu,ingentem daturus sonitum,breui tempore duraturus. Virtuti autem anima con
iuncta similis perenni fonti,qui purus fluit ac quietus & potabilis. Si uis bonus esse,pri
mum existima te malum existere. Castiga perturbationes animi,ne ipse ab illis castigeris.
Si uis bene audire,disce prius benedicere. hoc est, εἰ βούλει καλῶς ἀκούειν, μάθε καλῶς λέγειν.
Quære tecum,si te cupis diuitem an felicem esse. Si diuitem,scito neq; hoc bonum,neque
omnino in te fore. Si felicem,hoc & bonum & omnino in te esse. Nam alterum fortunæ
breuis cõmodatio est:alterum penitus electionis. Sicuti neq; aspidem neq; scorpium pro
pterea nõ pernicíosos existimabís,quod in aurea theca inclusos uideas, Sic & uitium noli
ideo non miserum ac uile putare,quod fortuna ornatum atq; opertum adspicias. Difficile
aut diuitem modestum,aut modestũ esse diuitem. hoc est. Δυσχερὲς ἅμα πλουτοῦντα σωφρονεῖν,
καὶ σωφρονοῦντα πλουτεῖν. Si enim inter Persas natus,non malles in Græcia uel in diuitijs de
gere,In paupertate autem educatus quid quæris ad diuitías properare,cum nec ibi felix fu
turus sis? Sicut in parua habitatiuncula aut grabato præstat cum aliquo incõmodo sanum
esse,quàm in magno atq; cõmodo ægrotũ,Sic in parua substãtia præstat arctius uiciitãdo
felicem esse,q̃ in magna curis plenum & infelicem. οὐ πενία λύπαις ἐργάζεται, ἀλλ' ἐπιθυμία.
οὐδὲ πλοῦτος ἀπολύει ἀλύπους, ἀλλὰ λογισμός. Non enim paupertas,sed concupiscentía tristitiã pa
rit,Nec diuitiæ à tristitia liberant,sed animus & ratio. Neq; equus ob phaleras,aut auis ob
pulchræ caueæ ornamentũ animo tollitur atq; exultat:sed hęc in pennarum,ille in pedum
celeritate gaudet. Eodem tu modo neq; ob uictus,aut sanè horũ omniũ quæ extra ueniunt
lautitiã,tete extollas,sed ex ijs tãtum quæ ex animi natura sunt,bonitate uidelicet,& recte
factis. Pulchre uiuere dupliciter intelligitur:Parce,sobrie,modesteq; uiuere,Et molliter ac
delicate. hoc uituperatur,illud laudatur. Si uerè pulchre uiuere cupis,ne quęre sumptuose
uictitãdo laudari. Is cum quo cõuersaris,si melior,ei crede atq; obtẽpera,Si peior,noli cre
dere,Si æqualis,cum eo conuenias,neq; unquam contendas. Libertas & seruitus nomina
sunt,hæc uitij,illa uirtutis. Corporis uinculum fortuna, Animæ uero uitiũ. Corpus enim
soluet aut mors aut uitiũ per diuitías, Animã uero uirtus per exercitationem doctrinæ ac
abstinẽtiæ. Sicut lupus similis cani,sic adsentator aut parasitus aut mœchus similis amico.
Vide igitur ne pro canibus custodibus accipias lupos. Si parua primum admiraberis,ma
ioribus dignus putaberis. Si parua despexeris,maiori fueris admirationi. nihil uilius quàm
amare uoluptatem,aut quæstũ,aut iactantiam:nihil magnificentius mansuetudine & hu
manitate. Bionis philosophi nonnulla cõmemorat Diogenes, inter quæ illa. Interrogatus Bion philo
quisnam anxietate maiore premeretur,inquit,qui se cupit maxime felicẽ ac quietum esse. sophus
Senectutẽ malorum omniũ portũ esse dicebat,siquidem ad ipsam cuncta cõfugere. Gloriã
amicorũ esse matrem. Pulchritudinẽ,alienum bonũ. Publij poetæ Mimorũ,familiaris Cæ Publius poeta
saris,ponũtur Macrobio Gellioq; apophthegmata etiã quædã,ex quibus illa sunt. Malum
esse consiliũ,quod mutari nõ possit. Beneficium dando accepit,qui digno dedit. Feras,nõ
culpes,quod uitari nõ potest. Cui plus licet q̃ par est,plus uult q̃ licet. Comes facundus in
itinere pro uehiculo est. Frugalitas miseria est rumoris boni. Hæredis fletus,sub persona
tisus est. Furor fit læsa sæpius patiẽtia. Improbe Neptunum accusat qui iterũ naufragium
facit. Ita amicum habeas,ut posse fieri inimicum putes. Veterem ferendo iniuriam,inuitas
nouã. Nunquã periculum sine periculo uitatur. Pars beneficij,quod petitur si cito neges.
Senecæ item quammulta sunt huiusmodi,uerum delectu,iudicioq; indigẽt. Anthologiã Senecæ
igitur earundem ponam. Si uis beatus esse,cogita primum contemni. Si multis placuerit sententiæ
uita tua,tibi placere non poterit. Solitudinẽ quærit,qui uult cum innocẽtibus uiuere. Si cu
pis ab omnibus cognosci,da operã ut à nemine cognoscaris. Stultum est timere,quod ui
tari nõ potest. Secreto admone amicos,palam lauda. Scias multis uirtutibus abundare qui
alienas amat. Tacere qui nescit,nescit loqui. Libentius audias,quàm loquaris. Si bonus es
quęre tui similem. Tam omnib⁹ ignoscere,quàm nulli,crudelitas est. Seruis moderate im
perare,laus est. Vt fulmina paucorũ periculo cadunt,omnium metu:sic animaduersiones
magnarum potestatum terrent magis quàm nocent. Omnia uitia panduntur,cum fortuna
exciderís. Omne uitium habet patrocinium suum. Non cito ruina perit uir qui ruinam ti
met. Quotidie damnatur,qui semper timet. Plericq; famam,conscientiam pauci uere[illegible].

Recta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Recta ingenia debilitat uerecundia, praua confirmat audacia. Negandi causa auaro nunquam deest. Non aspicias quàm plenas deo quisq; manus, sed quàm puras admoueat. Nil petas, quod negaturus es. Nihil negabis quod petiturus es. Nihil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Morbum esse scias non hilaritatem semper adridere ridentibus. Omnis dies uelut ultimus ordinandus est. Odium peccandi facias non metum. Proxima innocentiæ uerecundia est peccati confessio. Malis displicere, laudari est. Lucrum sine damno alterius fieri non potest. Inopi bis dat qui celeriter dat. Minus offendit qui cito negat. Grauissima est probi hominis iracundia. Furor sit læsa sæpius patientia. Ficta ad naturam suam recidunt. Bonis nocet qui malis parcit. Amicos res secundæ parant, aduersæ probant. Beneficium qui dare nescit, iniuste petit. Beneficium accipere libertatem uendere est. Bona nemini hora est ut non alicui sit mala. Beneficium qui se dedisse dicit, petit. Beneficium sæpe dare, docere est reddere. Nihil magnificētius quàm dare semper, nunquam exigere. Plura sunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt: & sæpius opinione, quàm re laboramus. Aliquis uir bonus eligendus ac semper ante oculos ponendus, ut sic, tanquam eo spectante, uiuamus. Tarde deliberandum, cito exequendum. Tarde iudicandum. Qui enim cito iudicat, ad pœnitentiam properat. Quam sententiam alio loco aliter dicit. De te spem inquit habeo, nondum fiduciā. In qua sanè imitatus est Ciceronem, ille enim sic. Hominem ignotum bonum sperare licet, iudicare periculosum.

DE NOSCENDO SEIPSVM.

PRVDENTIS est illud ante omnia γνῶθι σαυτόν. Hoc est, nosce teipsum. Quod Chilonis esse plerique dicunt positum in templo Delphico, alij uero aliorum. Philippus Macedo, ut tradit Aelianus, post uictoriam quam apud Chæroneam contra Athenienses habuit, cum se elatum sana alioqui mente animaduerteret, iussit seruo, ut ei mane surgenti quotidie diceret; Memento quod homo es. Quod ab Aeliano positum Plutarchus Pausaniæ Lacedæmonio adscribit. Æsopus duas nobis mantícas in Apologo ponit. In ea quæ ante est, posita sunt aliena facta, in altera quæ post tergum, propria. Bion dicebat, grammaticos inquirere de Vlyssis
Demonax erroribus, non autem de proprijs, cum seipsos uideant minime utilia sectari. Demonax interrogatus quando inciperet philosophari. Quando, inquit, meipsum nosse incipiam. Socrates dicebat: Si in theatro præco diceret, omnes fullones aut sutores surgant, eius tantum ordinis uiri consurgerent: si dicat omnes sapientes, statim uideres omnes sine discrimine consurgere. Hoc enim maxime uitium esse humanum, ut quisque, quāquam stultus, se sapientem existimet. Diogenes quosdam esse aiebat, qui ea quæ oporteat facere probe dicunt, se autem minime auscultant. Haud aliter quàm lyræ quæ probæ sonantes se ipsas minime sentiunt. Simile & huic illud apostolicum: Factus sum uelut æs sonans, aut cymbalū tinniēs. Bias inquit. Respice uelut in speculo tuas actiones, ut bonas augeas & ornes, malas uero retractes. Plato in Alcibiade. Nihil, ait, difficilius quàm seipsum cognoscere, quod qui assequuntur, diligentiam quandam & artem qua boni efficimur acquirunt: haud aliter quàm siquis calceum aut annulum bonum factitare ignoret, non autem artificem ignoret. Plutarchus. Oportet unumquemq; ad suipsius naturam sese accommodare, neq; ad alterius uitæ rationem cogere aut per uim trahere. οὐ γὰρ πάντα πάντων, id est, non enim sunt omnium omnia. Ciceronis similis ferè sententia. Sequenda cuique natura non uitiosa: etiā si sint alia meliora, tamen nos naturæ nostræ regula metiamur. Simile item & illud Apostolicum. Vnusquisque in suo sensu abundet. Menander. ὃ βούλεται μόνον ὁρῶν καὶ προσδοκῶν, ἀλόγιστος ἔσται τῆς ἀληθείας κριτής. Si enim quod uult quisque, hoc tantum spectat, haud bonus fuerit ueritatis iudex. Demosthenes. Ράσον ἀτασάντων ἑαυτὸν ἡγεμονεῦν. ὃ γὰρ βούλεται τοῦτ' ἕκαστος καὶ οἴεται. τὰ δὲ πολλάκις οὐκ οὕτως πέφυκεν. Facile quidem seipsum decipere, quod enim uult quisq; hoc item existimat, res tamen aliter sæpe eueniunt. Herodotus. Si liceret unicuiq; leges condere ac optimas eligere, suas quisq; ac optimas eligeret, adeo sui amantissimus est. Euripides. ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί, Αὐτοὶ δ' ὅταν πρῶμεν οὐ γνώσκομεν. Omnes quidem sumus in alijs monēdis sapientes: Ipsi uero cum res poscit, minime intelligimus. Sed neq; ad sui noticiam, neque ad animi ueram uoluptatem, quis nisi
De Synidesi & Syntereſi. per conscientiæ puritatem peruenire poterit, quam Graeci συνείδησιν: & item aliam quam σύνεσιν. id est, Syntereſim penultima producta uocant, hoc est, iudicij conseruationem

tionem & integritatem in rebus benefactis, quæ naturalis est intellectus: altera uero uoluntaris. Ex quo Pythagoras. πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνου σαυτόν. Præter omnia tui te pudeat. Antiphon. ἐμοὶ μὲν σωφρονεῖν ἔοικε βίου ἀδίκημα μηδὲν, ἡδονὴν δὲ πολλὴν ἔχει. Nihil equidem sibi in uita conscire, magnam habet uoluptatem. Isocrates. μηδέν τι αἰσχρὸν ποιῶν ἔλπιζε λαθεῖν. πολλὰ γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους λάθοις ἑαυτῷ συνειδώς. Quum turpe aliquid egeris, ne puta latere posse. Etenim si alios lateat, tibi conscius eris. Menander. Si quis sibi cōscius est, si audacissimus, ipsum cōscientia timidum facit. Hanc imitatus Cicero pro Milone ait. Magnam uim habet conscientia in utranq; partem, ut semper pœnam ante oculos uersari putēt qui peccauerint, & nihil timeant, qui nihil admiserint. Idem in Tus. Nullum maius scipso conscietia theatrum habet. Ad nostros ueniā. Bernardus in meditationibus. Præstat enim teipsum *Bernardus* cognoscere, quàm si te neglecto, siderum cursus, uim herbarum, hominumq; ac omnium terrestriū pariter & cœlestiū naturas tenueris. Redde igitur te tibi, corrige gressus, statue te ante te tanquam alium. Idem de Con. Quid dulcius aut quietius bona conscientia, quæ nec damna nec uerborum contumelias nec quicquā aliud formidat? Idem. Bona conscietia quotidie uirescit, laboribus non adfligitur, deniq; adficit gaudio uiuentem, consolatur morientem, æternumq; durat. Augustinus super Genesim. In ipso autē homine nunc lætitia *Augustinus* quædā bonæ cōscientiæ paradisus est. Idem de Cathe. Tu qui uerā requiem, quæ post hāc uitā Christianis promittitur, quæris: eam inter amarissimas huius uitæ molestias degustabis, iucundiusq; ex bona conscientia inter ærūnas lætaberis, quàm ex mala inter delicias.

De impudentia loquendi, ac primum de parasitis.

LOQVENDO multifariam delinquimus, adsentādo, obtrectando, mentiēdo, aut scurriliter, siue nimis, siue intempestiue, dicendo. de quibus omnibus dicā, ac primum de parasitis, qui ab assentatoribus differunt, quod hi quauis causa, illi aut cibi aut cōmodi tantum gratia adulantur. De his itaq; Athenæus ex authoritate Clearchi Solensis ait. Parasitos uocabāt antiquitus sacrorū cōuiuiorum cōuiuas, Græce σωσσίτους. Altera sacerdoti, altera parasito pars erat. Aristoteles in Pol. inquit, quod principibus olim Methoniensibus duo singillatim parasiti fuerunt, ducibus uero exercitus unus, certosq; cibos & obsonia & ex piscibus sumebāt. postea, pbro fuere, adulatoresq; dicti sunt. Primus Homerus introducit Podem quēdam assectam Hectoris & *Podes* cōuiuij: qua etiam de causa ipsum ponit Hectorem à Menelao uulneratum, q̄ par fuerat à uiro Spartano ac sobrio hominē Troianum (quod genus in luxu & uino ac saltationibus uiuit) ferīri in uentre, qui mensis & parasitico luxui uacaret. Legitur & apud Cromilum Autositus, qui se ipsum inuitabat, plerunq; σωφαγάσης domino. & Cacositus apud Eubulū, *Autositus* qui male concoquit. Et Oligositus apud Stratidem, qui parum comederet. Oecositus, qui *Cacositus* non mercede sed gratis ciuitatis munus siue officium gerebat. Sitocurus, qui inutilis erat, *Oligositus* & frustra nutriri ac cibum sumere contingeret. Apud Sontiates Gallorum populos, rex *Oecositus* habet quosdam secum adulatores, quos Galli Siloduros, Græci Euolimos uocant, qui unà *Sitocurus* semper adhærent, sectantur quocunq; ierit, idemq; faciūt, siue rideat, siue lugeat, seu aliqua *Siloduri* alia capiatur uoluptate, Denique si occumbat, pariter occumbunt. *Euolimi*

De nobilibus parasitis & adsentatoribus, ex Athenæo.

CLISOPHVS Philippi Macedonis parasitus claudum se fingebat, quod Philippus crus fractū haberet: os oculosq; idem contorquebat, quoniā huiusmodi gestibus dominum uidebat. Niceſias cum Alexādrum magnum à muscis petitum uideret: quanto, inquit, hæ cæteris prestant, quæ tuū sanguinē degustāt. Cum uulneratū semel cōspiceret, illud Homericum protulit. ἠΰτε, οἵτε πὲρ πέλεια μακάρεσσι θεοῖσι. Qualis diuorum percurrit corpora sanguis. Charisophus Dionysij parasitus, cum uideret eum seperatim cum amicis ridētem, ipse procul etiam ridebat. Interrogatus, & ab eo quid rideret, quod inquit existimē digna risu quę dicitis. Andromachus Carrenus Crassi adulator, cui ille omnia cōmunicabat, Parthis eum prodidit. Patroclides item causa fuit ut Philippus, cuius adsentator erat, à Romanis uinceret, ut author est Polybius. Demadem oratorem missum ad Alexandrum, quod eum deum dixisset x. talentis Athenienses mulctauerunt. Euagoram uero quod regē eundem adorauerit, interfecerūt. Hactenus ille Seneca in decl. Cliens quidam cum Cælio oratori omnia in sermone concederet, ille iam longa adsentatione fastidiatus: Dic, ait, contra, ut duo uideamur.

Clisophus
Niceſias
Charisophus
Andromachus
Demades
Euagoras
Cælius

Dicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicta contra parasitos & adsentatores.

CLEARCHVS Solensis dicebat: Adulatorum mores humiles esse atq; seruiles, breui tempore eorum artem durare. Nemo enim parasitum canum amat: deinde mendacia eadem repetere diu nō placet, materiā quoq; fingendi tempore consenescere. Anaxilas ut author Theophrastus, adsimilabat eos uermibus, qui triticum nacti non discedunt donec uacuum reddiderint, sic illi apud diuites substantiam rodunt. Hermes autem Salpino pisci, qui urinantes cibi causa usq; ad littus tuto adsectatur, in terram uero minime descendit. Sic parasiti utilitatis gratia currūt: deinde in asperis deserunt locis. Antisthenes meretricibus, quæ amatoribus omnia bona exoptant præter mentem & pudorem. Hæc ex Athenæo. Euripidis tris senarios conuerti. Amicos minime blandos posside: Qui tecū gratiæ causa loquuntur, mali. Claustra domus prohibeas tuæ. Critias. Qui cum amicis gratiæ causa conuersatur, postremo adsentationis uoluptatem in inimicitiam cōuertit. Deinceps nostratium. Plautus naturā eorum elegāter his uerbis expressit. Nos parasiti lacones sumus, id est, canes uoracissimi. Idem alibi. Licet parasiticæ arti dicere maximā malam crucē. Nam huic ego diei libēter effoderem oculos, adeo me malignitate mortalium onerauit: ueni in forum, cōuenio adolescentes, nemo me inuitat ad cœnam, quasi de cōdicto rem gerunt, uelut in uelabro olearij. Dico unū dictum de dictis melioribus, nemo rider. Seneca. Esto omnibus benignus, nemini blandus. Lucanus. Exeat aula, Qui uult esse pius. Hieronymus in epist. Naturali ducimur malo, & adulatoribus nostris libenter annuimus, & quanquam respōdeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem suam quisq; intrinsecus lætatur. Augusti. in epistō. Gratias tibi uberes agimus, quod nos laudas tanquam tales simus: magnopere enim hortaris ut tales esse cupiamus. Greg. in moral. Sicuti plantæ uigor auræ liccitate grandescit, sic bonarum mentium studia cōmendatione proficiunt. Et alibi. Multis laudari prodest, nonnullis uituperari: utrunq; tempestiue factum iuuabit. Chrysostomus in Matthæum. O stultum. Quid enim illa tibi post mortē laudatio prodest, si ubi nō sis laueris, ubi uero fueris crucieris? Proximis seculis primus qui in Italia hoc genus ineptū aluerit, Nicolaus Estensis fuit, Petri Gonnellæ iocis delectatus. Eoq; uenit impurissimus usus, ut iam non solum uoluptati, sed ambitioni res hæc principibus existat. Ex quo Plato inquit. Video sæpe in magnis opibus ac fastu uiros domi nutrientes parasitos & adsentatores pernicios, quibus nihil potestas aut diuitiæ detestabilius habent.

Hieronymus in epistolis
Augustinus
Gregorius

DE VERITATE.

QVOD autem ueritas sit optima, & apud deum maxima, cum plurimi demōstrant, tum Homerus his uersibus. οὐ γάρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπάτηλον, οὐδ' ἀπρεπτόν γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Iuppiter loquitur. Non etenim nostrū est aut detractabile uerbum Decipiensue aut imperfectū, quod probo nutu. In quæ carmina eius enarrator hæc dicit. Tres sunt causæ ob quas promissis non stamus. Aut enim animo fallendi dicimus, Vel postea nos pœnitet, Seu certe uolenti præstare quod promisit, deest facultas. Prima est malæ uoluntatis, Secunda infirmi iudicij. Tertia inopiæ facultatis. Hæc omnia minime deo conueniunt: Qui ob bonitatem non decipit, ob stabilitatem non retractat, ob potentiam imperfectum non relinquit. Aeschylus. ἁπλᾶ γάρ ὄζει φιλαλήθειας ἔπη. Simplicia sunt uerba ueritatis. Euripides ferè idem. ἁπλοῦς ὁ λόγος φιλαλήθειας ἔφυ. Simplex sermo ueritatis est. Idem. οὐδὲν ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνῳ. Nullum mendacium senescit. Menander. ἔρχεται τ' ἀλήθεια εἰς φῶς ζωίου οὐ ζητοῦμενον. Venit in lucem ueritas uel non quæsita. Sacri quoq; libri idem dicere uidentur. Nihil occultum quod non reueletur. Quapropter poetæ temporis filiam ueritatem dixere. Sophoclis item tres senarios uerti. Loquaris semper uera, nec unquā dubita. Mortaliū uero nemo ob id decipiet. Nam iusta lingua robur immensum habet. Apollonius. ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γὰρ ἀνδρῶν. Mentiri illiberale, ueritas generosa. Serenus in cōmentarijs. Plato dulcissimū auditorum ueritatem dicebat: Polemon autem, longe dulcius dicere quàm audire ueritatem. Plato de legibus. Veritas apud deos hominesq; bonorum omnium potissima est, cuius in primis eum participem esse oportet, qui futurus est felix. Infidelis autem est cui mendacium uoluntarium existit amicum, cui autem inuoluntarium, stultus: utrunq; igitur fugiendum, cum uterq; tam infidus quàm imprudens, nō sit amandus. Theophrastus Chius ut scribit Ælianus

Tres causæ ob quas promissis non stamus
Veritas temporis filia
Apollonij doctrina
Theophrastus

Ælianus de uaria historia. uenit legatus Lacedæmoniā, uir alioqui iactatōr & lasciuus, ut qui senectutem dissimulans, canos infecerat. Archidamus igitur surgens in senatu: Quid inquit, pro sano hic dicet, qui etiam capillis mentitur? Magi apud Persas maximum deum colunt, quem uocant Oromagdem, corpore quidem homini similē, anima ueritati. Pythagoras interrogatus, quid nam homines potissimum simile dijs faciāt: Cum uera, inquit, loquuntur. Thales Milesius interrogatus, quantum mendacium à ueritate distaret, quātum ait, oculi ab auriculis: Planè inferens oculatam fidem præstantiorē esse aurita. Ex Stobeo. Legitur & in sacris libris Zorobabelis Iudæi, apud Dareum sententia omnibus prælata, qui ueritatem omnium fortissimam dixit.

Oromagdes Persarū deus.

DE IRONIA ET IACTANTIA OFFICIOSA.

QVVM inter ironiam & iactantiā ueritas (ut ait Aristoteles) consistat, utrunq; tamen extremū apud perfectos quādoq; uiros reperitur. Socratis ironia apud Platonem & Ciceronem notissima, qui se scire nihil simulabat, tantū alios audiebat. Idem dicebat, de se in neutrā esse partem dicēdum, quod laudare arrogantis esset, uituperare stulti. Apud nostros quoq; Samuel ad immolandum domino uenisse se ait, cum potiorem causam aliam haberet, & hoc facere nihilominus decreuisset. Dauid quoq; Saulis seruum sibi insidiantem dicebat, cum Saul potius ei insidiaretur, 1. Reg. XVIII. præterea Abraami de coniuge, & aliorū multa huiuscemodi. Iactātiæ quoq; plura tradūtur exempla. Plutarchus, qui super hoc pulcherrimū edidit tractatū, ait: Ob delendam calumniam nos ipsos nō inepte laudare possumus, ut accidit Periclī inuidiam sustinenti. Sic enim in concione, Mihi uiri Athenienses succēsetis tali uiro, qui in his quæ necessaria sunt reipub. obeundis, aut summa experientia ac fide prouidendis, neminī me cessurum profiteor. & apud Romanos Scipio accusatus, hodie inquit, P. C. Annibalem uici, Carthaginem tributariam feci, hanc patriā maximo periculo liberaui: eamus hinc in capitolium, & gratias dijs immortalibus agamus. At quàm fatue & inepte Cicero sæpius extra propositum liberatam à se patriam à Catilinæ coniuratione iactat? Legimus item apud Virgil. Sum pius Æneas, fama super æthera notus. Isidorus de summo bono. Superuacanea est, inquit, eorū humilitas, qui seipsos falso accusando inepta utūtur ironia. Nec enim qui se suaq; iusta de causa, sine arrogātia laudat, est admodum uituperādus: Sic nanq; & Paulum & Hieronymum, plures q; alios suas quādoq; uirtutes narrātes, legimus.

Samuel
Dauid
Pericles
Scipio
Cicero

DE LOQVENDI LIBERTATE.

LOQVENDI etiam libertas, quam Græci παῤῥησίαν uocant, ad ueritatē pertinere uidetur. Est enim philosophorum & perfectorū hominū, sicuti Diogenes ad Alexādrum, & ex nostris Nathan ad Dauid, Helias ad Achab, Heliseus ad Ioram. palam criminibus uarijs obnoxios reprehenderūt. Sunt tamen qui illā impudenter exerceant, ut Thersites Homericus, & Drances Virgilianus, ut Demochares Demosthenis nepos, missus legatus unà cum alijs ad Philippum Macedonē hostem: impetratisq; conditionibus, cum ille dixisset, si quid aliud uellent: respondit, uti te suspendas. author Ælianus. Quapropter Socrates dicebat, ut scribit Stobeus: Sicuti nec gladium obtusum ad incidendum, ita nec loquendi libertatem sine effectu aut utilitate esse oportere: ut non odio magis quàm iudicio contendere uideamur: eamq; ex disciplina non tradi, sed ex natura. Aristonymus dicebat, sicuti mel gustu quidem dulce ulcera mordet ac sanat, sic sermo philosophicus. Eusebius. Fiducia, inquit, loquendi à libero animo ueritatemq; amāte procedit: hoc præstabis, si nō cuicunq; nec semper putabis cōuicium aut obiurgationem facere, sed pro tēpore personis & modis. Dion in chrijs. Diogenes interrogatus à quodā Attico, cur Athenis moraretur, cum Lacedæmonios tātopere laudaret: Quoniam, inquit, medico bene habentibus nō est opus. Themistius de anima. Diogenes recte apud Platonē: Quid, inquit, utilitatis philosoph[a] adfert, si neminē in dicēdo mordet? Melle igitur utaī oportet apud exulceratos & medicina egētes homines. Plutar. insuper in lib. de uero amico & adulatore, multa præclare ad hoc propositū disserit, ex quibus nos pauca in medium adducemus. Diogenes, inquit, dicere solebat, q; aut beneuolētissimos amicos, aut infestissimos inimicos habere oportet: alteri enim monēt, alteri uero redarguūt. Nam amicorum est cū amicis uera ac citra adsentationē loqui, monereq; officij quādo est opus. Sed hæc ueritas multas habet cautiones. Primum ne præterita reprehēdamus quæ corrigi nequeunt,

Veritas multas habet cautiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

queunt,quum sit opus potius inimicorū. Deinde ut modestiæ gratia nosipsos simul in eā-
dem culpa connumeremus. Socrates enim leniter & sine strepitu adolescentes redargue-
bat,tanquam scilicet à culpa & ignoratione nec ipse liber esset.Et apud Homerum: τυδείδη
τί παῤῥὸν λελάσμεθα βόρι θ' ἀλκῆς, Tydide quid patimur nostræ oblíti uirtutis in armis?
Deinde ut solum & sine arbitris moneamus honoris gratia.Non enim amici,sed sophistæ
officium est,ut à præsentibus laudetur,alienis erroribus exornari: ueluti chirurgi faciunt,
Pythagoras qui artificium coram multis ostentant.Pythagoras enim quum quendam adolescentē aspe-
rius reprehendisset,ita commouit,ut ille ob dolorem sibi manum adferret:ac ex illo postea
præsente alio neminem reprehēdisse dicitur.Hanc igitur ob causam,magis quàm ob ebrie-
Alexander tatem,Alexander Clitum interfecit:quod audientibus multis eum uituperasset. Aristome-
Aristomenes nes quoq; Ptolemæi præceptor, quod eum dormientem præsentibus legatis excitasset,ab
eodem necatus est.Ex quo Homericum illud recte dicitur:ἄγχι χῶρ κεφαλῆϊ,ἵνα μὴ πεύθοιατ'
ὀϊ ἄλλοι. Ne reliqui audirent caput auribus admouet ultro. Deinde ne irati moneamus,ut
magis ex libidine nostra impelli,quàm ex amici charitate uideamur. Sunt tamen quædam
quæ ab amicis non iratis uidentur irate dici, ut Patroclus Achilli. πλεῖς οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ
ἱππόται πηλεὺς. οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέσε τίκτε θάλασσα, πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ὧδε
πέλωρος.Non tibi diua Thetis mater crudelis Achille, Non pater est Peleus, scopulo sed na-
tus acuto Ceruleoq; mari,nam mente immitis acerba es.Amādi igitur in primis amici,qui
libere uereq; loquūtur.Ex quo in tragœdia dicitur: φίλους ἢ πυῤῥ μὴν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις κέ-
κτησο,πυῤῥ δὲ θῦρ χάριν σὰν ἡδονῇ στυγῆ παρηγρους,κλαῖεμ ἐιχγέπω σέγης. Tuis nequaquā uerbis ce-
dentes habe.Nam gratiam spectantes,qui loquuntur uiri,Hos claustra domus absterreant
tuæ.Hæc enim ueritas inter amicos pars potissima.Nam sicuti Patroclus dum Achillis ar-
ma circūdaret humeris,& equos in pugnam duceret,solam eius hastam attrectare non au-
sus,intactam dimisit:ita adulatores cætera amici officia persequuntur,præter hoc ueritatis.
Megabyzus Megabyzus Persa dux Darei regis,dum olim apud Apellem de umbris & lineis nugare-
tur:Apelles inquit,num uides hos pueros minium terentes?dum taceres,te tuamq; purpu-
ram & attoniti adspiciebant:quū autem loqui de his cœperis,simul omnes te rident. Quē-
admodum igitur Agesilaus, ab ijs etiam qui uituperare scirent, laudari se cupere dicebat:
ut scribit Xenophon:sic etiam eum qui delectat,& ad gratiam loquitur,amicum existima-
ri decet, si & mordere possit. Nam sermo semper placens & ad gratiam, suspectus est. Ex
Carillus quo Lacedæmonij cuiusdam dictum in precio est. Is enim quum Carillus rex laudaretur:
Fauonius Quonam modo,inquit,bonus est,qui ne in malos quidem acerbus est? Et hæc quidem Plu-
tarchus de uero amico. Fuere hac animi libertate apud Romanos Fauonius, qui ad Pom-
Cato peium ait: Nunc Pompei pede terram pulsa.quum ille iactasset,si opus in bello ciuili,mi-
lites se pedis pulsu excitaturum.Et Cato,qui Cicerone cos. Murænam defendente Stoico-
rum sectam ac paradoxa deridente,quum risus iudicibus excitaretur,ait: Dij boni quàm ri-
diculum consulē habemus.Duos præclaros Homeri uersus his addam,Iliados IX. ἐχθρός
γάρ μοι κῆνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δ' ἐείπῃ. Hostis enim ille
mihi simul usq; ad limina ditis, Qui simulans aliud,menti contraria fatur.

DE TACITVRNITATE

Socrates SOCRATES, ut author Stobeus, duo loquendi tempora ponebat: uel de qui-
bus ipse clare noueris,uel de quibus necessarium dicere:cæteris in rebus tacen-
dum putabat. Idem nullam scripsit literam, quod pluris dicebat esse chartam cū
M. Antonius suā scripta. M. Antonius orator,teste Cicerone,nullam scripsit orationem,ut si
Pythagoras quid non opus dicto esset,posset se negare dixisse.Pythagoras ait, uel taciturnitatē oppor-
Solon tunam,uel sermonem utilem habe.Idem iubebat quinquennio discipulos silere. Solon in-
terrogatus in conuiuio à Periandro cur taceret:Sermonis ne inopia,an stultitia? At nullus,
inquit,in conuiuio stultus tacere posset. Dicebat enim sermones obsignādos esse silentio:
silētium uero temporis opportunitate.Epictetus philosophus iubebat tacere multa:uel lo-
Zeno qui necessaria,& de paucis.Zeno quum legatos Antigoni regis missos Athenas,unà cum
nonnullis philosophis ad cœnam inuitasset:ac reliqui suam inter epulas ostētarent loquen-
do disserendoq; doctrinā:ipse solus tacuit:quærētibusq; legatis,qui ei priuatim regis man-
dato egregiam eius uoluntatem obtulere:si quid respondere uellet:Hoc,inquit,quod uide-
Diogenes tis. συνηγαθέστατον πάντων λόγον: id est,difficillimū omnium retinere sermonem. Diogenes
cuidam

cuidam philosopho,qui cōtentiosius aliquid disserebat:Miser,inquit,quod optimū in uita
philosophi ac præcipuū,uerbis philosophādo corrumpis. Ægyptij Harpocratem mutorū
Harpocrates deum celebrabant,Romani uero Angeronam deā cum digito ad os adalligato in ara Vo-
Angerona lupiæ colebāt,quod uidelicet silentium magnā in posterū uoluptatē præstaret. Aristoteles
interrogatus,Quid difficillimū:silere,inquit,quod minime dicēdum sit. Nicostratus,mul-
ta inquit,uelociter & continuo loqui,stultitiæ signū.Sermonē præterea ad audientis aurē
adcōmodare oportere. Zeno dicebat,duas nobis deus aures cōstituit,unam uero linguā,
quod duplo debeant plus esse quæ audimus,quàm quæ loquimur.Idem ferè laco.in epist.
Sit omnis homo uelox ad audiendum,tardus ad loquendum. Menander. οὐδὲν σιωπῆς ὄντι
χρησιμώτερον. Nihil silentio utilius.Sophocles. πολλὰ ἔχει σιωπὴ καλά.Multa retinet silentium
pulchra. Athenodorus. τὸ σιγᾶν ὄντως ἀκίνδυνον γέρας. Tacendi munus est sine periculo.Plu-
tarchus. ἀνυπευθυνον σιγὴν uocat,id est.Silentium non redditurum rationem. Idem. Haud
modica uirtutis pars,linguam rationi obtemperātem habere. Apollonius. πολυλογία πολλὰ
σφάλματα ἔχει, τὸ δὲ σιγᾶν ἀσφαλές. Sermo longus in multis peccat,silere autē res tuta.Idem.
Optimi hominum qui parce loquuntur,Loquaces enim si eam molestiā paterentur quam
inferunt,nunquam loquaces essent. Plato Antistheni longius disputationem protrahenti:
An ignoras,inquit,sermonem eum metiri qui audit,non qui dicit? Euripides. ἀχαλίνων στό-
μάτων τὸ τέλος δυσυχία, Finis oris effrenis est infortunium.Idem. γλώσσης γὰρ οὐδὲν πιστόν, ᾗ δ'
ὠφελεῖ μάλ' φρονοῦντ' ἀνδρῶν μετρεῖν ἐπάγειν. αὖτη δ' ἑαυτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά. Linguae nihil
fidum,per quam licet eorum quæ honesta sunt,monere sciamus homines: ipsa tamen per
se multa possidet mala. Hesiodus. γλῶσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος φειδωλῆς. Thesau-
rus parci probi est mortalibus oris.Home. σχετλίη ἦ γλῶσσα, τί βροτῶν, πλείους δ' ἔνι μῦθοι παντοῖοι,
ἐπίουν δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα. οἷόν τοι κ' εἴπῃσθα ἔπος. τοῖόν κ' ἐπακούσαις. Lingua hominum
uolucris,sermo quoq; plurimus illi,Ac uarius,tum lex dicendi plurima utrinq;. Nam tale
audieris uerbum,quale ipse loqueris. Plato ait, Ciuitatē Athenienſium omnes Græci ex- Athenien.
istimant esse,ut philologam,id est,uariæ doctrinæ,ita & polylogam,id est,multi sermonis polylogi
amantem. Lacedæmoniam uero breuiloquam,ac polynomam,id est,multarum legum, Lacædomonij
magis quàm polylogam. Laconicū igitur genus,pro breui capiunt,ut Philippus Macedo polynomi
cum peteret ab eis,an eum in urbem recipere uellent,rescripserunt tātum literis maiuscu- Laconicum
lis. NON. author Plutarchus περὶ ἀδολεσχίας. ubi etiam tris ponit responsionum modos: genus
unum necessarium,ut interrogatus,est'ne intus Socrates? dicat tantum,Est.Secundum ad
iucunditatem,quādo dicit: Intus est,nunc ferè ingressus. Tertium ad nugationē,ut quan-
do plura alia adduntur non interrogata,neq; ad rem pertinentia. Ex quo dicit:plus fastidij
adferre uirum bonum alioqui,inepte & intempestiue loquentem:quàm prauum & indo-
ctum,tempestiue.Sed iam nostros adeamus. Ambrosius de officijs. Silendi patientia,op-
portunitas loquendi,contemptus diuitiarum,maxima sunt uirtutum fundamenta. Isido-
rus. Si cupis tuas augere uirtutes,prodere noli,nec loquaris nisi interrogatus,nec prius
quàm audias. Denique Dauid in toto psalmorum libro,nihil potius quàm linguæ inno-
centiam,ac silentium petit,aut extollit. Breuitate sermonis inter Romanos maxime Bru-
tus,Cæsar, Atticus, Sallustius,polluerunt. Inter Græcos, Socrates, Lysias, Thucydides,
Lacones. Dicacitate,M. Cato,Cicero,Fauonius.

DE STVLTITIA.

PRVDENTIAE stultitia maxime aduersatur,quæ cum ex alijs causis,tum
ex delictis nascitur. Interrogatus enim Socrates, qui essent stulti,respondit,
qui facile peccant: Sapientes,qui non facile peccant. Hinc oritur Stoicorum
paradoxum. Omnis cupidos stultos esse. Æschylus in tragœdia elegāter ex-
pressit. ἡ δὲ μωρία μάλιστα ἀδελφὴ πῆμα γενικῆς ἔφυ. Stultitia maxime germana est
iniquitatis.Sophocles. τὸ μὴ ξυνιέναι μηδὲν ὧν ἁμαρτάνῃς, ἔκκλημα τόλμης ἱκανὸν ἔξω λέγειν. Non animaduertere se peccare,incendium est & occasio maioris audaciæ. Idem. ἄνοια θνη-
τοῖς ξυμφορὰ αὐθαίρετον. Stultitia mortalibus uoluntaria infelicitas. Plato. Stulti Proteo
similes,inquit, sunt: ille corpus, hi animum sæpe mutant:præterita magis concupiscunt,
præsentia etiā fructuosiora despiciunt. Obliuio propriorū malorū audaciā gignit.Crates,
Stultos cōparabat terebris,sine uinculis & ui,nihil horum quæ oportet uelle facere. Nam
& terebræ genus est,quod cum adligato loro circumuertitur. Cicero in Pisonem. Nolite

Universidad de Deusto
Biblioteca

putare P. C. ut in scena uidetis, homines conscelcratos impulsu deorum terreri furiarum tedis ardentibus, sua quemq; fraus suum scelus de statu ac mente deturbat. Hæ sunt impiorum furiæ, hæ faces, hæ flammæ. Ex rerum etiam ignoratione procedere Cleanthes docet, *Ineruditi* qui dicebat ineruditos tantū forma differre à bestijs. *Inconstantia* Inconstantia quoq; proposíti magnopere stultitiam mētisq; leuitatem arguit. Ex quo Seneca inquit: Vide quàm magna res sit constantia, & in suo proposito perseuerantia: ut authoritatē habeat etiam inertia pertinax. *Aristagoras* Item pręter decorum & tempus & locum res agere: ut de Aristagora Milesio legitur apud Tarreum in prouerbijs. Is quum legatus Milesiorum Lacedæmoniam auxilij petendi gratia contra Persas uenisset: ueste sumptuosissima, unguentisq; delibutus concionari in miseria ac necessitate patriæ cœpit: ex quo prouerbium manauit, οἴκοι τὰ μιλήσια: domi Milesia. hoc est, domi & in ocio hæc faciēda. Tales etiam uiros Persius notat, quum sollicitos reos deridet, qui superstitiosa quadam eloquentia sese defensitabant. Crimina rasis Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur: bellum hoc: bellū hoc? an Romule ceues? Mendmoueat? quippe & cantet si naufragus, assem Protulerim? cantas quū fracta te in trabe pictum Ex humero portes? Sic enim mos erat antiquitus. Iuuenal. Naufragus assem Dum rogat, & picta se tempestate tuetur. Horat. quoq; Si uis me flere dolendum est Primum ipsi *Sophocles* tibi. Sophocles prætor in sermone de re grauissima cum eius collega Pericle, trāseunte puero ait: O pulchrum puerum Pericle. Quæ autē sequuntur facto contingunt. Metellus Pius in iuuentute continentissimus, in senectute luxuriosissimus. Antiochus magnus, in securitate sobrius, in sollicitudine lasciuus. In bello enim cōtra Romanos periculosissimo, captus amore uirginis debacchabatur. Quem uero nos uidimus: Paulus pontifex in paupere cardinalatu liberalissimus, in diuite pontificatu illiberalissimus. Sunt & inertes quidam in hoc numero, qui nulla unquam aduersitate, nulloq; rerum euentu eruditur: ut M. Antonio contigit. Is, ut ait Sallustius, uacuus omnino à curis fuit, nisi instantibus. Nostro autem seculo Renatus Siciliæ rex, rebus excidens, tot bellis calamitatibusq; adflictatus, uel in extrema senectute nunquam iocos amoremq; dimisit. De his Seneca dicit, quod stultitia semper iuuenescit, stultiq; semper uiuere incipiunt. Ambrosius in sermone: Stultorū ac prauorum hominum iubet uitare consortia, præstareq; dicit, ab illis odio haberi, quàm cum illis conuersari. Apollonius Tyaneus, ut est author Philostratus, uiros huiusmodi, quamuis potentes, non solum fugiebat, sed ne quidem ab illis dignosci cupiebat. Xenophon quoq; comment. III. Socratem ponit, stultos neglectos & ignauos, etiam si cæteris careant uitijs, ad amicitiam nullo pacto recipiēdos esse censere, quod minime εὐσύμβολοι existant, id est, non facile ad commune mutuumq; officium conferentes.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXIX.

QVOD ANIMADVERSIO ANTE OMNIA SIT NECESSARIA.

DE IVSTITIA.

Iustitiæ imago

VVM de iustitia inter Aristotelica postea sim dicturus, nunc tantum flosculos in ea delibabo: ac primum, quàm necessaria sit in delinquentes animaduersio. Chrysippus imaginem eius fingit forma uirginali, adspectu uehemēti, luminibus oculorum acrioribus: Quod uidelicet magistratum in improbos seuerum ac rigidum esse oporteat. Plato de repub. τῶν δίκην διδόναι, μεγίστη κακῶν ἀπαλλαγή. σωφρονίζῃ γοὺν καὶ δικαιοτέρους ποιῇ, κρατῇ ἰατρικὴ γίνεται ποινικὴ ἡ δίκη. ἐκεῖνό γε οὐδεὶς οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων πολμᾷ λέγειν, ὡς ἀδικεῖνδι οὐ βέλτιον δίκην. Dare pœnas maximi mali euitatio est: facit enim alibi prudentiores & iustiores: & medicina quædam iniquitatis ipsum est iudicium. Illud uero neq; deorum neq; hominum ullus dicere audebit: ut ab eo qui iniuste egerit, pœna non sit exigēda. Idem: Castigare noxium enim oportet, non ob præteritum delictum, quum id corrigi nequeat: sed ne iterum peccet, tum ne ipsius exemplo cæteri quoq; peccent. Homerus quoq; in Odysseæ χ. οὐκ ὀΐω κλαυθμοῖσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἢ ἐπὶ δηΐῳ. τόσσε μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ Χέτλια ἔργα. Hos lugere nefas, qui dijs ultoribus ipsis Ob sua

Ob sua dementes perierunt impia facta. Idem in Odysseæ lib. ξ. οὔ μοι ἀτέλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν, ἀλλὰ δίκην τίσσαι καὶ ἄσιμα ἕκητι ἀνδρῶπωμ. Cœlestes hominum non impia facta tuentur: Quin plectunt æquamq; ferunt pro crimine pœnam. Idem. Ἀλλ' ὁ μοῦνος ἄφρων ἀπόλοιτο, θεὸς δ' ἐκτυφλώσειε. Hunc deus, ut pereat, priuabit lumine mētis. Vlysses enim de procis loquitur. Nam pœna hæc omnium maxima est. Ex quo in libris Regum simile huic dicitur. Infatua domine consilium Achitophel. Idem poeta. Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν, ἔκτε καὶ ὕστερον τέλεσ, σώ τε μεγάλως ἀπέτισεμ. Iuppiter haud quamuis subito sit criminis ultor, Fœnore post illud longe grauiore recensēt. Quod Cæsar in cōmentarijs pulcherrime imitatus, ait. Consueuere dij immortales, quo grauius homines ex mutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci uelint, ijs secundiores interdum res ac diuturniorem impunitatem concedere. Hyperides. Occurrere oportet iniuriæ, quod si inueterauerit, quemadmodum cōnutritum morbum, uix extingues. Antiphontis optima sentētia, minime tamen obseruata. οὐ δίκαιον οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτῶντα ῥήματι σωθῆναι, οὔτ' ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα, διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι. τὸ μὲν ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημα ἐστί. τὸ δὲ ἔργον πᾶσι γνώμης. Non fas re peccantem ob uerba seruari, sicuti neq; recte agentem ob uerba tantum perire. uerbum enim linguæ peccatum, res uero animi. Pythagoras. καὶ μὴ κολάζοντες κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Qui non plectunt malos, uolunt bonis iniuriam inferri. Seneca idem mutuatus, ait. Qui parcit malis, probis nocet. Cambises, ut ait Valerius, iudicem alioquin sibi charissimum, quod iniquam sentētiam tulisset, euestigio cōprehēdi, ac eius pelle discerpta tribunal consterni iussit. Cato & Phocion præcipuis amicis, teste Plutarcho de ciuilibus præceptis, quandoq; reipub. causa aduersabantur, nec ullum priuatū aduersariū ob remp. habuerunt. Idem in eodem libro ait. Timoleon Corinthius cum monendo fratri persuadere non posset, ut tyrannidem poneret, eius interfectoribus adiutor fuit.

DIFFICVLTAS IN SERVANDA IVSTITIA.

DEMOSTHENES. πάντων δυσχερέστατον τὸ πλοῖς ἀρέσκειν. Omnium difficillimū multis placere. Demochares. Magis enim homines malorum reminiscuntur, quàm bonorū ex magistratibus. Idq; merito. Nam hęc quod tanquā depositū aliquod reddant, laudare nō est opus: malorū uero tanquam rem depositam ac debitā, magistratu nō reddente, facile reminiscuntur. Cicero pro Flacco exclamat. O conditiones miseras administrandarū ciuitatū, in quibus diligētia plena simultatū est, negligētia uituperationū, ubi seueritas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, adsentatio pernicios a, frons omniū familiaris, multorum animus iratus, iracūdiæ occultæ, blanditiæ apertæ: Veniētes prætores expectant, præsentibus inseruiūt, abeuntes deserūt. Chrysippus interrogatus, cur nō adcederet ad remp. Quoniam si male, inquit, curatē, dijs displicerem: si bene, hominibus. Refert Pausanias quod Isocrates tria præstitit miranda. Primum sapientissimum, quod ad remp. nunquam adcessit, quum æquum in ea seruari nō posse conspiceret. Secundum laboriosissimū, quod annis XCIX. quibus uixit, discipulis nunquam caruit, semperq; docuit. Tertium libertatis amantissimum, quod audita apud Chæroneam Athenienſium clade, ob animi dolorem extinctus est. Ipse quoq; in orationibus sic ait. Ego uero iustitiam nullo modo doceri posse, neque artem ipsius ullam prorsus existimo, ut ij qui male sunt à natura instituti, ad eam dirigantur. *Isocrates tria præstitit miranda.*

QVOMODO IVSTITIA RECTE IN REP. SERVABITVR.

EPICTETVS. Si rectum uis facere iudiciū, neutrā cupias partē cognoscere, sed causam ipsam. Minime quidem in iudicio errabis, si ipse in uita nō erras. Bion. Oportet is qui à magistratu discedit, nō ditior, sed glorios ior factus sit. Agatho. Trium rerum reminisci magistratū oportet: Quod hominibus pręsideat, Quod secūdum leges præsideat, Quod nō semper præsideat. Solon. ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. Discere regi prius quàm regere. Lysias. Eandem habere iudices mentē decet, ac legislatorem. Euripides. κακῶν δὲ αἱ πόλεις ἥλασσόνων πρόμεναι, τὰ λοιπὰ εὐτύχουσιν ἐμ. ἐν τῷ δὲ κάμνουσιν αἱ πλαὶ πόλις, ὅταν ἐσθλὸς καὶ πρόδυμος ὢν μικρὸν φέρῃ πρὸς κακόνους πλέον. Ciuitates malis hominibus orbatæ, felicius in futurum agerent. In hoc enim pleręq; urbes angūtur, cum uir bonus nihilo melius malis adsequitur. Hippodamus. In tris remp. partes diuisam esse oportet: primā, bonorū gubernatorū: Secūdam, militū: Tertiā, mœchanicorū. Primā rursus ordinū optimorū, ultimā inferiorū, Militum uero mediocrium. Prima item *Tres reip. partes*

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet imperare: ultima obtemperare: media uero utrumq; pro tempore facere. Architas: Puto omnem communitatem constare ex tribus: Dominante, dominato, & legibus. Præterea meliorem imperare oportere: peiorem imperari. Aristides iustus interrogatus quid esset iustitia: nihil inquit alienum desiderare. Plato ad Architam: Dulce omnino rem priuatam tractare. Attamen considerare oportet, quod non tibi soli sis natus, sed partim patriæ, partim etiam amicis. Quod eleganter Seneca mutuatus expressit. Alijs, inquit, uiuat, oportet, qui sibi uult uiuere. Plato item: Ille bonus est medicus, qui plures tractauerit ægrotos. Iudex uero qui animos. Et ille natura non ualde sanus sit, oportet, si aliorum melius deguerit curas, quoniã non corpore corpus curat. Sed animæ longe diuersa ratio, ipsa enim adfecta curare alias minime poterit, quoniam animam anima regit. Quapropter sanum esse iudicem decet: nec sibi conscium, sed in aliorum salute per ætatem exercitatum: quum iuuenes ob inexperientiam facile decipiantur, nimis indulgentes existant. Demosthenes: Δίκαιον ὀργιλότερως ἔχειν τοῖς μετ' εὐηθείας πονηροῖς, ἢ μετ' ὑποψίας. ὀρῶ μὲν ἀνάγκης χρεία φέρει τινα συγνώμην πρὸς τοὺς ἀνδρωπίνους λογιζομένους. οὐ μὴν ἐκ προνοίας πονηροί, οὐδεμίαν δίκαιαν πρόφασιν ἔχουσιν. πλὴν γὰ κακὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ τυραννὶς διάζευκται πρῶτον, ἐφ' οἷς ἂν ἐλέσθαι δικαιότερον ἢ πρὸς σωτῆρ' ἰόντ'. Diuina hæc est sententia. Dicit enim: Fas est magis irasci aduersus iniquos diuites quàm pauperes. Necessitas enim ueniam aliquam habet apud humaniter iudicantes. Multa nãq; cogit liberos inopia facere, in quibus misericordiã iustius quàm pœnam inueniant. Menander: Qui præiudicium adfert antequàm audiat, malum se ostendit uirum. Sophocles: ἄκων ἁμῴρτων οὐδεὶς ἀνθρώπων κακός. Non ex sententia peccans, nullus est malus. Plutarchus: περὶ πλείωνων πραγμάτων. Mediocritatem humanitatemq; etiam in seruanda iustitia probat: exemplumq; Cleonis & Themistoclis ponit, qui in repub. diuersa sententia ambo fuere. Alter enim adcessurus ad rẽpub. amicis sese excusauit quod his nullus erat habendus respectus, lædiq; sæpius eos ob principatum oporteret. Alter Themistocles quum esset in imperio, admonitus à quodam, ut æque omnibus se præstaret. Quin absit, inquit, ut ego dum potero non magis amicis faueam, cunctis in rebus. Similes igitur his in Roma na republica Catonem & Cæsarem accepimus fuisse.

Iustitia qd sit

Cleon
Themistocles

DE REFERENDA GRATIA

REFERRE gratiam ad iustitiam pertinere uidetur, quo nullum est magis, ut ait Cicero, necessarium. Sed & nullum quoq; difficilius esse cõperimus, quia quæ ex liberalitate sponte damus, libenter damus: Quæ non sponte, non itẽ. Quod eleganter Hesiodus his uersibus expressit: ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλωμ, ὅτε κἄμ μέγα δώσῃ χαίρῃ τ' ᾧ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν μετὰ θυμόν. ὃς δέκεν αὖτε ἕληται ἀναιδείῃ πιθήσας καί τε σμικρὸν ἀνῶμ τό τ' ἐπαάχνωσε φίλον κῆρ. Quisquis sponte dabit quamuis ingentia gauder. Idem fortè procax quisquam si postulat ultro, Vel minimum, hærebit mœrens longeq; grauatus. De hac igitur multa Seneca de beneficijs. Queritur, inquit Epicurus, nos esse ingratos, nec præterita inter bona connumerare, anxios tantum futurorũ. Memoriæ itaq; minimum tribuit, qui spei plurimum. Item, Beneficiũ nullum perit, qui enim perdit computauerat: beneficiorum uero simplex ratio: si reddet aliquid, lucrum est: si non reddet, damnum non est. Nemo beneficium in calendario scribit. Quapropter Gratias dicit tris ab Hesiodo positas: Aglaen, Euphrosinam, & Thaliam. At Homero autem unam ex his Pasithoan appellari, matrimonioq; addici. Respiciũt se inuicem complexis dextris, ut reddítio beneficij notetur. Hilares sunt, sicuti dantes & accipiẽtes. Præterea uirgines, q̃ sine spei conceptione detur. Vestibus fluentibus & lucidis, quod sine adligatione alterius aut obligatione tribuatur. Denicq; iuuenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Tres sunt, promerentium uidelicet & reddentiũ, & amborum simul. Item qui grate beneficium accipit, primã eius pensionem soluit. Quidam aliquid intempestiue subito remittunt, nihil se tales uelle debere testantur. Qui enim nimis cito soluere cupit, inuitus debet: qui inuitus debet, ingratus est. Beneficium qui non potest sustinere, hoc est pro facultate sua reddendi animum non habet, non accipiat. Aliquando tamen non reddendum, quando uidelicet plus mihi detracturus sum quàm illi collocaturus: uel illi parum aut nihil reditum adcesserit, mihi multum ereptum fuerit. Et hæc quidem ille in eodem libro diuersis in locis. Ingrata enim omnis natura mortalium est. Quod si recensere uelimus exempla, superuacuum quidem, reperimus omnis ferè populos suis de se benemerentibus ciuibus ingratos

Gratiæ tres

gratos extitisse. Conãdum igitur omnibus uiribus ex Apostoli præcepto: nemini quicquã debere, quo nihil magis in terris nos deo proximos facit: quodq; is tantum assequi poterit, qui cupiditati modum statuerit, paruoq; admodum contentus fuerit.

DE LEGISLATORIBVS AC LEGIBVS.

LEGES quoq; adcedunt iustitiæ, quas alijs alij populis dedere. Gymnosophistæ Indis, Prophetæ seu sacerdotes Ægyptijs, Chaldæi Babylonijs, Magi Persis, Druidæ Gallis. Zaleucus Locrensibus, Moses Hebræis, Solon Athenensibus, Lycurgus Lacedæmonijs, Minos Cretensibus, Phido Corinthijs, Zamolsis Getis, Androdamus Rheginis, Hippodamus Milesijs. Carondas Thurijs, Philolaus Thebanis, Phaleas Carthaginensibus. Apud Romanos uero primus P. Papirius regias leges in unum cõtulit. Deinde Appius Claudius Regilianus Decemuir, cuius maximum consilium in XII. tabulis cõscribendis fuit. Post hunc eiusdem familiæ Appius Claudius Cẽtimanus, qui R. literam inuenit, actiones scripsit, & primum de usurpationibus, qui liber non extat. Post hos Sempronius Catus, Deinde Scipio Nasica, qui optimus à senatu iudicatus, & cui publice domus in sacra uia data est, quo facilius consuli posset. Demum Q. Mutius, qui ad Carthaginenses missus est legatus: quum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utram uellet referre, Romam utrãq; sustulit, & ait: Carthaginenses petere debere utram mallent accipere. Post hos fuit T. Coruncanus, qui primus profiteri cœpit, cuius tamen nullum scriptum extat. Deinde Sextus Ælius & frater eius P. Ælius, ambo Coss. Deinde Cato Porciæ familiæ princeps, cuius extant libri. Postea M. Mutius & L. Brutus & P. Manilius ius ciuile fundauerunt. Ex his Mutius consularis fuit, & decem libros reliquit. Brutus prætorius VII. Manilius consularis & ponti. maxi. III. Ab his profecti sunt P. Rutilius Rufus Cos. Romæ, & Asiæ Procos. Et Publius Virginius & Quintus Tubero ille Stoicus Pansæ auditor ac Consul. Et Sextus Pompeius Pompeij magni patruus. Eodem tempore Cælius, qui plus eloquentiæ quàm scientiæ iuris operam dedit. Et Lucius Crassus Mutianus, P. Mutij frater illius quem Cicero iurisconsultorum disertissimum dicit. Post Qu. Mutius P. filius pont. maxi. ius ciuile in XVIII. libros redegit. Mutij auditores fuere complures, sed præcipuæ authoritatis Aquilius Gallus, Lucius Balbus, & Sextus Papirius. Deinde Ser. Sulpitius, qui in causis perorandis post Ciceronem primum obtinuit locum, reprehensus à Qu. Mutio quod ius non intelligeret, iuri operam dedit, reliquitq; CLXXX. libros de iure ciuili. A Seruij disciplina manauerunt Alphenus Varus, C. Flauius, A. Ophilius, T. Celsus, Aufidius Sura, Aufidius Mamusa. Flauius Priscus, C. Atteius, Antistius Labeo Paternus, P. Celsus. Libri digesti fuerũt ab Aufidio Mamusa. Ex his Alphenus cõsul fuit, & Ophilius equ. ordin. qui edictum prætoris diligenter primus composuit. Fuit eodem tempore Trebatius Cor. Maximi auditor. A. Cesellius, Qu. Mutius Volusij auditor Quæstorius. Consulatum enim renuit offerente Augusto. Ex his Trebatius peritior, Cesellius eloquẽtior. Ophilius utroque doctior. Deinde Ælius Tubero, qui postquam accusauit Q. Ligarium, nec obtinuit apud C. Cæsarem, à causis agendis ad ius ciuile transijt. Post hunc Atteius Capito, qui consul fuit, Ophilij imitator, & annum sic diuisit, ut Romæ sex mensibus cum studiosis esset, & totidem in secessu in conscribendis libris, ideo uolumina sexaginta reliquit. Labeo ingentis doctrinæ fiducia, ut qui operam philosophiæ dederat, plurima innouare instituit. Masurius Sabinus Atteio Capitoni successit, Labeoni Nerua, qui fuit Cæsari familiarissimus. Masurius Sabinus eques Roma. publice primus scripsit. Hoc beneficium à Tyberio Cæsare dari cœpit. Nam ante Augusti tẽpora publice respondendi ius à principe nõ dabatur, sed qui fidutiã studiorum suorũ habebant, consulentibus respondebant: neq; responsa utiq; signata dabãt, sed plerunq; ipsis iudicibus scribebãt, aut testabantur qui illos consulebant. Primus Augustus ut maior iuris authoritas haberetur, constituit, ut ex authoritate iuris responderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Quapropter optimus princeps Hadrianus quum ab eo uiri prætorij peterẽt, ut sibi respõdere liceret, rũdit, eis hoc nõ peti, sed præstari solere, & ideo si quis sui fiduciã haberet se populo ad respõdendũ præstaret. Igit̃ Sabino cõcessum est à Tyberio, ut populo respõderet, cui quũ amplæ facultates nõ essent, à suis auditoribus sustẽtatus est. Sabino succellit

Legislatores
P. Papirius
Ap. Claudius
Claudius
Centimanus
Sempronius
Catus
Qu. Mutius
T. Coruncanus
Sex. Aelius
Catus
M. Mutius
L. Brutus
P. Manilius
P. Rutilius
P. Virginius
Qu. Tubero
Sex. Põpeius
Cælius
L. Crassus
P. Mutius
Qu. Mutius
Aquilius
Gallus
Lucilius
Balbus
Sex. Papirius
Ser. Sulpitius
Alphenus
C. Flauius
Digesti libri ab Aufidio
A. Ophilius
Trebatius
A. Cesellius
Qu. Mutius
Aelius Tubero
Atteius Capito
Labeo
Masurius Sabinus
Nerua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cassius Longinus Cassius Longinus Tuberonis ex filia nepos, quæ neptis fuit Seruij Sulpitij. Is consul extitit in Cintino sub Tyberio, à quo propter authoritatem è ciuitate pulsus fuit, & ab imper. *Proculus* Vespasiano reuocatus diem obijt. Neruæ successit Proculus. Fuit & eodem tẽpore Nerua *Longinus* alius, & alius Longinus eq. Rom. ac prætorius: sed Proculi authoritas maior extitit. Nam *Cælius Sabinus* qui succedere partim Proculani, partim Cassiani appellati sunt, quæ origo à Capitone & *Pegasus* Labeone cœperat. Cassio Cælius Sabinus successit, qui plurimũ sub Vespasiano potuit. *Priscus* Proculo successit Pegasus, qui sub Vespasiano præfectus urbis fuit. Cælio Sabino Priscus *Labienus* Labienus. Pegaso Celsus. Celso patri Celsus filius & Priscus Neratius, qui utrique Coss. *Celsus pater* fuere. Prisco Labieno Eburnus Valens, & Tussianus, ac Saluius Iulianus. Post hos uero *Celsus filius* turba plurima, quorum princeps Papinianus Scæuolæ discipulus, fisci aduocatus sub Se- *Eburnus* uero imperatore: deinde Vlpianus, Paulus, Modestinus, Caius, aliique complures, qui sub *Tussianus* Alexandro fuere, quosue in Vlpiano commemoraui. Leges quoque uariæ fuere. Ius in *Saluius* primis naturale omnibus cõmune animantibus. Ius gentiũ, quo humanæ gentes utuntur. *Iulianus* Ius ciuile, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, & authoritate *De legibus* prudentium uenit. Plato, ut ex Timæo, Phædro, & Gorgia colligitur, quatuor legis spe- cies ponit: diuinam, quam prouidentiam uocat: cœlestem, quam fatum: tertiam, mouentẽ, quæ naturæ est: quartam, humanam, quæ prudentium sit. Cicero pro Cluentio. Est enim magistratus legum, iudices, legis interpretes: serui legum sumus, ut liberi esse possimus. Idem pro Sextio. Quodam tempore homines nondum neque naturali, neque ciuili iure de- scripto, fusi per agros atque dispersi, uagabantur: tantumque habebant quantum manu ac ui- ribus per cædem eripere potuissent: qui uero ingenio ac uirtute præstiterunt, genus indo- cile unum in locum congregauerunt, eosque ex feritate illa ad iustitiam & mansuetudinem transtulerunt. Hinc respu. domusque cœptæ. Leges ac iudicia seuera rempublicam Roma- norum olim seruauerunt. Quapropter, ut ait Pedianus, adolescentiores laudem ex accusa- tione principum uirorum sibi omniũ concessione acquirebant. Sic Clodius Catilinam. Sic Iulius Cæsar annorum XXI. Cor. Dolobellam, & eiusdem ferè ætatis Asinius Pollio Ca- *Accusatores* tonem. L. Crassus Carbonẽ. Cn. Furius M. Aquilium. Accusatorũ temeritas, ut ait Mar- tianus ad S. C. Turpilianum, tribus modis detegitur, totidemque pœnis subijcitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Primum est, falsa crimina intendere. Secũdum est, uera crimina abscõdere, quãdo corrupti ab altera parte. Tertiũ in uniuersum *Iudices* ab accusatione desistere. Iudices, teste Pediano, annos L. equestris tantum ordinis lege Sempronia fuere: deinde ob eorum turpitudinem lege Aurelia, ad tria genera reducti sunt ad senatores, equites, & trib. Ærarios. donec Cæsar, ut ait Tranquillus, ad duo genera re- duxit, equites & senatores. Trib. Ærarios sustulit. Conueniebãt in forum, ubi per tabellas sententias proferẽtes in cistam cõferebant. Damnationis ◊ fuerat signum. absolutionis au- tem A. Hæc apud prætorẽ uersabatur, ac deinde recitabatur. Reus mane eodẽ ueniebat, barba, capilloque obsoletus, adolescentium conuictis sæpe laceratus, ut planè indicat Liuius XXXIX. de P. Scipione: eique licebat testimonium uitæ laudatores adducere, plures etiã patronos habere, supplicareque, ac misericordiam omnibus uijs implorare. Horæ tres ei ad dicendum dabantur, actori autem duæ: qui in fine, Dixi, pronunciabant. Iudicum numerũ ex multis electis in urnaque positis sortiebantur apud prætorem per pilulas manu pueri, li- cebatque parti utrique ex quolibet ordine quinque magis suspectos reijcere. Ita ut LI. rema- nerent. numerus deinde ad centum perductus. Edititij uocabantur iudices quos pars alte- ra elegit, ideo parum fide probati. hos Cicero pro Muræna sæpe cõmemorat. Comperen- *Cõperendi* dinatio, teste Pediano, erat ab utrisque litigatoribus inuicem sibi denũciatio in perendinum *natio* diem. Sector æstimator redemptorque bonorũ damnati, qui spe proprij lucri bona omnia in *Sector* auctione uẽdebat, in ærariumque mittebat. huic enim illa à prætore dabãtur. Accusationes in albo iudicũ proponebantur. Erat enim album nõ solum iudicũ, sed omniũ magistratuũ: *Album* paruũ ante ædis cõfectũ albũ, ubi ab eis edicta proponebanẽ. Diuinatio, erat accusatio, ubi *Diuinatio* sine testibus & tabulis agebatur, iudicesque propterea argumẽta sequerẽtur, ac coniecturas, *Acceptilatio* quasi diuinarẽt. Acceptilationẽ, ait Modestinus, esse liberationẽ per mutuã interrogationẽ *Nexi* qua utrisque cõtigit nexi absolutio. Nexi, teste Varrone, sunt liberi, qui suas operas in fertu- turẽ pro pecunia debita dabãt. Eos demũ tollẽdi causa fuit P. Veturius adolescẽs, q nexus ob æs alienũ, cũ creditoris Papirij libidinẽ pati nollet, ac ꝓpterea uerberatus rem ad senatũ detulit,

detulit, ille in carcerem ductus est. Ius gẽtium ita Romanis obseruatum, ut sine iustissimis *De iure gen-* causis nunquam bellum inferrent, nunquam legatos uiolauerint, uiolatos acerrime uindi- *tium* cauerint. Legatos Apolloniatium Romæ quum quidam iuuenes pulsassent, capti sunt, & *Legati Apol-* Apolloniatibus traditi, ut author Liuius XV. Idem lib. V. tres Fabios memorat, M. Fabij *loniatium* Ambusti filios legatos Clusium ad Gallos missos nunciatum, ut à bello sociorum abstine- *Fabij tres* rent, ac unum ex his ducem Gallorum interemisse: quare expostulatione Gallorum Ro- *legati* mani Fabios dedere cogitabant, nisi plebis fauor familiæ nobilitatem tutatus esset. Vetu- rius & Posthumius Coss. Samnitibus dediti quanquam non recepti fidem publicam li- berauerunt. Mancinus item Numantinis. At contrà suos & ipsi legatos à Fidenatibus, à *Fidenates* Teuca regina, à Gallis Senonibus interfectos, à Tarentinis pulsatos, qui ad querendum *Teuca* iniurias missi erant, quod hi classem eorum diripuissent, simul & præfectum occidissent, *Galli* acriter omne ui ndicauerunt. *Tarentini*

LEGES PLATONIS.

PLATONIS leges ad hunc locum epitomare mihi uisum est. In his enim instituit quales esse debeãt in rẽpub. ciues, quomodo institui. In libris au- tem de Repub. instituit ferè Remp. imaginariam quandam, nec facilem inuentu, nec ab hominibus obseruatu. In primo igitur libro uidetur casti- gare uelle Lycurgi leges ac Minois, quæ belli potius causa uidebantur scriptæ. Cum contrà esse debeant leges, ob pacis studia ferendæ, propter quam bellũ sumitur. Itaque se has dare leges, quæ ad pacis pertinerent stu- dia profitetur. Nonarium in dandis legibus laudat exẽplo Homeri, qui eo spatio annorũ à Ioue Minoem dicit leges accepisse. In primis legum cõditores tanquã agrum remp. colere debent, exstirpãdo ante omnia malas herbas, bonasque serẽdo. Præterea totũ eorũ studium circa dolores & uoluptates uersari, & hæc duo tanquam fines cohiberi oportet. Vbi dicit, fortis uiri esse, nõ solum metus & pericula superare, sed etiã cupiditates coercere. Præterea neminem iudicari posse fortẽ, nisi diu inter labores & pericula, tum etiã in ipsa licentia & illecebris uoluptatis uersatus fuerit. In quo animaduertendum, nõ esse tutum homini qui fortis sit futurus, procul à tumultu: uel eum qui sit futurus tẽperatus, separatim à uoluptа- tibus omnibus educari. Dicit preterea hominẽ à dijs factum, uel ludo, uel studio: ludo, si se inquinauerit rebus mortalibus: studio, si rebus uacauerit diuinis. Descenditque ad alia, quæ quanquã leuia uidentur, utilia sunt, ut Musica iuuẽtus erudiatur ad animi perturbationes moderãdas, alacritatemque bonarũ actionũ excitãdam. Probat demũ conuiuia & usum uini liberiorẽ quandoque, ubi mores iuuenũ detegantur. Illic enim prudens iuuẽtutis custos in- spectis tanquam in speculo uitijs, melius castigare poterit ac mederi, adhuescetque propterea in ebrietate omniũ impudentissima seruare pudorem. Sed de usu uini melius deinceps. In secũdo à pueritia ciuem instituit. Quapropter uini usum usque in annum XVIII. nõ pro- *De usu uini* bat, deinde post usque in XL. probat, ultra uero eam ætatẽ hilarius ac plusculum se inuitã- dum suadet, in sacrificijs præsertim deorũ, ut ingraueſcentis iam ætatis mœstitia subleueẽ. Iuuenes coram senibus & maioribus uino utantur, à quibus corrigantur, si forte lasciuius potibus indulserint: nulli tamen ætati cõcedendum uino pro sua libidine uti. Prohibet etiã à uino seruos in ciuitate & magistratus, & qui de rebus magnis in repub. consultant. Ca- strenses quoque uiros toto belli tẽpore more Carthaginensium, Lacedæmoniorum, & Cre- tensium. Pueros item musicæ tradendos, ut studia grauiora, honesta aliqua uoluptate cõ- *Festa ad homi-* pensent. Ob quam etiã causam, inquit, Deum hominum labores miseratũ, sacra festaque in- *num recrea-* stituisse, quibus humana fragilitas recreetur. Commendantur nonnulla numina, ad præ- *tionem in-* cepta morum facientia. In tertio, ciuitatem, ait, seruare ante omnia prudentiam uirtutum *stituta* omniũ matrem oportere: destruere uero imprudentiam, quam ignorationem uocat. Igna- rosque item eos, qui quanquam literatissimi sunt, sibi suoque nescĩunt imperare appetitui. At eos qui sibi temperant quanquam illiteratos, & prudentes & scientes appellat. Pro- hibet præterea magistratum illis tribuendum, qui propter incontinentiam sese regere ne- sciunt. Quamuis enim septem enumeret rationes, quæ ad dignitatem imperãdi facere ui- *Septem impe-* dentur, quæ sunt, Paternitas, Nobilitas, Dominatio, Potentia, Senectus, Prudentia, Sors: *randi dignita-* prudentiam tamen omnibus præfert, ut intelligatur quæ saluti expediant hu- *tem faciunt* Memorat deinde tria in ciuitate seruanda esse oportere, quæ sunt media inter unius & populi

Universidad de Deusto
Biblioteca

populi potentiam:ut neq; se totam unius imperantis arbitrio, neq; potētiæ paucorum cō/mittat. Tertio ne quemlibet absq; delectu recipiat consultorem,sed plurimum optimatum adhibeat gubernationē. Postremo duas narrat gubernandi species,ubi nimia libertas,quæ uitia parit:in altera,nimia seruitus,quæ odium in principem ac patriam gignit:sed medio/criter hæc omnia esse oportere. Quarto ciuitatis gubernationē diuinæ similem esse iubet, quæ regnum est cum optimatum senatu coniunctum. Diuinam prouidentiam nunquam homini deesse,modo sibijpsi non desit. Deinde humanum ingenium in summa morum li/centia lasciuire ac superbire. Et sicut bestiæ nequeunt à bestijs absq; humano quodam pa/store,sic nec homines ab hominibus absq; summo deo optime gubernari. Et quādiu mor/talis sine deo dominabitur,tandiu laboriosam miseramq; uitā ducet. Seruari præterea nos & maxime diuinam legem ab his qui diuinæ legis iugo magnopere se subijciunt,quorum primum futura beatitudo cēsetur:respui maxime à superbis,qui ut diuinam legē deserūt, sic & ipsi deseruntur à deo. Deserti autem peccant atrocius, ac miserabilius cruciantur. Primum deos colendos monet,illos præsertim,quibus patria quasi patronis dicata est, Omnes uero ipsius summi dei causa. Parentes deinde tāquam dei uicarios. Dein propin/quos & familiaritate coniūctos,postremo hospites. Præterea dicit uanorum etiā uerborū *Angelus* diuino iudici rationē esse reddendam. Cuius angelus nobis præest,quasi superioris iudicis uicarius & minister,ut nos à turpibus reuocet,prouocet autē ad honesta:& consentientes quidem trāquillitate cōscientiæ nutrit & delectat,dissentiētes autē conscientiæ perturba/tione uexat. ubi delectat ab antiquis gratia appellat:ubi uexat, furia. Et gratia quidem tri/plex,quod præteriti præsentisq; ac futuri gratia bonos oblectat. Furia quoq; totidē modis *Nemesis* malos exagitat,& utrobiq; fatū seu parca triplex nominatur. Dicitur & Nemesis præser/tim ab Orpheo,ubi in superbos animaduertit. Quinetiā iubet in omni uita parentes uene/rari. Leuium etiā uolantiumq; uerborū grauissimā esse pœnam. Nam omnibus proposita est Nemesis iudicij angelus,huiusce modi cōsideratrix. Prima societas est coniugij. In ciui/tate quisq; uxorem à XXI. in XXXV. annū ducat. Qui autē spreuerit plectatur, hono/*Vires ingenuæ* ribus,emolumētisq; quę ciues cōsequi solent minime impartiatur. Quinto honorē corpo/ris circa mediū consistere,ne nimis robustū pulchrúmue sit:neu nimis debile,aut deforme. Alterum audaces,inflatosq; animos reddit:alterū deiectos & illiberales. Similiter & præ/diorum & census possessio excedens,superbiā,seditionemq; parit:deficiēs,ut plurimū ser/uitutem. Nemo igitur filiorū gratia pecuniæ cumulādæ incumbat,ut ditissimos eos relin/quat:neq; enim id ipsis neq; ciuitati conducit. Sed census rū adulatione uacuus, tū necessa/riorum non indigus,omniū optimus est. Seniores sint iuuentuti exemplo modestiæ,mini/meq; coram ea scurrile aliquid aut turpe loquātur. Ne quis priuatus aurum habeat aut ar/gentum:sed quādo nūmis opus est comerciorū gratia,opificibus tantū eos cōcedit,aut pe/regrinātibus:reuersi à legatione aut peregrinatione nūmos ciuitati restituant. Nemini aut dare dotes,aut accipere liceat,nec fœnerari. Accipiētibus liceat usurā pariter cum sorte ne/gare. Valde diuites boni nō sunt. Si non bonus,neq; felix. Nam qui quouis modo pecuniā acquirūt,parciq; sunt,diuites ,ppterea efficiūtur. Qui uero honeste parat honesteq; erogat, neq; diues neq; pauper erit. Ergo operæpreciū in ciuitate nō esse auri nummū aut argenti, neq; quæstus ullus homini bono,nisi ex agricultura. Nulla utilior reip. disciplina q̄ nume/rorum cognitio. Hæc enim pigros ingenio excitat, solertesq; facit, cū numeris ferè omnia constēt. Cauēdū præterea ut ab iniuria abstineamus in peregrinos & in supplices: horum enim ultor ac uindex deus. Præterea qui bonis q̄bus abūdat,alios impertit,maxime hono/re dignus est:proximus huic qui uellet,nec ei p̄ facultates licet,habendus est. Inuidus uero qui nihil curat benigne facere,omnino uituperandus. Amor enim nimiū proprius,omniū *Commenda tio ueritatis* peccatorū semper est causa. Oportet igitur in primis eū qui magnus in ciuitate sit futurus, neq; se,neq; sua diligere:sed iusta semp,siue ab ipso siue ab alio quouis gerātur,sectari. Ve/ritatē deinde magnopere laudat,quæ dijs & hominibus dux est omniū bonorū. Cuius qui felix futurus sit,statim ab initio particip̄ esse decet,ut in hac plurimū tēporis uitā agat. Fi/dus autē hic erit. Infidus qui sponte mentitur: qui uero nō sponte,amens,utrunq; malum. Nam & infidus & stultus omnino ab amicitia alienus aut honore: procedente quoq; tem/pore inglorius,& in solitudine etiam si liberi supersint uitam ducet. Honorandus uero cer/to est is in primis,qui nihil nocet,aut nullam infert iniuriam, Qui autem nec alios id fa/cere

cere patitur,duplici dignus honore. Sexto. Distributionē bonorū in ciuitate,nō æqualitate *Bona ciui/* arithmetica sed geometrica pro meritis cuiusq; facere oportet,quæ proprie ad Iouis perti/*tatis pro/* net iudiciū,qui merita nouit hominum. Pueris educandis proponatur publice uir bonus. *portione* Qui post annum XXXV. uxorem nō duxerit,nullo dignus honore censeatur. Ad mulie/*geometri/* rum conuiuium nō uocentur, nisi quinq; amici uiri ex latere paterno, ex cognatis & pro/*ca distribu* pinquis totidem. Nuptiarum sumptus pro modo facultatū fiat. Ducat uxorem in aliā do/*enda* mum ubi sit habitaturus:quasi parētibus utrinq; ac fratribus relictis in coloniā proficiscen/*In aliam do* do,ubi numerum augeat, liberos procreādo. De seruis autem,sapiens poeta dicit,de Ioue *mum ducenda* loquens:Dimidiū mentis Iuppiter illis aufert,qui seruitutis sorti subiecti sunt. Minis enim *uxor* ac uerberibus quasi ferarū naturam efficiūt. Sæpe cōsurant contra dominos. Remedio est, *De seruis* ut sint diuersæ patriæ & maxime inter se dissoni. Nulla alioquin eis inferatur iniuria,q; mi/nus quàm æquales possunt resistere. Etenim maxime natura iustus deprehenditur,cum ca/uet his iniuriam inferre,quibus facile potest. Idem de Tyranno in subditos dicendum. Ca/stigandi insuper serui, neq; ita monendi uti liberi,ne molliores sint:neq; sermo cum eis fa/miliaris habeatur,aut iocus siue lusus,ex quibus tardiores ad obtēperādum reddātur. Tē/*Ætas apta* pus matrimonij,uiris à XXX. ad XXXV. fœminis uero à XVI. in XX. ad summū. *matrimonio* Magistratus fœminis post XVI. uiris post XXX. tribuātur. Coniuges post liberorum procreationem caste uiuant, & ex hoc honorētur magnopere, contra uero uituperentur. *Numerus* Numerū quinq; millium & XL. optimū in rep. repetere,quoniā partes æquas totus diui/*V mil.& XL* sus usq; ad XII. habeat,præter undecimā quæ parū aberrat. Dimidiū totius summæ,duo *præterea duo* milia quingenta & uiginti. Tertia erit,mille sexcenta & octoginta, & sic deinceps. Reuo/*denarius ma* lutio quoq; primæ sphæræ XXXVI. milliū annorum,in XII. diuiditur. Primus nanq; *ximè obser* duodenarius infantiæ datur,secundus adolescentiæ, tertius senecluti. Duodecim sunt etiā *uandus* Zodiaci partes. Elementa quoque totidē cum qualitatibus suis. Ciuitatē igitur Plato per XII. tribus partiri iubet,ut numero perfectiore. Septimo:educatio puerorū tractatur. Cō/*De educatio/* ducere dicit magnopere ad uirtutem,puerorū exercitationē quæ in moribus est,disciplina *ne puerorum.* quidem duplici,corporis circa Gymnasticam,& animi circa musicam. Gymnasticam uo/cat, quæ saltatione, luctatione, hasta, iaculo, cursu, pugillatu,rebusq; bellicis continetur. Post hæc dicit nocte exurgēdum esse patribus & matribusfamilias,ut rē domesticā curēt. Somnus enim multus nec corporibus,nec animis,neq; rebus agēdis cōducit. Nemo enim cum dormit alicuius est precij,nō magis q̄ si nō uiueret. Quare quicunq; uiuere & sapere *Vigilia ma/* cupit maxime,q̄ longissimo tēpore uigillet,sola sanitatis necessitate seruata. Exoriente sole *xime neces/* pueri ad magistros proficiscātur,nec sine pædagogis. Decennis incipiat ire,tris tamen an/*saria* nos ut legere ac scribere discat. Deinde tris alios annos musicæ cōtinuo det operā. Matrē ad procreationem liberorum ut actiuā causam concurrere,quod & quidam alij senserunt. Aristoteles autē minime. Humorem in pueris melancholicum non ex ipsa esse natura quę sanguini propior est,sed ex reliquijs materni menstrui,sanguinisq; in utero tabescentis. Mutatio præterea in omnibus rebus præterquam in malis periculosissima est,etiam si in melius fuerit,saltem ad tempus periculo non uacabit. Deum Plato sæpe annuit esse ado/*Mutatio* randum,licet plures deos quandoque dicat,id monstrat in epistola ad Dionysium & ad *omnis pericu/* Hermam,& in Parmenide,qui totus agit de uno,& in Timæo qui naturam producit ab *losa* uno,& in Philebo qui naturam uno metitur,& in Epinomide qui omnia ad unū reducit. Vndecimo. Deos ponit,eosq; prouidentiā habere,minimeq; corrumpi muneribus dicit. Post hos Mentium genus præstare in quibus angeli cōprehenduntur. Deinde animarum rationis ac mentis particípum, quæ ante omne corpus procreatæ sunt. Nam quod per se *Mentes & an/* mouetur,potius est q̄ id quod ab alio. Et quod melius ac diuinius,antiquius est eo quod *geli* uilius. Has etiam migrare in alia corpora etiam bruta,& eadem pati quæ admisere pur/*Animæ ante* gationis gratia. Animarum præterea tria esse genera,unā totius mundi. Deinde sphærarū. *corpus creatæ* Sphæram enim quamlibet habere plures animas,quæ in æthere sunt astra ipsa,& in terra *Animarū tria* sunt homines,in aere & aqua sunt dæmones intermedij,& hi nobis somnia ministrant, *genera* aspirant, monstrántque salutem ab ipso deo missi. Igitur ita fit, ut animæ humanæ à sphæris sint,Sphærarum ab ipsa mundi anima,ipsa uero ab æterno deo. Astrorum enim animæ æternæ beatissimæq; sunt. Quod ex ordine rationéque ac constantia cursus ea/rum demonstratur. Duodecimo. Militares uiri abstinere discant, frigus æstusque pa/*Milites* terea

Universidad de Deusto
Biblioteca

terea capitis ac pedum nuditatẽ tolerare, quæ duo maxime naturam cõseruant, magnasq; uires corporibus malis assuefactis gignũt: Contra uero debilitatem. Imagines deorum nõ ex auro, nec argento, nec ferro, aut ære, sed tantum ligno, aut lapide fieri iubet, ne ex occasione rei pretiosæ se criminosi Deos propterea placare, aut decipere posse existimẽt. Denicq; omne aurũ & argẽtum à sua politia excludit. In Epinomide numerũ magnopere laudat, sine quo dicit nos minime uirtute præditos fore, cũ is in omni ratione humana magnũ adferat momẽtum. Numeris omnia in ciuitate, tum in natura constare adfirmat. Ordinem numerorum & rationem qui mente conceperit, haud facile in rebus errabit.

Templa & imagines sine sumptu. De laudibus & necessitate numerorum

DE SVPPLICIIS.

Quod preces spretæ, ultorem habent deum.

IVSTITIAE pars & religio est: quapropter preces quas & supplicia Latini, εὐχὰς Græci appellant, Iliados IX. eleganter Homerus describit his uersibus à me conuersis.

Namq; preces summi famulæ Iouis esse feruntur,
Claudæ & rugosæ, strabæ quoq; lumine utroq;:
Turmatim q̃ sequi damnum non passibus æquis,
Hoc & ui maiore, & firmis gressibus illas
Præuenit, ac terram perlustrat cursibus omnem,
Adficiens mortale genus. sed pone sequentes
Illæ subueniunt, ac tum cultoribus altum
Sponte suis adeunt mites orantq; tonantem.
At spretæ innumeros luctus, ac damna precantur.

Ex qua descriptione probe colligitur quantæ sint curæ deo preces ac supplicãtes. quos siquis spernat deum ipsum sentiet ultorem.

Nam in Ody. quoq; sic ait. πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε.
Proximi sunt deo hospites ac pauperes. Et alibi. οὐδ' ἱκέτας ἀμπάζεται, οἵσιν ἄρα Ζεὺς μάστιγος
Nec supplices spernas, quibus Iuppiter est testis.
Et rursus. Αντὶ κασιγνήτοιο ξεῖνος θ' ἱκέτης τε τέτυκται.
Fratris nanq; loco supplex ac hospes habetur.
Hesiodus idem fere. ἴσον δ' ὅστ' ἱκέτην ὅστε ξεῖνον κακὸν ἔρξαι.
Virgilius item. Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At sperate deos memores fandi atq; nefandi.
Apud euangelium uero. Quoties unum ex his minimis &c.

Quod preces ad deum necessariæ etiam ex philosophorum sententia.

SOCRATICORVM omnis schola deum ante omnia adorãdum putat. Licet deos plures quandoq; memorẽt, eos certè numina deo Ioui optimo maxᵒ subiecta intelligunt, quem etiam Homerus uocat patrẽ hominumq; deumq;. In primis ipse Socrates dæmonem habebat familiarem, quem deum uocabat. Ischomachus apud Xenophõtis Oeconomicum deum rogat in primis ualetudinem, deinde rei familiaris amplificationem. Plato in Timæo deum adorãdum supplici ter dicit. Super quo Porphyrius & Iamblycus Platonici, multa dicunt. Porphyrius sic ait. Cum deus nobis prouideat, ac res nostræ se possint aliter habere, certe pro rerum nostrarum usu utiliter adoramus, uidelicet ut boni simus: sic enim utpote similes deo facti ad eum propius adcedemus, in qua coniunctione adorationis uis tota consistit. Nempe cum nos dei filij sumus, ab eo quasi in exilio & carcere segregati, simpliciter adorare decet, quo hinc liberati reuertamur ad patrem: alioqui similes illorum erimus qui parentum patrocinio sunt orbati. Profecto cum uniuersi partes simus, uniuerso proculdubio indigemus. Ipsa enim ad totum conuersio salutem partibus præstat. Compertum uero habemus, excellentissimos quosq; apud omnis gentes sapientia uiros, diuinis potissimum uotis nuncupauisse, præcipuè Indorum Brachmanas, Persarum magos, Græcorum theologos: Chaldæos autem & aliud quoddam adorauisse. Ipsam enim superorum uirtutem appellantes hoc uno nomine uenerati sunt. Hæc ille. Iamblycus uero eius discipulus. Primum quidem est notio quædam eius quod orandum est, & qua ratione colendum. Secundum uero adsimilatio quædam uitæ nostræ cum diuina, uitæ puritate, castitate, sanctitate

Dæmon Socratis
Porphyrius
Iamblycus

sanctitate, disciplina, ordine, & diuina beniuolentia proficiscens. Tertium coniunctio quædam per quam diuinam attingimus essentiam, ad ipsamq; ascendimus summitatem. Quartum ingressio quædam in liminis diuini uestibulum. Quintum denique animæ coniunctio cum diuina uoluntate, ut non iam amplius nostri, sed dei simus, illius splendore obruti & circunfusi, qui modus ultimus est & perfectissimus adorationis. Sola igitur adoratio recta animos beatæ patriæ reddit. Sola sanctimonia est plena uirtus. Solus uir bonus, ut Plato scribit in legibus, deum feliciter precatur. Sola cum superis consuetudo beatos facit. Ab hac enim flagitiosi sunt omnino alieni, & tanquam prophani à uotis & sacrificijs arcendi. Puri uero decenter ad supplicandum adcedant, habentes uidelicet secum tris præcipuas comites, fidem, ueritatem, & charitatem, quibus stipati spem bonorũ accipiant firmam. Frustra enim deũ quærit qui se nõ adhibet solũ, soli ac simplicem simplicissimo, immobilemq; stabili, ac ociosum quietissimo. Hæc ille apud Proclũ Platonicũ. His addit magnus Theodorus. Si quis naturas rerum diligentius explorauerit, inueniet non animas tantum aut mentes, sed omne excepto primo adorare atq; moueri. Hesiodus uero omnium antiquissimus. ἦ μὴν ὅτ' ἐωσάξη καὶ ὅτων φάος ἱερὸν ἔλθῃ, ὡς κε τοι Ἴλαον καὶ ἀμύμονα θυμὸν ἔχωσιν. Quum ibis dormitum, & rursus cũ illuxerit, ora Cœlicolas, ut sint præsto tibi mente benigna. Romanos uero tanta huius rei tenuit religio, ut nihil publici aut priuati grauioris negocij nisi prius litato aut auspicato fieret, ac demum postea uoti compotes gratias dijs per sacrificia redderent. Athenienses item in fame, templo Delphico ἐιρεσιώνην, id est, Eresionen posuerũt, hoc ramum oliuæ siue lauri, plenũ fructibus uarijs. Hodie simile Caleñ. Maij ante fores amicarum ponunt. Homerus teste Herodoto Carmina quæ Iresionem uocat edidit: Vt nos pudeat ad firmiorem certioremq; uocatos spem, esse fide ac diligentia superstitiosis in hac parte inferiores.

Iresione

QVOMODO AVT QVID ORANDVM.

MOS erat etiam antiquis teste Plinio in adoratione manũ ad os referre, totumque ea corpus circumagi, ut quasi diuinationem quandam futuri signi nostri salutiferæ crucis portendisse uideantur. Similiter & qui sacra facturus erat, ut ait, se reum ante omnia fatebatur, nostram quoq; ac ueram culpæ confessionem expiationis gratia in sacrificijs quodammodo prænotando, qua purius ad aram adcederemus. Græcum insuper prouerbium, ἀλλ' ἐυδέμεν δεῖ πρὸ τὸν βωμόν. Hoc est, nil oportet ad aram cõsulere. Quoniam mos erat sacrificantium, ante sacrificium & in ipso procinctu solere consulere, ut author Tarræus in Prouerbijs. Pythagoras in aureis carminibus, & Orpheus in hymnis docent quæ à dijs sint petenda: Iusta uidelicet & modesta, cætera deum non exaudire: Nec enim auro aut muneribus corrumpi. Homerus dicit sacrificia Troianorum dijs inuisa, quanquam bona & nidorem suauem adferant, cum Priamus Priamiq; populus odio sit. Plato in Alcibiade inquit. Athenienses cum Lacedæmonijs contendentes semper inferiores fuere, quod dijs magis Lacedæmoniorum benedictio placeret, quàm omnium Græcorum sacra, quamuis Athenienses maiores pompas muneraq; offerant. Ex quibus profecto exemplis, nostrorum ueritas magis effulget, cum Esaias dicat, uictimæ impiorum abominatio. Theophrastus. Eum qui admirationi uult cæteris esse, liberter sacrificare dijs oportet, non tam multa quàm frequenter & pie: nam hoc sanctitatis, illud copiæ signum, Deinde parentum alere senectutem, hisq; obtemperare. Plato item in Eutyphrone, ubi de sanctitate tractat, Sanctum ait & iustum idem esse in accipiendo ac reddendo: Esseque propterea mercaturam quandam inter deos & homines, ut illi nobis bona honestaque dent, nos eis sacrificium ac preces: His enim officijs & domos priuatas, & ciuitates conseruamus. Homerus.

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται μινυώθη περ.
Iuppiter ipse uiris uirtutem firmat & aufert. Et Satyricus noster.
Orandum est ut sit mens sana corpore sano.
Fortem posce animum, mortis terrore carentem.
Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscunq; labores:
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat sæuosq; labores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et uenere & cœnis & plumis Sardanapali. Quomodo orandũ, Xenophon in com-
Xenophon mentarijs probe ostendit. Non enim fas, inquit, à deo petere ut ignorando equestrem pu-
gnam, eos qui periti sunt uincamus. Eodem modo naualis artis ignarũ, nauem ducere aut
uincere. Imperitum etiam spargendi semen, frumentum optimũ metere. Neq; si te ipsum
minime custodias, à deo seruari. Hæc itaq; petere minime ex deo licet, haud aliter quàm si
ab hominibus aliquid contra legem petamus. Ex quo memento prouidere necessaria an-
Sallustius tequam necessitas aut usus ueniat. Hanc Xenophontis sententiam æmulatus Sallustius sic
ait. Non enim supplicijs aut lachrymis muliebribus auxilia deorum parantur, uigilando,
agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Vbi te socordiæ atq; ignauiæ tradide-
ris, nequicquam deos implores, irati infestiq; sunt.

DE CELEBRITATIBVS, PRIMVM SACRORVM.

MACROBIVS. Celebritas dicebatur cum sacrificium fiebat, aut epulum da-
batur, aut Feriæ obseruabantur, aut ludi agebantur. Festus. Sacra autem aut
domestica aut peregrina aut publica aut priuata fuerunt. Aelius Gallus Sa-
crum esse ait, quodcunq; modo atq; instituto ciuitatis consecratum sit, siue
ędes, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quicquid aliud dijs cõ
secratum sit. Quod autem priuatus siue religionis causa aliquid earum rerum dedicauerit,
id Pontifex Max. nõ extimat sacrum. Plutarchus in Probl. In sacrificijs Italici authore Ae-
nea uelant capita, quod is cum rem diuinam faceret in littore Laurenti Veneri matri, ne ab
Vlysse cognitus interrumperet sacrificium, caput adoperuit, atq; ita conspectũ hostis eui-
tauit. Magistratibus uero & alijs potentioribus caput aperimus, tanquam omnia nostra il-
lis patere debeant. Idem. Regi sacrificulo nullum magistratum gerere nec concionem ha-
bere licet. Idem. Sacerdotibus nec habere nec petere magistratum Rom. permittebatur. Li
ctore tamen & sella curuli utebantur, ut his deliniti ultra non quærerent. In templis prope
ianuam lecticam habebant tanquam custodes & refugiũ, pedes his reliqui osculabantur.
Non absimile hoc ueteri legi, quæ tribum Leuiticam sacerdotio insignitam esse uoluit, cæ-
teris muneribus aut facultatibus prohibuit. Nos item Pontificum nostrorum pedes exo-
sculamur. Idem. Ver sacrum dicebant, cum primitias fructuum omnium proximi ueris uo
uebant. Idem. Postridie Calẽ. Nõ. & Eidus dies religiosos & nefastos habebant, nec quen-
quã exire aut peregre proficisci permiserũt ob pugnam Alliensem quæ postr. Eidus Quin
tiles fuit. Hodie quoq; dies Aegyptiacos appellatos nonnulli superstitiose obseruant. In lu
ctu supplicabant, sed non sacrificabant: quapropter obsidente urbem Annibale mensis ad
lugendum datus, & anniuersarium sacrum intermissum, ut ait Liuius. Horatius Pulusllus
& Xenophon auditis filiorum mortibus à sacris non discessere. C. Fabius obsidentibus Ca
pitolium Gallis in Quirinalem sacra domestica facturus per medios hostes iuit atq; redijt.

Sacrorũ contemptores & pœnæ

De his qui sacra spreuere multa sunt infelicitatis exempla. Appius quod Potitios sacris
Herculis priuasset, cæcitate mulctatus. Ser. Cepio qui Tolosanum templum diripuit, mise
re perijt. Pleminius legatus Scipionis Locris relictus, unde Annibalis præsidiũ Scipio eie-
cerat, quod Proserpinæ templum spoliasset, Romę damnatus in uinculis extinctus est. Sed
& idem in eodem loco patrans Pyrrhus è Sicilia in Italiam reuertens, à Rom. profligatus
discessit. Brennus dux Gallorum Delphico templo direpto, grandine tempestateq; cum to
to exercitu occidit. Crassus Hierosolymitani templi Gaza surrepta à Parthis trucidatur. E-
undem Aeliodorus à Seleuco missus attingens exitum habuit, quem in ratione temporum
adnotaui. Quin & sacra quoq; corpora seu mysteria nefas attrectare, extraq; locum ad-
spicere: legitur de Tyresia ob uisam nudam Dianam cæcato. In uetere lege Lothi uxor re
tro respiciens in salis statuam est conuersa. Oza, quod nocte cum uxore coisset, & taberna
culum postea fœderis contortum attigisset, illico discerptus est. Ex quo Gregorius com
mixtos nocte coniuges ab eucharistia iubet abstinere. Clodoueus Galliæ rex quod Diony
sij corpus imprudenter attigisset, in insaniam incidit. Et qui S. Benedictũ in Galliam trans-
latum rursus in Italiam reportaturi reuulsere, perijsse feruntur. Proximis annis Ioan. Car-
dinalis Aragonensis quod eiusdem sancti conditorium retexisset, eodem anno iuuenis de-
Ignis cessit. In igne sacra præter alia elementa consistere multa declarant, quod proximus cœlo
ex, quod perpetuus à Vestalibus seruaretur, quod ante imperatores ferretur. Ignea flamma
Seruij Tullij, itemq; supra Ascanij Virgiliani capita, optimũ fertur portẽdisse augurium.

In

In Odyssea cædem factam igne & aqua iubet Vlysses expiari. In uetere lege ignis de cœlo
scribitur, holocausta accepta rapuisse: & ignis in puteo seruatus. Nec ullum sine igne sacri
ficium. Apud nos uero nullo magis honore quàm cæreis, Cœlicolæ extrinsecus decoran-
tur. Deniq; deus noster ignis comburens est. Sacra deinceps nominatim. Bonam deam no *Bona dea*
minant, quam alij aliam fuisse dicunt, ad cuius sacra quæ in Auentino in eius templo fie-
bant, uiri non ingrediuntur. Deprehensus quondam Clodius habitu in his muliebri, de pol
lutis sacris causam dixit. Floram & Liuius & Dionysius meretricem fuisse tradũt, quæ po- *Flora*
pulum Rom. hæredem instituit: cui ob merita tanquam deæ pridie Cal. Maij festum dica- *Floralia*
uere Floralia uocata. Colebatur à meretricibus cum coronis & uestiũ uarietate, temporis
lætitiam florumq; diuersitatẽ significando, ut Ouidius in fastis testatur: qui Chlorim nym
pham fuisse prius dicit raptam à Zephyro. Floramq; deinde uocatam, ac fructibus cunctis
præesse. Ad cuius festum ac theatrum quũ Cato semel uenisset, statim abijt: ex quo obiectũ
ei, Cur in theatrum Cato seuere uenisti: an tantũ ueneras ut abires? Bacchanalia Liui. XL. *Bacchanalia*
dicit Romæ expulsa fuisse ex senatusconsulto, tanquam mores corrumpentia. Noctu enim
celebrabantur, ubi nudus uterq; sexus impurissime cõmiscebantur, tyrsis pampinisq; uin-
cti. Cereris sacris, quæ Cerealia dicta sunt, uestibus utebantur albis, noctu mystæ cum faci- *Cerealia*
bus currebant, uinum non libabant. Insuper & ieiunium institutum quinto quoq; anno ex
libris Sibyllinis prodigiorũ causa, ut Liuius XXXIII. Ouidius etiam à uenere abstinen-
dum dicit, quod castitati præsit. Iuuenalis. Dignæ Cereris cõtingere uittas. Θεσμοφορία apud
Græcos eius dicuntur sacra, quapropter latini Legiferam uocant. Athenis sacris Eleusinæ
Cereris nemo sibi conscius intererat. Eius Romæ templum prope Circum fuerat max. au-
thor Plinius libro XXXV. Ferię insuper statiuę, quæ semper erant eodem tempore, Con *Feriæ*
ceptiuæ ex auguribus. Imperatiuæ ex edicto. Item Feriæ Seruorum Sextilibus, ex eo insti-
tutæ, cum Seruius Tullus natus ex serua est. Ferias item stultorum, Quirinalia & Forna-
calia dicebant Quirino instituta, quod his potissimũ adsignata fuerint qui cuius essent tri-
bus ignorabant. Idem. Herculi Decimas dare locupletibus ac nobilibus antiquitus mos fu
it. Lucullus quoniam hunc ritum seruauit, auctior factus est postea. Hunc etiam deum cu-
stodiendo thesauro & domibus seruandis maxime præficiebant. Festus. Solitaurilia ho- *Solitaurilia*
stiarum trium diuersi generis immolatarum significant, Tauri uidelicet Arietis & Verris,
quod omnes hæ solido sint corpore. Idem. Saturni dies celebratur festus Mense decembri *Saturnalia*
quod tunc ædis eius dedicata. Præterea is culturæ agrorum præsidere uidetur peractis se-
mentis, ex quo etiam falx ei insigne. Dicitur & à sationibus. Cicero tamen quod Satur an-
nis dicit. Macrobius. Sigillariorum dies adiecti saturnalibus, & ita VII. dies fuere Satur-
nalia, quum antea quinque fuissent: illis enim diebus parua simulachra fingebantur uæna-
lia, quæ homines pro suis capitibus offerebant in sacellum Ditis, aræ Saturni cohærens.
Nostra omnia quodam modo uaticinabantur sacra. Nam & eadem ex cæra sigillaria tem-
plis offerimus. Et libertatem quam eo tempore habebant serui in dominos, nunc quoque
per dominica natalia nostri retinent. Inde lasciuientes, seruum creant dominum. Alea eti-
am tunc uigebat, passim ludere licebat: eundem nunc morem his diebus à Ieuibus homini-
bus introductum uidemus. Festo item teste mittebant hoc tempore pauperes diuitibus cæ
reos. Nam cæreis potentes utebantur, humiliores uero candelis. De huiusce modi seruo-
rum libertate Athenæus sic ait. Mos est apud Romanos in Saturnalibus ingenuorũ, mini-
steria seruorum occupare. Idem apud Græcos in festo Hermeorum. Apud Babylonios Sa
cea appellata quinque diebus celebrantur, in quibus dominis imperant serui. Apud Thes-
salos Peloria eadem ferè quæ Saturnalia apud Ro. à Pelorio uiro Pelasgo, qui primus om-
nium annunciauit ex terræ motu in Aemonia excitato Tempe scissa, aquas omnes flumi-
naq; quæ loca inundabant descendisse in alueos, camposq; siccatos apparuisse. Lupercalia *Lupercalia*
Euandrus instituit, ex more Arcadio, Pani Lyceo, siue Syluano seni, nemorũ pastorumq;
deo, nudi per urbem incedebant, ac laruati, flagellis obuios cædentes, putabanturq; ex eo
steriles matronæ fœcundari. Rei causa Ouidio fabulam adfert, Pana spolio leonis noctu
ab Herculis uxore fuisse deceptum, quum illa uestem cum uiro cõmutasset, quare uestem
deinde abominatus est. Nostri hodie pœnitentes felicius quàm luperci non pellibus, qui-
dem, sed sagis linoq; ora contecti, non alios, sed sese flagello conuerberant, nudum ac lace-
rum tergus ferentes. Cornelius libro decimo octauo, Sodales sacerdotes Romulum cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sodales Titij Tatio ínita ſocietate feciſſe ſcribit. Vnde Titij ſodales,& apud Tranquillum legimus Sodales Auguſtales, apud Iulium Capitolinum Sodales Antonianos. Tybure quoq; in more uetuſto Sodales Hadrianales. Caius in titulo de collegis,dicit Sodales eſſe qui eiuſdem collegij, quicq; ualde ſimul habitantes ſunt. Præcipitur igitur mandato principalibus præſidijs prouinciarum ne patiantur eſſe Sodalitia ueluti inhoneſta collegia. Et Auguſtinus ait Sodales quaſi edales. Plinius item ſcribit Romulum inſtituiſſe Collegium Aruorum,ſeq; duodecimum fratrem appellari uoluit. Nos fraternitatem & confraternitatem dicimus,qua ſanctiore inſtituto quidam inter ſeſe hodie mutua charitate ac pudico ritu,cer-

Fratres Aruales

Hecatomba ta q; uiuendi formula conueniunt. Hecatombas,ut ait Capitolinus,Balbinus Romæ fecit ob oblatum Maximini caput. Centum Aræ uno in loco ceſpititiæ extruuntur. Et ad aras centum ſues, centum oues mactantur. Nam ſi imperatorum ſacrificium fit, Centum leones,centum aquilæ,& cætera huiuſmodi animalia. Quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur cum peſtilentia laborarent,& à malis id imperatoribus ablatum eſſe conſtat. Hęc ille. Homerus quoq; nihil potius quàm ἱερὰς ἑκατόμβας in ſacrificijs commemorat. Ouidius in faſtis,tribus anni temporibus fructuum gratia totidem ſacrificia dicit Romanos inſtituiſſe, Vinalia,Robigalia,Floralia. Prima cauſa uini,ſecunda frugum, tertia cunctorum,

Vinalia *Robigalia* *Floralia*

quæ Floræ deæ fuiſſe ſupra narraui. In quibus animaduertere quoq; eſt eadem nos tempora non inani ſuperſtitione,ſed ieiunijs tribus ex eadem cauſa celebrare. Plutarchus in Proble. Septimontium ponit feſtum cum ſeptimus mons eſt additus urbi quaſi finitæ. Fiebant

Septimontiũ

Quinquatria & quinquatria Mineruæ Calendis Martijs,diebus quinque,quo tempore (ut ait Hieronymus in epiſtolam Pauli) munus minerual appellatum magiſtro pueri offerebant, quando uacabant,quod & Saturnalibus etiam ſeruabant. Iuuenalis. Accipit exiguo quiſquis colit aſſe Mineruam. Hoc item matronæ colebant feſtum, mittebant que uiris munera,ſicuti & Saturnalibus uiri mulieribus. Erant & quinquatres minores appellati,eidem Mineruæ ſa-

Quinquatres minores

cri Idibus lunijs quo tempore tibicines perſonati per urbem incedebãt: ut hi qui olim ebrij ex Tybure Romam reducti fuere, quum non omnes eſſent, uiderentur omnes ſimul alijs ignotis & perſonatis admixti. Ouidius de faſtis.

Cur uagus incedat tota tibicen in urbe.
Quid ſibi perſonæ, quid toga longa uelint.
Callidus ut poſſit ſpecie numeroq; ſenatus
Fallere,perſonis imperat ora tegi.
Admiſcetq; alios, uti & hunc tibicina turba
Augeat,in longis ueſtibus ire iubet.

Sed & perſonæ in Megaleſibus quoq; adſpiciebantur,de quibus Herodianus in Commodo ſic ait. Veris initio,ſtato ſolenniq; die quem Megaleſia uocant, Romani pompam matri deum celebrant, prælata diuitiarum magna pompa: permiſſumq; cuiq; perſonas eo die induere quas cuiq; libitum,cuius ue magiſtratus aut hominis imaginem effingere, ante ſi-

Perſonati

mulachrum eius deæ ludere. Id ſimulachrum dicitur apud Peſſimuntem Phrygiæ de cœlo deſcendiſſe. Romani reſponſo accepto,nõ duraturum imperium ſine eo,legatos pro eo miſerunt: quod conceſſum & aduectum,in ripa Tyberis cum conſediſſet nauis, Claudia ſola ueſtalis quæ inceſti accuſata fuerat,eam trahens ſe uirginem probauit. Videre igitur licet has eſſe perſonas quas noſtri ſeculi peſtilentia, nõ uno die, nec ſacrorũ,aut comœdiæ tantum cauſa,ſed duos continuos menſes per ferias ſtultorum permittit: ſub quibus inueterata paſſim licentia cuiq; licet ſcelerato eſſe,omniq; libidinis exemplo uti: res quidem noua, & tantum inter Chriſtianos hæc immodeſtia uiſa. Idibus uero Maijs de ponte Sublicio ſi-

Argei

mulachra in Tyberim inijciebant, quæ Argeos & Oſcilla uocabant: Herculis inſtituto, q Græcos ea loca incolentes barbari mactare ſoliti eſſent, ut authores Plutarchus in Proble. & Ouidius in Faſtis. Compitalibus laneæ effigies noctu dabantur per compita & lares. Is

Oſcilla *Compitalia*

erat dies feſtus,animæ putabantur eſſe hominum: author Feſtus. Erant enim lares dij numina priuatarum domorum. Macrobius ait. Laribus compitalibus Tarquinius ex reſponſo Apollinis capita puerorũ pro ſalute familiarum ſacrificabat: emendauit poſtea Brutus expulſis regibus capitibus alliorum & papauerum oblatis: his effigies Maniæ deæ ſuſpendebantur. Erant enim canínis adoperti pellibus,ad pedesq; canes habebant. Cauſam Ouidius refert. Seruat uterq; domũ,domino quoq; gratus uterq;: Compita grata cani,compita

grata

grata lari. Sacrificabatur & Genio die natali,qui naturæ cuiuſq; deus eſt aſſiſtens, ex quo in domorũ fundamentis eius familiæ Genio inſcribebant. Erat & is geminus,bonus & malus. Plutarchus in Bruto. Sũ malus,inquit, Genius tuus Brute: haud profecto procul à noſtrorum ueritate. qui duos nobis naſcentibus angelos conſtituunt. Templa deinceps dedi-

Genius

Templa

cata,ex Liuio: Ioui Statori à Romulo ut acies ſtaret contra Sabinos quæ iam terga uertebat. Ab eodẽ quoq; Ioui Feretrio à ferendis ſpolijs opimis,quæ de Acrone rege retulit: Ioui Elicio à Numa in Auentino,ut mentibus diuinis eliceret, quo modo curanda eſſent fulmina. Ioui Piſtorio ob iactos Gallis à Manlio panes. Ioui Capitolino à Tarquinio, ubi caput humanum inuentum. Ioui Victori,à M. Agrippa quod & Pantheon dicitur. Ioui Tonanti ab Auguſto. Apud Græcos Ioui Eleutherio, id eſt, liberatori, quum à Perſarũ armis liberati fuere,ut Pauſa. ſcribit. Item Ioui Mileſio in Aſia, Ioui Ammoni in Libya, Ioui Doloneo in Illyria, Ioui Soterio,id eſt,ſeruatori. Ioui Xenio,id eſt,hoſpitali. Ioui Iaſcio,id eſt,

Ioui

placatori. Iunoni Monetæ in capitolio,ubi Manlius habitauit, quod anſeres de irruptione Gallorũ admonuiſſent. Iunoni Reginæ in Auentino à Camillo locatũ lib. v. Iunoni Soſpitæ uotum à Cor. Cethego Cos. in bello cum Boijs circa Padũ poſt II. bellũ Pu. li. XXXIII.

Iunoni

Iunoni Lucinæ in Auentino, Iunoni Gabiniæ, Paliſcæ, Samiæ. Dianæ in Auentino à Seruio Tullo ad imitationẽ Dianæ Epheſiæ memorabilis. Dianæ Scythicæ cui ſacrificabatur hoſtijs humanis. Aricinæ,quod Artemiſiũ dicebatur. Apollini quod Apollinare uocabant in pratis flaminijs: lib. tertio. Id poſtea (teſte Pandulpho oſtiario lateranenſi) Hadrianus primus Apollinari martyri dicauit. Aliud item eidem uotũ ob ualetudinem peſte inualeſcente ſub Mamerco Aemylio iterũ dictatore,lib. quarto. Apollini quoq; Palatino. Celeberri-

Dianæ

Apollini

ma & illa apud Delphos,apud Accium,apud Cumas. Martí uotum bello gallico,dedicatũ ſub Camillo dictatore à T. Quintio duumuiro ſacris faciundis,lib. VI. Martí Vltori in foro Romano ab Auguſto. Bellonæ quod uouit Appius contra Samnites pugnans lib. X. Extra portam Veneri prope Circum max. ex ære mulctatitio impudicarũ matronarum, à Fabio Gurg. Cos. lib. X. Veneri Erycinæ extra portam Collinã,cui uirgines pupas,id eſt, paruas imagunculas donabant. Perſius. Nempe hoc quod Veneri donatæ à uirgine pupę. Eodẽ quoq; tempore & Menti poſt cladem Traſimenis acceptã,li. uigeſimoprimo. Ouid.

Marti

Bellonæ

Veneri

Menti

Mens quoq; numen habet,menti delubra fatemur
Ad uotum belli perfide Pœne tui.

Item Pauori à Tullo rege in bello contra Veientes,libro primo. Item Febri & Veioui & Malæ fortunæ,malis numinibus ne noceant. Virtuti à Cla. Marcello dicatum apud portam Capenam,libro XXIX. Concordiæ à L. Manlio Prętore in Gallia uotum in Capitolio, coniunctum Menti,canale uno tantum diſcreta,libro XXI. Victoriæ ex mulctatitia pecunia. libro X. Victoriæ item in palatio ubi ſimulachrum Cybelis ex Aſia aduectũ conditum fuit,libro XXIX. Caſtori & Polluci, quod Caſtoris tantum dicitur, uotum bello Iarino à Poſthumio. Dein dedicatum ab eius filio duumuiro S.F. Fortunæ complura,quæ alibi narraui,quum de ea mentionem feci. Iuuentuti in Circo maxi. à Cn. Licinio duumuiro dedicatum. Li. de bello mac. Mercurio paulo poſt mortem Publicolæ Ap. Cl. & P. Seruilio Coss. prope Circum max. Ouidius in Faſtis.

Pauori *Febri* *Veioui* *Malæ fortũ.* *Virtuti* *Concordiæ* *Victoriæ* *Caſtori* *Fortunæ* *Iuuentuti* *Mercurio*

Templa tibi poſuere patres ſpectantia Circum.

Herculi ara max. ſub Auentino ab Euandro,in cuius ruinis noſtra ætate repertũ eius æneũ ſignũ,quod in atrio domus Conſeruatorũ in Capitolio conſpicimus. Herculi item ædes rotunda in foro Boario prope templũ Pudicitiæ patriciæ. Herculi prope Circum maximũ à Sylla Sibyllæ iuſſu. Ouid. 9. Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt: Quod deus Euboico carmine munus habet. Sí quæris titulos Sulla probauit opus.

Herculi

Pudicitiæ

Herculi deniq; & muſis à L. Philippo ſub Auguſto,teſte Trãquillo. Diti prope Circũ maximũ,ad quod gradibus deſcendebat. Nam aræ inferorũ ſubterraneæ fuerunt,quũ ad ędes templa aſcenderetur. Iano apud uelabrũ à Numa. Veſtæ itẽ haud longe ab eodẽ dicatũ.

Diti *Iano* *Veſtæ*

De Celebritate conuiuiorum ac ludorum.

CELEBRITAS conuiuiorũ pluribus de cauſis inſtituta. Aut erant pontificalia conuiuia quæ in ſacrificijs ſacerdotes,ſaliares, Pontifices ac VIIuiri epulones præparabant. Aut triumphalia,quæ imperator dux q; poſt uictoriam exhibebat populo Romano: aut funebria in defuncti honorem,ut quæ ad pollinctũ fiebãt.

Conuiuia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aut uiſcerationes,cum caro cruda populo dabatur,ut apud Albanum. Aut congiaria,quæ Prætor in celebritatibus populo dabat. Aut erant Miſſilia, quæ in theatro ſpargebantur, aues,legumina,oleum, quandoq; ueſtes. Ludorum celebritates Græcia primum reperit,quas Archias poëta hoc Tetraſticho Græco eleganter expreſſit.

τέσσαρες ἱεραὶ ἀγῶνες ἐν Ἑλλάδι, τέσσαρες ἱερεῖς,
οἱ δύο μὲν Δηλῆι, οἱ δύο δ' ἀθανάτωι.
ἵππος, παγκράτιον, πάλαι μονόδ', ἁρχεμόριον.
ἅβλα δ' ἀπήν, πόλυδ' μῆλα σίλινα πίτυς.

Græcia cõcelebrat duo bis certamina ſacra: Quorũ hominũ duo ſunt,cætera cœlicolũ. Sacra Iouis,Phœbici,Palæmonis,Archemorici Dona Oleaſter erũt, mala, ſelina,pitys, id eſt pinus. Primũ Hercules in Iouis honorem cõſtituit in Olympia, ubi ſtadium fecit tanto cæteris maius quanto eius menſura pedis præpolleret:ubi primus olympionica fuit Coræbus Athenienſis,ut author Euſebius. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob Pythonem ſerpentem ab eo interfectum,ubi certamẽ erat Muſicæ:in quo Chryſothemis primus uicit in hymnorum cantu,deinde Thamyras,ut author Pauſanias. Coronabantur lauro,quæ Delphis adeo magnas fert baccas,ut mala uideri poſſint. Tertiũ Palæmonis Athamantis filij,ex cæde paterna ab Ino matre liberati,Neptuno apud Iſthmõ. Quarta Nemea ſacra,ob Archemorũ puerũ Lycurgi filiũ,ab Hypſipyle nutrice educatũ & in ſylua Nemea defunctum. Sunt præter hęc & alia ſacra. Aeacea apud Aeginã de Aeaco. Marathonea ob taurum à Theſeo interfectũ,ubi phiala argentea præmium. Thebis heraclea & Ioſaea. Megaris Dioclea. Caſſiodorus in III. epiſtolarũ lib. ait Oenomaũ primũ apud Elidẽ ludorũ ſpectaculum,equorumq; curſum edidiſſe:apud Romanos uero Romulũ in raptu Sabinarum. Ad huiuſmodi certamina Gymnica fœminæ nõ admittebantur. Quod etiam uerſus Papinij in Thebaide indicat. Excluſęq; expectant præmia matres. Et Valerius dicit. Non paruũ honorẽ attributũ Berenice quod ſola mulierũ ſpectauerat Gymnica. Pauſanias de huiuſce modi ludis ſic ait. Duo certãdi equis genera, Synorides & Celetes. Synoris erat biga è duobus equis: Celes ſingulari equo currebat. Acceſſerũt & alia duo κάλπη τε ἄπτηνη, quæ poſtea decreto Eleorũ antiquata ſunt. Calpe certabant equabus, ita ut curſum extremũ aſſeſſores ipſi deſiliendo apprehenſis manu habenis perficerent. Deinde maribus utebantur equis. A pene mulas iungebant,qd' animal execrabile habebant:nec in terra illa naſci poterat,cũ circa uel frequẽs earũ fœtura eſſet. Feſtus. Pentathlon noſtri quinquertionẽ uocãt,qui generibus illis quinq; uno die certat,id eſt diſco,haſta,ſaltu,iaculatione,luctatione. Pancratiaſtes qui certat & uincit. Qui uero in quatuor illis certaminibus ſupra narratis uicerit,Periodus victor appellatur. Cui⁹ rei author etiam Plí. Pauſanias ſcribit Dioreum Athletam aconiti, id eſt,ſine puluere & labore Pythia uiciſſe. Heraclidẽ uero apud olympia Pancratio. Quod neminẽ parem cũ quo congrederentur inuenirent,cedentibus ob metũ aduerſarijs. Plinius etiam dicit Dioxippum uiciſſe olympia aconiti: Nemea uero coniti. Hic ætate fuit Alexandri magni,mortemq; ſibi conſciuit. Vide cauſam in Q. Curtio. Antiquus enim mos athletis certaturis fuerat ſpargi prius puluere corpora. Ouidius de Acheloi pugna.

Synorides
Celes
Calpe
Apene
Pentathlon
Pancratiaſtes
Periodus
Aconiti uincere
Coniti uincere

Inq; uicem ſuluæ tactu flaueſcit arenæ.

Martialis. Et flaueſcit Aphe. Lucianus in dialogo qui Erotinus ſiue de dilectione inſcribit, pulchre monſtrat quonã modo ſortes Athletis obueniebãt,quomodo'ue pares ad certamẽ iungebantur:uerba ipſa cõuerti. Vrna,inquit,argentea ſacra Apollini in medio aderat,ubi ſortes inſcriptæ magnitudine fabę:hic in duabus A ſcribebatur,in duabus B,in duabus C, & ſic deinceps. Veniebãt certaturi Ioui uouentes ut idoneũ & facile cõparem ſortirentur, deinde ſuam quiſq; educebat literam. Miniſter dei ibi aſſiſtens,anteq; legerentur ſortes accipiebat, deinde eos conferebat ad ludũ,ut illi quibus A utriſq; euenerat,ſimul pugnarent, & ſic de alijs. Si autẽ forte impar numerus erat,ille qui ſine ſocio remanebat cõmiſcebat etiã literã cũ alijs cõparibus: & qui ſibi forte ueniret, expectabat,ut ille prius cũ cõpare ſuo pugnet,poſtea ipſe cõſurgens cũ eo certabat. Magnumq; Athletæ beneficiũ hoc & fortuna, ut integer uiribus congrediatur cum iam laſſo ac feſſo. Hæc ille. Philoſtratus quoq; libellũ compoſuit de Athletis,in quo hæc refert. Pancration palæſtram ſimul & pugilatũ uocari. Certaturi ante omnia per aliquot dies ſeſe exercebãt maiore q; poſtea labore:uerbi gratia, curſu certaturi in arena cũ ocreis per aliquot dies currebãt:poſtea ſolutus,tanq; cõpedibus liberatus

Quomõ ſortes athletis uniebant ex Luciano

liberatus,maiorem obibat operã. Item ſaltu certaturi cum manibus priùs oneratis aſſueſcebant. Præterea carne ueſcebantur bubula,quæ fortiores redderet:abſtinebãt à cæteris delicijs,præſertim coitu. Hæc ille. Quæ ſanè omnia Paulus noſter nõ ignoraſſe uidetur,cũ ait: Qui in ſtadio currunt ab omnibus abſtinent,& hi quidem ut corruptibilem coronam,nos autem ut incorruptam accipiamus. Erat & illa conſuetudo Hieronicarum (ſic enim uocabantur qui in ſacris certaminibus uiciſſent)ut domum redeũtes diſruptis de induſtria mœnibus à patria exciperentur,tanquam uiri fortiſſimi & ui ſuperantes. Præterea coronas patriæ donabant,ut ait Plinius. Ludi Athenis (teſte Athenæo) Dionyſia fuerant,ubi agones fiebant Athletarum,populuſq; paſſim coronatus ſpectabat,libendiq; maxima licentia:unum enim cum bellarijs toto theatro circumferebatur, ac certantibus in principio & fine pugnæ propinabatur. Idem author ait,quod Dionyſius Leneus apud Græcos primus Tragœdiarum choros inuenit, primus ſpectaculorum ſedes inſtituit. Apud Romanos (teſte Plutarcho in Proble.) Romulus primus Cõſualia diem feſtum Neptuno equeſtri celebrauit: ubi equi & canes & aſini exornabantur, ac in ocio eſſe permittebantur. Feſtus Conſualia deo Conſo,id eſt, conſilij ſacra dicit feciſſe ad comparanda matrimonia,ubi Sabinæ fuerunt raptæ. Fiebant autem in foro,nondum theatro extructo. Ouidius in Faſtis: Primi ſollicitos faſti tenuere Quirites, Quũ fuerat uiduo rapta Sabina uiro. Tunc neq; marmoreo pendebant uela theatro: Nec fuerant ſparſo pulpita rubra croco. Deinde ait Liuius libro I. Tarquinius Priſcus Circum maximũ deſignauit, loca diuiſa patribus,equitibusq;, ubi ſpectacula ſibi quiſque faceret,fori appellati. Spectauere furcis duodenis ab terra ſpectacula alta ſuſtinẽtibus pedes. Ludicrum fuit equi, pugilesq; ex Hetruria maxime accíti. Solennes deinde manſere ludi, Romani magnicq; uarie appellati. Hæc ille. Dicuntur & Circenſes. Tranquillus in Cæſare, ſic ait: Circenſibus ſpatio Circi ab utraq; parte producto,& in gyrum euripo addito, quadrigas, bigas,& equos deſultorios agitauerũt nobiliſſimi iuuenes. Troiam luſit turma duplex,maiorum & minorum puerorum. Idem in Auguſto: In Circo aurigas,curſoresq; & confectores beluarum, & unumquemq; ex nobiliſſima iuuentute produxit: ſed & Troiæ ludum edidit frequentiſſimum maiorum minorumq; puerorum. Idem in Caligula: Edidit Circenſes plurimos à mane uſque ad ueſperam,interiecta modo Africanorũ uenatione, modo Troiæ decurſione, minio & chryſocolla conſtrato Circo, nec ullis niſi è Senatorio ordine aurigantibus. Idem in Claudio: Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit,nonnunquam interiecta etiam per quinos miſſus uenatione. Circo uero maximo marmoreis carceribus auratiſq; metis,quæ utraque & toſina & lignea priùs fuerant, exculto: propria Senatoribus conſtituit loca promiſcue ſpectare ſolitis, ac ſuper quadrigarum certamina Troiæ ludum exhibuit. Huius autẽ ludi originem Verg. in V. deſcribit. Hunc morem ſacrorũ atq; hæc certamina primus Aſcanius, longã muris cingeret Albam Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos, & quæ ſequuntur. Equi fuerant in orbem ſe inuicem petẽtes:nunc torneamenta uulgus appellat. Equorum uero agitatio duplex fuerat,aut deſultorij,quos Græci celetas uocant,ſinguli uidelicet equi ſine ephippijs cum ingenuis aſſeſſoribus currentes,aut bigæ quadrigæq;,quarum quatuor erant factiones,Ruſſati,Albati,Praſini,Veneti:quibus aurati & purpurei & linthei additi à Domitiano extitere. Hi enim colores pannorum quibus illi induti fuerant, quorum ſimilitudinem quandam Florentiæ Calend. Maij in ludicro haſta currentium cernere licet. Circus autẽ maximus cuius adhuc Romæ ueſtigia uiſuntur, longitudine trium ſtad. latitudine unius fuerat. Ipſam uero longitudinem diuidebant in partes VII. unam dabant anfractui,quo in dextro Circi ſpatio in ſiniſtrum certantes ad ultimam migrarent metam. Deinceps uero alias metas per lineam mediam ita diſpertiebant, ut per longitudinem Circi æquis inter ſe ſpatijs diſtarent,& caperent totius logitudinis ſeptimam ſepties: ducebaturq; à meta ad metam ueluti crepido alta pedes nihil minus ſex:erantq; Circi lateribus gradationes,ubi ſpectatores conſiſterent. Hæc ex Leonis deſcriptione,qui fuit optimus uetuſtatis indagator. Caſſiodorus autem in epiſtola in hanc ſententiam. In Circo alba linea currentes coercebantur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur,quod ſeptẽ peragitur metis numero planetarũ. Ipſæ uero metæ ternas obtinẽt ſummitates,inter has duo ſunt obeliſci,ſacra priſcorum Chaldaicis ſignis quaſi literis indicantur. Mappa uero quæ ſignum Circenſibus datur,tali caſu fluxit. Quum Nero prandium protenderet,&

Paulus apſ
Hieronicarum mos.
Dionyſia
Conſualia
Circeus maxi.
Ludi Romani
Magni
Circẽſes
Troia
Ludi Troiani
Deſultorij
Quadrigarũ factiones
Circi deſcriptio.
Alba linea
Mappa ſignũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

celeritatem(ut assolet)auidus spectandi populus flagitaret,ille mappam qua tergendis manibus utebãtur,iussit abijci per fenestram,ut certaminis postulati potestatem faceret.Hinc
Missus xxiiij. igitur tractum,ut ostensa mappa permitterentur. Totum certamen missibus XXIIII.ex pediebatur,ex horis diei computatis. Quatuor uero factiones, anni etiã tempora totidem notabant.In hanc ille sententiam. Varro autem missus XXV. ponit,ultimumq; ærarium appellari,quod de populi collatione exhiberetur. Missus autem hi apud nos hodie brauia sunt seu præmia,ob quæ toties currebatur.Domitianus (teste Tranquillo) centum missus equestres exhibuit, eosq; quo facilius peragerentur à septenis spatijs ad quina corripuit. Non autem septies currebant,nec infra metas omnis circumuertebant,ut quidam putant: nam sic nunquam tot missus absoluissent,uel eo modo circumuertendo singulas,nulla spectatoribus fuisset uoluptas,sed omnes eas tantum semel obibant.Domitianus autem,ut ei
Collũna belli tius peragerentur ad metæ quintæ spatium uertere iussit.Prope Circum columna fuit unde Imp. ad bellum profecturi hastam iaciebant.Ouid.Fast. lib.VI. Prospicit à tergo summum breuis area Circum. Est ubi non paruæ parua columna notæ:Hinc solet hasta manu
Circus flaminius. belli prænũcia mitti, In regem & gentes quum placet arma capi.Circus quoq; Flaminius hodie notissimus,instar Circi max.fuerat cum totidem q; metis:circum quas,ut ait Varro, ludis taurijs equi currebant desultorij.Currus uero teste Cassiodoro in epistola,ab Augusti Mausoleo nunc notissimo sex portis dimittebãtur, qui per campum Martium Circum
Equiria fla.cucurrerunt.Dicitur enim Equiria (ut author Varro) ab equorũ cursu,quod eo die ludis currunt in Martio campo.Ouid.quoq; lib.II. Fast. Ex uero positum permansit equiria nomen, Quæ deus in campo præstitit ipse suo. Hæc nunc uia ædificijs occupata,ubi nunc S. Maria in Equiria nomen adhuc retinens adspicitur: inde postea recta tendebatur
Ludi Apollinares. in Circum.Fiebant & in Circo max. Apollinares ludi:quos Liuius lib. XXV. uotos fuisse dicit in honorem Apollinis ad expellendũ ex Italia Annibalem postq; ille Tarentum ceperat.Macrobius quoq; in Satu. ait ex libris Sibyllinis bello Pu. II. suadente Cor.Ruso Xuiro institutos fuisse in Circo ac populum coronatũ spectare iussum,stipemq; Apol-
Ludi secular. lini dare quantum cõmodum.Ludi autẽ seculares (ut ait Festus) in honorem Apollinis & Dianæ instituti cẽtesimo quoq; anno.Præco clamabat: Venite ad ludos,quos nemo mortalium uidit,neq; uisurus est.Capitolinus in Gordiano scribit hos à Val.publicola ob exactos reges cẽtenis quibusq; annis ab urbe cond. ordinatos.Celebrauit eos Philippus Imp. anno Vrbis millesimo,in quibus fuisse tradit elephãtos XXX. alces X. Tigres X. Leones mansuetos XL.Leopardos mansuetos XXX, Cebum I.Hyenas X. Gladiatorum fiscalũ paria mille.Hippopotamũ & Rhinocerotẽ.Arceolcontes X.Camelopardalos X.
Ludi Taurij Onagros XX. Equos feros XL. Taurij ludi appellãtur in honorẽ deorum inferorum facti.Instituti autẽ uidentur hac de causa.Regnante Tarquinio Superbo,quum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas,quæ fuerat facta ex carne diu uendita populo tauorum,ob hoc dijs infernis instituti sunt taurij ludi.author Festus. Hi ex omnibus Romæ
Ludi plebei in hodiernũ diẽ durant apud portã Trigeminã:prius teste Varrone in Circo Flaminio.Ludos plebeios exactis regibus pro plebis libertate fecerũt,seu pro plebis recõciliatione post
Ludi piscat. secessum in Auentinum.Piscatorios prætor urbanus trans Tyberim mense Iunio faciebat pro Tyberinis piscatoribus, quorũ quæstus non in macellũ peruenit,sed in areã Vulcani. Fertur q; id genus piscicolorũ uuorũ ei dono pro humanis animabus datur.autor Festus.
Ludi Diti Ludi Diti apud Tarentũ ex præcepto Sibyllinorũ anno primo primi Pu.be. ab Vrbe autẽ
Munus gladiatorium. II. uoti.Liuius XLIX.Munus gladiatoriũ Cicero dicit institutũ fuisse ob iuuẽtutẽ,quæ plane eẽdem ac dimicationẽ spectãdo,assuescere in bello nõ expauescere.
Lanista Lanista gladiatorũ familias nutriebat,eorũ paria iussu Prætoris in Amphitheatrum exhibebat. Ipsius pugnæ modus,Retiarius & secutor erat qui Mirmillones sequebatur, quos Festus sic describit:
Retiarius Mirmillo Retiario pugnãti aduersus Mirmillonẽ cantatur:Non te peto, piscem peto,quid me fugis Galle.Quia Mirmillonicũ genus nationẽ Gallicũ:& ipsi Mirmillones antea Galli appellabantur,in quorum galeis piscis effigies erat. Hoc autẽ pugnæ genus à Pittaco uno è septem sap. institutũ uidetur, qui aduersus Phrynionem dimicãs ob finiũ cõtrouersias,quæ erant inter Atticos & Mitylenæos, rete occultato eundẽ cepit.Ludorum quoq; alia causa fuerat,quũ Imperatores in periculis,uel in bello eos quandoq; uouebant,ex annis imperij computatos.uerbi gratia:Galienus Decennalia celebrauit deuictis in Asia Syris:& Theodosius

dosius uota Vicennalia & Tricennalia edidit, id est,ludos totidem annorũ quot præfuere *Vicennalia*
imperio:quod indicãt marmora incisa & antiqua nomismata ex ære sub hac figura. uotis *Tricennalia*
XX. uotis XXX. De ludis Scenicis,Cicero ait:Liuium Andronicum primum fabulam *Ludi Scenici*
populum docuisse anno post Vrbem condi. DXIII. Liuius lib.VII. T.Sulpitio Potito, & C. Licinio Stolone Coss. ob pestilentiã ludi Scenici instituti, noua res populo bellicoso & statim pergrata fuit:sine carmine ullo,ludiones ex Hetruria acciti,ad tibicinis modos saltantes,haud indecoros motus modo Tusco dabant: imitari deinde eos iuuentus cœpit, nec absoni à uoce motus erant, & quum hister Tusco uerbo ludio uocetur, nomen histrioni inditum:qui nõ sicut ante Fescennino uersu simílem modum incompositum iactabant, sed impletas modis satyras descripto iam ad tibicinem cantu motuq; congruenti perage-
bant.Hæc Liuius.Idem lib. XLVIII. ait:Quum locatum esset à Censoribus theatrum ut
extrueretur, P. Cor. Nasica authore tanquam inutile & publicis moribus nociturum ex *Nasicæ*
S. C. destructum est, populusq; aliquamdiu stans ludos spectauit. L. Mumius primus *Mumius*
theatro temporario ludos in suo triumpho edidit histrionibus ab Hetruscis accitis.Dein- *Scaurus*
de Scaurus eum secutus:postremo Pompeius theatrum gradibus mãsuris perpetuum pri- *Pompeius*
mus ædificauit:quare publice accusatus, uitioq; datũ illi fuit.Alia deinde extructa theatra *Theatrum*
& Amphitheatra.Primi Amphitheatri molem in campo Martio Iulius Cæsar posuit,teste *Amphi-*
Tacito in gestis Neronis,quam Trãquillus imperfectam postea ab Augusto mausoleum *theatrum*
ædificaturo destructam dicit.Idem in Cæsare testatur Statilium Taurum aliud ædificasse. Tertiũ cœpit Vespasianus,quod & Titus absoluit. In theatro ludi Scenici fiebant,in Amphitheatro gladiatorium & uenationes,quibus homines aut conducti aut damnati adhibebantur: seu etiam ambitiosi ad ostendendam audaciam. In Circo cursus, uenatio,naumachia,pugillatus.In ludis à principe,aues,uariq; generis missilia spargebantur,aderatq; larua quædam appellata Ciceria,quæ ut ait Festus,ingens oblongis malis,ac grandibus bucis Manduci speciem præbebat. Plautus: Quid si me ludis pro Manduco locem? Amphi *Manducus*
theatrum, sicut & Circus arena substratum erat quo mollius caderent. Operiebantur uarijs coloribus,ut supra monstratum, quum de theatro inter ædificia dixi. Scenicæ leuitati *De Scenicæ*
minime olim uiris grauibus dignatæ, Cato procul à theatris magnum præbuit testimo- *leuitate*
nium,nec minus Nasicæ seuera repugnatio, & Pompeij damnata lasciuia: de quibus paulo ante mentionem feci. Sed & apud Ciceronem Scipio Aemylia.sic ait:Quum artem ludi- *Amylianus*
cram scenamq; totam in probro Romani ducerent,genus id hominum tribu amoueri censoria nota uoluerint. Aristoteles item in Proble. Scenicos artifices, quos græce Dionysiacos technitas uocat, mẽte improbos magna ex parte testatur esse. Et Labienus eques Ro. *Aristoteles*
se per epigrãma excusat à Cæsare coactum in histrionicã inuitũ descendisse. Nero quoq; *Labienus*
princeps infamis ob eandẽ causam fuit. Sed quid nunc de fece huius seculi dicam? quum *Nero*
uirtutem ac gloriam ueterum imitari nullo pacto ualeamus,uitia tamen omni studio imitamur. Iam scena ubiq; renouata est, ubiq; comœdias spectat uterq; sexus,quodq; longe impudẽtius,ipsi sacerdotes & præsules,quorum erat officium omnino prohibere. Multo igitur seueriores in hac parte Græci, qui omnis suos comicos iamdiu aboleuerunt, præter unum Aristophanem, quod is moribus minime officeret.

DE LVDO DIVERSO QVO SVMMI uiri quandoq; occupati fuerunt.

LVDVM uero singulari appellatione diuersum genus dicimus,sicut pilæ,cuius inuẽtrix fuit Anagallis puella Cercyrea,quam dono dedit Nausicaæ Alci- *Anagallis*
noi regis Cercyrei filiæ.author Aelianus.Plinius uero Pythum quẽdam:Herodotus autem Lydos eam simul cum alea & tessera inuenisse tradunt.Hac *Pila*
igitur Phæacia iuuentus, ut narratur Odysseæ lib. VIII. primum lusit,quos uersus hoc modo cõuerti.Ille pilam dextra missurus ad astra reflectit Terga retro:rursusq; ad magnum protinus ictum Cõsurgens terram procumbit pronus ad imam.Nostra ætate Manzus Florentinus qui quæstum ex ea facitabat,sumptusq; domi multorũ famulorum tolerabat,parem nullum seu uictorem inuenit.Deinde latronum seu latrunculorum.Martialis: Insidiosorum si ludis bella latronum Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.Seneca: *Latrunculi*
Latrũculis ludimus. Proximo seculo Mangiolinus item Florentinus adeo in hoc ludo fuerat exercitatus,ut memoriter per alium luderet minime respiciens, aduersario & uidente diligentius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alea Aleuolus Phimum Calculus

diligentius & perdente. Aleam uero Palamedes in castris Græcorum cõtra Troianos reperit, dum ocia miles ageret, ut author Philostratus in Heroicis. Alea totus est ludus, Aleuolus & Phimum ipsa tabula lusoria uocatur. Est enim tabula lusoria inter Martialis lemmata sub hoc distícho. Hic tibi bisseno numerãtur tessera puncto: Calculus hic gemino discolor hoste perit. Erat enim tabula in qua & alea exercebatur tesserã iactando, & latrunculorum ludus, quos calculos in alio supra lemmate appellauit. Ipsa uero tessera duodena omnino puncta (ut carmen demõstrat) retinebat: in quibus Senio seu Venus felix pũctum: aduersus uero canicula, infaustum. Persius. Quid dexter Senio ferret. Damnosa canicula quantum raderet. Turricula seu fritillus, idem quod apud Græcos pyrgos dicebatur, inter lemmata item Martialis sub hoc distícho. Quærit compositos manus improba mittere talos. Si per me misit, nil nisi uota facit. Erat enim paruum turriculae modo uasculum, quo in clusae tesseræ, siue tali ad tollendam ludentis fraudem iactabantur. Tali enim nequis erret tesseræ non sunt, quamuis eodem fere modo quo tesseræ iacerentur. Officuli sunt iuxta pedis uertebram, quos Græci astragalos uocãt: quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinem ludentem ponit. Ludunt & his hodie in Germania & trans Padum. Ludere quoq; par impar ex Horatiano carmine morem etiam fuisse apud ueteres deprehẽdimus. Nucibus uero uti & nunc, etiam ex Persiano uersu: Nucibus facimus quæcunq; relictis. Chartarum uero & sortium & diuinationis ludi priscis additi sunt, ab auaris ac perditis inuenti, non solum nostro dogmati, sed publicis ueterum moribus unà cum alea reiecti, cæteri cessationis gratia uiros uel summos quandoq; occupatos habuere. Quapropter Scæuolam ex Valerio cognouimus optime pila ludere solitum: sed & Hercules ipse dicitur labores suos interdum cum pueris ludendo leuasse. Quod Euripides monstrat. παίζω μετὰ βολὰς πῶν πόνων ἀεὶ φίλων. Socrates item deprehensus cum Alcibiade puero quandoq; colludere. Agesilaus Lacedæmonius cum arundinem forte cum filio paruo adequitaret, ridenti amico, ait: Tace quouisq; fueris pater. Architas Tarentinus uir philosophus simul & politicus, plures habens seruos, cum eis earumq; filijs uisus erat ludere, ac in conuiuio lætari. author his omnibus Aelianus. Aetate autẽ mea Cosmus Medices iam senex ac princeps nepotibus paruis colludebat: instantiq; uni auenã aptauit olim in medio foro, mirãtibusq; cunctis: Bene, inquit, succesſit, quod à me non contendit ut eam inflarem.

Turricula Pyrgos Tali Astragali Par impar Nucibus Chartæ Sortes Scæuola Hercules Socrates Agesilaus Architas Cosmus Medices

DE MAGISTRATIBVS GRAECORVM ET ROMANORVM.

Prytanes Ephori Harmostæ Cosmi Imper. Con. Despotæ Sabastocrator Cæsar Magnus dux Magnus domesticus Magnus Comestabulus Apoculis Paracœmomenus

GRAECI formam reipub. & magistratuum Romanis ostenderunt. Athenienses primi Prytanes, post reges sicuti Romani Coss. habuere. At Prytanes, ut ait Pausanias lib. I. erant numero L. decima uidelicet pars Senatus quingentorum hominum, qui exequebantur quæcunq; Senatus decernebat. Locus autem ubi conueniebant, Prytanium uocabant, quasi Pyritanium, quod frumentum ibi seruaretur. Lacedæmonij autem Ephoros creabãt numero X. perpetuos, qui uitæ necisq; haberent potestatem. Regem item perpetuum, qui tantum bellorum tempore dominaretur. Harmostæ quoq; quoquouersus discurrebant per ditionem, quorum erat officium, collapsa ædificia, urbes, mœnia, portus restituere. Cretẽses similiter Cosmos magistratus suos appellatos perpetuos habebant: quos omnis Aristoteles in II. Politicorum reprehendit, ac temporarios maluisse se scribit. Thebani quoq; & ipsi post reges statim sese reipub. accommodauerunt: quo tempore maxime & opibus & gloria floruerunt. Hæc prisca Græciæ magistratus conditio. Postquam uero res ad imperium deducta per Constantinum, qui primus Byzantij imperauit: tunc hos usque ad extremum habuit magistratus, siue munera, siue officia sub ipsis principibus. Filij Imperatorum Despotæ uocabantur, præcedebantq; honore & fratres & generos Imperatorum, etiam despotas. Ipsi autem & Sabastocrator & Cæsar nullum habebant certum munus, nisi belli tempore exercitibus præficerentur. Magnus dux classi imperatoriæ præerat, cui parebat magnus Drũgarius & Admiratus & Protocomes, cæteriq; classis curatores. Magnus Domesticus post Cæsarem erat: Spatham ante Imperatorẽ ferebat, quo honore functus est Catacunzenus apud Andronicum iuniorẽ. Magnus Comestabulus caput erat togatorũ Francorum, Vincerna siue à poculis. Paracœmomenus cubilis, Decurio cubiculariorũ erat, seruat palatiũ, absente principe, fert Spathã eius. Domesticus mẽsæ & à mensa, præerat mẽsæ imperatoriæ

toriæ. Primicerius aulæ, in consessu, magistratus omnis pro dignitate loco suo disponit, ac ordine sedere iubet, quasi magister ceremoniarum apud Põtificem. Magnus Drungarius classis eãdem habet locum apud magnum ducem, quem Magnus Drũgarius Biglæ apud magnum Domesticum. Protocynegus præest canibus quando Imperator equitat, cui donari solet ab ipso quicquid uestium ei sanguis ferinus polluerit. Scuterius fert scutum ante Imperatorem quocunq; proficiscatur. Ameralius præest classi maritimæ uniuersæ, subest autem magno duci. Magnus interpres præest interpretibus omnibus. A memoria hi erãt qui describebant eos qui uel in bello uel alibi pulchre ac cum laude se gesserint, eosq; Imperatori commemorabant, ut ex hoc præmijs dignis afficerentur, sed hoc postea munus uacauit. Protoieracarius præest uenatoribus ferentibus aut nutrientibus accipitres. Magnus stratopedarcha est curator exercitus necessariorum & commeatuum. Magnus Hetæriarcha recipit undecunq; exules & sodales & amicos imperiales. Acoluthus sequitur Imperatorem quocunq; ierit, sicuti scuterius præcedit. Orphanotrophus olim curabat orphanos, postea cessauit. Protonotarius nomine ipso manifestus, nam & notariorum seu pragmaticorum primus erat. Domesticus murorum, curam habebat castrorum aut murorum reficiendorum si quid his opus erat. Præfectus cubili curam habet cubilis imperialis, præest quoq; cubicularijs. Subditus tamen & ipse Paracœmomeno. Præfectus uestiarij, imperij curat uectigal, datiq; & accepti rationes. Vestiarius Imperatorem per mare sequitur, curamq; habet eius instrumẽti ac uestium. Protocomensis in mari præest omnibus curatoribus. Præfecti & castrophylaces ciuitatibus præsunt, quisq; pro dignitate. Domestici orientalium thematum similiter curant res eorum populorum. Stratopedarcha Monocaballorum qui præerat monocaballis, Erant enim locis secundum themata ordines phosati, quorum alij Tricaballi, alij dicaballi, nonnulli monocaballi dicebantur. Similiter Stratopedarcha murtariorum, & Stratopedarcha Zaconorum & Zangratorum curam habet in castris custodum, qui Zaconi uocãtur. Protostrator qui per absentiam magni Domestici fert spatham Imperatoris, & eo adequitare uolente tenet equum usquequo sit tempus. Tunc comes equorum exceptum ab eo ducit ad quintum aulæ palatinæ gradum. Inde rursus magnus Chartularius excipiens ducit ad portam ubi adequitet. Idem quoque cum descendit ordo seruatur. Comes præterea equitatum pompæ imperatoriæ in itinere dispo nit, ireq; iubet ordine quo sibi placet. Habet etiã dona regia: Ephippia, habenas, omnemq; equi imperatorij ueterem ornatum, singulis annis, quod eadem omnia in Resurrectionis dominicæ celebritate iterentur. Protostrator etiam post exercitum adequitat, ac siquos uidet inordinatos ire corrigit. Erant & alia præter hæc honorum nomina quæ antiquitus certa obibant munera: postea tantum titulo tenus habita. hæc sunt Panypersebastes, Protouestiarius, magnus Primicerius, Logothetes, qui idem ferè quod scriba: & magnus Logothetes qui erat supra magnum Stratopedariũ, quo munere functus est Theodorus Metochites sub Andronico primo Palæologo Aristotelis commentator. Magnus Papias magister equitum, magnus Drungarius Biglæ, magnus Hetæriarcha, magnus Chartularius, Logothetes, Genici, Dromi, Domesticus scholarum, magnus Drungarius classis, Protospatharius, magnus Zausius, Prætor populi, magnus Logatiastes. A libellis ij erant qui supplicationibus à nostris appellatis præerant. Coeaster, Logothetes expeditionis, Logothetes turmarum, Iudex Phosati, Diœcetes, id est, administrator. Logatiastes aulæ, magnus Myrtheta, Patricius.

Magnus Drũgarius Protocynegus Scuterius Ameralius Magnus interpres. A memoria Protoieraca. Magnus stratopedarcha Magnus Hetæriarcha. Acoluthus Protonotari. Præfe. cubili Vestiarius ptocomẽsis Domestici orientaliũ thematum. Logothetes Magnus papias. Domesticus scholarum. Coeaster Iudex phosati

ROMANI MAGISTRATVS.

Dictator Rei gerũdæ causa T. Largius Clauũ figendi causa. Comitiorũ cã Quæstionis exercẽdæ cã Legendi Senatus causã

DE ROMANIS autẽ hæc comperimus. Primum Dictator pluribus de causis dicebatur. Aut rei gerundæ, id est, belli causa grauioris. Primusq; fuit T. Largius cum LX. populi Latinorũ aduersus Ro. cõiurassent. autor Dionysius. Halicarnasseus. Deinde claui figendi causa, quum grauí morbo pestilẽtiæ ciuitas affecta esset, senatus L. Manlium Imperiosum dictatorẽ clauũ figẽdi causa dici iussit. Isq; clauus in æde Iouis in capitolio in dextro latere fixus est, autor Liuius. Sed & ob aliquã aliã calamitatẽ clauus affigi etiã solitus. Comitiorũ item consulariũ causa, ut Cõsul dictatorẽ diceret, si cõtingeret utrũq; aut per bellũ, aut aliã necessitatẽ ab Vrbe abesse. Aut quæstionis exercẽdæ. Quãdo Q. Cincinnatus dictator factus, ut Sp. Melij regnũ affectãtis temeritati resisteret. Aut legẽdi senatus, numero deficiẽte, ut M. Fab. Butheo. Modus aũt hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic fuerat. Consul dictatorem dicebat, dictator magistrum equitum, nocturq; tantum dicebatur, & in solo Romano quod Italia terminabatur. Sexq; tantum mẽses durabat. Et ex patricijs C. Marcius Rutilius tantũ de plebe in bello Faliscorum dictus, qui & ipse de plebe hominem L. Plaucium magistrum equitum dixit. Procedebat cum lictoribus XXIIII. ac totidem securibus, à quo prouocatio non erat. Magistratum hunc Romani ab Albanis acceperant, apud quos Metius Suffetius dictator inuenitur prius fuisse. Tribunorum plebis creandorum causa, secessus plebis fuit in montem sacrum à senatu grauatæ. Inde per Menenium Agrippam reducta, dato exemplo uentris ad membra, Tribuni duo primum creati: deinde per aliam secessionem tres, mox quinq; alij, fuerecq; tandem numero X. Sacrosancta uocabatur potestas, nec sicuti aliæ per dictatorem unq; cessabat. Absq; iudicij discussione in exilium carceremq; mittebat. Curiam non ingrediebatur, sed in sella ante uestibulum permanebat: dum S. C. fieret, quod si probaret T. litera annotabat, si minus, intercedebat. Ab Vrbe nec per unum diem abesse licebat. Domus eius die noctuq; apertis foribus patebat, ut auxilio plebi omnibus horis (si quando opus) foret. Præterea de plebe tantum fuerat, & qui patrẽ uiuum non haberet: ex quo Seruilius tribunatum falsò gessisse creditus, quod pater eius quem decessisse opinio erat, uiuere ferebatur. Inter se quoq; dissidebãt, plusq; poterat unus qui prohibuisset, quàm reliqui qui rem aliquam probassent. author Plutarchus in Catone. Capitis etiam diem & dictatori & Consuli post magistratum dicere poterant. Nec purpuram, nec sellam curulem, nec lictores ut Coss. & prætores habebant, sed tantum unum uiatorem. Per aliam plebis discordiam quæ delectum pati nõ poterat, necesse fuit Tribunos consulari potestate creare, creatiq; sunt ex patribus. A. Sempronius Atratinus, L. Attilius, & C. Cæcilius. author Liuius. Hi duorum generum erant. Comitiarij, qui in comitijs fiebant. Et Rutilij seu Rufi qui in castris. Nam Rutilius Rufus legem tulit de eis in exercitu creandis, ut author Festus. Prætores numero XVIII, fuere, habebant sellam curulem & lictores sex, trabeam item, reliquaq; consularia insignia. Ab initio unus tãtum Prætor urbanus fuit, qui in urbe ius diceret, omnemq; publici ac priuati iuris potestatẽ habebat, equis item albis utebatur. Alius deinde Prætor peregrinus factus, qui inter peregrinos ius dicebat. Deinde adauctus paulatim numerus, qui & urbanis & prouincialibus rebus adessent: Sylla quatuor, Augustus duos, Claudius totidem adiecit. Inter minores magistratus etiam ius dicebant. Absentibus Coss. Prætor urbanus senatum & comitia habere poterat. In prouincijs non solum ius dicebant, sed res gerebant. Quæsto res sub se habebant, qui uice eorum fungerentur cum opus, sicuti Dictator magistrũ equitum, & Consul legatum. Proprætores prætoria potestate prouincias etiam administrabãt. Quæstores uetustus magistratus. Gratianus Iurisconsultus in eo libro quem de potestatibus scripsit, ipsum etiam Romulum & Numam duos habuisse Quæstores, quos non sua uoce, sed populi suffragio creatos, scriptũ reliquit. Deinde Tullum Hostilium sine dubio Quæstores etiam habuisse. Dictos autem à quærendo: quorum officium, partim ærarij & urbanæ pecuniæ curam agere, partim prouincias exigendis uectigalibus sortiri, quandoq; in senatu occupari: & hos candidatos principis esse dictos: nonnullos in exercendis quæstionibus uersari: alios Quæstores parricidij dictos, qui ut capitalibus rebus præessent, à populo constituebãtur. Hæc ex libris Digestorum. Reperio quoq; apud Valerium Quæstorum fuisse curam, legatos reges ue Romam uenientes pro dignitate populi Ro. excipere ac honorare, obuiamq; proficisci. Nam legati primum in ædem Saturni petebant ubi ærarium erat, ibiq; mos erat, ut à Præfectis ærarij scriberentur eorum nomina, traderenturq; Quæstoribus, qui & eos donis prosequi, & ægrotos curare, ac demum mortuos sumptu publico sepelire solebant. Aerarium enim apud Saturni prius ædem fuit. Hic libri elephantini seruabantur, in quo XXXV: tribus conscriptæ, tum senatusconsulta omnia fuerunt. Libros autem linteos Pontifices retinebant, in quibus annales cõscribebant. In ipso quoq; ærario locus erat secretior, ubi uigesima uectigalium seruabatur. Liuius XXXVII. Cætera expedientibus quæ ad bellum opus erant Consulibus, aurum uigesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabatur, promi uisum est. prompta. ad III. mil. pondo auri. Fiscus deinde ærariũ appellari cœptus à fiscella, id est, crumena, ubi seruabãtur pecuniæ, ut ait Varro. Primum fisci aduocatũ instituit Hadrianus princeps, ut testatur Spartianus. Vectigal Po. Ro. inter alia fuit uigesima redditũ omniũ rei frumẽtariæ in Italia: præterea sal

Metius Suffetius.
Tribuni numero X.
T. litera tribuni signum.
Plus poterat tribunus unus qui intercederet, q̃ reliqui tribu. qui probarent.
Tribu. militares.
Prætores XVIII.
Præ. urbanus
Præ. peregri.
Proprætores
Quæstores
De ærario
Fiscus
Vectiga.
Po. Ro.

sal à singulis exigendum, Salinatoris commentum. Qui uectigalia redimebant, publicani appellati, & mancipes publicanorum principes, ut ait Pedianus. Senatores primum à Romulo cẽtum instituti: Patres appellati: ex his geniti Patricij dicti: qui uero postea per reges ac alios additi fuere, patres cõscripti, & minorum gentium uocati apud Gellium. Fuerecq; usq; ad mille, quem numerum Augustus postea minuit. Qui non uti nunc mercedem aut stipendium aliquod à repub. sumebant, sed gratuitam exhibebant operam, quod sanè ex nonnullorum senatorum paupertate maxime declaratur. Liberalitas tamen principũ multis prouidit. Augustus item teste Tranquillo Senatus censum ampliauit, ac pro DCCC Duodecies extantem taxauit, suppleuitq; non habentibus. Et in Vespasiano scribitur: Explesse censum senatorum. Consulares inopes quingentis sestertijs annuis sustentauit. Senatores libertinos in senatum Commodus teste Lampridio adsciuit. Cæsar etiam Gallos. Heliogabalus Senatulum mulierum in Colle Quirinali instituit. Augusti quoq; constitutione Senatores priusquam considerent, uino & farre sacrificabant ei deo, in cuius ædem conuenerant, nec ultra quàm bis in mense plerunq; cogebantur. Ante ortum aut post occasum solis Senatusconsultum irritum erat. Ante annos XXV. in curiam ingredi non licebat post casum Papirij Prætextati. Senatores ex lege post annos LX. nõ citantur, ut author Seneca ad Paulinum. Citatis uero ex lege non uenientibus pignora auferebantur, ut uidere licet apud Ciceronem de Oratore lib. III. Duobus tantum exceptis casibus, cum supplicatio uidelicet aut triumphus alicui decernendus. Nam tunc uti placerent, libenter omnes sponte minimeq; coacti properabant. Ci. Philipp. prima. De supplicationibus referebatur, quo genere Senatores deesse non solent. Senatusconsultum tribus modis fiebat, sententia, uerbo, discessione. De quibus testatur Liuius XXXVI. Liuium Salinatorem, inquit, olim damnatum in Senatum uenire, & tondere, squalorem q; ponere Censores iusserunt, sed tum quoq; aut uerbo adsentiebatur, aut pedibus in sentẽtiam ibat, quos modos sanè deprehendimus fuisse ignobilium Senatorum, præcipuorum uero sentẽtiam dicere. Pedibus ibant mouendo se in locum illius cuius sententiam probabant. Vnde pedarij Senatores dicti sunt. Gellius uero etymi causam dicit, quod pedibus in Senatum irent, ad eorum differentiam qui curru uehebãtur, in quo sella erat, quod curulem iam dignitatem obtinuissent. In sententia uero dicẽda is ordo erat, ut ait Gellius, ante legem de Senatu habendo. Princeps Senatus primum à consule rogabatur, deinde Coss. designati, deinde reliqui præcipuæ existimationis. Cæsar consul Catonem rogauit, dicentemq; non placita in carcerem duci iussit, sequenteq; eum senatu pudore motus prohibuit. Quem uero ordinem, ut ait Tranquillus in Cæsare, Cal. Ian. Consul seruasset, toto anno seruabant. Sententia insuper si quando non tota placeret, diuidebatur. Cicero in epistola ad Lentulũ. Postulatum ut sententia Bibuli diuideretur. Pedianus in oratione pro Milone. Cum aliquis dixit quod non probaretur, postulabant ut diuideretur, & de singulis referretur. Seneca in epistolis. Quod fieri in Senatu solet, iubeo illud diuidere, & sentẽtiam sequor. Et hæc quidem de senatu. Consules primi post exactos reges L. Iu. Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, quibus dati XII Fasces ac totidẽ secures cum lictoribus, ita ut apud unum tantũ essent ne timor duplicaretur. Isq; maior Consul appellaretur. Val. Publicola eis secures ademit, dum prouocandi potestatem à Consulibus dedit. T. Largius Dictator restituit, ita tamen ut minime in caput Romani iniussu populi ualerent. Addita his sella curulis, purpurea trabea, prætexta: quæ omnia ab Hetruscis teste Liuio accersita sunt. Plebes deinde per seditionẽ alterum de suis obtinuit. Alterũ item Campani superbi per Annium petierunt Consulem Campanum, quem Torquatus paulo minus quin è curiæ gradibus præcipitem deiecerit: Prima hæc post dictatorem potestas. Ciues in carcerem mittendi, non tamen necandi authoritatem habebat. Proconsules autem (ut narratur in libris Digestorum) sex lictores ac tantum in prouincia ius habuere, ingressi urbis portas amittebant. Legatos & ipsi constituebant, qui accepta ab eis facultate administrabãt. Candidati & honores petituri in campum ad Comitia descendebant, ubi in septis ouilibusq;, locis uidelicet eorum similitudine factis. Comitia consularia, calata, tributa, centuriata, curiata. Calata à calando, id est uocando per lictorem. Curiata tantum ex curijs ciuium, quæ XXX. fuerant, constabant. Centuriata frequentissima per Cornicinem ex censu & ætate accersebantur. Tributa uero ex omnibus regionibus urbis & tribubus. Accedebãt prærogatiuæ iuniorum seu ueteranorum,

Senatores
Senatusconsultum
Pedibus in sententiam ire
Pedarij Senatores
Consules
Proconsules
Candidati
Comitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum,hoc est ex omnibus qui militarent iuuenibus & ueteranis:Centuriæ ad suffragia deli
gebantur.Consul uero sortiebatur quæ pro uno quoq; candidato prærogatiua iuniorum
prius ad suffragia mitteretur,quam & præco citabat in mõtem citatorum dimissa.Classes
uero in centurias distributæ fuerant. Dabantur suffragia duobus modis.Primo, mos fuit
sententijs ab utraq; parte dictis.Deinde tabellis, ut deprehenditur in Cicerone legum II.
In ea,inquit,sum sentẽtia qua te semper fuisse scio, nihil ut fuerit in suffragijs uoce utilius.
Quis autem nõ sentit, authoritatem optimatũ tabellariam legem abstulisse:quam populo
libero nunquam desiderauit,in oppressis dominatio & potentia principũ flagitauit.Quan
doq; non in comitijs Consules,sed per interregem ad hoc factum legebantur,ob candida
torum tumultum & arma.Liuius IIII. Per interregem creati Coss. ac pronunciati,L.
Val. & M. Horatius,acta res in Flaminijs pratis. Pompeium quoq; solum creatum Cos.
per Sulpitium interregem legimus apud Plutarchum in Pompeio,Collegæq; potestatem
ei attributam fuisse.Candidati ueste induti alba sine toga, ut ait Plu. ne munera ad corru
ptionem abscõderent: ciues rogabant,prensabantq;,merita commemorabant. Nasica uir
sanctissimus bis candidatus repulsam habuit.Cæ. Metellus semel in consulatu,qui postea
Macedoniam patriæ subiecit.Cato quoq; semel & Q. Aelius Tubero uir stoicus in præ
Censores tura ob mensas pellibus hœdinis Po.Ro.paratas.Censores primi L.Papyrius Mugilanus,
& L. Sempronius Atratinus:anno Vrbis CCCX. per quinquennium ab initio facti: de
inde ob eorum insolentiam per Mamercum Aemylium dictatorem ad annum & sex men
ses redacti,ut author Liuius IIII. Alteroq; defuncto se etiam alter magistratu abrogabat,
totidemq; fiebant. Censum agebant ciuium Ro. lustrumq; cõdebant:quem prius Seruius
Tullius instituit rem saluberrimam,ex quo belli pacisq; munia,nõ uiritim,ut ante,sed pro
habitu pecuniarum fierẽt.Censu perfecto edixit, ut in campo Martio omnes ciues quisq;
cum suis centurijs prima luce adessent: ibi instructum exercitum omnes,sue,oue,taurisq;
lustrauit,id ꝙ conditũ lustrum appellatũ,quia in censendo finis factus est.Milia LXXX.
eo lustro ciuium censa dicuntur.Bello II. Pu. censa fuere ciuium capita CXXVII. mi
lia,& CVIII, ex quo numero apparuit quantũ hominũ Pœnus abstulisset.Li.XXVII.
Idem lib. LIX. dicit sub Q. Pompeio & Q. Metello Cens. statim post III. bellum Pu.
censa fuisse capita CCCXIX. milia, & DCCCXXXIII. præter pupillos & uiduas,
quo nunquam maior numerus.Præterea disciplinã ordinum,morum'ue curam habebant:
Senatum legebant,ab eoq; indignos amouebant.Quorum tanta seueritas fuit,ut oscitan
tem paulo altius ciuem Ro. in publico ignominia adfecerint:& equiti Romano qui equũ
strigosiorem haberet, se autẽ pinguem, mollius ut curaret equũ admonuerint.author Gel
Præfc. urbi lius.De Præfecto urbi sic scribitur in libris digestorum.Omnia crimina quæ per totam Ita
liam admittebãtur (ut in epistola diui Seueri ad Fabium Cilonem cautum est) præfectura
urbi sibi uendicat.Initio uero eius epistolæ, sic scribitur:Quum urbem nostram fidei tuæ
commiserimus,quicquid intra urbẽ admittitur ad Præfectum urbi uidetur pertinere. Sed
& si quid intra centesimum lapidem admissum sit,Præfecti urbi ad cognitionem pertinet.
Si ultra,Præfecti urbi notio non erit.Curam præterea habet tutorum, curatorum nõ pro
borum,sed & nummulariorum,ut ab illicitis abstineant. Macellum quoq; ac forum boa
Præf. annonæ rium,suarium,piscarium,olitorium curat,ut iusto ueneãt res precio. Præfecti annonæ fru
Præf. uigilum mentum prouidere urbi habebant,emereq; à ciuibus quod uictui superesset.Præfectos ui
gilum,ut scribitur in digestis,Augustus primum constituit ad incendia reprimenda,quod
erat antea officium triumuirorum:nam cohortes opportunis urbis locis disposuit, quibus
Præf. Præto. Præfectos cõstituit,qui furum,incendiariorũ, raptorum, receptatorũ crimina uindicabãt.
Præfectus prætorio, ut in eisdem scribitur libris, erat apud Imperatorem,qualis magister
Aedilesplebei equitum apud Dictatorem.Nam disciplinæ publicæ præerat,à quo ex Cæsarũ priuilegio
& Curules. prouocare nõ licebat:secundũ post Imperatorẽ locũ obtinebat. Aediles Plebei & curules
satis nomine ipso distinguũtur.Hi ludos curabãt,aquas,cloacas,publicaq; ædificia.Quic
Xuiri legi quid etiã rerum uitiosarum pro syncero, fractumq; pro integro uenisset, Aedilitio ædicto
bus ferẽdis, redhiberi solet.Petitis per legatos & allatis Atticis legibus,ad eas proponẽdas Xuiri,inter
App.Claud. quos Appius Claudius,& T. Genutius principes fuere,pro Consulibus sine ullis alijs ma
T.Genutius gistratibus creati,à quibus nõ esset prouocatio:anno ab urbe cõdi. CCCI. Hi descriptis le
gibus quum modeste se gessissent,in alterũ quoq; annum eundẽ esse magistratum placuit,
quo

Quo tempore quũ plura impotenter fecissent, magistratum deponere nolentes in tertium
annum detinuerunt, donec inuicto eorum imperio finem attulit Appij in Virginiam libi
do,ad quem summa rerum referebatur:quo facto Plebes incitata occupat Auẽtinum,De
cemuiros se magistratu abdicare coẽgit:ex quibus Appius & unus collegarum,qui præci
pue pœnam merebant in carcerem coniecti,cæteri in exilium acti.Instante igitur Virginij
accusatione,& ex altera parte Claudiorum omnium deprecatione Virginij lachrymæ iu
stiores uisæ fuerunt. Itaq; anteq; dies adesset Appius sibi necem consciuit. Liuius lib. iij.
III uiri capitales causas criminum capitalium cognoscebãt. Ab initio duo fuerãt iam inde *IIIuiri ca*
concreati ad iudicandum Horatium illum qui sororem interfecerat rediens à uictoria Cu *pitales.*
riatiorum.III uiri coloniæ deducendæ,ad hos pertinebat, ut agros nouis deductis colonis *IIIuiri Colo*
diuiderent,urbes designarent,ædificare uolentibus arces partirentur,cõmodis regionibus *niæ deducẽdæ*
ciuitatem distinguerẽt,legibus,magistratibus fisterent, & ad spem optimæ gubernationis
rempub.effingerent.III uiri reipub.constituendæ.Hi fuere M.Antonius,Octauianus,& *IIIuiri reip.*
M.Lepidus.II uiri Sacrorum,sacris libris legẽdis,carminibus Sibyllæ,fatisq; populi inter *constituẽdæ.*
pretandis præerant:ut si quid in urbe portẽti accidisset, lectisternijs ad puluinaria deorum *IIuiri sacrorũ*
factis eorũ minas auerruncarent, præterea templa dedicarent. VII uiri Epulonum, genus *VIIuiri Epu.*
erat Sacerdotij,additum Pontificibus,qui epularum conuiuiorumq; sacrorum & pontifi
calium cerimonias curarent.Quum magistratibus horis uespertinis in publicũ conuenire
fas non esset, ut habetur in libris Digestorum,creati V uiri cis Tyberim, & totidem ultra, *Vuiri*
qui possint pro magistratibus fungi.Erant & V uiri qui minuendis publicis sumptibus iu
dicio Senatus constituti erant, author Cæcilius II. lib.epistolarum.Et item V uiri mensa
tij, de quibus postea dicam. Pontifex maximus supra omneis Pontifices, omniaq; sacra *Pont. Max.*
erat,penes quam libri rituales, lintei, elephantiniq; erant,ubi annales scribebant.Tantaq;
pollebant authoritate, ut Metellus Cæcus Pont. Max. A. Posthumium Cos. ad bellum
properantem, quod is flamen Martialis esset,non sit passus à sacris recedere,ut Li. XIX.
testatur. Rex sacrificulus exactis regibus creari cœptus ad obeunda quædam sacra solis *Rex sacri*
regibus fieri consueta,quod populus ægre ferebat diminutã propterea religionem,& nu *ficulus.*
merũ sacrificiorũ,Iu. Bruto,& M. Valerio Coss. Flamines Numa instituit,id est sacerdo *Flamines*
tes,quasi filamines,quod lanã in capite quãdam gestarent, duos Marti,unum Quirino,&
alium Ioui,qui flamen Dialis diceretur,omnibus superiorem.Idem & Salios XII.Marti, *Salij*
quod saltando per urbẽ irent dictos.Mamurramq; uocabant, fabrum uidelicet Ancylium *Ancylia*
ad similitudinem illius quod è cœlo delapsum fuit.Quæ institutio discrepare non uidetur
à modo ueteris legis.Dauid enim legimus ante arcam fœderis saltando processisse.Potitij, *Potitij*
& Pinarij,Herculis sacerdotes ab Euandro instituti,quæ familiæ tunc nobiles ea loca tene *Pinarij*
bant.Potitij diutius remãserunt, sublati tandẽ utriq; ab Appio Claudio Censore his infen
so familijs:ob id creditur ira deorum luminibus orbatus. author Liuius.Fœcialis sacerdo *Fœcialis*
tium & patris patrati idem fere & in eisdem rebus fuerat,in feriendo cum hoste fœdere & *Pater patr.*
bello indicendo iam usq; à tempore Tulli Hostilij. Forma autem fœderis feriendi huiusce *Modus fœ*
modi à Liuio ponitur.Fœcialis,inquit,regem Tullum ita rogauit.Iubes'ne me rex cum pa *cialium*
tre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege:Sagmina,inquit,te rex posco.Rex
ait,pura tollito.Fœcialis graminis herbam puram attulit,postea regem ita rogat.Rex fa
cis'ne tu me regium nuncium Po.q; Ro.Quiritum? Rex respondit,quod sine fraude mea
Quiritum' ue fiat,facio.Fit ergo tunc fœdus,multisq; id uerbis peragit.Legibus deinde re
citatis:Audi,inquit Iuppiter,audi pater patrate populi Albani:audi populi Albane,audi,
ut illa palam prima postremáue ex illis tabulis cæráue recitata sunt sine dolo malo,utiq;
ea hic hodie rectissime intellecta sunt,illis legibus Po. Ro. ferito,ut ego hunc porcum ho
die feriam,tantoq; magis ferito quanto magis potes pollesq;. Id ubi dixit porcum saxo sili
ce percussit.Eodẽ modo pars altera per suos sacerdotes suumq; Dictatorem peragit.Cum
autem bellum per Fœciales indicunt, hoc more utuntur:Fœcialis hastam ferratam præu
stam aut sanguineam ad fines eorũ quibus bellum indicit,defert, nec minus puberibus tri
bus præsentibus hæc adijcit.Quod populi Priscorum Latinorum,homines'ue prisci Lati
ni aduersus Po.Ro.Quiritũ fecerunt,deliqueruntq;,Populi Ro.bellũ cum Latinis priscis *Indicendi bel*
fieri: ob eam rem ego populusq; Ro. populo Priscorum Latinorum hominibusq; Latinis *li ratio.*
bellum indico,facioq;.Id ubi dixit, hastã in fines eorũ mittit, ex quo bellũ esse intelligitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virgines Vestales. Virgines Vestales Numa instituit, quæ sacra in Italiam per Aeneam adducta fuerunt. Virg. sic ait: Et manibus uittas uestamq; potētem Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Antistius Labeo scripsit, minorem quàm annis sex, maiorem quàm X. natam ne gauerūt capi fas esse: præterea quæ ex seruis nata sit, aut corpore senuue diminuto. Neq; illa hæres cuiquam intestato, neq; intestatæ illi quisquam est, sed bona in publicum redigebantur. Carpento uehebātur, magistratusq; illis adsurgebant, magnusq; apud hos illarum respectus fuerat: si quando pro reis aut damnatis precabantur. Iu. Cæsar Tranquillo teste, per Vestales apud Sullam meruit ueniam impetrare. Ignem perpetuū seruabant, quæ autē per negligentiam extingui sineret, flagris à Pontifice Max. cui suberant, cædebatur. In stu pro deprehensa uiua defodiebatur, eoq; die in urbe publici nihil fiebat. Nuper sub radice Palatini è regione Cosmi & Damiani tēpli multa Vestalīū monumenta refossa: in quibus *Cœlia* statuæ olim fuerunt, ex his duo tantum ponam. Cœliæ Claudiæ V. V. maximæ sanctissi mæq;, cui egregiam sanctitatem, & in deos infatigabilem operationem meritis suis laudis æternam adhibita grauitate, numen quoq; Vestæ comprobauit. Sacerdotes sacri urbis, in dextro latere. Dedicata Cal. Mart. M. Iunio Max. II. & Vellio Aquilio Coss. curante *Manilia* Fla. Martiano & B. Victore. V V. Et in altera. Fla. Manliæ V. V. Max. cuius egregiam sanctimoniam & uenerabilem morum disciplinam, in deosq; peruigilem administratio nem, Senatus laudādo cōprobauit: Aemylius Rufinus frater, & Flauij Siluinus & Irenæus sororis filij ob eximiā eius erga se pietatem præstātiamq;, in latere dextro. Collocata XII. *Augures* Cal. April. C. Veraio Attico, & A. Atinio Prætextato Coss. Augurum disciplinam ab Actio Nauio, ubi de eo diximus processisse narrauī: unde collegium institutum, cui tanta fuit authoritas, ut nihil magni in rep. fieret inaugurato, inauspicatóue. Reges, Consules, aut Dictatores qui uitio creati per augures censebātur, redeuntes retractabantur: in monte *Lituus* consistebat augur, manū supra caput eius qui inaugurabatur tenebat, cū lituo in altera ma nu, id est, recuruo baculo, septentrionem à sinistra, meridiemq; à dextra statuens, oculis re gionem præfiniebat, uerbaq; quædā ad louem dicebat, atq; ita inauguratus discedebat.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXX.

De principe præcepta nobilium authorum.

Dionis præce pta de pricipe

VANDO autē princeps communi societati, bonoq; diuinitus datur, de hoc item ac ijs quæ ad eum pertinent, dicam. Dion qui Romanam scripsit historiam, ponit Augustum quandoq; de restituenda rep. cogitantem, ad consilium Agrippā & Mecœnatem adhibuisse. Igitur alteri tuendi imperij, alteri Mecœnati dimittēdi uitæq; priuatæ partes tradit magnis utrinq; rationibus. Scripsit etiā seperatim de Regno trīs libros. In his primū præceptū Regi, ut deos colat atq; ueneretur: quos siquis impune præterire posse putat, is eos aut prauos aut stultos opinatur. Deinde homines curet atq; amet, si & ipse redamari cupit. Nam uerisimile non est nec natura patitur, diligentem nō diligi, cum uideamus canes equosq;, magistros, curatoresq; suos circūludere, eisq; blandiri. Post hæc labores amplectatur, spernatq; uoluptatem, quæ inter cætera mala possidentem se non diu perfrui sinit. At labor diutius laborantem sustinet atq; adiuuat. Milites commilitones appellet, hominumq; se magis patrem & pastorem quàm dominū uocet. Domini appellationem non solū inter liberos, sed etiā inter seruos fugiendā censeat. Sese magis multitudinis naturæ quàm suæ accōmoder. Præterea liberalitate præditus existat, nec uereatur benigne faciendo sibi defuturū aliquid: cum ea sit conditio donantis, ut magis gaudeat quàm qui accipit. Præter omnia sit ueritatis ac simplicitatis amicus, eamq; uti regiam uirtutē confectetur. Astutiam uero ac fraudē uti seruilia putet. Nam utilia animalia ea potissime sunt quæ insidiātur. Laborātium circa se hominū præsertim militū rationem habeat. Ad bellū omni tēpore paratus existat. Sic enim ipsius in sua magis fuerit potestate.

Plato PLATO in Crit one regnum probat unū totius orbis, ad dei similitudinem, ita tamen ut in alijs locis dicat: Senatus autoritas ad consilium adhibeatur. Ratio, quoniam nulla essent bella, nulli tumultus, dum unus omniū potiretur. Debet & pastoris modo præcesse. Sicuti apud

apud Homerū scribitur, qui uocat Agamemnonē ποιμένα λαῶν, id est, pastorē populorum. Nā & mitē & fere æqualē ciuibus se præbere debet, tantū iustitia ac prudētia superiorem. Quod siquis reperitur huiusmodi, etiā si priuatus sit, à deo est rex cōstitutus. Nā non popu lus causa gubernatoris, sed cōtra gubernator causa populi fit. Præterea uti bonus musicus, debet in rep. ciues instituere, ut inter modestiā, fortitudinemq;, quandā seruent mediocri tatem, ueluti acuti grauisq; nerui concentū simul cōmixtum ac cōtemperatum: ut ne per nimiam modestiā imbelles adeo reddantur, ut quum opus fuerit patriā uiribus & audacia nō possint defendere: & ne rursus adeo audaces, ut pacis statū ferocitate perturbēt. Aristo *Aristoteles* teles in Politicis etiā ex omni rep. Monarchiā probare uidetur, adhibito Senatu. Hæc ego cum alio in loco dixerim hic repetere supersedebo. ISOCRATES orator uitā priuatam *Isocrates* ac principis duabus orationibus elegāter expressit, ad Demonicum & Nicoclem regem. Ex hac ultima huiusmodi sunt uerba conuersa. Amicos tibi delige, nō omnis, sed nec cum quibus uoluptaria, sed optima regni perficias. Tales præpone negocijs quæ ipse non cognoscis, ut pro eis quæ illi gerūt sis redditurus rationē. Fidos puta nō eos qui tibi blādiuntur, sed qui castigāt. Da sapientibus loquendi libertatē, de his quæ ipse ignoras. Discrimen habe eorū qui tibi cum beneuolentia obtemperant, plus q; qui cum adulatione, ne plus im probi à te ferant quàm boni. Ama eos homines nō qui in publico cū timore obtemperant tibi, sed qui priuatim secū tuum magis animū quàm fortunā admirantur. Sis exemplo mo destiæ cæteris. Nā τὸ σῶ πόλεως ἦθος ὁμοιοῦν τοῖς ἄρχουσι, id est, principibus similis est mos ciuitatis. Quam Plato sententiā expressit. Tales solent esse ciues, quales in rep. principes. Hos imitatus epigrāmatista. Et domini mores Cæsarianus habet. Prosequitur Isocrates. Pluris existima bonā famā præ multis diuitijs. Simile & huic Salomonicū: Melius nomen bonū, quàm diuitiæ multæ. Sallust. uero non longe ab his. Diuitiarū & formæ gloria fluxa atq; fragilis est, uirtus clara æternaq; habetur. Prosequitur etiā Isocrates: Quæ dicis aut re cipis te facturum, tanq; rem sacram obserua. Amicos tibi beneuolētia ac liberalitate para. Inimicos animi magnitudine subige. ἡγεμόνος ἡδονῶν οὐκ ἀγομένος ὑπ' αὐτῶν, id est Ducas, nō ducaris à uoluptatibus. Ex omni rep. meliora ad imitandū tibi delige. Nihil iratus facias. Peccata citra merita plecte. XENOPHON. Sunt qui putēt principē sumptibus & uictu *Xenophon* & lautitia præstare oportere: Ego potius eū & prudentia & diligentia laboreq; cæteros an tecellere debere existimo. Idem: Præstat regem gratiarum q; trophæorū hæreditatem relin quere. Diotimus: Tria regi oportet esse, Religionem, Iudicium, & exercitum. Primū ad se *Diotimus* probādum. Secundū ad suos continendos. Tertiū ad hostes propulsandos. Homerus duo præcipua tribuit Agamemnoni, hoc est, ἀμφότερον, βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Gessit utrunq;, bonus rex, idē & in agmine fortis. Quod carmen Alexāder Macedo semp cōmemorare solebat. Thales: Principis felicitas, ut senex secūdū naturā in suo lectulo mo *VII. Sapien* riatur. Anacharsis: Si sapiens fuerit. Cleobolus: Si nihil his qui proximi sunt, credat. Chilo: *tum dicta de* Si nō curauerit timeri. Pyttacus: Si ita subditos disponat, ut timeāt nō ipsum, sed quæ sunt *Principe.* ex ipso. Socrates: Si sibi ipsi prius sciat imperare. Solon: Si Monarchiā democratiæ proxi mam ciuibus reddat. Demetrius Phalereus hortari solebat Ptolemæum Philadelphum, ut *Demetrius* libros plures de regno conscriptos perlegeret, q; in ipsis plura reperiret, quorū amici reges *Phalereus* uererentur admonere. Cæsar quoq; Augustus, huic simile teste Trāquillo excogitauit. Ex omnibus enim autoribus utriusq; linguæ tantū ea quæ ad remp. administrandā pertinerēt excerpere solebat. EGO VERO tot sapiētiū dictis, quæ & ipse sentio, quæq; ex usu uidi, adijcere nō uereor. Duas maxime res in his qui præsunt cæteris esse oportet, bonitatem, & doctrinam: prima præstat, tantaq; uirtutis erit, ut si per se nō sapit, uiros adhibeat sapiētes. Huiusmodi fuit Alexāder Imp. qui quanq; puer iuris cōsultos & matrem prudentissimam rebus præfecit: præter ea tot sancti Principes in nostro dogmate, alioqui idiotæ, reip. utiliter præfuere, ut Hēricus, Stephanus, Ladislaus, Leopoldus, alij innumerabiles. Ipsa quoq; citra bonitatem doctrina nō nihil etiā proderit, magnumq; in augendo auxilium suppeditabit. In hoc genere extiterunt, Cæsar ipse & Claudius princeps, quorum alter quanq; tyrannus, alter uero ignauus, præter historias ab se scriptas, utilia multa edidere, ac publica monumenta, Hadrianus item, & Dionysius Syracusanus. Inter Pontifices autem, Bonifa cius VIII. uir doctus, alioqui seditiosissimus, multa & præclara ab se gesta reliquit. Sixtus IIII. Theologia munitus quamuis bellis cōtinuo inutilis orbem uexauerit, tot tamen pia

Universidad de Deusto
Biblioteca

templa restituit, totcp ad hominum usum facientia gessit. His uero qui utruncp præstant, nihil in rebus humanis perfectius optatur, ut Augustus fuit & Titus & M. Antoninus & Iustinianus. Inter Pontifices, Damasus, Gregorius, alijcp plurimi. Qui autem neutrum retinent, hi omnino postremissimi hominum. Ex his Sylla crudelis legitur fuisse, quem unum Cæsar admirari solebat principē reip. sine literis extitisse. Deinde Nero, Caligula, Heliogabalus, Commodus. Et quando utruncp seculum connectimus, apud nos Paulus II. Innocentius VIII. Alexander VI. à quibus in suas cupiditates complura erogata, nullum ad usum reip. Christianæ publicum extat monumentū. Hæc quidē commemorasse non ab re fuerit, ut hi qui quoquo modo præsidētes hominibus deligūt, sciant quantū piaculi admittant, quātum'ue extremo iudicio sint obnoxij, si libidini potius cp cōsciētiæ seruierint, quū non unū hominē, sed innumerabiles quandocp populos simul cū re Christiana præcipitēt.

DE TYRANNIDE EX XENOPHONTE.

Simonides & Hiero.

DEINCEPS de Tyrannide, quæ est excessus legitimæ Monarchiæ. Ad hunc igitur locum usum est mihi Xenophontis libellum de Tyrannide ex Græco breuiter epitomare, ubi tota Tyranni uita conspiciatur. Simonides poeta uenit ad Hieronem Siciliæ Tyrannum, quē nactus ociosum, his aggreditur uerbis: Dic quæso Hiero, Tyrānus an plus cæteris gaudeat in his quæ sensum attingunt. Negat ille, dicens magis dolere, minuscp gaudere his, qui uitam ducant mediocrem. Tunc Simonides incredibile, ait, si sic res habeat: quonammodo multi hoc adsectant & extollunt? Tunc Hiero utriusque uitæ inexperientiam accusat, insertcp quod tantum extrinsecus tyranni putentur beati. Nam quod ad usum pertinet, nos ob suspicionem & metū spectaculis multis & celebritatibus priuamur, ad quæ uos acceditis securi. Et quam pauca ex multis quandocp domi uidemus, ea quidem cara, magnocp à nobis empta sunt. Simonides. Si in spectaculis damnum facitis, at auribus oblectamini, semper uestras continuo laudes, nullumcp contumeliæ uerbum audiēdo. Nemo enim Tyrannum coràm accusat. Hiero. Ecquid putas nō audiēdo male, propterea lætari, quando quis manifeste uideat quod tacētes male sentiāt? Laudes uero si quæ proferūtur, ex adulatione prouenire? Deinde Simonides. At in hoc priuatis superiores estis, quod epulis lautioribus gaudetis. Nec hoc quidem Hiero, ait, quando satietas ocyus ex ciborum superfluitate irrepat, adeo ut fastiditi quandocp priuatorum exoptent frugalitatē & famem. Multocp magis proximi & circa nos adstantes securi ex hac lautitia gaudēt. At in uenere, inquit Simonides. Huius etiā in uita uoluptate priuamur, Hiero ait, cp amore (quo sine nihil est delectabile) minimū capiamur. Non enim amor in paratis sed magis speratis uersatur uoluptatibus, haud aliter quàm si quis sine siti bibat, sic ille uoluptate quidem fruitur sine uoluptate. Tunc Simonides: Illa saltem quæ cogitatis celerius adsequimini, quæ multa sunt & uaria, præstantis equos, arma pulcherrima, ornatus mulierum, domos magnificas, præterea posse amicos facile iuuare, inimicis uero officere. Ad hoc Hiero: multa quidem à nobis possidentur, quæ admirabilia & aspectu pulchra uidentur: attamen nostris animis grauia, per quæ felicitas longe ab hominibus abest. Præterea pace summo hominis bono carent, ac bello summo item malo abundant. Priuatis enim per pacis fœdera bellum desinit. At Tyrannis nunquam. Nulla enim pax inter eum & subditos interuenit, non fœdera quibus confidere possint. Et paulo post subdit, quod firmiores sunt priuatorum amicitiæ ac beneuolentiæ inter se, & maiore charitate necessitudines seruant quàm Tyranni, quorum plerosque uideas filios necantes, aut fratres inter se de regno decertantes, nullis legibus aut fœdere aut humana ratione teneri. Quin fide, maximo inter mortales bono, priuantur, cum minima sit omnibus sub eis degentibus: quippe qui neq; potui neq; cibis etiam prægustatis confidere satis queunt. Cumcp leges alibi cædem prohibeant, contaminatiscp ea propinquare ac congredi: Tyrannos tantum qui interficiunt, non solum non expelluntur, sed magis honorantur, & in sacris etiam locis ac templis ciuitatum, eorum imagines collocantur. Neq; quod paulo ante dixeras adsentior, uidelicet omnia citius à Tyranno perfici. Nam & priuatus aut agrū aut seruū aut his simile optabit: Tyrannus autem ciuitatem aut regionē uel arcem munitissimam, quæ difficilia sunt obtentu. Sed & pauperes priuatos pauciores adspicias quàm tyrannos, si non ad numerum diuitias, sed ad usum

& indigentiā iudicamus. Nam si plura quàm indigeas habeas, multa possides: si uero pauciora, parum. Tyrannus em quancp multa possidet, minus tamen ei sufficiūt quàm necessarij sumptus priuato. Cui etiā de quotidianis impensis remittere aliquid interdū licebit. Tyranno autē nequacp sine periculo. Deinde quid opus miserī eorū ut pauperū, qui possunt ex honeste partis tantū uiuere, & ea facile habere, quorū indiget usus? Qui uero ob egestatem coguntur aliquid turpe cōmittere, quomodo nō hos miseros & uere pauperes putabis? Hi tyranni sunt, qui omnia coguntur expilare & capere ob necessarios & maximos sumptus, *Qui tyranni* semper pecuniā quęritantes. Necesse quippe habent erogare in custodias, aliacp his similia pro tuenda dominatione, uitandiscp periculis. Graue etiā illud, cp uiros bonos quos amare cuperent, timere necesse est: fortes ne quid audeant, libertatis gratia, prudentes nequid aduersus machinentur, iustos ne cupiant ab illis populi gubernari. Deniqp tantū improbis in uita tyrannus diligitur, qui per eius mortē scelerū sub eo perpetratorū pœnas se daturos timent. At honores, inquit Simonides, qui maxime hominis sunt & deorū, uos retinēt. Nec hoc quidē Hiero ait. Cū hi maxime honores oblectent, qui ex amore gratiacp nō ex metu procedant, sicuti supra de uoluptate Venerecp dixi. Quid quæso Simonides inquit, in his sponte persistitis malis, nec tyrannidē relinqtis? Et hoc miserū præter omnia, Hiero ait. Cū soli tyranno nec tenere rem malā nec dimittere cōducit. Quomodo em tot cædes, rapinas, exilia, totcp facinora cōpensare aut persoluere priuatus sine periculo posset? Et hæc quidē Xenophon. Plato in IX. de rep. Tyranni uiuunt tancp uinculis quibusdā deuincti formidinum omniū & armorū, soliscp in ciuitate minimū dat egredi, aut peregrinari, aut quiccp eorum quæ alij liberi solent. Domi præterea totos dies more fœminarū residunt, uerentes ciuiū inuidiā. Phalaris in epistolis. Veniā quidē do tibi monitionū, quippe q tyrannus nuncp fuisti, tyranno cōsulis ponere tyrannidē, nescius cp tenere imperiū securius est cp ponere. Si uero alterutrū sit optandū, malim ego me sub tyranno cp tyrannū esse, cp unū tantū timerē, à cæteris malis omnibus liber. Tyrannus autē metuit tam externorū insidias, cp eorum per quos seruat, Demosthenes. οἶμαι, τοὺς πολίτας ὑπὸ τυράννου ἄπιστον, ἢ τύραννον ἅπαντος ἐχθρὸν ἐλευθερίας ἢ νόμοις ὄν ἀνθρωπον. Puto em tyrannidē infidam esse rebus publicis, omnēcp regem aut tyrannū inimicū per se libertati ac legibus existere. Aristipp⁹ ait regē à tyranno distare, ut libertatē à seruitute. Huic cū Diony. dixisset nihil ex eius philosophia iuuari, nihilcp utilitatis ferre: Vera inquit, loqueris. Si em te iuuissem, tyrannidē iam diu posuisses. Antigonus ad Vetulā à qua beatus dicebatur ait. Si scires sub hac ueste quā fero quot latent mala, nunc; eam in cœno iacentē ferres. Pto. Philadelph⁹ dicebat, cū tyrannus multa ferat incōmoda, tū illud præcipuū, cp cogitur eos, qui minime nocuerūt, utilitatis gratia quādocp interficere. Aristoteles in Politicis nullam ait tyrannidem annos centum excessisse.

Demosthenes *Aristippus* *Dionysius* *Antigonus* *Philadelphus*

De his qui contra Tyrannos coniurant.

PHilosophi plures patrias tū suas tū alienas liberare à tyrannis tentauerūt. Qd nequaquā laudi tribuendū, ut qui specie uirtutis suam potius gloriam quàm populorum cōmoda quæsiuerint. Ego philosophorum in primis putauerim in ocio & quiete, doctrina populos potius iuuare, & ad uindicandum in libertatem animos magis quàm corpora admonere. Nam si tam uetera quàm noua repetere uoluerimus, inueniemus male plerunq; huiuscemodi uiris euenisse. Plato in Siciliam studio eam liberandi profectus, infelicē habuit exitū, dum uix ipse incolumis euasit. Zeno Eleates Nearchi Mylij tyrannidem euertere tentans, deprensus, dum uarijs supplici is torquere tur, socios cōiurationis minime prodidit, sed eos qui tyranno erant fidissimi calumniatus, ut illi morte damnarentur effecit. Dion item in Dionysium coniurando postremo & ipse perijt. Ab eodem quoq; Python exul Rheginis benigne exceptus, cū Rheginis consilia per literas manifestaret, diro supplicio absumptus est. Apollonius quoq; Tyaneus à Domitiano, cōtra quē cum Nerua coniurauerat, in compedes coniectus. Gallus & Lucanus poëtæ ob eandem diuerso tempore causam periere. Deniqp hi qui Cæsarem interfecerunt, quancp uoti cōpotes, nō toto uertente anno cūcti (teste Trāquillo) extincti sunt. Hoc uero seculo ut in historia supra ostendimus, quāmultas talium infelicitates cōspeximus. Feliciter tn res hæc nōnullis, auxilio patriæ, ciuiūcp succesit, ut Armodio & Aristogitoni, Hippia ex Athenis sublato. Sic demū Saturnin⁹, Gracchi, Flaccus, interfecti: qd Sylla metuēs, ut securius (sicut ipse dicebat, dormiret) unus omnino est ausus adreptā semel tyrannidem

Philosophi *Plato* *Zeno* *Dion* *Python* *Apollonius* *Tyaneus* *Gallus* *Lucanus* *Interfectores Cæsaris*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponere,dictatura se abdicando: quib⁹ profecto exemplis diuina illa præcepta magis ac magis audire admonemur. Dominis nō tantū bonis,sed etiam dyscolis Christi causa esse obtē perandū. Seruis fieri liberos minime curandū,deniq; Cæsari quæ sunt Cæsaris reddenda.

De re militari. Et primum de officio Ducis ex Xenophonte.

Officiū ducis

Xenophontis libello ιππαρχικῶ. id est,de officio magistri equitū. Ante omnia deos orare oportet,uti nobis ea dicere ac facere tribuant, quæ & nobis & amicis tum patriæ saluti,ac gloriæ sint. Post hęc equites recensere. Quod nisi sedulo faciamus, sæpe numer⁹ intercidit aut senio, aut alia de causa. Deinde equos prouidere uti boni sint ac laboris patientes,neu strigosi,neu calcitrones, q̄ inter alios inutiles sunt, qd' sæpe cū res agi oportet turmas dissipat,ordinesq; rumpit, equitē quoq; bonum inutilem reddit. Neu incessu tardus,ob hoc firmos habeat pedes. Eius indicium,cū alij alia,ego id ostendā,uti egressus præsepe in uiam lapidibus cumulatā de industria ducat,in ea neq; cōsistere neq; gescere poterit. Tū alterū signū,ut pedes habeat oblōga rotunditate figuratos. Post equos equites inspiciendi sunt,uti boni cōscribantur, corporis uiribus ac facultatibus idonei,naturaq; dicto audientes, quo sine nihil præclarū geri potest. Præterea pacis tempore exercenda iuuentus ac docenda, uti in equū quàm aptissime ac uelociter insiliat,quod magnum præstat bello adiumentum. Deinde in equū in locis salebrosis & aditu difficilib⁹ ire adsuescat. Ipse eques simulachra belli flectendo & reflectendo excitet,nunc prosequendo,nunc se recipiendo,nunc in orbem simul cōsistendo, sicut in celebritatibus deorum ac Theatris. Iaculum ex equo quàm longe iacere consuescat. Deniq; sęq; ac equum armis idoneis cōtegat. Populus ēm Athenensis xx. talenta quotannis erogat,uti paratos habeat equites,quādo usus aut necessitas ingruit. Ipsi propter hoc iusta exercitatione uacare nō debent. Tempore belli oportebit magistrū equitū in itinere prouidere, ut exercitus moderatū faciat iter: tum loca equis opportuna capere, curandiq; corpora, militibus spacium dare. Si quando loca adire angusta cōtigerit,exercitū in cornua dispone re: sic tutius ibit: cū largior se uia præbebit,frontes dilatare. Cū uero in campū apertumq; locum peruenitur,in phalanges exercitum instruere. Si uero suspecta itinera locaq; difficilia declinanda,quoad fieri potest in aliam semitā & in partes cohortesq; procedere. Cuiq; autē cohorti ministros adsignare,ne si forte usus aut necessitas rei militaris uenerit,equitatus dilapetur aut abscedat. Præterea ultimi qui sequunt̄ semper expectandi,ne ipsi occasione cōsequendi magistrū equitū nimio labore equos adficiant ac cōterant. Occultos præter omnia exploratores habere,qui omnia referant,tum etiā custodias. Ipsum magistrū equitū peritū regionis esse oportebit,q; pacis aut induciarū tēpore facere poterit. Valde ēm refert, ipse ne,an per alios iter faciat. Qd' ignorauerit,à mercatoribus ex proximis ciuitatibus exploratores capiat. Nā huiuscemodi genus fidele ob spē lucri aduenientiū fuerit. Nec tamē ita fidat q̄uis amicis,ut agmen propterea nō iubeat intentū ac paratū procedere,ac si præsentē hostē haberet. Nā multa possunt accidere præter spē in bello, q̄ subito indigeant auxilio, interdū dimicatione. In discessu utilius fuerit per denunciationē principū exercitus, & illorū ad subditos moneri, q̄; per præconē,ne hosti cōsilia pateant. Præter autē omnia illud præcipiendū,ut inuigilem⁹ insidijs,siqua hostē uia aggredi,aut oscitantē aut imprudentē, aut sine ordine ac cura proficiscentē. Nā his artib. sæpe animalia rationis expertia, maiora se petūt ac cōficiunt: ut mustella & miluus corrales aues,& lupus ingentes tauros ac armenta,cū ante prouiderint quà sese tuto recipiant, tutoq; aggrediantur. Optimum item fuerit consilium,partem semper hostium debiliorem aggredi,quamuis longe sepositam: pręstat enim maiorem aliquantulo subire laborem,quàm cum fortioribus maiore periculo pugnare. Nunquam enim cum potentiore agmine aut hoste congrediendum. Oportebit enim simulatione interdū uti,hostemq; uana specie deludere: uidelicet cum pauci sunt uideri plures,cum plures rursus uideri paucos. Item cum discedimus uideri præsentes. Præsentes autem cum simus,uideri absentes. Deniq; cum maxime debiles sumus, metū incutere hosti. Cum uero potentiores,metū simulare. Quæ omnia intento ac diligenti magistro facilia factu erunt. Primo nanq; ut pauci plures uideantur, cōfertim est ambulandū ac procul ab hoste, sic enim pluerem maiorem excitabunt. Praterea cum hastis longis aut similibus hastis in manibus: peditum uero turbam pedibus colludere, ex motus enim uarietate res maior apparebit: tum iumentis alijsq; huiuscemodi simul ingredi. Vt uero plures pauci uideantur,

Vt pauci plures uideantur.

Vt plures pauci

deantur: Si uiarū recessus & obtorta fuerint,partē exercitus in his occultare. In campis uero apertis sparsim ac palantes incedere,utilius & lanceis uti rectis ac breuibus. Præliaturi sese ad cursum & labores exerceant,ut possint militibus necessaria suppeditare,fossas transilire,muros transcendere,flumina tranare discant,tanto excellentius,quantū perit⁹ ab imperito,ac uidens à cæco differt. Id autē cauendū ne equis ad cursum aut prædā utantur saginatis aut saturis,ne labore absumant̄. Magister equitū ephippijs & habenis ad usum equorum abundabit: parua quidē impensa facultatē opemq; præbens militibus indigentib⁹ opportunam. In cōgressu uero hostiū adhuc illud moneo (Sunt ēm quidā qui cōtra eos quos inferiores uiribus putant,cū mediocri conatu & imbelli turba occurrendū arbitrantur. Ex quo illud qd' inferre cogitant,sępe ipsi reportant. Rursus uero cōtra eos quos putant superiores,toto conatu atq; omni exercitu procedunt. At ego cōtra iudico) Aduersus illos qui inferiores putantur eundū omni ui ac conatu,neq; ēm quenq; pœnitet nimis uicisse cū uincit. Itē aduersus illos qui superiores existimant̄ cū paucis atq; melioribus cōgrediendū. Nā pauci melius prosequent̄ & diligentiores erunt. Et siquid accidat,melius ac celerius se recipiēt. Nō ēm dico q; pauci sint ideo laboriosiores & celeriores,sed q; facili⁹ fuerit paucos reperire q̄; multos, q̄ curēt equos ut oportet,ac seipsos solertes ad equitandū præbeāt. In magna uero multitudine magna cōfusio. Siqd accidat,alter alterū trudit,difficilius se recipiūt, ac alius quidē ex equo male ephippiato corruit, alius ob equi tarditatē nō subsequitur, ali⁹ itē ob loci iniquitatē peribit. Adde q; nō multi sunt,qui terrorē incutiunt in bello,sed tantū strenui. Si aūt cū paribus cōgrediendū,existimauerim nō inutile ut ex custodijs duæ acies fiant,& alteri Tribunus præsit,alteri is qui post eum magis strenuus uideatur. Hic cum tribuno exercitus caudam sequatur, & cū hostis propinquat statim primus prouolet. Sic ēm ex insperato ruens perterrefaciet hostem: si pedites utriq; habuerint,ij occultent̄ post equites, simul ipsi ex insperato una corruent. Videntur ēm mihi longe maiora ea uideri siue bona siue mala,quæ inexpectata ueniunt. Ex quo quis cōsiderare potest,q; qui in sedibus suis inuadunt̄ quamuis plures numero sint,magis pertimescūt. Meliores ēm partes sicuti actoris sunt quàm rei,sic præmeditati quàm impræmeditati,& inuadentis quàm inuasi. Pugnātes etiam inter se hostes primis quidē dieb⁹ timidiores sunt,procedente tempore nequaq;. Illud præterea difficillimū reperire equites fortes ac utiles ad decertandū. Signa uero sunt, si pulchrū aliquid, aut fortis uiri gestū, & cū laude cōiunctū audire gestiant,ac dicto audientes sint: ij ēm perferre ac tolerare facile poterunt, quæ cognoscunt. Præterea si celeriter quis persequatur inimicos, aut celeriter se recipiat, maxime hostem infestat, & ipse tutus erit. Tum si ex ordinibus aliquos sibi sumpserit, & de improuiso excurrat,ac eos qui se recipiant inuadat. Hæc & his similia oportebit sæpe & legere & scribere. Tum meditari si quid accidere possit,quod nō est aliud quàm futura præuidere. Maximā enim cōmentationem arbitror, ut quæ quis esse utilia nouit, cogitet quonam modo ea exequi possit. Recte enim cogitata neq; in agricultura,neq; in re nauali,neq; in imperio aliquid proderunt, nisi meditemur,quomodo ea perficiamus. Equitatus mille equitum congruens numerus & facilis ordinari,& inter se concordiam habet. Ex peregrinis uero totum aut ex parte constare maxime probatur. Peditatus his utilis magnopere qui adsistat. Hæc igitur (ut in exordio dixi) deo iuuante ac fauente fieri debent,nec mirum si id sæpe repeto. Quoniam adire periculum extra bellum haud mirandum sanè. Sed in bello ubi hostium uersantur insidiæ, quæ occultæ hominibus sunt,dijs autem manifestæ,is maxime potietur,qui ab his potissimum diligetur,aut per sacrificia,aut omina siue somnia. Et hæc quidem Xenophon.

DICTA DVCVM.

NVNC dicta Ducum quorundam subijciam. Agesilaus dicebat oportere ducem habere triæ:rga quidem inimicos audaciam,erga subditos beneuolentiam,erga temporum opportunitates rationem. Epaminondas uidens pulchrū exercitum sine duce, uideo, inquit, pulchram bestiam sine capite. Philippus solebat dicere se malle exercitum ceruorum cui præesset leo, quàm leonum, cui præesset ceruus. Iphicrates belli dux cum in sociorum regione contra hostes uallū firmaret,fossam q; faceret,cuidam dicenti quasi hæc superuacanea quid timemus? respondit, turpe esse ducem (siquid accideret) dicere,non putaueram: quod dictum Cicero Scipioni Africano tribuit. Annibal pollicenti cuidam philosopho de arte militari docere,cum nunquam

Agesilaus

Epaminondas

Philippus

Iphicrates

Annibal

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam fuerit in acie, non opus inquit, excercitu sine tuba. Cicero Phormionem hunc fuisse ait, qui coram Annibale ausus est de re militari disputare. At ille interrogatus quid de tanto philosopho iudicaret: Se ait uidisse deliros multos, sed nullū magis delirare, quàm Phormionem. Idem cum apud Antiochum à Scipione qui eo legatus fratri uenerat, interrogatus quos duces præcipuos censeret, respondit Alexandrum, deinde Pyrrhum, tertium se: Quid, inquit ille, si me uicisses tunc ait, & Alexandro & Pyrrho me prætulissem. Liuius li. XXXII. Timotheus interrogatus quid differret ars militaris à Rhetorica, quantū inquit, pax à bello. Lamachus dux cū Pręt. cohortis peccanti iratsceret, illecḡ nō amplius hoc faciā diceret, respondit illud prouerbiū. οὐκ ἔστιν ὃν πολεμῷ δὶς ἁμαρτάνειν. Non est bis in bello peccare. Alexander interrogatus quo nam modo tam breui tempore orbem subegisset: Consilio, inquit, & uiribus, & arte, ubi opus esset noua. Xenophon in III. Cōmentariorum probare nititur, quod boni ducis, & boni Oeconomi officia penè similia sint: Reddere primū subditos ad obtemperandū faciles, malos castigare, bonos munerare, præsentem substantiam custodire, diligentem ac laborioſum esse ad obeunda officia: præterea decertare quando opus est: Oeconomiam maxime iuuare. Demades captus in bello apud Chæroniam à Philippo, interrogatus ab ipso inter epulas dum mentio de generositate Athenienſium incideret: Quàm bene inquit, se res haberet, si Philippus Athenienſibus, & Chares Macedonibus imperaret. Chares enim dux fuerat in bello, ubi ipse captus. Hæc ex Stobeo. Thucydides. Demosthenes. Pulchre certantib. tria esse oportet, uelle, erubescere, & obtemperare. Demosthenes. οὐκ ὁμοίως οὐδ' εἰς ὑπέρ τε τῶν πλεονεκτεῖν πολεμοῦντε ἅπαντες καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἡδέως μὲν ἂν πάντες πολεμῷεν, ὑπὲρ δὲ τῶν πλεονεκτεῖν οὐκ ὁμοίως. ἀλλ' ἐφίεται τὰ μὲν ἡδέα ἅπαντες, ἐὰν δὲ κολυθῶσι, δυσκόλως ἀνέχονται τοὺς φανλοτέρους ἡγούμενοι. Non enim similiter quis in adipiscendo, sicut in se suaḡ tuendo pugnauerit, sed longe aliter. Nam uel omnes ne sua perdāt, uiribus omnibus quibus possunt utentur: In acquirendo autem tantū quis cupit quantum permittitur ab hoste: si aūt prohibetur, nihil amplius molestare aduersarios putat. Cæsar in cōmentarijs Pompeiū imperitiæ militaris accusat, q̄ in acie Pharsalica in cōgressu suis ne se mouerent imperauit, sed expectarent impetum hostium. Nam innatū dicit esse ardorem quendam in animis hominum, ut clamore motuḡ magis excitentur.

Timotheus
Lamachus
Alexander
Xenophon
Demades
Thucydides
Demosthenes
C. Cæsar

PARALLELA STRATEGEMATA.

PER dissimulationē quandoḡ hostes uti desperent, aut terreantur. Apud Casilinum post longam obsidionē rapa prope mœnia serebāt, ut hosti desperationem deditionis facerent. Vicinioribus seculis Ladislaus rex Pannoniæ inter Sanctos cōnumeratus, aduersus Polonos & Cracouiā pugnās, post diuturnā obsidionē ut oppidanis opinionē copiæ faceret, montem uicinū farina cōsperſit. Rati illi regem nō desiturū, sese dediderunt. Iustus quoḡ & ipse sanctus Præsul Volaterranus, ut Manlius de capitolio Gallis, sic in obsidione Vandalorum dicitur panes de mœnibus iecisse. Sed hæc eis de non Christianis licuere. Sese etiam quandoḡ principes astutia à periculis subtraxerunt. P. Rutilius Rufus, ut author Cicero in oratione pro eo, cum à Mithridate Mitylenis oppressus esset, crudelitatē regis in togatos uestitus mutatione uitauit. Alex. III. Pon. Maxi. habitu serui Venetias fugiens manus Friderici subterfugit. Isidorus cardi. Rutenus, Græcus homo, Cōstantinopoli legatus, dum ciuitas à Turcis caperetur, habitu uillici sumpto, se XXX. aspris, paruo admodū, captum redemit. Boemundus Roberti regis Siciliæ frater, ab expeditione Hierosolymitana rediens transiturus necessario per loca Alexij impe. inimici, se loculo clausum uti mortuū ferri iussit, eoḡ modo euasit. Nicolaus Picininus dux Philippi uicecomitis in oppugnatione Brixiensi profligatus per hostium castra transire coactus, in culeo inclusum à lixa se transferri mandauit incolumem. Annibal item apud Liuium, ut inuidiam Fabio crearet, possessiones seruasse scribitur. At ille ut suspicione careret publicasse. Idem Vrbini dux Fridericus Laurentio Medici nostra ætate in bello Florentino fecit. Non tamen ille ut Fabius. Prodigia insuper, & rerum euentus in bonam uertuntur de industria partem. Scipio apud Frontinū cōtra Annibalem proficiscens, cum in descensu in littore corruisset, teneo te inquit, Africa. Quod Tranquillus Cæsari adscribit. Chabrias Atheniensis, fulmen de cœlo ueniens in castra, Iouis optimum signū dixit. Sulpitius Gallus eclipsim expauescentibus militibus causam naturalem adduxit. Philo Philo Hebræus cum legatus Romæ causa excidisset, pro qua uenerat, turbatis omnibus Iudæis

Chabrias
Philo

iudḡis ait. Nunc fratres optime sperandum de deo, qui tunc maxime adest, cum hominum æquitas & auxilia desunt. Demosthenes autem in oratione, re male contra Philippum gesta, ad rursus animandum causam in negligentiam Athenienſium traduxit, maximeḡ sperandum, si officio diligentiaḡ utantur, dixit. Specie etiam superstitioſa turbæ continentur, ut Sertorius Cerua: Maumethes uaticinijs, & hodie Sophi apud Persas uelata facie more Mosis turbas alloqui dicitur, præireḡ exercitum, ac omnia uincere. Dies quoḡ belli apud nonnullos obseruati. Ariouistum decrescente luna pugnare nolentem Cæsar uicit. Quinos etiam Lacedæmonijs fuerat, ut author Lucianus. Titus Vesp. item Iudæos teste Iosepho Saturni die superauit. Quidam ab hostibus in loca iniqua imprudenter adducti: ut M. Crasso accidit à Spurina deducto apud Parthos. Viriatus quoḡ Lusianus fugam simulans exercitum Romanum ad confragosa perduxit.

Sophi

MOS ANTIQVAE MILITIAE.

VERBENAS teste Festo, & sagmina, hoc est, gramen ex arce Capitolina cum sua terra auulsum, legatus qui Verbenarius uocabatur, ad hostes clarigatū, id est, ad res repetendas ferebat. Ab his enim sagminibus Martianus iuriscō. Sanctum appellari dicit, quod est ab hominum iniuria defensum. Fœcialis item cum patrepatrato ad indicendum bellum mittebatur. Caduceator uero contra is erat, qui pacem adferebat, aut nunciabat. Festus item. Sub corona ueniebant in bello capti, id est, coronati. Nos hodie hanc consuetudinem in equis seruamus Romæ, ut uenales fronde capiti impoſita circunducantur. Idem ait sub hasta uendere, cum hasta in foro fixa, bona damnatorum aut proscriptorum ad præconis uocem uænibant. Hic memoratur Plutarcho, cum quondam Augustus ad hanc auctionem diu adsedisset. Mœcenas cui res illa indigna principe uideretur, tabella inscripsit Græcis literis: Surge carnifex, quam subblatam in turba cum Augustus inspexisset, Mecœnatis scomma esse existimans, statim surrexit. Idem in Probl. Qui sacramento nō tenebantur, licet in castris uersarentur: nec hostes in prælio lacessere, nec ferire ius erat. Quod Cato senior in quadam epistola ostendit, ad filium scribens monet. Si missus factus sit, ad urbem redeat. Aut si in exercitu maneat, uelit ab imperatore impetrare, ut sibi aduersus hostem pugnare, ac eum interficere liceat. Liuius. Romani in obsidione Veiorum Camillo duce sub pellibus primum hyemare cœperunt. Idem libro IIII. scribit populum Rom. supra CC. annos proprijs sumptibus militasse. Deinde Cor. Cosso. C. Fabio Ambusto L. Valerio Potito Tribunis Mil. Consulari potesta te, Anxure capto, decreuerunt patres, ut stipendium miles acciperet. Frumentū quoque, & uestem, ultra pecunias dabant, equiti etiam equum. Dicebanturḡ delecti & auctorati. Postremis uero temporibus Matriculati & solidati. Cassiodorus, Vegetius, & Frontinus Solidatum fuisse in militia scribunt eum cui stipendia ab imperatore promissa erant, unde uocabulum hodie Soldatorum est. Missionū tria erant genera, ut ex Marcello & Vlpiano iureconsultis colligitur. Honesta quæ tempore militiæ expleto datur. Causaria, cum uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. Ignominiosa, cum quis ob delictum sacramento soluitur. Mercennario autem & externo milite primum sunt usi Scipiones in Hispania res gerentibus, Celtiberis in amicitiam receptis, ut author Liuius. Capitolinus insuper in Balbino inquit. Rom. Imperatores exituri ad bellum prius Nemesi sacrificabant, & munus gladiatorium dabant: primum quod dea Fortunæ sit Nemesis, secundum quod milites iam sanguini adsuescentes domi, hostem foris non expauescerent.

Verbena
Sagmina
Fœcialis
Caduceator
Sacramentū militiæ
Auctoritati
Matricul.
Solidati
Missionum tria genera

De disciplina, ac pœnis, & præmijs militaribus.

DISCIPLINA quoḡ prima in exercitando Tyrone fuerat uarijs quidem modis, aut ambulatione ferendo onera, aut cum armis cursitando, aut in ligneū equū insiliendo præter omnia uero ad palum. Erat aūt palus imago lignea supra terram fixa, quā hasta siue ense petebant, & tanḡ cum hoste certatim congrediebantur, scuto uimineo, & interdū claua grauiore, ut in uera pugna postea solutiores, aptioresḡ essent: aut scopo præfixo, id est, aliquo fasce uimineo uel aliquo signo, arcu exercebantur. Hæc ex Vegetio. In milite autē corrigendo legitur apud Liuium LVIII. Scipio Aemylianus oēs delicias in obsidione Numantiæ, uinū, scortaḡ amouit: militem in opere quotidie habuit: quē extra ordinē deprehendit, si Romanū uitib⁹, si externū uirgis cecidit. Iumenta omnia ne exonerarent militem, uendidit, XXX. dierū frumentum

Pali uulnera

ac

Pescennius Niger

ac septenos uallos ferre cogebat. Pescenni⁹ Niger teste Spartiano, prohibuit pistores exercitum sequi, ut omnes buccellato in locis pacificis accepto essent contenti, quærentibusq; uinum: Num habetis inquit, Nilum uicinū? Alexander quoq; Imperat. expeditionis rempore melius putauit, ut annonā milites in mansionibus acciperent: nec cibum XVII. dierum portarent, uti solebant. Ex quo patet quantus esset cuiusq; labor, ut nec plures duceret uti nunc solent seruos, aut iumenta: sed ipsemet Legionarius partim dorso, partim super hastam necessaria ferebat, ut in columna Traiani uidere licet. Pœnæ fuerant: Exautoratio citra munera meritorum præmiorumq;. Ignominia cum ex ordine mouebatur, aut hordeo pascebatur miles, uel equiti equus admeretur. Præter omnes autem Decimatio, cum decimus quisq; seu legionis, seu cohortis capite plectebatur. Cicero pro Cluentio. Statuerunt enim ita maiores nostri: ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerti, ut metus uidelicet ad omnis, pœna ad paucos perueniret. Idem quoq; in uniuersum pœnas octo connumerat, damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, seruitutem, mortem. Exempla seueritatis inter cætera uide Papirij in Fabium, & Torquati ac Pausaniæ in liberos. Præmia uero coronæ fuerant diuersæ, aureæ, murales, uallares, quernæ, gramineę, ordinum promotio, Cognomentorum insignia, quandoq; & statuæ, præterea æs donatiuum. Postremo militiæ uacatio, quæ post annos L. ex lege ueteranis dabatur, ut author Seneca ad Paulinum. Insuper & bene meritis ager. Cæsar suis ueteranis agrum Stellatem diuisit. Ex quo res fuit non solum utilitati, sed ambitioni ut societas ea Stellares uocarentur, repertumq; iam in marmoribus & sepulchris qui se Stellatem inscripserit. Sulla suis item militibus Volaterranum, Arretinumq; agrum.

Decimatio

Præmia militum

DE CELERITATE IN BELLIS.

Cæsaris pons

CELERITATIS, qua nihil in bello utilius, plura sunt exempla. Ante omnis ipse Cæsar in Commentarijs testatur, in Arari uno die pontem constituisse, alium item supra Rhenum mira arte ac celeritate militum opera decem diebus absoluisse. Classem contra Massilienses nauium longarum XII. diuisima ab excisa materia armasse. Classis item Romanorum contra Hieronem regem quæ CXX. nauium fuerat teste Plinio, quinto & quadragesimo à securi nauigauit. Classis etiam Scipionis proficiscentis in Africam die quadragesimo. Ipse quoq; Cæsar Centena passuum milia quandoq; uno die peregit. Sæpe nuncios de se præuenit. Hanc mittendorum nunciorum celeritatem, primus apud barbaros Xerxes excogitauit, ut tradit Cleomedes de circulis cœlestibus Græcus author. Hic enim bellum Græciæ inferens, ita frequētes toto itinere stationes cōstituit, ut uoce alteri ab altero perlata horis XLIIII. è Græcia in Persidem noua perferrentur. Apud Romanos primus Augustus: teste Tranquillo. Qui ut sciretur uelociter quid in prouincia quaq; gereretur, modicis interuallis per militares uias iuuenes primo qui sub manu uoceq; nunciarent, deinde uehicula disposuit. Commodius id usum, ut qui perferunt literas, interrogari quoq; si quid opus possint. Nostris uero seculis diu neglectam hanc consuetudinem in Italia Vicecomitum familia renouauit, dispositis ac paratis in itinere equis sæpe commutandis: eoq; res peruenit, ut uix credibile auditu diebus XIII. nuncius frequens ex Britannia Romam ueniat. Cecinna Volaterranus portentoso inuento irundines, quod ad eandem domum sint redire consuetæ, nuncias in bello ciuili mittebat. Hircius Consul ad Decium Brutum Mutinæ ab Antonio obsessum, columbas tenebris fameq; prius distentas. Illæ lucis cibiq; auidæ mœnia alta petentes, loca escis assueta, ab eo cum literis collo adligatis deprehendebantur. Author Frontinus. Traduntur & nunciatæ diuinitus uictoriæ eadem hora, ut de Perseo teste Valerio, & Domitio Aenobarbo à Castore & Polluce. Proditumq; in historia Florentinorum de uictoria quam illi contra Gibellinos exules in Aemylia habuere, & item Innocentio VII. de ea quā tunc contra hostes habuit uictoria, teste Poggio qui aderat, similiter euenisse ex incertis nuncijs. Vsus etiam apud priscos belli tempore, aut ob aliquam suspicionem, per notas scribere, Cæsaris primum inuento Tranquillo teste, sic structo literarum ordine ut nullum uerbū effici possit. Habebant & simile quiddam Lacedæmonij in sua Scytala: quę autem sit, aut quomodo, in prouerbijs narraui. Nostra uero ætate Baptista Leo Florentin⁹, facilem super hoc artem breuibus rotulis excogitauit, quam Friderico duci Vrbinati dicauit, mihiq; item ostendit. id genus uulgo nunc Cyphram appellant.

Cæsaris pons Classes subito armatæ

De Nunciorū celeritate

Xerxes

Augustus

Vicecomites

Cecinna

Irundines

De. Brutus columbas

Domitius Aenobarbus

Modus occulte scribendi

Scytala laconica

De

DE ORDINIBVS, ET MILITVM EXERCITATIONE

DE ordinibus autem circa bellum Cyrillus hos ponit, Armigeros, Peltatos, Psylos pedestris pugnæ omnes: hac tamen differentia quod Armigeri grauis erāt armaturæ secundū ritum Macedonicū rotundo scuto & longa hasta utentes. Hi Triarij apud Romanos dicebantur: postremiq; erant, ac spes ultima tanq; murus. Vnde prouerbiū in periculis, res ad Triarios redacta. Psyli leuis erant armaturæ, utebantur arcu & iaculis, & saxis factis manu uel funda. Peltati uero inter utrūq; se habebant. Nam pelta utebātur, quæ scutū admodū paruū est, & hastis lōge leuioribus ac minoribus q; armigeri. Hi Ferētarij Romanis apud Vegetiū appellantur, q etiā ait pedites olim ab urbe cōdita usq; ad Gratiani principis tēpora: non solum scutatos, sed cataphractos & galeatos fuisse, postea ob inertiam militum hæc nimis grauia uisa, scuto tātum & ense aut hasta fuisse armatos. Totidem & equestris pugnæ differētiæ. Aut equitatus aut currus. Equites rursus aut Amphippi sunt, id est, qui alterū iuxta equū desultoriū habebant, in quē cum usus esset trāsire possent. Aut Cataphracti, id est, armis undiq; cooperti. Aut Acataphracti, id est, miníme cooperti. Et hi aut eminus pugnabant hasta: & Doriphori, id est, hastati uocabantur: aut ex arcu, & Hippotoxotæ appellati. Aut Hippocōtistæ seu Acrobolistæ, id est, hastam eminus iacientes. Cominus autem pugnabant Xystophori & Cataphracti. Elaphri apud nos Velites dicti, equites erāt leuiter armati, qui discursu faciles erant, missiliaq; seu sagittas iaciebant. In exercitu officia, Signifer, Vragus, Accensus, Princeps, Commētarienſis, Cornicularius, Præco, Tubicen, Lixæ quoq; ac Calones, quorum alteri ab aqua ferēda dicebantur, quod lixam ueteres aquam, unde Lixiuium uocabant. Alteri à lignis cōuehendis: ut author Festus. Miles Centurioni suberat. Centurio Tribuno. Tribunus Legato, Legatus aūt Consulis parebat imperio. Consul postremo Dictatori. Ordinarij dicuntur qui ordinibus præerāt Trib. aut principales. Augustales qui his ab Imperatore adiūcti fuerāt. Accēsi quasi accedentes, qui ministerio ac seruitio publice adijciebantur legionibus: cum fas non esset milites qui uestē & pecunia publica alebantur cuiquam seruire. Matriculæ autem apud eūdem sunt militum ordines. Ordines uero, Ala, Manipulus, Acies, Cohors, Turma. Primū pilum qui ex tribus uexillis constat. Vexillum autem CLXXXIII. hominibus. Horum primum Triarios habebat, ueteranos & summæ uirtutis. Secundum Rorarios fiduciæ paulo minoris. Tertium accensos, qui minimi roboris in postremam plerunq; partem reijciebantur. Cohors autem, alia miliaria, quæ M.D.V. pedites, Equites uero XXXII. habebat. Alia quingentaria, quæ ex D.L.V. peditibus, equitibus uero LXV. constat. Huius generis X. cohortes iustam legionem implebant. Erat enim legio diuersa. Romuli tempore primum ex equitibus CCC. peditibus tribus milibus fuerat. Deinde aucta usq; ad sex milia peditum. Equitum uero DC. author Plutarchus, qui numerus etiā quandoq; diminutus: ut apud Liuium constat. Singulis quoq; quatuor legionibus Trib. Mil. XVI. præerant. Centuria ex CX. peditibus. Decuria ex denis equitibus: quibus præerant Centuriones & Decani. Manipulus ex XX. militibus: ideo leuis quod hasta miles non gesa non armis muniretur. Huius generis XV. in prima acie fuerant: ubi tyrones & flos pubescentium iuuenum aderant. Turmæ ex equitibus, plerunq; constabant ex tribus Decurijs. Romulus prius tris Centurias scripsit Celerum equitum, Tatiensium, Ramnēsium, & Lucerum. Ideo celeres ut expeditos haberet. Festus autem appellatos à Celere Remi interfectore: quibus & Tribunos præfecit, fuereq; numero CCC. eo quod singulis Decurijs quæ XXX. erant X. adsciuerit: author Liuius. Romanorum robur totum in legionibus ac peditibus fuerat: ut inquit Vegetius: nec ultra duas Consul secum extra ducebat. Hi lecti & iurati erant, quibus auxilia adijcie bantur ex socijs. Milites Prætoriani, Cohors prætoriana & Prætori adsistebant: muneribus cæteris uacabant. Hac primum usus Scipio Africanus est. Inter principes uero uiolentius est usus primum Tyberius, qui eam in uia Appia ad duo passuum milia retinebat loco mutato: ubi nunc caput bouis appellatur.

Armigeri seu Triarij.

Psyli seu leuis armaturæ.

Peltati

Ferentarij

Equites Amphippi

Cataphr.

Acataphr.

Doriphor.

Hippoto.

Acroboli

Hippocōtistæ

Signifer

Vragus

Accensus

Princeps

Commentarienſis

Cornicularius

Præco

Accensi

Ala

Triarij

Cohors

Legio

Centuria

Decani

Manipulus

Decuria

Celeres

Tatienſes

Ramnenſes

Luceres

Legio

Prætoriani

DE SIGNIS, TROPAEIS AC TRIVMPHIS

SIGNVM militare, quod Tesseram dicebant. Ducis erat signū, quo processu⁹ aut receptui, aut ad castrorū metationem, seu discessum disponi milites iubebāntur. Tesserarij uero qui illud in cōtubernijs nunciabāt. Eratq; ut ait Vegetius triplex. Vocale, ut Victoria, Triumphus & his similia uerba: aut semiuocale, ut tubæ uel

Tessera

Universidad de Deusto
Biblioteca

buccinæ ſonus:ſeu mutum,ut eleuatio dextræ,haſtæ inclinatio & his ſimilia.Ex his autē utilius mutum cenſet Onoxandrus Græcus author,qui ad Gerannium ſcribit de re militari,eo quod inimicos lateat, & ſuis magis innoteſcat,ob linguarū diuerſitatem uerba nō omnibus intelligentibus.Eſt & Teſſera apud Plautum ſignum inter duos. Hic inquit mihi hoſpitalis teſſera:& alibi.Teſſeram amiſi.Erant præter hæc & ſigna quæ ordines præibāt, Aquilæ,Dracones,Vexilla,Pinnæ,Criſtæ,quicq; ea ferebāt Aquiliferi,Draconarij, ſigniferi:hi enim ſimul & Centuriones pellem leonis ad terrorem in capite geſtabant.Sunt & ſigna Sphragitica,id eſt,ſignatoria,quæ tabulis tabellisq; adponebantur:hæc in annulis expreſſa fuerant.Sulla iurgurthæ à Bocho traditi imagine utebatur,Cæſar Alexādri, Auguſtus Sphingis, alio quoq; alij.Vno tantum annulo utebantur,ſolumq; equeſtris ordinis, in digito leuæ manus quē annulariū appellabāt:quod inde teſte Gellio uena cordis procederet. Præterea ſigna diſceſſus, uaſorum conclamatio,ad eam uocem ſe ſumptis rebus præparabant.Signa uero quæ hodie paſſim omnibus propria uidemus,ab inſequentibus Imperatoribus poſtea magnis uiris ob merita donari cōſueuerunt,paulatimq; ambitio hæc ad operarios uſq; trāſfuſa,& quod longe deteſtabilius, ad ſacerdotes, quos potius crucis aut alicuius religioſæ imaginis pictura decebat.Quid enim alienius uiro religioſe aut doctrinā prædito,q; dimidia animalia aut teſſellas aut lineas ſeu pilas,ſiue his ſimiles nugas,ſuorū ineptias maiorū imitando,nulla ſæpe ſignificatione præferre? Sed hæc alterius loci.Nunc ad militaria redeamus.Vegetius item ait moris Romanorū fuiſſe,donatiui dimidium apud ſigna deponere:q; hoc genus hominū plerunq; prodigū eſſet,præterea ut fidelius tuerētur eos apud quos eorū ſcirent eſſe ſubſtantiā.

Onoxandrus

Signa ſphragitica.

Vaſa cōclamata.

Signa pro.

De Tropæis TROPAEA Spoliaue hoſtiū templo dicabantur:quæ ut ait Plutar.in Proble.pio Romanorū inſtituto uetuſtate obſoleta ſarciri nō permittebantur,ut uidelicet ea ſimul cum inimicitijs quādoq; interirent.Nec laudat Græcorū morem qui ænea ea conſtituerunt ad captorū ſimilitudinem.Cæſar potitus uniuerſa Gallia,cum in Aruernorū templo enſem ſibi ab hoſte raptum ſuſpenſum uidiſſet,hortantibus etiā amicis,auferre noluit,quaſi eius ibi reſtaret memoria ſempiterna. Clipeorū etiam magna fuit ambitio,in quibus argumēta rerum uariarum antiquitus inſcribebant,ut Homericus & Virgilianus clipeus: etiam ab Heſiodo deſcriptus.Romanorū primus Appius Claudius qui Cos.cum Seruilio fuit,an.urbis CCLXX clipeū in æde Bellonæ dicauit.Poſt eū M.Aemylius Cos,cū Q.Luctatio in baſilica Aemylia.Q.Martius,qui Scipionibus in Hiſpania ſucceſſit,alium ſupra fores Capitolij. TRIVMPHANTIBVS quoq; hæ fuerunt leges, ut nullus ante triumphū urbem ingrederetur, ſed in æde Bellonæ exceptus de rebus ab ſe geſtis diſſerebat,triumphusq; ei decernebaē ſi Cos. Prætorue aut Dictator exercitū integrum reportaſſet:una acie V.milia hoſtiū fudiſſet.Poſt hæc in territorio triūphali ad ædem Apollinis,ubi obeliſcus in C. Neroniſq; principū Circo cōſpicitur iuxta Petri Baſilicam,portaq; triumphali quæ iuxta pontem fuerat,nunc ſublatum è regione S.Spiritus uſq; ad S.Celſum.Inde conuerſa in dextram per uiam eam nūcupeleberimam,ac Floræ campum ubi Pompeij ædificia fucrāt,tendebat:rectaq; ad S.Angelum ac theatrum Marcelli uſq; in uelabrū ſpectabat,ubi S.Georgius.Inde poſtrema conuerſa clium aſcendebat Capitolinum,rupemq; Tarpeiam ad templū Iouis Capitolini,ibiq; ſacrificabatur.Curru bijugo ſeu quadrijugo uehebatur triumphans,quali ſæpe in marmoribus uidemus.Equis currus filij ſeu nepotes inſidebāt:ipſe ſeruum iuxta retinebat iocularia iactantem,qualem Cæſari Tranquillus fuiſſe dicit. Ioſephus autem Tito alatam dicit iuxta fortunam ſeu uictoriam adfuiſſe,qualem in arcubus hodie conſpicimus triumphalibus. Epulum poſtridie triumphās po.Rom.dabat:ubi & Coss.inuitabat:nec ueniebāt,præterea uenationes & ſpectacula.Celeberrimū omnium Pauli Aemylij de Perſeo rege fuiſſe Plutarchus tradit trium dierū pompa. Vltimus Probi principis de Germanis & Boëmis.Ouatio uero longe inferior triumpho:procedebant enim myrtea corona qua ouantes donabātur,qui ſine cæde & ſanguine rem facile geſſiſſent.Inſuper pedibus non curru ueniebat:nec militibus comitatus,ſed tamen ſenatu obuiam procedente. Triumphantes autem milites cum ferculis,hoſtiumq; ſpolijs præcedebant,currum captiuis ſequentibus.

De triūphantibus.

Ouatio

DE CASTRIS METANDIS

Groma DE Caſtris autem metandis Hyginus libellum edidit nuper inuentum,quem Gromaticon appellauit.Eſt enim Groma(ut ipſemet in eodem declarat)ratio metandi caſtra,& loca in bello capiēdi opportuna.In eo eā uerba ſunt obſcura: partim etiam

etiam uetuſtate corrupta, ut paruus admodū ſenſus elici ex pleriſq; poſſit.Loco eminenti iubet fieri caſtra ut regioni dominentur:neu paludibus interluantur,præſertim porta decumana. Secundū locum habēt quæ in plano cōſtituuntur. Tertium quæ in colle. Quartū quæ in monte.Quintum quæ in loco neceſſario:unde & neceſſaria Caſtra dicuntur.Præcipue obſeruari debet uia quæ lateribus caſtrorū ſuperſit.Caſtra quocunq; latere flumen ſeu fontem habere debebūt in qualicunq; poſitione.Iniqua loca quæ à prioribus Nobiria appellātur,omni modo uitari debent:ne mons caſtris imminеat,per quem ſuperuenire hoſtes,aut perſpicere poſſint quid in caſtris agit̄.Ne ſylua cęlatura hoſtes adiaceat,néue foſſæ ſeu ualles per quas obruti caſtris occūbere poſſint:ne uicini fluminis torrēs ſubita tempeſtate caſtra inundatione obruat.Meminiſſe oportet in hoſtico aſcenſus ualli duplices & frequentes facere, & tormentis tribunalia extruere circum portas in coxis:in loco contrarium maxime inſtruēdum erit uallum tormētis ab eo latere qua Nobiria,ſi uitari non poterūt. Hæc igitur ex Hygino. Quæ autē manifeſtiora nobis apud alios authores cōperimus:hæc ſunt.Caſtrorū forma uaria fuerat, quadrata, triangularis,rotunda,hemicycla.Portarū etiā uarius numerus:ubi amplиſſima caſtra quatuor tantum fuerant:minora & anguſtiora, duabus portis muniri tātum ſat erat.Prima Prætoria fuit,quæ orientē ſpectare & è conſpectu hoſtium dirigi conſueuit: unde in omnem tumultum acies educi & præſto & parata eſſet.Secunda decumana à tergo caſtrorum conſtituta,ex qua deſertores aut facinoroſi milites in quos militari diſciplina animaduertendum erat,extra caſtra educebantur ad pœnam.Tertia principalis cognominata, ex qua principem ordines tradere,& ad edictū cōuenire ac ſuorum ducū imperium exequi oportebat. Quarta poſt prætoriam ſita. Quinta dicebatur per quam cōmeatus in caſtra & uenalia deducebantur.Inde etiam merces exportari & importari ad uſum conſueuerunt.

Nobiria

DE MAGNIS EXPEDITIONIBVS AC MODIS BELLI VARIIS.

DARES Phrygius qui bellum ſcripſit Troianū ait,apud Ilium ex Argiuorū claſſe conueniſſe hominū milia.DCCCLXXXVI.ex Troianis DCLXXVI. Carinas circiter mille:ut author Homerus in Catalogo. Hāc ſuperauit Xerxis claſſis apud Græciā, quæ teſte Herodoto nauiū trium miliū, ubi fuere hominū Myriades.XXIIII. id eſt.CCXL.mil. Terreſtris autē fuere eodem authore CLXX.Myriades:equitum uero VIII. Exercitus ſub Moſe fuit DC. & tria milia, reliqua multitudo imbellis DL.Tota ſumma,milies mille & CL. Sub Ioſue DC.& tria milia tantū. Seſoſtris regis Aegyptiorū exercitus DC.Milium peditū,equitum XXIIII.Curribus armatis XXVIII. Gallorū nūciato tumultu Romani ſine Tranſpadanis ad LXXX.milia equitū,& DCC.milia peditū armauerunt,L.Aemylio Paulo,& C.Attilio regulo Coss.paucis annis antequam Annibal Alpes tranſiret.Qui & ipſe nō amplius quàm XXXVII.milibus armatis in Italiam traiecit: ut author Polyb. Alex. Macedo. exijt in Aſiam cū milibus armatorū nō amplius XLVIII.In Hieroſolymitana expugnatione authore Ioſepho ferro, fameq; interiere undecies cētena milia.Poſt hanc in Cannēſi pugna cædes memoratur,ubi annulorū modius inuentus.Cæſaris item in Gallia cōtra Heluetios ad CCC.mil.Marij contra Cimbros,Claudij ſecundi contra Gothos. Aētij ducis ſub Valentiniano cōtra Attilam apud Aquileiam,Caroli Martelli contra Saracenos in Aquitania.In quibus omnibus prælijs nō minus quàm CCC.milia cōſumpta. Modus inſuper belli uarius externis fuit.Lacedæmonij teſte Thucydide procedebant in aciem tibiara modulatione. Cretēſes uero citharæ.Maſſagetæ tunica induti rubra pugnāt,ne ſauciorū ſanguis cæteros deterreat.Parthi fugiendo poſt terga ſagittas iaculantur. Galli certantes,ut ſcribit Pauſanias in X. ponè duos præſto ſeruos cum equis habent:ut ſi forte equus domini cōciderit,alium præbeant:ſi domi nus,equum ſeruent:ſi uterq;,pro domino pugnæ ſuccedant.

De modis belli uarijs.

DE MACHINIS BELLICIS

ARIETEM teſte Vitruuio inuenere prius Carthaginēſes cū caſtellū apud Gades captum demoliri conati ſunt:tignum manibus ſuſtentantes,murū uerbera bant.Deinde alia alij addiderūt.Scorpio quoq; & balliſta reperti. Hæc ſaxa,ille ſagittas emittebat.Scorpio quo longiora habet brachia,eo mollius ducitur,nō minus quàm à duobus hominibus leuabatur, qua Vitruuij deſcriptione ſatis conſtat noſtram eſſe balliſtam, uerū aliquanto maiorē. Vegetius autē ait antiquas balliſtas nō ſolū ſaxa,ſed ſagittas grauiores ac ſcorpione maiores emittere.Eſſeq; præterea arcuballiſtas

Aries Scorpio Balliſta

Arcuballi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carroball. stas & carroballistas quæ paruis curriculis ferebantur: ex his aliæ uectibus, aliæ funiculis polie spastis, aliæ ergatis, quædã etiã tympanis torquentur: nostri bricolas uocant. Insuper alia plura in expugnationibus ponit opera. Vineas quæ ex tabulis leuiora machinamenta erant ad
Vineæ
Turres expugnanda mœnia, nostri bastias uulgo appellant. Turres uero instar turrium ex trabibus lignisq; ingentibus fiebant. Vrbes quoq; altitudine quantalibet æquabant, easq; mobiles ac
Musculi mœnibus propinquantes cõstituebant. Musculi minores machinæ ad turriũ ministerium similitudine pisciculi qui Balenã præit ac regit. Testudines diuersæ, aliæ quæ arietem protege
Testudin. bant, aliæ ad euertendos muros, aliæ ad fossas replendas, hostes à propugnatoribus mœniũ
Plutei superne defensitabant. Plutei, ut ait Festus, crates erant corio crudo & intento operti qui hostibus opponebãtur, uocabãturq; Plutei militares. Sed & tabulæ quibus aliquid præsepiũt,
Onager Plutei dicũtur. Præter hæc ab eodẽ Vegetio ponit Onager, per quẽ saxa grauiora emissa nõ
Plumbata solum homines elidebant, sed hostiũ machinamenta diruebãt. Plumbatæ item pilulæ plum
Scalæ beæ sunt, quas pedites scuta ferentes manu iaciebant. De Scalis quoq; Sambuca, Exostra, &
Sambuca Telenone apud eundẽ leges. Quæ omnia si quis animaduerterit, in ueterũ monumentis Ro
Exostra mæ cognoscet. Malleoli erant missilia quæ arcu iaciebantur, materiam ad cõburendum ha
Telenon bentia, Liuius xxxvij. Aliqui uenerũt ferẽtes stupam, picem, & malleolos. Marcellinus libro
Malleoli xxiiij, cos q essent declarat. Elipolis & Poliorcete duæ bellicæ machinæ ad muros expugnan
Elipolis dos Vitruuio exponitur, altera à Chabria Arcade, altera Poliorcete quæ Demetrij fuerat à
Poliorce. Diogneto Rhodio, Architectis reperta. Vbi obiter notandũ, male apud eundem authorem scribi Lepidolim pro Elipoli. Tryphon Alexãdrinus: cum obsideretur Apollonia ab hoste, fussit specus plures excauari, qui ultra ciuitatis muros aliquantulũ procederẽt, suspẽdiq; crebra per loca ipsius uasa ærea, ut tumultus hinc & subterraneos hostiũ ingressus præsentiros uia angusta occurrẽtes oppidani superarẽt, quod euenit. Et hæc quidẽ de machinis, in quo genere multa quidem posteritas adiecit. Nam à Germanis plura de his arte reperta simul & usu, ut nihil tam firmum, nullaq; tanta uis quæ non his hodie debilitari aut uinci possit. Etenim Scorpio quã nunc balistã uocamus, citius torquetur ab uno tractata, quàm prius à duo
Bombardæ bus. Loco uero onagri simul & arietis, æreas machinas, quas ex sonitu bombardas uocant:
inuentio. ingentis ponderis saxa, igne impulsas euomẽtes habemus. Quæ quidem machina primum à Germanis dono Venetis data, quum hi apud Clodiam fossam Genuẽses obsiderent. Innumerabiliaq; alia, quæ nunc apud Gallos potissime cernimus. Sunt tamen qui huiusecmodi apud priscos etiam fuisse uelint ex uersibus Vergilianis. Vidi & crudeles dantẽ Salmonea pœnas Dum flammas Iouis & sonitus imitaẽ Olympi. Quatuor hic inuectus equis & lampada quassans Per Graium populos, mediæq; per Elidis urbem Ibat ouans: diuumq; sibi poscebat honorem Demens qui nimbos & non imitabile fulmen Aere & quadrupedum cursu simularet equorum. Et quando ad bellum faciũt nauigia percurram Marcello memorata,
Nauigia Horia, fascelus, lembus, lenunculus, lintres, celox, cymba, scapha, piscatoria omnia paruaq;. Velocia uero sunt, nauis rhodia, actuaria, liburnica, myoparum quod piratarum. Tarda au-
Vehicula tem corbita, oneraria, pistris, circerus. Vehicula quoq;, currus, esseda, petoritum, pilentũ, carpentum, carruca, cisium, arcena.

DE NVMMIS ET MENSVRIS

Assis Libra Pondus

ASSIS siue libra, siue pondus, in partes XII. Vncia, sextans, quadrans siue terucius, triens, quincũx, semis siue sexunx, septunx, bes siue des, dodrãs siue nonũx, deunx siue dextans: postremo assis. In his igitur tota hæreditas diducebatur. Festus. Asses sextantarij in usu esse cœperunt ex eo tempore quo per bellum punicum II. decreuere patres ut ex assibus qui tunc erant librarij, fierent sextantarij, per quos cum solui cœptũ esset, & populus ære alieno liberaretur, & priuati quibus debitum publicum solui oportebat, non magno detrimento afficerentur. Plin. quoq; lib. xxxiij. cap. iij. idem testatur, additq; postea Annibale urgẽte. Q. Fabius Max. dictator asses triunciales fecit. Semiunciales insuper lege Papiniana idẽ est author esse percussos. Varro dicit quadrantem prius dictũ triũcialem, quod de tribus unciis assis esset: quæ est pars totius ex quo cum
Terũcius terũciũ quasi triunciũ uocant Varro & Cicero sæpe. In ære autem erat Saturnus cum ro-
Quadrãs stro. Huius quæ alea dicta est, qua ille olim aduectus hospitio exceptus est. Ouidius. At bona posteritas puppim formauit in ære Hospitis aduentum testificata dei. Assem igitur pro
Obolus quadrante & teruncio Latini accipiunt, pro eo item quẽ Græci obolum uocant: ut Vitruius est author

est author. Martial. Si plebeia Venus gemino mihi uincitur asse. Pollux. Obolos habet vij. chalcos. Erat & apud antiquos semiobolũ, diobolũ, triobolũ, tetrobolũ, quod duas habebat noctuas signatas: Diobolus uero unã tantum, ex altera parte Iouis simulacrum. Nã Athenis noctua erat publicum insigne. Idem. Stater aureus Mna permutabatur. Erãt stateres Darei, Philippei, Alexandrei, aurei omnes. Ex quo cum aureos forte dixeris, intelligendũ stateres: cum ubiq; stater sit aureus: quamuis Alexandrides semiaureos appellet. Theopompus Statericum dixit, id est, statere dignũ permutari. Erant tamen eodem teste authore, stateres etiã argentei, quorũ X. Chrysium, quem nos aureũ & aureolũ dicimus, ualebãt. Horũ LXXII. quondam, ut in iuris ciuilis libris apparet, libra expendebantur: nũc uero XCV. Ex quo cernere licet, quantum maior aureus antiquus. Symbolũ paruum nomisma permutabatur diobolo. Polus: ut idem refert, nomisma Corinthiacum, quod Pegasum habebat insculptũ. Idẽ. Core nomisma Athenense, ut est apud Hyperidem: erat enim tetradrachmũ. Chelone aliud à figura testudinis, unde prouerbium, πλὼ ἀφ' ἑτέρῳ καὶ πλὼ σοφίαν νικᾶν χελώναν. Collyriũ aliud tenue nomisma. Idẽ. Drachma Attica denarij argentei habet pondus, eadẽq; sex obolos ualebat. Erat & didrachma, tridrachma, tetradrachma, pentadrachma, penticontadrachma. Drachma Aeginensium maior Attica, X. obolis permutabatur, quam Athenienses crassam drachmam uocabant, ut non Aegyneam uocarent odio Aeginetarum. Drachma, & nummus, & denarius uocatur, ut ex Celso & Plin. deprenditur: propterea Cassiodorus, Sex, inquit, milia denariorum faciunt solidũ. Centum drachmis, hoc est, denarijs centum argẽteis æquari libram, quũ alij, tum Plutarchus in Pompeio tradit Minam uocans eam. Plin. libro XXXIII. cap. IX. Elibris, inquit, argenteis signari denarios LXXXIII. iustum erat. Cleopatra quoq; ait: Libra drachmas habet. LXXXXVI. Dion drachmas pro assibus intelligit. Sestertius, inquit, nummus drachmas quaternas facit, hoc est ut Plinius & Festus, asses. Vitruuius drachmas in ære signatos uti asses, quos Græci obolos uocant, diuersos esse ait lib. III. Mna Attica habet drachmas centũ secundũ Pollucem. Drachma uero quælibet sex obolos. Italica quadraginta, uocatur & Hemina. Bos, ut ait Pollux, antiquũ apud Athenienses nomisma, quod bouẽ signatũ habeat, cõmutabatur duobus drachmis Atticis: hinc prouerbiũ βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκε, id est, bos in lingua uenit, in eos qui argento corrupti sunt. Hoc Homerus nomisma significare uidetur uoluisse, dum loquitur de permutatione boum loco pretij, ἑκατὸν βοῶν ἠὲ ἐννέα βοῶν. hæc Pollux. Sestertium à semisse tertio uideri appellari, quia uidelicet non duos asses tantum, sed semissem quoq; tertij cõtinebat assis. authores Vitruuius & Festus. Fuit id tractum à Græcis, qui, ut ait Pollux, τρίτον ἡμίσεαχμον, hoc est, tertium semidrachmum uocabant, pro duabus drachmis ac semisse. Postea tamen sestertiũ quaternos asses ualuit: semper tamen quarta pars erat denarij: nam quum denarius initio decussem ualebat, quarta pars sanè dipondius & semis: quum uero sex asses ualere cœpit denarius, quarta pars erant quaterni asses. Cæterum Columella pretium sestertij nummum facit, quãdo singula iugera inculti soli uenire tradit milibus sestertijs. Apud Lampridiũ uero ita legitur. Heliogabalus nunquam minus centum sestertijs cœnauit, omnibus supputatis quæ impenderet. Idem, Cœnas inquit, & Vitellij & Apicij uicit. Scribebatur autẽ sestertiũ apud antiquos hac nota. LLS. Sesquiplum Græci Hemiolum: Vitruuius & plærique sesquialterum pro sesquiplo utuntur. Et sesquitertiũ quod tertiarũ, & Epitriton Græci, & sesquisextũ, quod ephecton apud Vitruuiũ legitur. Quandoq; autem sine comparatione ad alterũ dicitur: ut sesquilibra, sesquipes, sesquimensis. Talentum Atticũ, ut Varro & Plinius authores, XVI. sestertia ualebat, hoc est põdo XL. Aegyptiũ pondo LXXX. Cleopatra põdo CXXV. talentum facit, hoc est, sestertiorũ quinquaginta. Aphricanũ uero pondo LX. Quapropter Græci talentũ hac nota inscripserunt ℔, quod ea litera eundẽ numerum significet. Libræ enim, id est, pondo, apud alios & alios diuersitas, talenti quoq; differentiã facit. Pollux, Talentũ, inquit, pro aureis nummis tribus cõmutabatur. Nũmus aureus pro drachmis tribus Atticis. Erant ergo talentorũ multa nomina, Ptolemaicũ, Syrum, Tyriũ, Antiochenũ, Atticum. Nam hoc æquale Tyrio fuerat, sed plus sesquitertio, cũ Syrum, & Antiochenum. hæc Aphricanus. Aelianus aũt Babyloniũ talentũ duo milia septingenta minas Atticas ualuisse tradit. Vitruuius quoq; de talento uariat. Strabo & Euboicum celebrat: alij minimum, libris quinquaginta. maius LXXII. maximũ CXX. faciunt. Atheneus talentum sex milium permutari tradit. Nummũ autem drachmã esse, hoc est, denarium, ex Plinio, Celso, &

Chalci
Semiobulus
Diobolus
Triobolus
Tetrobolus
Noctua signũ
Athen.
Stateres
Aurei
Darei
Philippei
Alexandrei
Argentei
Chrysius qui & aureus
Symbolum
Polus Corinthiacus
Core Athenense
Chelone
Collyrium
Drachma
Attica
Drachma
idem & nummus & denarius
Mina Attica
Bos Athen.
Sestertium

Talentum Atticum, Aegyptium, Aphricanum

Nummus aureus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cleopatra supra dixi. Pollux autē sic ait, Talentū erat maius & minus teste Demosth, qui καὶ ἑκατοντάλαντα dixit. Ex quo ditalentum, & tritalentum, & decatalentum, & hecatontalentum, & semitalentum dicimus. De semitalento Homerus, ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον χρυσοῦν ἐγὼ ἐπιθήσω. Præterea Polytalentus pro diuite, & polytalenta res preciosa ponitur. Valuit aureum talentum tris aureos Atticos, argēteū uero LX. mnas Atticas. Aurei talenti Homerus mentionē facit, κεῖται γὰρ ἓν μέσοις δύω χρυσοῖο τάλαντα. Quod autē ipsius tempore nō multum ualuerit.

Mensuræ ex Paulo

ex eo demōstrat, quod in cursus certamine apud eum tertium præmium est lebes, quartum duo auri talenta ex uersu prædicto. Mensuræ autē ex Paulo Aegineta hæ sunt. Mna Græca

Chœnix

habet uncias XVI. Romana XX. Libra habet uncias XII. Uncia drachmas VIII. Dra-

Congius siue chus

chma autē grammata tria. Gramma obolos duos. Obolos ceratia tria, & chalcos octo. Cera-

Sextarium

tium chalcos duos, Cyamus Aegyptius grammata XII. Chœnix sextarios quatuor. Con-

Cotyle siue hemina

gius siue chus sextarios sex, unde sextarius dicitur. Culeus sextarios quindecim. Cotyle di-

Acena

midium est sextarij, dicitur & alio uocabulo hemina, quasi ἥμισυ, hoc est, dimidiū, ut ait Fe-

Orgya

stus. Cotyle habet Mytra magna III. Oxibapha IIII. Magnū uero mytrū oxybapha III.

Gradus

Oxybaphum cyathos tres. Cyathus habet chemas longas, uel mitra parua duo. Acena ha-

Plethrum

bet orgyam unā cum dimidio, gradus quatuor, cubitos sex, & palestas uigintiquatuor. Gra-

dus simplex habet pedes duos: duplex quinq. Plethrum habet Acenas X. Orgyas XII. pe-

des C. palestas CCCC. Sicla habet grāmata IIII. Medimnus habet amphoras duas. Am-

phora modios tris. Modius sextarios XVI. Itē talētū habet mnas LX. Mna stateres octo.

Libra scrupulas XXIII. CC. XX. obolos XLV. CCCCXL. Uncia siliquas XC. CCC.

LXXX. Stater drachmas quatuor, scrupulas XII. obolos XXIIII. siliquas XLVII.

Drachma scrupulas III. obolos VI. siliquas XII. Scrupula obolos II. siliquas IIII. Obo-

lus siliquas II. Parasanga apud Festum quinquaginta cōtinet stadia. Aristides in Encomio

urbis Romæ οὐδὲ δέκα παρασάγγαι λογίζομαί. Stadiū, ut Heroni placet, habet pedes in longi-

tudinē DC. Diaulus MCC. Milliare stadia VIII. Dolichus stadia XII. Plethrū pedes C.

Idem Paulus ait, Pondus grauitate, mensuram uero uacuitate ualis metimur. Vas autē uel

ficci quanti est uel humidi. Idem docet mensurarū characteres siue adnotationes hoc modo.

Notæ mensurarum

Dragma quæ idem & olche est. Sed olche notatur hoc signo ℥ libra ℔ uncia ℥ Mna Modius Cyathus Medimnus Ceraunīū Ceratium Chalcus Choa Chœnix Cotyle Tryblium Sestarium Oxybaphum Hemina Gramma Apud nostros Obolus tali nota reperitur.

De mensuris agrorum Iu. Nypsii

Mensuras limitesq; agrorū nūc attingā ex Iul. Frontino, & M. Iunio Nypso, quē figuris pulcherrime adnotatum mihi tradidit uir ornatus, omnisq; uetustatis studiosissimus Angelus

Decumanus

Colotius. Limites urbis duos aruspicum olim disciplina (ut ait Varro) posuit: unū ab orien-

Cardo

te in occasū, quē decumanū uocauerūt, q̄ is longior sit: nā decumana omnia principalia uocabāt, alterum à septētrione in meridiē quē cardinē dixerunt, q̄ sub axe septētriōis mundus sicut in cardine uertat. Decumanus itē dextrā habet orientē & sinistrā occidentem, ex quo ager dextratus & sinistratus dicit. Cardo aūt habet ultra septētrionē & citra meridiē, ex quo ultratus & citratus dicit ager. Ab his duobus omes agri partes nominātur, reliqui limites sic bāt angustiores, & inter se paribus interuallis distabāt. Quū aūt scire cupis in qua parte agri sis, respice scripturā lapidū terminaliū: si em numeri ab oriente incipient, & in occidentē crescent, Decumani erūt: si crescit in partē septētrionis, erit in parte ultrata & dextrata: si in meridianū & cardines in parte occidentis, erit pars sinistrata & ultrata. Ipsi aūt lapides termina-

Lapides terminales

les diuersa fuerāt figura: Orthogoni, lsopleuri, tetragoni, hexagoni, heptagoni, pyramides, rombi, semicirculi, cultellati, spatulæ, triuertini, archisinij, centusiati, syginati, semitali. Is est sile qui in agris semitas custodit Pani, Herculi, & Cereri sacer. Nomina uero limitū hæc sunt.

Limites

Decumani, cardines, actuarij, intercisiui, linearij, sextani, nonarij, qui solis cursum sequuntur: Præfectuales, montani, qui angulo subiacent: Vstrenales, undecumani, solini, græci, regulares, subruncini, quintani, scutellati, temporales, qui lunæ cursum sequuntur, Diabonales, di-

Agrorum nomina

potensales, gallici, chronici, perpetui, passiui, limites qui per antica & postica diuiduntur. Agrorum aūt nomina: centuriatus, dextratus, sinistratus, citratus, ultratus, tetragonus, mora-

Mensuræ

lis, Neronianus, Podimatus, Cæsarianus, Adsignatus, Nigrius in quinquagenos: Meridianus in XXV. Commutatus ex beneficio Augusti. Subcisiuus, Tessellatus, epiponicus, Solitrius, Syluanus. Mensuræ nomina in agris sunt Digitus, uncia, palmus: Sexta siue Dextrans, pes, cubitus, gradus, passus, decempeda, actus, stadium, miliarium.

DE NOMINIBVS

PLATO in Cratylo nomina ab antiquis non frustra rebus imposita existimat, magnamq; in his animaduerti obseruationem, & Etymum apparere, ac quasi uaticinio nonnullis futurorum esse. Vbi græcæ historiæ plura recenset nomina: ut Orestes, qui matrem interfecit atq; insanijt: ab Oris, id est, montibus auspicium traxit, eius montanam atq; agrestem significando naturam. Agamemnon, qui & apud Troiam, & apud omnis inuictæ fuit perseuerantiæ, & in laboribus tolerantiæ: dicitur ab agan, quod est ualde & epimone patiētia. Atreus quasi Ateron, quod Græci ueteres noxium & indomitum & contumeliosum dicebant. Pelops quasi prope uidens, quod in Myrtili cæde non prouiderit, quanta toti orbi immineret calamitas ex connubio Hippodamiæ: unde ortum bellum Troianum ex nepotibus. Tantalum quoq; quod miserrimus fuit, quasi Talantaton dixerunt. Alij quod principes nascuntur aut futuri sunt, ut Astyanax, Agis, Agesilaus, Archepolis. Alij quod fortes in bello, ut Polemarchos, Eupolemus, Polydamas, Leo, Leontopolis. Alij quod medicinæ professores, ut Acesimbrotus, Iatrodes, Iasius. Dij quoq; uocati sunt, quasi Thin, id est θεῖν, hoc est currere, quod ueteres more barbarorum primum signa cœlestia uenerati sunt, ut solem, lunam, cœlum, astra, quæ sunt in cursu perpetuo: ex his postea paulatim reliqui eandem retinuerunt appellationem. Dæmon prisca lingua Daimon, id est, sciens, quod omnia intelligat, & quod secundum Hesiodum boni uiri, post fatum Dæmones, id est, felices, & omnia intelligentes erunt. Heroes dicti, uel ab Erin, id est, dicere, quod facundia & rhetorica cæteros antecellant: uel eros amor, quod ex amore alterius parentis immortalis nati sint. Iouem zena, id est, ζῆνα, hoc est, iuuantem dixerunt: & dia, id est, causam per quam uiuitur. Saturnum quoq; cronon quasi coron, id est saturitatem: nostri autem hunc quasi saturum annis: illum uero quasi iuuantem patrē uocant. Rhea quasi ῥέω, id est, fluere, quod secundum Heraclitum omnia fluant, sintq; in perpetuo motu, necesseq; eadem aqua rursus ablui. Quod sane sensisse uidetur Homerus: & Hesiodus dicit Oceanum & Tethydem parentes esse deorum: primumq; Oceanum cōiugium cum Tethyde germana iniuisse. Tethydem dictam quasi δι' ἃ τόμβωρ ηγλ ἔδυμβωρ, quod per duo hæc uidelicet scaturiens & transiliens, fontis imaginem præ se ferat. Neptunus Poseidon quasi ποσὶ δέσμον, id est, pedibus uinculum habeat, quia euntem ipsum maris natura detinuit, nec progredi ulterius siuit. Pluto ex diuitijs dictus, quod ex terræ uisceribus eruantur. Persephone quasi Phersophone, quod Sapientiam præ se ferat, ob quam diligitur à Plutone. Ceres δημήτηρ, quasi δίδοῦσα μήτηρ ob frumenti largitionem. Apud nos Festus ait quasi Geres à gerendo frumento. Iuno item à iuuando græce Ἥρη appellata, ἠέρα, id est, amabilis ob amorem quo Iupiter in eam adficitur: uel quasi ἄνῃς contrarijs inter se literis dicta. Venus à spuma maris dicta ἀφροδίτη secundū Hesiodum, latine à ueniendo secundum Ciceronem, quod omnibus ob uoluptatem ueniat. Pallas ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, uibrare & commouere, quod in bello saltationem significat, uel aliquid manu iacere, uel efferre quod ad bellum pertineat. Minerua Athena dicta à Græcis prius: Theano ab Homero quasi θεία νόησις, id est, diuina intelligentia, uel diuina meditans, quod sapientia & anima dei sit. Vulcanum quem ephestum dicunt, quasi φάεως ἴσορα, id est, luminis præsidem. Mars quasi mas: Græce ares quasi ἄρρην, id est, masculus & uirilis. Mercurius Hermes ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod interpretari dicimus. Sol quod solus sit pulcherrimus inter astra, ac maximus. Græce Helios ἀπὸ τοῦ ἁλᾶσθαι, id est, uoluere quod circumuoluatur terram. Luna Selena dicta, quasi noctis iubar. Astrum quasi Astrape, id est, coruscatio. Iris quod nuncia deorum sit, ἀπὸ τοῦ εἴρειν, id est, dicere. Pana Mercurij filium, & gemina figura merito faciunt, quod uerbum Pan, id est, omne significat: uerum uidelicet & falsum. Et uera quidem superna & diuina sunt, falsa inferiora & humana. Ex quo Panos superiora hominis sunt ac pulchra, inferiora autem ferina & hircina. Dionysius quasi per iocum dictus Διόνυσος, id est, δοὺς οἶνον, hoc est, dans uinum. Diana quasi diem ob lucem præ se ferens, apud Græcos artemis quasi ἄνδρα μισοῦσα, id est, uirum odiens, ob castitatem. Apollinis nomen & Medicum, & Vatem, & Iaculatorem, & Musicum: quatuor hæc refert. Medicum primo, ἀπολούων & ἀπολύων, id est, abluens à malis soluensq;. Quod uates ἁπλοῦς, id est, Aplus dicitur. Quod simplex idem & uerus dicitur secundum Thessalos. Quod iaculator ἀπεβάλλων, id est, longe iaculans: quod

Orestes
Agamemnon
Atreus
Pelops
Tantalus
Astyanax
Agis
Agesilaus
Archepolis
Polemarchus
Eupolemus
Polydamas
Leo
Leontopolis
Acesimbrotus
Iasius
Dij
Dæmon
Heroes
Iuppiter
Saturnus
Rhea
Tethys
Neptunus
Pluto
Persephone
Ceres
Iuno
Venus
Pallas
Minerua
Theano
Vulcanus
Mars
Mercurius
Sol
Luna
Astrum
Iris
Pan
Dionysius
Diana
Apollo quæ tuor refert
Quod medicus Apollyon
Quod iaculator Apollon
Quod uates
Aplus

Quod musicus Apollon Musicus quasi ἀπωλῶν, id est, simul uertens dicitur, quod ex conuersione mutua polorum & orbium cœlestium musica constet secundum mathematicos. Nam A. quandoq; apud Græcos pro simul accipitur, ut ἄκοιτις uxor quæ simul cubat, & ἀκόλουθος, qui & ὁμοκέλευθος, id est secutor, & simul iens. Atq; hæc omnia quæ ad Græca pertinẽt nomina ex Platone. Apud etiam latinos palam est nihil esse frustra positum. Nam plurima ex sono uocis, ut ferè omnia animalia, puerorum etiam. Mammas enim atq; tatas matrem ac patrem infantes uocant, & buas atq; papas bibere uidelicet ac edere, ut ait Cato de nu. pu. Nonnulla per antiphrasim, ut bellum lætum. Quorum multas Varro Ciceroq;, & alij etymologias narrãt, quas commemorare superuacaneum fuerit. Sed & illud admirabile, quod ne ipsa quidem rusticorum uocabula Italicorum temere sint, nec solum ab ipsis latinis authoritatem sibi uendicant, sed plerarq; ex Græca grammatica: quod maximo est argumẽto, ipsam Italiam olim ex magna parte à Græcis habitatam fuisse. Nos ex multis pauca commemorare ad hoc propositum non abre existimauimus. Bastazon portans seu baiulans dicitur. Romæ uero nũc uulgo Bastazus. Item Tios & Tia auunculus & matertera dicit̃ Romæ, & plurimis Italiæ regionibus idem significatur. Mactra Romæ Mactera locus ubi cernitur farina, & panis conficitur. Phrattin obturare ac sepire. Romæ Phractã sepes appellãt. Chiros, id est χοῖρος. Hetruscus Suarius agmen cogens Chir chir exclamat. Vas autem illud quo solet eos quandoq; pascere Trogũ appellat, Græci autem Trogin comedere dicũt. In Hetruria item alijsq; locis, Chalare dicũt id est, flectere, Græci Chalao, deprimo, submitto. Quod uero loquuntur ubiq; Battere, non aliunde putauerim uenisse, quàm à uerbo Blattin, quod est nocere. Quod autem Hetrusci Schizam uocant partitum lignũ, illi etiam eodem modo à uerbo Schizo, quod est findo & diduco. In eadem Hetruria Aporiam fastidium animi appellant, quo uocabulo Græci dubitationem & animi suspensionem dicunt. In Italia Transpadana bugnonem appellant suppurationem in inguine præsertim: illi bubona inguen uocant, & item Phymata, quæ multi Phignola, id est, tubercula aut tumores suppurantes. Hetrusci item tettas mammas uocant, illi Tittas nutrices dicunt. Appellant & Gastadam amphoram uentrosam: illi Gastera uentrem. Et Carapham Ceraphium. Maltham in Transpadana dicũt terram glutinosam aqua madefactam. Item illi Malthen cæram liquentem, & omne ferè liquidum glutinum. Collam omnes appellant Itali, quod latini glutinum, Græci uero collam. In Hetruria si quid uile non taucrint, dicunt, pistachij non facere. Est enim pistachium apud Dioscoridem fructus pauus, similis nucleis pineis, ex Asia ueniens. Romæ Bubulcum Buterum dicunt, quod græca grammatica Boum custos significat. Bicarium item illi, quod omnes ferè Italici Bicherium. & Baucalium quod Bocale. Romani item Cupellum uas aqueum cuuum. Homerus etiam Depas Cupellon, id est, pateram cuuam uocat. Damas Hispani, itemq; Italici matronas honoris gratia uocant. Græci simul & homerus Damar uxorem dicũt. Nundina Romanorum dea à nono die nascentium nuncupata, qui Lustrarius est. Est enim dies lustrarius, quo infantes lustrabantur, ac his nomina imponebantur, maribus quidem nono, fœminis octauo: causa forsitan, quod in maris conceptione plus esset temporis, iureq; septimum diem præterijsse expectabant, quod is maxime periculosus esset, nec ante eum terminum umbilicus resolueretur, ante quem homo propior est plantæ quàm animali. Author Plutarchus in Problem. Festus quoq; idem de lustrario die testatur. In nominibus quoque magnos uiros errare contigit, ut Plinium inter alia Octauium pro Popilio ponendo. Ipsum denique Ciceronem in libro de gloria, teste Gellio Vlyssem pro Aiace. Nomen quum & dictionem significet, & debitum, & famam, hanc quamplurimis deus eripit, concedit̃q;, ut ait Hesiodus, ὄρπηδιὰ βροτοῖ' ἄνδρεσ ὁμῶς ἄφατόν τε φατόν τε, &c. id est, Cur homines ignoti, & quidam nomine clari, Dicti ac indicti? causa est Iouis alta uoluntas. Magnum sanè argumentum deum hanc gloriolam tempore ruituram ridere, quod improbos tanquam eorum portione frequentius quàm bonos exornet. Nam si recensere hucusq; tempora uelimus, innumerabiles uiri sanctissimi, insuper & martyres, quorum nomina scripta sunt in libro uitæ, iacent sine ulla fama, quum tot sceleratissimi per ora hominum quotidie uolitent. Nomina uero ipsius dei altissimi Dionysius de diuina notitia exequitur, quæ in unaquaque lingua uim maximam habere, non solum ex authoritate nostrorum, sed ipsius Platonis. Christi autem Christianorum nomine, quanto magis ab ipsis insectatoribus depressum, tanto magis nobis illustre consentaneum q; redditum. Cuius rei testimonia plura adducuntur, Tertulliano teste in Apo-

Etyma latina *Etyma Italica ex Græcis* *Bastazon* *Tios* *Mactra* *Phrattin* *Choeros* *Trogus* *Chalare* *Blattin* *Schiza* *Aporia* *Bubon* *Phymata* *Titta* *Gaster* *Maltha* *Colla* *Pistachium* *Buterus* *Bicarium* *Baucalium* *Cupellum* *Dama* *Nundina dea* *Dies lustrarius* *In nominibus magnos uiros errare* *Fama* *Christus*

in apologetico, Tyberius quum è Syria à Pontio Pilato Christi diuinitatem accepisset, detulit ad senatum cum prærogatiua suffragij sui. Senatus, quia non ipse probauerat respuit. Cæsar in sententia mansit comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Ad Traianum Plinius Secundus scribit Bithyniæ procurator, cuius adhuc extat epistola, eiusq; meminit etiam Tertullianus, Imperatorem consulit quid de Christianis quotidie oblatis agendum, quum in his nil mali reperiatur, nisi Christo antelucanos hymnos canere: an qui esse desierint uenia donandi: cui ille respondit, Inquirendos quidem non esse, uerum oblatos puniri oportere. Hadrianus de eo adorando referendoq; in deos cogitauit. Alexander in suo larario depictum habuit. Eunapius Græcus author, nec tamen Christianus, in libro sophistarum scribit, Cõstantinum sub quo ipse fuit, deorum delubra in Christianorum templa commutasse. Eius deniq; & Tacitus uterq; in Neronis uita, & Iosephus lib. antiquitatum XX. mentionem faciunt, quorum testimonijs innumerabilis ardorem multitudinis conspicere possumus, ut iam nobis turpe sit his maiora desiderare prodigia.

Tyberius *Alexander* *Constantinus*

DE FORTVNA QVOMODO A GRAECIS EXPRIMATVR.

CEBES philosophus in libello qui adhuc extat, Fortunam fœminam cæcam pingit, furenti similem, supra rotundum ac uolubile saxum constitutam, eius uidelicet instabilitatem significando: circa'que comites puellas habere, uoluptatem, adulationem, inconsiderantiam. Bupalus, ut ait Pausanias libro quarto, primus apud Smyrnæos statuam Fortunæ fecit cum polo supra caput, & altera manu Cornu copiæ: ex quo Pindarus φερέσολον eam uocauit. Apelles interrogatus, cur fortunam sedentem pinxisset, Nondum inquit stetit. Teles Bion fortunam comparare solebat poetriæ cuidam ac scænæ, ubi histriones diuersas induti personas, qui primos, qui secundos actus agit, quiq; serui & domini personam agunt: haud aliter diuitum pauperum'que ordo, quisque suos actus ac personas tueri exequi'que debet. Socrates Theatro similem dicebat uitam, ubi indigni sæpe meliora capiunt loca: & qui in rebus secundis nimis alta sapiunt, similes esse his qui in stadio currunt uia lubrica. Euripides. ὡς οὔ τις ἀνδρῶν ἄπαντ' εὐδαιμονεῖ. Quod Horatius eleganter conuertit. Nemo ex omni parte beatus. Idem. Nihil est in hominibus æquale, nihil firmum, nec adeo quis felix ut non possit esse infelix. Hesiodus. ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ. Lux quandoque parens, alia est quandoq; nouerca. Theocritus. ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλῃ αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὖῃ. Iuppiter interdum pluit, interdum'que serenus. Sophocles. ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν εἰδώλα ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κοῦφον σκιάν. ὡς ἡμέρα κλίνει τ' ἀνάγκη πάλιν ἅπαντα τ' ἀνθρώπινα. τοὺς δὲ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ συγχοῦσι τοὺς κακούς. Quinque sunt senarij. Video nanque nos nihil existentes aliud, Quàm idola siue umbram quicunque uiuimus. Dies enim inclinat rursus'que refert Mortalium facta, sapientes igitur Amant dij tantum, odere'que non probos. Virgilius haud longe ab hac sententia. Multa dies, uarius'que labor mutabilis æui Retulit in melius, multos alterna reuisens Lusit, & in solio rursus fortuna locauit. Nam magnos legimus uiros paruis cunabulis emersisse: multos etiam expositos quos Aelianus de uaria historia huiusce modi commemorat. Cyrum à cane nutritum, Telephum à cerua. Peliam Neptuni & Tyrus filium ab equa. Paridem ab ursa. Aegistum Tyestis à capra. Romulum & Remum à lupa. Pindarus fortunam unam ex parcis facit. Dionysius Tyrius: Nullus mortalium antequam moriatur felix. Augustinus noster similiter, Lauda post mortem cum peruenerit ad triumphum. Archilochus, Dij sæpe homines humi iacentes ex malis erigunt. Sæpe etiam resupinant. Diphilus. ἄπεστόν οὐδὲν ἀνθρώποις πάθος, ἐφημέρας γὰρ τύχας κεκτήμεθα. Nullum hominibus inexpectatum malum. Fortunas enim in dies possidemus. Isocrates ad Dæmonicum. Nihil rerum humanarum magnum puta: sic neque secundis lætaberis, neque aduersis dolebis.

Fortuna

DE FORTVNATIS IMPROBIS AC STVLTIS.

AESCHYLVS. ἦ βαρὺ φόρτημα ἄνδρα σὺν τύχῃ ἄφρονα δέ. μωρία μάλισ' ἀδελφὴ πονηρίας ἔφυ. Quàm graue onus homo felix insipiens. Nam stultitia germana est iniquitatis. Theognis. πολλοῖς ἀχθέσθησι θεὸς δίδοι ἀνδράσιν ὄλβον ἐσθλόν, ὃς οὔθ' αὑτῷ βέλτερον οὐδὲν ἐὼν οὐδὲ φίλοισ. ἀφνεὸς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖ. Diuitias deus ignauis dedit ipse frequẽter, Quis melius nec eis, nec charis esse? Inamicis: Nobilis at uirtus æterna in secula durat. Euripides. φεῦ φεῦ, ὅταν δαίμων κακοῖσι δίδῳ καλῶς, ὑβρίζειν ἐμὲ χρὴ κἀξορπᾶν εὖ. Heu heu cum fortuna malis bene tribuerit: qui enim semper

De fortunatis improbis & stultis.

agunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

agunt feliciter, inique agunt. Idem. Cum improbi feliciter nimis agunt, quando non putabunt pœnas dabunt. Idem. Omnium optimum non cogere deos, & amare præsentem ac propriam fortunam: amor enim difficilium, stultos induxit præsentis fortunæ ac sui obliuiscI. Demosthenes pro Ctesiphonte. οὐ γὰρ ἄδηλ. ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα ἢ̓ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον σώματι βέβαιαν κτήσεσθαι. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἄπαντας καὶ βραχὺν χρόνον ἀπιθάνως ἔχει· χρόνῳ δὲ φανερὰ γίγνεται, καὶ ὥσπερ αὐτὰ καταγέλαστα, ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. Non est, non inquam est, ô uiri Athenienses, iniustum & periurum & mendacem uim habere firmam ac perpetuam: uerum ei felicitas breuis continget, temporéque defluet. Existimo enim, sicuti domus aut nauigij, uel his similium infera firmissima esse oportet: sic actionum principia ac subiecta, uera ac iusta esse oportere. Idem. τὸ μὲν βάθος ἥδιστ' ἂν τιθεὶς ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν ἅπασιν γίνεσθαι. εἰ γὰρ ἐνῆν ἀφεῖναι ἀθλητὴν συγκεφαλαιωσάμενον τὰς ἁμαρτίας ἀνθρώπῳ, εἰ γάρ τι παίσας, τοῦτ' ἀκριβῶς ἀνακαλύπτει πάντα ταῦτα. Feliciter euenire præter merita, stultis quidem est occasio male sentiendi. Bona enim fortuna peccata mortalium apta est abscondere atq; adumbrare. Quod si forte corruerit, omnia quidem illa facile apparebunt. Contra uero, etsi sapit, stultus censebitur infortunatus. Cicero pro C. Rabirio Posthumo. Consilia euentis ponderamus, ut si bene quid cessit, multum illum præuidisse: cui autem secus, nihil sensisse dicamus.

NON ESSE OBIICIENDAM FORTVNAM.

Fortuna non obijcienda.

DEMOSTHENES item pro Ctesiphonte. οσις ἄνθρωπος ὄλῳ ἀνθρώπῳ πίκλῳ προσφέρα, παντελῶς ἀνόητον ἡγοῦμαι. ἦν γὰρ τὰ βέλτιστα πράξῃ ὁμοίως καὶ ἀρίστῳ ἔχων οἰκέτην, καὶ τοιαῦτα διαμενεῖ μέχρι ἐσχάτου, πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν; ἢ πῶς ἀναδέξηται τέρψιν; Quicunque homo homini fortunam obijcit, prorsus cum sine sensu existimo. Est enim feliciter agere simile illi qui optimam possidet domum, quæ tantum usque ad uesperam duret: quonam modo de hac adfirmare, uel quomodo probro dare alteri addecet? Isocrates ad Dæmonicum. Nulli calamitatem obijcies, communis enim est fortuna. Hesiodus. μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ τέτλαθ' ὑφαίνειν. Pauperiem misero caueas ne obieceris unquam. Cicero quoque de Oratore præcipit ne cauillus aut scomma in miserum iactetur.

QVOD CHRISTIANI FORTVNAM NON ADMITTVNT.

Christiani nõ admittunt fortunam.

AVGVSTINVM in libro retractationum pœnitet laudes cuiusdam uiri nobilis ex fortunæ parte sumpsisse, ut fortunæ tribuendo, quæ dei prouidentiæ sunt. Nec Iob consolantes amici fortunam incusant. Neque Dauid in tot ærumnis queritur ab ea pressus, nisi diuino iudicio. Ex quo palàm est Christianos fortunam non admittere. Sed & ueterum sapientes ei minimum tribuerunt. Sallustius ad Cæsarem scribens inquit. Vt ait Accius in carminibus: Faber quisque fortunæ suæ est. Et in procemio Iugurthini, Ignauos atque socordes dicit, cum uirtuti ac diligentiæ desint, falso fortunam incusare, ad eam'que fœlicitatem suam referre. Et Iuuenalis: Nullum numen habes si sit prudentia, sed nos Te facimus fortuna deam, cœlo'que locamus.

QVOD A' ROMANIS FORTVNA PRAECIPVE COLEBATVR.

PONEBATVR eius signum in cubiculo Imperatorum. Die uero supremo in successoris conclaue transferebatur, ut author Spartianus. Romæ quoque plurima eius templa diuersis appellata cognominibus fuisse accepimus. Seruius Tullus primus ædem ei ædificauit: adepto deinde regno, Fortis fortunæ, Primogeniæ & Masculæ templa constituit. Deinde cum de Veientibus Camillius Cos. triumphasset, ex manubijs Fortis fortunæ ædem quam Seruius Tullus uouerat faciundam locauit. Author Liuius. Muliebris fortunæ fanum uia Latina quarto ab urbe miliario, quo loco Coriolanus matris precibus persuasus ab urbis obsidione discessit. Viscutæ etiam Fortunæ templum, quod illecebris ac quasi uisco mortales capiat ac deuincat. Fortuna equestris quæ iuxta Theatrum est. Fortuna Virilis iuxta lacum Nemorensem, ubi uirgines templi sacerdoti sese nudas ostendebant, ut si quid uitij esset in corpore, uiros futuros possent perpetuo cælare. Multis item antea tempestatibus conuertentis, & bene

& bene sperantis, & uirginis Fortunæ templa constituta. Et intra portam Carmentalem rursus Fortunæ, & in exquilijs Malæ Fortunæ uno ferè tempore posita delubra.

DE PRONOEA, LOCVS EX XENOPHONTIS III. COMMEN.

SOCRATES. Nosti Euthydeme quàm bene deus rebus consulat humanis. Primum lucem creauit ad quam aspiciendam oculos nobis dedit, deinde noctem requiem laborum. Solem uero luci præsidentem, ac omnia lustrantem, qui horas tempora'que distingueret: nocti uero astra præfecit, per quæ temporis etiam uarietatem motum'que dijudicaremus: deinde lunam, non solum noctem, sed etiam menses nobis patefacientem. Præterea quod alimentis cibis'que egeremus, ea nobis ex terræ fœtibus procreauit, non solum ad necessitatem, sed & ad uoluptatem. Deinde aquam quæ rebus plurimis utilis foret, plantis, telluri, terra'que nascentibus omnibus: nobis denique ad potum ac nos omnibus nutrientibus: ea'que de causa palàm ac uulgo in magna copia cunctis patet. Ignem insuper qui tenebras, simul & frigus pelleret, necessarius'que ad multas artes opera'que hominum foret: nam citra ignem minime egregium aliquid conficitur. Solis quoq; cursus quàm apte disposuit, ut ex eius adcessu & recessu omnia in terra producerentur: tropicosq; instituit, ne per nimium propinquantes ureremur, néue per longius recedentes frigore corrumperemur. EVTHYDEMVS. Ita est profecto ut ais. Sed scire uelim hoc deorum opus cuius'nam gratia, an hominum sit. Nam & cætera animalia uideo in horum quoque utilitatis partem uenire. SOCRATES. Nullum profecto dubium, quin hominum gratia sint omnia. Nam quæso, quæ animalia tot bonis fruuntur, quemadmodum homines? Etenim ipsa quoque ob nos facta non minus quàm terra nascentia sunt. Plures nanque populi terræ fructibus minime uescentes, tantum animalium lacte, carneq; ferarum ac uenationibus aluntur: tum plurima ex eis mansuefacta ad bellum, reliquos'que mortalium usus magnopere suppeditantia sunt: quo magis mirum uidetur, quod cum uiribus ac robore superent homines, ab eis ad omnem usum subigantur. Quid de sensibus dicam, qui nobis additi, ut rerum differentias, uariarumq; rerum uoluptates excipere mus? Post hos & rationem ac mentem, qua sensibus obiecta potissima uideremus, bonaq; eligeremus ac mala euitaremus. Postremo oratio nobis data, qua inuicem disciplinis erudiremur: hac etiam leges conderemus, respublicas administraremus, tum bona omnia communicaremus. Hactenus Xenophon. PRONOEAM quam nos prouidentiam dicimus, negat Cotta Epicureus apud Ciceronem. Cur ait tot secula dormierunt antequam foret mundus? An deus Aedilis factus uoluit exornare sideribus mundum? cur potuit hac uoluptate tanto tempore carere? Sed ut dicitur, factus est hominum causa. Quorum? bonorum, an malorum? Balbus Stoicus ex Cleanthis sententia respondit. Deos esse, apud omnis in confesso esse: quales autem sint, hoc tantum differre: nulla enim gens tam fera, tam barbara, cuius mens deorum opinione non imbuatur. Eos nanque prouidentiam habere, quatuor manifestis de causis dicit. Ob rerum futurarum uaticinium & præsensionem. Deinde ob commodorum multitudinem, quæ ex cœli temperatione, terræ'que fœcunditate percipitur. Tertio quod homines fulminibus, tempestatibus, pestilentia, cæterisq; malis terretur. Quarto ob rerum ordinem ac perseuerantiam, siderum'que pulchritudinem: quæ cum summa ratione disposita perdurent, stultum est ea ratione ac prouidentia non regi existimare, & id esse fortuitum quod ordine summo procedit. Itaq; ex Aristotelis ait sententia, si qui sub terra Cimmeriorum more habitassent, ac tempore quodam ad superiora uenissent, pulchritudinem'q; cœli ac mundi ornatum, solis iubar fulgentis, cæterarum'q; stellarum adspicerent, stupere nt omnino, nec nisi deorum hoc ingenio maxima'q; ordinis ratione gubernari existimarent. Deos deinde dicit esse rerũ proprietates, ut quæq; uim ad aliquid habeat: Iouem autem unum omnium patrem. Hinc causas reddit nominum, & etymorum deorum quæ nos alibi attigimus. Diogenem deinceps affert dicẽtem, quod improborum res secundæ magnopere prouidentiam redarguunt: plures enim boni quibus male euenit, & cõtra: ut Marius, Sulla, Dionysius tyrãnus senex, Pisistratus, Phalaris, innumerabilesq; alij facinorosi perpetua sunt usi felicitate. Paulus uero Cannis cum exercitu trucidatus, Africanus in exilio mortuus. Catulus à Mario interfectus. Duo Scipiones in Hispania pereuntes, atq; alij qui probatissimi fuere, quibus res male cuenit. Sed quos ipsi uidimus Sigismundus Malatesta & Nicolaus Vitellius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitellius tot perpetratis cædibus, tot iuribus uiolatis, in omnibus bellis ac controuersijs superiores, tandem in patria senes inter suorum amplexus facili morbo perierunt. Verum
Alexander Pontifex omnium exempla uicit Alexander Pont. cuius supra memini, qui ita usq; ad extremum obsequentem habuit fortunam, ut in magnis semper periculis creuerit. Legatus quondam ex Hispania reuertens, quum innocēs familia ferè omnis tempestate in mari perijsset, ipse cum paucis euasit, defunctorum hæreditatem consecutus. In Pontificatu minas Gallorum non solum subterfugit, sed eos præsto, paratos, obtemperātesq; habuit. Aduersarios omnis superauit, in bellis etiā ferè omnibus uictor. Quin ædibus olim fulmine ictis quum conclauis pars sub qua erat corrueret, ruinaq; aliquandiu opertus, ac iam ab omnibus extinctus proculdubio putaretur, subito incolumis ac sub trabe seruatus apparuit, nonnullis qui circa aderant uiris insontibus exanimatis. Postremo quum omnes extitum expectarent malum, leui morbo annosus, incq; suo lectulo inter oscula filiorum decessit. Hic igitur Cicero cum hallucinetur, nec satis contra Epicurum instet, occasio datur contentiosis, ut planè prouidentiam esse negent. Verum adsertorem in medium fas adducere Augustinum. Is in libro de Ci. Ciceronem reprehendit, qui cum res duas tueri non posse sibi uideatur, uidelicet humanarum actionum liberam potestatem, ac futurorum certam in deo scientiam, quæ libertatem tollere uidebatur: ut primum concedat quod magis hominibus prodesse ad tuendas resp. conseruandamq; inter se societatem putaret, deos omnino rerum inscios ac ignaros facit: quod si ignari, neq; diij putandi. Ipse igitur utrunq; ponit, ac rationibus contendit diuinam præsentionem minime nostrarum actionum libertati officere. Quod autē de improborum felicitate, bonorumq; aduersitate supra memoratur, idem causas facile aperit. Quod bona quæ uidētur hominibus, uera bona non sunt: nec mala, quæ uidētur mala. Et in alio loco ait. Quod hæc omnia nobis reguntur incognita, deo autem notissima, atq; in incertum reseruantur, in fine quandoq; nobis in cœlo manifestanda. Duplicem'q; esse prouidentiam, unam quæ generatim rebus consulit humanis, alteram quæ priuatim bonis omnibus, qui pietatē iustitiamq; sectantur, quorum numerus cum orbis fine simul explebitur. Eos quoq; qui in uia perfectæ uirtutis constiterunt, laboribus quandoq; exercet, ut patientia feliciores eo sint postea futuri. Imperfectos autem & adhuc ex rerum cupiditate anhelantes incommodis, aut corporis, aut externorum, siue etiam repulsis & ignominijs mulctatos, purgatiores in posterum reddit. Deploratis uero plurima facile concedit, ut si forte in uita facinorosa aliquid bene gesserint, præmium nunc ferentes iustius perpetuo crucientur. Quoniam uero utrunq; genus in omnibus existit, hi tantum boni putādi ex authoritate Origenis in epistolam Pauli ad Ro. quibus bona malis præponderant, mali uero quibus mala. Gregorius autem de his luculentius. Externa, inquit, cum de medio sint genere, malis sæpe deus concedit tanquam non uera bona: bonis uero quandoq; tanquam ea non mala esse demonstrādo, quibus uti liceat bene.

DE DIVINATIONE.

ET QVONIAM præsensionem rerum ad Pronœam facere à Cicerone commemoratū esse dixi, pauca de uaticinijs subijciam. Plato, Platonicíq; omnes oraculis uaticinijsque auscultant. In Phædro quidem humanam sapientiam præ illa quæ ab oraculis furoribusque diuinis habetur nihili pendet. In Timæo dicit eatenus de rebus diuinis adfirmandum, quatenus diuinis oraculis confirmentur. In apologia autem Socratis defensionem ab oraculis uaticinijsque auspicatur, dicitque totam eius uitam ad Apollinis oraculum, & cuiusdam dæmonis uaticinium institutam. Nam Socratis dæmon notissimus, cuius ipse instinctu apud Platonem agitur. Igitur quæ apud eundem Mantia, apud nos mania rectius uocata, diuinatio nominatur, ut ait Cicero, qui eam dicit esse, aut ex natura ut somnia & uaticinia, aut ex arte ut aruspicium, auspicium, augurium, Astronomia, magica, coniectura sapientum. Plato diuinam primam dictam esse ait. Secundam uero humanam. De somnijs idem scribit, quoties quis sapienter ac sobrie se habet, in somnium uenit, excitans partem rationis participem ueritatem attingit, minimeque errat. *Homerus Ody.* Homerus Ody. XIX. de Somnijs. Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων. & quæ sequuntur. Sex enim uersus sic conuerti possunt. Sunt geminæ somni portæ, quarum una uocatur Cornea, apud Stygios pariter, sed & altera eburna. Hac penetrans somnus uerba imperfecta reportat. At quicunque uenit portæ de limine primæ, Vera refert, dulci correptis membra sopore. Ea uero quæ ex uatibus siue prophetis est, si data diuinitus,

diuinitus, semper est uera. Si minus, etiam quandoque uera, ut placet Augustino qui Virgilium in ecloga Pollionis de Christo uaticinatum esse dicit, & Annam Pont. de liberatione populi. Asinam quoque Balaam locutam. Ipsum uero præter Balac Moabitis mandatum *Balaam* Hebræorum populo benedicentem Numero XXII. Mantia quondam plurima leguntur priscæ superstitionis, apud Mopsum Ciliciæ, apud Telmessum Cariæ, apud Elidem Iamidarum & Glutidarum, apud Delphos Apollinis, apud Ammonem in Libya, apud quercus Dodonæas. Vates uero Tyresias, Moplus, Idmon, Amphiaraus, Calchas: quibus oppositi nostri facile indicant quantum inter mendacium & ueritatem intersit, ut illis Pindari sententia uera contingat ὡς ἦῶ μελλόντων τυφλῶνται φρένες. Quàm cecæ sunt futurorum prædictiones. Diuinatio autem quæ ex arte uenit, & primum ex mathematica, falsa etiam deprehenditur, non solum ex euentu rerum & experietia ipsa, sed ex authoritate philosophorum, & astrologorum: primum Diogenis Stoici qui aliquid quidem prædictionis in ea concedit, ut qualis sit quisque naturæ, & ad quam potissime rem generatim sit aptus: cætera negat sciri posse. Eudoxus astrologus negat adhibendam esse fidem Chaldæis. Archelaus item & Casandrus eiusdem facultatis periti qui ætate Panætij philosophi fuere, hoc genus prædictionis omnino reijciunt. Nostri doctores item. Verum Thomas Aquinas, sicuti & Diogenes quem supra nominaui, nonnihil ei concedit. Corporis uidelicet dispositionem, motum sensuum ad res uarias, partim etiam horum ratione intellectus. Nam corruptis ex aliquo astro sensibus, intellectus etiam patitur. Voluntas autem nullo pacto attingitur, liberaque semper & incolumis permanet. In hanc ille sententiam, quæ quidem fuit plurimorum philosophorum: tum ipsius quoque Ciceronis, qui fatum quod Græci εἱμαρμένην, id est, Imarmenen appellant, omnino tollit, Stilponis Megarensis & Socratis exempla adlegando, qui naturam prauam & uitiosam, in officiosam diligētia commutarunt. Nostra ætate Mathias Pannoniæ rex, & Fridericus Vrbini dux, graues alioquin homines, mathematicæ addicti fuere, eamque profitentes undecunque alebant. Nuper uero Ludouicum & Ascanium Mariam Vicecomites, magnorum censores ingeniorum, nihil propterea ex hac disciplina qua tantopere delectabantur, feliciores fuisse uidimus. Quod autem ad magicam pertinet, à Zoroaste primum cœpisse Plinio placet, ultimam uero fuisse Cypriam: puto ob Barnabam Cyprium, & quod ibi ab initio frequentes fuerint Christiani, de religione nostra uelit dicere. Neronem quoque testatur eius rei studiosissimum, nullam ueritatem inuenisse: ex quo magis miror ea quæ de Simone Mago qui fuit eius tempore, uulgo traduntur, nullo certo authore. Nam Eusebius nulla eius magicæ miracula scribit, sed tantum hæreticum, procq; deo cultum. Veritatem tamen ei subesse quantam deus permiserit, nefas Christiano uiro credere non fuerit, quin potius nefas non credere quæ de Pharaone portenta in sacris uoluminibus leguntur. Hinc quoque & illa dependere uidentur, Hydromantia ex aqua, Geo- *Hydromātia* mantia ex terra, Necromantia ex mortuis, Coscinomantia ex cribro, Cleromantia ex sor- *Geomantia &c.* tibus, Lecanomantia ex pelui. Strabo Lecanomantas & Hydromantas in Perside frequentes esse ait. Physiognomia ex natura membrorum. Chiromantia ex manibus, sicut ab Vxio- *Chiromantia* rum genere de quibus in Geographia dixi. Astrognomia ex astris ut à Babyloniis & Chal- *Astrognomia* dæis. Botanomantia ex herbis, ut à Thessalis fœminis, quæ Latinis sagæ dicuntur. Gastro- *Gastromātia* mantia ex amphora uentrosa quæ à puero solet inspici, etiam apud ueteres. Hoc Cicero forte intelligit in libro de Diuinatione, quum dicit auspicia militum per acumina: nisi de lapide syderite intelligat, cuius est ea uirtus teste Orpheo de lapidibus, ut noctu uelatus ad lucernam expiatis mente introspicientibus moueri, responsaque dare uideatur. Est & apud Aegienses in Achaia teste Pausania libro septimo templum Cereris, ubi foris in quem peracto sacrificio introspicientes in morbo uident ualetudinis euentum. Præterea augurium *Augurium* ex auibus. Cuius inuentor Accius Nauius, & Aruspicina ex extis, cuius repertor Tages *Aruspicina* Etruscus, de quibus in Anthropologia narratur. Oscines aues quæ ore canunt, quod non felix semper signum. Solistimum tripudium semper felix, quando uidelicet è cauea pultem ita *Solistimum tripudium* pascunt aues, ut ex ore pars cadens terram pauiat, id est, feriat, quasi terripauium. L. Papirius quod non feliciter aduersus Samnites pugnauerat, à Pullario admonitus, ad rem *Fascinatio* dum augurium Romam reuertit. Fascinatio post hæc & incantatio inter portenta referun- *Incantatio* tur dæmonica, quorum ultimam non solum inter repentina uulnerum remedia in castris, sed psalmi testimonio ualidam uenefici incantantis sapienter adspicimus. Alteram nonnulli

Universidad de Deusto
Biblioteca

lætis rebus insidiari putauerunt, ut in matrimonijs uenerem tardare, & pulchritudini tum pueris præsertim officere. Quapropter infantiæ corallium & his similia pro amuleto adhi gantur. Despui quoque consuetudo est, quod ab antiquis obseruatum etiam animaduerti, ut in Theocrito Poliphemus pulchritudinem suam apud Galateam iactans ait. ὡς μὴ βασκαν καυδῶ δὲ τρὶς ὡς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Despui & ipse sinum ter, ne quis forte noceret. Ouidius etiam. Despuat in molles & sibi quisq; sinus. Nonnulli præterea creduli uanis rerum quarundam auspicijs, ut sternutamento uerbis interueniente probari sermonis ueritatem putant: sicut in Ody. Penelope somnia recitãte, Telemachum sternutasse bonum omen putatum. Et fulgetra poppismis, id est, paruis sibilis adorari seu placari consueta Plinius refert. His similibus ualde mouebatur Augustus, Tranquillo teste, Cæsar uero minime. Prodigia quoque formidata uates sæpe interpretabantur. Duumuiri ad hoc creati procurabant, eorum'que auerruncandorum, id est, auertendorum gratia supplicationes ad omnia puluinaria decernebantur, thus, uinumq; publice præbebantur. Physiognomia corpus ex Aristotele tum alijs considerat. Quadratum uitæ longitudinem pollicetur, breue ac delicatum ingenium & bilem, quod cor propius sit capiti ac cerebro, ut ait poeta quidam. Ingenio pugnax corpore paruus erat. Nam laudatos plærunq; uiros infra mediocrem magnitudinem fuisse accepimus. Oculi extantes eminentes'que ac etiam albicantes temeritatem indicant, in recessu cauo malignitatem, minime conniuentes impudentiam, sæpe leuitatem, nigri dolum & astutiam. Frons breuis ingenium, lata ignauiam, rotunda iracundiam. Auriculæ magnæ hebetudinem tarditatemq;. Dentes rariores uitæ breuitatem, densi multicq; longitudinem. Supercilia protensa mollitiem, incuruata seueritatem.

Physiognomia

DE CONIVGIO, QVIS IN EO VETERVM RITVS.

MOX DE iustitia, quæ Oeconomia domesticos quoq; attingit, ac primum de Coniugio, in quo diuersa gentium consuetudo conspicitur. Apud Romanos, ut ait Festus, nubentem deducebant patrimi & matrimi pueri tres, id est, qui patrem & matrem uiuentes haberent. Vnus qui facem præferebat ex spina alba quia noctu nubebant. Duo qui nubentem tenebant. Plutar. in proble. nouæ nuptæ noctu quinq; faces quæ ex teda erant dicit accendi solitas. Ante uiri cõgressum ignis & aqua dantur attingenda, quod his elementis purgatio contineatur, significando castam ac puram futuram. Ouidius in Fastis alium adducit morem. Ne pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere, & expressis mella liquata fauis. Quum primum cupido uenus est deducta marito, Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit. Pro quibus nunc mel Romæ degustandum tribuunt. Tum supra caput hastam de corpore gladiatoris eductam adhibebant. Cuius loco nunc sanè ensem adhibent. Alexan. in probl. Noctu tantum, non interdiu noui coniuges congrediebantur, ob uirginei pudoris reuerentiam. Sequebatur sponsam mundus muliebris, Græce anacalypteria, quoniam discoopertus ferretur. Dicuntur & parapherna, quod pherne dos appellatur: nostri uero legulei corrupto uocabulo paraphrena nũc dicunt. Sponsa introducta dicere iubetur, Vbi tu Caius & ego Caia, id est, ubi tu frugi fueris, ego item: exẽplo Caiæ Tarquinij uxoris, frugalissimæ fœminæ quæ & Tanaquil dicebatur, statuamq; in templo meruit. Talassi quoq; nomen sæpius inuocatur, ut operum matrisfamilias ac laninificij Græco uocabulo admonerentur, aut quod in raptu Sabinarum Talasso uiro optimo sorte uirgo obtigerit, unde auspicium nuptæ sumpsere. Ipsum quoq; limen transcedere non permittitur, sed transportatur ut coacta pudicitiam amittere uideatur. Vir ab uxore uiua dono aliquid accipere prohibetur, quod suspicione minime careat ne uiri donationem & ipsa expeteret. Ex quo Solon scripsit morientium legationes ratas esse oportere, nisi forte ab uxore lenocinijs persuasus. Qui uxorem habebant, siue ex agro siue peregre redirent, aduentus sui nuncios domum mittebant, uti sec; domumq; ornarent, si qua esset (ut moris est pudicarum quæ sine uiro agunt) negligentia. C. Carbilius primus Ro. sterilitatis causa uxorem repudiauit. Hunc secutus Sulpitius Gallus, idcirco uxori nuncium remisit quod eam in caput uestem deducere animaduertisset. Idem quoque fecit P. Sempronius, quod eius uxor lucti funebres spectasset. Cæsar item uxorem Pompeiam, quam alioquin pudicam esse existimasset, quod in sacris Bonæ deæ quæ illa celebrabat, Clodius fœminæ habitu fuerit inuentus, repudiauit, dictitans Cæsarum domum etiam suspicione probri carere oportere. Hæc Plutarch. diuersis in locis. Mos etiam fuerat tam Græcis quàm Romanis uirginibus fascia genitalia succingere usque in diem matrimonij. Homerus Ody. xi. de Tyro uirgine à Neptuno compressa. Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ γούνατ' ἐρεύσατο καὶ κατὰ θυμὸν ἔκιε. Et Martialis. Qui zonam soluit diu ligatam. Durauit Romæ usq; ad Honorij tempora. Nam legimus S. Alexium Romanum clam ex urbe fugiturum nouæ sponsæ balteum insigne pudicitiæ usque ad reditum custodiendum tradidisse. Balteum hoc quod Græci Cestον uocant Veneri attribuunt, quo sexum amore coniungit. De cõsuetudine uero exterorum, Strabo inquit mos Scythis prius nautis prostitutas in littus ducere. Corsis item. Liburnis ut ait Stobeus in collectaneis communes esse uxores ac liberos usq; ad annos v. deinde illi cui similiores essent reddere, eosq; parentes putare. Aeliano Lydis uirginibus amatores ante coniugium habere, postea uero caste agere. Assyrijs nubiles pulchriores in forum ducere, uiris'que in matrimonium uendere. Hodie quoque Arabibus & Saracenis mos emendi uxores æs pro arrabone tribuentes. Quæ quidem emptio apud Romanos item ueteres reperitur. Festus enim sic ait: Nubentes Romanæ asses tris ad maritum solebant ferre, unum in manu quem statim ei dabant tanquam ementes uirum. Alterum in pede quem foco larium familiarium offerrent, quod etiam hodie in Italia ferè tota seruatur. Tertium in Sacciperone, quem certo tempore solebant resignare. Ex quo Virgilius ait: Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis. Maximam uero lasciuiendi licentiam præbebat in nuptijs Fescenina locutio ab oppido tracta: authores cum plurimi, tum Catullus in epithalamio.

Talassius

C. Carbilius primus Ro. uxorem repudiauit.

S. Alexius

QVI NVPTIAS VITVPERANT.

AN VERO præstet uxorem ducere, utrinq; plures reperiuntur adsertores. Hipponactes duos dixit uxoris dulcissimos dies, nuptiarum uidelicet, & mortis. Alexandrides nuptiarum diem multorum malorum initium. Si pauper diuitem duxeris, dominam non uxorem acceperis: si pauperem, onus uitæ ferre non poteris, cum pro uno duos sis nutriturus. Si turpem, dolebis: si pulchram, communem habebis. Philemon. Ἀθάνατον κακὸν ἀναγκαῖον γυνή. Immortale malum necessarium uxor. Menander. ὦ τρὶς κακοδαίμων ὃς ὧν πένης γαμεῖ. O ter infelicem qui pauper ducit uxorem. Idem. Habere te uxorem, esseq; patrem, Parmeno, curas uitæ multas adfert. Diphilus. γυναῖκα ἀγαθὴν ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον. In uxorem incidere bonam non facile. Chæremon. Vxorem præstat efferre quàm ducere. Theodectes. Coniugium simile senectuti: utrunq; enim adsequi cupimus, adsecuti tandem dolemus atque angimur. Thales Milesius rogante matre ut uxorem duceret, Nondum tempus ait: ætatis quoq; processu, non amplius tempus inquit. Epaminondas Thebanus interrogatus, quid ei melius esset quod uxore & liberis careret, Non dubitare, inquit, pro patria mori. Lycurgus dicebat, quando uxor cum uiro in discordia esset, uitam reliquam minime uiuendum esse. Hipponax. Habet enim fœmina quiddam natura indomitum: quod si quidẽ quotidie dirumpatur, sicuti arbores tandem concidere. Romanus quidam dicenti quod bonam pulchramq; duxisset, calceum extẽdens, & hoc inquit pulchrum, sed nescis ubi me angit. Socrates dicebat uiros ciuitatis legibus coerceri debere, fœminas uero uirorum cohabitantium disciplina. Simonides interrogatus quid esset uxor, uiri inquit naufragium, domus tempestas, quietis impedimẽtum, uitæ captiuitas, pœna quotidiana, pugna sumptuosa, bestia contubernalis, canis ornata, malum necessarium. Hesiodus. ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι. Quisquis confidit mulieri, frondibus hæret. Homerus idem ferè. Ἀλλ' οὐ πώποτε κῆρι σύ γυναικὶ πᾶν ἔπος ἔννεπε μηδ' ὃ μῦθον ἅπαντα πιφαύσκεμεν ὅν κ' ἐῢ εἰδῇς. Vxori quanquam, semper confidere noli, Neu facilis referas uerbum quod noueris omne. Nam & Vlyssem ponit nunquam se Penelope quanquam fidelissimæ nisi postremo manifestasse. In Theogonia item Hesiodus ex Pandora ab Epimetheo ficta, dicit pessimum genus fœminarum fluxisse, felicemq; uocat expertem coniugij. Idem in Ergis ait dictam Pandoram ex omnium deorum dono. Nam Mercurius ei ingenium & astutiam dedit, Pallas artes muliebres, Venus ornamenta, monilia. Cumq; homines felices & absque malis ullis prius degissent, ex ea nata mundo concupiscentia & omnium labes malorum: quæ mala Iuppiter in dolio incluserat, quo ab illa detecto irruerunt in orbem præter Spem, quæ in summo ore remansit. Quæ si quis animaduerterit, multarum in hac fabula Euæ similitudinem inueniet, à qua initium cœpisse peccati accepimus. Veniam ad nostros. Origenes in euangelium Cananeæ centum hoc genus epithetis confixit. Chrysostomus. Qui uxoris, inquit, tulerit improbitatem, mercedem à deo magnam expectet.

Vxor quid ex Simonide.

Pandora

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymus in tota ferè ad Eustochium epistola incommoda matrimonij enarrat. Denique ex Salomonis sententia decernit, præstare in loco deserto habitare quàm cum uxore litigiosa. Et alibi ex bono authore. Qui non litigat, inquit, cœlebs est. Huic igitur proposito ueterem monumēti inscriptionem adijciam, quæ hodie in uia Tyburtina conspicitur. Heus uiator commodum. Hic uir & uxor non litigāt. Qui sum non dico. At ipsa dicam, Hic Bebrius ebrius, ebriam me nuncupat. Hei uxor adhuc mortua litigas.

QVI NVPTIAS LAVDANT.

SED CONTRA plurima sunt. Xenophontis Oeconomicus, quem conuerti, multa diuinitus de matrimonio dicit, & quamobrem sit institutum, quæ facile uidere est. Aristoteles item in Ethicis ait uiro politico ducendam esse uxorem, non solum liberorum, sed uictus auxilij gratia, primamq; hanc inter omnis scieratem. Fœminæ nanq; ætatem statuit XVIII. uiro XXXVI. Ante hos annos non solidam esse generationem. Quinetiam in Politicis cogendum esse ad matrimonium dicit. Athenæus ex authoritate Hieroclis philosophi ait, Genus hominum sociale esse, ipsius autem societatis elementum quasi quoddam & principium coniugium: sine quo neq; ciuitates consistere, neq; domum perfectam esse posse, ut inquit Homerus de Protesilao Iliados II. τὸ δὲ Θ' ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος φυλάκη ἐλέλιπτο, καὶ δόμος ἡμιτελής. Musonius. Summi enim philosophi, Pythagoras, Socrates, Crates, qui etiam sine domo & supellectile fuit: uxores duxerunt, eisq; cohabitauere, nec impedimēto philosophiæ esse putauerunt. Quid enim magis officium philosophi quàm secundum naturam uiuere? Quid autem magis secundum naturam, quàm uxorem ducere? Democrates, Amicas uoluptatis gratia, ancillas ministras corporis, uxorem domus & omnium quæ intra domum sunt fidelissimam custodem habere inquit oportet. Theognes. οὐδὲν δὴ ἀγαθῆς γλυκύτερόν ἐστι γυναικός. Coniuge nanque proba nihil extat dulcius usquam. Euripides. οὐκ ἄλβος, οὐδέ τι μᾶλλον ποσσῷ κεν εἴχοι ἢ δόμοις ὥσπερ ἀνδρὸς ἐσθλοῦ Θ' γυναικὸς εὐσεβοῦς. Nec diuitiæ nec quicquam aliud tantum uoluptatis habent, quantum uir & uxor boni. Hesiodus. οὐ μέν τοι γυναικὸς ἀνὴρ λήξειε ἄμεινον τῆς ἀγαθῆς. ἢ δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο. Nil melius uiro quàm cum uxorem fuerit nactus bonam: nil contrà, cum malam. Suadet præterea uirginem ducendam quam moribus possis instituere annorum XIIII. uiro XXX. Deinde haud longe abs te, quam melius noueris, ne alijs uicinis que potius quàm tibi sit gaudio. Themistius Atheniensis filiam locaturus, uirum bonum ac iustum diuiti præponebat, dictitans se quærere uirum pecunia potius indigentem, quàm pecuniam uiro. Athenæus ait. Lacedæmonij tris de coniugio leges tulere. Prima damnabant eum qui uxorem non duceret. Secunda qui sero. Tertia qui non bene. M. Val. Max. & Iu. Brutus Bubulcus Censores bona eorum qui ad senectutem cælibes peruenerant, fisco tradebant. Metellus Numidicus apud Romanos de maritandis ordinibus legē tulit. Quem imitatus deinde Augustus eam renouauit, cum inueterata passim licentia per bella ciuilia quisque pro libidine uagaretur, ut author Tranquillus.

DE MORIBVS MVLIERVM, ET DE DVCENDA QVID PRAESTET.

Fœminarum mores.

DEINCEPS de moribus. Theano Pythagorea, ut tradit Athenæus, interrogata quam potissime uxorem cōmendaret, respondit illud Homericum. ἶσόν μοι χορὸν εἶπω, Θ' ἡμὸν λέχος αὐλίσσασαι. Id est, quæ telæ uacaret, & uiri lectum diligeret. Eadem silētium in muliere magnopere laudabat. Hac de causa Phidias apud Eleos Venerem concha condecoratam pinxit, quod in mulieribus sub tecto curam & silentium significaret. Sophocles quoq; ait. γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Silentium mulieri ornamentum parit. Euripides. Fas mulieres sapientes officia uirorum obire. At uirgines in turba conspici nefas. In quo notandum, apud Græcos matronas mulieres uocari quod Latini usurpāt. Cicero interrogatus cur senex uirginem duxisset: cras, inquit, mulierem habiturus sum, non uirginem. Idem: Mulieri ornamentum ne quæsieris, cultum reprehenderis. Plutarchus. De mulierum item modestia Democrates. κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί, καλὸν δὲ κόσμημα λιτότης. ἀπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἔχαρη. Mulieris ornamentum sermonis & item ornatus parsimonia. Præterea uirum à muliere dominari, summū est probrum. Athenæus. Philonis philosophi uxor in cœtu matronarū interrogata, cur auream coronam sicuti cæteræ non ferret: respondit, quod uxor satis habet ornamēti uiri uirtutem. Euripides. Vxor quæ sapit serua est uiri, quæ non sapit eum spernit. Plutarchus. Vir philosomatos, id est, corporis amator lasciuam reddit uxorē ac uoluptariam. Philocalos autem, id est, honesti amator

amator continentem & ornatam. Varro, Qui castigat uxorem, eam meliorem reddit: qui uero tolerat, se probatiorem facit. Diodorus, Præstat uxorem ducere bene educatam gratis, quàm male cum pecunia. Theognes in hypothecis. κώνας μὲν δυνῶν διζήμεθα κῦνες Θ' ἵππους εὐγενέας. καὶ ὃς βόλεται ἡμῖν ἀγαθῶν κτήσεσθαι γῆμαι δὲ κακὴν κακὸν οὐ μελεδαίνει. Cyrne canes & equos generosa è gente paramus, Cura boni nusquam cōiugis est generis. Paritas in hac re maxime laudatur. Menander, Quoties aliquis pauper ob diuitias uxorem ducit, nubit ipse, non illa: quem imitatus Martialis ait, Vxori nubere nolo meæ. Plato tamen de rep. iubet potentiores cum humilioribus iungi ad æqualitatem ciuium seruandam: quæ res Romæ inter patres ac plebem discordiæ quōdam causa fuit. EXEMPLA quoq; laudatarum plurima uetcribus prodita, earum mulierū præsertim quæ pudicitia fideq; in uiros polleret. Euadne Capanei, Alceste Admeti, Laodamia Protesilai, Penelope Vlyssis. Inter Romanas, Caia Tarquinij, Lucretia Collatini, Porcia Bruti, Sulpitia Paterculi, Aemylia Tertia Scipionis, Iulia Pompeij. Extraneæ etiam Sabinæ Teutonicæq; sub Mario. Vaticinio decoratæ, Thea no Metapontina, Themis, Manto, Cassandra Priami, Sibyllæ. Fortitudine Amazonum genus, Camilla Volsca, Hypsicratea Mithridatis, Artemisia Mausoli, Lacenæ, quæ uirorum obeunt munera sese in gymnasio, in bello, in uenatione exercentes, ut tradit Aelianus. Thomyris etiam regina, & uniuersæ Scytharum fœminæ. Semiramis Nini, Gatis Illyrica. Proximis uero seculis Margarita Henrici VI. Britāniæ regis coniunx aciem uiri deficiētem resti tuit. Et puella Gallica sub Carolo V. rege Gallorum regnum collapsum. Frugalitate Hispanæ, quæ teste Nicolao Damasceno iussæ sunt quotannis telas ab eis textas in mediū populis suis adferre, certorumq; iudicum sententia quæ plus laborauerunt magis honorātur. Habent præterea singulæ zonam uētri adligatam certa mensura, ne turpe aliquid admittāt. Post has Lydæ, quæ à flumine redeuntes urnam aquæ in capite gestāt, infantemq; sinistra, ac colū tenent nentes obiter, dextraq; loro adligato trahunt equum: ut author Aelianus. Gadiranæ à partu statim surgūt, ministeria domus obeunt. Liberalitate & hospitio insignes, Ebusa Paulina apud Venusiam, Bestia Appia apud Capuam. Thespiensibus Glycerium, Romanis Flora ex testamēto facto. Matronæq; omnes quæ aurū & ornatum cōtulerunt in ædem Apollinis dedicādam, quam Camillus ob captos Veios uouerat: & item bello Pu. II. ut author Li. Apud Hebræos uero Raab meretrix. Artibus insignes ac primū penicillo, Martia Varronis, Timarete Myronis, Aristarete Nearchi, Irene Cratini, pictorum filiæ simul & discipulæ. Literatura uero Corinna, Sappho, Aspasia Periclis, Leontium meretrix, Arete Chrysippi, Cleobulina Cleobuli, Zenobia Palmyreorum regina, Aedesia Alexādrina, Erophila Erythrea, Pamphila, Cleopatra. Inter Romanas Hortensia, Cornelia: Læliorum, Mutiorum, Liciniorumq; fœminæ omnes, ut author Quintilianus & Cicero. Præterea Pompeia Paulina Senecæ, Pollia Lucani. Inter nostras uero Catherina uirgo & martyr Alexādrina: proximo seculo Baptista Malatesta. Sed & magnorum quandoq; causa malorum fuere. Siquidē post Helenam Ilienſium fatum, Romæ Lucretia atq; Virginia bis statum immutauere. Octauia deinde repudiata ciuilis initium belli fuit. Vicinioribus uero tēporibus Luchini uicecomitis uxor, ob Vgolini Gonzagæ adulteriū, maximi Mātuanorū Mediolanēsiumq; causa belli extitisse memoratur. QVOD in summa nostrorū Senatusconsultum uideamus, Apostolus indulget, non imperat matrimoniū bonis: ociosis uero, aut libidine, aut auaritia, ambitione ue occupatis potius imperat: quum hoc præstet quàm nihil aut nō sancte agere. Ipsemet fragilitatē considerās ait: Volo adolescētiores nubere, iam multæ post Sathan abierūt. Et item: mulier seruabitur per filiorū generationē, si permānerit in fide cum castitate: quod ut ait Hieron y. minime præcepisset, nisi metus incontinentiæ causam addidisset. Nam bigamia ipse in euāgeliū feminis potius uituperat: à fructu quoq; tricesimo arcet, quum in bonā tellurē non cadat, sed inter uepres: quapropter illam uulpi inter eas latitāti cōparat: cui animali Herodē bigamū ac sceleratissimū ait dominū æquiparasse. Ambrosius item eam nec laudat nec uituperat. Filijs etiā ex bigamia prouenientibus haud esse feliciter sæpe cōspicimus. At primis nuptijs quanq; tricesima palma tribuitur, plures in his legimus & principes & priuatos persācte degisse, ac ingētibus uitæ meritis cum uirginibus cēteſimā adæquasse: aliquos lōgo tēmpore, nōnullos semper thoro abstinuisse: quosdā prolis tantū causa cōgressos, quorum etiam nōnulli regno liberis incolumi relicto, ita in delicijs citra delicias, pie, sobrie, castecq; agitarūt, ut aure obstructa per loca sirenarū transeuntes, ob terrenā substantiā nō amiserint æternam.

Exempla laudatarum fœminarum.

Paulus de matrimonio.

Hieronymus

Ambrosius

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX LIBERIS BONA MALA QVE.

PALAM est ignauos sæpe filios claris ortos esse parētibus, ut de Ciceronе legimus, Scipione, Herode Attico. Causam Aristoteles in probl. adfert. Mentem uiri præstantis magis à natura sensus carnisque remotam ac quasi suspensam, inopem ingenij conceptis genituram præstare. Contra uero claros ex ignauis, & improbis bonos sæpe genitos uidemus, ut tot sanctos uiros ex crudelibus & nefarijs. Plærunque tamen Græcum prouerbium solet euenire: κακὸν κόρακ' κακὸμ ὠόν, hoc est, mali corui malum ouum. Plato felicem dicit fieri genituram ex utrisque bonis, malam uero ex utrisq; malis. Bonam nanq; intelligit, ut in Politicis legibusq; disserit, ex concordi discordia prouenientem: ut uidelicet acriora ingenia mitioribus copulentur, uehementiora remissioribus. Talia in Zodiaco signa masculina fœminis conjugata conspicimus: sic luna cum sole, Venerem cum Marte: sic & in harmonia acutum cum graui. In VI. etiam legum utrunq; sobrium esse in coitu iubet, ut sobrius extet partus. Tradit Aristoteles in Politicis, parentes liberis domi, non ut dominos seruis, sed legitimi regis more qui patrem refert, imperare debere. Liberos uero eos tanquam deos colere ac uereri oportere. Hieronymus se comperisse ait apud Delphos tria hæc fuisse scripta. Deos colendos, parētes uenerādos, & à carnibus abstinendum. Theophrastus. Oportet ante omnia dijs non tam multa quàm frequenter & pie sacrificare. Deinde parentum alere senectutem eorumque consilijs uitam accommodare: qui autem hæc neglexerit, contra naturæ & iustitiæ leges aget. Vxoris igitur & filiorum curam suscipiendam, ut ab ipsis in senectute uices recipiamus. Menander. εὐδαιμονία τοῦ παιδὸς υἱὸς νοῦν ἔχων. uerba sunt ferè libri Sapientiæ. Lætitia patris filius sapiens. Cheræmon. γένοιτό μοι χάριτας ἀποδοῦναι πατρί. Liceat mihi gratias parenti reddere. Pythagoras in aureis carminibus. τὸν γονέας τίμα, τοὺς ἐγγύς ἐκγεγαῶτας. Ipse parentes, atque tuos uenerare propinquos. Agatho. ὡς ἡδὺ πᾶσι φυσάντων πείθεσθαι τέκνα. Quàm dulce genitoribus filios obtemperantes habere. Anaximenes. τί γὰρ δικαιότερον ἢ τοὺς γεγηρακότας τῶν πολιτῶν ἐκ παντὸς αἰτίους ἀντευεργετεῖν; Quid iustius quàm generationis & eruditionis authores remunerare? Isocrates. τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονέας, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς παῖδας. Talis esto erga parentes, quales erga te futuros esse cupis liberos tuos. Huiusce modi enim in parentes pietatem, tum sustentationem Græci θρεπτήρια uocant. Hinc apud Homerum adolescens in bello cadens queritur non potuisse threpteria, id est merita nutritionis reddere. Traditur mulieris exemplum apud Valerium, illius quæ parentem in custodia fame necandam clam ingressa ubere alebat. Sed & feras hæc charitas excitat: ut apud Aelianum Ciconiæ parentes in senectute alimentis sustentant. Parentum interfectoribus nullam priuatim pœnam maiores statuerunt (ut inquit Cicero) quod non sana mente hominibus id accidere putassent. Alcmeon & Orestes matricidæ ambo in furorem uerti traduntur. P. Malleolus teste Liuio LXVIII. matre interempta primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est. IGITVR hic felicitatis humanæ censuram agere licet, qua nulla maior in terris liberorum successu putatur. Hac de causa Metellus felix appellatus, à quatuor filijs Consularibus elatus. Diagoras Rhodius ob duos Olympionicas filios. Mater quoque illa Ro. quæ lætitia cōcidit, ubi filium redeuntem quem apud Cannas interfectum acceperat, adspexit. Quibus ego prætulerim felicem miseriam matris, quæ VII. liberos sub Ptolemæo rege iussos edere porcinā, moriētes pro patria lege cōspexit. Et alterius nomine Felicitatis, quæ totidem filios ad supplicium rapi non solum uidit, sed adhortata est. Numerum uero nō addere prosperitatem Priamus est exemplo, & post cum Artaxerxes Mnemon CXV. susceptis liberis, quorum magnā partem ei insidias parantem de medio sustulit. Proximis quoq; temporibus Barnabas Vicecomes XXX. relictis, quorum nemo regnauit. Verum numero cunctos superauit Cōradus, qui ante hos annos decessit ex regia Poloniæ domo Masouiæ dux LXXX. susceptis: ex quibus tantū quatuor legitimi, supstites uero paulo plures. Vnā ego Thyestea domū nostra ætate referā Frācisci Bufali ciuis Ro. nobilis ac prædiuitis, qui duos filios mutuis uulneribus se petētes uidit, totidē ob seditionē securi percussos: aliū nouercā interficientē, filiā uero apud uirum sese ueneno necantē. Ex quo Euripides ait bonū esse ignorari, carere liberis: qd' sanè uerbū noster Bern. usurpauit: causam ambo uiderūt, qp ob liberos sæpe mœremus, sæpe inuitū, sæpe inhonestū aliqd facere cogimur: ualdeq; his adhuc uersari uidentē qui intuēdæ ueritati cœlestiq; amori se totos tradidere: alioq; si cupiditatibus adhuc

De genitura

Apud Delphos tria scripta.

P. Malleolus

Threpteria

Mater Maccabæorum.

Fœlicitas

ūdhuc ardemus liberorum, sane cupiditas cunctis inter mortales esse honestior uidetur, magnáq; merces rempublicam Christianam augere, populis per prolem consulere. Ea de causa Lacedæmonij iura trium liberorum habentes militia uacabāt, per quatuor uero etiam libertatem adsequebantur. Quod & Romani ex parte postea sunt imitati. Florentiæ uero nunc duodena uir prole ab omni immunis uectigali efficitur.

DE PARENTIBVS ERGA LIBEROS

MOX de indulgentia patrū. Compertum quemadmodum efferatiora animalia, ut ait Aelianus, sunt magis philotecna, id est, filiorū amātia, ut Tigris, ursa: eadem & hominum ratio. Praui crudelesq; uiri, ac natura iniusti charitatem erga liberos, præter alios maximā retinēt. Causa est qp humana natura quæ amore uacare nō potest, fecq; suáq; eo uehementius diligit, quo per iniustitiā & iniquitatem magis expers charitatis in cæteros fuerit, quam totam in se retinet. Viri autē boni quo meliores eò comiores ac in omnibus moderatiores: tum ita adficiuntur, ut eorum causa ab honesto non discedant. Improbi uero cum nihil pensi habeant, nihil eis potius quàm liberorum gratia sceleri omni rapinæq; inseruire. Quapropter indulgentiores etiam sunt, eis omnia permittētes nulla seruata disciplina. Heli legimus de sella retrorsum cecidisse, qp filios ollas deuorantes nō ab se expulerit. At cōtra bonorū plura seueritatis in filios exempla sunt: apud Romanos Brutus & Torquatus, & alter Torquatus, qui Silanū filium publice accusatum damnauit. Apud Græcos Epaminondas uictoris etiā filij interfector: & Zaleucus Locrensis qui ob seruādas leges oculum filio extudit. Hac demum de causa Romani suos liberos fratribus educādos dabant, qp apud eos & charitas esset generis, & indulgentia paternæ nimiæ dilectionis abesset. Cicero pro Cœlio. Fuit in hac causa pertristis quidā patruus, Censor, magister obiurgauit. Hora. Ne sis patruus mihi. Persius. Quū sapimus patruos. August. de Vid. Nec ideo laudo qp liberos habes, sed quod eos uirtutibus erudire studes: ut enim tibi nascerentur, fœcunditatis fuit: ut uiuerent, felicitatis: ut bene educarentur, uoluntatis.

Heli

Torquatus

Zaleucus

De seruis commoda & incommoda, & quomodo manu mittebantur.

CAIVS Marius qui uitas scripsit Imperatorū, ait eos omnis probos fuisse principes, qui quanquam ipsi mali, probos apud se libertos ac seruos administratores haberent. Contra uero bonos natura principes, nequaquā bene regere ubi malis rem cōmitterent. Quod etiam proximis accidit temporibus: Bonifacio IX. & deinde Eugenio IIII. & Calisto III. sedentibus optimis uiris omnia pessumibat. At sub Paulo postea, nequaquā cum illis uita cōferendo, quod Marcus S. Marci Cardinalis cuncta disponeret, omnia melius. Menander ait. ὅταν τύχῃ τις καλῷ οἰκέτῃ, οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον ἐκείνου. Cum quis incidit in seruum bonū: nulla est possessio melior. Duo sunt senarij, Euripides quoq; ait. Magis seruū oportet habere sapientē, cq; ut ipse sapias. Bias bonos omnis quanq; seruos liberos esse dicebat. Improbos & si liberi sunt, seruos esse multarum cupiditatū. Aristo. eos esse seruos in rep. qui inscitia rerūq; ignoratione tenentē: qui uero ingenio præstāt, naturaliter dominos. Insuper nōnullorū fides egregia memoratē. Paduanos quondā dominos teste Val. ob imperatā à Pollione pecuniam latitātes, proposita libertate qui ;pdere ueller, ne unus quidē inuētus. M. Antoniū oratorē accusatū stupri seruus captus minime prodidit. Ex quo Plau. ait, Superbū esse decet fidelē seruum apud dñm suum. Populus Ro. in Clade Cannēsi captos redimere nullo modo uoluit: cumq; in summā pœnuriam esset redactus, ergastula soluit, seruorū XI. milliū auxilia quæsiuit, ciuiū contempsit, & existimauit eos potius tueri libertatē qui nunq; habuissent. At contrā ex infidelibus multa incommoda. Volsinienses cū seruos temere omnes manumitterēt, ab eis postea oppressi sunt, multaq; indigna passi: quibus auxilia petentibus missus Decius Muræna libertinos omnis partim necauit, partim dominis in seruitutē pristinā restituit: ut author Cæcilius. Seruile bellū in Sicilia terrorē Romanis attulerat, nisi celeriter p Perpennā. & rursus renouatū p M. Aquilianū confectū fuisset. Euripides. οὐκ ἔχθρὸς ἐχθροῦ μείζων, οὐδ' ἐπίκτησις κακίων, οὐδ' ἀνωφελέστερος οἰκέτης. Domi nullus maior inimicus, neq; peior possessio, neq; inutilior seruo. Democratus. ἄβλος ἀναγκαῖον, οὐκ ἀδύ. Seruus necessaria possessio, nō autē dulcis. Plau. in Pseudulo naturas eorum eleganter expressit his uerbis. Plagigera hominū genera, quorum haud quaisq; in mētem uenit ut recte faciant. At cum est occasio data, tene, clepe, rape: hoc est eorū opus, ut mauelis lupos apud oues relinquere, cq; hos domi custodes. Plato de legi. Nimia seruitus

Decius Muræna.

& libertas omnino mala, Moderata uero utraque bona. Exemplo nobis dij sunt qui inter se utrãq; mediocriter exercent. Cicero. Dignitate domini minus turpis est fortuna serui. Stultum est in eum locum scientem uenire, ubi libertatẽ sis amissurus, ut Platoni in Sicilia contigit, & Callistheni apud Alexandrum. Demetrio item Phalereo in Ægypto. In manumissione autem seruorum, ut ait Plutarchus in libello de ijs qui sero puniuntur à deo, festucã eorum corpori inijciebant. Plautus in milite. Quid ea ingenua an festuca facta, serua an libera. Præterea circumagebantur, ut cum ostenderentur liceret eis agere pro suo arbitratu. Seneca in epistolis. Non differtur in diem qui se philosophiæ subijcit, statim circumagitur, id est, liberatur. Manumittebatur autem à Prætore, cui seni lictores apparebant. Persius. Non in festuca lictor quem iactat ineptus. Pileo insuper ornabantur & uindicta, undæ uindiciæ. Sumebant patroni nomen: ut author Artemidorus Ephesius de seruorum consecturis. Tertullianus quoq; in libro de resurrectione, Seruos patroni nomine honorari dicit.

Seruorũ manumissio.

QVOMODO SERVI SEV MINISTRI TRACTANDI

PLATO de legibus, Seruos ait minus adficere cõtumelijs debemus quàm pares, quod illi recompensare iniuriam, aut uindicare se nequeant. Deinde ob metum & obscuritatem magis iustitiam colunt. Quapropter in iudicio eorum castigatio fieri debet. Aristoteles in Politicis seruorũ misereri oportere ait, quod quanquam ingenioſi natura, minis assiduis & continuo metu uim ingenij consiliũq; amittunt. Seneca in epistola xlvij. plurimis uerbis cõmendat eos qui familiariter cum seruis uiuũt, illosq; & confilijs & sermonibus tum mensæ adhibent, ac tanquam cõtubernales putant, & humiles amicos: uituperatq; eorum adrogantiam qui prouerbium hoc iactant, totidem hostes domi habemus quot seruos. Nõ enim hostes inquit habemus, sed facimus: dum magis timeri, quàm coli uolumus: dum eis ut iumentis utimur, & immoderate imperamus. Sic igitur cum inferiore uiuamus, quemadmodum nobiscum superiorem uiuere uolumus. Seruorum nomen bellorum quondam leges attulerunt, ubi capti essent. Nũc autẽ dei benignitate ac prouidentia omnes liberi ac fratres in Christo sumus. Sed quid dicã de nostri seculi impudẽtia? quando non solum reges, sed sacerdotes ministros domi seruos appellãt, moreq; mancipiorũ tractant. Inter quos uiri sunt quandoq; doctrina ac moribus præstantes: tum etiã Præsules, qui pares officio ac fratres à summo Pon. appellantur: insuper domini uocari pari ratione uolũt, dominationemq; iactant & profitentur: quæ quidem apud Latinos haud aliud quàm tyrannidem notat, quum maiores doctoresq; nostri patres olim dicerentur, appellariq; iuberent. Nam domini nuncupationẽ nõ solum Christianis diuinitus prohiberi, sed Romanis quondam rerũ dominis inuisam fuisse legimus, Augustumq; ita abhorruisse, ut ne dominũ etiam se uel à domesticis uocari pateretur. Dion quoq; Græcus author inter præcepta de principe, Cauendam ante omnia inter subditos huius nominis insolentiam dicit, patremq; potius & pastorem populorũ sese Principem uocet, more Homerici Agamemnonis quem ille ποιμένα λαῶν appellat. Quid igitur, nos quota portio? Verum quod magis ridiculum, heros famulosq; nunc dominos uocari nullo discrimine uidemus, quæ labes & adrogantia à Barbarorũ moribus in urbẽ potius quàm à Romana grauitate deducta. Sed tam duræ militiæ utinam esset emeritis locus aut digna expectatio. At si forte gratissime cum eis agatur, sacerdotia tribuuntur mercedis loco, spiritalemq; thesaurũ quæstui habent ac negociantur.

Prouerbium in seruos.

Contra dominationẽ.

DE PATRIAE CHARITATE

PATRIAE parentibusq; secundũ deum magnopere debemus, ac eis præcipue fruimur. Quapropter Homerus in Odyss. οὐδέμ' γλυκιον̃ πατρίδος, οὐδὲ τοκήων γίνετ', εἰ πὸ μάλ' ἄπο κλοδὶ πίονα οἶκον, ναίῃ ἀπ' ἀλλοδαπῆ ναίῃ ἀπανευθε τοκήων. Dulcius est patria nihil atq; parentibus usquam, Illi præsertim qui longe à finibus errans Forte domus propriæ, peregrina in sede uagatur. Idem. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθ περὶ πάτρης. quo etiam Cicero utitur in epistolis ad Atticum. Pro patria certare omen perfectius unũ. Euripides. μακάριος ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένῃ. Beatus qui felix in patria manet. Idem. Homini etsi mala contingunt, nihil dulcius tamen nutriente solo. Sophocles. οἴκοι μένειν δεῖ κ' καλῶς εὐδαίμονα. Domi manere oportet eum qui pulchre sit felix. Cuidam è Seripho Athenienſes patriæ ignobilitatẽ obiecerat. At ille, Mihi patria, Tu patriæ dedecori es: author Diogenes. Vlysses denicq; apud Calypso patriã prætulit immortalitati, quod Cicero usurpat in orationibus. At si uos qd patria uestra delectat Quirites, cuius est tãtus amor ut Ithacã uir præstantissimus,

præstãtissimus, nidulumq; illum adfixum saxis immortalitati prætulerit. Multi tamen extra patriam melius rem gessere: ut ait Medea tragica ad Corinthios, usurpatũ item ab eodem. Inter quos uiri præclari fuere qui domi tyrãnidem sponte fugerunt, ut Pythagoras Syloſontis apud Samios dominationem, ut Herodotus Lygdamum Halicarnassi tyrannũ, ut Dion Syracusanus Dionysiũ, ut Solon Athenis Pisistratum. Inter Romanos uero Marcellus Cæsarem, & Scipio populum ingratũ. Nunc exempla subijciam pauca eorum qui pro patria quandoq; priuatas posuerunt simultates. Plut. πῶς ἰδίων πολιτῶν πραγμάτων, scribit quod Cretinus Magnesius cum Hermia priuatas gerens inimicitias superueniente bello Mithridatico ascendit in concionem, consuluitq; Hermiam Imperatorem cõtra Mithridatem deligendum, eius uirtutes connumerando: se interim professus, iturum in exilium nequid tumultus ob eorum discordiam oriretur: quod si ipsum Cretinum mallent, Hermias exularet. Hoc audiens Hermias permotus inimici modestia, libenter ei sponte cessit, atque in exilium abijt. Romæ quoq; ut author est Cicero de prouincijs cons. M. Lepidus Pon. Max. cum M. Fuluio Collega aliãs inimicissimo, statim Cæsor cum eo factus rediit in gratiam, ut commune officium communi uoluntate defenderent. P. Seruilius & M. Lucullus priuatas simultates in administratione reipub. reliquerũt. Tyb. Gracchus Gracchorum pater, L. Scipioni, cui & fratri Africano erat inimicus, triumphanti auxilio fuit.

Exempla
Cretinus Magnesius
M. Lepidus
M. Fuluius
P. Seruilius
M. Lucullus
T. Graccus
L. Scipio

DE FELICITATE OPINIONES

FELICITATEM aliã aliĳ suopte ingenio iudicauere. Aristoteles in X. Eth. in uirtute primũ, adiunctis corporis externisq; bonis. Stoici in uirtute tãtum. Epicurus in uoluptate quæ tantum dolore careat. Aristippus in corporis uoluptate: quos omnis commemorat Cic. de Fi. Socrates felicitatem appellabat ἀδονὴν ἀμεταμέλκτον, id est, uoluptatem absq; pœnitentia. Felices autem quibus mens bona & ratio fuisset. Diogenes autem uere lætari, nec unquam ullóue loco aut tempore mœstum esse, animumq; semper in quiete & hilaritate continere. Iamblicus, Quod deo simile sit, perfectum, simplex, purum, exemptumq; à malis humanis. Hippodamus Thurius. Eam non sine uirtute: uirtutem uero nõ sine habente rationem. Selerius, Sanum quidẽ esse, homini mortali ante omnia putat. Deinde, hominẽ esse bonum. Tertio, ditescere sine dolo. Quarto, florere cum tibi charis. Theognes. Dulcissimum est, eo modo se feliciter habere quo quisq; cupit. Idem. οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν οὐδ' εὔχομαι, ἀλλά μοι εἴη πάρ ἀπὸ πρὸν ὀλίγῳ μηδὲν ἔχοντι κακόν. Non amo diuitias, nõ opto magna, sed adsint Parua, unde ipse queam uiuere & absq; malis. Sophocles. κάλλιστον ζῆν τ' ἔνδικον πεφυκέναι, κἄσον δὲ τὴν ἄνθρωπον, κἄλιστον δ' ὅτῳ πάρεστι τὸ μὴ ἑκὰν καὶ ἡμέραν. Pulcherrimũ iustum esse genitũ, Optimum uiuere hominem, Dulcissimum delectatione adesse eorũ quæ quis quotidie cupit. Idem. Εὐδαίμονες εἰσὶν οἱ κακῶν ἄπειροι ἀεί. Felices sunt qui semper malis uacant. Callimachus. οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσατη ἀνδρὸς ἀέξει. Citra uirtutẽ res nullum extollere nescit. Menander. Beatus qui diuitias simul cũ mente possidet, quibus pulchre in his tantum quæ oportet utatur. Idem. Infortunatus natura credulus est: semper enim proximum sapere magis putat. Idem. ἔξωθεν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν, τὰ δ' ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποισι ἴσοι. Qui extrinsecus uidẽtur feliciter agere, intrinsecus sunt omnibus hominibus similes. Idem. πάντα μὴ προσδοκωμένοις ἕκασιν φέρει. Cuncta non expectantibus adferunt admirationem. Heraclitus. ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. Mos homini numen. Xenophon. Felicitatẽ puto multa possidere & erogare. Democrates. εὐτυχὴς μὲν ὁ ἐπὶ μεγίστοις χρήμασι εὐθυμούμενος. δυσυχὴς δὲ ὁ ἐπὶ πλείστοις δυσθυμούμενος. Felix qui ad moderata diuitias bene optat. Infelix qui ad plura & superuacua, male optat. Menãder. Qui nihil adfert in uita boni, hic minime felix. Idem. μικρὰ γὰρ ἀπαρχὴ βίος κακῶς ἠρότη. Parua est occasio qua quis male rem gerit. Eurip. senarius VII. probe mõstrat fragilẽ huius uitæ felicitatẽ. πᾶς εἷς τὸ μηδὲν ἥκομεν φροὐμάτος τοῦ πρὶν σεσέντες, εἶτα λῆρ' ὀγκόμεθα, ὁ μὲν βίος ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασι, ὁ δ' ἐν πλίναις τιμίοις κεκλιμένῳ. τάδ' οὐδὲν ἄλλ' ὡς φροντίδων βυλεύματα, γλώσσης τε κόμπει. κἄνος ὀλβιώτατος, ὅτῳ καθ' ἡμαρ τυγχάνει μηδὲν κακῶς. Quàm miseri ex fastu ad nihilũ reuertimur bonis forte amissis. Quid ergo tumidi amamus: hic quidẽ in superbis domibus, alius inter ciues honoratus aspicit? Cũ inaniũ hæc tantũ curarum cõmenta sint, & linguæ fastus, Ille beatissimus, cui mali quotidie nihil cõtigerit. Seneca. Ad tuendã ex fortuna felicitatem, alia felicitate est opus, & pro ipsis uotis uota nũcupanda. Ciceronis de Fini. aurea uerba subnectã, Omniũ rerũ principia parua sunt, sed suis progressibus augẽtur. Virtutis enim beatæq; uitæ, quæ duo maxime

Felicitas

Ciceronis aurea uerba.

expetenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

expetenda sunt, serius lumen apparet: multo etiam serius ut plene qualia sunt intelligantur. Præclare enim Plato beatum ait, cui etiam in senectute contigerit, ut sapiẽtiam uerasq; opiniones adsequi possit. Plato autem in Philebo summum bonum ex sapientia & uoluptate compositum ponit, quorum subiecta sunt intellectus & uoluntas: ex his uero intellectum sapientiamq; ut adfectuum moderatorem præferre uidetur.

DE AVTARCIA ET VERA FELICITATE

NONNVLLI in ea quam Graeci αὐτάρκειαν uocant, id est, in ea uita quæ tantũ paruo & necessario cõtenta sit, felicitatem ponunt. Inter hos sunt qui procul ambitione in agro uiuunt: ut ait Horatius. Beatus ille qui procul negocijs, Ut prisca gens mortalium, Paterna rura bobus exercet suis. Et Vergilius. O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis Fundit humo facilem uictum iustissima tellus. Pindarus in eadem est opinione his uersibus. τὰ γίγνται δ' εἰλᾷ ὅλεθρον ἄρδμ' ἡσυχέων κτεάτεσι, καὶ εὐλογίαν πλουσίοις, μὴ μαθέυσιν θεὸς ἠρύσαι. Sanam si quis substantiam amauerit, ac necessarias uitæ possessiones, adita boni nominis fama, Is nec deus esse quærat. Omnes quidem Metellum illum ac Syllam, qui ambo felices dicti sunt: præterea Augustum ad hanc censuram uocant: sed si uerum facere iudicium uolumus, mortalium nemo est felix, quum tantulus dolor, quo nullus uacare potest, cum omni uoluptate præterita non sit compensandus. Sed fac ut uacare possit: dum se profecto mortalem quisq; sentit, nec perpetuo bonis fruiturum, facile cõtemnit omnia: ut ait Hieronymus. Quapropter nos Christiani aliam expetimus felicitatem, eam uidelicet quæ ab Ambrosio de officijs ponitur. Beatam inquit, uitam efficiunt tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ. Augustinus autem de doctrina Christiana. Beatitudo est diuinitatis perfecta scientia ac contemplatio. Idem super Genesim. In ipso autem homine nunc lætitia quædam conscientiæ paradisus est. Idem de Sp. & be. Tanta est conditionis humanæ dignitas, ut nullum ei bonum nisi summum sit satis.

Mortaliũ nemo felix.

DE FORTITVDINE iam par erat ex lemmate præsumpto me dicere, si extra triuium aliquid expiscatus fuissem: uerum unam tãtum eius partem ac potissimã attingam, quæ in laboris dolorisue tolerantia consistit: ac uiri est proprie, ut ait Bion in Bucolicis. μόρφα θυλητίῃ πέλῃ κάλον, ἀνέρι δ' ἄλκα. Forma decus fragili sexu, roburq; uirili est. Heraclides Lycius, ut scribit Philostratus in uita Sophistarum, unum librũ laudibus laboris dicauit, sine quo dicebat nihil in rebus humanis frugiferum geri posse: adeoq; probari, ut cassus etiam labor (modo non uitiosus) sit ocio ac delicijs anteferendus. Quid autem inter utrunque intersit, Xenophon Commentario secundo probe indicat, ubi Herculem Prodicium inducit de uitæ genere deliberantem: ac inter cætera dicit, nullam esse ueram uoluptatem citra laborem. Nam si somni aut cibi aut potus appetitum præuenias, nihil dulce sentiri: Labore autem exercitatis omnia dulcius suppeditari. Ex quo Socrates dum corpus ambulando seu quiduis aliud agendo exercebat, obsonare famem dicebat: quod item nostris religiosis ante cibum præceptum est. Idem opus conferre dictitabat ad hominis bonitatem, ocium uero ad uitium. Bonos igitur in opere esse quanquã ociosi uiderẽtur: Improbos autem, qui aut alea aut opere aliquo turpi siue etiam plus æquo ambitione seu quæstu occupati apparẽat, ociosos esse. Idem cum laboraret circa citharam, dicenti cuidam: Iam senex discis? respondit, κρεῖττον ὀψιμαθῆ εἶναι ἢ ἄμαθῆ. Id est, præstat tarde discere quàm nunquã. Lassus Hermioneus interrogatus à quo sapientiam didicisset, à labore & experientia inquit. Diogenes aiebat, Medeam non Pharmacidã, sed sapientem fuisse: ea siquidem homines delicijs corruptos, in Gymnasijs & pyriterijs per exercitationem interpollabat, ac laboribus robustos reddebat. Inoleuisseq; opinionẽ quod ex alieno recoctos elixatosq; iuniores restitueret. Pythagoræ quoq; sentẽtia fuit, legẽdã esse ab initio uitã optimã ac laboribus quàm maxime exercitatam, quã consuetudo paulatim ex aspera dulcẽ redderet. Laborẽ nanq; uoluptatẽ quoquo modo semper comitari. Si bona sit uoluptas,

uoluptas, ille præcedit. Si autẽ mala, labor subsequitur. Musonius. Cum sæpe pro uoluptate & pecunia aut alia re, nulla cũ laude labores maximos subeamus: quid mirũ si pro gloria, pro æquitate eosdem adeamus, exemplo cornicũ & gallorũ, qui quanquã rationis expertes, adeo pro gloria certant, ut ad extremũ spiritũ inuicem pugnent? Eusebius. Corpus uitiũ corrumpit, animũ uero earũ rerum negligentia que ad diuinã faciunt contemplationem. Hactenus philosophi. NVNC poetæ. Epicharmus. τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί. Laboribus omnia nobis dij uenditant bona. Euripides. τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων θηρᾶν ἀνάγκη. Fortunas ex laboribus uenari oportet. Idem. πόνος, ὡς λέγεις, εὐκλείας πατήρ. Labor ut dicis gloriæ pater. Idem. τῷ γὰρ πονοῦντι θεὸς συλλαμβάνει. Laborantes deus adiuuat. ἡ δ' Ἀρετὴ βαίνει διὰ τῶν μόχθων. Virtus per ærumnas uenit. Idem. Labor solus citra fortunã sumptus (ut in prouerbio) mortales adhuc minime adfligit. Labores audẽt boni, timidi nihil unq; adsequũtur. Ex laboribus gratia prouenit hominibus. Nullo modo quis citra laborem felix esse, neq; gloriam adsequi ullam nihil agendo potest. Ex qua Euripidis sententia Ciceronis est illud prouerbiũ. Omnis laus in actione cõsistit. Idem. Ἀργὸς οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἐν δαὶ σόμα, βίον δ' ἄνατ' ἐν συλλέγλμ ἄνδυ πόνων. Ociosus nullus, quanq; deos habens in ore, uictum sine labore parare posset. Sophocles. μοχθῆν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν. Laborem subire oportet eos qui sibi feliciter esse uolunt. Idem ἀπ' αὐτο ζητοῦντες εὑρίσκει πόθον. Desiderium ex ipso quærente inuenit. Idem. Θεὸς δ' ὅτῖς ἀργὸν σῖν οὐ φίσαται. Deus ociosis nõ adest. Menander. ἅλῶτα χρὴ πᾶν ἐπὶ μελίαν πόνῳ ἄπαντα. Cuncta & labore & diligẽtia deprehẽdi possunt. Idem. Ἀργὸς ὑγιαίνων τῷ πυρέττοντι πλὴν ὀδὶ ἀθλιώτερος, διπλάσια γὰρ ἐδίει μάτην. Ociosus qui ualeat longe miserior est febricitãte: quippe qui duplo plura cibaria frustra cõsumit. Idem. Nullã omnino rem oportet uiris desperare benefaciẽtibus. Philemon. Quàm mihi dulcia sunt priora mala. Nisi enim tunc laborassem, nunc minime gauderẽ. Alexis. Cuncta ab initio dij hominibus monstrarunt: uerũ diligentibus & inquirentibus melius patent. Democrates. οἱ ἑκόσιοι πόνοι τῶν θεῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφρότερον παρασκευάζουσιν. Labores uoluntarij inuoluntariorũ tolerantiam leuiorẽ præparant. Hesiodus. ἐσθλὸν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖν, καὶ θαμὰ τοῦθ' ἕρδοις. τάχα κεν μέγα καὶ τὸ ῥέζοιτ'. Si modico iugiter modicũ superaddere perges: Nempe breui magnus surget tibi tẽpore aceruus. Idem. πολλὰ δ' ἀορτὸς ἀνὴρ κενεῷ ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων, κενὸν ζωρ βιότοιο κακὰ προσελίξατο θυμῷ. Spem uanam ignauus nihilum dum spectat agẽdo, Indigus adspexit mœrens mala plurima uitæ. Idem. τῷ μὴ τοι κακότητα ϹΌλαδὸν ἔξῃ ἐλεύσῃ ῥηϊδίως, ὀλίγη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει. τὴν δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν, καὶ τραχύς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' ἐς ἄκρον ἵκηαι, ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα. Ad uitium facilis uicina q; semita cũctis Panditur: at uirtutis iter posuere remotũ Cælicolæ, durum q; prius, sed uertice summo Dum fuerit, planum se offert quærentibus illud. In eandem quoq; sentẽtiam litera Pythagoræ describitur in forma Y. Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni Humanæ uitæ speciem præferre uidetur. Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem, Angustũ primo, sed late in fine patẽtem. At læua ad uitium tendens, perducit in arctum. Sed Latinos attingam. Ennij uerba pulcherrima ad hoc propositũ scribit Gellius, quæ in choro Iphigeniæ scripta dicit. Ocio qui nescit uti, plus negocij habet quàm cũ est negocium in negocio. Nam cui quod agat cõstitutum est, nullo negocio id agit, sed ibi mentem & animũ oblectat suum. Idem author uerba ex Catonis oratione ad milites refert. Mementote si quid unquam recte per laborẽ feceritis: labor ille cito à uobis abscedit: benefactũ autem semper remanebit. Si quid uero nequiter per uoluptatẽ, uoluptas repẽte abibit: nequiter illud factũ apud uos semper extabit. Virgilius. Labor omnia uincit. Cicero. Ad omne officium cõtentio animi est opus. Idem pro Archia. Nullam enim uirtus mercedẽ laborũ pericul orumq; præter hanc laudis & gloriæ desiderat: qua quidẽ detracta, quid est quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo tantis nos laboribus exerceamus? Certe si nil animus præsentiret in posterũ, nec tantis se laboribus frangeret, nec tot curis uigilijsq; angeretur. Nunc insidet quædã in optimo quoq; uirtus, quæ noctes atq; dies admoneat, non cũ uitæ tẽpore dimittendam cõmemorationem nostri nominis, sed cũ omni æternitate adæquandam. In sacris item libris Salomon pigris exemplum ac prouidentiam formicarũ proponit. Dauid. Tu domine laborẽ & dolorẽ cõsideras. Dominus uero ipse eum qui talentũ per ignauiã & desperationẽ fodit, & ociosos in foro stãtes, & uirgines dormitãtes reprehẽdit. Greg. in M. Sicuti in malis præsens securitas parit dolorẽ: sic in bonis præsens labor ꝓpetuã inducit securitattẽ. Et alibi pulcherrimus

Litera Pythagoræ.

Verba Enniꝰ in choro Iphigeniæ scripta

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulcherrimus eius locus. Desidiosus, inquit, sæpe ingenium accipit, ut iustius negligentia puniatur, quod scire cõtempserit quæ sine magno labore adsequi poterat bonitate naturæ. Contrà uero studiosus tarditate punitur, ut eo maiora præmia ferat, quo magis laborauerit. Denicq; Sophocles, Plato, Isocrates, Hieronymus etiam noster, & alij complures qui diu uixerũt usq; ad extremam senectam scribentes, labores subierunt, finemq; discendi cum uita fecerũt. Ad quam rem multũ faciet alienæ imitatio uirtutis. Nam quisq; bonus aliena gloria magis excitabitur. Thucydides puer quum audisset Herodotum senem suam historiam recitante, collachrymasse dicitur. Demosthenẽ fabrorum antelucana diligentia excitare solebat. Themistoclem Miltiadis tropæa somnum capere non sinebant. Alexander Achillis, Cæsar Alexandri conspectis tumulis, laudis æmulatione ingemuisse feruntur.

DE OCIO.

Duplex ocium.

OVVM duplex sit ocium, illaudatum & laudatũ, primum uoluptariorũ & ignauorum est, aduersumq; labori, cuius supra mentionem feci. In quo uiuentes Seneca stultos uocat, semperq; uiuere incipiẽtes. Talem dicit Vaciam illũ fuisse, qui ruri in desidia agebat. De hoc item Greg. in past. ait. Plerũq; piger dum agere necessaria negligit, quædam supra se difficilia proponit, quædam uero incauta formidat: & dum quod iuste metuatur inuenit, ostendit quod in ocio iuste torpescat. *Ocium laudatum.* Alterum ocium laudatum, literatorũ est ac contemplantium ueritatẽ. De hoc Cato dicebat, uiro nobili quemadmodũ negociũ sic & ocij rationẽ extare oportere. Hoc item Seneca in epistolis amplectendum suadet honesto ac prudẽti uiro, quò ex actionũ tumultu tanquam in portum se tãdem recipiat: ubi sese primũ, deinde humana pariter ac diuina dignoscat. Nam semper negociosis, inquit, tempus furtim labitur: & hos esse qui ambitione uel auaritia iugiter occupati, breuitatẽ temporis querũtur, & improuisos se ad mortem trahi, nihil omnino uixisse putantes. Aristoteles in libro de anima inquit, animã sedendo & quiescendo fieri prudentiorem. Plutarch. Sapientem decet quietem & ocium in scientiæ & prudentiæ exercitatione ponere. Non dico eam uenalem ac forensem, sed maximam quæ nos deo cõiungat. Socrates dicebat ita instituendam esse uitam, ut ex te, non ex alijs uoluptatem capere possis. Euripides, ὁ πλεῖσα πράσσων, πλεῖσα ἁμαρτάνει βροτῶν. Qui agit plurima, plurimum peccat. Quod ambitiosis & auaris maxime accidit. Ea demum ratio, quod improbi probis rerum experientia simul & solertia præstant: quam enim quis diligit artem, in hac se libenter exercet: quã uero exercet, hanc & probe nouit. Denicq; ex Augustini sentẽtia in lib. de ciui. nemo bonus negocium quærit, nemo improbus in ocio cõquiescit. Ocium, inquit, sanctum quærit charitas, negocium iustũ suscipit necessitas charitatis: quã si nullus imponit, percipiendæ uacandum ueritati. *Contemplatiua uita.* Gregorius in Ezechielem. Cõtemplatiua uita est charitatẽ dei ac proximi tota mente complecti, ab omni terrena actione quiescere, soli desiderio cõditoris omnibus posthabitis curis inhærere. Idem in eodem loco triplicem eius gradum ponit. Primum quum se ad se colligit: alterum ut se collectũ qualis est uideat: tertium ut supra semet insurgat. Idem. Sicut enim grauioris est culpæ, inter bonos improbũ esse: sic maioris fuerit laudis, inter improbos bonum se præstare. Idem in Reg. Quanto quis in rebus mortalibus occupatior, tanto à deo remotior. Isidorus de summo bono. Quanto quisq; curis maioribus occupatur, tanto magis uitijs premitur. Mundi enim amatores non solum stulti ex eo quod infima pro summis appetant, uerumetiã miseri quod ea cum ærumnis consequantur. Bernardus. Ocium est uacare deo, imò negociũ negociorũ, ubi nullum admittitur ocium. Seneca in epistolis. Crede mihi, plus agunt, qui nihil agere uidẽtur. Necessarium tamen huiuscemodi uiris Aristotelis sententia, rerum administratorẽ aliquem prope habere, qui res obeat ac curet: ut Socrates Critonem, Epicurus Metrodorũ, Apollonius Damidem. Ipse quoq; dominus noster Iudam negocio præfecit. Apostoli item alios alij. Vt autẽ monachos attingam, Origenes Ambrosiũ, Hieronymus Cromatium habuit. Bernardus fratrẽ Viterbij defunctum deflet, ut paternæ domus præsidium, curarumq; suarum leuamen. Denicq; Franciscus Helia suo quanquam fatigioso, ob rerum experientiam carere non poterat.

Quid ab ocio honesto retrahit, quidue inducit: & de solitudine.

SED ut facile uidemus, ab hoc ocio multos præstanti ingenio repellit metus amittendæ dignitatis & existimationis, quam negocium nutrit & auget. Quapropter Cicero & ocium cum dignitate, & negociũ sine periculo, in procœmio de oratore exoptat,

exoptat, duo quasi difficilia. Et Virgilius ex eadẽ causa suum ocium literarũ ignobile appellat. Ad idẽ rursus ociũ plericq; ob calamitates inducũtur, ut accidit inprimis Ptole. Philadelpho, q cũ podagra diuturnoq; morbo laboraret, ad fouẽdas artes liberales se cõuertit: accersitis undiq; ingenijs, & bibliotheca illa nobili cõstituta. Hieron itẽ Syracusan⁹ tyrãnus in gra uem incidens morbũ, uocatis Simonide, alijsq; poetis, philosophari cœpit. Aphricanus maior post accusationẽ illam relicta reip. cura se in Liternũ recepit. Nõnulli uero naturali quadam philosophia res humanas perosi, ut Diocletianus & Maximianus principes, rem nouam ausi, relicto imperio in uitam se priuatã redegerũt. Vt & mea ætate Amurathes Turca ex Othomanis, pater Mahumetis, qui Cõstantinopolim cepit, relicta penitus filio regni cura. Religionis autem & Christi causa innumerabiles, inter quos Lotarius Caroli Magni nepos: item Petrus Angliæ rex, qui dimisso suis regno Romam uenit, ubi in paupertate priuatus uixit. Duces quoq; Venetorũ nonnulli, ut in eorũ historia narraui. Ex Pontificibus uero Cœlestinus V. sese penitus abdicando. Ex Cardinalibus ipse Hieronymus, quãdo inter hos iam uulgo receptus est. Præterea Petrus Damianus, proximis quoque annis Ardicinus Delaporta Cardinalis Alerien sis iam grandis natu, qui signandis libellis præerat, relictis statim omnibus, Hetruriæ se cœnobio addixerat, si per Innocentiũ VIII. qui eum paulopost reuocauit, licuisset. Sunt qui hanc secessionẽ in media ambitione ac magistratu aggredi sunt ausi, ut proxime cõtigit Eugenio IIII. qui Aloisio patriarchæ uiro solerti rerũ cura delegata, sese totum literis tradiderat: quod minime laudi tribuendũ. Qui enim huiusce modi sunt animo, subesse potius q̃ præesse debent: sed gloriam expetunt, gloriæ tamen pondus ac fastidiũ detractant. *Ptole. Philadelphus* *Hieron Syracusanus.* *Diocletianus & Maximi.*

Solitudo

Solitudo igitur huic uitæ generi necessaria, cui nõnulli agrũ delegerunt. Menãder. Ἀρίστου ἀρετῆς καὶ εἰσὶ διδάσκαλος ἐλευθέρα ἄσχολία. Et uirtutis & uitæ liberæ magister optimus est ager. Idem. πρὸς τὸ μισοπόλιν τοὺς φαύλους, ἡ ἐρημία. Quàm dulce improbos odienti solitudo agri. Plutarchus in Mo. Solitudo enim philosophiæ uacãs, nõ ut in ciuitate cõsistentes, multis ac paruis se implicat, sed alte uolat in mundi cõtemplatione. Quapropter maiores nostri templa in locis remotis & desertis dedicauerũt: maxime Panos, musarũ, nympharũ, Apollinis, & qui musarũ duces sunt. Hieronymus cõtra Io. Multi philosophotũ relinquũt nõ modo urbes, sed agros ingentes, & amœnos fontes, uocales q̃ auiũ modos, ne per abũdantiam animæ fortitudo languescat. Pythagorei in solitudine & locis desertis habitauere. Platonici quãdoq; in tẽplo & locis sacris uersabantur, ut admoniti augustiore habitaculi sanctitate, nihil aliud q̃ de uirtute cogitarent. Idẽ. Inuenti Platonici qui oculis se sponte priuarẽt, ut nihil aliud q̃ solam scientiã meditarentur. Idẽ contra Iulianũ, secedere & in solitudinẽ se recipere tutius esse dicit. Nolo inquit, spe uictoriæ pugnare, ut uincã aliquãdo. Idem ad Rusticũ Mo. Si Paulus castigat corpus, quanto minus te posse existimas sine lapsu uitã ducere? Si in cœlo peccatũ fuit, quanto magis in terris? Si delictũ in ijs qui corpore carebant, quanto magis qui in fragili sunt corpore cõstituti? Cassianus de anima. Turba uitiorũ sine certamine proculdubio uincit ab eo cui solitudo gratiã suffragat. Greg. in Mo. Quid prodest solitudo corporis, si solitudo deficit mentis? Qui enim corpore remotus, & tumultibus humanæ cupiditatis angit, in solitudine nõ est. At cõtrà, si quis in turba sit, nec ullus curarũ seculi tumultus mẽte patiatur, in urbe nõ erit. Nam Loth in peruersa ciuitate iustus fuit, in secessu peccauit. Illud præterea obseruatione dignũ, q̃ sanctorũ hominũ diuersum cernimus à reliquis ociũ: cæteri siquidẽ sapiẽtes post exantlatos labores, post administrationẽ reip. ac res gestas, ociũ quasi debitũ eis mollioris uitæ ac solitariæ adsumentes, in uirtute theorica sibi uiuere cœperunt, quorũ exempla supra memoraui. At Christiani perfecta sapiẽtia præditi, exordiũ perfectę uirtutis à solitudine auspicant: ubi aliquãdiu sese lectionibus abstinẽtia q̃ exercẽtes anteoia probẽt. Deinde cõfirmati, q̃ soli hauserũt, reliquis cõmunicant, ad actiões uarias cõuersi. Sic dñs Iesus post habitationẽ deserti loci, ac ieiunij tolerantiã, ad docẽdos homines prodijt. Sic Paulus post an. xiiij. quibus didicit ab apost. Euangeliũ, ad gẽtes proficiscit. Sic Hieronymus, Franciscus è saltibus & locis ferarũ post aliquot annos prodeũtes, alios cõfirmauerunt.

DE TEMPORE ET OCCASIONE

OCIVM simul & negociũ tempus metitur, quapropter de hoc pauca, ac primùm de horis & horologijs. Horas Homerus cœli foribus assistere dicit, quadrigamq; & equos soli prodeũti mane præparare. Has mathematici æquales & inæquales ponunt. Inæquales etiam chronicas uocant. Quoniam totidem signa tam æstate *Horæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm hyeme,tam interdiu quàm nocte semper supra hemisphæriũ apparẽt:totidem etiam horas uoluerunt,id est,xij.interdiu,noctuq; totidem:uerũ inæquales ideo dictæ quod secundum rationẽ ascendentiũ signorũ hyeme minores interdiu sunt,nocte uero longiores:æstate autem contrà. Æquales autẽ æquali inter se spatio omnnes xxiiij. inter diem nocteq; comprehendũt. Inæquales autẽ æquinoctiales,quod ex æqualitate æquinoctij signis ascendẽtibus paria sint:cuilibet uidelicet signo duas adsignando horas. Martialis satis indicat quid actionũ Romani cuiq; tribuerẽt. Prima salutantes atq; altera cõtinet hora,Exercet raucos tertia cauidicos, In quintam uarios extendit Roma labores, Sexta quies lassis:septima finis erit. Inde sequẽs dabitur nitidis octaua palæstris. At iubet extructos frangere nona thoros. Græci eleganti distícho diuidunt horas. ἓξ ὧραι μόχθοις ἀνθρώποις ἀνατίθημι· αἱ μὲν ἀπὸ πρώτης ἕως ἕκτης τοῖς λίγουσι ἐστοῖς. Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis, Viueq; post illas,litera zeta monet. Hoc est,post horas sex negocijs datas accumbe & uiue,quod ostẽditur per Z.literã in horologio,cuius numerũ ex ordine literarũ notant. Z enim septimus numerus est,quæ ui ue apud Græcos significat. Horologium solariũ teste Plinio, primus Pap. Cursor Romæ in columna statuit. Varro tradit,Primo bello Pu.M. Val.Messala Catina capta deportauit horologium gnotericũ,siue planum:siue gnomonicum:quod postea diligẽtius adornauit Manilius Philippus,qui cum L.Paulo censor fuit:nec tamen per umbelicũ discurrebat,donec Scipio Nasica aqua distinxit,idq; horologium sub tecto dicauit:tam diu apud Rom.indiscreta lux fuit. Ctesibus Alexandrinus,ut scribit Vitruuius,primus horologia excauata in auro & gemma caua cõposuit. Scaphium inuersum,quod ab artificibus tholus siue tympanum dicitur,aliaq; uersatilia supra habebat. In his etiam in columna aut parastatica horæ distributæ, quæ sigillatim egredientes ab ima uirgula significant in diem totum. Posteri uero cõmodius horas distinxerũt,& tintinnabulo quo absentes longe admonerẽtur:& umbelico siue obelisco numeris addito:quo tẽpore omni horæ adspicientibus discerni possint. De diebus. Paulus iurisconsultus de Ferijs. Dies more Rom.à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. Gellius ait Græcos ab occasu solis ad alterum occasum accipere, Vmbros à meridie. Sunt dies fasti,nefasti,festi,profesti,atri,perendinarij,Apud Mathematicos,Ægyptij,fausti,intercalares,natales,naturales,artificiales. Diem quoq; pro tempore accipiebant, ereptus ante diem,uenire ante diem,trahere ante diem,prope diem. Noctẽ item in quatuor diducebãt partes,appellabantq; primam,secundã,tertiam,& quartã uigiliam: eius custodes uigiles dicti. Præfectusq; uigilum: diei autẽ excubiæ. Potior autẽ pars diei est matutina. Hesiodus. ἠῶθεν δ' ἀνιὼν ἀμολγοῦ, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη, πολὺ γὰρ τ' ἔργοιο πρίτιον ἀτρομέειν αἰῶνα. Hoc est, Mane tibi surgendũ ut uitæ suppetat usus. Tertia nanq; operis fuerit pars mane incunti. Iurisconsul.autẽ de uerborũ significa. ait pluspuam dimidiam esse partem:eáq; de causa operarum in æquas diei partes diuidi non posse,uocatq; matutinas bonas horas. Menses Numa duos præposuit antiquis,qui tantum decem erant,Ian.& Febr.nõ habita tamen ratione intercalaris. Cæsar uero omnia restituit,annũq; ad cursum solis adcõmodauit. Cuius opus alieno ingenio factum nõ habemus. Mensi cuiq; rusticatio sua Columellæ describitur. Mensibus horisq; Ægyptij, Chaldæi,Babylonij,& plerique orientales carẽt: ttãum ex lunæ solisq; cursu & aspectu uiuẽtes. Quidam narrãtur certis anni diebus ægrotare,ut teste Valerio, Antipater Sidonius poeta in die natalis sui:sicut hodie uidemus accidere Oliuerio Carafæ Cardinali Neapolitano,qui mense Maio semper in ualetudinẽ certam incidit. Obseruatum & Romæ mortes Pontificũ in Augusto mẽse plerũq; cõtingere. Quibusdã euenire felicitates:ut est author Ælianus de Athenienſibus,qui mẽse Thargilione,id est,Februario uictorias maximas eos adsecutos fuisse dicit. Pisanis olim ter uictoria de inimicis die S. Sixti contigit, adeo ut ei templum extruxerint, Omnia tamẽ prouidentia regi ordine nobis incognito,ait Augustinus. Ætates animaliũ Græci hoc epigrammate scribunt. ἐννέα τοι ζώει χρόνους λακέρυζα κορώνη ἀνθρώπων ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος, τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκει, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ ἐννέα τοὺς κόρακας, δέκα δ' ἡμῖν τοὺς φοίνικας Νύμφαι ἠϋπλόκαμοι κεραὶ Διὸς αἰγιόχοιο. Nempe nouem cornix hominũ prope tẽpora uiuit. Cornicũ quater & ceruus, trini quoq; cerui coruus: itemq; hõnus pertransit metra nouena Phœnix,quã decies superamus tempore nymphæ. Hominis autẽ ætum Cẽsorinus de natali die per heptomadas distribuit. In secunda pubescere datur, quod Aristot.de animali, τραγίζειν uocat,nos hirquitallire ab hirco male olente:in fineq; cursus periculum uitæ ponit:præsertim xlix.ubi numerus septenarius quadratus uenit,uocatur

Romanorum actiones horis accommodatæ.

Horologiũ

Dies

Nox

Bonæ horæ

Menses

Ætates animalium.

exoptat,duo quasi difficilia,Et Virgilius ex eadẽ causa suum ocium literarũ ignobile appellat. Ad idẽ rursus ociũ plerique ob calamitates inducũtur,ut accidit inprimis Ptole. Philadelpho,q cũ podagra diuturnoq; morbo laboraret,ad fouẽdas artes liberales se cõuertit:accersitis undiq; ingenijs,& bibliotheca illa nobili cõstituta. Hieron itẽ Syracusan⁹ tyrãnus in gruem incidens morbũ,uocatis Simonide,alijsq; poetis,philosophari cœpit. Aphricanus maior post accusationẽ illam relicta reip.cura se in Liternũ recepit. Nõnulli uero naturali quadam philosophia res humanas perosi,ut Diocletianus & Maximianus principes, rem nouam ausi,relicto imperio in uitam se priuatã redegerũt. Vt & mea ætate Amurathes Turca ex Othomanis,pater Mahumetis, qui Cõstantinopolim cepit, relicta penitus filio regni cura. Religionis autem & Christi causa innumerabiles,inter quos Lotarius Caroli Magni nepos:item Petrus Angliæ rex,qui dimisso suis regno Romam uenit,ubi in paupertate priuatus uixit. Duces quoq; Venetorũ nonnulli,ut in eorũ historia narraui. Ex Pontificibus uero Cœlestinus v. sese penitus abdicando. Ex Cardinalibus ipse Hieronymus, quãdo inter hos iam uulgo receptus est. Præterea Petrus Damianus,proximis quoque annis Ardicinus Delaporta Cardinalis Alerienſis iam grandis natu,qui signandis libellis præerat,relictis statim omnibus,Hetruriæ se cœnobio addixerat,si per Innocentiũ VIII. qui eum paulopost reuocauit,licuisset. Sunt qui hanc secessionẽ in media ambitione ac magistratu aggredi sunt ausi, ut proxime cõtigit Eugenio IIII.qui Aloisio patriarchæ uiro solerti rerũ cura delegata, sese totum literis tradiderat:quod minime laudi tribuendũ. Qui enim huiusce modi sunt animo, subesse potius q̃ præesse debent:sed gloriam expetunt, gloriæ tamen pondus ac fastidiũ detractant. Solitudo igitur huic uitæ generi necessaria,cui nõnulli agrũ delegerunt. Menãder. Ἀρίστη ἀρετῆς κτῆσις ἐστὶ διδάσκαλος ἐλευθέρου βίου. Et uirtutis & uitæ liberæ magister optimus est ager. Idem. ὡς ἡδὺ τῶν μισούντων τοὺς φαύλους ἡ ἐρημία. Quàm dulce improbos odienti solitudo agri. Plutarchus in Mo. Solitudo enim philosophiæ uacãs,nõ ut in ciuitate cõsistentes,multis ac paruis se implicat,sed alte uolat in mundi cõtemplatione. Quapropter maiores nostri templa in locis remotis & desertis dedicauerũt:maxime Panos,musarũ,nympharũ,Apollinis,& qui musarũ duces sunt. Hieronymus cõtra Io. Multi philosophorũ relinquũt nõ modo urbes,sed agros ingentes,& amœnos fontes,uocalesq; auiũ modos, ne per abũdantiam animæ fortitudo languescat. Pythagorei in solitudine & locis desertis habitauere. Platonici quãdoq; in tẽplo & locis sacris uersabantur,ut admoniti augustiore habitaculi sanctitate,nihil aliud q̃ de uirtute cogitarent. Idẽ. Inuenti Platonici qui oculis se spõnte priuarẽt,ut nihil aliud q̃ solam scientiã meditarentur. Idẽ contra Iulianũ,secedere & in solitudinẽ se recipere tutius esse dicit. Nolo inquit,spe uictoriæ pugnare,ut uincã aliquãdo. Idem ad Rusticũ Mo. Si Paulus castigat corpus,quanto minus te posse existimas sine lapsu uitã ducere? Si in cœlo peccatũ fuit,quanto magis in terris? Si delictũ in ijs qui corpore carebant,quanto magis qui in fragili sunt corpore cõstituti? Cassianus de anima. Turba uitiorũ sine certamine proculdubio uincit ab eo cui solitudo gratiã suffragat. Greg.in Mo. Quid prodest solitudo corporis,si solitudo deficit mentis? Qui enim corpore remotus,& tumultibus humanæ cupiditatis angit,in solitudine nõ est. At cõtrà,si quis in turba sit, nec ullus curarũ seculi tumultus mẽte patiatur,in urbe nõ erit. Nam Loth in peruersa ciuitate iustus fuit,in secessu peccauit. Illud præterea obseruatione dignũ, q̃ sanctorũ hominũ diuersum cernimus à reliquis ociũ: cæteri siquidẽ sapiẽtes post exantlatos labores,post administrationẽ reip.ac res gestas,ociũ quasi debitũ eis mollioris uitæ ac solitariæ adsumentes,in uirtute theorica sibi uiuere cœperunt,quorũ exempla supra memoraui. At Christiani perfecta sapiẽtia prædíti,exordiũ perfectę uirtutis à solitudine auspicanẽ:ubi aliquãdiu sese lectionibus abstinẽtiaq; exercẽtes ante oia probẽt. Deinde cõfirmati,qđ soli hauserũt,reliquis cõmunicant,ad actiões uarias cõuersi. Sic dñs Iesus post habitationẽ deserti loci,ac ieiunij tolerantiã, ad docẽdos homes prodijt. Sic Paulus post an.xiij.quibus didicit ab apost. Euangeliũ,ad gẽtes proficiscit. Sic Hieronymus,Franciscus è saltibus & locis ferarũ post aliquot annos prodeũtes,alios cõfirmauerunt.

Solitudo

DE TEMPORE ET OCCASIONE

QVIVM simul & negociũ tempus metitur,quapropter de hoc pauca,ac primum de horis & horologijs. Horas Homerus cœli foribus assistere dicit,quadrigamq; & equos soli prodeũti mane præparare. Has mathematici æquales & inæquales ponunt. Inæquales etiam chronicas uocant. Quoniam totidem signa tam æstate

Horæ

quàm hyeme,tam interdiu quàm nocte semper supra hemisphærīū apparēt:totidem etiam horas uoluerunt,id est,xij.interdiu,noctuq; totidem:uerū inæquales ideo dictæ quod secundum rationē ascendentiū signorū hyeme minores interdiu sunt,nocte uero longiores:æstate autem contrà. Æquales autē æquali inter se spatio omnes xxiij. inter diem noctēq; commixtæ:dictæ quoq; & æquinoctiales,quod ex æqualitate æquinoctij signis ascendētibus pares sint:cuilibet uidelicet signo duas adsignando horas.Martialis satis indicat quid actionū Romani cuiq; tribuerēt.Prima salutantes atq; altera cōtinet hora,Exercet raucos tertia causidicos,In quintam uarios extendit Roma labores.Sexta quies lassis:septima finis erit. Inde sequēs dabitur nitidis octaua palæstris. At iubet extructos frangere nona thoros.Græci eleganti districho diuidunt horas. ἓξ ὧραι μέχρι ἀνατολῆς, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς τρέμμασι δύνουσι διδάσκει Φρυνῖς. Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,Viuecq; post illas,litera zeta monet.Hoc est,post horas sex negocijs datas accumbe & uiue,quod ostēditur per Z.literā in horologio,cuius numerū ex ordine literarū notant.Z enim septimus numerus est,quæ uice apud Græcos significat.Horologium solariū teste Plinio, primus Pap. Cursor Romæ in columna statuit.Varro tradit,Primo bello Pu.M. Val.Messala Catina capta deportauit horologium gnotericū,siue gnomonicum:siue planum:quod postea diligētius adornauit Martius Philippus,qui cum L.Paulo censor fuit:nec tamen per umbelicū discurrebat,donec Scipio Nasica aqua distinxit,idq; horologium sub tecto dicauit:tam diu apud Rom.indiscreta lux fuit. Ctesibus Alexandrinus,ut scribit Vitruuius,primus horologia excauata in auro & gemma caua cōposuit.Scaphium inuersum,quod ab artificibus tholus siue tympanum dicitur,aliaq; uersatilia supra habebat.In his etiam in columna aut parastatica horæ distributæ, quæ sigillatim egredientes ab ima uirgula significant in diem totum.Posteri uero cōmodius horas distinxerūt,& tintinnabulo quo absentes longe admonerētur:& umbelico siue obelisco numeris addito:quo tēpore omni horæ adspicientibus discerni possint. De diebus. Paulus iurisconsultus de Ferijs.Dies more Rom.à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur.Gellius ait Græcos ab occasu solis ad alterum occasum accipere, Vmbros à meridie.Sunt dies fasti,nefasti,festi,profesti,atri,perendinarij.Apud Mathematicos, Ægyptij,fausti,intercalares,natales,naturales,artificiales. Diem quoq; pro tempore accipiebant, creptus ante diem,uenire ante diem,trahere ante diem,prope diem. Noctē item in quatuor diducebāt partes,appellabantq; primam,secundā,tertiam,& quartā uigiliam: eius custodes uigiles dicti.Præfectusq; uigilum: diei autē excubiæ.Potior autē pars diei est matutina.Hesiodus. ὄρθρου ἀναίμονος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη, ἠῶος γὰρ τ' ἔργοισι πρίτιστα ἀτρομίζεται αἰζηῷ. Hoc est, Mane tibi surgendū ut uitæ suppetat usus.Tertia nanq; operis fuerit pars mane ineunti. Iurisconsi,autē de uerborū significa. ait pluſquam dimidiam esse partem:eāq; de causa operam in æquas diei partes diuidi non posse,uocatq; matutinas bonas horas.Menses Numa duos præposuit antiquis,qui tantum decem erant,Ian.& Febr.nō habita tamen ratione intercalaris.Cæsar uero omnia restituit,annūq; ad cursum solis adcōmodauit.Cuius opus alieno ingenio factum nō habemus.Mensi cuiq; rusticatio sua Columellæ describitur.Mensibus horisq; Ægyptij,Chaldæi,Babylonij,& plerīq; orientales carēt: ttāum ex lunæ solisq; cursu & aspectu uiuētes.Quidam narrātur certis anni diebus ægrotare,ut teste Valerio, Antipater Sidonius poeta in die natalis sui:sicut hodie uidemus accidere Oliuerio Carafæ Cardinali Neapolitano,qui mense Maio semper in ualetudinē certam incidit. Obseruatum & Romæ mortes Pontificū in Augusto mēse plerūq; cōtingere.Quibusdā euenire felicitates:ut est author Ælianus de Athenienſibus,qui mēse Thargilione,id est,Februario uictorias maximas eos adsecutos fuisse dicit. Pisanis olim ter uictoria de inimicis die S. Sixti contigit, adeo ut ei templum extruxerint,Omnia tamē prouidentia regi ordine nobis incognito,ait Augustinus. Ætates animaliū Græci hoc epigrammate scribunt. ἐννέα τοι ζώῳ ἡμέας λακέρυζα κορώνη ἀνδρῶμ ἠβώωντων. ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος, τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκων, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ ἐννέα τοὺς κόρακας, δέκα δ' ἡμῖν τοὺς φοίνικας Νύμφαι εὐπλόκαμοι κραιαὶ Διὸς αἰγιόχοιο. Nempe nouem cornix hominū prope tēpora uiuit. Cornicū quater & ceruus, trini quoq; cerui coruus: itemq; hujus pertransit metra nouena Phœnix,quā decies superamus tempore nymphæ.Hominis autē æuum Cēlorinus de natali die per heptomadas distribuit.In secunda pubescere datur, quod Aristot.de animali.τραγίζειν uocat,nos hirquitallire ab hirco male olente:in fineq; cuiusq; periculum uitæ ponit:præsertim xlix.ubi numerus septenarius quadratus uenit,uocantq;

Romanorum actiones horis accommodatæ.

Horologiū

Dies

Nox

Bonæ horæ

Menses

Ætates animalium.

cedæmonios Agesilaus,Apud Romanos Pomponius Atticus,ut Corne. nepos scribit,qui iram omnino coercendā putabat,in eos præsertim quos diligeremus.Dauid quoq; inter Hebræos.Aristippus ad eū qui ob uerba in iram cū eo uenerat,Ne quæso à uerbis propter iram discedamus,sed potius ab ira propter uerba.Idem cuidā maledicenti ait: Tu maledicēdi dominus,ego audiēdi.Quis nō mireť Lycurgū,qui teste Plutarcho,priuatus oculo à quodam in cōcione iuuene:traditū deinde à ciuibus plectendū,interpolauit,erudijtq; in posterū melioribus moribusť Deinde in theatro mirātibus omnibus,Iuuenē, inquit,Lacedæmonij mihi à uobis noxiū ac fontem traditū,nūc eruditū optima reddo disciplina.Fabius Rullianus Consul quū res contra Hetruscos apud Ciminam syluā gereret,crebrēte hostiū metu,legatis rogātibus ex parte senatus,ut L.Papiriū eius inimicū dictatorem diceret,uultum demisit,ni hil aliud respondens:sed nocte sequente sese uincendo eundē dixit,cui gratiæ sunt actæ.Iul. Cæsar nullam habuit,ut Cicero dicebat,uirtutē misericordia admirabiliorē, cuius rei gratia putat Augustinus dei prouidētia clarissimū in orbe nomē obtinuisse.Augusti quoq; succurrit exemplū,cuius uerba ex epistola hæc Trāquillus memorat.Noli mi Tyberi ætati tuæ nimiū in hac parte indulgendo succensere,ut sint qui de nobis male loquantur.Satis enim habemus ne quis nobis male facere possit.Mea uero ætate Alfonsus Tarraconensis Siciliæ rex nunq; iratus uisus.Alterū nos uidimus Romæ Gabrielē Brixiensem ordinis minorū Cardinalem Agriensem, qui Mathiæ regis Pannoniæ res diu procurauerat: iurare solebat annos xxx.nulli mortaliū uel minimo seruo subcensuisse,quæ res illum ad eum honorē perduxit.

Lycurgus

Fab.Rul.

Iulius Cæsar

De ira officiosa,& quod etiam opinione quandoq; officij errat.

PERIPATETICI uirū negant qui iracundi nesciat, cotemq; fortitudinis iram dicūt:per eam leges seruari,ius defendi,arma pro patria suscitari:ut est author Cicero in Tusculā.Chrysostomus in euangeliū in eandem ferè sententiam,dicit iram esse necessariam ad tuendas leges,ad regendam disciplinā, ad improbos coercendos.Hieronymus in epistolis,Irasci quidē hominis esse dicit:iram aūt nō perficere Christiani.Hanc iram laudatam sacri libri Zelum appellāt,qualem habuisse Phineem legimus,quum scortū Madianite interfecit: qualem Moses quum de monte descendens ac animaduertens uitulum conflatilem,tabulas decalogi perfregit. Neemiā quoq; quum populum audisset uociferantē ob fœnus quod optimates exigebant,uehementer iratum accipimus.Helisæum item quū ille in Ioam regem inueheretur, quod terram quinquies aut sexies sagitta minime percussisset,uti Syriæ regionē destrueret.Paulum deniq; in faciem Petro resistētem legimus.Talia quædam & apud Romanos seueritatis,Brutorum, Torquatorum,Nasicæ,Metellicq; illius qui Cæsari expilanti ærarium,restitit.Errat tamen ira huiusce modi siue Zelus quandoq; opinione officij,Vt illi qui se zelotas Hierosolymis belli tempore appellabant,omnia permiscētes,ut author Iosephus de bello. Iosue Mosis famulus uidēs duos prophetantes in castris ait, Domine prohibe illos. Cui Moses: quid,inquit, æmularis pro me? Abisai cernens duos seruos maledicentes Dauidi fugienti Absalonem:ait,Ibo interficiam eos,nec ab eo permissus est.Et Paulus æmulator paternæ legis. Discipuli quoq; dominо dicentes:Ioannes trans Iordanem baptizat,& omnes ad eum ueniunt.

Zelus

Zelotæ

DE INVIDIA, EIVSQVE REMEDIO

XENOPHON libro iij.Cōmen.ex sententia Socratis dicit inuidiā esse tristitiā quādam,nō quidem in felicitate inimicorū, neq; in aduersitatibus amicorum: sed tantū mœrorem in amicorum prosperitate.Admirātibusq; quibusdam q inuenirētur qui amicis inuideret,respōdit:Profecto sic res habet. Multi enim eos qui male rem gerunt miserātur & iuuāt,quibus si forte res secundæ contingerent,inuiderent,ægroq; animo ferrent, quod minime sapientis est.Hesiodus probe monstrat inuidiam inter pares reperiri. καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέῃ, καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέῃ, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Inuidet aut figulus figulo,uel egenus egeno, Siue faber fabro, dulcisq; poeta poetæ.Ex eadem ferè causa ætate quoq; imparibus minime inuidemus,ut ait Plutarchus,ueluti senibus & pueris.Inuidiæ hoc solū bonū, teste Aristo. q maximū malum habentibus est.Menander. ὁ φθόνος αὐτῷ πλέον καθίσας, ἀνδαιρέτας γὰρ λυπεῖ καὶ. Inuidia si hūnū inimica existit,sponteq; uolentes semper adficit dolore. Democrates. ὁ φθονέων ἑαυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπεῖ. Inutilis seipsum ut inimicū cōturbat.Scribit quoq; Virgilius elegās de huius natura hendecasyllabū,quod extat inter eius opera.Huius filia maledicentia est atq; obtrectatio,

Inuidiæ filiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trectatio,quæ calumnijs aggreditur atq; adlatrat:unde Vlysses Palamedem cõficta causa in

Nephelæ Aristophanis comœdia contra Socratem

sectatur. Aristophanes quoq; apud corruptos Dionysijs & ebrietate Atheniẽsium animos, Nephelas comœdiã,cõtra Socratem scomma excogitauit,unde inuenti postea qui ausi sunt eum publice accusare.Quin & mortuis ac absentibus obtrectat: cũ quibus ait Plautius Lar-

Stellio Cãcer

uæ luctantur.Quapropter ursis eam antiqui adsimilauere cadauera petẽtibus.Leonibus ne-

Inuidiæ remedia.

quaquam qui resistentes inuadunt. Stellioni etiam,quem nunc Tarantulam uocãt.Præterea Cancro insidiosissimo animali,quod is Herculis uigilantem metuens olim uirtutẽ, dormien-

Vir optimus in calamitatibus semp spe-rat.

tem est aggressus.Quoniam uero,ut ait Socrates,inuidia gloriam uelut umbra solem sequitur:maxime eam uitabit siquis uirtute aut potẽtia seu etiam fortunis præditus modice se habuerit,minimeq; adrogãter:ex Horatiano carmine.Iam tacite pasci si sciret coruus, haberet Plus dapis inuidiæq; minus. Ex Apologo Æsopi tractum prouerbiũ. Qua etiam de causa, ut scribit Ælianus de ua.histo. Athenienſium proceres qui rerum gestarum gloria florerent, quod non possent ex æquo cum cæteris uiuere,ad declinandam inuidiam,atq; ut liberius uiciitarẽt,extra patriã sponte agebãt:ut Iphicrates in Thracia,Conon in Cypro, Timotheus in Lesbo,Chabrias in Ægypto,Chares in Sigæo.Inter Romanos uero Pompeius,teste Plutarcho,post tot triũphos & imperia libenter domi aut ruri se cõtinebat,raro in publico conspectus. Idem in imperio facilis ante omniũ ora uersabatur,ut ait Cicero de Imperatore delegendo.Nam legitimi principis,seu in magno sacerdotio, siue magistratu constituti,contraria ratio.Is enim maxime collaudabitur,procul q; ab inuidia fuerit,ad quem fores ac cõmunicatio cunctis patebũt, quod memoria patrum Alfonso Aragoni regi Siciliæ, ac Martino V. Pontifici obseruatũ diligentissime fuit, turba sine discrimine admissa. Nam huiusce modi uiri qui in penetralibus latitãt Epicuri sectatores,sibi tantũ consulunt,officiũ in uita deserentes:aut certe,ut ait Aposto.semetipsos desperantes impudicitiæ omniq; libidini tradiderũt.

DE DOLORE

EXERCENTVR insuper patientia,maximeq; pollent in doloris mortisq; cõtemptione,quapropter Euripidis primum dicta super hoc adferam. In Orestis principio sic orditur. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄνοσον ὧδ' ἐπεῖν ἔπος, οὐδ' πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ δεῦτ' ἀνθρώπου φύσις. Tres sunt senarij à Cicerone hoc modo cõuersi. Nulla est tam difficilis fando ratio, Neu fors nec ira,neu tam inuictum malum,Quod nõ natura hominis patiendo ferat.Idem. Is est dies qui mala quæ contingũt tantũ æquo animo ferre potest.Malis quæ eueniũt succẽsere minime debemus. Tantum recte agamus,bene rem gerimus.Cicero hanc sententiã in epistolis secutus,nullum malum,nihilq; dolendũ,præter culpã dixit.Idẽ in Hecuba. φέρω τὸ δ' ἄλγος· ὧν κακοῖσι δ' οὐ ῥᾴδιον ἔροτοῖσιν εὐφημεῖν σόμα. Fero doloré:nanq; in malis bene loqui haud facile fuerit.Idem. ἄγαμαι σοφοῖσι ἀλγὸς ἔσιν. Sapientibus ualde sapere pœna est.Idem. ἀνὴρ ἄριστος ὃν ταῖς συμφοραῖς ἐλπίσι πέρισσα δεῖ, τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακόν. Aurea est sententia.Vir,inquit,optimus in calamitatibus semper sperat.Nã dubitare uiri est improbi.In eandẽ ferè Apollodorus. οὐκ ἀλλὰ μὴν καλῶς πράττοντα δεῖ, τὰ βέλτιω δὲ προσδοκᾶν χρεών. Nõ oportet eũ dolere qui bene agit,quin semper potius expectare meliora. Sotacus. Dolor & tristitia procul à te erit si recta sectatus fueris.Lex deus est,hũc uenerare,improbos euita,ubicũq; bene uixeris,ibi agas, beneq; tibi erit.Omnia obserua imitareq; bona. Præcepta sermonesq; bonos custodi. Quietẽ ubiq; serua.Bonã ualetudinẽ deos expolce. Antiphon, λύπης μανίας ὅμορος δέδι. Tristitia uicina est insaniæ.Omne etenim cõtristans morbus est homini,nomina uera plura retinẽs.Idem. Vita tristis ac mœsta uti malus pictor colores primũ de corpore aufert. Idem ferè sacra uolumina. Animus gaudẽs ætatẽ floridã facit,Spiritus tristis deficcat ossa.Democrates.Optima est uita plurimũ lætari,minimũ dolere: hoc tantũ assequi poteris uoluptates in rebus mortalibus spernẽdo.Simile illud Salomonis,Bonũ facere & lætari.Pyttacus Mityleneus,Prudẽtis esse ait,curare ne ueniãt mala:Fortis uero,si ueniãt tolerare.Thucydides huic simílem sententiam pulcherrime expressit. ὅσοι μὲν τὰς ξυμφορὰς γνόμῃ ἧκισα λυπεῦνται, ἔρρωνται δὲ μάλιστα ἀντέχουσι οὗτοι ἄριστοι. Qui in calamitatibus animo minime dolet,opera nihilominus ac diligẽtia obsistũt,hi optimi putandi sunt.Metrodorus. πᾶσαν ἔστιν ἐπὶ πόνῳ προσδοκᾶν. Difficile in laboribus expectare.Prouerbium est Græcũ, ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν νοῦν ἔχει. ubi quis dolet,ibi & mentem habet.Thraces teste Plin.dies infaustos nigro calculo,faustos albo notabant.Horatius. Thressa ne careat pulchra dies nota:quanq; ex usu cressa legat, librariorũ errore manifesto.

De dolo-

DE DOLORIS NECESSITATE ET REMEDIO.

SOCRATES interrogatus quonam modo minime doleremus, Hoc fieri dixit nullatenus posse.Non enim esse quempiam qui ciuitates aut domos inhabitet,aut cum hominibus conuersetur, qui non tristitia quandoq; adficiatur. Philomenes. Nullus est usquam mortalium cui non aliquid accidat aut acciderit:qui autem minimi facit illud, hic sapit & felix est. Menander. μηδὲν πάθῃμ κακῶς, λίαν δ' ἀθυμεῖσθ' ἐπί. Nihil unquam infeliciter gerens, etiam quandoq; ualde dolebis.Idem. Malorum faciem tantum ne adspice,sed quæ intus latent bona. Etenim nulla bona nisi admixta malis sunt. In hanc igitur sententiam Cratis Cynici Græcum epigramma conuerti.Quod uitæ genus expolces? fora turbida sectans, Iurgia,difficiles que iple sequeris opes. Multa domi anxietas, ruri dolor,horror in alto: Incq; bonis dubium si quid habebis erit. Si pendes animo, durum:si uxorem duxeris, ibis Sollicitus,tristis si sine coniugio. Pœna patri,dolor est orbis,uesana iuuentus Desipit,& membris fracta senecta uenit. Ergo exoptandũ est aut nunquam in luce fuisse, Ocyus aut tolli de medio genitum. Verum hæc ultima sententia nostris doctoribus aduersatur,qui dicunt præstare uel in miseria esse quàm nihil esse. Homerus Iliados ω. Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὐδει δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν ἑτέρῳ δὲ ἐάων. ᾧ μὲν κεκραμένος δώτη ζευς τερπικέραυνος. ἄλοτε μὲν κακὸν ὅγε κυρήσας, ἄλοτε δ' ἐσθλόν· ᾧ δέ κε τὸν λυγρῶν δώκε λοβητὸν ἔδηκε, καί ἑ κακὴ βόσκεται ἐπὶ χθόνα δῖαν ἀλάωμ. φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιμ. Bina Iouis summi dicunt in limine dudum Vasa, quibus sortem deus ipse emittit utranq;: Ille miser cui sors fati contingit amara. Heu quantos etiam gemitus, quàm dura uidebit Exitia, atque omnem mixtam mœroribus atris Vitam aget, hunc homines odio superiq; sequentur. De Pandora uero postea dicam,qua ex dolio mala retegente,ad omnes ea peruenire necesse fuit. Plutarchus de consolatione ad Apollonium scribit. Cum Philippus Macedo treis eodem tempore felices nuncios habuisset,duos de uictorijs, tertium de filio nato, sciens quod aliquis dolor semper læta sequeretur,deos rogauit, ut alicuius moderati casus temperamento fortunæ inuidiam minuerent. Theramenes quoque unus è xxx. tyrannis Athenienſibus, domo corruente in qua accumbebat cæteris que conuiuis pereuntibus,quum solus euasisset,protinus exclamauit: Quò me fortuna reseruas? nec diu post ab eisdem tyrannis interfectus fuit. Paulus Aemylius,ut idem author in eius uita testatur,à Persei uictoria reuertens quum filium iamiam morientem offenderet, proximo die in senatum uenit, gratias que dijs egit, quod tantæ reipublicæ per eius uictoriam felicitati metuens, ne quid publicum malum (ut solet res secundas comitari) euenire, id priuatim orbitate sua potius uidisset. Remedium tamen sapienti contra dolorem fuerit,non expectare tempus obliuionis patrem, cuncta mitigantem: sed omni studio præueniendo cuncta prius mala præmeditari. Ex quo Theseus in Euripidis tragœdia, inquit: Futuras mecum commentabar miserias, aut mortem acerbam, aut exilium, seu aliquod magnum malum, ne me imparatum cura laceraret recens. Post hæc alienas calamitates respicere.Nam Cicero item que Plutarchus de Consolatione testantur, Socratem dicere solitum:quod si malorum aceruus omnium foret,& quisq; suam ex eo partẽ auferret,nemo non existimaret minora sua portione ea esse quæ ferret.Ex quo Antimachus poeta elegiã in Lyden coniugem suam defunctam faciens:in ea ærumnas omneis heroum heroidum q; commemorat,quas infra suam esse dicit. Quamobrem patiẽtia in his maximum leuamen:unde Plautina sententia: Animus æquus in re mala,dimidium mali est. Pyrrhonij dolorem & uoluptatem in opinione ponunt,quum ea quisq; suapte iudicet sententia: nam quod alijs dolori,nobis uoluptati forte fuerit.Inuenti propterea qui mortes suorum nihil curare sunt uisi, ut supra de Paulo memorauimus:ut de Xenophonte legimus,audito de filio nuncio, non cessauit à sacrificio quod peragebat. Cato nihil cõmotus in eodem casu,se moriturum genuisse tantum dixit. Plutarchus in eodem tractatu: Animi dolorem toleratu longe faciliorem corporis dolore existimat,quod cruciati sensus quum absq; ratione sint, mentem rationemq; præcipitem agunt, ac de statu per uim dimouent. Animus autem sapientis ab omni liber exteriore impulsu,quum sui tantum sit arbiter,sibi melius imperabit: eoq; magis quod exempla sint plurima eorum qui etiam corporis pœnas prorsus contempserint:ut Marius, quuin se caretur uarices immobilis permansit.Scribit Liuius de eo seruo qui Asdrubalem sororium Annibalis in Hispania interfecerat,tot cruciatibus pressum semper ridẽtis speciẽ præbuisse.

Duo dolia in limine cœli.

Philippus

Theramenes

Paulus Aemylius.

Antimachus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Institutio quoque ab incunabulis, & in delicijs non fuisse educatum quàm maxime refert. Pueri nanque Lacedæmonij uerberum dolore laniati minime ingemiscunt. Prisci item Latini teste Virgilio, natos ad flumina primum Deferimus, sæuo'que gelu duramus & undis. Omne æuum ferro teritur. Vita insuper ambitiosa & cupida quot mala libenter patitur? quot barbaræ gentes in bellis mortes summa animi alacritate perferunt? Febres nihilominus ac morbos non æque. Multi uero contra in morbis patientissimi, in armorum cõgressu timidissimi atque molles. Sed præter omneis, nostri potissimum martyres testimonio sunt, quàm sit animus probe institutus, imperator uitæ mortalium. Ex quo uita beata & cum uirtute non solum in uiola & rosa, sed in tormẽtis & eculeo erit. Est enim Eculeus id pœnæ genus, quam hodie nostri funem appellant. Quod sanè ex authoritate Senecæ in epistolis deprehendimus. Doloribus, inquit, distortus, & in eculeo longior factus.

Lacedæmonij Latini

Eculeus

DE MORTE, QVOD BONIS MINIME EXPAVESCENDA.

QVVM patientia commentatio'que mortis sit omnis uita sapientis, is erit felix qui ita sese accommodabit, ut illam etsi non cupiat, minime tamen expauescat aut curet. Apollodorus philosophus: Hi qui cum uirtute uixerunt, si liberis carent, laudes immortales eorum loco dimittunt. Qui liberos habent, eis optimam dimittunt hæreditatem, hominum & patriæ gratiam. Epictetus. τὸ γὰρ κακῶς ζῆν τοῦ τεθνάναι κρεῖσσον. Præstat mori quàm male uiuere. Plato in Phœdone triplicem ponit mortem. Quum per moralem actionem uitia in nobis extinguuntur, deinde cum per contemplationem cum deo coniungimur: postremo cum anima per corporis mortem separatur. Bonis & mors, & uita, dulcis est: hæc ob benefactorũ memoriam, illa ob præmiorum expectationem. Facinorosis autẽ neutrum, quapropter illis mors potius imprecanda. Quod eleganter Homerus Ody. χ duobus carminibus expressit. οὐχ ὅσιόν κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. τῶσιν μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ κήτεα ἔργα. Hos lugere nefas, qui dijs ultoribus ipsis Ob sua dementes perierunt impia facta. Seneca quoq; Non cito moritur qui uicturus amplius non fuit. Cic. pro P. Quintio, Mors honesta sæpe uitam turpem exornat: uita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. Gymnosophistæ apud Indos caste & cum uirtute uiuentibus, mortis diem natalem putant. Idem & Augustinus apud nos adfirmat. Qui etiam ait, neque naufragium, neque cædem aut ullam aliam uim inter mala esse. Hæc omnia martyres sunt passi. Denique malam nullam putandam esse mortem quam bona uita præcesserit: sicuti nec contra, ullam bonam his qui flagitiose uixerint, uel pœnitentibus: quod pœnitentia & senibus & alijs iamiam morituris raro sit uera, cum hi peccata non deserant, sed ab illis deserantur. Sed iam illam Socratis diuinam orationem in apologia sua audiamus. Mihi, inquit, hora discedendi iam morituro, uobis autem uicturis: utri autem nostrum uenient in rem meliorem, incertum omnibus præterquam deo. Non enim uiuere, sed bene uiuere plurimi faciendum: dissoluta iam anima redit ad locum suum, corpus mutum remanet, nec enim amplius homo. Nos enim animal immortale sumus, mortali conclusum in custodia. Ciceronis uero in Tuscul. pulcherrimus etiam locus atque ediscendus. Si à deo denunciatum uideatur ut è uita exeamus, læti & agentes gratias pareamus, emittiq; nos è custodia atq; leuari uinculis arbitremur. Si autem nihil denunciatum fuerit, eo tamen simus animo, ut illum horribilẽ diem alijs, nobis faustum putemus: nihil in malis ducamus, quod uel à dijs immortalibus, uel à natura parente omniũ constitutum. Non enim temere nec fortuitu facti & creati sumus: sed profecto fuit quædam uis quæ generi consuleret humano, ne id gigneret inter cætera, quod cum exantlauisset omnis labores, in mortis malum incideret sempiternum: paratum nobis perfugiũ potius putemus, quo utinam passis uelis tendere liceat: si autẽ reflantibus uentis reijciamur, tamen eódem paulo tardius referri necesse est. Ex quibus profecto uerbis satis docemur, ne iniussu dei de uita decedamus. Itidem Christianis præceptum: quanquam nõnullas sanctas uirgines seruandæ gratia pudicitiæ sese necantes: non item cæteris cõcessum ut ait Aug. qui mortẽ Lucretiæ & Catonis animi potius paruitati adscribit. Socrates in uita dicebat tanquam in theatro persistendum, donec spectaculum operum delectabile cõtingat. Postremo magnum argumentũ nullum esse in morte malum, quoũ boni plærunq; tãquam deo dilecti de medio tolluntur, raroq; ad senectutẽ perueniũt, idq; frequẽter & usu uidemus & legimus: quapropter duo à uetericus posita exempla adducam. Trophonius & Agamedes tẽplum Delphicum faciẽtes, ab Apolline præmiũ petierũt. Is uero

Bonis mors & uita dulcis

Trophonius Agamedes

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXXII. DE MODESTIA, GRAECIS SOPHROSYNE DICTA.

RELIQVA SVNT quæ ad modestiam temperantiam'que pertinent, quam Græci simul & pudicitiam uno uocabulo σωφροσύνην uocant, magnopere'que commendant. Menandri nonnullos conuerti senarios. Ego uero nihil antiquius puto modestia, Quam semper in bonis admixtam cernimus. Ne dixeris mihi diuitias, deum, Nullatenus colo, neque in cœlo puto, Quem intemperans uir possidet atque improbus. Idem. Heu heu diuinitus hoc omnibus malum est, Quando bonum uider si quis nec eligit. Quid nẽpe nobis est opus nisi duo, Cibus Cereris, & paruus aquæ cantharus? Idem. Ταμεῖον ἔστι ἀρετῆς ἡ σωφροσύνη. Promptuarium uirtutis est modestia. Sophocles. τὴν σωφρονοῦσαν θεοὶ φιλοῦσι κἀπὶ συγχόσι τοὺς κακούς. Modestos dij amant, oderé'que malos. Antiphon. Qui nullis tangitur aut mouetur uoluptatibus, modestus aut abstinens dici non potest. Deest enim materia uirtutis & exercitationis ad ipsum honestandum. Plato in Lache. Temperantia facit ne ex homine præcipitemus in bruta. Fortitudo autem ut ex homine ad deos perueniamus. Hypseus, Magnum puto uectigal modeste quotidie uiuere. Menedemus iuueni dicenti, maxima res est adsequi quod optas, ait, multo maior optare quod deceat. Epictetus dicebat: Quemadmodum in conuiuio uersari modeste debemus, ut ad ea quæ nobis oblata sunt in mensa manũ modice protendamus, ea uero quæ nos prætereunt minime attingamus, quæ nondum uenerunt non auide expectemus: eadem est & in cæteris uitæ modis ratio, & in diuitijs, & in imperio: sic eris dignus deorum conuiua. Euripides. βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς εἰς ἀνὴρ τίκτῃ λύπην. Breuis uoluptatis delectatio tristitiam parit sempiternam. Idem ad natum admonitio. Aequam in primis mentem habe, neque partem locupletibus trade, qui in alterum propendent, alterum uero odio persequuntur. Iniustam pecuniam ne posside, si cupis eam diuturnam esse domi. Amicos minime blandos, minime'que tuæ auscultantes uoluptati posside. Sed & penetralia domus tuæ uiris grauibus pateant, cum senioribus'que tantum congredere. Isocrates ad Demonicum. A quibus autem detineri turpe, ab his te contine, lucro, ira, uoluptate, dolore. Quod profecto adsequeris si potius lucrũ putabis ex his quibus maxime laudaberis, quàm quorum abundabis. Iram superabis, si hanc ita in delinquentes exercebis qualem ipse ab alijs ferre dignum putas. Voluptatem uero, si turpe existimabis à seruis dominari, ac seruire libidini. Dolorem postremo, si respexeris aliorum aduersitates, te'que hominem esse memineris. Maxime autem ad pulchra peragenda excitaberis, si considerabis quod ex illis uoluptas nobis maxima prouenit. Contra uero ex desidia atque luxuria dolores. Nam uirtuti semper incumbere, caste'que ac modeste uiuere, id demum perpetuam iucunditatem fir missimam'que præbet.

EXEMPLA MODESTIAE.

PERSARVM reges, ut author Stobeus in collectaneis, ante cibum ac potum de modestia disputãt: ante sacrificium, de iustitia: ante bellum, de fortitudine. Sic Socrates antequam decederet, de animæ immortalitate disseruit: quem postea Cato Vticensis imitatus est, dum sibi manum intulit, perlecto prius Platonis libro. Magis enim ad opus uirtutis excitari uidemur, si de his prius aut nobiscum meditãdo, aut cum alijs loquendo disserimus. Apud Plutarchum in tractatu περὶ τοῦ πολιτικοῦ παραγγελμάτων hæc legimus: Themistocles in uictoria quadam cum hostem iacentem torquatum armisq; nobilibus indutum uidisset, amico se sequenti ait: Hæc accipe spolia: nam tu Themistocles non es. Honestum igitur quandoq; amicos ditare, dum sumus in potentia, nos autem minime. Pyttacus Mytileneus ex agro quem reip. sua uirtute parauit, populo ei quantum uellet concedẽte, tantum sumpsit quãtum hasta percurreret. Apud Romanos P. Claud. in simili causa quãtum uno die araſſet. Quod honoris signũ uerbis publice oblatum, non ad quæstum satis esse debet. Cato nullam sibi passus est statuam poni ob modestiã, dicens, malo uti posteri interrogent cur Catoni non posita est statua, quàm cur posita est. Aelianus de uar. hist. scribit, quod Archelaus Macedoniæ rex cum in mensa à quodam poeta χ. talenta dono peteretur,

Persarum reges

Themistocles

Pyttacus Mytileneus

Euripidi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euripidi qui & ipse præsens aderat dedit, dicens, Tu dignus accipere, hic autem petere. M. Fabius Cos. deuictis Veijs triumphum spreuit ob fratris & collegæ mortem, dictitans in luctu ciuium lauream non accepturum: author Liuius libro II. Alter ex eadem familia censura renuit, quod eundem honorem in domum suam sæpe nimis collatum uidisset. Pompeius oblatam sibi ab Hebræorum rege mensam & sedem auream, ut usui suo foret, in ærarium deferri iussit. Fabius Gurges, Fabius pictor, C. Numerius, Q. Ogulnius legati ad Ptolemæum missi munera quæ ab eo priuatim acceperant in ærarium antequam quicquam retulerunt: quibus Senatus merita liberalitate per Quæstores omnia distribuenda censuit: ut author Valerius de Modestia. Nostra memoria Zacharias Barbarus Romæ legatus Venetorum equum præstantissimum quo à Xysto Pont. donatus fuerat reipub. suæ misit, illa uero eidem libenter remisit. Q. Cincinnatus dictator sex mensium factus deuictis Equis XVII. die se magistratu abdicauit: quod & L. Sylla etiam sponte fecit. Idem imitatus est Cn. Plaucius in censura, collega Appio Claudio contra legem & uoluntates omnium perseuerante. Clauáij Neronis moderatio Liuio prædicata, quod equo sit passus Liuium triumphantem sequi, quum plus operæ ad uictoriam de Asdrubale contulerit: res tamen in Liuij prouincia sit gesta. Illa quoque alterius generis, in eadem tamen uirtute exempla, quod se nonnulli inferioribus patriæ causa subiecerunt. Duo Fabij Maximi: alter filio Fab. Gurgiti, cui ob male rem contra Samnites gestam, senatu de eo remouendo agente, se legatum profuturum pollicitus est: alter Q. Fabio item filio in Apulia res gerenti. Africanus etiam L. Scipioni fratri contra Antiochum misso. Et ante hos omnis Val. Publicola M. Valerio fratri in bello Sabinorum, quorum legationibus & consilijs Consules feliciter pugnauerunt. At contrà immodestiam adrogantiamq; indicauere, M. Horatius, & M. Valerius Publicolæ frater qui contra senatus authoritatem duobus diebus triumpharunt. Cæsar Iulij filius XX. an. Senator & Cos. quanquam honores ante tempus nonnullis etiam modestissimis ob uirtutem concessi, M. Vale. Coruino annorum XXIII. Consulatus, Scipioni Aemyliano item Carthaginem petenti. Et demum Pompeio ante annos triumphanti. Cæsaris quoque gesta plæraque tyrannica, præsertim dum peteret absens consulatum, ac prouinciæ tempus prorogari: quamuis & hæc omnia absentibus quibusdam sponte quandoq; data. Nam metu belli Hetrusci crescente, ut author Liuius libro X. Q. Fabius, P. Decius consules, App. Claudius Prætor absentes creati sunt, & L. Volumnio qui Consul ante Samnites uicerat, ex S. C. in annum prorogatum imperium. Fabio denique ob egregie domitam Hetruriam consulatus continuatus. Sed & in alio genere laudati Scipio Aemylianus Aeliano, & Pomponius Atticus Cornelio Nepote testibus, qui nec unquam emerunt quicquam nec ædificauerunt. Pompeius agrum uicinum nunquam mercatus est. Augustus forum angustius fecit, nō ausus possessoribus domos extorquere: quem mea ætate imitatus Cosmus Medices, unus omnia potens, quum domum uicinam Lucianorum suas ædis maxime incommodantem nullo precio obtinere posset, nihil unquam ex honoribus humili familiæ detraxit.

M. Fabius

Q. Cincinnatus.

Scipio Aemylianus

Pomponius Atticus.

Cosmus Medices

DE VERECVNDIA ET PVDICITIA.

AD MODESTIAM uerecundia pertinet, quæ Aristo. adfectus magis quàm uirtus ponitur, quod diffusa in corpore existat. Menander. πᾶς ἐγκρατὴς χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. Omnis qui uerecundatur, bonus mihi uidetur in primis esse. In hac repulsæ sunt plurimorum, qui mihi supra in magistratibus commemorantur. Cato inter alios duas tulit: alteram consulatus: alteram uero præturæ cum Vatinio uiro infami. Idem bis in carcerem duci iussus, à Cæsare, & à Treboníο Trib. Pleb. quod legem impediret, quæ prouincias Cos. Cæsari, Pompeio & Crasso dabat. Virginia patriciæ, sacrisq; electa fuit. At ipsa aliam ædem plebeiæ pudicitiæ extruxit. Liuius X. Simile huic apud Hebræos Anna ob sterilitatem est passa. Pudicitia uero ipsa quanquam sit mulierum præcipua, uiros etiam sæpe uel non Christianos honestauit: quorum aliquot exempla ponit Aelianus de uaria historia. Eucrates Chalcedonius philosophus manibus uerenda non attingebat. Amœbeas citharœdus, & Diogenes tragœdus castitatem seruantes, ab uxoribus perpetuo abstinuerunt. Clitomachus Pancratiastes canes concumbentes se ne uideret auertebat. In conuiuijs uerba impudica & obscœna dedignabatur. Democles puer ob formam cognomento Pulcher, Athenis Demetrij libidinem, in seruentem lebetem sese proijciendo

Eucrates

Amœbeas

Diogenes tragœdus.

Clitoma.

Democles

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXXII. DE MODESTIA, GRAECIS SOPHROSYNE DICTA.

RELIQVA SVNT quæ ad modestiam temperantiam'que pertinent, quam Græci simul & pudicitiam uno uocabulo σωφροσύνην uocant, magnopere'que commendant. Menandri nonnullos conuerti senarios. Ego uero nihil antiquius puto modestia. Quam semper in bonis admixtam cernimus. Ne dixeris mihi diuitias, deum, Nullatenus colo, neque in cœlo puto, Quem intemperans uir possidet atque improbus. Idem. Heu heu diuinitus hoc omnibus malum est, Quando bonum uidet si quis nec eligit. Quid nēpe nobis est opus nisi duo, Cibus Cereris, & paruus aquæ cantharus? Idem. ταμεῖον ὄντι ἀρετῆς ἡ σωφροσύνη. Promptuarium uirtutis est modestia. Sophocles. σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ συνοῦσι τοὺς κακούς. Modestos dij amant, oderé'que malos. Antiphon. Qui nullis tangitur aut mouetur uoluptatibus, modestus aut abstinens dici non potest. Deest enim materia uirtutis & exercitationis ad ipsum honestandum. Plato in Lache. Temperantia facit ne ex homine præcipitemus in bruta. Fortitudo autem ut ex homine ad deos perueniamus. Hypseus. Magnum puto uectigal modeste quotidie uiuere. Menedemus iuueni dicenti, maxima res est adsequi quod optas, ait, multo maior optare quod deceat. Epictetus dicebat: Quemadmodum in conuiuio uersari modeste debemus, ut ad ea quæ nobis oblata sunt in mensa manū modice protendamus, ea uero quæ nos prætereunt minime attingamus, quæ nondum uenerunt non auide expectemus: eadem est & in cæteris uitæ modis ratio, & in diuitijs, & in imperio: sic eris dignus deorum conuiua. Euripides. βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς τῆς ἀεὶ τίκτει λύπην. Breuis uoluptatis delectatio tristitiam parit sempiternam. Idem ad natum admonitio. Aequam in primis mentem habe, neque partem locupletibus trade, qui in alterum propendent, alterum uero odio persequuntur. Iniustam pecuniam ne posside, si cupis eam diuturnam esse domi. Amicos minime blandos, minimé'que tuæ auscultantes uoluptati possido. Sed & penetralia domus tuæ uiris grauibus pateant, cum senioribus'que tantum congredere. Isocrates ad Demonicum. A quibus autem detineri turpe, ab his te contine, lucro, ira, uoluptate, dolore. Quod profecto adsequeris si potius lucrū putabis ex his quibus maxime laudaberis, quàm quorum abundabis. Iram superabis, si hanc ita in delinquentes exercebis qualem ipse ab alijs ferre dignum putas. Voluptatem uero, si turpe existimabis à seruis dominari, ac seruire libidini. Dolorem postremo, si respexeris aliorum aduersitates, te'que hominem esse memineris. Maxime autem ad pulchra peragenda excitaberis, si considerabis quod ex illis uoluptas nobis maxima prouenit. Contra uero ex desidia atque luxuria dolores. Nam uirtuti semper incumbere, caste'que ac modeste uiuere, id demum perpetuam iucunditatem fir-missimam'que præbet.

EXEMPLA MODESTIAE.

PERSARVM reges, ut author Stobeus in collectaneis, ante cibum ac potum de modestia disputāt: ante sacrificium, de iustitia: ante bellum, de fortitudine. Sic Socrates antequam decederet, de animæ immortalitate disseruit: quem postea Cato Vticensis imitatus est, dum sibi manum intulit, perlecto prius Platonis libro. Magis enim ad opus uirtutis excitari uidemur, si de his prius aut nobiscum meditādo, aut cum alijs loquendo disserimus. Apud Plutarchum in tractatu περὶ τοῦ πολιτικοῦ παραγγελμάτων hæc legimus: Themistocles in uictoria quadam cum hostem iacentem torquatum armisq; nobilibus indutum uidisset, amico se sequenti ait: Hæc accipe spolia: nam tu Themistocles non es. Honestum igitur quandoq; amicos ditare, dum sumus in potentia, nos autem minime. Pyttacus Mytileneus ex agro quem reip. sua uirtute parauit, populo ei quantum uellet concedēte, tantum sumpsit quātum hasta percurreret. Apud Romanos P. Claud. in simili causa quātum uno die arasset. Quod honoris signū uerbis publice oblatum, non ad quæstum, satis esse debet. Cato nullam sibi passus est statuam poni ob modestiā, dicens, malo uti posteri interrogent cur Catoni non posita est statua, quām cur posita est. Aelianus de uar. hist. scribit, quod Archelaus Macedoniæ rex cum in mensa à quodam poeta X. talenta dono peteretur, Euripidi

Persarum reges

Themistocles

Pyttacus Mitylenæus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euripidi qui & ipſe præſens aderat dedit, dicens, Tu dignus accipere, hic autem petere. M. Fabius Cos. deuictis Veijs triumphum ſpreuit ob fratris & collegæ mortem, dictitans in luctu ciuium lauream non accepturum: author Liuius libro II. Alter ex eadem familia cenſuram renuit, quod eundem honorem in domum ſuam ſæpe nimis collatum uidiſſet. Pompeius oblatam ſibi ab Hebræorum rege menſam & ſedem auream, ut uſui ſuo foret, in ærarium deferri iuſſit. Fabius Gurges, Fabius pictor, C. Numerius, Q. Ogulnius legati ad Ptolemæum miſſi munera quæ ab eo priuatim acceperant in ærarium antequam quicquam retulerunt: quibus Senatus merita liberalitate per Quæſtores omnia diſtribuenda cenſuit: ut author Valerius de Modeſtia. Noſtra memoria Zacharias Barbarus Romæ legatus Venetorum equum præſtantiſſimum quo à Xyſto Pont. donatus fuerat reipub. ſuæ miſit, illa uero eidem libenter remiſit. Q. Cincinnatus dictator ſex menſium factus deuictis Equis XVII. die ſe magiſtratu abdicauit: quod & L. Sylla etiam ſponte fecit. Idem imitatus eſt Cn. Plaucius in cenſura, collega Appio Claudio contra legem & uoluntates omnium perſeuerante. Claudij Neronis moderatio Liuio prædicata, quod equo ſit paſſus Liuium triumphantem ſequi, quum plus operæ ad uictoriam de Aſdrubale contulerit: res tamen in Liuij prouincia ſit geſta. Illa quoque alterius generis, in eadem tamen uirtute exempla, quod ſe nonnulli inferioribus patriæ cauſa ſubiecerunt. Duo Fabij Maximi: alter filio Fab. Gurgiti, cui ob male rem contra Samnites geſtam, ſenatu de eo remouendo agente, ſe legatum profiteri pollicitus eſt: alter Q. Fabio item filio in Apulia res gerenti. Africanus etiam L. Scipioni fratri contra Antiochum miſſo. Et ante hos omnis Val. Publicola M. Valerio fratri in bello Sabinorum, quorum legationibus & conſilijs Conſules feliciter pugnauerunt. At contrà immodeſtiam adrogantiamq; indicauere, M. Horatius, & M. Valerius Publicolæ fratter qui contra ſenatus authoritatem duobus diebus triumpharunt. Cæſar Iulij filius XX. an. Senator & Cos. quanquam honores ante tempus nonnullis etiam modeſtiſſimis ob uirtutem conceſſi, M. Vale. Coruino annorum XXIII. Conſulatus, Scipioni Aemyliano item Carthaginem petenti. Et demum Pompeio ante annos triumphanti. Cæſaris quoque geſta plæraque tyrannica, præſertim dum peteret abſens conſulatum, ac prouinciæ tempus prorogari: quamuis & hæc omnia abſentibus quibuſdam ſponte quandoq; data. Nam metu belli Hetruſci creſcente, ut author Liuius libro X. Q. Fabius, P. Decius conſules, App. Claudius Prætor abſentes creati ſunt, & L. Volumnio qui Conſul ante Samnites uicerat, ex S. C. in annum prorogatum imperium. Fabio denique ob egregie domitam Hetruriam conſulatus continuatus. Sed & in alio genere laudati Scipio Aemylianus Aeliano, & Pomponius Atticus Cornelio Nepote teſtibus, qui nec unquam emerunt quicquam nec ædificauerunt. Pompeius agrum uicinum nunquam mercatus eſt. Auguſtus forum anguſtius fecit, nō auſus poſſeſſoribus domos extorquere: quem mea ætate imitatus Coſmus Medices, unus omnia potens, quum domum uicinam Lucianorum ſuas ædis maxime incommodantem nullo precio obtinere poſſet, nihil unquam ex honoribus humili familiæ detraxit.

M. Fabius

Q. Cincinnatus.

Scipio Aemylianus

Pomponius Atticus.

Coſmus Medices

DE VERECVNDIA ET PVDICITIA.

AD MODESTIAM uerecundia pertinet, quæ Ariſto. adſectus magis quàm uirtus ponitur, quod diffuſa in corpore exiſtat. Menander. πᾶς ἐγκρατὴς καὶ σώφρων εἶναί μοι δοκεῖ. Omnis qui uerecundatur, bonus mihi uidetur in primis eſſe. In hac repulſæ ſunt plurimorum, qui mihi ſupra in magiſtratibus commemorantur. Cato inter alios duas tulit: alteram conſulatus: alteram uero præturæ cum Vatinio uiro infami. Idem bis in carcerem duci iuſſus, à Cæſare, & à Trebonio Trib. Pleb. quod legem impediret, quæ prouincias Cos. Cæſari, Pompeio & Craſſo dabat. Virginia patriciæ, ſacrisq; eiecta fuit. At ipſa aliam ædem plebeiæ pudicitiæ extruxit. Liuius X. Simile huic apud Hebræos Anna ob ſterilitatem eſt paſſa. Pudicitia uero ipſa quanquam ſit mulierum præcipua, uiros etiam ſæpe uel non Chriſtianos honeſtauit: quorum aliquot exempla ponit Aelianus de uaria hiſtoria. Eucrates Chalcedonius philoſophus manibus uerenda non attingebat. Amœbeas citharœdus, & Diogenes tragœdus caſtitatem ſeruantes, ab uxoribus perpetuo abſtinuerunt. Clitomachus Pancratiaſtes canes concumbentes ſe ne uideret auertebat. In conuiuijs uerba impudica & obſcœna dedignabatur. Democles puer ob formam cognomento Pulcher, Athenis Demetrij libidinem, in feruentem lebetem ſeſe proijciendo

Eucrates

Amœbeas

Diogenes tragœdus.

Clitoma.

Democles

proijciendo uaſtauit. Apud Romanos adoleſcens in caſtris C. Marij: ut Cicero pro Milone teſtatur: tribunum uim ſibi adferentem interfecit. Facere enim probus adoleſcens periculoſe, quàm perpeti turpiter maluit. Publius item adoleſcēs Papyrij creditoris libidinem ſimul & crudelitatem ad ſenatum detulit. Spurina item alius Romæ, ne ob formam uexaretur, gladio ſibi faciem dehoneſtauit. Inſequentibus uero temporibus duos audiuimus ob Veneris abſtinentiam in morbis perire maluiſſe, Iſacium Comnenum imperatorem Conſtantinopolitanum: & alterum quem uidimus, Iacobum Luſitaniæ cardinalem, è ſtirpe regia, ſub Pio Florentiæ decedentem, uirum utrumq; ſumma modeſtia ac probitate.

De ijs qui bona habuerunt initia, turpem uero finem: & contrà.

NONNVLLOS uero laudatos fuiſſe adoleſcentes accepimus: illaudatos uero ſenes, ut Metellum Pium, qui cætera uita continentiſſimus, conſul ad extremum in Hiſpania, iam ſenex uarijs ſe dederat uoluptatibus. Idem & Hortenſio, Lucullo q; euenit. Et apud Græcos Soloni Athenienſi ſapientiſſimo: ut eius indicant carmina: Dum propero ad ſenium diſcere multa libet, Gratæq; ſunt Veneris nobis, & dulcia Bacchi, Quæq; uiris Muſæ munera grata ferunt. Alcibiades quoq;, Antiochus Magnus, Xerxes, aliiq; complures in eiuſdem albo cenſuræ: qui excuſatione ferè remiſſionis ab omnibus conceſſæ, poſt labores exantlatos utentes, nimium ad ocium & luxuriam prolapſi, famam priſtinæ frugalitatis ultima incontinentia amiſerunt. Aliqui uero contrà: lapſi in iuuentute, alios poſtea mores ſumpſerunt: ut accidit Protagoræ philoſopho, & Alexandro ſophiſtæ. Cicero pro Cælio: Multos audiuimus in hac ciuitate, qui totam adoleſcentiam uoluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe: grauesq; homines, atq; illuſtres fuiſſe. Auguſtinus item: Nonnullos legimus & uidimus, qui aut adoleſcentię uanitate, ſeu ignorantiæ cæcitate decepti, uario peccatorum genere tenebātur obnoxij: deinde ocyus ab errore conuerſi, maiora adhuc opera fecerūt iuſtitiæ, quàm antea peccata admiſerāt. Ad hoc igitur multum faciet bona natura. Quapropter Euripides ſic ait: Profectò res mira, ſi terra quidem mala, bonam nacta tempeſtatem fuerit, ſatis dabit ſegetum: contrà uero bona, ſi ea deſint quæ circa ſunt opus, fructum adferet malum. In hominum autem genere quiſquis ſemel malus, nunquam erit aliter quàm malus. Bonus uero ſemper bonus: neq; ob aliquod damnum naturam mutabit quin ſit bonus. Diligentia tamen cunctis in rebus ſemper aliquid proficit: ut ait Quintilianus: naturæq; ac fortunæ ex parte reſiſtit. Ex quo idem poeta poſtea ſubdit: τὸ δ' εὐφυὲς καλῶς. Refert, inquit, nonnihil bene educatum fuiſſe. Igitur, ut inquit Hieronymus, uitæ præteritæ minime credendū, ac cum uitijs uſq; ad extremum & caſtrorum euerſionem pugnandum: ſi quis autem per licentiam paulum de animi contentione remiſerit, inimicis de ſe diu expectatam uictoriam non auferre quidem, ſed differre uidebitur.

Metellus Pius

Solon Athenienſis

Diligentia

DE AMORE IMPVDICO

THEOPHRASTVS, amor eſt, inquit, animi concupiſcentia, quæ celerem habet ingreſſum, tardum uero regreſſum. Plutarchus autē aliter: Amor neq; nos ſtatim, inquit, nec uehemēter ab initio quemadmodum ira inuadit, neq; facile ingreſſus diſcedit, quāuis alatus: ſed ſenſim ingreditur ac molliter: manetq; diu etiam in ſenibus: qui quanquam diſcedit, aut tempore, aut ratione uictus, non penitus liberam relinquit animam, remanetq; in ea ueſtigium, ueluti ſyluæ exuſtæ, aut fumantis, nec penitus ex oſſibus eiicitur: ignoraturq; quid ſit, unde ueniat, quomodo ingreſſus. Hieronymus contra Iouinianum in hāc ferè Plutarchi ſententiam: Amor, ait, in multis eſt inſuperabilis, extinctus accenditur, & poſt copiam rurſus eſt inops, & ob perturbationem quam ſuſtinet, aliquid cogitare non ſinit. Idem ad Amantium presbyterum: Omne peccatum poſt factum pœnitentia ſequitur, ſola uoluptas in ipſo pœnitentiæ tēpore præteritos ſtimulos patitur, ut ex hoc quod corrigere cupimus, rurſus ſit materia delinquendi. Plautus in Ciſtellaria amoris inſaniam pulcherrime deſcribit: Credo ego primum amorem apud homines carnificinam commentum. Hanc ego de me coniecturam facio domi, ne foris quęram, qui omnis homines ſupero cruciabilitatibus animi: iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uertor in amoris rota miſer, exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior. Ira nullam mentem animi habeo: ubi ſum, ibi non ſum: ubi non ſum, ibi animus eſt. Ita mihi omnia ingenia ſunt: quod lubet iam, non lubet id continuo. Ita me amor lapſum animi lu-

Amor impudicus

Amoris inſania ex Plauto

Universidad de Deusto
Biblioteca

dificat,fugat,agit:quod dat non dat:modo quod suasit dissuadet: quod dissuadet id ostentat. Theophilus dicit amorem cœlo à dijs, quod seditionem inter illos agitaret,expulsum fuisse effractis alis, ne rursus ad superiora uolaret. Menander: Φύσα γὰρ ἔρως τὸν ὑπὲρ τοῦτον κωφόν, Amor natura surdus admonenti. Plato in Phædro,animam cõparat geminis equis: alteri bono,rationis:alteri malo,appetitus:peioremq; cõcupiscentiæ quàm iræ appetitum esse. Aristoteles ait,amantes ad oculos protinus respicere ante omnia in quibus pudor continetur. Theocritus: Νῶϊ ἔγνων τ' ἔρωτα, βαρὺς θεός, ἦρα λεαίνα μασὸμ ἐλάλαξε, δρυμῷ π μιν ἔτραφε μήτηρ. Virgilius hunc æmulatus ait,Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illũ Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, Non nostri generis, nec nostri sanguinis edunt. Idem Theocritus uno uersu eius exprimit inconstantiam: καὶ φεύγα φιλέοντα, & οὐ φιλέοντα διώκει. Sectantem refugit,consectatur fugientem. Et alibi: πολλάκις γὰρ ἔρωτι τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Sæpe haud pulchra satis,sat pulchra uidẽtur amori. Ex quo,ut scribit Pausanias, apud Ægyram urbem Achæorũ, amor cum fortuna sub eodem tecto colebatur, quoniam ad amorem consequẽdum plus posset fortuna quàm pulchritudo. Alexis: ὅστις αὖθ' ἁλικὴν τὴν σωμάτων ἐχεῖ, τὴν ἡδονὴν ὅτι ὄνχι τὴν φίλων φίλον. Qui uires corporis amat,uoluptatis non quidẽ amicorum amicus est. Cheremon tragicus ait: Sicut enim uinum dilutum, sic amor medio cris gratus: intensus uero & immoderatus,molestus. Thespienses Erotidia celebrabant sicuti Olympia. Lacedæmonij ante pugnam amori sacrificabant,uelut in amore certantium & certa amicitia uictoria consisteret. Cretenses in prælijs optimos ac pulcherrimos amore deuinctos secernebant,ac per eos annua sacra fiebant. Apud Athenienses sacra cohors appellata ex amatis & amantibus consistebat: ut tradit Alexis,in qua summa erat fiducia. Ex Athenæo. Nunc ad proceres nostros, Gregorius in moralibus, Luxuria sensum hebetat, confundit intellectum,memoriam obturat,euacuat sensum,obnubilat uisum,reddit hominem pallidum ac fœdum, senectutem inducit, mortem deniq; maturat. Chrysostomus in Matthæum: Luxuria eo plus augescit,quo magis frequentatur,fugiendo fugatur. Hieronymus ad matrem & filiam in Gallia cõmorantes. Ferreas mentes libido domat,ac eo plus in uirginibus,quo dulcius esse putatur quod nescitur. Idem, Difficile inter delicias seruare castitatem. Idem, Qui luxuriam perfecta uicerit continentia,sanctior erit Dauid,sapientior Solomone,fortior Sampsone. Nam quũ nihil sit utilius quàm à carne uinci: nihil tamẽ gloriosius quàm carnem uincere. Idem ad Nepotianum dicit, præteritæ castitati non esse confidendum. Bernardus rem hanc tripliciter euitandam suadet,actione,sensu,oculis. Et quando amor & uoluntas sunt actionum principia, merito Augustinus animam citra amorem uocat extinctam: nec eo uacare posse pudico uel impudico. Pudet commemorare sapientes plurimos infra suam appellationem ob uoluptatem constitisse, ut literas etiam quæ perficere ingenium & mores debuerant,infament. Vt à Græcis ordiar. Nec tantum Clario Lede dilecta poetæ: Nec tantum Coo Bacchis amata uiro. Philetas enim de Bacchide poema fecit: & Callimachus de Lyde apud Clarium Ioniæ urbem ortus,quamuis è Cyrene originem suorũ duxerit. Has sequutæ sunt Lesbia Catulli, Delia Tibulli, Cinthia Propertij, Corinna Nasonis. Duces etiam corruperunt, Lamia Demetrium, Phryne Timotheum, Philippum Græcæ puellæ amores, Annibalem Campania, Cleopatra Cæsarem, Flora Pompeium. Ducta insuper in matrimonium scorta, Pericli Aspasia, Psamnitico regi Ægyptio potentissimo Rhodope, Antonio Cleopatra. Nos Andream Palæologũ Peloponnesi Despotum ex tanta nobilitate superstitem, Græcum scortum atq; utilissimum sibi connubio iunxisse uidimus. Sed utinam sexum non mutaremus: in hac parte multo feris nocẽtiores, quum illæ naturæ legem custodiant. In gymnasijs Græcorum hæc reperta sunt uitia. Primi enim Lacedæmonij, teste Thucydide, puerorum corpora ad palæstram nudauerunt, sic postea nulla priscorum societas hac caruit nota. Inter Argonautas, Hylas Herculi dilectus, qui quum aquas haurire descendisset apud Arganthonium Bithyniæ raptus nymphis dicitur: quem Hercules quæsitum exiens, & ipse non amplius ad naues redijt. Nireus, qui ad Troiam uenit, pulcherrimus unus ponitur Iliados β. Euryalus Virgilianus, Parthenopeus Statianus. Sic deinde uarijs uarij adamati, ut Bathillus puer Siculus Anacreonti. Magnes Gygi Lydorum regi, Harmodius, Hippiæ, Aster Platoni. Q. Catulo Roscius, Piso Galbæ, Antinous Hadriano. Nec Pindarum poetam hæc infamia liberauit, qui, teste Valerio, in gymnasio in gremio pueri adamati, obdormiscens expirauit. Duos quoq; Romanos equites

Sapientes plurimi ob libidinẽ infra suas appellationes

Sexus mutatio

Lacedæmonij

tes Plinius libro septimo sua ætate dicit in Venere Pantomimi Mythici forma præcellentis obijsse. Huiusce modi etiam fatum exitium q; Cor. Gallo prætorio, & Q. Heterio equiti Romano diuersis temporibus contigisse. Quin & bruta sæpius adamata, ut à Cratide pastore capra. Amati & homines à belluis, ut à delphino puer Corinthi. Apud Solos puer Xenophontis à cane. Alius à graculo apud Spartam. Ab anser e quoq; Citharistria. Hæc Ælianus. Vidimus & nos huius generis his temporibus exempla: primum quod accidit puero Romæ dum adequitaret, forte cercophitecus de maiore genere è fenestris uicecancellarij conspiciens, illico eum consectatur uersus Hadriani pontem, metu quoq; adceleratem, & ipse insiliens tandem in equum capite colloq; horrendo spectaculo complexus est: ille penè exanimatus concidit, ductusq; in proximam tabernam: fera perseuerauit eo modo, aliquandiu nihil aliud prorsus agendo, dein prosilijt. Postremo loco, quod omnibus incredibile fortè fuerit, referam recentissima historia, ut illud iactare carmen possimus. Credite Romani Dictæo credite tauro: Vidimus, accepit fabula prisca fidem. Siquidem sub Pio tertio in Hetruria puella quædam cum cane quem maxime amabat rem habens, grauidaq; ex eo facta, semicanem peperit, hoc est, pedibus, manibusq; ac auriculis canínis, cætera homine: res expiationis gratia ad pontificẽ delata. Inuenti quoq; qui inanimata dilexerunt, ut iuuenis Atheniensis statuam Fortunæ in Prytaneo consistentem, quæ quum ei negaretur precio mercari uolenti, apud eam se noctu interfecit. autor Ælianus. Plinius item de signo Veneris scribit, quod quum iuuenis deperiret, sæpe cum eo congressus, turpitudinis signa apparuerunt. Oenomanthi denicq; sophistæ insaniam, uerbaq; in imaginem pueri dilectam Philostratus ponit: quã referre ob turpitudinẽ supsedeo. Vitandæ libidinis duo maxima remedia Ouidius his carminibus ponit: Ocia si tollas periere Cupidinis arcus. Et in alio loco: O nimis exitio nata theatra meo. Quapropter soleo mirari grauitatem Romanam spectacula permisisse Vestalibus. Nam Augustus contra prætoris tribunal, eis locum in theatro adsignauit. Tertium addit omnium præstãtissimum Hieronymus ad Rusticum monachum: Sacrorum uoluminum, theologiæq; studium.

Qui inanimata dilexerunt.

Vitandæ libidinis duo remedia ex Ouidio

Tertium ex Hieronymo

DE AMORE PVDICO

ORPHEVS in carminibus, amorem quem φάνητα uocat, principium ponit rerum humanarum. Zeno stoicus amorem dicit amicitiæ & concordiæ, libertatis quoq; instrumentum: ideo ad salutem reipublicæ plurimum conferre. Sapientes alij, ut ait Athenæus, eum procul ab omni turpitudine iudicabant: & in gymnasijs unà cum Mercurio & Hercule statuerunt, cui sacrificabãt. Nam amorem, honestamq; uoluptatem, quæ ex uirtute prouenit, deliciæ corporis infamauerũt: ut Seneca testatur in epistolis. Neq; uoluptas, inquit, causa uirtutis, more Epicuri: sed accessio est. Virtus enim non quia delectat, placet: sed quia placet, delectat. Plato triplicem ponit amorem: diuinum, ferinum, & humanum. Primus occurrente pulchro aspectu ad diuinorum contemplationem animum extollit, ab omni procul labe remotus. Secundus, belluarum more coinquinat. Humanus autem inter utrumq; consistens: sensus quidem quadamtenus oblectat, uitium tamen refugit. In Symposio quo quisq; ex ordine conuiua de amore sermonem habet, geminam ponit Venerem cum gemino amore: primam sine matre cœlestem & pudicam, quam sequitur amor pudicus: secundam ex utroq; sexu procreatam impudicã, ex Dione, quam item amor sequitur impudicus. Amici insuper in partem honesti ueniunt amoris: de quibus legendis, præter Aristotelẽ in octauo, Xenophon commentario secundo Socratem differentem introducit. Dicit enim minime eligendos esse, qui in reddendis beneficijs, alijsq; uitæ officijs fuerint negligentes: præterea auaros omnis qui tantum proprio commodo student: mẽdaces insuper ac subdolos, uoluptarios uentri, somno ac Veneri nimium indulgentes. Tales enim nihil boni in commune officium amicitiæ conferre petunt, sed eorum potius commercium fugiendum. Nam bonus ignauum cuius facta minime probat, nullo pacto diligere poterit.

Triplex amor secũdum Platonem.

CONTRA DIVITIAS GRAECORVM DICTA

PLVTARCHVS. Prouerbium est, μὴ παιδὶ τὸν μάχαιραν. id est, non gladium puero. Ego autem dico nec puero diuitias, nec uiro inerudition ẽ. Bion dicebat ridiculos esse homines, qui studeant diuitijs quas fortuna præbeat, illiberalitas custodiat, probitas auferat. Diogenes. Neq; in ciuitate, neq; in domo diuite uir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutem posse habitare. Fauorinus. Homines quandoq; dignos risu, quandoq; misericordia, interdum odio. Risu, quum ob insolentiam maiora, quàm eis conueniant, appetant. Odio, quum ea adsequuntur. Misericordia, quum non adsequuntur. Pythagoras. Neq; equum sine freno, neq; opes sine sapientia retineri diu posse. Socrates. Diuitias existimanda esse, si saltem uoluptatem parerent. Sed qui uti uelit pereuntes uidet, tum uoluptate desidiaq; marcescit: qui autem custodire, curis uritur: qui uero possidere, assidua cupiditate. Neq; auratus lectulus ægrotum leuat, neq; bona fortuna stultum. Appetitus natura frenari difficilis, adiũctis uero diuitijs penitus insanus. Insatiabilis animus, furiosa res est: quum mœreat sæpe nondum miser, spe plura consequendi consequuta negligat, desideret absentia, despiciat præsentia, neq; ita amet uti sperat. Atq; haud uideo utrum miserius possideat an expectet. Possessis enim non utitur, expectatione laborat. Bonum igitur existimabimus cuius nullus sit finis, ac res adepta principium sit cupiditatis alterius: Nullus enim ita locuples est, qui minora uotis non possideat. Oportebit igitur in rebus secundis in eum qui uti tur non adeo secundis, in aduersis uero in eum qui magis aduersis utitur, intueri. Quod si fortè aut in prosperitate longe fortunatiorem, aut in calamitate minus calamitosum respexeris, semper mœrebis. Simonides interrogatus, utrum eligendum magis, diuitias an sapientiam: Num uides, inquit: Aspicio enim sapientes ad diuitum ianuam uenientes. Hactenus ex Plutarcho: deinceps ex Platone de republica. Mihi autem non amare pecunias magnopere uisus est, quod solet accidere his qui non possident eas: qui uero possident, duplo quàm cæteri diligunt: haud aliter quàm poemata uel patres filios, adeoq; tenentur eo studio, ut in conuersatione molesti sint omnibus, nihil aliud laudari, nihil aliud fieri ab hominibus cupiẽtes. Vera, inquit, ais. Certe ego inquam. Sed hoc enarra, quod præstare putas, frui ne multa substantia? Moderata, inquit ille, & reliqua quæ sequuntur. Idem. Pecunia quid opus hominibus, nisi fortè ut morbis medicus, ut tantum utilitatem adferat? Nam χρήματα chremata ex hoc pecunia dicitur, quasi utilia. Idem ualde diuitem non posse felicem esse probat hoc modo. Felicem simul & bonum necesse est esse, ualde autem diuitem & bonum esse non licet, non ergo felicem & diuitem. Idem. Qui nimiũ intenti parandę rei sunt, quanto hoc putant honoratius facere, tanto uirtutem inferiorem existimant. Virtus & opes haud aliter quàm duo in trutina pondera, quorum altero degrauãte eleuatur alterum. Sic in ciuitate tanto boni uirtutesq; prædíti sine honore sunt, quanto magis in precio diuites. Mox ex Isocrate, πλοῦτον κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἔοικε, δημοσίᾳ μὲν τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἥδεσθαι ποιῶν, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους ἀγάγων. Diuitiæ uitij magis q̃ uirtutis ministræ, licentiam inertiæ præparant: ad uoluptates quoq; iuuenes traducunt. Idem. Qui diuitijs uti nesciunt, similes sunt his qui pulchrum possident equum, nesciunt autem equitare. Idem. Præsentem substantiam duabus de causis noli despicere: nam & magnæ calamitati facile medentur: & studiosum hominem, alioquin minime fortunatum iuuant. Idem. Non enim accipere lucrum, aut erogare damnum, putatote. Neutrum eorum semper eandem habet uim: quum tempore uirtuteq; fit, utrumq; possidentes iuuat. Euripides. πολλῶν τὰ χρήματα ἄλλα ἀνθρώπις κακῶν. Pecunia est hominibus multorum causa malorum. Simile illud apposticum. Radix omnium malorum est cupiditas. Item: Melior uita mediocris, innocuaq; substantia, quàm domus impijs referta diuitijs. Simile illud Dauidicum: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Idem. Male partam pecuniam à tua domo expelle, ea siquidem perniciem adfert, ac breui tempore dilabitur. Hunc imitatus Sallustius eleganter expressit. Male parta male dilabuntur. Idem: Opes ea moderatione adipisci ac retinere oportet, ne quis earum causa postea mœreat. Idem. κακῶς οἴκοις ἐπεισέρχεται οὐκ ἔχει σωτηρίαν. Quæ male domum ingrediuntur, minime salutem habent. Sophocles. χρήματ' ἀνθρώποις οὐδὲν εὐρίσκω φίλτερα, αὔξοντα δ' ἡμᾶς. Pecunia inuenit hominibus amicos pariter & honores. Vsurpatum & ab Ouidio. Dat census honores Census amicitias. Lycurgus. οὐ τὸν πλοῦτον καλῶς, ἀλλ' ἐν καλῶ. Non enim pulchrum diuitem esse, sed è rebus pulchris. Hesiodus. χρήματα δ' ψυχῇ πάντα φίλτερα ἔστι βροτοῖσι. Est anima heu miseris nummus mortalibus ipse. Præterea ea detestanda quæ causa malorum sunt, ac inferendi belli. Quapropter Demosthenes in Philippicis ait. τὰ μὲν δὴ χρήματα, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδὲν ἄλλο γενέσθαι πώποτε δοκεῖ. Opus pecunia, nec sine pecunia quicquã fieri licet ex his quæ oportet. Cicero in simili causa neruum belli pecuniam appellauit. Musonius. Diuitem tantum & sapientem putamus eum qui necessitatem ubiq; ferre potest. Antiphanes. Præstet egere, quàm turpiter ditari: hoc uituperationem, illud misericordiam parit. Hypseus. Nullus enim quod diues, sed quod procul à turpitudine uixerit, laudem consequitur. Hierax. Diuitiæ bifariam insidiantur: primum potentioribus per inuidos, deinde pauperibus per potentiores: quod igitur possidentes inuidiosos facit & iniustos, quam potest cum uirtute societatem habere? Aristonymus. Diuitum uita, ueluti qui altum nauigium tenent: pauperum uero qui iuxta littus adnauigant. Vt enim uinum quosdam ebrios & iratos reddit, quosdam mente salubriore & mitiore, sic diuitiæ. Theognis. Qui sua uult latere uitia, diuitias quærit. Diuitiæ tantum expetuntur ad ambitionem, libidinem, & gulam, quæ fati sunt sæpe causa celerioris. Ex quo idem author ait: πολλῷ τοι πλείους λοιμῷ κόρῳ ὤλεσεν ἄνδρας. Plures mortales gula quàm pestis dedit orco. Democrates. Qui animum curat, seipsum curat: qui corpus, non se sed sua curat: qui pecuniam, non se nec sua, sed ualde aliena curat.

Valde diuitẽ non esse felicẽ

Pecunia inuenit hominibus amicos & honores.

DE OFFICIO DIVITIS

Diuitis officium

IGITVR longe difficilius fuerit, ut ait Plutarchus, dispensare opes quàm parare, quod hoc cuiusuis est, illud sapiẽtis tantum. Multiq; propterea in tenui fortuna beatius, quàm in opulenta degunt: ex quo Augustus, teste Tranquillo, quibusdam ciuitatibus libertatem, ea uti nescientibus, ademit. Et quando ad censuram liberalitatis, omnes philosophi diuites uocant: sæpe euenit, ut auarissimi quiq; famam lautitiæ, uictusq; splendore tueantur. Nam ita fit, ut qui præter officium sumptuosi existunt, præter etiam officium præparci sint: ut olim Milesij, qui mollibus ornati uestibus, domi sordidi habebantur, nunc item Neapolitani: seu si ad omnia prodigi, rapaces. uti C. Cæsar, & omnes ferè qui castra sequuntur. Contra hos Hieronymus ad Pammachium ait: Pythagoræ præceptum est: Per uiam publicam ne ambules, hoc est, ne uulgi sequaris errores: quicquid agas, æternæ causa mercedis agas: cunctaq; non ad laudem, neq; opinionem, sed gloriam reuoces sempiternam. Idem ad Nepotianum: Nonnulli diuites templa ædificant, columnis ac marmoribus ornant: non damno, non uitupero, unusquisq; in suo sensu abundet, sunt tamen meliora quæ agant. Si igitur in operibus sacris nimium sumptuosi minime laudantur, quid dicemus in profanis, ac superuacuis ædibus, aut arcibus? Cæterum in fortuna unum cuncti hospitium extollunt. Nam cætera si dantur copiæ signum, uel quandoq; non diligentis erit: in hoc etiam excipientis charitas laudatur: unde multi uel ignobiles apud posteros nomen meruerunt, ut Molorchus ille pastor in Nemea sylua, qui Herculem à leonis cæde redeuntem excepit: Ianus Saturnum, Euander Æneam, Canusinæ & Campanæ mulierculæ Romanos à clade Cannensi, Raab apud Hebræos dei populum. Græci olim Ioui Xenio, teste Pausania, templum cõstituere, quod nulla re magis illum placari putarent. Hesiodus loco fratris hospitem dicit esse. Gregorius pontifex, multiq; proceres ex nostris domi uocatis ministrabant, quum possent hoc officium foris delegare. Res hæc uitio contrario prælucet. Inhospitales primo omnium Thraces, Polymestoris proditio, & Diomedis stabula declarant. Deinde Ægyptios aræ Busiridis, & Pompeij cædes. Deinde Scythas infamis olim ara Dianæ. Æthiopum quoq; multos anthropophagia. Quibus non multum cessit hoc tempore Pisanorum simul & Bononiensium noua crudelitas, qui inquilinos omnis iam penè ob antiquitatem ciues expulere. Hi ob annonæ caritatẽ, ex quo paulo post terræmotu sunt ingenti periclitati. Illi quum à Florentinis desciuere, direptis etiam bonis. Vnde in hunc diem in maximis agunt ærumnis. Quod ne quidem à priscis Romanis didicere, qui quondam expulsis Tarquinijs bona etiam reddere decreuerant, si per eorum compertam proditionem licuisset. Cæsar quoq; non nullis transfugis etiam apud se relicta remisit. Populus Romanus reges ac legatos omnis per quæstores sumptibus excipiebat. Sed fortunatis quum ex dominica sententia res arridua sit, tria Apostolus præsentanea remedia, ut Hieronymus innuit, proponere uidetur, quæ his uerbis compendio dicuntur: Diuitibus huius seculi præcipe, non altum sapere. Fatile tribuere. Non sperare in incerto diuitiarum suarum. In primo frugalitatem, modestiam q; in moribus ac uictu, citra superstitiosum splendorem & ornatum præcipit: cuius rei gratia diues damnatur epulo, laudatur Lazarus. Deinde beneficentiam ac liberalitatem in pauperes: qua de causa illius qui bona ad multos annos congregauerat, nocte sequente repetita est anima, & Zacchæus probatus. Nam quum omnes morum ac doctrinæ perfectam

Milesij

Pythagoræ præceptum

Hospitium

Thraces inhospitales

Aegyptij

Scythæ

Diuitum tria remedia ex Apostolo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctam laudem consequi non ualeant, hi maxime in secundis consistent, qui tales demere/buntur. Quod Augustinus ad propositum euangelicæ Mammonæ mirari solet tam adpo site à Virgilio dictum: Quisq; sui memores alios fecere merendo. In tertio modum cupidi/tati, honestæq; rei statuere, & ne semen à spinis obruatur ex ambitionis auaritiæq; sollicitu dine, ad ueram philosophiam quandoq; quisq; pro ingenio suo se recipiat: quod principes multi fecere, qui supra mihi memorantur.

PRO PAVPERTATE

Duplex paupertas

PAVPERTAS tribus de causis amplectenda: quod curas remittat: quod ad philosophandũ aptior: quod meliores uiros reddat. Fauorinus, ut scribit Sto/beus in collectaneis, duplicem ponit paupertatem: ex fortuna, & ex sententia. Primæ mederi exercitationem, liberalitatem, alienam quoq; fortunam. Se/cundæ nihil mederi, quoniam minime indiget. Illa quidem indiget & quærit. Xenophon in Symposio: Quid est ô Charmides? Quænam res tibi maximæ curæ est? Mi hi, ait, paupertas. Certe, inquit Socrates, res quidem gratissima, minimeq; inuidiosa, mini/me contentiosa, incustodita seruatur, neglecta fortior. Diphilus: πένητος ἀνδρὸς οὐθὲν ἐστὶ τυχεῖν κρεῖττον, πλὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ. Paupere uiro nihil fortunatius, commuta/tionem ad peiora non expectat. Epictetus: Corpus mensura possessionis, sicuti pedis calce/us: qui si intra eius mensuram constiterit, induentem iuuat: si laxior, molestat. Hypseus: Θράττου τὸ φοβεῖσθαι, μὴ μὲν φοβῆσαι πενίαν. Cura timorem, nec timebis paupertatem. Menan der: αἰσχυνόμενον αἰσχίστα πενίαν φέρειν. Turpissime fers paupertatem si pudeat. Apollonius philosophus ait: Egere probrum non est. Sed ob turpem causam egere, uelut Iro illi Home rico contigit. Antiphanes: Fames omnia dulcia præter seipsam facit. Seneca in epistolis: Si ad naturam respicias, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam diues. Idem:

Paupertas idonea philosophiæ

Nullum maius lucrum, & carere his quæ possides. Quod autem, ut ab initio proposui, sit aptior ad philosophandum: Diogenes, Stobeo item teste, paupertatem dicere solebat, phi/losophiam esse αὐτοδίδακτον, id est, sine præceptore, sponte edoctam. Nam quod philoso/phia persuadere uerbis multis contendit, hoc præstare paupertas cogit. Prouerbium quo/rundam est, ut ait Teles: ἡ πενία χωλὸς πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν. Paupertas clauda ad philosophan/dum. Quod ille quidem negat. At non uides, inquit, quod plerũq; pauperes philosophan/tur. Diuites uero in ocio male uiuunt? At inquiunt Aristotelis protrepticum ad Themiso/nem Cypri regem esse hortantis ad philosophiam, quum nulli magis commodum, quàm ei sit, ob opes quas ad hoc opus impendere potest, insuper & gloriam. At hoc pauper præ/stare melius poterit, quod minus occupetur negocijs, quàm diuites: quos non solum sibi, sed & alijs uacare oportet: minus etiam ob modicas facultates uoluptatibus uacet. Præter/ea gloriam non minus quoq; pauper præstabit. Videmus enim sæpe honoratiores in hoc genere homines in ciuitatibus esse. Aristides in constituendis uectigalibus omnibus præla tus fuit, cuius gloriam Callias ea tempestate, quanquam ditissimus, æmulabatur. Lysander

Paupertas industria & ingeniosa

etiam apud Lacedæmonios. Et Euripides dicit, quendam pauperem adolescentem plures honores adsequutum apud Argiuorum ciuitatem. Hæc Teles. Paupertas insuper magis industria, & ingeniosa. Nam Architas, ut ait Plutarchus, legens Eratosthenis Mercurium, carmen illud magnopere laudare solebat. χαιρὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χαιρὼ κεν ἐμ εὕροι. Vsus cun/cta docet, quid non inuenit egestas? Virgilius hoc imitatus ait: Labor omnia uincit Impro/bus, & duris urgens in rebus egestas. Maximum postremo argumentum in diuitijs uirtu/tem non esse, quod tam apud Græcos quàm Latinos optimi uiri, maximeq; sapientes, om/nes pauperes extiterunt. Hic igitur Apulei locum, quod in apologia sua causam pauperta/

Maxime sapientes pauperes extiterunt.

tis pulcherrime declamare uidetur, adducam: Paupertas, inquit, philosophiæ uernacula est, frugi, sobria, paruo potens, æmula laudis, habitu secura, consilio beneuada, cultu sim/plex: neminem unquam superbia inflauit, neminem in potentia deprauauit. Ciuitatum est conciliatrix, omnium artium repertrix. Eadem in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta, eadem populi Romani impe/rium ab initio fundauit. C. Fabritij, Cn. Scipionis, Manlij, Curij filiæ de publico dotatæ ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam. Publicola regum exa ctor & Agrippa populi reconciliator collatis sextãtibus à populo Romano funerati sunt.

Attilij

Attilij Reguli agellus ob simsem penuriam publica pecunia cultus. Hæc ille. Socrates di/cere solebat, paupertatem paruam esse modestiam. Prouerbium est Græcum apud Plutar/chum: οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχίας. Nunquam fames adulteria genuit. Plato in legibus ait: Pauperum peccata ob huius uitæ incommoda, leuius apud inferos puniri, diuitum ue/ro grauius. Cui consentire uidetur Chrysostomi sententia in sermonibus: Habet & pauper tas martyrium suum si patiẽter toleretur. Ambrosius in psal. Quanto quis in hac uita igno bilior aut abiectior, tanto erit in futura excellentior.

Chrysostomus

COMPARATIO VTRIVSQVE EX XENOPHONTE

Pheraulas & Sacas

XENOPHON quoque in dialogo quodam pulchre ostendit diuitiarum ac paupertatis comparationem his uerbis. An putas Saca, Pheraulas ait, eo me iucunde uiuere, quod plura possideam? scito me non secure degustare, aut bibere, aut dormire æque, atq; quum eram pauper. Nam quo plura adsunt, plura custodire, plura oportet distribuere, curas etiam plures admittere, ne/gociaq; tractare. Serui multi multis indigent, ac hi uictum, illi uestes, alij medicos requi/runt. Diuersis è locis nuncij proruunt mali, aut oues à lupis abreptas, aut boues è rupe præ cipitasse, aut morbum aliquem armentis agrisq; incidisse. Minime, inquit Sacas, ista puto. Quum potius saluis rebus plurimis, animum magis gaudere oportet. Tu uero, inquit Phe raulas, Saca noli putare pecuniam, curas, aut tristitiam ex animo posse discutere. Nullum enim uidere licet, aut diuitem quiete somnum capere, aut hæc spernentem esse irrequie/tum. Atqui, Sacas ait, ista concedo diuitibus euenire quæ memoras, si quando eos roga/re, sumptusq; facere grauate contingat. Quod si, fortè impensis æque ut possessis oble/ctarentur, nimia profecto diuites felicitate pollerent. Necesse, inquit Pheraulas, ô Saca, multa possidentem, multa erogare, In deos, in amicos, in hospites. Quicunq; igitur in ac/quirenda pecunia gaudet, is oportet ualde in distribuenda mœreat. At ego, Sacas ait, pu/tauerim non minori esse uoluptati, multum possidenti diuitiarum, multum facere impen/sarum. Et quæ sequuntur. Apud Aristophanem quoq; utrumq; simul differentem pro/be legimus: πλοῦτον καὶ πενίαν. Quumq; Plutus paupertati incommoda extrema, mise/riamq; ultimam obiectet: At illa non, inquit, mea sunt ista, sed mendicitatis. Quod lepide Martiali exprimitur. Nam Cinna non est pauper, habere nihil: ut planè innuatur statum inter utrumq; optimum, ferè ex nostrorum etiam sententia. Paupertatem & diuitias ne dederis mihi.

CONTRA AVARITIAM DICTA GRAECORVM

HERODES ATTICVS, ut est apud Philostratum in eius uita, auaros com/parabat Aloidis, qui Martí quem ceperant, & in uinculis retinebant, nihilo/minus sacrificabant. Sic illos pecuniam, quasi in compedibus retinere, simul & uenerari. Aristonymus in historia: Auari uitam pollincturæ, id est, cœnæ mortui comparat, ubi quum adsint cætera, lætitia deest. Apollonius Tya/neus apud Philostratum, dicit, magis esse fugiendam auaritiam sapienti & philosopho, quàm luxuriam, aut aliud crimen, quod ex auaritia & quæstu cætera dependeant. Idem Platonem accusabat, qui ad Dionysium in Siciliam, auaritiæ causa profectus sit. Similiter & Eudoxum in Ægyptum, specie philosophiæ. Speusippum quoque Athenien sem, qui in Macedoniam usque profectus, in Casandri nuptijs poemata frigida recitauit. Timon, qui Misanthropos cognominatur, duo dicebat malorum principia: auaritiam, & ambi/tionem. Bion sophista, eam tantum omnis uitij originem ac matrem. Socrates: Neque à mortuo sermonem expectes, neque ab auaro gratiam. Idem: Nullo unquam tempore tibi uel decepto fas alium decipere. Pittacus: ἄωλεσον τὸ διὰ πάντων κέρδος. Insatiabile semper lucrum. Periander: κέρδος αἰσχρὸν βροτοῖς ἄπιστον. Turpe lucrum graue fundamen/tum. Xenophon: Non enim tam durum non accipere, quam priuari solitum accipere, Sophocles: φιλάργυρον μὴ τὸν βροτῶν γένος. Auarum omne barbarorum genus est. Hesiodus: χρήματα δ' οὐκ ἀεσικακὰ θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. Raptæ diuinitus conces/pecunia præstat. Idem: μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἴσα ἄτῃσι. Turpe lucrum fugias, damni namque instar habetur. Apollonius philosophus: Excusatio auaritiæ, & pro/prij moris est, cumulare pro filijs. Diphilus: εἰ μὲν τὸ λαβεῖν ἦν, οὐδεὶς πονηρὸς ἦν. Nisi

lucrum esset,nemo quidem improbus foret.Diogenes eos qui immẽsas opes cumularent, μεγαλοπῴχους,id est,magnificos pauperes appellabat.Theopompus.Qui multas possidet fortunas,ac cum tristitia degit,is omnium mihi uidetur & præsentium & futurorum infelicissimus.Hanc mutuatus Martialis ait:Tristis es & felix,sciat hoc fortuna caueto.Ingratum dicet te Lupe si scierit.Euripidis senarij quatuor aurei sequuntur: ὦ Λ ἐυτυχῶν ζῇς βίον κεκτήμενος, μηδὲν δόμοισιν ὧν καλῶν πορσύνεται, ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ, φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων ὠφαίμονα. Si quis uitam in fortunis uixerit, Neq; pulchrum aliquid domi tentauerit, Ego hunc diuitem aut beatum nullo modo, Sed custodem pecuniæ felicem dixero. Exempla insuper auaritiæ ex Plauti aulularia pulcherrime auspicari licet. Noratur & Simonides poeta,ut author Ælianus de uaria historia.Is enim rogatus à quodam,ut encomium ei scriberet,gratiamq; se loco muneris habiturum: Respondit, duas se habere arcas:unam gratiarum, alteram argenti: Hanc quum aperiret, communem plenamq;:illam uero uacuam solamq; reperire. Idem in ultima senectute, cur auarus esset, interrogatus: Quoniam,inquit,inimicis malo diuitias relinquere moriens, quàm amicos uiuens frustra rogare,detestãs plurimorum quum opus infidas amicitias. Dum Brennus dux Gallorum Senonum obsideret Ephesum,uirgo quædam Demonica nomine sollicitata specie barbari cum eo pepigit,se Ephesum proditurum mercede monilium,ornamentorumq; quæ Galli ferebãt:quo facto Brennus ut promissa præstaret, simulq; & eius ulciscereturauaritiam, iussit aurum omne in eam congeri,usq;adeo ut uiua supprimeretur. Idem ferè exemplum & Tarpeiæ Romanæ prodita arce Tatio duci Sabinorum. Semiramis,ut item scribit Ælianus,in suo sepulcro inscripserat:Si quis rex pecunia indiget,monumentum diruat. Dareus igitur quum id demoliretur,nihil pecuniarum inuenit,sed tantum hoc scriptum, Nisi esses insatiabilis,nunquam sepulcrum mortuorum attigisses.

Plauti Aulularia
Simonides
Semiramis

DE MENSIS AC CIBIS, DEQVE HIS QVAE AD EA pertinent:ac primum Quis priscorum cibus.

ANTIQVITVS nondum Cerere præbente uictum,alijs alium fuisse cibum satis constat. Glandes Arcadibus. Pyra Argeis. Ficus Athenien sibus. Pyra syluestria Tyrinthijs. Palmulas Carmanis. Milium Meoticis ac Sarmatis. Cardamum Persis. Mox apud Ægyptios ab Iside frugibus inuentis: apud Græcos,à Triptolemo:apud Romanos, à Saturno:mitior sanè cultus ingressus est,ut paulatim etiam obsonia fuerint expetita. Author Ælianus de uaria historia. Obsonium uero,ut ait Athenæus,omnis cibus est qui per ignem præparatur.Pulmentum autem omne turulentum ac subliquidum. Scripsere de obsonijs, teste Polluce, Pantaleon Mithecus,Zopyricus,Sophon,Egesippus,Pazanius,Epenetus, Heraclides Syracusanus, Tyndaricus Sicyonius, Simonactides Chius, Glaucus Locrensis, sophistæ omnes.Athenæus inquit,Erat prima & secunda & tertia mensa,& tripodes quibus innitebantur mensæ appositæ,quæ nunc Magades uocantur.Meminit Sophocles ἐν χρύσῃ, τὰς ἑκατὸν μάγαδας δόρυ. Mensas nominabãt & epulas in ipsis positas. De tripode mensa Aristophanes, τράπεζαν ἡμῖν φέρε τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέτταρας δὲ μὴ ἔχέτω.καὶ ποτ' ἐγὼ τριπόδων τράπεζαν λέγομαι. Apud Romanos uero,testibus Varrone & Festo,quadratis mensis in castris utebantur,quas cibilas à cibo uocabant.Domi rotũdas habebant.Lauti etiam ex citro. Cn.Manlius,Asia deuicta primus,ut Plinius scribit, suo triumpho monopodia, abacos, & triclinia ærata in urbem inuexit.Monopodia enim,quæ uno tantum pede sustentãtur mensæ.Monopolia uero merces,tota eiusdem generis ab institore uel societate coempta. Abacus,ubi argentea instrumentumq; mensæ locatur. Est & omnis forma quadrata. Vnde bancum uulgo dictum, & abaculi. Est & tabula, ubi numeri scribuntur. Persius: Aut abaci numeros.

Obsonium
Pulmẽtum
Qui de obsonijs scripserunt
Quot mẽsæ
Monopodia
Abacus

DE CONVIVIS

IRIS tantum adhibere conuiuas mos fuit ex numero Gratiarum.Deinde nouem ex numero Musarum Pausaniæ. Athenæo uero quinque. Archestrato quatuor uel quinque his carminibus ponuntur. ἔσωσαν δὲ τρεῖς ἢ τέτταρες οἱ ξένοι.ἅπαντες, ἢ νῦν πέντε γε μὴ πλείους, ἥδιστα χαίρειν μισθοφόρων ἀγαθοξιβίων σκήνη σγατιωτῶν. Cyrus, ut apud Xenophontem, conuiuas ab latere sinistro locabat honoris gratia,utpote ab latere cordis,chariores. Plutarchus in problematis scribit,Imperatores post uictoriam populum Romanum triumphali cœna in loco publico accipere fuisse moris, deinde ab eo deduci domum. Consules uero ad conuiuium inuitare,uerum postea ne adcederent rogare, quum is honor deducendi præsentibus ipsis tribui non posset.Idẽ ait,uetere instituto nemo foris cœnabat sine liberis,qui ætate essent puerili. Causa, quod senes pudentiores respectu filiorum essent, & filij modestiam uoluptatum iam inde capere coram patribus didicissent. Insuper quũ ex alijs tum ex Ciceronis in Vatinium authoritate deprehendimus, minime atratos accumbere solitos. Quis enim, inquit, non solum in publica lætitia, sed etiam in luctu domestico aut funere amici accubuit unquam cum pulla toga?

Cyrus
Mos in cœnis triumphalibus

TEMPVS EDENDI ET ADPOSITA MENSAE

COENARE noctu semper consuetũ fuisse Athenæus testatur ob lunam,quæ uim habeat ad concoctionem præcipuam.Quo magis miror Martialẽ in quodam carmine hora nona accũbere solitos dixisse.Nam si prandium,nimis tarde:si cœna,nimis cito.Quod autem Gregorius in homilia quadam in concordandis euangelistis, quum alter prandium, alter cœnam dixisset: Nona semper ait hora ueteres edebant, quapropter prandium cœnam uocabant. Inuenimus tamen & prandere & cœnare solitos. Apud Trogum.Prandete milites hodie apud inferos cœnaturi.Et Celsus hyeme dicit,utilius semel accumbere,præter quàm aluo adstrictis. Et Ischomachus apud Oeconomicum Xenophontis dicit se leuiter prandere,ut cœnæ det locum. Quapropter horam hanc nonã non satis intelligo.Ordo autem is fuerat ex eodem authore. Vt in principio & fine mensæ,proposim siue propomasim darent,modicum crati,id est uini meri,uocabantq; bonum dæmonem in Bacchi honorem. Ponebãt item primo piper, phyllida,myrrham,cyperum,unguentum,turdos,aliasq; aues.Olus etiam, quod acetaria uocabant Latini non ab aceto,sed accipiendo ut acetabula in polypis.Plinius ait,expedita res est & parata.Inde acetaria dicta.Græci autem hæc ὀψάρια uocant. Hodie apud uulgum ex Sale nomẽ habent.Secũdæ mensæ quas tragemata illi,nos bellaria uocamus, constabant ex cocco,cicere,faba,chondro,caseo,melle,sesamide,hoc est sesamo cõfecto,quod lugiolinam nunc uocant.Romæ uero ex nucibus auellanis nuceatam. Mensam item uacuam non sinebant,teste Plutarcho,sed quum omnino aliquid superesset.Causam ipse adfert,quod urbanum putarent comprimere appetitum,quum adhuc uoluptate perfrui liceret.Sic enim absentia minus cupiunt, qui præsentibus ac paratis abstinere consueuerunt. Athenæus quoq; in lautis cœnis, ait, uasa cum epulis mutari morem fuisse, quod Plinius etiam libro trigesimotertio,capite decimo testatur:eaq; conuiuis donari ac uocari ἀποφόρητα.Alexander in problematis ait:Poculorum discrimen in eadem mensa fuisse,ac à maioribus initium:causam adfert ne saturitatem primo mensæ ingressu inijciant. Cicero in Verrinis,poscunt maioribus poculis.Et Plautus.Incipere à summo,id est,à maiore poculo. Panes insuper hi Iulio Polluci probantur.Cribantiæ,qui & obeliæ,collices,collabi,nasti,amyli,collyræ,zymetes,sigamitę,charilis,cancridæ,mazæ,pelini communes omnibus uocati à figura bouis,melicluti,hyglea,anthema,thridacine,physte,cœmitta,ephieras,dandalis,lolodica, comon, lupe. Placentarum species, ames, ametidais,pyramus,sesaminus,erichytus,erithrya, strecta, cotylisc us, phthœdia, crepis quæ erat ex farina & melle. Plinius autem libro decimooctauo,panis genera ponit: Ab obsonijs ostrearios,à delicijs artolaganos,à festinatione speusippos,à coquendi ratione furnaceos & artopteſios.Præterea nauticos,qui contusi sunt & iterum cocti. Siligineos cunctis præstantiores. Secundarios hordeaceos.Cibarios,qui pastoribus & uulgo dantur.Qui autẽ hodie panis Martius dicitur, ἀπὸ τοῦ μάζης putauerim dictum.Est enim maza,teste Athenæo,panis offa madefacta,seu libum,seu placenta. Supra etiam Polluci memorata maza inter lautitias panis. Vasa quoq; ob mensam reperta,idem Pollux ponit oxybapha, lecanias,quod nos lãcem,seu patinam, embaphia,celaria,triblia,canastrum idem & canistrũ:chytram,nos ollam:chalcea,nos ahena.His addi possunt patina,cacabus,ubi aqua calefit,concha,mortariũ,harpago,sartago,situla,hydria:urna,lebes,Homero manibus lauãdis ponitur,apud nos peluis seu trulla,quod teste Nonio,uas est aquariũ.Labrũ uero pedibus lauandis balneis adhibebatur.Gutturniũ unde

Tempora cœnæ
Ordo mensæ
Bonus dæmon
Acetaria
ὀψάρια
Tragemata
Bellaria
Apophoreta
Panes laudati
Panes iterum cocti
Panis Martius
De Vasis
Lebes
Gutturnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistomium unde aqua manibus descendit. Addita fistula sipo dicitur & epistomium. Seneca ad Lucil/
Dolium lium duodecimo: Nisi aquam argentea epistomia fuderint. Vinaria uasa dolia fictilia fue/
rant, & picata, cum inscriptione notarum. Relinebant uero quum primum attingebant.
Nos Sixti tempore in reficiendis ædibus pontificijs in Vaticano effodi uidimus eius gene
ris ingentia, quæ in domum suam traduxit Ioānes Iacobus cardinalis Parmensis. Nam do/
lijs ligneis tantum in Alpibus sicuti & nos Plinius suo tempore testatur homines uti cœ/
Dyota pisse. Dyota apud Horatium, dolium, quod duas utrinq; ansas ueluti aures, unde nomen
Baucalium sumpsit, habebat. Cadus insuper, amphora, congius, baucalium, quod nunc boccale uo/
cant. Tinarum etiã illis usus fuit ut nobis, teste Nonio. Festus autem tinia uasa uinaria uo/
Cupa cat. Cantharus, urceus, orca, fidelia, cortina, lacus, prela, infundibulum. Cupa, uas ligneum
idem ferè quod dolium, quod nos uegetem uocamus: ut ex Festo deprehenditur, & Luca/
ni carmine. Namq; ratem uacuæ sustentant undiq; cupæ. Nam cupis in mari naues susten
tantur quum resarciuntur. Hinc cupellum parua ueges. quæ uidelicet barilis mensuram ca
pere poterat: quod adhuc uocabulum apud Romanos restat, ex Græco etymo, κύπελ/
Decupa λον enim curuum dicunt. Homerus, δέπας ἀμφικύπελλον. Decupa, qui uinum minuta/
Propola tim uendit. Cicero, Vinum à decupa & propola quotidie sumit. Sunt qui mensuram di/
Cupedia cant. Cupedia uero auiditas lautiorum ciborum est, à cupiditate dicta. Cicero, Mulieros/
tas, liguritio, temulentia, cupedia. Inde cupedinarij, qui coctos ac lautiores uendunt cibos,
ut in popinis. Gellius cupedulas etiam dixit. Ad cœnulam, inquit, non cupedulas cibo/
Poculorum rum, sed argutias quæstionum. Deinceps poculorum genera ex Athenæo. Acacium po/
genera culum, simile Acacio phiala. Xylmon, mystum, quod uno haustu bibitur, calix, crater, pate
Acacium ra, arymillus, argyris, arysus, bessa poculum Alexandrinorũ inferius latum, superiore par/
Bicus te angustũ. Baucalis sopatrus, baucalis tetracalix, quæ quatuor calices capiebat. Bicus po/
Bicarium culum, & bicarium diminutiuum, uulgo nũc cognitum. Dactylotus, archesium, poculum
Carchesium oblongum, coniunctum in medio leniter, aures habens ad prendendum. Calpeon, coleba,
& lebes, ubi libum ponebatur. Ceras instar cornu poculum. Nam prisci Græci in cornibus
Quare Dio bubalis potare consueuerũt. Ex quo Dionysius cum cornibus cernitur, & taurus etiam uo/
nysius cũ catur, ac apud Cyzicum tauri specie colitur. Hinc uini mixtionem cum aqua κεράσαι dici/
cornibus mus: & uas in quo miscetur, crater, quasi cerater, quod in cornu prius infundebatur. Xeno
phon in sexto: Bibebant autem in poculis ceratinis. Præterea cernos, cortacis, cotyle, cissi/
rion, labronia, lepasta, lesbyon, lycurgis, phiala est à Lycone facta, sicuti & cononius à Co/
none, toreutis.

DE MENSARVM SVMPTV AC POLYPHAGIA

Cœnæ tri/ LERANT maximi sumptus cœnæ triumphales quas supra cõmemorauí, præ/
umphales terea pontificales & saliares. Funerales quoq; ubi pollinctores erant, qui cor/
Pontificales pora ungebant, cariusq; omnia emebant, ac lautius, ex quo ad pollincturam
Funerales emere & pollincere dicebatur, ubi annona flagellabatur. Plautus: Hodie pol/
Pollincturæ linctura est. Teste quoq; Plinio cauebatur, ne pisces qui non essent squamosi
ad pollinctum emerentur. Pollux, ἡμιοπώλας eos appellat, quod cariùs omnia emerent.
Antiochus Veniam ad externos ex Athenæo. Antiochus cognomento Grypos apud Daphnen ciui/
tatem amœnissimam celebritatem instituit: cœnasq; sumptuosissimas adhibuit, cum epu/
lis omnifarijs animalium omnium, coronisq; aureis. Exercitum integrum epulo excipie/
bat adeo copioso, ut præter absumpta quilibet ex reliquijs animalium omniũ integrorum
Demetrius aliquid referret. Demetrius Phalereus, cum mille & ducenta talenta quotannis in sua ha/
beret potestate, parum admodum in administratione reipublicę consumpsit. Reliquum in
Alcibiades delicijs luxuriosissime uictitando inter scorta. Alcibiades uictor in Olympia omnes quot/
Empedocles quot aderant conuiuio excepit. Empedocles Agrigentinus, qui è secta Pythagorea anima
libus abstinebat, bouem ex preciosis aromatibus cõfectum, omnibus qui in Olympia con/
Pytheas Bi uenerant distribuit. Pytheas Bithynicus, qui platanum auream, uitemq; illam nobilem
thynicus Dareo regi donauit, Xerxis copias, hoc est, septies octingenta octo millia hominum ex/
cepit epulo. Stipendium quinque mensium, frumentumque insuper pollicitus, ut è quin/
que liberis senectuti suæ in delectu unus concederetur. Hactenus Athenæus. Ad Ro/
manos redeam. In cœna aduentitia data Vitellio principi à fratre, ut refert Tran/
quillus,

quillus, fuere duo millia lectissimorum piscium & septem auium adposita. Hanc ipse post
ea princeps in dedicatione patinæ superauit. Heliogabalus princeps nunquam minus *Polyphagi*
centum sestertijs est epulatus. Polyphagi deinceps plures memorãtur. Gatis regina Syrię, *Gatis regina*
ut scribit Antipater Tarsensis, edixit ne quis piscẽ sine ipsa ederet. Quare pro Gatis Ater/
gatis appellata est, quod Ater Græce sine dicatur. Sacerdotes eius loci in festo sacrificium
parant oblato prius Atergatidi pisce argenteo. Mensas omnis generis piscium refertas de/
uorant, eleganti legis diuerticulo. Hæc postea regina piscibus deuoranda est data. Hy/ *Hyperides*
perides orator, teste Timochare, fuit obsophagus, his uerbis in quadam oratione. ἴδχυο/ *orator*
τώλας οὗτος ἡμῖν πλατύς. Hic nobis Cetarios ditat. Philoxenus poeta Dithyrambicus edit *Philoxenus*
polypum duorum cubitorum, præter caput, ut est author Machaon Comicus. Aristopha/ *poeta*
nes poeta Syracusanorum mensas & Sybaritarum luxus notat. Plato scribit in epistolis, *Siculorum*
Quod ueniens in Siciliam nequaquam uitam eorum adamauerit, utpote bis in die sa/ *luxus*
turum fieri, & nunquam cubitare solum: Qui enim in hac licentia adsuescunt, nequa/
quam (præsertim studiosa iuuentus) aliquid mente præclarum excogitare possunt. Æli/
anus de uaria historia hæc refert. Aristoteles philosophus ab initio, authore Timæo Tauro *Aristoteles*
minio obsophagus ac decoctor fuit. Xerxes nouum genus gulæ, aut uoluptatis inuenien/ *decoctor*
tibus, præmia proposuit. Mithridates, teste Nicolao Damasceno, certamen polyphagiæ *Xerxes*
& polyposiæ statuit. Alexander Macedo per Dionysia præmia de bibẽdo proposuit. Her/ *Mithridates*
cules denique cum Leprea rege, de gula contendit, uicitq; tauro toto paulatim deuorato. *Alexander*
Hæc ille. Athenęus item hæc scribit. In Sicilia templum Saturitatis fuit. Annarus Babylo/ *Hercules*
niæ rex stola & ornatu muliebri uidebatur, dum cœnaret centum quinquagínta puellæ sal/ *Saturitatis*
tatrices ac canentes aderant, quum prius esset seruus. author Ctesias. Agesilaus Lacedæ/ *templum*
monius dux dum gereret apud Pelopõnesum bellum, uideretq; Asiaticos quosdam in ex/ *Annarus rex*
ercitu suo obsophagos, uentriq; deditos, ornatos insuper uestibus, corpore uero minime *Agesilaus*
ualentes, iubebat nudatos à præcone palam incedere per ignominiam, uestes autem militi
bus quorum uirtus laudata esset, tradebat, ut hoc excitati præmio fortius pugnarent, illi ue
ro hac irritati ignominia frugalius uiuerent. De Syris etiam dicit, eos continuo esse in con *Syrorũ luxus*
uiuijs, balneis & unguentis. De Aristippo item philosopho, qui quum reprehenderetur à *Aristippi*
Platone quod tanquàm obsophagus magno piscem emisset, respondit, minime, sed duo/ *scommia*
bus obolis. Quumq; ille respondisset, se tali precio empturum etiam fuisse: Num uides, ait
Aristippus, quod non ego obsophagus, sed tu auarus es? Sardanapali autem nota uita &
inscriptio sepulcri: Huiusce modi moribus fuit ille rex Bithyniæ Prusias, in lustris, popinis/ *Prusias*
q; semper agitans, ut tradit Liuius. Idem & Dionysius tyrannus, quum Corinthi exularet.
Apud Romanos uoracissimi memorantur, in primis Fabius ille Gurges Fabij Rulliani fi/ *Fabius*
lius, qui ob deuoratum patrimonium cognomen inuenit: ut author Cæcilius. Apitius de/ *Gurges*
inde, qui, teste Suida, lõgas regiones pisciũ causa obíbat. Clodius Albinus, & Maximinus *Apitius*
imperator. Hic quadraginta carnis libras una mensa edebat. Ille Clodius cẽtum ficedulas, *Clodius*
centum persica campana, totidem ficus Labicanas, & decem melones Ostienses: ut apud *Albinus*
Spartianum legimus. Ante hos Lucullíana conuiuia & nomina cœnationibus adhibita, *Maximinus*
& sæpe mille ex improuiso exceptos hospites, turdosq; per ætatem adpositos, iam qui le/ *imperator*
gerit eius uitam, facile nouerit. Sed ad hæc usq; tempora, is furor impensarum penetrauit.
Memoria patrum nostrorum Galeatius, Ioannis Galeatij primi Mediolani ducis pater, in
filiæ nuptijs, ubi adfuit & Petrarcha poeta, ad centum millia nummum aureorum dicitur
erogasse: conuiuis ad omnis intermissus ingentibus donis muneratis. Vidimus & ipsi præ
fectum urbis, Sixti quarti pontificis fratris filium, qui Frederici ducis Feretrani filiam du/
xerat, populum Romanum ad nuptias inuitasse: theatro ligneo apud ædes apostolorũ con
stituto. Sed hæc honestum ex parte tuentur. Illud sanè deo hominibusq; inuisum, quod
in Petro ordinis minorum cardinale sancti Sixti cognouimus, duobus annis quibus sub
eodem pontifice in potentia uixit, trecenta aureorum millia in luxu nugisq; consumpta.
Secundis familiæ triclinijs, argentea ac epulas principales quotidie adhibitas. Verum ho/
rum memoriam facile obliterauit nouus nuper luxus Cæsaris Alexandri pontificis filij,
qui quotidianis epulis ducentos aureos dicauit. Parasitis quãdoq; uestes duorum millium
donauit. Exercitum insuper non minus octo millium hominum alere cõtinue, uiuente pa/
tre, solebat.

De sum/

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SVMPTIBVS ALIIS.

Alexandri tabernaculũ

SED quando cœpimus, sumptus etiam non necessarios nonnullos repetam, quosdam etiam liberales. Alexander Macedo præter patrimoniũ omne amicis donatum, tabernaculum in itinere mirandum instituit: quod ad hunc modum Ælianus de uaria historia describit. In eo lecti centum sternebantur, aureæ columnæ uertícem sustentabant, aureum uarijs textum ornamentis. Persæ in eo mille uocati Melophori à stolis melinis & purpureis consistebant. Sagittarij mille Macedones, item quingenti cum scutis argenteis. In medio autem tabernaculo aurea sella fuerat, super quam sedebat Alexander stipatoribus circũfusus. Extra uero in peribolo eius quo circũdabatur, aderant Macedones mille, & totidem Persæ. Sed & muros Babylonios bitumine conditos, duorumq; curruum inter se aduerse concurrẽtium capaces. Templum Dianæ Ephesiæ à tota Asia CXX. annis factum. Alexandriæ Pharum, Mausoleum Artemisiæ, reliquaq; orbis miracula, inter superuacua posuerim. Insuper Athos solo adæquatus. Isthmos perfodi à diuersis cœptus, nec perfectus. Fucinus lacus XL. annis XXX. hominum millibus exsiccatus. Totq; Thermæ & aquæ ductus à Romanis extructi. Villaq; Luculliana ubi excíso monte Euripus maris admittitur. Præterea Milonis æs alienum quem DCC. millia sestertia debuisse Plinius tradit. Theatrum temporarium unius mensis cum columnis erectum. Postremo Neronis & Heliogabali dementia, quorum alter soleis mularum argenteis, ac retibus aureis utebatur: præter domum Romam factam, & Miliariam porticum. Alter Heliogabalus nunquam lintea, aut uestem, aut mulierem iterauit, recte superiori narratæ insaniæ adijciẽtur. Illa uero liberalitatis potius fuerint, quæ Athenæus commemorat. De Ione Chio, qui uictor Athenis in tragœdia uiritim Atheniensibus Chium fictile distribuit. Tellia item Agrigentino, qui exceptos quondam hospitio milites exercitus patriæ, per brumam uiritim lorica & ueste donauit. Atticus, Herodis sophistę pater, ut est author Philostratus, mnam quotannis ex eius redditibus uiritim Atheniensibus testamento legauit. Superior sanè Cæsaris testamento, qui & ipse stipem sigillatim populo Romano largiendam dimisit. Vtrumq; tamen Nicomedis Bithyniæ & Attali Asiæ regum tabulis præposuerim, quod illi successoribus carentes, regna Romanis dimiserunt: hi uero filios relinquentes quàmplurimis alijs benefici fuere. Iam uero Bestiæ Appiæ, & Faculæ apud Capuam; ac Paulinæ apud Canusium, in excipiendis Romanorum exercitibus liberalitatem ac sumptus, qui Liuiũ legunt, facile noscunt. Populus autem Romanus, teste Plinio, stipem spargere cœpit Sp. Posthumio, & Q. Martio cõsulibus, tanta pecunia erat, ut eam L. Scipioni conferret, ex qua is ludos fecit. Portorijs quoq; & tributo plebes liberata, ut diuites conferrent oneri ferendo. Pauperes satis stipendij pendere si liberos educarẽt.

Muri Babylonij

Quæ sunt liberalitatis

Ion Chius

Tellias

Atticus

Nicomedes

Attalus rex Pop. Rom.

Vuiri mẽsarij

Cæsar

Augustus

Vuiri mẽsarij author Liuius II. idem lib. VII. Quinqueuiros mensarios creatos dicit, post cladem à Gallis illatam, qui mensis in foro cum ære positis ex publico, populum æris alieni onere leuarent. Iulius Cæsar, & item Augustus Congiaria sæpe populo dederunt quadragenos & quinquagenos nummos uiritim, Tranquillo teste. Erat enim pecuniæ tum etiam esculentorum distributio publica. Augusti rursus pietatem non præteribo. Is nãq; ex bonis damnatorum siquid pecuniæ supererat, in populi necessitate ob bella distribuit, cuius his qui in duplo cauere possent usum gratuitum dedit.

DICTA CONTRA PRODIGOS AC SVMPTVOSOS.

Menander

MENANDRI senarios quatuor contra prodigos conuerti. Stulte sua prodigentes uiri, causam dant omnibus audiendi male. Nam qui propriam uitam nescit domi regere, quonam pacto hic alienam seruauerit? Zeno his qui prodigalitatem excusabant, quod ex his quæ ex necessarijs supererant, tantum prodigere aiebant: Hoc pacto, inquit, ignoscendum & cocis, si salsa nimium sint obsonia, quod copiam se dicant habere salis. Socrates uidens quendam sine delectu & modo omnibus dantem ac gratificantem ait: κακῶς ἀπόλοιο, ὅτι τὰς χάριτας πρὸ αἰνῶν οὐ δῷς, πόρνας ἐπὶ δῷς. hoc est, Male pereas, quod gratias uirgines existentes prostitueris. Diogeni roganti quendam prodigum mnam: Cur me, respondit ille, mnam rogas: alios uero triobolos? At Diogenes: Quod ab alijs, inquit, iterum spero, à te uero non amplius.

Zeno

Socrates

Scomma Diogenis

De uino

DE VINO, AC PRIMVM DE REPERTORIBVS EIVS.

NICANDRVS Colophonius in carminibus uinum appellari dicit ab Oeneo qui primus mustum in pateram expressit, uocauitq; que ex suo nomine οἶνόν, id est uinum. Plato in Cratylo dicit Oenum uinum appellatum quasi οἰόνοημα hoc est existimationem, siue iudicio mentem replens. Alij uero Icarum Penelopes patrem apud Athenienses id reperisse, mox que pœnas dedisse, à colonis ebrijs interfectum. Propertius. Icare Cecropijs merito uulgare colonis. Nonnulli Dionysium dicunt, cui numen dicatum. Itali Saturnum, Hebræi ac sacræ literæ Noeum. Athenæus autem ex authoritate Hecatei dicit uitem primum repertam apud Aetnam hoc modo. Oresteus Deucalionis filius uenit regnatũ Aetnam, & canis eius forte in eo loco ramum euulsit, quem iussit defodi, unde nata uitium germina, Oenumq; à canis nomine appellauit. Ex quo ueteres Græci uites, Oenas uocabant. Idem quoq; ex authoritate Hellanici dicit uinum apud Plithinam Aegypti ciuitatem fuisse repertum. Ideo Dion Academicus, Aegyptios philoc/nos, & philopotas esse dicit, inueniríq; que apud eos pauperes qui uino careant, ex hordeo factum bibant quod zítum uocant. Quod uino sint dediti, illud est argumento quod brassicam omnes serunt, quæ locum uino dulciori procreando disponit. Ex quo etiam Sybaritæ, ut author est Taneus, ante potum brassicam edunt. Eubulus in quódam loco dicit. τῶν ῥάφανον μὲ νομίσαο τῆς ἐμῆς κραπάλης ἔθελεν ἄρξαι. Raphanum enim Græci ueteres brassicam uocabant. Hæc Athenæus.

Aegyptij

Zitus

Brassica

VINI PARSIMONIA APVD VETERES.

OMNINO moderatus uini usus laudatur, qui in tanta apud ueteres fuit obseruantia, ut Hesiodus sic scribat. τρὶς ὕδατος πρόχεφ, τὸ δὲ τέτρατον οἴνου. Id est. Tris lymphæ partes quartæ fas addere uini. Et hoc etiam cum exhilaratur animus in festis fieri iubet. Athenæus etiam dicit Græcos duos uini cyathos ad quinque aquæ dilutos bibere solitos, uel unum ad tres. Ex quo Nicolaus adiudens ad Bacchum ait. χαῖρε πίνε καὶ δύο. Et Amepsias: Ego Dionysius, inquit, omnibus uobis quinque & duo. Apud Anacreontem inuenitur unam uini ad duas aquæ, qui & meracam Scythicam potionem uocat: ex quo Lacedæmonij quando uolunt meracius bibere Scythízare dicunt, quod Scythæ aqua minime in uino utantur. Eubulus introducit Dionysium, dicentem: Tris tantum crateras his qui sana sunt mente propino: Primum sanitatis. Secundum uoluptatis. Tertium somni: ulterius probri est & luxuriæ. Idem fere apud nos Apuleius. Qui fermè numerus sacris etiam canonibus præscribitur, qui prohibet sacerdotes ultra tertium poculum attingere. Veteres Græci merum aquæ non aquam mero addebant ut facilius misceretur, uini quàm minimum, ut author Theophrastus. Panyasis qui de obsonijs scripsit, primam potionem distribuit gratijs, horis & Dionysio. Secundam Veneri & item Dionysio. Tertiam probro & damno. Sed & ad numerum & memoriam amicorum antiquitus bibebant, nonnulli gratiarum, aliqui musarum. Vini parsimoniam paucitatem'que fuisse apud Romanos etiam illud est argumento, quod L. Papirius, ut scribit Plin. in uictoria Samnitum uini pocillum Ioui uouit; & Galli apud Liuium uini dulcedine adlecti in Italiam ab initio traiecerunt. Et uini mercede Mezentius Turno contra Aeneam auxilium tulit.

Scythizo

Tres tantum crateres.

DE ABSTEMIIS.

PLATO de Legibus iubet pueros usque ad ætatem XVIII. annorum à uino abstinere, quod non sit necesse ignem igni addere. Inde uero usque ad XL: modice uti. Post eam ætatem se plusculum inuitare, ad uitæ tædium leuandum. Præterea mancipia omnia, fœminas, magistratus, oratores qui consulunt reipublicæ. Coniuges item primo nuptiarum die, reliquo etiam tempore modice dum proli uacant. Cui nocet uino grauem esse, partus'que ignauos reddit. Quod etiam probare uidetur Aristoteles, ubi dicit ebriorum genituram esse infœcundam. Item Plato uacantes doctrinæ & sapientiæ à uino excludit, concedit nihilominus post annos XVIII. in festis tantum & sacrificijs, cum senioribus licentius uti, ut mente exhilarati reliquo tempore se contineant. Romanis quoque mulieribus simul & seruis interdictum. Aegrotis item, Cicero libro III. de Natura deorum ait: Vinum ægrotis quia prodest raro,

Locrenses

nocet sæpissime: melius est non adhibere, quàm spe dubiæ salutis in apertum periculum'in currere. Locrenses Zephyrij, ut est author Athenæus, ex lege Zaleuci uino uti capitale du cebant. Vt hodie quoq; Saraceni non tam ex lege Mahumeti, quàm ex antiqua gentis Ara bum'que consuetudine, Inter Romanos unus ex omnibus sobrius Cæsar etiam inimici Ca tonis confessione apud Tranquillum. Inter Græcos Demosthenes, quamobrem & moribus & orationis uehementia prælatus Aeschyni ebrio fuit. Alexander in Proble. ait: Aquæ po tores usu esse & cæteris sensibus acutiores, uinum nanque copiosum spiritalibus uijs sensus magnopere obstruere. Denique in nostro dogmate nullum celerius iter ad arduas uirtutes consequendas quàm per uini carnisq; abstinentiam. Cum pluribus in locis sacrorum uolu minum aquæ diuina sapientia comparetur.

Saraceni
Cæsar
Demosthenes
Alex. in Pro blematis.

DE VIRIS CLARIS QVI VINO DEDITI FVERE.

Lysander
Antiochus magnus

VINVM insuper multorum egregias uirtutes legimus obscurasse apud Athe næum. Inter quos Lysander est dux Lacedæmoniorum, uir alioqui cæteris in rebus frugi. Antiochus magnus dies totos dormire solebat ob uinolentiam, ue sperí excitabatur. Iesunus pauca uidere dicebatur, ebrius multa uaticinari. Ideo duos habuit regni rectores, Aristonem & Themisonem Cyprios fratres, quos maxime amabat. Cum bellum cum Romanis sumpsisset, captus amore puellæ Chalcidensis cum iamiam pugnaturus esset, nuptias celebrauit, hyeme'que tota cum ea uino uenerioq; pa riter indulsit. Ex quo superatus aufugit Ephesum. Inter uini amatores etiam Demetrius qui

Olophernes
Alexander

Romæ obses fuit. Item'que Olophernes Cappadociæ rex. Alexander Macedo ab ebrietate duos dies totidem'que noctes dormiebat, quare in re uenerea imbellis erat, quod teste Ari stotele uinolentorum genitura aquosa sit. Theophrastus quoque ait eum haud bene circa uenerea disposítum. Ex quo Olympias mater, ut ait idem Athenæus, questa apud Philip pum, scortum Thessalicum pulcherrimum cum eo cubare iussit rem periclitando. Cœnans idem apud Mediam Thessalum XX. conuiuis solus propinauit, totidem'que ab eis poto res accepit, grauis'que uino paulopost dormitauit. Ex quo Menander ait. Αλεξάνδρῳ πλέον πέποκας τῷ βασιλέως. Plus quàm Alexander rex bibisti. Dareo illi qui magos sustulit in epi grammate sepulchri inscriptum erat. ἠδυνάμιν καὶ οἶνον πίνειν πολὺν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς.

Dionysius minor.

Potui, & multum uini potare & hoc probe ferre. Vinolentus erat & Dionysius minor tyran nus, ex quo corruptos habuit oculos: auream coronam bibentibus proposuit, quam uicit Xenocrates philosophus. Alexãder præmio etiam Indos, qui maximi potores erant, inuita uit. Quidam Choas dicitur bibisse, talentumq; tulisse, ac biduo tantum uixisse. Mithridates item polyphagiæ ac polypotiæ argẽteũ talentũ proposuit. Ex omnibus heroibus Nestor ab Homero ponitur potor: & item Agamemnon ut οἰνοβαρὴς, id est, uino grauis ab Achille in cessitur. Vt poetas quoq; attingam, & alios uiros doctos, Anacreon & Alcæus lyrici & Ari

Aeschylus
Timocreon

stophanes Comicus in ebrietate multa scripsere. Aeschylus item, ideo Sophocles cauillans in eum dicit. O Aeschyle, εἰ κρὴ τὰ δρώντα ποιεῖς, ἀλλ' οὐκ εἰδὼς ποιεῖς. Si ea quæ conueniunt fa cis, non tamen cognoscens facis. Timocreon Rhodius poeta simul & Athleta epigramma. τῶδε γε πολλὰ πιὼν καὶ φαγὼν, πολὺ καρτομέων δ' ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος. Multa bi bens tum multa uorans, male deniq; dicens Multis: hic iaceo Timocreon Rhodius. Hacte nus ex Athenæo. Plato in XI. legum ait Lydos, Persas, Iberos, Thracas, Scythas, Gallos maxime uini potores esse, qui uel in uestibus uinum perfundere felix putant auspicium. La cedæmonij eundem calicem in conuiuijs circumagere ac potare consueuerunt, prius amico rum nomine inuocato cui bibere se dicebant, quod proposim uocabant. Nonnulli gratia rum, alij musarum numero bibebãt. Inter Romanos uero idem ebrietatis uitium Ennio poe

Ennius
Nouellius Tricongius

tæ tradunt. Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma uenerat. Præterea M. Antonio Triumuiro, M. Ciceroni M. filio, M. Catoni Vticensi. Et apud Trãquillum in Tyberio: No uellio Tricongio Mediolanensi, tribus uno spiritu amphoris uini epotis. Mea uero ætate Nicolao Pontifici, uiro alioqui laudatissimo. Erat enim apud ueteres quosdam insanos opi nio, ut nihil nisi in uino præclarũ ab ingeniosis aut poetis ederetur, ut patet ex hoc distícho Demetrij poetæ. οἶνός τοι χαρίεντα φέρειν ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν, τοὔνεκα μὴ πίνων ἔμμεν οὐδὲ τύχῃς. Dulce merum musis equus est in carmine uelox. Si quis aquam potas, nil bene partu ries. Quod omnino falsum, cum plærunque contra eueniat. Horatius: Abstinuit Cerere & Baccho.

Baccho. Et Iuuenalis: Ac toto uinum nescire decembri. Et apud Plinium: Protogenes in Ialyso pingendo plures dies lupinis tantum madidis uixit. Minos legem à Ioue acceptu rus, apud Homerum, nouem dies in cauerna summa est usus abstinentia: apud Hebræos Moses dies quadraginta.

Minos

DE VINI IMMODICI DAMNIS.

IN EIVS malignitate illud in primis apud Athenæum legimus: Quod sanos quidem homines insanire facit, stulte loquendo, aut nihil reticẽdo: ex quo pro uerbium apud ueteres, οἶνον μὴ ἔχειν πηδάλιον, uinum non habere calciamen ta, quod ebrius pateat, omnia'que tanquam speculum reddat perspicua. Vnde Tripodas duos constituere, Apollinis, & Bacchi. Nam ex tripode loqui dici

Duo tripodes constituti.

mur, cum uera enarramus. Et uinum cum uera loquitur tripodem proprie ueritatis habere dicebatur: hic ex ebrietate, alter ex uaticinio. Aeschylus poeta ait, Aes formæ, uinum autem mentis speculum. Et Dionysius Liber ex eadem causa est appellatus. Hactenus Athenæus. Plato, mores cuiusq; manifestari in uino maxime dicebat. Theognes. Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες γιγνώσκουσ', ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον. Igne probant homines aurum argen tum'que periti. At hominis uinum monstrat aperte animum. Plutarchus in libro de eru dienda fœmina. Dionysio, inquit, Lethargum & obliuionem consecrabãt, quod in uino de linquentes officij penitus obliuiscerentur, ac admonitionis egerent puerilis. Selerius. Quàm intolerabilis uir temulentus est aut iratus: semper enim secure agit apud seipsum, apud alios morbidus. Plinius. Vinum ad procinctum tendentibus impedimento est. Eodem teste au

Androcides Cicutæ uene num uinum.

thore, Androcides scribit ad Alexandrum: Memento rex quum uinum potas sanguinem terræ te bibiturum: nam cicuta homini uenenum est, cicutæ uinum: hoc est, uide quanta sit uini uis, ut ueneni uenenum sit. Nam & idem libro XXV. dicit Cicutam uenenum esse: remedium antequam sumatur bibere, quod uini natura sit excalfactoria. Hieronymus in epi stola: Vinolentos sacerdotes, inquit, & Apostolus damnat, & lex uetus dicens, Qui altari seruiunt, uinum & siceram non bibant. Sicera enim apud Hebræos est omne quod adfert ebrietatem. Idem ad Eustochium, Vinum uirginibus uenenum est. Aristoteles in Probl. ait: Pueros cum non minus calidi quàm uiri sint, minus tamen sitire: quod ipsorum calor humi dus, uirorum uero siccus est. Idem in libro de Ebrietate inquit, uinum paulatim epotum mi nus capita tentare, quod uis eius mora potationis frangatur. Dicit item seniores ac pueros citius tentari: hi excessu, illi defectu caloris, quasi natura debilitata. Ex animalibus quoque quoddam genus: tum coruos ex hærba, quam Oenoctam uocant ebrietatem inducentem, adfici. Pythecum etiam & clepsam bibere uinum. Ideo uenationes fieri ex pythecis & coruis ebrijs: alteris ex hærba, ex uino alteris. Ipse quoque uidi Romæ ursum ex Vrsinorum ædi bus cellas uinarias passim quas poterat per urbem ingredientem, dolia'que exhaurientem.

Oenocta

Ebrietas igitur semper habuit adsertores ac dijs consecrata. Nam & Romæ uinalia fiebant sacrificia. Athenis quoque teste Athenæo Dionysia ludi erant Gymnici in theatro in Bacchi honorem, ubi uinum circunferebatur, magna'que bibendi licentia. Idem ait, libare pocula, quod dijs in primis debetur, Cortalum puerum Siculum primũ amatoribus suis inuenisse,

Vinalia Dionysia

VINI MODERATI COMMENDATIO ET VTILITAS.

VINVM Asclepiades magnopere commendauit, nec ægrotis negauit, cuius proximam dijs naturam dixit. Eius laudibus & uirtutibus librum etiam dica uit. Homerus. οἶνον τ' μέλικτὸν θεοὶ ἄρισον ἀνθρώποισιν ἀνασκέθοντι μελεδώνας. Vt pellant homini curas dij uina dedere. Mnesitheus ait: Vinum modice sum ptum animæ corporiq; robur addere. Secus uero præter modum. Ideo Diony sium medicum uocant. Vnam'que ex eius nymphis Hygien ex sanitate appellari. Socra tes apud Platonem laudat uinum in conuiuio modice sumptum: quod haud aliter quàm lo uis imber plantas leniter irrorans uegetiores facit quàm impetu descendens: ita merum mo deratum uirtutem excitare, alacriorem'que animum ad officia reddere, immodicum uero obruere. Neque enim pollincturæ funerales'que epulæ alia de causa inuentæ, quàm ut per uini cibiq; recreationem, defuncti desiderium, ex eo'que mœstitia comprimatur. Paulus Ti motheo iubet, ut stomachi tenuis gratia modico utatur uino, Defectis autem inedia purga

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus que consumptis corporibus saluberrimum est. Inflammationibus omnibus inimicum. Omnino autem rarus breuis que potus in tuto est: ex Hippocratis oracvlo illo ἀδίψα ἀνυπενθύμως ἔχει, id est, nihil sitire seu bibere nullam debet rationem. In hac enim re uoluptati magis aut consuetudini quàm necessitati indulgemus. Hominem enim omnino potu posse carere docuit Iulius Viator eques Romanus, qui ob intercutis morbum nihil penitus bibere paulatim adsueuit. Viuit etiam Romæ nunc mihi notissimus, qui plures in anno impotus omnino transigit dies.

VINA LAVDATA AVT FACTITIA.

Vina Græca, Methymnea Maronea Maruisia Campana Seuerinatia Latina Pompeiana Trebiana Geminianẽsia Lucensia.

GRAECA quondam uti nunc in precio fuere. Eius cyathum tantum in conuiuijs, teste Plinio, dabant. Methymnea in Lesbo. Maronea in Thracia quæ rubra erant, ut author Homerus: uocat enim αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν. Aethopa uinum rubrum. Quare Aethopa dicat, Athenæus declarat: quod sic uocetur unus ex equis Solis qui uim habet in fructus autumnales, præsertim uuas maturandi. Chia quoque & Maruisia ex monte in Chio insula cognominata, quæ adhuc prisci retinent nomen. Ex Creta eius generis nunc optima ueniunt. In Italia palma Campaniæ regnóque Neapolitano datur. Inter quæ Aminea præstant nunc, uti supra diximus, Seuerinatia dicta, deinde Setina, nunc Latina. Falernum & Calenum immutata natura sunt desierunt. Pompeiana prope Vesuuium, nunc Græca appellantur: proxima in Hetruria Trebiana uocitata, deinde Geminianensia, quæ ambo in œnophoris amphoris que transfusa fiunt præstantiora, ac longius exportantur. Lucensia nigra mollissima firmaq. Factitio insuper uino ex fragibus præparato diuersis modis multi utuntur populi, diuersis etiam nominibus. In Aegypto Zithum appellant, ut ait Columella, in Hispania Cerea, in Gallia Ceruisia, ut Plinius libro XXIII. quæ adhuc uulgo retinent nomina. Mulsum quoque ex melle & aqua, cuius loco nostri medici loleb barbaro nomine utuntur è Saccaro liquido loco mellis præparato. Aqua mulsa alsiosis prodest, & his qui sunt humilis & præparici animi, quos Græci μικροψύχους uocant. Plinius. Mulso item Pollio Romulus dixit Augusto se centesimum annum prospera ualetudine superasse. Passum ex uua fit quæ diutius in uite solem passa durauit, unde nomen ei ut author Varro. Græce γλυκύ. Sapa ad secundam partem mustum decoctum. Defrutum ad tertiam. Murinum ex unguento uinum præparatum, ut etymum demonstrat ἀπὸ τοῦ μύρου. Quod apud Plautum pro dulci ponitur, ac inter uini delicias. Quomodo item præparetur Cydonite, Apite, Daphnite, Cedrinum, Cyparissinum, aliaque complura: uide apud Græcos Dioscoridem, apud Latinos Columellam.

Sapa Defrutum Murinum Cydonite Apite Daphnite Cedrinum Cyparissinum

DE FRVGALITATE ET ABSTINENTIA DICTA NOBILIVM AVTHORVM.

Sophocles

SOPHOCLIS primum quatuor senariolos ad hoc propositum conuerti. Quotquot philosophantes excudunt aliquid, Ante omnia uentri ut dominentur decet. Quo sine nihil est pulchrum dicere aut facere. Magistra consiliariorum est frugalitas prudentium. Xenophon in primo Commen. de Socrate loquens, Diæta animum corpusque instruxit, minimoque uiuebat sumptu, pane tantum cum lacte uescebatur: uocatus ad cœnam (quod difficile plærisque) ultra necessitatem non edebat, nec extra tempus. Cur putatis, inquit, Circen socios Vlyssis in porcos uertisse, nisi ob incontinentiam fictum esse, qua illi in hoc cibi genere usi fuere: Vlyssem autem continentia usum monitu Mercurij minime mutatum fuisse? Dicebat præterea abstinendum esse à uenereis, quibus qui tangerentur, non facile sapientia posse uti. Musonius de cibis solebat sæpe disserere ualde quidem ordine, ut de re non admodum parua. Putabat enim cibi potusque continentiam, principium ferè totius sapientiæ. Et ea quæ inuentu sunt facilia ac omnibus in promptu, pluris esse facienda in usu, quàm quæ preciosiora remotioraque, nec animalibus his præsertim uescendum, quæ utilia sunt uitæ humanæ. Promptissima esse dicebat omnia quæ igne non egerent, ut caseum, mel, lac, fructus pro tempore: præterea olera, cerealiaque omnia etiam cocta. Carnium omnino cibum abominabatur, ferarumque potius dicebat esse, quàm hominum. Deinde ob grauis cibi ad superna euaporationem grauare ac à sapientia retrahere. Oportere hominem more deorum terrestrium, quibus consanguineus est, leuissimo simplicique uti cibo. Nam & illi aquæ ac terræ humore nutriuntur tantum. Sed eò uenimus deliciarum, ut artem huic uoluptati adhibeamus, scripticq;

Xenophon

Musonius

de gula

de gula & obsonijs libri reperiantur. Igitur Zeno sapientius, qui nec in morbis putabat nihilomagis utendum esse delicijs ciborum, quàm utantur serui qui his carerent, quibus turpe putaret in hac parte inferiorem esse. Neque indulgendum sibi uel tantisper in hac re existimabat aut blandiendum, quod huiuscemodi esset natura uoluptas, ut paulatim illecta & subrepens quotidie maiores campos acquirat, priusque totum occupet, quàm ex parte sentiatur. Hæc ille. Pythagoras dicebat hominem ex homine non alta cogitare, hoc est hominem incontinentem & luxui deditum. Totius enim honesti ducem & fundamentum continentiæ, laborem in primis esse. Anaxagoras apud Diogenem. ἧττον ἐλαχίστων μοὶ δεόμενον, ἔγνωσα θεῖ θεοῖς. ἥδιστα ἐσθίων, ἥκιστα ὄψα προσφερῃ. Qui minime indiget, dijs proximus est, Qui suauiter edit, minimum eget obsonijs. Charis poetæ quatuor item senarios lepidos conuerti, Ventris habenas oportet tute regas. Solus enim accepti nunquam habet gratias. Plusque necesse quàm sit semper expetit. Huic indulgens malorum sentiet mala. Plinius hanc furatus, Venter ait instat ut creditor, nec accepti gratiam habet. Anacharsis Scytha apud Ciceronem. Mihi pulpamẽtum fames, cubile solum, uestis Scythicum tegmen. Epictetus apud Arrianum. Quod si te uoluptatis phantasia forte rapuerit, eam alijs dele phantasijs, ut spatio interposito diuertas. Reminiscere utriusque temporis, cum uidelicet uictum quandoq; à uoluptate magnopere te pœnituit: & cum abstinueris, magnum fuisti gaudium adsecutus. Si autem uoluptas aderit tolerabilis, ea sic utere, ut tui sis compos, habenasque manibus teneas. Epicurus apud Diogenem frugalem uictum pane aquaq; contentus amabat, non ut aduersus uoluptati, sed quod maiorem uoluptatem in minima uictus cura reperiret. Sumptus enim & delicias animi dolores ac molestias gignere. Idem dicebat gratias naturæ agendum esse, quæ necessaria fecit ut essent præsto parata omnibus, non necessaria autem inuetu difficiliora. Eusebius. Continentia corporis ualetudinem conseruat, & animi pudicitiam. Pudicitia uero quietam præparat uitam. Hieronymus ait, Athletas qui multa uescuntur carne non diu uixisse. Plutarchus περὶ τῆς ὑγιεινῆς ἀσκήσεως. Vinum enim & caro uires quidem maiores faciunt, uerum mentis impediunt actiones. Idem. Si ad bellum digere uelimus uirum à quo maxime seruemur, cum minime iudulgentem uino somnoq; ac cibo eligamus: uel si in morte liberos nostros ac uirgines alicui commendare, huiuscemodi uiro non autem seruo committamus. Incontinentium hominum diuersa ab auaris ratio: hi ex iniuria aliorum sibi utilitatem adferunt, illi & alijs nocẽt & sibi multo magis, si nocere est non solum domum sed proprium corpus corrumpere. Igitur abstinentiam fundamentum totius uirtutis existimare oportet, sine qua nec honestum aliquãdo aut meditari aut agere possumus. Deinde paulo infertus. Nescis quod qui dulce bibũt, aut edunt, minimum obsonij aut potus indigent. Ualidiores quanquam natura debiles sunt, corpus per cibi abstinẽtiam curantes, quàm qui robusti per luxum naturam debilitãtes. In rebus autem publicis quis consilio utilior, quis cõmodior? In bello quis expugnabilior, obsidionemq; pati aptior, qui paucis eget an qui multis ad uictum? Sic igitur existimo diuinum esse illud quod nullius indiget, proximum huic qui paucis. Ad Latinos ueniam. Cice. de officijs. Si considerare uelimus quæ sit in natura excellentia & dignitas, facile perspiciemus quàm sit turpe defluere uitijs, & molliter ac delicate uiuere, quamq; pulchrum continenter, caste, seuere, sobrie. Idem pro Flacco. Hæc animi magnitudo in maioribus nostris fuit, ut in priuatis rebus minimo cõtenti essent, in imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam & splendorem reuocarent. Quæritur igitur in re domestica continentiæ laus: in publica, dignitas. Et alibi, Populus Ro. publicam munificentiam diligit, priuatam odit. Idem cœnas aut conuiuia frugi, Phiditia uocat more Lacedæmoniorum, quorum frugalis uictus & apparatus erat, ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι. id est parcere. Cœnas autem sumptuosas antelucanas appellat Hiero. contra Iouinianum. Non possumus è delicijs transire ad delicias, hic uentrem implere, illic mentem. Miseriæ namq; delicijs & delicias miserijs compensantur. Adamus donec ieiunus, in paradiso fuit: satur ciectus est. Et qui uirgo permanserat, uxorem subito duxit. Moses ieiunus in monte legem accepit. Populus uero satur uitulum conflatilem fecit, sedítque manducare & bibere, & surrexit ludere. Acab rex impius euersionem domus, Niniuitæ iram dei ieiunio uitarunt. Anna uxor Helcanæ inanem cibo uentrem filio meruit impleri. Daniel ieiunus responsa dei accipere, laeumque leonum superare meruit. Ipse denique Christus baptismum antea XL. dierum ieiunio celebrauit. Ambrosius. Lothus Sodomitas sobrius uitauit. Idem ebrius filiabus concubuit.

Voluptas
Pythagoras
Anaxagoras
Charis poeta
Anacharsis
Epictetus
Epicurus
Eusebius
Hieronymus
Plutarchus
Cicero
Phiditia Lacedæmonia
Cœnæ antelucanæ
Hieronymus
Ambrosius

Universidad de Deusto
Biblioteca

cubuit. Noeus in arca ieiunus seruatus est, extra uero potans periit. Idem in epistolam ad Corinthios. Qui ab illicitis abstinet, laudem habet: qui à licitis, præmium quærit. Idem in Apologia, Cogitur summopere ut qui se illicita commisisse meminerit, à quibusdam licitis studeat abstinere. Dauid quondam alienam coniugem concupiuit, postea sitiens uehementer aquam desideratam expauit, quam sciebat à tribus fortibus uiris cum uitæ discrimine apportatam: exemplum simul dando, ut exercitus etiam sitim tolerare disceret, ac ne cui regum bibendi usus alienis periculis esset. Gregorius in Moralibus triplicem ponit gulæ excessum. Quando hora præuenitur, Quando lautiorem appetit mensam, Quando cibos quoscunq; nimio cupit seu uorat appetitu. Quibus omnibus uetus nobis lex exempla proponit. Primum in Ionata primi Regum XIIII. Secundum in Israelitis, Numeri undecimo, quando carnes appetebant. Tertium in filijs Heli, primi Regum II. quum ollas carnium deuorarent. Augustinus in sermonibus, Qui enim sic à carnibus abstinet, ut alios cibos sumptuosiores appetat, non abstinere uidetur, sed luxuriam mutare. Quod igitur de solito sumptu ac cibo lautitiæ remittitur, id egentibus distribuatur. Præterea auiditas nimiæ exsaturationis cibi qualiscunq; fugienda. Esaus enim primogenituram non ob offam aut lautum cibum, sed ob lentem perdidit. LEGES sumptuariæ ex hoc conditæ. Primam dum Cato censor esset tulit C. Orchius Trib. pleb. de senatus sententia, qui numerum conuiuarum præscribebat, & ut tanuis cœnarent patetibus: ex quo luue. Quis fercula septem Secreto cœnauit auus? Post hanc annis XXII. Lex Fannia subsecuta non conuiuis tantum, sed conuiuijs quoq; modum statuebat usque ad asses centum. Lex Didia deinde non solum Ro. sed etiam Italiam his legibus subiecit. Licinia quam Crassus diues tulit, erat: ut Calendis, nonis & nundinis cuiq; liceret XXX. tantum asses in cibis consumere. Reliquis autem diebus ne amplius adponeretur quàm carnis aridæ pondo tria & fallamentorum libra: & quod è terra, uite, arboréue natum esset. Leges etiã in hac re tulere M. Lepidus & Antistius Restio, quæ minime seruatæ. Restio tantum ne suæ aduersari uideretur, quãdiu uixit foris minime cœnauit. Sylla uero precium rebus uænalibus imminuit. Licinius Stolo, ne quis plus quingentis agri iugeribus possideret. C. Oppius ornatus mulierum compressit. Deinde per Val. Flaccum Censorem abrogata, Catone collega contradicente. Lege Cincia, munera & dona sunt prohibita, quod misera plebes iam uectigalis senatui esse cœperat, ut author Liuius lib. XXXIIII. Res igitur hæc non animos tantum, sed corpora quoque magnopere iuuat: ut ex his patet qui ex abstinentia diu ualentes uixerunt. Apud Philostratum ponitur Porus rex Indorum longo robore mirandus, tantum aqua & pane se sustentare solitus. Masinissa rex, teste Cicerone, iam nonagenarius sine pulmento uictitabat. Mithridates iam senex & ipse detecto capite ac pedibus in uenationibus sese exercebat, minimeq; accũbere, sed stans uesci solebat. Viriatus Lusitanus, qui Romanis toties restitit, ubi bellum cœperat, neq; accumbere neq; in lecto dormire nisi eo confecto consueuit. Annibal, teste Liuio, neq; somni habuit discriminata aut certa tempora, sed quæ tantum à negocijs superessent. Augustus, ut est author Trãquillus, facilis ac breuissimi cibi fuit, sæpeq; ad medias epulas uescẽtibus iam cõuictoribus ueniebat, eisq; relictis sæpe primus è mensa surgebat. Lacedæmonij ex Lycurgi legibus nullam abstinẽtia potiorem habuere disciplinam. Apud quos, ut author est Athenæus, mos fuit: ut Ephori corpora iuuenum nuda dies aliquot inspicerent, si quid in his inusitatæ pinguedinis & inhabilis ad certamina gymnasia'que esset, uictus abstinentia & exercitatione castigari iubebant. Idem scripsit Dionysium Heracleotam tyrannum uastam obesi corporis crassitudinẽ, partim abstinentia, partim crudis adpositis noctu lateribus dum quiescret humorem paulatim exhaurientibus emendare solitum. Diodorus Siculus est author Aegyptiam iuuentutem ex lege Amasis regis breui cibo adsuetam, nec prius uesci quàm CLXXX. stad. percurrisset. Platonem frugalibus etiam cœnis uti consueuisse author est Cicero in Tuscul. Timotheus, inquit, cum apud eum cœnaret, cœnæ tuæ Plato non solum in præsentia, sed etiam postero die iucundæ sunt. Idem & Plutarchus repetit in tractatu de præceptis bonæ ualetudinis. Christianorum autẽ exempla superuacuum recensere. Hieronymus ipsq; sit spectaculo quanam uitæ duritie annos prope XC. tolerauit. Hilarion XV. primum aridis ficubus ac modico postremo pane, decrepitos uidit incolumis annos. Nec defuere nostro seculo quos in hac uirtute prioribus obijcere possumus. Nicolaus quidã inter Heluetios in recessu nemoris degere paucis ante annis dicebatur, sine ullo penitus cibo, conspicua sanctitatis

Triplex gulæ excessus.

Leges sumptuariæ.

Exempla frugalitatis.
Porus rex
Masinissa rex
Mithridates
Viriatus
Lusitanus
Augustus
Lacedæmonij
Dionysius
Plato
Hieronymus
Hilarion
Nicolaus
Heluetius

ctitatis fama. Perusiæ quoq; Columba uirgo sanctissima ante hos annos decessit, quæ cõstituto uirginũ cœnobio, præter aliquid fructuũ aut pomorũ idq; raro, nihil uisa est edere, quã etiã miraculi gratia Alexãder Põtifex dum in eam ciuitatẽ ueniret: adire, ac salutare uoluit. Sed hæc diuinæ quis tribuat opi aut munera. Illud sanè non minus admirandũ, quod ex ipso naturæ puenit robore, aduenã quendã anno Iobilei à Nicolao V. celebrato Romã uenisse, iussuq; Pontificis custodiæ traditũ ꝙ fama esset eum nunq; edere: post octauũ tãtum diem cibum petijsse: edentem haud sanè multũ, aliquot uiri nobiles simul & matronæ, inter quas mater nostra fuit, quæ mihi hoc retulit, spectauere. Ad ieiuniũ & stomachi inanitatẽ panis recentis à furno olfactum magnopere facere cõpertum. Quo usus Demetrius Cydonius uir Græcus doctrina atq; abstinentia singulari, multorum dierum famem tolerare usus fuerat.

Columba uirgo.

DE RISV ET FLETV

RISVS ac fletus indices etiam modestiæ, ac duo humani adfectus extrinseca signa, cõtraria quandoq; aguntur natura sapiẽti, ut in rebus mœstis rideamus, in lætis interdũ ploremus, ut ait Verg. Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Alexander (teste Plutarcho) initurus prælium cum Dareo periculosissimum, ubi de summa rerũ agebatur, ut animi fiduciam ostẽderet, inter familiares pauloante iocabatur. Scripsit Liuius, cum Carthaginenses adueniẽte tempore quo Romanis penderent tributum, mœsti omnes & lugẽtes erant, solus Annibal risit, quod iam ab initio præuiderat calamitatẽ, cum factio Barchina ei supplementa in Italiam mittere negasset. Inuentus item Romæ in Theatro, teste Plinio, gladiator qui cum sub alis uulneraret, ubi sensus titillatio est, ridendo moreretur. Brutus Romæ frequenti risu simulauit insaniam. Democritus quoq; perpetuo risu pulmonem agitare solebat, quem Abderitæ ut melancholicum curaturi Hippocratẽ accersiuere. Qui ueniens nõ inquit, Democritus delirat, sed præter alios longe sapit. Ridebat enim secũ hominũ ineptias. Greg. in Dialogo ait: uirum quendam alioqui sanctissimum, citio tamẽ nimij risus teneri, nec uincere ullo pacto naturam potuisse: responsum tandem, diuinitus id ei permitti, ne reliquis eius ac claris actionibus extolleretur. M. Antonius triumuir licet in mole bellorum ciuiliũ magnisq; periculis uersaretur, etiam in ipsa fuga nunquam iocos aut solitos risus lususq; intermisit. Eiusdẽ penè & Demetrius Poliorcetes naturæ. His etiam proximis annis Alexander Pontifex. Dion in Moralibus ait, Risus continuus & magnus apud amicas & pueros impudentes reperitur. Ego uero multo magis hominẽ ornari lachrymis puto quàm risu. Nam in his maxime morũ ostenditur disciplina, in illo uero intemperantia. Præterea flens nullum prouocat ad sui contumeliam, ridens auget. Ephren Syrus grauis author atq; sanctus, de risus uituperatione scripsit: ubi ponit nequaquam eum ad hominem sapiẽtem pertinere, bonaq; animi euacuare, intemperantiam augere, temeritatẽ adrogantiamq; alere. Dicitq; dominum nunquã risisse: fleuisse autem quandoq;. Sed neq; apostolos. Salomon quoq; adcedendũ ad domum luctus potius quàm lætitiæ iubet: quod in ea finis cunctorum admonetur hominũ, & uiuens cogitas quid futurus sis. Basilius in Hexameron, locus siue risus mollem efficit animam, ac in diuinis præceptis negligentem, ut ne admissorũ præteritorũ facile reminisci sinat. Præterea bonis omnibus priuat. Augustinus. Puer à fletu incipit propheta futuræ calamitatis, lachrymasq; fundit nondum loquentis miseriæ testes. Simile huic Plinius. Homo inquit, à fletu uitam auspicatur. Inueniuntur qui à risu omnino temperãt: ut L. Crassus pater Crassi diuitis semel in uita traditur risisse, ex quo Agelastus cognominatus. Cato senex nunquam. Philippi Cæsaris filius in hoc etiam seuerissimus, patremq; in Theatro quondam liberius ridentem dicitur rigido uultu respexisse. Fletum autẽ & eiulatum de mortuis, præsertim uiris, prohibitum esse lege XII. tab. Cicero testatur. At nostri magnopere collaudant. Lachrymæ, inquit Chrysostomus cœlum pulsant, crimina delent, conscientiam lauant, homines deniq; deo proximos faciũt. Gregorius in L. Regnum cœleste deus nostris fletibus uult rapi, quod meritis nõ debetur. Ambrosius in Lucam. Si ipse flebis, minime fleberis. August. de Pa. Qui se per cordis impuritatem inquinauerunt, oportet lachrymis saltem mentis abluantur: nec est quod doleat fonte lachrymarum carere cum in rerum amissione & calamitatibus eiulet. Ambrosius item in epistola. Vnica ad sanctitatem perfectamq; sapientiam uia, lachrymarum gratia.

Alexander

L. Crassus Agelastus

De uituperatione risus.

De laudibus fletus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VRBANORVM, LIBER XXXIII.

De scientijs Cyclicis. Et primũ de Grammatica.

Etymologia
Analogia

GRAMMATICAE ratio apud Velium in tris omnino diducitur species, Etymologiã, Analogiam, & Orthographiam. Etymologia est uerborum in usu credibilis enũciatio. Vnde ab Etymo, id est uero, nomen sumpsit. Analogiam Græci sic definiũt, ἀνωμαλοκὴν ἀκολούθωμ. Id est, connexum orationum consequentium. In declinatione partium orationis Aristophanes grammaticus quinq; obseruationes tradit, per quas possent inueniri similia. Vt eiusdem sint generis, casus, exitus, numeri, Syllabarumq; soni. Vt canis, funis, finis: Legere, credere, reddere, & his similia. Aristarchus his adiecit differentiam: ne simplicia cum compositis cõparemus. Alia grammaticæ diuisio quadrifariã, in literas, syllabas, dictiones, & orationes. Nam de orthographia quæ est recte scribendi ratio, postremo loco dicam.

DE LITERIS

Literarum inuentores. Babylonij Aegyptij

LITERAS alij aliũde ducũt. Plinius Assyrias esse, quod Epigenes Babylonius obseruationes syderũ annorũ LXX. miliũ lateribus coctilibus inscriptas tradit. Diodorus Ægyptias à Mercurio. Plato à Teutate quodam Ægyptio deo repertas. Quidã è Phœnicia Cadmum eas adduxisse numero XVI. Quibus Troiano bello Palamedem addidisse quatuor, θ. ξ. φ. χ. Totidẽ quoq; post eum Simonidem Melicũ, ϕ. ζ. υ ω. Quarũ omnium uis simul & character in nostris cognoscitur.

Phœnices

Aristoteles XVIII. testatur & duas ab Epicharmo additas. De Phœnicibus etiã Lucanus adfirmat. Phœnices primi, famæ si credimus, ausi Mãsuram rudibus uocem signare figuris. Eupolemus apud Eusebiũ primum literarũ inuentionẽ Mosi tradit, qui ætate superior Cadmo fuit. Itaq; ex Iudæis qui ijdem cũ Syris sunt, ad Phœnices deuenisse. Philo Abraamo tribuit, qui Mosem etiã longe præcessit. Iosephus uero multo antiquius ad Adami filium Seth gloriam hanc refert, qui ait in primo antiquitatũ, in duabus eum columnis rerum cœlestium disciplinam cõscripsisse. Græcis uero dicit nullum fuisse literarũ usum ante bellũ Troianum aut Homerũ. Sed hoc manifesto falsum Eusebius esse ostendit in Præparatione euangelica, ubi ante Homerũ Linum ponit, Philemonem, Thamyram, Amphionẽ, Orpheũ, Musæum, Epimenidẽ, Aristeũ, Sibyllam. Diodorus item Æthiopũ literas antiquissimas facit, ab hisq; dicit Ægyptios suas sumpsisse. Græcas uero ueteres fuisse easdẽ penè, quæ Latinæ nũc sunt: indicio est Delphica tabula ænea quæ Romæ in palatio Mineruæ dicata in bibliotheca conspiciebatur Plinij (ut ipse testatur) temporibus. In Latium attulerunt Pelasgi, ubi diu incorruptæ permanserunt. Deinde à Latinis interpolatæ, postremo per insectatã barbariem Longobardorum corruptæ, ut in eorũ adhuc monumẽtis ac libris uidere licet. Idem ut in nostris sic in Græcis accidit fatum, proximo Illyrico literas eorũ corrumpente. Quapropter in hũc usq; diem Delmatæ & Illyrici his utũtur characteribus, quos à Græcis acceptos dehonestauerũt.

Pelasgi in Latiũ literas attulere.

Igitur Catalecti VII. totidemq; literarũ genera reperiuntur. Assyrij siue Babylonij, ut diximus, antiquiores. Deinde Arabes: Iudæi nõ ualde ab Arabibus charactere literarũ linguaq; distantes. Ægyptij uero & Aethiopes quãuis antiquissimi: alteri tamen figuris animaliũ aliarumq; rerũ, uerius quàm literis, quas hieroglypha uocant, nulli adhuc cõperta: Aethiopes uero Babylonijs literis sunt usi usq; in hodiernum diem. Post hos Græci, deinde Latini. Postremo Delmatæ ex corruptis (uti supradiximus) Græcis. Vidi etiã Armenica libros lingua cõscriptos: qui tamen cum Chaldæis ferè cõueniunt in paruo discreti. Saraceni item hodie Tartari ac Turcæ quamuis diuerso inter se paululum catalecto: Arabicis tamẽ omnes utuntur literis. Turcæ etiam Græcis quibus dominantur. Sicuti ex epistola ad Innocentiũ Pontificem proximis annis indicat. Sed & refossa nuper Volaterris multa uterũ Hetruscorũ monumẽta cũ literis Hetruscis, quæ olim Liuio, Plinioq; testibus apud Ro. in precio fuere: nũc autẽ penitus incognitæ. Ex his igitur unam ponere statuæ inscriptionem mihi uisum est.

Catalecti
Babylonij
Arabes
Iudæi
Aegyptij
Hieroglypha
Græci
Latini
Delmatæ
Armeni
Hetrusci



De Syllabis

DE SYLLABIS ET PEDIBVS

QVVM igitur literæ inter uocales consonantes & liquidas distinctæ sint. Græci indifferentes habent, α. ι. υ: longas, η. ω: breues, ε, ο. Nos autem nostras indiscretas. Syllabæ item breues, longæ, Dichronæ. Pedes ex his qui certis mẽsuris & temporibus terminantur, paucissimi ex duabus, maiores ex senis syllabis. Vni uersi autem numero XXVIII. Ex his dissyllabi quatuor. Pyrrhichius, ex duabus breuibus. Spondæus ex totidem longis. Iambus ex breui & longa. Trochæus (quem chorion uocãt) ex longa & breui. Trissyllabi VIII, Dactylus ex longa & duabus breuibus. Anapæstus ex duabus breuibus & longa. Creticus ex longa breui & longa. Amphibrachus ex breui & lõga & breui. Bacchius ex duabus longis & breui. Antibacchius ex breui & duabus longis. Molossus ex tribus longis. Tribrachus ex tribus breuibus. Igitur simplices duplicati faciunt compositos pedes sexdecim, qui sunt hi. Ex spondæo & Pyrrhichio Ionicus ἀπὸ μείζονος, id est, à maiore. Ex pyrrhichio & spondæo Ionicus, ἀπὸ ἐλάσσονος, id est, à minore. Ex Chorio & Iambo Choriãbus. Ex Iambo & Chorio Antispastius. Ex trochæo & pyrrhichio Pæon primus. Ex Iambo & trochæo Pæon secundus. Ex pyrrhichio & iambo Pæon tertius. Ex duobus trochæis Ditrochæus. Ex duobus iambis Diiambus. Ex duobus spondæis Dispondæus, ex duobus pyrrhichijs Proceleumaticus: ex iambo & spondæo Epitritus primus, ex trochæo & spondæo Epitritus secundus, ex spondæo & iambo Epitritus tertius, ex spondæo & trochæo Epitritus quartus. Ergo cũ unus pes simplex bis positus compositum pedem fecerit: Græce συζυγία, Latine coniugatio dicitur. Hi rursus cum duos similes pedes iungunt, ταυτοποδία, id est, Tautopodia, cum diuersos Diopodia dicitur. Hi igitur præter dactylum usque ad pentametrum procedunt. Est enim prius Monometron habens duos. Dimetron quatuor. Trimetron sex. Tetrametron octo. Pẽtametron decem. Qui omnes gressibus alternatim quasi incedũt, & per uersus mouentur. Hic est motus & ingressio quam Græci βάσιν uocant, quæ sublatione constat & depositione: ut, armaui: ar sublatio est temporis unius, maui depositio temporum duum. Pedes qui ex utraq; parte paria tempora habent πάρισοι, qui inæqualia πέρισσοι uocãtur. Depositionis genera quatuor: aut enim Brachycatalectũ quando pes deficit, ut in dimetro. Quis hic manum tenet. Catalectũ quum syllaba tãtum deficit: ut, Quis hic manum tenebat. Acatalectum quum nihil deest carmini: ut, Quis hic manum tener capit. Hypercatalectum quum syllaba tantũ excedit: ut, Quis hic manũ tener decorat. Has omnis species inueniemus in his metris, quæ per syzygias ingressionem habent. In dactylico autem cui nec pes neq; syllaba potest in ingressione deesse: quippe cum eius simplicibus pedibus basis cõstet, non nisi acatalectum inuenire poterimus. Ideo in dactylico solo simplicibus pedibus ingredimur, quoniam & dactylus & spondæus æqualitatem tẽporum habent, alij uero pedes syzygias diuersæ potestatis. Spondæus enim ratione temporis in dactylum resoluitur. Ideo indifferenter uterq; ponitur, præterquã in fine tantum spondæus euphoniæ gratia ne uelocitas sequentis carminis per dactylum impediatur. Quãdoq; tamẽ dactylus ponitur in fine, uocaturq; carmen acatalectũ, ut cui nihil ad perfectionẽ desit. Virgil. Inseritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida. Hypercatalectũ uero aut brachicatalectum nunq;. METRVM idem & uersum & syllabã dixerunt. Ex quo hexametron pentametron trimetron. Ergo & syllaba à quo pes, & pes à quo ῥυθμὸς, rhythmos à quo comma, uel colon à quo uersus nascitur, metrũ dicimus. Inter metrum & rhythmũ hoc interest, quod metrũ circa diuisionẽ pedum uersatur, Rhythmus circa sonũ. Metrum etiam sine plasmate prolatũ proprietatẽ suã seruat. Rhythmus nunquã sine plasmate ualebit. Est etiam rhythmus & in corporali motu: quũ enim histrio indecenter signũ aliquod expressit, arhythmos dicitur: quũ uero decẽter, eurhythmos. Itẽ si fuerit æqualitas corporis modice tẽperata eurhythmos. Inæqualis uero & toris quibusdã cõfusa, arhythmos appellat. Ex quo Virgil. Tum longo nullus lateri modus. Toris em extãtibus & interrũpentibus latera, arhythma latera sunt facta. Colon est pars siue partes uersus integris pedibus perfectæ, ut defecisse uidet sua. Habet enim tres pedes integros. Cõma est pars seu partes uersus imperfectæ. Vt, Arma uirũmq; cano. Habet em duos integros pedes & dimidiũ. Quapropter Colõ dictũ, à corpore abscissum integrũ membrũ. Cõma quasi trũca pars mẽbri: à corpore amputata. Nos cæsurã dicimus. Metra uero principalia, à Græcis Prototypa & Archogena dicunt. Cætera ex his nata sunt, quæ mutilata per Cola & cõmata aut partibus agglutinant sibi, aut sola ponũtur.

Syzygia
Monometron
Dimetron
Trimetron
Tetrametron
Pentametron
Sublatio
Depositio
Quadruplex
Brachicatalectum
Catalectum
Acatalectũ
Hypercatalectum
Metrum
Rhythmus
Colon
Comma
Metra

Sumunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sumunt quoq; nomina,ex pedibus quibus constant,ut dactylica & anapæstica. Ab inuẽto-
ribus,ut Phaleutica uel Sotadica. Ab his q maxime ea frequentarũt,ut aristophania & ascle
piadea. Ab usu,ut priapea. A numero syllabarum,ut Hendecasyllaba. A numero pedum ut
uersus senarios octonarios dicimus. A numero syzygiarũ ut trimetros tetrametros. A pas-
sionibus,ut Coluros & Scazontes. A tempore ut Saturnios quod eodem tempore primum
De Dactylico in Italia usurpati sunt quo Saturnia urbs erat. Igitur originalia sunt numero IX. Dactylicũ,
Iambicum,Anapesticum,Trochaicum,Ionicum à maiore, Ionicum à minore, Choriambi-
cum, Antispicium, Pæonicum. Dactylicum ex his princeps carmen, quod & heroicum &
hexametrum,Græci etiam Deliacum & Pythicum uocant,quod ex his responsa darẽtur: un
de ipsum originem habuit,teste Plinio. Ennius uero longum appellat. Et Cicero in Pisonem
longiusculis pedibus,Dactylicũ intellexit. Qui & spondaicus dicitur quãdo in quinto spon
dæum retinet. Vltima syllaba Adiaphoros est,simul etiã syllaba quæ partem orationis finit.
Pẽtemimeris Et hoc aut cũ Pentemimeris est:id est,cũ prima pars duos pedes habet & syllabam partem
orationis finientem,quasi πέμπτης ἥμισυ μερίδος. ut, Omnia uincit amor. Or est adiaphoros
Heptemimer. syllaba. Aut ἑπτημιμερὶς. Heptemimeris quando cæsura fit in septima syllaba:ut, Et furijs agi
tatus amor,& cõscia uirtus. In nona Catullus. Iam ueniet uirgo iam diceẽ Hymenæus. In ter
tia,ut item Virgi. Inualidus etiãq; tremẽs etiã inscius æui. Quod nisi huiuscemodi fiant cæsu
ræ, Carmen dactylicũ nullũ habet splendorẽ. Priscianus Cæsuram Semiquinariã & semise-
Dactylicũ ptenariam uocat. Aliud genus dactylici,quod priapæum uocant. Cum tertio pede partem
Priapæũ orationis finit. Vt hunc lucum tibi dedico,consecroq; Diana. Aliud item quod Glyconium,
Glyconiũ cum in duas partes æquales diuidit Dactylicum:ut, Cui nõ dictus Hylas puer & latonia de
los. Quo prius est usus Homerus, ut κεχρῆτες τ' ἀμάχοντο καὶ εἰτωλοὶ μωνυχάσμαι. Aliud genus
Bucolicũ Bucolicum cum quarto pede partem orationis finit:ut, Ab Ioue principium musæ: Iouis
Iambicum omnia plena. Theocritus hanc metri legem custodit, Vergilius cõtempsit. Iambicum in Tra
gicis & iambicis locis imparibus tantum lambum recipit. In comicis uero licentiosior. Hũc
Homerus primus tentauit. Græci nanque comici & tragici diligentius hæc secuti & reliqua
custodiere:nostri uero plus erant habituri gratiæ si & intra legem hanc ipsi cõstitissent. Per
fectior item quum ex puris constat iambis: ut, Mala soluta nauis exit alite. Si autem penul
tima in hoc lõga fuerit Scazon siue Choliambus efficitur, quasi claudicãs Iambus:ut Apol
linarem conueni meum scazon. Horatiana uero carmina pedum constant uarietate iam co
gnita,quorum pleraque aut ademptione, aut adiectione,seu in aliqua parte commutatione
legitimi carminis fiunt: ut, Mecœnas atauis edite regibus. Pentametrum est catalectum: si
in extremo addatur syllaba legitimũ fiet. Idem in IIII. Trahuntq; siccas machinæ carinas.
Trimetrum est etiam catalectum:aliter quoq; in alijs. Monostropha appellauere,quod pri
ma strophe duobus uel tribus colis explicata cæteras sequentes similes habeat, nec in ali
qua parte interueniente epodo cola mutẽtur. Colon quid sit iam dixi,id est, integrum mem
brum genusq; carminis, à quo monocola, ut Ode prima:& dicola, ut est secunda. Sed & tri
cola siue tetracola dicuntur hæc carmina. In cantionibus autem lyricis legitime scriptis:hoc
est monostrophis, hæc tria inueniri necesse est,strophen,Antistrophen,Epodon:olim enim
carmina in deos scripta constabant. Circumire aram à dextra Strophen uocabant, redi
re à sinistra Antistrophen. Post cum in conspectu dei consistentes canticis reliqua perage
bant, Epodon. Hinc translatum nomen in hos epodos qui binos uersus impares habent.
Nam ut illic Epodus canticum finit: ita hic uersus secundus sensum. Hoc est enim in epo
dis legitimum. Ergo secundum & hæc elegia epodicum carmen. Hæc igitur cantio lyrica,
quæ tres has partes habet, Periodos appellatur, eadem Trias, si ex rebus his constat. Solet
enim abundantior & plenior cantio habere antistrophen proodon aliquando, & in medio,
hoc est inter strophen & antistrophen melodon. Inueniũtur autem in strophe cola uel com
mata aliquot ex uoluntate scribentis uaria lege metri finita. Huic antistrophe redditur toti
dem colis ijsdem metris. Tertio additur Epodos iam quolibet metro:hoc est, ut dixi, quam
uocant triada. Sed hæc accuratius Græci poetæ seruauerunt. Cætera uero quos requirunt
pedes,quæ ue ad carminis rationem pertinẽt: si uberius scire cupis,uide apud Græcos Ephe
stionem:apud nos uero Terentianum & Velium Longum,antiquos sanè grammaticos,ex
Diphthongi quibus omnibus hæc pauca decerpsimus. Inter syllabas dipthongi sunt numero VII. Tris
Græcas quas usurpauimus adnumerãdo, αι, ει, υι. Scribiq; in antiquis uoluminibus Harpyia
Minyiæ.

Minyiæ. Quæ omnes apud Græcos etiã producunt. Sunt aũt Dichronæ cũ uocalem sequen
tem habent. Quod & Latini interdum usurpant:ut, Insulæ Ionio in magno. Sed & omnis
uocalis ante uocalem:ut, Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt. Et sub Ilio alto. Et
in una dictione:ut, Dextraq; prehendit.

DE DICTIONE ET ACCENTIBVS

DICTIO quoq; pars orationis tertia:ea siquidẽ accẽtibus regitur. Sunt autem
accẽtus tres,acutus,grauis,& circũflexus ex utroq;. Reliqui quatuor, longus,
breuis,tenuis,adspiratio:tenores potius quàm accentus sunt dictionis existi
mandi. Nam omnis syllaba quæ aliquid è trium superiorũ sibi uendicat, utiq;
aliam sibi ingenitã habet,aut longitudinẽ,aut breuitatem,aut tenuitatem,aut
aspirationẽ:quæ si accentus essent,pariter duæ syllabæ in unum cõstare non possent. Longũ
accentum transuersa linea notat:ut, Dederitis pro dederitis. Breuem uero sursum erecta, ut
Fulgẽre. Sed hi tempora quoq; distingunt. Aspirationẽ uero dictio cum h scripta præstabit.
Si autẽ adscripta non erit,siccitatẽ hac figura. His addũt tris alias notas. Hyphen,quũ duo Hyphen
uerba,quæ in unam pronunciationẽ colligimus,inflexa subter uirgula iũgimus. Vt, Turnus
ut anteuolans. Apostrophen,quum uocalem ultimã subtrahimus,quã notat inflexa uirgula Apostrophe
ad caput eius cõsonantis cui subtracta est:ut, Tanton' me crimine dignũ Duxisti. Diastolen Diastole
unioni contrariam,quæ orationem,ut apud nos nota distinguit hoc modo˙. Apud Græcos
item ultimæ acuuntur. Apud Latinos uero nequaq;,præterquã in aduerbijs quibusdã, ut Fe
ré,pené. Illud præterea catholicum in hoc genere animaduertendũ, apud Latinos accentus
quãtitates syllabarũ minime sequi. Antiqua tamẽ siue poetarũ siue grammaticorum licentia
multa utriusq; linguæ modo accentuq; pronũciamus & scribimus, præsertim quæ nihil im-
mutant,ut philosophi,comœdia,tragœdia,præterea Euripides,Darius. In quibus omnibus
penultimã dichronam facimus. Sidonius poeta. Orchestram quatit alter Euripides. Si ratio
item sequenda,producemus Dareũ, Alexandream,& Antiocheam, Trigonũ, Idolum, Para-
cletum,quæ licet Græca licentia aut metri causa interdũ corripiantur,tutius tamen ac obser
uantius nostris utimur syllabarũ temporumq; legibus,nisi authoritas usus ue refragetur.

DE ORATIONE

QVO ad orationẽ uero partes assignãtur octo. Verũ à Priscis inter quos Theo
dectes fuit,ut ait Dionysius Halicarnasseus,tres tantum ponebantur, Nomen,
Verbum & Coniunctio,q; in uerbis uis sermonis:in nominibus uero materia
inesset. Quoniã alterum est quod loquimur,alterũ de quo loquimur. Paulatim
deinde adiectæ aliæ partes ab Aristarcho primum,deinde à Palæmone Vicen
tino,qui memoria Quintiliani fuit(ut ipse testatur)donec numerus supradictus expleretur.
Reliqua uero quæ ad orationem pertinent in parte Rhetoricæ dicam.

DE ORTHOGRAPHIA

NVNC ad orthographiã ex ipsius Velij,tum Victorini authoritate descendam,
partim quoq; ex ijs quæ ipse in marmoribus annotaui. Orthographia enim Or
thoepia longe difficilior,cum hæc haud quærat quemadmodũ scribendum sit,
at ad legem etiam uocis orthographia est adligata. Diphthongis primum nõ- Diphthongi
nulli uterum non utebantur, ut ex marmorum inscriptionibus aliquorum ap
paret,ex quibus unã in C. Pompeio Eusconio in Anthropologia annotaui. Oe, diphthon- Oe
go tripliciter ueteres sunt usi pro e,ut plerunque pro u,ut ex monumentis adhuc aspicimus
plurimis,his uerbis,Faciundum cœrauerunt, pro curauerunt. Pro I. apud Ciceronem iij,de
na. Canephoræ pro canephori. Et in antiquis uoluminibus Solæ pro Soli urbe. Ai item di- Ai
pthongo dupliciter disiuncta:ut, Aulai in medio. Rursus cõiuncta pro e more Græco,ut in
marmoribus, Aimylius sæpe reperitur. Ei pro i sæpe in genitiuis singularibus & nominati- Ei
uis pluralibus secũdæ declina. ut Captiuei. Præterea in his dictionibus, Heic, illeic, isteic. B li B litera
tera pro V. Sic enim Romæ in antiquo lapide. Bixit annis XXV. Quod ex Græco more pro-
uenit. Nã illi per B scriptã dictionẽ, per u pronunciãt. C itẽ affinitatẽ cũ g retinet,ut Secobri C litera
ca & Secobriga. Nec mirũ, nam g literã primus Romæ repperit Sp. Carbilius grãmaticus li Sp. Carbilius
bertus Sp. Carbilij. illius qui primus uxorẽ abdicauit,quũ prius C pro G passim uteretur:au
thor Plutar. D insuper habet cum T communitatem,nam Alexanter pro Alexander(teste
Quintiliano)scribebaṭ. Et apud Lucianũ Græcũ authorẽ in dialogo quodam D litera cũ T D litera
contendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

contendit,queriturq; ab ea usurpari. Hinc monstratur grāmatici cuiusdā nostri temporis er-
Endelechia ror de endelechia & entelechia,quæ uaria putauit,quū pro eadē ab illis quos allegat authori-
I litera bus ponatur,Græcā in hoc imitando consuetudinē,quum illi D pro T pronūcient. I literam geminatam raro inuenimus,ut in lapidibus licet aspicere. Aerari,Iuli,Fabi,argētari. Inuenitur tamen,ut in Obelisco Vaticani nunc legitur. Diuo Cæsari,Diui Iulij.F.Augusto. Tybe. Cæsari,Diui Augusti.F.Sacrū. Et idē numero plurali,ut Coss. Faciundū curauerūt,ijdemq; reprobauere. Virgil. Iidem uenturos tollemus in astra nepotes. In medio item dictionis inijcere,proijcere. Dis pro dijs. Inuenit & ij duplex pro e in nonnullis Romæ locis,ut extra portam Vaticanā huiusce modi inscriptio. Licinio Clijminti,L. Coccijus Gaionas alumno. Qui uixit annis v. Mijns v ii. Dijs xi. Trāsit etiā in consonantē,ex quo Cicero Maijam & Aijacem per duplex ij scribendum putauit. Quidam per iij ut conijcit,ut sit coniideinde sequentium altera consonans,altera uocalis. Sed & hoc exoletum. Næuius enim & Lenæus quum longa syllaba scribenda esset,duas uocales ponebant,præter quàm quū in i literā incidebāt.
K Hanc enim per e & i scribebāt. K literam nō duxerunt,sed notam,qua multi religiose utunt, ut in epistolis scribant karissime, sicut & in lapidibus sæpe inuenitur. Eadē & Græci ueteres
P sunt usi ante χ literam à Simonide repertam. P quoque litera ante inuentum φ. Itaq; παῦσαμ dicebant,& Spinga. Addita deinde aspiratio est,ut nos quoq; & spharā dicamus,& Sphin-
Q ga. In quibusdam reijcimus ut Tropæa,Calpurnius,Scapus:scapha tamē aspiratum. Q literam multi excludunt,inter quos Licinius Caluus fuit,dicētes nihil aliud esse quàm C & V. Et ideo nonnulli,Qis pro quis,& qid pro quid. Loquutionem Antonius Rufus qui de ōr-
thographia scripsit,per q dicebat scribi oportere, quod à loquendo deriuaret, cæteri omnes
Quum per c. Quum pro tempore per q & u simplex seu geminatum antiquitus positū. Pro præpositione uero cum per c.
Cottidie Cottidie item rectius quàm quotidie,quod à continente ueniat:nō autem à quoto die:& secutus & cocus,quāuis à sequendo procedāt.
S *S* literam,de qua Messala (teste Quintiliano)unum librū edidit,inter duas uocales geminabant,ut frequenter in marmoribus,caussa,dissignator. Sed & alias quoq; literas,ut Paullus,Sallustius. Victorinus autem dicit quod quodam tēpore nullas geminabant literas,ut Anius,Luculus,Memius. Sed supra quam geminari oportebat, notabant hac figura c quod erat geminandi signum, ut in quibusdam adhuc ueteribus libris apparet. Idem ait quod iuxta non ponebant c m. Ideo nec alcmenam,sed alcumenam dicebant,donec Cæsar correxit. Item s pro r. ut Valesius, Fusius,
R pro Valerius & Furius. Primus autē qui r literā inuenit Appius Claudius Cētimanus fuit,
T ut testatur Pomponius lib. i. digest. Græci quoq; loco duorū ϛϛ,ϛσ ponebāt, ut Tyrsenus pro tyrrhenus,& pyrsos pro pyrrhos. Pro duobus item σσ geminū ττ. ut θάλαττα: apud nos uero s pro t. ut à nepet,nō nepetinus, sed nepesinus dicitur. Item ex Rhamnunte rhamnusius,
G ex Acheronte acherusius. G quoque in c,ut uicesimus & tricesimus:uicenos & tricenos. Re-
V liqua uero numeralia g seruant. V litera loco o posteris est posita. Nam priscis seruos consol scribebatur,sed per u pronunciabatur. Item suntes & frundes scribebant tantum. Pronunciabant uero & scribebant quædam pinguius:uidelicet u loco i ut optumus,maxumus,artubus,partubus,portubus. Sic Augusto placuisse Lōgus testatur. At cōtrà Cæsar sicut in eius titulis uidere est elegantius, sicuti & nos i pro u utebatur. Item pro consonante ponitur, ut uinum,uitium, in cuius loco antiqui Digamma æolicum conscribebant: uidelicet F. Præterea uerba hæcunguo,tinguo, pro ungo & tingo. Denique loco y græcis in nominibus apud Latinos conuertitur u, μαρσύπιομ Marsupium, μασχάλοι masculi, λύκος lupus, ἴντυβομ intu-
Ad bum. In quibusdam non mutatur, ut Labyrinthus:author Verrius Flaccus. Ad mutatur secundum literam sequentis consonantis, appello,applico,accelero,attingo,aggrauo,aggero. In marmoribus tamen antiquis d retinent atque ita obseruatur,ut in plerisq; uidemus,Adplico, adcelero, adgero. Item apstulit,apstinet,apsyrtus,apsis,loco b imitantes literam ϕ. Illustris etiam & inlicitus, inlepidus, opsonium, optineo. N semper ante D.F.Q.S.V. Et eandem,Lanfrancus,tanquam,monstrum. Quamq; tamē per m. Eam uero sicut alias quasdam leuitatis gratia scribere recusabant, quapropter in uetustatibus frequenter aspicimus coiugem pro cōiugem. Et Cicero. Foresia & megalesia sine n libenter dicebat,ut uerbis ipsius utamur. Posmeridianas quadrigas inquit,libentius dixerim,q; postmeridianas. His adijciendū
Ab abs toties,& traposuit,& tramisit,pro toties trāsposuit & trāsmisit. A abs & a præpositiones diuersis modis ponebāt. In rationibus & auferēdo dicebāt pecuniā acceptā nō à Lentulo,sed ab Lentulo

ab Lentulo. Cicero dicit religionē hanc scribēdi apud pauciſſimos suo tempore remansisse. Antiquos tamen scimus abs te dixisse: & abs te frequenter,ab Lentulo autem & ab Lucio semper. Nos tantum ab præponimus uocalibus. Illa quoq; per geminatas literas: Apennínus,Chersonnesus,Peloponnesus,Millia,milliarium,ex inscriptione portæ Næuiæ,Religio, rettulit, repperit, relliquiæ, reliquum tamen & repertum. Per simplices autem iminent,amittit,omen,comodum,proicit,inicit,flama,Neptunus,comune:hi & his. Paucioribus quoq; nongenti mihi nihil. Pluribus autem monstrare,exspectare,exsaturari. Illa insuper utroq; modo Aelius & Helius,Herruria & Aetruria, hæreticus & ereticus, quod alterum ab hærendo,alterum ab eligendo ducatur. In nonnullis diuersa scriptio potestatem uariat,ut Oechalia & echalia, Aemonia & emonia, Thetis & Tethys, Asopus & Aesopus, Hadrianus & Adrianus ex adria. Nulla præpositio t. litera terminat, ex quo apud dicitur, non aput: Sic & nulla coniunctio d. litera finitur. Ex quo set,non sed dici oportebat, quam
Set uis usus prævaluit,ut sed dicamus. Illa etiam per T scripta in marmoribus reperimus. O-
Otium tium,negotium,mitto,potius,ratio,littus. Per C. lictor,Accius,Minucius,Sulpicius,Marcius. Accerso quoq; & arcesso idem: nam r. in c. conuertitur. Errantq; qui putant accersere uocare,arcessere aūt remouere,quasi ab arceo. Interdū etiā aliud scribim⁹,aliud pronuncia
m⁹,ut,Hoc erat alma parēs. Nā si enūciationi responderet scriptio,oportebat scribere,hoce erat gemino ce. Item temptare & cōtemptus scribitur,dū à contemno uenit. Authorem quidam recentiores scribunt,quod ἀπὸ τοῦ ἀυθέντου, id est,Principe & rectore ueniat: in antiquis tamen monumentis auctorem semper scriptum reperimus: ut est in hortis apud Apo-
stolos: Ex auctoritate Turci Aproniani: & alibi. Ex auctoritate Impe. Cæs. Cœna item,&
Cœna cœlum per œ: quod ex Græcis ueniant. Acheron tamen quasi sine gaudio absq; diphthon-
Cœlum go,quamuis à Græca diphthongo ἀχαί ϙοντ ueniat. Cætera Græca non uariant, ut Alc-
Acheron man,Alcmeō,Alcmena,Dictys,dictyotetō,Xenodocheū,Pandocheū,Dyscolus,Syphax, Labyrinthus,Lilybeū,Sisyphus,Xystus etiam pro nomine proprio,Hypsipyle,Alcinorus Alcyone,Hylas,Hyacinthus. Cyrcus etiā & cyrculus per y. qd' ἀπὸ τοῦ κύκλου ueniat. In latinis uero & barbaris nominibus Græcos nō sequimur,nam & illi Teudatū & Teuderichū,
Græcanica *Cyrcus* & Gotthos & Cointū scribunt: nos aūt Theodatū. Theoderichū. Gothos, Quintum ut ex
Cyrculus latinis carminibus & marmoribus indicatur. Illa quoq; diuersa Hortensius & Hortesius, Atratinus & Atracinus. Viturius & Vitruuius qui de architectura scripsit ex inscriptione Veronæ extante. Item Delmatia & delmata ex Delminio oppido,ut Longo placet. Est etiam nonnullorum in quibusdam peculiaris scribendi modus. Cn. Pompeius dicebat & scribebat Cadamitatis. Nigidius Figul⁹ in cōmentarijs suis nec K. posuit,nec Q. nec X. Idem H. literam non aspirationis notam esse tradit. Licinius Caluus Q. litera non est usus. Idem Senaticonsultum dicebat. Cæsar uero senatusconsultū. Augustus genitiuo casu huius domos scribit. Messala, Brutus, Agrippa pro sumus somus dicebant. In aspiratione uero hoc
De aspiratione documenta obseruatū,ut nomina è Græcis prouenientia in principio quæ per y scribuntur omnia aspirentur,ut hypothesis, hypostasis, hyperboreus, hyperbole, hyperion, & quæ ex Hippo,ut hippolitus,hippodromos. Consuetudo tenet ut multa cum aspiratione scribantur, quū nō fit necesse,cuius gratia Catulli extat epigramma lepidissimū. Chommoda dicebat si quando cōmoda uellet dicere,& hinsidias. Vt etiam harena,hortus,cohortes,quū aspirari minime debeant,qd' ab oriendo & cooriendo proueniant. Habet & aspiratio cū F. cōsanguinita-
H, loco F. tē,ut eius loco ponatur. Sic hœdus aspiratur,q.d' antiquitus fœdus diceret, & hircus olim fircus. Vtimur & aspiratione interposita,ut traho,exhibeo,cohibeo. Reperitur & coheo, & cohitus in marmoribus. Quodam etiam tempore detrahebant,itaq; elegantius trao,exibeo, coibeo scribimus, & his similia, ex quo etiam adue sicut istuc & illuc. Pulchrum uero semper aspiratur, & sepulchrum,& simulachrū,& Gracchus & Cethegus,teste Cicerone. Post g,autem nunquam,Præterea ex Græcis uenientia,quæ per θ, aut φ aut χ. scribuntur continuo,siue etiam per ῥ. in principio dictionis aut in medio per geminum ῥῥ. ut Thetis,Philippus,Christus,Rhadamantus,Pyrrh⁹. Nomina quoq; Hebræa & item barbara ob pinguedinem nōnulli aspirant,in utrisq; cauendum in ultimo. Græci autem huiusce modi nomina omnia inflectunt minimeq; aspirant. Dicunt enim Abraamum, Adamū, Noeum, Iosepum, Isacīū, Elisabetam. Claudius princeps (ut ait ipse Longus) nouam quandam literam excogitauit similem ei notæ, quā pro aspiratione Græci ponūt, per quā scriberent illæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uoces,quæ neq; ſecundū exſilitatē literæ,neq; ſecundū pinguedinē ſonant,ut uiro & uirtute:Neq; rurſus ſecundū latum literæ ſonū enunciarentur, ut in eo quod eſt legere ſcribere.

De Orthoepia,alijſq; obſeruationibus.

Encliſis

IN pronūciando uero ἐγκλισις,id eſt,Encliſis, in utraq; lingua pariter ſeruatur. ut hominumq; deumq;. ἐπερώτ. Aſpirationes etiam pinguius enunciandæ,ut ex uerſu Catulliano ſupra narraui.Item l.m.n.r. liquidæ geminatæ uehementiore ſpiritu,ex quo orationem uerſumq; frequentatæ magnificant. à Græcis Hygra uocantur,quod l.& n.molliter enunciantur. Sed & quod nulli neoterico rum adhuc animaduerſum:C.& ſimplicem & coniunctam cum e.aut i. Græce pronunciandam doctiores exiſtimauere modo K. ut Cicero & Cecina haud aliter quàm & genus & gignere ſi analogię auſcultamus,ex quo K.litera(uti ſupra memoraui) ſuperflua putata. Græce item per,ϰ.diph.ſcripta bifariam enunciamus,ut Alexandria & Alexandrea,Antiochia & Antiochea penultimis productis. Item per αι.diph.Argæi & Argiui,Achæi Achiui, Pythagoræi & Pythagorici, Epicuræi & Epicurij. Item per ν. terminantia fœminina, Methona & Methone, Arithmetica & Arythmetice. Per on uero & um.anthedon & anthedum. Poëma uero & ſtemma & emblema ac his ſimilia in os.& in is.genitiuū emittūt, in plurali poëmatis & poëmatibus.Deponentia amans,excellens,& quæ ſunt huiuſmodi, ablatiuum in e.& i.emittunt.Nominatiua autē in is ſiue r. & neutra in e.in i.tantum,ut celeber,omnis,terreſtris, Hiſpanieñ. & huiuſcemodi deriuata. Apud Ouidiū uero tantū bis inuenitur cœleſte ſagitta.Gemino quoq; genitiuo dicuntur amantum & amantiū,ſic murium & murum,larium & larum.Charilius cuius cōmentaria ad nos peruenerunt,nullum uult latinum nomen in c. terminari,ex quo nō lac,ſed lacte dicendū, ſicut & ſoracte. & bibracte.Nomina inſuper Romana nulla in eus,ſed eius terminantur,ut Pompeiꝰ,Septimuleius,Petreius,Canuleius.Illa quoq; apud nos utroq; modo Silignus,ilignus, quernus,faginus:iligneus,querneus apud Pli.& fagineus apud Ouidiū.Nec me faginea qui tecū nocte iacebam. Ex quo Valla indocte falſoq; Hieronymū ab arbore ficulnea pro ficulna male ſcripſiſſe reprehendit.Item plæbs & plębes,proprætor & proprætore,Proconſul & proconſule:Apes & apis.Sic feles & felis,Itē celeber & celebris,& ſaluber,& quæ ſunt huiuſcemodi tertiæ declinationis.Applicui & applicaui,incubui & incubaui. Sūt & in ſecunda & tertia coniugatione fulgeo & fulgo,moueo & mouo. Sed ut & alias quoq; partes attin-

Comparatiua gam:Cōparatiua alijs quàm ablatiuo interdū iunguntur,ut Sallu. ii. hiſto. Nulla arte cuiq; inferior.Ex quo indocte rurſus Valla Hieronymū reprehendit. Horū autē maior eſt charitas,id eſt,ex his tribus. Quandoq; abſolute poſita minuūt,ut Ter.Aliquantulū ad rem auiPartiципia dior.Et Virg.Triſtior & lachrymis.Participia præſentis indicatiui & caſibus ſuorū uerborum & genitiuo iunguntur,ut abundans copijs Ci.pro Cor.Et niuei quàm lactis abundās. Virg.Scientē iura & iuris ciuilis.Cic.Amantem tui & te. Requirit & genitiuū hoc nomē

Animus animus,ubi cætera ablatiuū,ut animi pendeo.Plaut.Præſtans animi iuuenis. Vir.Egregiuſq; animi.Sal.Incertus animi.Requirunt ablatiuū pariter & accuſatiuū huiuſcemodi. Os oculos patri ſimilis,& ore.Item Cretenſis genere & creſſa genus. Virg.Imitamurq; in hoc

Præpoſitiōes Græcos.Sic & illi loquuntur. ὦ γέρον καὶ σὺ νῦν ἀθλιωτάτῳ. Præpoſitiones inſuper ſæpe or-

Ad natus gratia iterantur,ut ad,Adſidet ad illū,& illi.Adplicauit ſe ad amicitiam.Cic.in Ver. Et terræ adplicat ipſum. Virg. Adgredior ad crimen. Cic. Et Talibus adgreditur Venerē. Vir.Accedo ad ſcopulos & ſcopulos.Adire ad urbē & urbē. Adeſſe ad cauſam.Ci.& cau-

Ab ſæ.Adſuetꝰ ad menſam & menſæ.Ab.Abducere illam ab uiro.Ci.Et gremijs abducere pactas. Virg.Abhorrere à nuptijs.Teren.At abhorrebat illū.Auertit ab urbe impetus in Gal-

Ex liam.Ci.in Phi.Nec poſſe Italia Teucrorū auertere gentē, Vir.Ex.Expello ex patria & patria.Cic.utrunq;.Ex æde exceſſit,Ter.Exceſſere omnes adytis,Vir.Expedio me ex hac tur-

De ba,Ter.& hac turba,Ci.De.Detrahere de illo & illi.Ci.utrunq;.Decedere de uita. Ci. Se-

In ra decedere nocte.Vir.Cœlo deiecit ab alto.Idē.Inducit in animū.Ci.Inducite animū.Te. Incubuit in ſpongiā.Incumbite remis.Virg.Arma ſua quiſq; incubuere.Sal.In amore hæc omnia inſunt Ter.In illa bona inuadere.Ci.Hic thalamū inuaſit natæ.Vir.Inſilire in equū

Per & equū:ſicuti,Deſilire equo & de eq̄ & ab eq̄.Per.Per oēs gentes peruagatū eſt.Ci.Per ca-

Sub put hoc iuro.Itē maria aſpera iuro.Vir.utrūq;.Sub pro prope cū gemino caſu. apud Vir.

Super Sub noctē cura recurſat. Itē.Eurydicē q; ſuā iam lucę ſub ipſa reſpexit.Super.pro de,apud

eundem

eundem.Multa ſuper priamo.Et pro ſupra,ut Sæua ſedens ſuper arma. Præpoſitiones itē quæ ſimul,ut uſq; ſub extremū brumę.Aduerbia quoq; uarie ponuntur.Ergo,igitur,itaq;, Aduerbia etiā,enimuero,in orationū principijs apud receptos inueniunt.In os etiam Græca aduerbia recepta,ut apud Vitru.organicos,coloſſoteros.Plus una nocte.Cic.& plus ſeptima ducitur æſtas. Virg.Propius abſolute.Et propius uirtutē.Cic.Et propius tectis. Vir.Ritu,id eſt,modo.Crebra niuis ritu. Vir.Qui cū:cū quo.Duntaxat,id eſt,ſolū apud Ci. Poſt interPoſt interpo- poſitum ablatiuo iungit: Vt longo poſt tempore uenit. Sal. in Cat. Multos poſt annos & ſitum Ter.in Hecy.Poſt duob. menſibus dixit.In p̄ſentia & in p̄ſentiarū apud Ci.In præſens uero apud Sal. Indies pro cottidie apud Ci.In diē,in futurū. Ad diē,ad tempus conſtitutū,Diem de die,propediem,cito,De die,ex tempore.Cic.in Phi.Non ſolū de die,ſed ad diem uiuere.Ter.Apparare de die conuiuium.In tempus,proceſſu temporis.In tempore,opportune:apud Sal.utrunq;.Tempore idem:apud Cic.Potis eſt,pro poteſt. Peiore res loco nō potis eſt eſſe.Reapſe nō ratione præceptio,Cic.de rep.id eſt,de re ipſa. Verba etiam nonnulVerba cū uarijs caſibus la geminos admittunt caſus, ablatiuū uidelicet & accuſatiuum. Vtor,abutor,fruor,ludo: ut Ludere quæ uellem: &, Verſibus incomptis ludunt. Et laceſſo, ut curſuq; ictuq; laceſſunt.Paſcor.Et carice paſtus acuta.Item,mala gramina paſtus.Habito.Atq; humiles habitare caſas.& habitabant uallibus imis.Induo,indutusq; hoſtilibus armis. Vir. xii. Exuuias indutus Achillis.Induitur loricam humeris.Egredior:Eſt urbe egreſſis tumulus Vir.Raro egreſſa fines ſuas.Sal.Subeo quoq; & ſuccedo tecta & tectis.Saturor.Antiquum ſatura dolorē:Et odijs exaturata quieui.Accuſatiuū quoq; & genitiuū Obliuiſcor, reminiſcor, & memini.Vt,Et dulces moriens reminiſcitur argos.Alternos muſę meminiſſe uolebant. Et,Nec ueterum memini lætor ue malorū.Rurſus genitiuū & ablatiuū:Lætor,impleo,abundo,egeo,indigeo,potior,Diues,indignus,Vt lætor ue malorum. & læta laborū, & læta deum partu,Item, Iouis omnia plena. Vir. Implentur ueteris bacchi. Et plenamq; ſagittis: & Si ueris implet Apollo.Item.Diues pecoris: & Africa terra triumphis Diues alit. Itē indignus repub. & reip. Genitiuū præterea & datiuū poſcunt & amicus & ſimilis. Amicus Lepido & Lepidi:Et delphinum ſimilis,& illum indignanti ſimilem. Nonnulla cū præpoſitione & ſine,ut genitus ſeu natus ex parente & parente:Dijs geniti potuere:Ex nato atq; Quæ ponun- ex matre magus naſcatur oportet. Liber à ſpe, metu,& odio. Sal. Et tum libera fati claſſis. tur cū præpo- Vir.Et fato liber dicitur.Caue illos & caue ab illis,& caue facias.Recordor de te Ci.Et uo ſitione & cem Anchiſæ uultumq; recordor, Vir.Certo itē & concurro & congredior Antonio & cū ſine Antonio.Auello,Ter. Sperat ſe à me auellere. Vir. Auulſum humeris caput. Alienū uita & à uita.Queror de te Ci.Nec plura querentē Paſſa uenus Vir.Itē Do. Mitto tibi & ad te. Itē aptus,accōmodus,bonus,Idoneus bello & ad bellū.Offendo: Si quid in me offendiſtis, in meo capite luite.Itē Quid me apud equites po.Ro.offendiſſe dicebā.Cic.utrunq;.Quædam etiam abſolute & cū caſibus,ut Attendite & attendite animū Teren.Abnuo. Abnueram b ello Italiam cōcurrere Teucris Vir. Et neq; illi ſenatus de ullo negociū abnuerit. Itē nihil ſibi abnuturos Sal.Item deſine mordere,& Deſine Menalios,Et apud Terē. Te deſiQuæ abſolu- nit & deficit.Requieſco etiam abſolute,Et motuq; ſuos requierunt flumina curſus.Doleo, te & cum & doleo caſum:Et dolerent tibi oculi Cic.Pergo ire & pergo iter.Noſſe & ſcire Græce & caſibus Græcam linguam,Ardeo,ardet amans Dido,& Coridon ardebat Alexim.Et Spoliorū ardebat amore.Gratificatus abſolute: Et populo aliena ac ſua gratificatus Cic. Audio quoq; accipio,diſco, emo à te elegantius & ex te dicemus.Studeo: Student ſeſe præſtare cæteris: Et eadem ſtudent,Sal.utrunq;.Item Student cōſulatui Cic.Nōnulla utroq; modo æque poStudeo teſtatem habent,ut comito & comitor,populo & populor,reuerto & reuertor: Sic & apd' Græcos ϖοιῶ ϰ ϖοιοῦμαι,& alia cōplura. Aliqua inſuper lepide iteranī hoc modo,Seruitutem ſeruire,uitam uiuere,citharam citharizare,cantionē cantare,facetias facere. Et noſtro doluiſti ſæpe dolore Vir.Dixi unū dictū Plau.Quædā caſibus hoc modo cōmutantur:Impertio tibi bona,& impertio te bonis:Dono tibi lancem & dono te lance: Delego tibi curā & delego te curæ.Eadem quoq; ſignificantia diuerſis iunguntur caſibus, ut ferax frugū & fertilis frugibus.Doctus cithara & citharam & peritus citharæ.Miſerere laborū,& miſeratus amantem. Digredior à te. Egredior autem & progredior portu, & aggredior ſcribere & aggredior opus:Decet nos & nobis.Terē.Ita uobis decet:Item pudet illius,& apud Teren.Non te hæc pudent? Item piget,Non te hæc pigent Getæ? Terent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modus scribendi apud ueteres.

Hopistographi libri

Deletitia charta

ET quando de ratione scribendi scribere cœpi, modum scriptionis ueterũ nõ pręteribo. Scribebant enim ex altera tantum parte. Hinc Iuuena. Scriptus & in tergo necdum finitus Orestes. Quapropter Hopistographi appellantur utrinq; scripti. Cæcilius in epistolis, Electorumq; cõmentarios. Clx. mihi relíquit hopistographos. Et Vlpia, Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad delectiam proinde Hopistographam. Est em̃ deletia quã Cic. Palimpsestũ uocat, ut in epistola ad Trebatiũ, id est, rasam & rursus scriptã. Qui igitur cõponentes aut rescripturi rursus aliquid scriptitabant, hopistographos, id est, ex utraq; parte chartas implebant. Scribebant insuper principes sicut plericq; hodie reges transuersa charta. Primus Iulius Cæsar (teste Tranquillo) epistolas in forma memorabilis libelli reduxit, cũ prius Coss. & duces tantum transuersa scriberent charta. Præterea calamo nõ penna utebant̃, ut Ci. in episto. Quicunq; calamus ad manus uenerit, eo pro bono utor. Interdũ & stilo ferreo cũ pugillares in itinere notabant, qui ex cæreis tabellis seu ligneis erant, ut legit̃ apud Cæciliũ. Beuiare insuper dictiones (si Senecę credimus) primus reperit Cic. quũ Cos. in senatu Catonis orationem, quã contra coniuratos habebat, uelociter scribi iussit, ita ut literæ dictiones referrent.

Ars impressoria & eius authores

Sed iam diuina prouidentia ingeniorũ immortalitati cõsultũ, quando nouo portento reperit hoc seculum nõ describere libros, sed fingere, ex æneis characteribus attramento scriptorio perfusis pagina torcularib⁹ expressa. Authores duo è Germania fratres Romæ cœperunt anno MCCCCLXV. Primiq; omniũ August. de ciui. dei. & Lactantius prodiere.

DE POETICA.

Poetæ

POETAE tam apud Græcos quàm latinos haud semper in honore fuere. Plato in primis à sua rep. lib. II. eos ac præsertim Homerum reiecit ob pugnas cõtentionesq; deorũ. Cato probro dat M. Nobiliori (ut ait Cicero) quod is Ennium poëtam in prouinciam duxisset. In nostro itẽ dogmate nullo in numero sunt. Augustinus li. secundo de ciui. dei. Platoni Græco potius palma danda est, qui cum ratione formaret, qualis esse ciuitas debeat, tanquam aduersarios ciuitatis poëtas censuit urbe expellendos. Multos tamen oblectant multorumq; tenent aures, præsertim principum. Nam duo Alexandri, unus Macedo, alter Imperator Rom. hic Virgilij studiosissimus traditur fuisse, ille Homeri, ut nulla unquam die ab eorum lectione uacauerint. Aristoteles totum hoc genus in tris diuidit, in Epicos, lyricos & Dithyrambicos. Sub quibus reliqui facile continentur, Asmatici, Melici, Satyrici, Tragici, Comici, Elegi, Iambici, Hymnographi. Epigrammographi. Epicos enim Heroici carminis scriptores appellat, cuius inuentio oraculo pythico debeť, teste Plinio: ubi siquid altius canitur, Rapsodia uocatur, ut est illa Homeri. Qui in hoc excelluere quinq; apud priscos Græcos nominati. Homerus ipse, Hesiodus, Panysis, Antimachus, Pisandrus. Inter Lyricos decem illi nominant̃ uulgo cogniti: Stesichorus, Bachylides, Ibicus, Anacreon, Pindarus, Simonides, Alcman, Alcæus, Sappho, & Corinna: hi taurum in certando palmam ferebant. Inter Dythyrambicos uero Philoxenus Corinthius præcipuus. Dithyrambici enim lyrici sunt (ut ait Zezes) uerum aliquantulũ altiores: & ad honorem Bacchi canebant, unde nomen auspicati sunt. Dithyrambus enim Dionysius, quod διὰ δύο θύρων, id est, per duas portas prodierit in lucẽ: ex uentre uidelicet Semeles, & femore Iouis, ut patet in eius fabula. Accipiebant in cõcertatione palmã Tripoda. Dithyrambicorũ chorũ primũ Corinthi statuit Ariõ Methymnæus, secundum Lassus Herminæus. Hoc genus latini non habent. Inter lyricos apud nos tantum Horatius qui simul & Catullus iambum interposuere. Apud Græcos Iambici tres tantum clari. Ananias, Archilochus, Hipponax, quanquam & Homerum cœpisse iambum in grammatica supra prius diximus. Hic acerbitatis causa inuentus. Trimetrum Græci uocant, nos Senarios ex numero pedũ. Elegia in luctu reperta, in qua excelluit Callimachus, Mimnermus, & Philetas, apud nos Tibullus, Propertius, & Ouidius. Inter epigrammographos Græcos Simonides antiquus: cuius meminit Herodotus, & Alcæus iunior Vespasiani tempore. Athenæus, Proclus, Palladas, Agathias, innumerabiles q; alij. Hymnographi deorum scribebant laudes, ut Orpheus, Homerus, Hesiodus, & Asclepiades. Poetas item Melicos Demetrius Phalereus commemorat, Automedem, Demodocum, & Lerim, Corcyreos,

Epici

Lyrici

Dithyrãbici

Iambici

Epigrammographi

Hymnographi

Melici

Corcyreos, & Phemium Ithacensem. Ex nostris in hoc genere nullum habemus præterquam in sanctorum hymnis & Sedulium & Prudentium poëtas. Qui scripserint epithalamia apud Græcos Agomeson nominat̃, & Hesiodus, qui in Pelei & Thetidis nuptias hoc exordio. Τρὶς μάκαρ ἀλακίδη, καὶ τρὶς μάκαιρ ὄλβιε πηλεῦ, ὅ τοι ἓν μεγάροισι τεὸν λέχος ἐισανάβασαι νεῖαι. Apud latinos Catullus, in Ptolemæi & Berenices nuptijs. Claudianus item in Mariæ & Stiliconis, & Ausonius ex Centonis collectum edidit. Qui uero scripserint Epicedia in mortuos, inuenti etiam, & qui Monodias. Hæc ab Epicedio siue epitaphio differt quod Monodia super uno tantum, illa etiam in plures. Vsurpatur tamen Monodia ad omnem materiam modo unius sit, sicuti Lycophron Monodiam de Alexandra scripsit, ut author Zezes in Lycophronem. Comœdiam deinceps, tragœdiamq; ac reliqua attingam poemata, ex Græcis enarratorib⁹. Comœdiam inuenerunt rustici, qui iniuriam passi à ciuibus ex agris in urbem uenientes noctu medijs uijs quæ passi fuerant recensebant. Vicini itaq; experrecti mane simul memorantes quæ audiuerant, illi qui fuerant in causa reddebantur meliores, tali uerecundia coerciti: itaq; uisum hoc utile remediũ moribus cõpescendis: uocati rustici in theatrũ & hominũ frequentiã, coacti sunt media luce eadẽ facere, ora fæcib⁹ peruncti. Quod postea officium poetæ usurpauerunt, nulla hominum reuerentia seruata. Quorum primus Susario quidam hoc exordio prodijt. Spectatores aduortite. Susario hæc dicit. Turpes fœminæ quarum nullius est sine probro domum habitare. Multi igitur secuti sunt eum postea improbos homines insectari. Postquam uero potentiũ luxuria ac uitium conualuit, res minime placuit. Paulatim̃ que interdictum comicis aperte ac nominatim de ipsis loqui ex quo per ænigmata reprehendebant: procedente autem tempore nec sic etiam loqui permissi. Quare omissis diuitibus poetæ in aduenas & pauperes cauillabantur. Vnde comœdia in tris diuisa partes. In antiquam quæ manifeste reprehendebat: In mediam quæ per ænigmata: In nouam quæ in seruos & pauperes cauillabatur. Fuere autem primæ Aristophanes, Eupolis, Cratinus. Secundæ Plato. Nouæ Menander. Dicti sunt enim comici uel ἀπὸ τῶν κωμῶν, id est, uicis unde rustici ueniebant, uel ἀπὸ τοῦ κώματος, quod est somnus, quoniã somni tempore hæc recitarentur. Tragœdia uero ἀπὸ τῆς τρυγὸς, quod est uindemiæ fæx, quod ea fæce peruncti agerent: uel τραγὸς, quia hirco donarentur. Est enim comœdia humanarum actionũ imitatrix uitæ correctrix per risum & iocum. Differt enim à tragœdia, quod illa historiam & rem gestam, hæc figmentum continet: illa in luctum spectatores mouet, hæc risum. Differt autem noua à uetere, tempore, lingua, metro, dispositione. Tempore, quod noua magni Alexandri ætate cœpit, antiqua per bellum Peloponnesiacum floruit. Lingua, quod illa dulciore plenioreq; Atticismo, antiqua altiore & grauiore. Metro, quod noua plerunq; iambico: Altera uero multimodo utitur uersu. Dispositione, quod in noua chorus non interuenit, in altera frequentius. Rursus antiqua ab ea differt, quod circa Susarionis tempora personæ sine ordine ueniebant. Cratinus autem succedens constituit in comœdia tris personas, eiq; decorem ordinis addidit, comœdiamq; magna ex parte correxit, donec Aristophanes maiorem ei tribuit splendorem. Cæterum comœdia cum uerborum tum rerum sex modis elegantiam habet: uerborum aut ex homonymia, quam æquiuocationem latini uocant, cum plura eodem uocabulo significantur. Ex Synonymia cum idem diuersis dicitur nominibus, ut eo, accedo, adeo, contendo. Ex loquacitate lasciuiaq; loquendi, quam Græci ἀδολεσχίαν uocant, cum quis eodem nomine sæpius utitur. Ex denominatione cum proprio nomini aliquid extra festiuitatis gratia adijcitur, ut si minax uocatur Midas. Ex diminutione, ut Socratidium, Euripidium. Ex mutatione, ut δεῦ pro χεῦ. Rerum uero modi omnino duo, aut per deceptionem, ut cum Strepsiades credit ueros esse de animo sermones apud Aristophanẽ: aut per similitudinẽ, ut Xanthus Hercules aut Hercules Dionysius putatus. Traditum memoriæ Alexandrum Aetolum & Lycophronem Chalcidensem à Ptolemæo Philadelpho interpolandis scenicis libris fuisse delegatos: Alexandrum uidelicet Tragicis ac Satyricis: Comicis alterum. Reliquis uero poetis Zenodotum & Aristarchum grammaticos, quanquã Homericos longe antea LXXII grammatici iussu Pysistrati tyranni interpolauerunt: Quorum principes Orpheus Crotoniata, Zopyrus Heracleotes, Onomacritus Athenienlis, & Epicyclus fuere. Posteris deinde temporibus succesſere & alij qui scenicos reliquos q; poetas diligentissime enarrauerũt, Didymus, Tryphon, Apollonius, Herodianus, Ptolemæus Ascalonita, inter quos & philo

Sedulius

Prudentius

Epithalamia

Epicedia

Epitaphia

Monodiæ

Comœdia

Comœdia diuisa in tris partes

Antiquam

Mediam

Nouam

Quid à tragœdia differat

Comœdia quid

Cratinus

Socratidium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sophi,Porphyrius,Plutarchus,Proclus,& ante hos omneis Aristoteles. Sed ad Comœdiã redeo antiquã,quę(uti supra cõmemorauí)cauillos habebat apertos usq; ad Eupolidẽ:qui postq; Alcibiadem Athenienſium ducem notare cœpit,iratus ille ut qui in expeditione nauali esset & exercitum paratũ haberet,statim iussit eum ad se trahi:quem alij dicunt repente mari proiecisse,alij capistro tractum ad littus ac paulatim ablutum cum huiusmodi uerbis: Eupoli qui in scena totiens me tinxisti, nunc te salsis tinguo lymphis. Ex illo constat Cratinum,Pherecratem,Platonem,& Aristophanẽ per figuras & ænigmata, dimissa aperte notandi licentia,mordere solitos fuisse. Comœdiæ proprium cauillus cum risu. Tragœdiæ luctus & mortes hominum. Satyra uero(ut existimant quidam)ex luctu in gaudium finiebat,ueluti Euripidis Orestes & Alceste,ueluti etiam Sophoclis Electra. Sed perpetuum risum eleganti,scenicoq; modo habebat: ut apud Euripidem Hercules emptus à Sileo tanquam uilicus & seruus mittitur in agrum ad uineam fodiendam: ille magnis uiribus sumpto ligone uites eradicat,easq; in uillam humeris comportat. Cum uescitur panes ingentes frangit, ingentemq; bouem mactat,fores cellæ uinariæ diruit,easq; pro mensa portat, optimum doliorum relinit, alterum seruum qui agro præerat toruum aspiciens iubet ei poma ex arboribus adferre. Denique consurgens uicinum flumen in habitationem intro duxit,quo cuncta deleuit. Satyra ergo huiuscemodi utitur modo. Lyrici autẽ & Dithyrambici Athletas in certaminibus,aut Dionysiũ,aut aliquẽ ex dijs,laudibus extollunt. Sciendũ præterea secundũ Dionysium & Cratem, & etiam Euclidem grammaticos,in partes quatuor comœdiam diuidi, in Prologũ qui usq; ad chori principiũ durat, in chori melodiam, in Episodiũ,quem latini ingressum dicũt, quod inter duos choros dicebatur. In Exodium, quod circa chori finem pronunciari solebat. Egressionis uero partes, quas Græci παραβάσεις uocant v II. Septies nanq; chorus saltabat postq; uenerat in orchestrã,quã Græci λόγλον appellant. Prima saltatio Cõmation,quã nos particulã dicere possiũ?:secunda cõgressio, homonyma cũ suo genere:tertia longũ,quarta cant9 & cõuersio,Græce ἀντῳδὴν ἢ στροφὴν. Quinta Epirrhema. Sexta & Anticant9 & anticõuersio,quas illi ἀντῳδὴν & ἀνάστροφὴν dicũt. Septima Antepirrhema. Chor9 eñ si ex urbe theatrũ accedebat,è sinistra fornicis parte ingrediebatur,in scenãq; respiciebat: Si uero ex agro è dextra,quadrangulari ordine cõstituebat,& ad solos respiciebat histriones. Illis uero discedentib9 ad utrãq; populi partẽ se uertẽs sedecim Anapesticos uersus tetrametros pronunciabat. Et hæc cõuersio uocabatur. Dein ex altera parte totidem,quã Anastrophen nominabãt: utraq; uero antiquitus Epirrhema appellabatur. Probatur insuper Scena uerno tempore cũ ædificijs & habitationibus triplicibus instructis culminibus,parapetasmatis,tapetib9,lintheisq; candidis,atq; in agris ornata. Addita & sonãtes pelles,ignesq; manib9 excussi, cauernæ quoq; subterraneę ac putei,figuræ maris,tartari,fulminũ,tonitruũ,noctis,cœli,diei,regiarũ,prætoriorũ,ingentes aulæ,formices ad uiarũ similitudinẽ. Dramata Græce cõpositiones & comœdiæ & Tragœdiæ & Satyræ uocantur:quorũ decus ac omne fere pondus in histrionibus cõsistebat,qui in Tragœdia & Satyra X V I. numero interueniebant,in comœdia uero X X I I I I. Qui simul coacti in quolibet horũ genere unamq; rem agentes Chorus uocabaẽ. Diuisi in duas partes Semichoria,abusiue aũt chor9. Sigillatim quoq; ac per se cõmuni uocabulo histriões dicti sunt. Hi uero in partes plures diuidebanturtin eos qui prologũ dicebant,in nuncios, in exploratores,in custodes, in seruos,in heroas, in deos,& alios cõplures. Mimus ultimus statim in Orchestrã ueniẽs primũ ad alios mimos qui loquebanẽ, discedentibus autẽ illis ad populũ sese uertebat,nunc dextrorsus nunc uero sinistrorsus,& aliquid pronunciabat, deinde exiens finem faciebat. Dramata itẽ practica erant & logica,practica in ipso corporis motu cõsistebant in quatuor deducta partes,in accessionem,cõuersionem,antistrophen, & exodũ. His motibus totidem orationis modi respondebant,ac logica appellabantẽ: accessioni prologus,cõuersioni itemq; antistrophe oda. Exodo demũ ἐξιτήριον,id est,egressiuũ, quod ultimo loco pronunciabat. Practica,his erant tantũ Conuersio,Antistrophe,& Exodus. Logica,Oda,Antoda,& Epodus. Primæ duæ æquales habebant numeros. Epodus autẽ ab illis diuersi9 & numero & qualitate. Dicebãt eñ Lyrici ad utranq; populi partẽ statim sine proœmio respicientes Oden primũ,deinde antoden. In fine uero tanq; epilogũ aut ultimũ cantum, qui precibus plerũq; sermonẽ clauderet Epodũ pronunciabat. Hæc ex Græcorũ cõmentarijs cõuersa, Deinceps ex nostris:Donatus in actus quinq; comœdiã diuidit, Partes uero

Euripidis Hercules

Diuisio Comœdiæ in IIII partes

Chorus

Dramata

Chorus

Mimus

Dramata

Practica

Logica

Conuersio

Antistrophe

Exodus

Oda

Antoda

Epodus

Lyrici

primas & secundas & tertias. Primas, qui primo sæpiusq; in scenam ueniebat magno spectatorum fauore agebat,ut ait Cicero,quod animos primus occuparet,etiam si cæteri melius dicant. Secundarũ partium actores summisse agunt, ut author Porphyrius,& item Cicero de diui. ut in actoribus Græcis fieri uidemus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquando clarius dicere quàm ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quammaxime extollat. Terentius in Phormione de primis partibus. Quia primas partes qui agit, is erit Phormio parasitus,Pantomimus.

Actus V. Partes primæ secũdæ,tertiæ Cicero

Pantomimus

EX HESIODI THEOGONIA.

DE SOBOLE autem deorum, heroumq;,quod hæc pars ad poeticam pertineret, nihil duxi potius quàm Hesiodi Theogoniam in breue deducere prosæ latinæ. Nã is Varrone & Augustino testibus,primus in hoc genere autor fuit. Sic enim exordítur: Ab initio nanq; chaos fuit. Deinde terra lata omnium firma sedes deorum, tartara quoq; nigra in terræ penetralibus late: post amor qui optimus inter deos soluit membra, omniumq; deorum atque hominum domat in pectoribus mentem & sanum consilium. Ex chao uero Erebus & nigra nox genita est. Ex nocte rursus æther & dies procreãtur cõplexu Erebi prægnãte. Terra autẽ genuit simile sibi cœlum stelliferum,ut ipsam circũ omnia operiret, & ut esset beatis dijs sedes secura perpetuo. Genuit & altos montes nympharum gratas stationes, genuit & immensum pelagus ac pontum sine concubitu: sed deinde cœlo concumbens peperit Oceanum,Cœum, Crium, Hyperiona, Iaperum, Rheam, Themin, Memoriam, Phœben, Tethym, Saturnum nocentissimum omnium,qui odio persecutus est filios: post hos Cyclopas superbum genus, Brontem, Steropen & Argen, qui Ioui dederunt tonitruum, fabricarunteq; fulmina. Hi siquidem cæteris dijs similes erant,unum tantum oculum in fronte gerebant. Cyclopes illis nomen propterea fuerat. Alij quoq; cœli & terræ filij Titani,Cotus,Briareus & Gyges,torui atque infandi, centum quibus ab humeris manus pendebant, ceruices autem cuilibet L. ex humeris surgebant. In diris membris, insuper robur impotens. Hi fratribus ac patri infensi fuere ab initio. Quapropter cœlum eos in terræ penetralibus abscondit. At terra mater anxia dolosam excogitauit artem,genus produxit candentis ferri, ex quo falcem tradidit filijs ad iniuriam ulciscendam: quibus facinus reformidantibus Saturnus cæteris audacior falce arrepta sese clàm in sinu terræ monitu abscondidit. Venit autem cœlum noctem afferens, circaq; terram amore complexum extenditur ubiq;. Hic autem ex insidijs consurgens, læua cœlum, dextra falcem corripiens chari genitalia patris incidit, in mareq; proiecit. Ex cuius guttis terra Erynnes genuit,& magnos gigantes,nymphasq;, quas Melias uocant: ex spuma uero genitalium puella orta, quæ concha Cytheron sacram adnauigauit:deinde Cyprum:quapropter & Aphrodytam & Cypriam nominant,& philomedeam,id est,risum & lætitiam amantem. Quod hanc amor & honestum desiderium secuti sunt. NOX autem nulli concumbens genuit horribilem mortem & magnum fatum & somnum ac insomnia: præterea opprobrium & Hesperidas,quibus ultra oceanum aurea mala curæ sunt. Deinde parcas Clotò, Lachesim & Atropon, quæ hominibus nascẽtibus dant habere bonum & malum. Peperit & Nemesim & fraudem & Amorem:Senectutẽ perditam,litemq; ac laborem,obliuionẽ, famam: ac flebiles dolores. Pugnas etiã & certamina,mortes hominis,contentiones, mendacia, loquendi amphibologias, Transgressionem legũ,damnum,Iusiurandumq;,quod maxime incõmodo mortales adficit siquis sponte peierat. PONTVS Nereum genuit antiquissimum filiorum, quem Semen uocant,optimũ quidem,mitemq; ac æqui seruantissimum. Deinde terræ concumbens Thaumanta & ingentem Phorcyn,Cetò pulchram Euribiemq;. NEREI uero filiæ Nymphæ plurimæ marinæ fuerunt: ex quibus nominatæ ab authoribus (ut reliquas ab Hesiodo commemoratas præteream) sunt, Amphitryte, Tethys, Glauce, Cymothoe, Melite,Doris,Panopea,Galathea,Cymodoce. THAVMAS ex Electra Oceani filia uelocem genuit Irim & Harpyias. Phorcys ex Ceto genuit Serpentem, qui aurea mala custodit. præterea Pephrido,Enyo, & Gorgonas quæ habitant ultra Oceanum ad occidentis extrema: ubi Hesperides canoræ: Tenò Eurialem & Medusam. Hæc quidem mortalis,illæ duæ immortales. Huic soli concubuit Neptunus in molli prato & floribus uer-

Chaos
Terra
Tartara
Amor
Erebus
Nox
Terra
Cœlum
Oceanus
Crius
Hyperion
Iapetus
Rhea
Themis
Memoria
Phœbe
Tethys
Saturnus
Cyclopes
Titani
Cotus
Briareus
Gyges
Cypria
Φιλομμήδεια
Nox
Parcæ
Pontus
Nereides
Thaumas
Iris
Gorgones

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis. Ab hac Perseus ut caput abscidit, exilijt Chrysoar magnus & pegasus equus: sic illi
Chrysoar nomen fuit, quod iuxta oceani fontes genitus est. Chrysoar uero quod Chryson, id est, aurum haberet in manibus, Geryonem primū genuit quem Hercules interfecit, genuit & Hydram monstrum, mediam nympham, mediumq; serpentem, immortalem nunquamq;
Orcus senescentem. Hæc ex Typhone Orcum, Cerberum inferni canem ferrea uoce, L. cerui-cibus monstrum pudendum: præterea hydram Lernæam quam nutrijt dea Iuno Herculi
Hydra irata. Et hanc quoq; Hercules interfecit simul cum Iolao, consilijs diuæ Mineruæ. HYDRA uero peperit Chimæram spirantem ignem, cui tres inerant ceruices, una Leonis, al-tera capræ, tertia Serpentis. Prima Leo, postrema Draco, media hispida capra. Pegasus hanc necauit & bonus Bellerophontes. Hæc ex Typhone genuit Sphinga pernicio-sam Thebanorum pestem, Nemæumq; leonem, quem Iuno nutriēs saltibus Nemeæis pestem
Oceanus & Tethys hominibus immisit, herculea quoq; tandem uis edomuit. TETHYS ex Oceano peperit in primis fluuios ingētes, Indum, Nilum, Alpheum, Eridanum, Strymonem, Mæandrum,
Flumina Istrum, Phasim, Rhesim, Peneum, Caicum, Sangarium, Ladona, Parthenium, Euenum, Scamandrum, Simoenta, multosq; alios. Genuit insuper Nymphas numero tria milia.
Hyperion Inter quas sunt memoratæ, Electra, Doris, Vrania, Erato, Calypso, Styx. HYPERION unus è cœli & terræ filijs suscepit ex aurora Solem & Lunam. Creo siue Creso alter filius
Astreus ex Eurybia Nympha Astreum magnum & Pallanta. Astreus ex Aurora genuit uentos:
Styx præterea phosphorum astrum, astraq; reliqua lucentia. Styx autem ex Pallante genuit Ze-
Luna lum, uictoriam, potentiam, uim, sine quibus non est domus Iouis, nec ulla sedes, neque iter ubi deus illis non imperet, sed semper apud Iouem considunt. Ex consilioq; Stygis Iuppi-ter omnis deos in cœlum uocauit, ac his qui contra Titanos secum esse auxilio uellent re-cepit se pristinum honorem redditurum, quem ab initio amiserunt à Saturno simul cum eo electi. Quapropter Iuppiter Strygem dilexit atq; honore prosecutus est, ipsam deorum iuramentum statuendo, eiusq; filios in perpetuum secum habituros pollicendo. Phœbe ex Cœo noctem genuit, nonnulli obliuionem legunt, dulcem hominibus, ac dijs, & simul
Hecaten Asteriam. Hæc uero ex Perse Hecaten, quam præter omnis Iuppiter honorauit, donauitq; tribus numinibus, terræ, maris, ac poli. Ipsa in primis inuocatur dea quæ felicitatē præbet uenatoribus, nauigationibus, certaminibus, prædis, mercaturis. Deniq; custos ac nutrix
Rhea Auroræ posita, ut post illā lumen oculis Auroræ fulgidū cōspicerent. RHEA ex Saturno
Saturnus genuit Cererem, Iunonem infernam quæ sub terra habitat: Neptunum, & Iouem diuum
Iuppiter atq; hominum patrem. Saturnus autem cum ei fatum sentiret, ut à filijs regno pelleretur, eos quum primum nascebātur necari iussit. Rhea uero Iouem pariēs clām misit in Lycton Cretæ locū, ubi in antro conditus est: Saturnoq; saxum deuorandum pro filio obiecit. Iup-piter quum primū auctus est opibus, patrem expulit, fratres uinculis liberauit. Saxū quod
Iapetus ille euomuit, sub Parnaso in memoriā rei sempiternam statuit. IAPETVS unus ex cœlo
Atlas & terræ filijs ex Climene Oceani filia genuit Atlātem, Menœtium, Prometheum ingenio
Prometheus callidum, & Epimetheum culpæ obnoxium, qui malum in primis miseris peperit uiris:
Pandora Pandoram è limo fingendo uirginem. Atlas humeris Cœlum sustinet in terræ finibus ad hesperios. Promethea ad columnam Iuppiter Caucasi firmis obligauit uinculis, aquilamq; adhibuit quæ eius hepar ederet, tātumdemq; noctu cresceret quantum interdiu consume-retur: qua ille peste ab Hercule tandem Ioue consentiente liberatus est. Hic enim bouem di-duxit, mentemq; Iouis furatus, pelli simul cum carne & intraneis inclusit, imaginemq; al-teram bouis cum ossibus nudis constituit: Iouiq; arguenti, ait, tolle quem mauis. At ille sci-ens multa mala hominibus eligenda, imaginē manibus adripuit. Iratusq; ex eo facto Men-
Fœminarum uituperatio. ti subreptæ ignem negauit, quem & Prometheus in ferula clām abstulit. Rursus Iuppi-ter ut se uindicaret: Virginem è terra finxit, omniq; cultu ornauit, ex qua genus fœmina-rum pernicio sum & pestilens prodijt, quæ ueluti fucus inter apes, ita uirorum opera de-let. Ex quo si senescere cupis, minime ducenda uxor: si bona, malum hoc aliquantulo bo-
Briareus no compensabis: si mala, perpetuo dolebis. Iuppiter igitur post hæc Titanos, Briareum,
Cotus Cotum, & Gygem eorum uastitatem & superbiam ueritus sub terram relegauit. Verum
Gyges eosdem postea cum cæteris dijs quos Saturnus genuit ex Opi, consilio terræ in lucem ex terra restituit. Titani autem bellum deinde Ioui dijsq; intulere. Hic Hesiodus ordinem belli

belli multis refert carminibus. Tandem eos fulminatos à Ioue ac ad inferos demissos dicit
post annos X. Infernumq; describit & eius æreas portas ubi excubat dies & nox: altera *Dies & nox ad inferni portas*
extra mouet, altera nox intus ingressa diem reuertentem expectat. Noctis filij Mors, Som-nus, ad quos minime sol penetrat. In inferno etiam Canis custos, qui arte dolosa utens ue-nientibus blanditur, ingressos exire prohibet, conantem deuorat. Hic & Styx Oceani fi-lia antiquissima, quæ separatim ab alijs inclytas tenet domos argenteisq; cathenis ad cœ-lum libratur. Iuxta est Iris Thaumantis filia pedibus uelox nuncia. Hic & Tartara nigra, quæ uel dij timent, & portæ beatæ, & lapideum pauimentum. At postquam ex cœlo Ti-tanos expulit, terra immanem genuit Typhoea ex tartaro. Cui manus pro scuto fuerant,
Typhoeus pedesq; Martis, ac centum capita, linguæ serpentibus micantes. Ignis ex oculis flagra-bat, uoces totidem ex oribus. Igitur & ipse à Ioue fulminatus sub Peloro sepultus iacet: unde uenti dicuntur ruere diuersi, qui terram mareq; infestant. Vbi uero subacti Titani, diuisus dijs honor omnibus. Iuppiter rex omnium cepit primam uxorem Metim, præ *Iuppiter & eius progenies*
omnibus sapientem. Nulli sunt liberi nati, ne pro Ioue alius regnaret. Sed ex suo Iuppiter capite Mineruam excussit. Cui primum sapientiam & consilium & mentem dedit. Secun-dam ducit uxorem Themidem, hæc Horas peperit, Iudicium & Pacem, quæ mortalium opera honestant: Parcas insuper quæ hominibus bonum & malum tribuunt. Post hæc ex *Gratiæ Iouis*
Eurynome Oceani filia tris suscepit gratias, Aglaen, Euphrosynam ac Thaliam. Dein ex Cerere Persephonen, quam Pluto Ioue concedente rapuit. Post hanc ex Memoria Musas nouem, quibus delectatio cantus & melodia data est. Deinde ex Latona Apollinem & Dianam. ex Iunone Heben & Martem & Dianam. Ex Amphitrite Neptuni filia Trito-nem qui profunda Maris timens prope parentem residet. Iuno autē sine Ioue Vulcanum arte fabrili præditum præ omnibus dijs. Mars è Cytherea timorem & tumultum: qui cum Marte diras in bello promunt ac quatiunt acies. Harmoniam quoque quam Cadmus du-*Harmonia*
xit uxorem. Post hæc Iuppiter ex Atlanta Mercurium deorum interpretem, è Semele Cadmi filia Dionysium, ex Alcumena Herculem. Vulcanus quoque Aglaen gratiarum unam duxit. Dionysius Ariadnam Minois filiam. Hercules uero Heben. Sol ex Perseide Circen & Aeetam regem, qui ex Oceani filia Medeam genuit. DEINCEPS Hesiodus *Quæ deæ mortalibus nupserunt*
inuocatis Musis incipit enarrare, quot deæ mortalibus nupsere. In primis Ceres ex Iasio Plutum, id est Diuitias. Harmonia ex Cadmo Ino, Semelem, Agauem & Autonoen quæ nupsit Aristeo apud Thebas. Callirrhoe Oceani filia ex Chrysaore Geryonen. Aurora ex Titono Memnonem Aethiopē & Aemathiona reges. Eadē ex Cephalo peperit Phaeton tem, quem in ætatis flore in mare præcipitatum Venus excitauit, numenq; constituit no-cturnum ac propitium nautis. Iason Medeam duxit iussus à Pelia Iolchon adnauigare & certare, ex qua Medum suscepit. Quem Chiron Phyllirides in montibus nutrijt. Filiæ quoque Nerei dei marini altera Psamathe Phocum ex Aeaco, altera Thetis Achillem ex Peleo genuit. Venus ex Anchise Aeneam apud Idam Troiæ. Circe quoque Solis filia ex Vlysse Latinum, qui Thuscis imperauit. Calypso itē ex Vlysse Nausithoum Lysinoumq;. Atq; hæ quidem deæ quæ mortalibus nupserunt. Deinceps musas inuocat, ut narrent fœ-minas mortales immortalibus nuptas: nec ultra sequitur, cum uetustate deperditum reli-quum non habeamus. HAEC AB HESIODO breuiter, tum à me breuius repetita plura consequuntur: physiologia primum siue tropologia, quum fabulæ inuētioni rerum pondus ac ueritas quædam subijciatur. Quam cum aliam alij enarrant suopte quisq; inge-nio, fastidium explicandi uitauimus, tantum scire sensum occultiorem cupientes ad au-thores, Fulgentium, Leontium & Palephatum relego. Nunc de dijs & heroibus quædam præterita, aut non satis explicata rursus ex alijs authoribus adducam: Genealogiamq; reli-quam repetam, ac in primis Cœli & Terræ genus.

COELI ET TERRAE PROGENIES.

TITANOS COELVM ac Gigantes ex terra genuit. Qui manibus ma- *Titani*
gnum rescindere cœlum Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis, ut ait Virgilius: montes montibus imposuisse dicuntur. Fulminati denique o-mnes & ad inferos deiecti, pars sub Aetna monte sepulti. Gigātum nomina non extant. Titanorum hæc sunt, Hyperion, Briareus, Ceus, Tiphoeus, Enceladus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hyperion Enceladus, Aegeon, Aurora, Iapetus, Astreus, Aloeus, Pallenes, Lycaon. Genuit Rhe/
Horæ am & Saturnum. HYPERION igitur Solem genuit & Horas, quas Homerus adsi/
Sol dere cœli ianuæ dicit cum clauibus, eamq; Soli aduenienti recludere. Sol uero Miletum,
Phaeton Aeetam & Phaetontem. Fœminas uerò Dircen, Circen, Pasiphaen & Angitiam, infor/
Dirce tunatas omnis & impudicas, Veneris ultione, quod à Sole cum Marte deprehensa, sit ui/
Circe ro manifestata. de Dirce alibi: sed de Circe in Vlysse. De Pasiphae in Minoe. Angitiam di
Pasiphae cunt ad Marsos in Italiam fecessisse prope lacum Fucinum, ibiq; ueneficijs & herbarum
Aeeta uiribus doctam pro dea coli. Macrobius Angeronam hanc uult esse, quæ digito dea Silen
Angitia tij dicebatur, in ara Volupiæ collocata, quod uidelicet qui linguam comprimit, magna sen
Angerona tit commoda. Circe ad Circeium delata montem in Italia, ueneficijs & ipsa Vlyssis socios
Miletus in feras commutauit: Scyllam Glauco dilectam in monstrum: postremo Picum Pomo/
Caunus nam adamantem in auem. Miletus ex Cyane Mæandri fluminis filia Caunum & Bybli/
Byblis dem, quæ fratrem Caunum adamauit, ac diu fugientem insecuta in fontem uersa est, au/
Aeeta rex thore Ouidio. Aeetam Colchi regem, & uellus aureum, & Medeam, & Apsyrtum eius
Phaeton filios, uide in genere Aeolidarum. Phaeton cum regendos currus à patre impetrasset, ne/
Lygus scius regendi combustus in Padum cecidit. quem sorores flentes in populos uersæ sunt.
Ceus Hic Lygum genuit, qui postea Lyguribus imperauit. CEVS Alius Titani filius Latonam
Latona & Asteriem. LATONA ex Ioue prægnans Iunonis ira nullo loco consistere ualebat
Asterie Pythone serpente immisso: tandem in Ortygia siue Delo oliuæ innixa peperit Dianam
Diana & Apollinem. De Apolline in Iouis genere dicam. Dianæ perpetuo attributa uirginitas
Typhœus & uenatio. TYPHOEVS & Typhon dicitur alius Titani filius sub Inarimen insulam
Campaniæ à Ioue detrusus. Virgilius: Tum sonitu Prochita alta tremit durumq; cubi/
le Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo. & Lucanus: Vndat apex Campana fremens
cui saxa uaporat Conditus Inarimes æterna mole Typhœeus. Encheladus autem sub
Aetna. Virgilius: Fama est Encheladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingen/
Iapetus temq; insuper Aetnam impositam, & quæ sequuntur. IAPETVS Titani filius Hespe
Atlas rum, Atlantem, Prometheum & Epimetheum. Atlanti, teste Diodoro, loca ad Oceanum
posita sorte euenerunt, qui & populos & montem de suo nomine appellauit. Ferunt astro
logum fuisse, decq; sphæra mundi inter homines differuisse: qua ex re uisus est orbem hu/
meris sustinere. Hæc ille libro IIII. libro autem V. dicit: duos in Hesperia fuisse fratres,
Hesperum & Atlantem: hos in hortis decora habuisse poma, quæ ob pulchritudinem au
Hesperis rea mala sunt à poetis appellata. Ex Altante & Hesperide Hesperi fratris filia genitæ sunt
Atlantides VII. filiæ quæ à patre Atlantides, à matre uero Hesperides dictæ sunt. Ouidius autem
Hesperides scribit Atlantem à Themide uate accepisse, ne quem hospitio Iouis filiũ exciperet, si se ac
hortum cum pomis saluum esse uellet: quod ille minime faciens Perseum excipiendo cum
Medusæ capite in montem sui nominis est mutatus. Ex eodem (ut idem tradit author)
Hyas geniti sunt Hyas, Hyades & Pleiades. De primo sic ait: Nondum stabat Atlas humeros
oneratus olympo: Quum satus est forma conspiciendus Hyas. Dicit tandem à Ieæna in
Hyades uenatione occisum. Hyades & Suculæ eædem sunt VII. nymphæ in cœlo. In capite tau
ri septem radiantia flammis: Nauita quas Hyadas Graius ab urbe uocat. Nonnulli Hya/
Pleiades dis dicunt filias. Ortus earum pluuiam portendit: unde etymologiam habent. Pleiades
Virgiliæ totidem sunt nymphæ in genu tauri à Pleione matre dictæ, eædem & Virgiliæ. Oui/
dius: Pleiades incipiunt humeros releuare paternos. Quæ septem dici, sex tamen esse
solent. Seu quod in amplexum sex hinc uenere deorum. Nam Steropen Marti concu/
buisse ferunt. Neptuno Alcyonem, & te formosa Celeno: Maian & Electran Taige/
tanq; Ioui. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit. Pœnitet, & facti sola pudore
Prometheus latet. Nam & Mathematici dicunt unam obscuram esse nec clare apparere. Prometheus
Pandoram fœminam primam è limo finxit, ignemq; de cœlo in ferula furatus pectori
subdidit: unde spiritus illi. Quapropter Iuppiter iratus apud Caucasum eum religauit
Isis ferreis uinculis, cuius hepar continuo renascens pascatur ab aquila. liberatus demum ab
Deucalion Hercule. Aeschylus Tragœdiam Prometheum fecit. Hic Isidem genuit & Deucalionem.
Epimetheus Qui cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio iunctus humanum genus dicitur post dilu/
Pyrrha uium reparasse: hic lapides ex Parnaso post terga iactando mares, illa fœminas edidisse.

Astreus

ASTREVS Titani filius ex Aurora Astream genuit & uentos teste Lactantio. Astream Astreus
Virgilius uirginem castam ac iustam in cœlum abijsse dicit: quam uirginis dicunt ple/ Astrea
rique signum, Manilius uero poeta Erigonem dicit Icari filiam. Boreas uentus Thraciæ Boreas
rex ex rapta Orithya Zetum & Calaim genuit, qui inter Argonautas fuerunt, Harpyiasq; Zetus &
à mensis Phinei fugauerũt. ut alibi dixi. Genuit etiam Boreas Harpalicen, quæ nupta Phi/ Calais
neo regi Arcadiæ causa fuit, ut ille priuignos excæcaret, ex quo & ipse deorum ira oculis Harpalice
captus est, & infestas ac fœdas mensis Harpyias habuit. Hæc insuper patrem ab hoste op Phineus rex
pressum traiecto Hebro uelociter dicitur liberasse, teste Vergilio: Nonnulli Lycurgi filiam
dicunt. Zephyrus uentus Chlorim Nympham adamauit, ut refert Ouidius: Præmiumq; Zephyrus
complexus ut floribus Floræ nomine præesset ei tribuit. Hanc Floram Lactantius meretri Chloris
cem fuisse dicit ditissimam, quæ populum Romanum hæredem reliquit. In cuius postea Flora
memoriam Floralia instituta, ut alibi narraui. ALOEVS Titani filius, cuius uxor Iphi/ Aloeus
media à Neptuno compressa Otum & Ephialtem genuit. Qui tamen Aloidæ dicti sunt. Otus &
Hi monstrosis corporibus Iouem detrudere regnis aggressi. Virgilius apud inferos ponit. Ephialtes
Hinc & Aloidas geminos, immania uidi Corpora. Dicuntur Martem etiam cepisse, & in
uincula coniecisse, cui nihilominus sacrificabant. De his Homerus in Odyssea libro XI.
sic scribit: τλὼ ἢ μετ' Ἰφιμέδειαν Ἀλωῆος παράκοιτιν εἰσίδον ἣ δή φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι. καὶ ἣ
ἔτεκεν δύο παῖδε, μινωΐδαό τε γενέσθην, ὠτόν τ' ἀντίθεον, τηλέκλυτόν τ' ἐφιάλτην. LYCAON Lycaon
Titani filius Arcadiæ rex cum Iouem hospitio excepisset, ut eius diuinitatem tentaret, ho
minem coctum dismembratim ei adposuit. Iuppiter regiam eius statim incendit immisso
cœlitus igne: ille ob metum in syluas abijt in lupumq; uersus. Calisto eius filia sese Dianæ Calisto
comitem addixit. Compressa deinde ab Ioue, utero in balneis apparente dum simul laua/
ret, ab ea repulsa Arcadem in syluis peperit: ipsa in cœlum relata in septentrione fulget ar
ctos appellata, quod in Vrsam à Iunone uersa fuerat. Arcas uero Ionium genuit patrem Arcas
Nicostratæ, quæ ex uaticinio Carmenta est appellata: Euandrum ex Mercurio filium do/ Ionius
mi seditionibus agitatum impulit, ut in Italia montem peteret iuxta Tyberim. Hic Pallan/ Nicostrata
tem genuit, qui pro Aenea contra Turnũ pugnans occubuit. cuius cadauer Henrici III. Euander
Imperatoris tempore prope Romam uillicis fodientibus repertum tantæ magnitudinis, Pallas
ut mœnia adæquaret, cum maximi uulneris cicatrice atq; hoc epigrammate: Filius Euan
dri Pallas quẽ lancea Turni Militis occidit more suo, iacet hic: Author Martianus in Chro
nicis. Connumeratur & Tityus inter Terræ filios ab Homero. hic Latonem tentauit, apud Tityus
inferos porrectus per iugera nouem. Sic enim in Odyssea XI. καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυ/
δέος υἱόν, κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὃ δ' ἄρ' ἐννέα κῆρ πέλεθρα. γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἦκαρ ἔκεα/
ρον, δέρτρῳ ἔσω δύοντες, ὃ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί, δίπτω γὰρ Λητὼ κλυτὸν Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
ἐρχομένην Πυθὼ δι' ἀκάνθιον ἠγαπόησε.

SATVRNI PROGENIES.

SATVRNVS unus ex Cœli & terræ filijs ponitur ab Hesiodo: ac Cœlo patri uirilia abscidisse & in mare proiecisse: & ex Rea sorore, quam eandem Opim & Vestam & Cybelem uocent, filios editos deuorasse. Iouem autem clam educatum, pro eoq; saxum oblatum. Hic demum à Ioue pulsus in Latium ue/ nit. Pingitur senex & cum falce Cronos à Græcis uocatus, quasi tempora de/ uoret. Trigis utitur id est trium equorum curru. De ipsius templo Romæ diuersæ senten/ tiæ, teste Macrobio. Tullus Hostilius quum bis de Albanis & ter de Sabinis triumphasset ex uoto fanum ei consecrauit. Saturnaliaque tunc primum instituta. Varro autem dicit Saturnalia
ipsius ædem à Tarquinio locatam in foro faciundam, ac T. Largium dictatorem saturna/
libus eam dedicasse. Gellius item scribit Senatum deuouisse ut ædes Saturno fieret. Hanc
postea ærarium esse uoluerunt, quod sub illo nullum furtum fuit, nec alicui priuatum.
Nec signare solum aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. Sed &
ex L. Accij annalibus deprehendimus prius etiam apud Græcos eodem fere modo sa/
turnalia celebrata. Saturni liberi: Iuno, Iuppiter, Pluto, Neptunus, Ceres, Chiron, Picus:
Ouidius ponit & Vestam. Ex Ope Iunonem memorant Cereremq; creatam Semine Sa/
turni, tertia Vesta fuit. Et inferius: Nil aliud Vestam quàm uiuam intellige flammam. Iu/ Iuno
no igitur eodem partu cum Ioue nata prima fuit: Iouis item soror & coniunx, matronis

& par/

Universidad de Deusto
Biblioteca

& partubus numine Lucinæ præest. Ex animalibus Pauonem habet consecratum. Peperit autem sine uiro Martem percusso flore quodam: & Heben commanducatis lactucis agrestibus: quam deam Iuuentutis uocauit ac ministrantem Ioui pocula constituit, Herculiq; uxorem locauit: quumq; forte in conuiuio deorum illa caderet retectis pudendis summota est, procq; ea Ganymedes raptus. CERES de qua Virgilius: Prima Ceres unco terram dimouit aratro. Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris. Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus. Hæc ex Ioue Proserpinam genuit, quæ uirgo legens apud Ethnam flores à Plutone inferni deo dicitur rapta. Ceres igitur facibus accensis noctu per orbem eam quæritando ad inferos peruenit: ubi tribus ex horto Plutonis granis mali punici deuoratis ius repetendi filiam amisit: uerum Iouis miseratione factum, ut sex menses supra terram cum matre, totidemq; cum Plutone apud inferos esset. In peregrinatione uero Ceres cum apud hospitem pauperem diuertisset, filium eius paruum ægrotum curauit, Triptolemumq; uocauit, immortalitate illi donata, & curru concesso à serpentibus uecto, insuper & arte serendi monstrata, quam ille per orbē discurrens mortales docuit. ut author est Ouidius. Nonnulli patrem Triptolemi huius Eleusinum dicunt fuisse, propterea q; in patris honorem Eleusinam urbem illum condidisse, Eleusinaq; sacra Cereri primum instituisse, quæ Græci Themisphoria appellant, Latini uero initia. Plutoni autem regna inferna concessa: græce Ditis uocatur. cui Romæ templum apud Terētum, & apud Circum sub terra, ad quod gradibus descendebatur, sicuti & Conso deo Consiliorum: ea significatione, ut qui meditantur aut consilium capiunt, abdita loca & secreta ad deliberandum petere debeant. CHIRON Centaurus Saturni ex Phylira nympha filius semihomo ac semiequus, in antro educatus, iustissimus dicitur fuisse, Herbariam doctus & Lyram, Achillis præceptor & Aesculapij. quum Herculem hospitio recepisset, sagittasq; eius attrectaret, ex una forte in pedem cadente morbum contraxit: cumq; accepisset se immortalem ex deoq; genitum esse, uitandi doloris gratia mortem precatus est, ex quo in signum cœleste conuersus. Eius filia Ochiroe uates fuit ex Cayci fluminis nympha suscepta. PICVS Saturni filius, ut author Virgilius. Accipimus, Fauno Picus pater, ipse parentem Te Saturne refert. Ouidius Martium Circes dicit uirum, eumq; dilexisse Pomonam, quamobrem in auem sui nominis ab ea commutatum fuisse. Regnauit in Latio, genuitq; Faunum, qui Saturno auo (ut ait Augustinus) primus nefaria sacra instituit, & Sentam Faunam sororem & coniugem suam consecrauit. Hic Faunos, & Panes, & Satyros, & Syluanos dicitur etiam genuisse, semideos à poetis appellatos. Ouidius: Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni, Et nymphæ satyriq; & monticolæ syluani. Vnum ex his in saltibus Aegyptijs diuo Antonio obuiam factum ponit Hieronymus ea specie qua pinguntur, cornibus in fronte, caprinis pedibus, interrogatumq; respōdisse unum ex Faunis Satyrisq; se esse, quos stulta colit gentilitas. Eurimedontem insuper Fauni filium ponit Papinius partes Eteoclis iuuisse. Proximus Eurimedon, cui pastoralia fauni arma patris. Forte cuiuscunq; Fauni, quoniam agitabat in syluis. Filiam uero Eurimedontis Peribiam Nasithoi matrem Homerus in Odyssea scribit. Latinus postremus Fauni filius apud Laurentum, ut author Virgilius: Rex arua Latinus & urbes Iam senior longa placidus cum pace regebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica Accipimus. Hesiodus in Theogonia Latinum dicit Circes & Vlyssis filium, quod monstrare uidetur Virgilius, teste Seruio, quū ait: Solis aui specimen. Nam Circe Solis filia fuit. quamobrē Hygino credēdum ipse Seruius putat, qui plures Latinos fuisse dicit. Virgilium uero licētia poetica nominis similitudine aburi. Lauinia uero Latini filia ex Amata pacta Turno: deinde Aeneæ concessa, causa belli inter eos fuit. Hæc post mortem Aeneæ timens priuignum in syluas fugit, ubi Syluium Posthumum genuit. Vnde genus Albanorum. Deinceps de neptuno Saturni filio.

Ceres
Proserpina
Pluto
Triptolemus
Themisphoria.
Consus
Chiron
Ochiroe
Picus
Faunus
Senta Fauna
Pomona
Fauni, Satyri, Panes
Eurimedon
Peribia
Latinus
Lauinia

NEPTVNI PROGENIES.

Neptunus

NEPTVNVS Iouis frater, ex Saturno & Opi. cui datū Maris imperium cum tridente loco sceptri à Græcis ἐνοσίγαιος etiam appellatus, quasi terrā commouens. Ministri eius Tritones, Cete, Phorcus, Palæmon, Glaucus, cæteriq; à Virgilio descripti libro V. Iunxit equos curru genitor, spumantiaq; addit Frena ferox, manibusq; omnis effudit habenas. & quæ sequuntur. Multos dicitur habuisse liberos, inter quos Amycum, Phorcum, Dorum, Polyphemum, Mesapum, Busyridem,

Busyridem, Pegasum, Nycteum, Peliam, Neleum, Cygnum, Chrysaorem, Otum & Ephialtem, Aegeum, Onchestum, Nauplium, Harpyas, Nausithoum. AEGEVS igitur Athenarum rex, qui Pandioni successit, THESEVM genuit; cuius secundū Herculem labores memorantur, cum quo primum Amazonas superauit rapta Hippolyte regina, Taurum Marathonium interemit, Scyronem & Procustem latrones Atticæ sustulit: quorum alter de saxo hospites præcipitabat, alter Procustes, arboribus per uim retortis discerpebat. Minotaurum postremo arte Dædali mōstrum superauit, filo ad ostium Labyrinthi adposito. Quare Phædra Minois filia abducta uictor reuertens, oblitusq; nigra uela quæ secum extulerat commutare, patri è specula prospectanti causa fuit, ut ille mortem filij suspicans in mare se præcipitem daret. Aduersus Centauros in nuptijs Perithoi amicissimi sui pugnauit, cum illoq; ad inferos ad rapiēdam Proserpinam profectus, Perithoo trucidato, uix ipse euasit beneficio Herculis ab inferis eum reducentis. Domi turbata omnia offendit: cum Phædram Hippolytum priuignum, quem ille ex Hippolyta suscepit, castissimū iuuenem accusantem audiret, eum curribus discerpēdum mandauit. Populos Athenienses in uicis antea dispersos in unum congregauit. Tandem de repub. benemeritus à ciuibus pulsus extra patriam decessit, cum regnasset annis XVIII. genitis ex Hippolyte Hippolyto, ex Phædra Mnestheo & Demophoonte. HIPPOLYTVS igitur, ut supra dixi, nouercæ accusatione, quod interpellatus de stupro renuisset, peremptus dum fugeret patris iram à Phocis currus eius perterrefacientibus, excitatus deinde ab inferis ope Aesculapij, nomine Virbij quasi bis uiri secessit in Latium prope Romam, ubi Dianam colebat. Virgilius autem eum Aritiam coniugem habuisse dicit, quæ oppido nomen dedit. ex qua Virbium filium suscepit, quem pater contra Aeneam misit in auxilium Turni. Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius insignem quem mater Aritia misit Eductum Egeriæ lucis. MNESTHEVS patri Theseo in regno successit Antigonus antea uocatus, qui ad bellum Troianum profectus Demophoontem fratrem iuuenem secum duxit: reuertens tempestate delatus ad insulam Melenam ibidem extinctus est. Demophoon quoq; ex eodem bello rediens, uentis & ipse in Thraciam delatus, à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio est exceptus simul & lecto: à qua post aliquot annos defuncto fratre discessit ad regnū paternum suscipiēdum, data spe redeundi, quod minime seruauit. MEDVS Aegei etiam filius fuit ex Medea susceptus, quam ille Iasonem & Creusam post scelus fugientem hospitio simul & matrimonio sibi iunxit. NAVPLIVS alius Neptuni filius ex Amymone apud Euboeam regnauit, in ultionem filij Palamedis ignes è turri prætulit, quos Græcorum classis secuta naufragium in Euripum Caphareī deducta fecit. De Palamede uide in ordine literarum. HIPPOMENES Neptuni nepos ex patre Macareo, filio Onchesti Neptuno geniti, Atlantam uirginem cursu superauit. De quibus uide in Atlanta. PELIAM Neptuni filium ex Tyro, Acasti patrem uide in Aeolidis. NELEVS Neptuni filius item ex Tyro, à fratre Pelia è regno Thessaliæ pulsus secessit in Peloponnesum, ubi Pylon condidit, genuitq; ex Chloride uxore liberos XII. qui Nelidæ sunt dicti, teste Ouidio, inter quos sunt, Nestor, Periclymenus, & Pero filia tantum nominati. Homerus in Odysseæ XI. καὶ χλῶριν εἶδον περικάλλεα, τὴν ποτε Νηλεὺς γήμῳ ἓν μετὰ κάλλεσιν, ἕπεί ποτε μυρία ἔδνα, ὁπλοτάτην κούρην Αμφίονος Ιασίδαο, ὅς ῥα τ' ἐν Ὀρχομενῷ μινυείῳ ἶφι ἄνασσεν, ἠδὲ Πύλῳ βασίλευε. τέκεν δέ οἱ ἀγλαὰ τέκνα, Νέσορά τε, Χρομίον τε Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον. τοῖσι δ' ἔπ' ἰφθίμην Πηρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσιν, τὴν πάντες μνώοντο περικτίται. Nestor apud Homerum tria secula se uidisse gloriatur, interfuisseq; in bello contra Centauros in nuptijs Perithoi. Huic in bello Troiano partes eloquentiæ ac salubris consilij dantur. Ex Euridice VII. mares genuit præter Pyro fœminam, inter quos Antilochus in bello Troiano perijt à Memnone in pugna interfectus. Pisistratus alter filius missus à patre cum Telemacho Lacedæmona ad Menelaum pro inquirendo Vlysse. apud Homerum. Periclymenum Nelei filium Hercules in bello interfecit. Huic à Neptuno auo concessum omnia fieri, siue in ursum, siue formicam, siue apem se uertere: ut Apollonius & item Hesiodus poetæ testantur. Cromius etiam inter filios Nelei in bello quod Pylij & Messenij contra Epios & Herculem gessere occūbuisse ponitur ab Ouidio. Amycus Neptuni filius Bebryciorum rex apud Cyzicum regnauit, pugil optimus & ludo cæstuum quo transeuntes necare solebat. à Polluce demum ex argonautis dum illac iter haberet eodem ludo interfectus est. Buthes eius filius

Aegeus rex
Theseus rex
Scyron
Procustes
Hippolytus
Virbius
Aritia
Mnestheus
Demophoon
Medus
Nauplius rex
Palamedes
Hippomenes
Pelias
Neleus
Chloris
Nestor
Pero
Antilochus
Pisistratus
Cromius
Amycus rex
Buthes

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui ob crudelitatem post obitum patris è regno pulsus secessit in Siciliam, ubi ex Lycaste uirgine quam ob pulchritudinem Venerem uocabant: Erycem genuit qui ciuitatem in monte nomine Veneris Erycinæ dicauit. Hic etiam notissimus pugil: postremo & ipse ab Hercule illac iter ex Hispania habente superatus est. PHORCVS Neptuni filius apud Sardiniam regnauit, quidam in Aethiopia dicunt. Nam Gorgonas genuit, quas Mela Orcadas insulas in Aethiopico oceano tenuisse dicit, quod Lucanus etiam testatur. Has tantum duas Ouidius fuisse dicit, nonnulli tres, quæ uno tantum oculo inuicem utebantur. inter quas Medusa crinibus anguineis in lapidem aspectu mutabat homines. à Perseo tandem scuto Palladis interfecta est resciso capite: cuius guttæ per Libyam cadentes serpentibus regionem referserunt: hæc ille. Atlantem in primis regem ac Gigantem in Libya dominantem mutauit in montem. Scylla item Phorci fuit filia Glauco dilecta & à Circe ob zelotypiam in monstrum mutata. Phorcus igitur cum in Aethiopia aduersus Atlantem regem pugnaret nauali prælio submersus pro deo marino colitur. PEGASVS equus alatus Neptuni filius Lactantio ex Medusa: Ouidio autem ex Medusæ sanguine procreatus, pede Castalium musarum fontem erupit. Hoc denique Bellerophon Chimæram superauit, uti in Aeolidis diximus. POLYPHEMVS Neptuni filius simul & uniuersi Cyclopes in antro Siculo Vlyssis socios absumpsere, uide Virgilium in III. scribentem Achimenidem esse à socijs in antro relictum. Immemores socij uasto Cyclopis in antro Deseruere, domus sanie dapibusq; cruentis. Intus opaca ingens, ipse arduus altaq; pulsans Sidera. dij talem terris auertite pestem. Nec usu facilis nec dictu affabilis ulli: Vt sceribus miserorum & sanguine uescitur atro. Galateam nympham marinam dilexit.

Phorcus rex *Medusa* *Scylla* *Pegasus equus* *Polyphemus*

NYCTEVS Neptuni filius, ut ait Lactantius, rex fuit Aethiopiæ. cum Nyctimene filia concubuit, quæ in auem sui nominis conuersa est. Altera eius filia Antiopa Lynceo regi Thebarum Aegyptiarum nupta & à Ioue compressa est: quamobrem à uiro abdicata inducta Dirce Solis filia, quæ illam in uincula conjecit. Partus autem tempore à Ioue soluta, in Cytheronem q; translata: Zetum & Amphionem genuit, qui Dircen curribus adligatam discerpserunt, cõuersam postea in sui nominis fontem prope Thebas Bœotias.

Nycteus rex *Nyctimene* *Antiopa*

NAVSITHOVS Neptuni filius Phæacum rex ab Homero ponitur ex Peribia Eurymedõtis filia genitus, ex quo Alcinous. & ex Alcinoo Nausicaa filia, hospites Vlyssis fuere, de quibus uide in Vlysse. Huic enim horti præcellentes feruntur extitisse. HARPYIAE Celeno Ahello & Ocypete dicuntur, & Neptuni filiæ fuisse fugatæ à mensis Phinei ad Strophadas à Zeto & Calai. CYGNVS Neptuni filius, teste Apollonio inuulnerabilis ex dono patris, fuit Cæycis gener. ab Hercule tandem unà cum socero sublatus cum claua & scuto à Vulcano fabricato. author Hesiodus in Aspide. De Oto & Ephialte, supra narraui.

Nausithous rex *Alcinous* *Nausicaa* *Harpyiæ* *Cygnus*

DE IOVE.

IOVEM Saturni filium postremo loco reseruaui, ut ipsius genealogiam longissimam sine interpollatione narrarem. Hunc natum Saturno & Rhea in Hesiodo supra narraui, occultatumq; à Curetibus ne à patre uoraretur, educatumq; à nymphis lacte capræ Amaltheæ. Cretenses texere Iouem crepitantibus armis. Latini quasi iuuantẽ patrem uocant. Græci uero, ζῆνα καὶ Δία, quod uitam cunctis impertiat, ut Orpheus in cratere, his uersibus indicat:

ἔστι δὲ πᾶσιν ἀρχὴ Ζεύς. Ζεὺς γὰρ ἔδωκε,
ζῶα τ' ἐγείνατο, καὶ ζῆν αὖτὸν καλέουσι,
καὶ Δία, διότι δι' ἅπαντα τέτυκται.
εἷς δὲ πατὴρ οὗτος πάντων πρωτογόνων τε θεῶν τε.

Hesiodus autem:

ζῆνα δὲ κρονίδην πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hunc etiam nomine unius summi dei nobiles philosophi, tum Plato colebant: quanquam diuersa numina uulgus sibi adsciscerent, proprietates, utresq; rerum à doctis intelligebantur. ut Cicero in natura Deorum plenius explicat. ubi & Ioues plures aliosq; item deos iteratos poteris animaduertere. Nunc autem filios ipsius recensebo, ac primum Dionysium.

DE DIONYSIO SIVE BACCHO.

DIONYSIOS tris Bacchi nomine Diodorus ponit. Primum ex Ioue & Io in Bœotia natum uineæ authorem, orbem quoq; obeũtem multas subiecisse nationes ac plane mitiores reddidisse, docuisseq; ubi uitem tellus non pateretur, potum cum melle quod nonnulli Zitum uocant. Bœotiæ urbes patriæ causa liberas esse iussit. In Indiam postremo cum exercitu penetrans eam triennio subiugauit. Inde in Bœotiam reuertens primus omniũ triumphauit Indico elephante inuectus. Ex quo Bœotij cæteriq; Græci ac Thraces in eius triumphi memoriam sacra ei Trieterica instituere. Vnde & in multis Græciæ urbibus triennio Bacchides mulieres conueniunt: quas Mænades & Bacchas & Mimallones uocauerunt: Thyrsum ferentes, hymnos & cantus furentũ more in eius honorem concelebrant. Hic sustulit omnis in orbe impios, sed maxime Pentheum & Lycurgum: hunc quod uites incideret, & illum quod Bacchas sacrificantes rideret, ab eis discerpi iussum. Secundum uero Dionysium ex Ioue & Proserpina natum multo priorem ætate fuisse: nonnulli Sebastum, id est, Augustum uocant: boues præterea primũ iunxisse aratro, fereregq; eorum opera docuisse: ex quo illum cum cornibus finxere, eiq; sacra ob pudorem nocturna faciunt. Tertium ex Ioue & Semele natum posteriorem ferunt, puerum molli corpore & delicijs addictum, imperfectum ex paterno crure absolutum: exercitum quoq; mulierum circunduxisse cum Thyrso: secutus est & Silenus pædagogus, optimorum institutor studiorum, qui plurimum illi ad gloriam & res bellicas profuit. In bellis utebantur pardaliorum pellibus, diebus festis uestibus floridis & delicatis. Aiunt præterea Dimetora uocatum, quoniam ex uno duo sunt nati Dionysij ex matribus duabus. Verũ posteriori prioris adscripta sunt gesta: quapropter qui postea secuti sunt ueritatis ignari, nominis ducti similitudine, unũ extitisse credidere. Hæc Diodorus: Satellites Dionylij, Satyri, Tityri, Sileni, ijdem fere omnes. Eorum uestes amphimallos tunicas uocant, & Dionysium Phlyona ἀπὸ τοῦ φλύειν, quod antiqui dicebant multos fructus colligere. Præterea Protigona à uindemia, Staphilitem ab uuis, Omphacitem ab acerba uua. Hæc Aelianus de ua. histo. Vocatur item ab alijs autoribus Liber ob uini ebrietatisq; libertatem: & cornua habere quod ebrius feræ similis fit: & Iacchus quod uinũ hiare facit: & Euan interiectio laudantis Bacchum, & Briseus, id est hirsutus: & Leneus à pueritia & lenitate. Nam duas habebat statuas, barbatam & imberbem. Bassareus à genere uestium, unde & Bassarides Bacchæ. Eius filij Tioneus & Thoas Lemni rex. Cui Isiphile filia peperit. Ex omnibus hircus, quod uitibus officiat, ei sacer. Præterea thyrsus & hedera. Templum Romæ sub Capitolio habebat, nunc Sergio & Baccho martyribus dicatum.

Tres nomine Bacchi. *Trieterica* *Bacchus iuuenis* *Liber* *Iacchus* *Euan* *Bacchus barbatus & imberbis* *Tioneus* *Thoas*

DE HERCVLE, VENERE, MINERVA, MERCVRIO.

HERCVLES Iouis ex Alcumena filius. Cuius labores iussu Euristei toleratos Virgilius breui epigrammate complectitur: apud Græcos uero Antipater. Si cupis & prosa oratione copiosius Diodorus lib. V. Qui etiã tris eius nominis facit. Vnum Aegyptiũ antiquũ pro deo ab illis habitũ, qui subacta magna orbis parte colũnas in Africa posuit. Secundũ Cretensem, qui olympicum instituit certamen. Tertium Thebanum ex Alcumena: cui nihilominus ex rerum gestarum & nominis similitudine tribuuntur Euristei labores & columnæ in Europa fixæ, tanquam unus fuisset. Herodotus autem ait uetustum esse apud Aegyptios deum Herculem putatum iam VII. annorum millibus. Itaq; recte Græcos facere qui templa Herculi colenda censuerunt, uni quidem immortali immolantes cognomine Olympio, alteri ut Heroi parentantes. Elenchus Græcus author scribit Herculem, Briareum quondam uocatum, ad columnas quæ nunc sunt Herculis penetrasse, ibiq; diu moratum. Postremo alterum Tyrium uenisse Delphos ad oraculum, responsumq; habuisse ipsum alterum Herculem esse. De hoc item apud Diodorũ legitur, q̃ ob honorẽ ei ab Latinis impẽsum dixerit, quicunq; ei decimas bonorum darent uitam felicem uicturos. Hic Deus colebatur domibus ac pingebatur bono diuitiarum auspicio. Præest & fortibus & inueniendis thesauris. Denique humanæ felicitati. Inter plures eius filios Telephus fuit, ex Auge filia Alei Arcadiæ regis, qui aui iussu expositus in syluis & à cerua nutritus: dein dono datus Teutranti regi Mysiæ, procq; filio educatus Telephus est appellatus, quasi à cerua nutritus. author

Telephus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cyparissus Diodorus in eodem libro. Huius item filius Cyparissus Syluano dilectus fuit: quumq; eius Cerua quam amabat ab illo imprudenter interficeretur, puer ob dolorem perijt, uersusq; in sui nominis arborem. VENEREM Iouis filiam à ueniendo nostri dicunt appellatam, quod uoluptas libenter ueniat. Graeci ἀφροδίτην, quod è spuma maris è testibus Saturni proiectis sit nata. Concha insidentem finxerunt, quod, ut legitur apud Stobeum, mulierem deceat praeter omnia cura sub tecto ac silentium. Triplicem eam & Amores geminos Cicero facit. MINERVAS idem quinq; ponit, primam Apollinis matrem. Aliam ortam apud Nilum, quae ab Aegyptijs colitur. Tertiã ex Iouis capite sine matre. Quartam Iouis & Coryphes Oceanidis, quadrigae inuentricem. Quintam ex Pallante, quae patrem interemit uim ei adferentem. Pennatis scribunt talarijs, Graecis dictam, ἀθηνᾶν, & Palladem quum artibus praeest, Bellonam latinis quum militiae. Homero quoq; κόρην γλαυκῶπιν, αἰγιόχου ab aegide, id est, scuto quod praefert. Amat oliuam arborem. Inter ciuitates uero Athenas, quibus etiam nomen dedit. Perpetuam quoq; uirginitatem seruat, quod sapientiae studentes abstinentia maxime ueneriorum deceat. MERCVRIVM Ioue & Maia genitum dicũt. cuius nepotem Augustinus Trimegistum illum Aegyptium, cuius extant nonnulla de philosophia, facit. Numen est eloquentiae, Mercatorum, Furum, Praestigiorum. Praeterea interpres deorum. Pileum gerit & talaria ac uirgam. Hac animas ille euocat orco, hac deducit. Eius filij Eudorus ex Polymia, teste Homero. Myrtilus auriga Oenomai regis. Euander, de quibus alibi diximus. Hermaphrodytus qui utrunq; sexum habuit.

Minerua
Mercurius
Eudorus
Myrtilus
Euander
Hermaphrodytus

Daphnis Aethalis Lares Daphnis pastor, & Aethalis praeco: cui quandoq; inter mortuos, quandoq; inter uiuos esse licere concessum est, ut author Apollonius primo Argon. ἄλλοθ' ὑπὲρ χθονίοιο, ἄλλοτ' ἐς αὖ γαῖαν ἠελίου. Ex hoc item Lares, teste Ouidio, & Lara nympha procreati, quae & Mania dicta est. His ex responso Apollinis Tarquinius Superbus iussit ut capitibus puerorum pro salute familiarum sacrificaretur, quod Brutus expulsis regibus correxit, capitibus allíorum & papauerum oblatis: sic responso occurrens, dicenti capitibus satisfieri oportere.

Cõpitalia Compitalia quoque sunt dicta, quod ij ludi in compitis fierent, ibidemq; Maniae deae effigies suspenderetur. author Macrobius, qui hanc correctionem similem illi fuisse dicit,

Oscilla quam Hercules fecit de imaginibus praecipitandis in Tyberim, quae Oscilla dicta sunt, ut & alibi commemorauí.

DE APOLLINE.

Apollo APOLLINES uero quatuor Cicero ponit. Primum antiquum custodem Athenarum: alterum Coribãtis filium natum in Creta: cui de ea insula cum Ioue fuisse certamen traditur. Tertium Ioue & Latona natum, qui ex hyperboreis Delphos uenerit, quamuis Eusebius illum antiquiorem describat. Quartum in Arcadia, quẽ Arcades quod illis leges dederit, Nomion uocãt: deinde ob nimiam seueritatem regno pulsus ad Admetum Thessaliae regem confugit, & iuxta Amphrysum amnem eius armenta pauit. Quare à pastoribus pro deo colitur. Homero pluribus appellatur nominibus: φοῖβος ἀπόλλων ἀργυρότοξος ἑκηβόλος ἑκατέος. Quod uero haec dictio Apollo quatuor eius artes, uidelicet musicam, medicinam, uaticinium, & sagittas in etymo demõstret apud Graecos: uide Platonem in Cratylo, & ubi nos de nominibus alio loco diximus. Eius filij praecipui, Aesculapius, Linus, Aristeus. Dicitur & amasse nymphas Cyrenem, & Daphnem Penei fluminis filiam, quam fugitantem in laurum

Daphne Hyacinthus Branchus Aesculapius conuertit. Praeterea pueros, Hyacinthum, quem ludendo disco peremit, quod Boreae magis pareret amori: & Branchum Thessalum, ut ait Lactantius, interfectum adeo doluit, ut & sepulcro sacraret, & templo Branchiadis Apollinis. Aesculapios tris Cicero ponit, uerũ pro omnibus unum Latini colunt. Ouidius, Diodorus, alijq; dicunt Apollinis & Coronidis filium fuisse, traditum Chironi erudiendum, ac Hippolytum herbis in lucẽ reduxisse: ob quam causam fulminatum à Ioue. Hic deus petitus à Romanis uigente pestilentia è libris Sibyllinis per X. legatos Epidauro ubi colitur, anguem qui se in nauim eorum conieccrat, in quo ipsius numen esse constabat, deportauere, eoq; in insulam Tyberis elapso, in eodem loco sedes ei constituta est. author Liuius XI. Huius item filij Machaon & Podalirius in bellum Troianum unà cum alijs ducibus ab Homero commemoratis profecti sunt. Linum Apollinis filium Virg. facit. Lactantius item eius ex Psamata Crotopij regis Argiuorum filia natum, qui à matre expositus apud fluuiũ Nemeum à canibus discerptus fuit,

fuit. Quare Apollo iratus, monstrum in eam regionem immisit omnia uastans, quod deinde Corœbus interfecit. Papinius huius meminisse uidetur. Irradiãt medio licijs intextus acãtho Letiferiq; canis. Diogenes autẽ eum Thebis natum, Mercurio musaq; Vrania scribit, qui solis & lunae cursum, animaliumq; ac fructuũ genera ab initio narrauit, quẽ & Anaxagoras postea philosophus est imitatus. Aristeus regnauit in Arcadia, ex Apolline Cyrenes ipse filia genitus, rapta in eo loco, ubi Cyrene urbs ex eius nomine dicta est: à nymphis educatus fuit, mel, lac, & oleum in Sicilia conficere docuit: quamobrem uti deus est habitus. Regnauit in Arcadia, in Bœotiã deinde profectus ex Autonoë Cadmi Acteonem genuit, qui discerptus à canibus postea fuit, ut author est Diodorus libro V. Aristeum Virg. in IIII. Georg. ubi eius fabulam refert, ex Peneo flumine & Cyrene natum dicit. Hesiodus Apollinem pastoralem eum uocat. Varro Aegarim appellatum apud Ceam dicit, quod pecus ibi à peste curauerit, ara Iouí dicata.

Aristeus
Acteon

VVLCANI PROGENIES.

VLCANVS Iouis & Iunonis filius, ob deformitatem in Lemnum insulam à parentibus deiectus ponitur ab Homero in primo Iliados, ut Ioui fulmina fabricaret: dũ è cœlo caderet claudus effectus est. De quo Virgilius: Cui non risere parentes: Nec deus hunc mẽsa dea nec dignata cubili. Veneris insuper maritum dicunt, quam in adulterio cum Marte deprehensam sole monstrante cathenis adligauit, insuper Erichthonium, Cacum, & Ceculum genuisse. Erichthonius nanque ex eius genitura natus in humum cadente dum Mineruae uim afferre uoluisset, pedes habuit anguinos: quapropter currum ad eos tegendos excogitauit, regnauitq; Athenis. Virgilius: Primus Erichthonius currus & quatuor ausus Iungere equos. cuius fabulae causam uide in Augustino de ciuitate dei. Hic Pandionem, Procrim, Orithygiam genuit. De Procri uxore Cephali inter Aeolidas nati, alibi dicitur simul & his qui Harpyias à mensis Phinei ad Strophadas fugauerunt. Ex Pandione Athenarum rege Progne & Philomena: quarum prima Tereo Thraciae regi nupsit, qui dum Philomenam sororem uisendam deducit, in itinere uitiauit: eiq; ne facinus retexeret, linguam abscidit. Re comperta, Progne indignata, reuertenti uiro Ithim communem filium in epulis adposuit, ex quo mutati omnes: ille in Vpupam, Progne in Irundinem, Philomena in Luscíniam. Dædalus quoq; è genere Erichthonidarum, ut ait Diodorus libro V. clarus architectura, Telen puerum discipulum suum interemit ob inuidiam, quod figuli rotam reperisset, & serram, inuenta spina piscis ad eius similitudínem formata: ob quam rem actus in exilium, uenit in Cretam in amicitiam Minois, eiq; labyrinthum construxit. Pasiphae quomodo tauro concumberet inclusa ligno monstrauit: quam ob causam inde aufugit in Siciliam aptatis alis Icaro filio, qui cadens mari nomen dedit. Minoe igitur eum persequente bello, à Cocalo rege specie colloquij in Thermis retentus est donec æstu suffocaretur. In cuius memoriam Cretenses Minoiam ciuitatem in Sicilia postea ædificauerunt. Hæc Diodorus. Vnde prouerbium fluxit ex artificis excellentia, ut clara opera Dædala appellentur. Virgilio Dædala tecta. Homerus: ὃς χρυσῷ ἐπίσατο δαίδαλα πάντα πύκαζε. Cacus monstrum fuit igniuomens, qui ante Romam conditam in Auentino habitabat, terror omnium uicinorum: aduenienti Herculi ex Hispania cum armento Gerionis quatuor subripuit boues: ab eoq; propterea claua necatur. Historiam uide in Virgilio. Hic spelunca fuit uasto summota recessu Semihominis Caci. Ceculus, de quo idem: Nec Prænestinæ fundator defuit urbis Vulcano genitum pecora inter agrestia regem Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas, Ceculus.

Vulcanus
Erichthonius rex
Pandion
Progne
Philomena
Dædalus
Teles puer
Cacus
Ceculus

MARTIS PROGENIES.

MARS IVNONIS absq; patre filius ab Ouidio ponitur, ex herba quadam quam ei Flora monstrauit percussa. Apud aquilonem regnare dicitur Virgilio: Gradiuusq; pater Geticis qui præsidet aruis: unde gentes illæ feritatem præ cæteris auspicantur. Inter eius liberos, Oenomaus ponitur, Tereus, Parthaon, Phlegias, Hyperius, Aetolus, Euadne, Hermione, Romulus & Remus. Oenomaus apud Elidem regnauit, bello pulsus à Pelope qui eius etiam filiam Hippodamiam cursu superatam est adsecutus, de quibus uide in Pelopidis. de Tereo item

Oenomaus
Parthaon
Oeneus rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thraciæ rege,ac Progne,uide in Neptuno.Parthaon Martis ex Meroe filius,nonnulli ex Meleagro dicũt patre, filium habuit Oeneum regem Calidoniæ,ex quo geniti,Deianira, Meleager,Tydeus & Menalippus.Deianira Herculis fuit coniux, de qua paulo inferius, ubi de Nesso centauro. Meleager Oenei ex Altea Testio genitore nata filius, quum regno paterno successisset,ac omnibus dijs præterquam Dianæ sacrificasset,aper ab ea immissus est,qui regionem omnem euerteret:ad quem perdendum uiros undiq; fortes acciuit,inter quos Atlanta fuit Iasij Arcadiæ regis filia uirgo fortissima,quæ prima est aprum iaculata, ex quo eius capite Meleager eam honorauit:quod eius auunculi eripere tentantes, ab eodem interfecti sunt. Altea igitur mater indignata ob fratrum mortem, stipitem quem fatalem filio semiustum ex igne seruauerat,rursus igni tradidit:ex quo Meleagri mors secuta. Meleagri historiam,uide plenius in Iliados lib. IX. quem conuerti, in quo hæc inter cætera referuntur de ipso Meleagro. Alteæ matri grauiter subcẽsuit, inde Delicijs tantum Cleopatræ coniugis hæsit,Olim Marpissa atq; Ideo genitore creatæ.Ideus illorum qui hominum fortissimus unus Coniugis ob causam in Phœbum direxerat arcum.Hanc olim Alcyonem cognomine forte parentes Dixere, Alcyonis quod fatum flebile mater Filia quum rapta est fuerit miseranda secuta. Parthenopeus eius ex Atlanta filius,inscia matre, uenit ad bellum Thebanum, in quo occubuit, admodum adolescens, forma præcellenti, quemadmodum à Statio scribitur. Menalippus Oenei filius,dum in syluis aprum unà uenaretur Calidonium, à Tydeo fratre imprudenter atq; fortuitu occisus est. Quapropter Tydeus ob metum fugiens,Argos nocte uenit, imbremq; in atria Adrasti regis uitãs,confugit,quo paulo ante Polynices exul à regno paterno confugerat:quumq; locus duorum non esset capax,ad arma uenerunt. Quorum ac totam Thebanam historiam,uide in Thebis,quas in Geographia descripsi. Scribitur autem à Statio corpore fuisse admodum paruus,sed animo simul & audacia pugnacissimus.Ex Deiphile Adrasti filia Diomedem suscepit,qui in bello Troiano tertius uirtute post Achillem & Aiacem ab Homero describitur. Nam equos Rhesi cepit,Palladium sustulit,Martem uulnerauit,insuper & Venerem, quæ Aeneæ cum eo congredienti auxilium attulerat. Postremo reuertens ob adulterium Aegiales cõiugis domum uitans, in Italiã apud Garganum consedit: ubi plures condidit urbes,ut alibi diximus,ac mortuo templum ei Diomedeum,teste Augustino,dicatum,socij eius in aues Herodios mutati. Aetolus Martis filius,teste Plinio,qui ait eius inuentum fuisse iaculum,Aetolis,ubi postea Oeneus & eius successores regnauerunt nomen dedit. Euadne Martis filia ex Thebe,quæ Capaneum uirum extinctum in bello Thebano uidens, in eundem se rogum ob amorem moritura imposuit. Genuit autem ex eo Stenelem.Hermione Martis filia Cadmo Thebarum regi nupsit: cui Vulcanus monile precio sum fabricasse dicitur,infausti ominis illud possidẽtibus. Nam ipsa primum in odium uiri ob zelotypiam uenit. Deinde ab Argia Polynicis possessum infelici uiri exitu:postremo Eriphyle dono ab ea datum causa fuit uirum Amphiaraum manifestasse,ex quo à filio interfecta.Hermionem aliam Menelai filiam Orestis coniugem in Aeacidis dixi.Phlegias Martis filius,qui Ixionem genuit & Coronidem,quam ab Apolline uitiatã sentiens,templum eius Delphis incendit. Quamobrem Apollo iratus,eum ad inferos relegauit,ut sub ingenti sedeat saxo ruinã eius cõtinuo metuens. Virgilius: Phlegiasq; miserrimus omnes Admonet, & magna testatur uoce per umbras,Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos,& quæ sequuntur.Ixion eius filius in Thessalia regno paterno successit, qui quum cœli honore à Ioue dignatus esset,arcanorumq; eius particeps, Iunonem tẽtauit:illa in sui similitudinem nubem ei obiecit, ex cuius amplexu Cẽtauros genuit. Iuppiter indignatus eum fulmine ictũ ad inferos deiecit, rotaeq; uolubili ac serpentũ plenæ adligauit, ut Ouid. Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;,& quæ sequuntur. Centauri autẽ monstra fuerãt, equi posteriora,homines anteriora. Inter quos nominati tantum Hyeus,Pholus,Eurytus, Nessus. Hic ultimus precio uiatores ad Euenũ fluuiũ trãsmittebat,inter quos & Deianirã Herculis,quã in alterã traductam ripã uiolare conatus Herculis sagitta petitur. Ex quo moriẽs ueneno tunicã infectã specie amatorij,quo cũ Hercule uteretur,Deianiræ dedit,quam illa per Lycã Herculi misit.ex quo ipse flagrauit,prius Lyca de saxo præcipitato. Peritho/us Ixionis ex cõiugio filius in nuptijs Hippodamiæ simul cũ Cẽtauris deos omnis præter

Deianira
Meleager
Altea
Atlanta
Cleopatra
Marpissa
Ideus
Parthenopeus.
Menalippus
Tydeus
Deiphile
Diomedes
Aetolus
Euadne
Hermione
Phlegias
Ixion
Centauri
Nessus
Deianira
Lycas
Perithous
Hippodamia

Martem

Martem inuitauerat:quare ille iratus Centauros ebrios excitauit,ut rapere Hippodamiam conarentur, crateras poculaq; iacientes. In qua rixa superati à Lapithis,ut scribit Ouidius fuere: hi tantũ populi Thessaliæ auxilio Perithoo uenerant.Posthæc Perithous ad rapiendam Proserpinam ad inferos cum Theseo amicissimo descendit, ubi à Cerbero quamprimum trucidatus,Theseus autem Hercule iuuante saluus fuit. Aliam Hippodamiam supra narrauimus Oenomai regis filiam,Pelopis coniugem,Tertiam quam Achilles rapuit,Briseida appellatam,in Aeacidis diximus.In cœna item Perithoi quam supra memorauí Ceneus est interfectus. Is enim ab initio Cenis uirgo fuit Elathei Lapithæ filia,quæ à Neptuno cõplexa,sexus mutationem,simul & se esse inuulnerabilem impetrauit. Congressus autem cum centauris quum multos ex eis interfecisset, ipse demum ab eisdem non ferro, sed trabibus coniectis usque terram infixus est, in auem que sui nominis mutatus. Regnauit apud Gyrtonem, unde filius eius Coronus inter Argonautas apud Apollonium ponitur. Filiam item habuit Atlantam, quæ quum ex responso nulli uiro coniungi deberet, petentibus procis ea lege promisit se coniugem futuram illius à quo pedum cursu superaretur, uicto autem necem statuit.Hippomenes Macarei filius ex Neptuni progenie eam uicit,iactis tribus aureis malis à Venere dono acceptis cursum puellæ morantibus. Sed dum in luco matris deum concubuere,in leones ambo mutati sunt.

Hippodamiæ
Ceneus
Coronus
Atlantã
Hippomenes

De Lacedæmone Orione, & Pilumno.

DEINCEPS mortale genus Iouis. Lacedæmon,ut scribit Dictys Cretensis, eius fuit filius ex Taygeta Agenoris filia, qui Lacedæmoniam condidit: ex hoc Amyclas genitus,aliam de suo item nomine urbem. Argulus exinde Amycla natus Oebalum genuit patrem Tyndari, qui ex Leda Castorem, Pollucem, Helenam,Clitemnestram, Icarum edidit. Icarus inuentor uini fuit in Attica regione:à colonis deinde ebrijs iugulatus est,ut ait Propertius.Icare Cecropijs merito iugulate colonis. Cuius canis Erigonem filiam gestu ad locum cædis duxit, quæ conspecto patre præ dolore laqueo uitam finiuit,relataq; in cœlum cum cane inter astra uirginis nomine micat.Penelopen Vlyssis coniugem Icari etiam filiam uulgo laudatam, Duris Samius historicus,& Lycophron poëta impudicam fuisse, cum prociscq; omnibus concubuisse scribunt. Castorem & Pollucem cum sororibus fabulositas Iouis in forma Cygni & Ledæ ex geminis ouis filios fecit,cum Tyndari sint.Homerus in Odyssea libro XI, καὶ Λήδην εἶδον πλὴν Τυνδαρέου ἠχέκοιτιν. Ἣ ἓ ὑπὸ Τυνδάρεῳ κρατερόφρονε γείνατο παῖδε, Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Horum alter mortalis genitus domitor equorum fuit,cuius inter equos Cyllarus nominatur: alter Pollux immortalis ac pugil Amycũ uicit Cyzici regem quum inter Argonautas esset. Ouidius dicit hos Phœben cum sorore rapuisse, quæ Linceo & Idæ fratribus nuptæ fuerant: quamobrem orto inter eos bello Castorem occubuisse, Pollucem que immortalitatem cum fratre Ioue permittente diuisisse, ut sex mensibus uicissim uiuerent in cœlo: prospera sunt nauigantibus sydera. HELENA bis rapta, à Theseo primum, quam Castor & Pollux reduxerunt. Deinde à Paride cum nupta esset Menelao: à quo post bellum Troianum in Aegyptum ducta, postremo Lacedæmoniam, ut Homerus testatur. Seruius de gemino raptu quonam modo fieri potuit miratur, quum tempora non conueniant. Clitemnestra Agamemnonem uirum redeuntem à bello Troiano,unà cũ adultero suo Aegisto, oblata chlamyde sine capitis exitu, iugulauit:mox & ipsa cum eodem à filio Oreste.Orion teste Ouidi. de Fastis. Iouis Neptuni & Mercurij filius fuit,qui cũ simul peregrinarentur, recepti hospitio ab Hyreo paupere sene ac cœli bercunq; liberos optare diceret,illi hospitij mercede minxerunt in corio bubulo:ex quo de inde terra infosso mense decimo puer apparuit, Orion ex urina dictus. Hic satelles postea Dianæ fuit, ingens corpore,ea arrogantia ut omnes feras se iactaret interfecturum: ictus demum à scorpione breui animali extinctus est,ac in cœlum relatus micat inter sidera, infestum nautis signum.De hoc Homerus in XI. Odysseæ. τὸν δὲ μετ' Ὠρίωνα ϑελήσιον ὑσινόεντα, Θῆρας ὁμοῦ εἰλεῦντα κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Virg.Sed quantus Orion ingreditur.Erat enim magnitudine gigantea. Huius filius Hippolochus Dryanta genuit,quem in bello Thebano Papinius fuisse ponit. Dryante uero Lycurgus genitus Thraciæ rex,quum spernendo Bacchum uites incideret, crura sibi succidit. Lactantius dicit cum mari præcipitatum, eo

Lacedæmon
Amyclas
Argulus
Oebalus
Tyndarus
Icarus
Erigone
Penelope
Castor & Pollux
Cyllarus
Helena
Clitemnestra
Orion
Hippolochus
Dryas
Lycurgus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ancæus quod primus merum aqua miscuisset. Hic Ancæum, Harpalicen, & Phyllidem liberos habuit. Ancæus is fuit, ut author est Aelian⁹, qui quũ uites sereret iam senex, derisus à seruo, quasi fructus non gustaturus, aduenientе uindemia ex eis calicem extollens ei plenum ostentabat: at seruus prouerbium illud iactauit, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Multa inter calicem eueniunt labrum'que supremum: ac statim aper nunciatus agrum uastare, ille obuiam profectus ac discerptus est calice non degustato. Phyllis in Ouidij epistolis ponitur: hęc quum Demophoontem à bello Troiano reuertentem hospitio & lecto excepisset, ab eodem abeunte & redire promittente decepta est. Pilumnũ Iouis filium Virg. facit ubi Iuno loquitur. Ille tamen nostra deducit origine nomen, Pilumnus que illi quartus pater. Daunus Pilumno genitus in Apulia regnauit, & ex Danae Acrisij patris iram illuc fugiente patrem alterius Dauni procreauit: cuius nomen apud authores nõ reperi. Hic Faunum ex Venilia sorore Amatæ coniugis Latini & Turnum genuit, qui ab Aenea in bello interfectus fuit, uir alioquin miræ fortitudinis Virgilio descriptus, cum in singulari certamine congressus saxum antiquum ingens, campis quod forte iacebat limes agri positus, in Aeneam contorsit. Apud Ardeam regnauit, luturnamq; sororem amantissimam habuit, quę à Ioue uitiata ob mercedem ablatę uirginitatis immortalitate donata, & nympha Numici fluminis facta est.

Phyllis
Pilumnus
Daunus
Turnus
Venilia
Amata
Iuturna

MINOIS PROGENIES.

MINOS Iouis & Europæ filius in Creta regnauit, antiquissimus sanè omnium quos legimus, classem præparauit maximam, partem maris quod Græcum nunc uocant tenuit, & insularum Cycladum imperium primus: in earum plerisq; colonias posuit Caribus eiectis, filiosq; suos constituit reges, primusq; piratas è mari sustulit, quum & Græcis & barbaris mos olim prædari fuisset, quod exemplum Etrusci prius introduxere, resq; laudi potius quàm uitio daretur. Quamobrem urbes procul à mari incolebant, metu latronum in altis plerunque montibus, casq; sine mœnibus. In hanc sententiam ferè Thucydides. Hic igitur imitatus Rhadamanthum regem ante iustissimum in ea insula apud Gnosum nouem annis quibus imperauit, in antrum descendebat, leges se ab Ioue accipere dictitans, ut author Strabo. Homerus. ἠυθάδε Μίνως ἐννέωρος βασιλῆϊ Διὸς μεγάλου βαριστής. Filium habuit Androgeum, qui quum ob inuidiam ab Athenienſibus quod in Athletica superasset interfectus fuisset, causa belli contra ipsos fuit, ac primum in Megarenses Atticæ uicinos. Quorum rex Nisus crinem in capite purpureũ patriæ fatalem habebat, quem Scylla filia Minois amore capta, patri dormienti abscindens, noctu portis reseratis ad hostem pertulit: ex quo ille uictor auersatus facinus, eam in mare susceptam demersit, quæ in Cyrim auem ex Ouidij fabula libro VIII. mutata est. Minos post hæc Athenienses coëgit ad danda Minotauro certa iuuenum corpora. Minotaurus enim ex Pasiphae coniuge & tauro natus ei fuerat, cum quo arte Dædali ligneo incluſa simulachro illa concubuerat: simul & ei nato Labyrinthũ fabricauerat. Theseus igitur cum ex sorte ad eum nauigasset, monstrante Phædra filo foribus adposito, Labyrinthi errorem superauit. Victor igitur Phædram & Ariadnem filias Minois secum uolentes tulit. Ariadne in quadam insula nocte silenti dimissa, à Baccho ex India aduenientе adamata, atq; asportata fuit, cui coronam dono dedit, quod in cœlo signum dicunt astrologi fulgere. Dædalus interea quum patrato scelere iram Minois fugeret, Icaro filio aptatis alis in Siciliam peruenit: quo insequentem Minoem habuit, qui demum apud Camarinem ciuitatem à filiabus Crotali teste Aristotele in policitis, interfectus est. Post mortem ob iusticiam iudex fingitur apud inferos. Virgilius. Quæsitor Minos urnam mouet. Glaucus alter filius eius & Deucalion ponitur ab Homero in Iliade, ille qui post diluuium genus reparauit. Deucalionis uero Idomeneus describitur, qui rediens à bello Troiano quum ex uoto filiam quæ sibi primo occurrerat sacrificaret, pulsus à ciuibus ob crudelitatem, uenit ad Salentinos in Italiam, ubi Petiliam condidit. Huius item Orsilochus filius cum capto Ilio prædæ pars ne Vlyssi daretur maxime instaret, ab eodem interfectus est. Rhadamanthum quoq; Minois fratrem ex Ioue item faciunt, simulq; iudicem constituunt apud inferos: alij regem ante eum in Creta fuisse dicũt. Homerus in XI. Odysseæ. ἐνθ' ἄλλοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν, χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν,

Rhadamanthus
Androgeus
Nisus rex
Scylla
Pasiphae
Minotaurus
Phædra
Ariadne
Dædalus
Icarus
Glaucus
Deucalion
Idomeneus
Rhadamanthus

Perſei

PERSEI PROGENIES.

PERSEVS Iouis filius ex Danae Acrisij regis filia, auum interemit, regnumque Argæorũ Micenas traduxit: de quo inter Argiuos in Geographia satis dixi. Gorgonem uicit, eiusq; capite Atlantem uertit in montem, quumq; Andromadem filiam Cephei regis ex Casiopa uxore apud Ioppem monstro religatam solueret, ex ea Gorgophonem genuit, hic uero Electrionẽ Alcumenæ, & Alceum Amphitryonis patres procreauit. Amphitryo ex Alcumena Herculem, & Iphicleum, de quo fabula apud Plautum Amphitryo. Quando Hercules Ioue cõceptus gemina nox fuit, quod Iulius Maternus interpretatur, solis eclypsim tunc fuisse. Nam eo tempore res magnas siue feliciter siue infeliciter protendi. Ex Iphicleo Iolaus genitus, qui quũ uidisset eius filias ab Hercule uitiatas, aufugit in Sardiniam ibiq; imperauit. Perſei item filios Achemenidem & Erythrum Solinus dicit fuisse, quorum alter apud populos sui nomi nis inter Persas imperauit. Alter apud mare rubrum: Erythreumq; ab eius nomine appellatum. Stenelus quoq; Perſei filius apud Homerum in Iliade scribitur, qui in regno Micenarum patri successit. Hic & Euristeum genuit, qui eo die quo Hercules natus est, quem quũ ex fatis maxime formidaret, uarijs obiecit monstris.

Perſeus
Caſiopa
Cepheus
Andromade
Gorgophon
Electrio
Amphitryo
Iphicleus
Iolaus
Achemenides
Erythrus
Stenelus
Euriſtheus

EPAPHI PROGENIES.

BELI priſci progenies breuiter recensenda. Hic Epapho natus Aegyptio rege Iouis & Isidis filio, siue ut placet Eusebio Isidis & Telegoni cuiusdã: cui post Apidis mortem Isis nupsit, regnante Cecrope, anno mundi MDCCX. Priſci dicitur ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis, cui templum Babyloniæ ædificatum est. Ex Belo igitur Prisco Danaus, & Aegyptus, unde regio nomen accepit, & Agenor geniti. Danaus cum essent ei L. filiæ, & Aegypto totidem mares, responsum accepit se à genero interfectum iri, quapropter ut nuptias recusaret fratris: secessit Argos, tandem cum ad hoc cogeretur, filiæ monitione paterna, cõiuges noctu omnis interfecerũt, præterquã Hypermestra, quæ Lynceo uiro pepercit, à quo Danaus postq; annos regnasset L. interfect⁹ est: cõiuges uero quæ & Danaides & Belides à poëtis uocantur, dare criminis pœnas apud inferos ponuntur, aquis implere fracta dolia coactæ. Lynceus igitur in primis genuit Abantem, Iasium, & Acrisium. Ex Abante genitus Prœt⁹, qui filias habuit insanas à Melampo postea curatas. Ex Acrisio Danae uirgo quam in turrim relegauit, quod acceperat ex ea nepotem sibi fatalem oriturum. Ex Iasio Atlanta uirgo, & Talao geniti. Atlãta hæc cursu pernix uocata est à Meleagro ad aprũ Calidoneum, ac prima iaculum misit, & ex Meleagro Parthenopeũ peperit. Talao Adrastum suscepit patrem Argiæ, & Deiphiles, quę Tydeo, & Polynici nupserunt. Agenor tertius Beli filius in Phœnicia regnauit, Cilicem, Phœnicem, Europam, Cadmũ, Labdacum procreauit. Ex Cilice quarta generatione ortus Cinara, qui cum Myrrha filia sua nutricis astutia ignarus concumbens Adonem suscepit, qui à Venere dilectus cum feras sectatur, ab apro interemptus est, & in florem sui nominis conuersus. Phœnix paternam Syriæ regionem de suo nomine appellauit, ut ait Eusebius primos characteres literarum inuenit colore rubro conscribendos, quem ab eius nomine Phœniceũ, deinde Puniceum aiũt appellatum. Hic Phylisthenem & Belum reliquit: primus natu minor Herculis sacerdos relicto domi Sichæo filio, ipse ad Hispaniæ littus tendens, Gaderam condidit ciuitatem. Ex Belo Pigmalion, Dido, & Anna procreati. Dido Pigmalionem uiri Sichæi interfectorem ob auaritiam fugiens in littus Carthaginis, ibiq; mercata solum de nomine Byrsæ, id est, corij bubuli in tenue partes secti, Aeneam hospitio excepit, cuius amore, uti placet Virgilio, perijt. At Iustino, Augustinoq; ut pudica potius taxatur: ut Iarbæ uim afferentis connubium uitaret, quasi Sichæi manes placatura, rogum conscendens, gladio incubuit. Anna uero soror post, eius fratrem aufugiens, tempestate maris ad littus Lauinium deuecta est, uisaq; ab Aenea ac cognita, ab eo domi una cum Lauinia nutrita: quam cum aduersam sibi ac zelotypam uidisset, in Numicij proximũ amnẽ se præcipitẽ dedit. Eam postremo inquirentib⁹, uox Annæ exire uisa, quę ab Ouid. in Fastis ponit, Placidi sum nympha Numici Amne perenne latẽs Anna perenna uocor. Cadm⁹ alius Agenoris filius missus à patre ad inquirendã Europam,

Belus Priſcus
Belus Nini pater
Belus Didonis pater
Danaus
Aegyptus
Belides
Lynceus
Abas Iaſius
Acriſius
Atlanta
Talao
Adraſtus
Argia Deiphile
Agenor
Cinara
Myrrha
Adonis
Phœnix
Philiſthenes
Belus
Dido
Pygmalion
Anna
Cadmus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Europam à Ioue raptam, iussusq; sine illa nō redire, ex responso secutus bouem, Bœotiam ubi constitit regionem uocauit, Thebasq; ex nomine Aegyptiarum Thebarum unde originem habuit, ciuitatem condidit. Socios insuper eius cum uidisset à dracone absumptos, eius interfecti dentes seuit, ex quibus orti qui se mutuis uulneribus confoderunt. Ipse tandem ab Amphione & Zeto pulsus in Illyricū secessit, quam historiam seu fabulam in Geographia Bœotiæ attigimus aliter enarratam. Hunc Cadmum XVI. literas in Græciam attulisse Plī. dicit, ut alibi narraui. Huius quatuor fuere filiæ ex Hermione Martis filia. Semele quæ ex Ioue Bacchū genuit imperfectum, ab ipso fulmine icta, quod astutia Iunonis, ei? tanquam cum Iunone cōcubitum rogauerat. Agaue ex Echione Cadmi socio Pentheum genuit, qui sacra Bacchi quæ à matre eiusq; sororibus fiebant deridens, ab eisdem in furorem uersis discerptus est. Autonoe ex Aristeo Acteonem genuit. Ino ex Athamante Learchum & Melicertam. De quibus etiam inferius dicetur. Labdacus ultimus Agenoris filius Laium genuit Thebarum regem Oedipi patrem, ex Iocasta Creontis Thebani filia: ex Oedipo Etheocles & Polynices, ex Polynice Tessandrus, quorum historiam in Thebis in Geographia plene attigimus.

Semele
Agaue
Pentheus
Autonoe
Ino
Labdacus
Laius
Oedipus
Etheocles
Polynices
Tessandrus

AEACIDARVM PROGENIES.

AEACVS Iouis filius apud Oenonem insulam regnauit, quam de nomine matris Aeginam appellauit: ubi cum ob pestem defecissent homines, Iouem orauit, ut formicas quas uiderat, homines faceret: exauditus eos Myrmidonas ex etymo appellauit. Describitur tertius apud inferos iudex cum Minoe & Rhadamantho ob eius in populos iustitiam: suscepit Telamonem & Peleū & Phocum. Telamon uero Aiacem & Teucrum: ambo in bello fuere Troiano. Aiax cum Hectore cōgressus ponitur ab Homero, ac pugna nocte superueniēte dirempta, gladio ab Hectore donatus, ille autem ab Aiace balteo, perniciosissimis quidem donis. Nam Hector eo tractus ab Achille fuit. Hic uero quum ob arma Achillis Vlyssi adiudicata insanus efficeretur, eo gladio incubuit. Teucer quum sine fratre reuertisset, nō susceptus in patriam, in Cyprum secessit, ubi alteram cōdidit Salamina. Peleus autem alter Aeaci filius rebus magnis interfuit. Cum Perithoo siquidem aduersus Centauros pugnauit, cum Meleagro in uenatione apri Calidonei accessit. Thetidem Atlantis filiam cepit in matrimonium, ubi omnes dij deæq; dicuntur conuenisse præter Discordiam, quæ postea inter illas tris deas de forma cōtentionem misit, unde natum bellum Troianum. A Thetide Iuppiter abstinuit, quod in fatis erat filium ex ea uenturū patre maiorem: ex ea Peleus Achillem genuit. Posthæc quū ipse ac Telamon Phocum fratrem nothum interfecissent, patris seueritatem fugientes: Telamon in Salamina insulam secessit: Peleus uero in Thessaliam ad Acastum Magnesiæ regem peruenit, à quo lymphis fraterna cæde purgatus est: quumq; iuuenis esset formosus ac castus, ab eius uxore de stupro tentatus renuit. Illa falso apud uirum se tentatam ab eo deferens, effecit ut ab Acasto ad uenationem mitteretur, ut à feris discerperetur: quas dum uirtute superasset, domū reuersus Acastum cum coniuge interfecit, eorumq; regnum inuasit: author enarrator Apollonij. Achillem uero Iouis filiū, ut scribitur Iliade X. Thetis mater ut à Ioue accepit fato duplici natum, aut longa uita, sed mortali fama, aut uita futurum breui, uerum cursu gloriæ sempiterno, protinus natum stygijs demersit undis, ut inuulnerabilis esset, præter calcaneum quo eum tenebat, tradiditq; puerum fratri suo Chironi Centauro erudiendum. A quo in antro citharam edoctus est, feramque, ac omni labore, uitam exercere. Tandem quum apud Troiam periturum audiuisset, eum apud Scyron insulam inter filias Lycomedis regis in puellæ forma abscondit. Inuentus demum Vlyssis astutia, qui obiectis diuersis donis, puellæ colos & calathos acceperunt, ille uero ensem & arma. Hac re deprehensus ac ad Troiam profectus XII. in primis urbes euertit. Ex præda Lyrnessi Astinomē quā Chryseida ex Chryse patre nominat Homerus, Agamēnoni dedit: sibi aūt ex Pedaso expugnato Hippodamiā, quā Briseida ex Brise patre idē appellat, ut author Dictys Cretensis. Sacerdoti uero Chrysæ filiā repetenti iussu Calchantis uatis reddidit Agamemnon, quū per uim Briseidā rapuisset: Achilles indignatus secessit ad littus diu mœstus. Exercitu itaq; frustra eum reuocare per oratores quærente, Patrocl? à Nestore persuasus ab Achille amicissimo arma saltem rogat, quibus impetratis inimicos irruentes perterruit, aciemq; Græcorum restituit. Postremo ab Hectore interfectus, armisq; spoliatus est.

Aeacus
Myrmidones
Telamon
Aiax
Teucer
Peleus
Chryseis
Briseis
Patroclus
Achilles

Achilles

Achilles amici dolore percit?, statim oblatis ei à matre Vulcani armis, denuo in Hectorem irruens, eum interfecit, loroq; dies aliquot ante Patrocli sepulchrū traxit, uenienti demū ac oranti Priamo concessit. Præter hunc quoq; ex Troianis interfecit Euphemium, Hippotum, Plebeum, Asterium, Lyconium, Euphorbium, Memnonem. Hunc tollere de medio statuens Hecuba, filiæ Polyxenæ quam ille adamauerat, nuptias pacis pactione promisit: qui prope mœnia in templum Tymbræi Apollinis nocte celebraturus hymenæum adcedens, ibidē ante aram clam à Paride sagitta in calcaneo appetitus occubuit, sepultusq; est in Troade apud Sigæum. Pyrrhum filium reliquit ex Deidamia filia Lycomedis, quam eo tempore quo inter eas fuerat uitiauerat. Hic igitur Neoptolemus appellatus, magna iuuenis audacia, Politem Priami filium, ac ipsum deniq; Priamū iurgia iactantem ad aram trucidauit. Polyxenam ad patris tumulum mactauit, & Astyanacte de turri ab Vlysse præcipitato, Andromachen abduxit, quam postea Heleno Priami filio ob uaticinij uirtutem in cōiugem dedit cum parte regni Molossorum, Hermionenq; ab Horeste abstulit, à quo demum interfectus est.

Pyrrhus

AEOLIDARVM PROGENIES.

AEOLVS Iouis filius apud Siciliam Aeolias tenuit insulas, cui potestas uentorum fingitur, quod nautas signa tempestatis & rationem uentorum docuerit. Liberos habuit, Macareum, & Canacem, qui ob amorem inter se concubuerunt, præterea Alcyonē, quæ nupsit Cæyci Trachinæ regi, ac in auem sui nominis uersa est. Post hos Cretheum, Salmonea, Sisyphum, Cephalū, Athamantem, Cretheus autem ex Tyro Salmonei filia Aesonem, Alcimedontē, & Amythaonem. Homerus Odysseæ XI. τοὺς Κρηθῆϊ τέκε βασίλεια γυναικῶν, Αἴσονα τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην. Aeson uero Iasonem cuius fabula sic se habet. Pelias patruus Neptuni ac Tyrus filius pulso ex Thessalia regno Aesone eius fratre uterino, filias tantum quasdam & Acastum suscepit, de quo inter Aeacidas mentionem feci: in fatisq; habuit ut caueret quem altero pede nudo uenientem uidisset. Dum igitur Neptuno patri sacrificaret, ecce Iason qui à Chirone magistro ad recuperandum paternum regnum properabat, alterum in flumine Anauro calceum ob celeritatem reliquit: quem animaduersum Pelias, ut eum morti obijceret, Colchos ad uellus aureū rapiendum iussit proficisci, regno in reditu promisso. Igitur Argo naui fabricata coactisq; proceribus Colchos attingens, uellus ab Aeeta petijt, quod in insula Martis custodiebatur. Sed hoc pacto impetrauit: igniuomis prius tauris adactis ad iuga, draconis qui uellus custodiebat dentes sereret: quod ille simul cum alijs laboribus superauit, ostendente pharmacum Medea, cui in templo Hecates cōcubuerat, ex quibus dentibus nati sunt gigantes, quos ipse demessuit. His igitur obitis, cum uellere aureo & Medea per uarios errores reuerterunt: Apsyrto fratre Medeæ membratim per uiam discerpto, ut insequentes à patre missos moraretur. Vbi Thessaliam attigerunt, Aesonem Medea in aheno recoctum pristinæ iuuentuti restituit: post hæc fingens cum Iasone discordiam filiabus Peliæ persuasit, si senectā patris restituere iuuentuti uellent, cultris sanguinem eius debilem exhaurirent, quod illæ credentes patrem interfecerunt. Deinde cum Creusam Creontis regis Corinthiorum filiam Iason in matrimonium duxisset, illa uidens se relictam, quædā scriniola dono nouæ nuptæ misit, quibus apertis flamma protinus exiit, quę Creusam cum tota regia combussit. Inde statim fugiens Athenas uenit, ac Aegeo regi matrimonio iuncta, peperit ei Medum filium qui Medis postea imperauit. Iason filium Thoantem reliquit, quem ex Hypsipyle Thoantis regis Lemni filia suscepit, quum ab illo hospitio simul cū Argonautis receptus fuit. Nam de Lemniadibus fœminis quę mares interfecerunt, & conseruato Thoante patre ab Hypsipyle, in Geographia, ubi de Lemno tractaui, satis dixi. Hic Thoas ponitur à Papinio in bellum Thebanum una cum Adrasto profectus, in sylua Nemea Hypsipylem matrem reperisse: quæ ob seruatum patrem eiecta è Lemno, & à piratis capta, deinde Lycurgo regi Thraciæ diuendita, fuit pro nutrice filio Opheltī: quū audirent eam casus recitantem suos Adrasto in sylua, illam Thoantis esse matrem ueestigio cognouerunt. Quapropter iræ Lycurgi regis ob male seruatum Opheltem puerum dum ipsa loqueretur atq; extinctū, subripuerunt. Pueri nomine Archemori in memoriam festa annua apud Nemeam instituta. Et hæc quidem quoad Iasonis omnem breui ter historiam. Amythaon alius Crethei filius apud Homerum in Odyssea legitur, ut uir fortissimus

Aeolus
Macareus
Canace
Alcyone
Cretheus
Aeson
Pelias
Iason
Medea
Creusa
Thoas
Hypsipyle
Opheltes seu Archemorus
Amythaon

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortissimus bello. Hic Biantem & Melampum genuit, qui quum hærbariæ sciens esset, filias Prœti regis ab insania liberauit, ac Theodamantem filiũ genuit, qui à Papinio uates describitur, & Amphiarao in bello Thebano successit. Bias autem ex Pyro Nelei filia suscepit Antiphantem patrem Oicli, qui Amphiaraum uatem procreauit patrem Alcmeonis & Amphilochi ex Eriphile coniuge, quorũ exitus in Bœotia attigimus. Salmoneus Aeoli filius apud Elidem regnauit, qui ob superbiam conatus est quodam æneo ponte fabricato deum se facere, ut Virg. in VI. Hic Tyro tantum filiam habuit, quæ ex Neptuno Peliam & Neleum, ex Cretheo Aesonem & eius fratres suscepit, ut supra narraui. Sisyphus Aeoli filius regnauit apud Ephyram Corinthũ. Dicitur deorum arcana, quorum ille cõscius erat, mortalibus manifestasse, propterea saxum ingens apud inferos perpetuo uoluere: alij latronem alioqui infamẽ describunt. Ex Merope Atlantis filia Glaucum & Creontem genuit. Glaucus uero Bellerophontem, qui item apud Ephyram regnũ tenuit, quo priuatus à Proto Argeorum rege, ab eodemq; seruus domi susceptus, ac de stupro ab eius uxore Anthia tentatus est. Qui, quod facinus auersaretur, ab eadem apud uirum falso accusatus, cum literis ad Ariobatum socerum missus est, quibus scribebatur uti ille occideretur. Ariobatus itaque eum contra Chimæram monstrum misit, qui equo Pegaso adsumpto, illam euestigio superauit: post hæc ad Solymorum bellum, postremo ad Amazonas missus, victor pariter redijt, pro quibus meritis Ariobati filiam Achimenem duxit, ex qua filios suscepit, Isandrum, Hippolochũ, & Laodamiam. Iliad. libro VI, Ἴσανδρόν τε καὶ Ἱππόλοχον, καὶ Δαοδάμειαν. Isandrus aduersus Solymos pugnans occubuit. Hippolochus Glaucũ alium genuit, illum qui in eodem libro Iliados introducitur cũ Diomede suam genealogiam narrare, & ob iunctam amicitiam cum eo, arma aurea mutasse cũ armis æneis Diomedis multo utilioribus, ac quasi uti ignauus taxatur. Laodamia Protesilai qui primus apud Troiam occubuit uxor, in uiri umbræ ei apparentis amplexu expirauit. Creon Creon Sisyphi filius apud Corinthum regnauit, pater Creusæ Iasonis uxoris quem supra narraui. Cephalus Aeoli filius Auroræ dilectus, eius consilio Procris uxoris Erichthei regis Athenienssium filiæ castitatem tentauit, mercatorem se fingens, ac eius concubitum auro pacisens. Illa uero re detecta, erubescens in syluas abijt, ubi uir forte uenabatur, quæ rusticum putans inter uepres se abdiderat. Cephalus igitur feram existimans, eam iaculo interemit. Athamas Aeoli filius apud Isthmon regnauit, ex Nephele Phryxũ & Hellen suscepit, qua in furorem acta, nouercam filijs induxit Ino Cadmi filiam: hæc cũ ueneficio sementes in agris infecisset, instituit ut is nuncius qui ad Pythiam pro responso mitteretur, falsa referret, rem hanc sanguine filiorum placandam. Expositis igitur Phryxo & Helle aram morituris, deorum miseratione aries aureo uellere apparuit, quo ambo superpositi per mare transuecherent: ubi Helle forte excidens, Hellesponto nomẽ indidit. Phryxus Colcho ad Aeetam peruenit, qui arietem Marti sacrauit. Phryxus ab eo tandem interfectus filium Cytorũ reliquit, quem ex Aeetæ filia susceperat. Athamas interea in furorẽ uersus Learchũ filium sagitta interemit. Ino autem mater perterrita cum altero filio Melicerta se in mare præcipitem dedit. Ipsaq; Matuta & Leucothoe ex rupis nomine unde desilijt: Melicerta uero Palæmon appellati, ac eis sacra Isthmia in Neptuni honorem cõsecrata. Quidã dicunt uenisse Melicertam ad Isthmon, ibique sacra Neptuno instituisse. Deæ Matutæ sacra Romæ priuatim celebrata, ad quæ matronæ cum una tantũ ancilla ingrediebantur, ut author Plutarchus in Probl. Et hæc quidem quæ de Aeolidarum genere scribuntur.

Bias
Antiphas
Oiclus
Amphiaraus
Alcmeon
Salmoneus
Tyro
Sisyphus
Glaucus
Creon
Bellerophon
Isandrus
Hippolochus
Glaucus II
Laodamia
Creon
Creusa
Cephalus
Procris
Athamas
Ino
Phryxus
Helle
Learchus
Melicerta
Matuta dea
Leucothoe
Palæmon

Dardanidarum ac Pelopidarum progenies.

DARDANVS Iouis filius ex Electra Atlante genita fratrem habuit Iasium, quo interfecto, è Coriti sede Hetruriæ quæ nunc Cortona est, in Samothraciam aufugit indignationem populorũ, ut author Virgilius. Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris Aardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes Thraiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Hinc illum Coriti tyrrhena à sede profectum. Inde uero in partem Troadis, ubi à Teucro rege exceptus ac generi adscitus, genuit Erichthonium & Ilum. Erichthonio Trous, ex Troo Ganimedes raptus à Ioue, de quo latius in ordine literarum dixi. Ex Ilo Laumedon, qui Neptunum & Apollinem pacta mercede ædificatorum ab eis murorum fefellit: quapropter peste uexato, ex responso Troiana uirgo ex sorte, monstro marino relinquenda erat. Sors in Esionem eius filiam

Dardanus
Iasius
Teucer
Erichthonius
Ilus
Trous

filiam cecidit. Hæc postea dicitur liberata ab Hercule, dataq; Telamoni uxor, ex qua Aiax & Teucer nati. Laomedon igitur quum similiter & Herculem pacto precio decepisset, eumq; insuper hospitio prohibuisset, ab eo sublatus bello est, pluribus relictis filijs, inter quos fuere Titonus Auroræ maritus, ac Priamus L. filiorum pater, partim ex Hecuba Cypsei regis Thraciæ filia, partim ex cõcubinis, quorũ nonnullos in Anthropologia dixi. Ex hac Æneas ortus progenie, qui simul cũ Antenore, ut est author Dictys Cretẽsis, profecta patria, in Latium nauigauit, genus unde Latinum, Albanicq; patres, atq; altæ mœnia Romæ. Pelopidas nunc dicam. Pelops Tantalo Iouis filio genitus, à quo heroes plurimi fuere. Tantalus enim, ut author Eusebius, in Phrygia regnauit. qui cum deos cõuiuio excepisset, Pelopem filium coctum membratim appositum, ut eorum diuinitatem tentaret, illi facinus auersati membra restituere, præter humerum quem Ceres deuorauerat, cuius loco eburnũ fecerunt. Tantalum uero ad inferos descendere, ut inter flumina usq; ad ora mersus aqua prohiberetur, inter poma item cõstitutus, nullũ attingere posset. Homerus Odysseæ lib. XI. περὶ μὲν Τάνταλον εἰσιδον κραταιπὸν ἀλγεα ἔχοντα, ἑστῶτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ. στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἐπελθὼν. ὁσσάκι γὰρ κύψασκε γέρων πιέειν μενεαίνων, τοσσάχ' ὕδωρ ἐκορέσσετ' ἀναβροχθέν. Pelops igitur cum regno Phrygiæ successisset, aduersus Oenomaum bellum mouens Elidis regem, regnum ipsius adsecutus est cum Hippodamia eius filia adamata atq; coniugio negata. Fabula uero dicit eam cursu uictam, corrupto Myrtilo eius auriga Mercurij filio, quem postea de saxo præcipitauit. Hic Polysthenem, Atreum, & Thyestẽ genuit. Atreo, ut est author Seneca in Tragœdia, aries erat aurei uelleris, custos gregis, quem Thyestes frater ei abstulit, conciliata sibi Merope eius uxore, ex cuius etiam concubitu filios suscepit: quapropter expulsus à fratre: deinde concordiam simulans in regnum reuocauit, eiq; in cœna filios quos susceperat adposuit: quo facinore Sol dicitur in cursu refugisse in ortum. Thyestes ex Pelopia filia quam cõplexus est, Ægistum suscepit, ut author Seneca in Tragœdia. Polysthenes Agamemnonem & Menelaum filios paruos iuuenis decedens Atreo fratri commendauit: quapropter nulla patris habetur mentio, sed tantum Atridæ ab Homero appellati. Agamemnon post reditum à Troia insidijs Ægisti adulteri à Clitemnestra uxore dum uestem indueret ore præcluso iugulatus est. Filios habuit, Alesum, Orestem, Iphigeniam, Iphianassam, Laodicen, Electram, & Chrisothemin. Electra Orestem paruum post patrem interfectum Strophilo Phocensi cõmendauit, quæ quum matrẽ probri admissi redargueret, ab ea interfecta est: cuius nomine Sophoclis extat Tragœdia, Electra appellata. Iphigenia apud Aulidem aris immolãda ex responso ad placandam Dianam, deorũ miseratione cerua supposita liberata est, ac in Tauricam regionẽ translata apud Thoantem regem Dianæ templo seruiuit, cui humanis hostijs sacrificabatur. Orestes autem quum matrem & adulterum interfecisset, in furorem actus, à Pylade Strophili filio comitatus, se item cõtulit in Tauricam, ubi interfecto Thoante, & subrepto Dianæ simulacro, unà cum Iphigenia sorore in Latium uenit, apudq; Aritiam oppidum simulacro collocato, templum constituit. Ex Hermione Menelai filia Orestem filium genuit, qui paruus admodum secedens, apud Epirum Orestas populos condidit. De quibus in Geographia late narraui. Alesus autem alter Agamemnonis filius (quidam aurigam dicunt) in Hetruriam uenit, ubi Faliscos condidit populos. Ouidius author.

Laomedon
Esione
Hecuba
Titonus
Priamus
Aeneas
Pelopidarum progenies
Tantalus
Pelops
Atreus
Aries
Thyestes
Pelopia
Polysthenes
Agamemnon
Orestes
Electra
Iphigenia
Iphianassa
Laodice
Orestes iunior
Alesus

VLYSSIS GENVS EX IOVE.

VLYSSEM Ouidius ex Ioue genus ducere ait, ubi suam ipse contra Aiacem explicat nobilitatẽ. Nam mihi Laertes pater est, Archisius illi, Iuppiter huic. Nonnulli Sisyphi nepotẽ, aliqui filium faciunt, dicuntq; Anticleam eius matrem ante nuptias Laertis cum Sisypho concubuisse. Anticlea enim Autolyci Mercurio nati filia ponitur ab Homero Odysseæ XI. Exemplar hic propositus mortalibus & patientiæ simul & eloquẽtiæ. quum fugeret bellum Troianum, insaniã simulauit salem seminãdo, cum aratro diuersis animalibus iuncto. res à Palamede detecta, qui cum Telemachum filiũ ante arãtem poneret, aratrum ille suspẽdit. Fata omnia Troiæ superauit. Nam & cinerem Laomedontis ante Scæam portam abstulit, & Palladium cum Diomede ex arce surripuit, & Achillem occultatũ inuenit. Denicq; Herculis sagittas apud Philoctetem ex oracculo repperit. sine his enim rebus Troia capi nõ poterat. Rhesum post hæc primum uentẽrem interfecit, ablatis eius equis albis, simultates cum Palamede gessit,

Anticlea
Autolycus
Vlysses
Troiæ fata

Universidad de Deusto
Biblioteca

arma Achillis eloquẽtia aduersus Aiacem obtinuit: postremo rediturus in patriam, decen-
nio naufragus errauit. Nam ut ipse Odysseæ libro Alcinoo Phæacum regi narrat, primo
cursu ad Cicones delatus est: quos quum expugnasset, & Ismarum euertisset in prædam,
ad Lotophagos electus est: ubi quum exploratores quos miserat loto gustato reditum non
curarent, se recepit in Siciliam: ubi antrum Polyphemi Cyclopis cum duodecim socijs in-
trauit: ex quibus sex ab eo deuoratis: ipse eruto ei oculo præusto fuste arietum pellibus
inuolutus, cum superstitibus socijs exiuit. Inde Æoliam uectus, ab Æolo uentos in utrem
coactos obtinuit: in uia deinde, soluto utre à socijs, credentibus thesaurum esse, in Æoliam
aduerso uento repulsus iterum est: ex qua ab Æolo pulsus nauigans, die sexto peruenit ad
Lestrigonas: quos quũ haberet aduersos, perditis nauibus, socijsq; cum sola naue sua per-
Circe uenit ad Circem, quæ exploratores mutauit in belluas. Idem à Mercurio suscepto pharma-
co, ad illam accessit impauidus: mortem ei minatus, nisi illos restitueret: quod quum obti-
nuisset, annum cum ea moratus, suscepto Telegono filio, spretaq; immortalitate quam ei
Alpenor ultro illa offerebat, si remanere uellet: edoctus insuper quæ agenda essent, relicto Alpenore
ob ebrietatem lapsu scalæ defuncto, nauim soluit: & secũdo uento una nocte ad oceanum
peruenit: ubi peractis sacris à Circe monstratis ad infernum descendit. Hic Anticliam ma-
trem, & Alpenorem nuper præcipitatum, inter alios inuenit: & futurorũ multorum à Ty-
resia uate admonitus, reuersus ad naues, ac iterum ad Circem, Alpenorẽ tumulauit: indeq;
Sirenes in insulam Sirenarum aduectus, aures socijs obstruxit: secq; malo nauis adligari iussit: atque
hoc modo tutus earum cantus euadens, ad Scyllam & Charybdim perlatus est: unde uix
incolumis euasit. Quumq; ad loca uenisset ubi à nymphis solis greges seruabantur, iussit
ne quis eos uiolaret. Quo dormiente, quum Eurilochus socios impulisset ad rapinam gre-
gis, nympharum imprecationibus tempestas subsequuta: qua quum omnes perijssent so-
cij, ipse solus & nudus capto nauis malo, nouẽ diebus ab undis agitatus, ad Ogygiam tan-
dem insulam depulsus est, ubi à Calypso nympha susceptus: ac septem annis retentus, tan-
dem discessit, ac nouis ab ea socijs, ac naui donatus fuit: quumq; Neptuno infensus esset,
iterum mersus ac nudus natauit: ac cum uelo ei à Leucothoe fatum ipsius miserante obla-
to, die tertia ad littus electus est: atq; inde ostia fluminis Phæacum intrauit: ubi reiecto ue-
lo inter nemorum frondes conquieuit: ibiq; à Nausicaa Alcinoi filia compertus, uestem ac
cepit: & Palladis ope usq; ad Areten Alcinoi regis coniugem deductus, ab ea meruit dona
referre, sociosq; ac nauim: in qua quum dormitaret, excitatus à Pallade, ac præmonitus a-
Telemachus gendorum, in senem mendicum mutatus ad suos peruenit subulcos: apud quos Telema-
chum superuenientẽ ex peregrinatione eum quærendi gratia uidit, & adloquutus est: tan-
dem à Sybote suario in patriam deducitur incognitus, ubi in propria domo à procis Pene-
lopes ignominiosa multa passus est: & demum ab Eurycle nutrice dum pedes lauaret ex ci
catrice cognitus: sed antea à cane fuerat, quem domi reliquerat. Inde ex composito armis
cum filio, & duobus subulcis adsumptis, procos omnis peremit. Deinde Penelope sese ad
Laertes ultimum manifestauit. Laertẽ uero in uilla morantem, neq; ob ignauiam domum aut pro-
cos curantem, salutatum profectus est, qui ante Vlyssem triennio extinctus est. Ipse uero
Telegonus Vlysses perterritus in somnis, ut à filio caueret: nescius fati Telegono filio ad regnum pa-
ternum uenienti ac repulso, ut ignoto obuiam hastã iaculatur: at ille rursus in patrem igno
tum iaculum intendens, eum peremit, ut refert Dictys Cretensis.

FLVMINVM FILII

Phoroneus ELVMINA quoq; ex Oceano & Terra orta dixerũt, filiosq; habuisse: ut Ina
Io chus Phoroneum Argeorum regem, & Io quæ Isis est appellata. Peneus Cy
Cyrene renen & Daphnen, ambas Apollini dilectas. Cephisus Narcissum, qui se in
Daphne undis conspiciens amauit: conuersus in florem sui nominis. Acrisius Aceste.
Narcissus Tyberis ex Manto Tyresiæ filia Ocnum, qui & Bianor Vergilio dicitur:
Aceste Ille etiam patrijs agmen cier Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantus & Tusci filius amnis, Qui
Ocnus muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen. Tyresias enim Thebanus uates cæcus, in bacu-
Tyresias lo ambulabat, quod Dianam lauantẽ uiderat: ut author Callimachus in elegia. Eius anima
Asopus ponitur in XI. odysseæ, obuiam Vlysli ueniens, multaq; ei prædicẽs. Asopus item genuit
Ipseus Ipseum & Æginam. Hæc insulæ nomen dedit: & ex Ioue Æacum genuit. Ille secundũ Pa-
Aegina pinium Eteocli aduersus Polynicẽ auxiliũ tulit. Sperchius Menestheũ suscepit ex Polydo-
ri Pelei

ri Pelei filia, qui Achillem ad Troiam comitatus est. Mæander Cyanem, quæ ex Mileto *Cyane*
Solis filio peperit Caunum & Biblidem, qui simul in uenere cõiuncti sunt, Ouidio. Ache- *Sirenes*
lous deniq; Sirenas aspectu puellarum puberenus, reliqua pisces, nautas cantu decipiẽtes. *Achelous*
Acheloi autem ipsius Ætoliæ fluminis fabulam Diodorus lib. V. sic refert. Hercules Cali-
doniorum gratia eum amnem rapidissimũ in campos diffundens, plurimos agros eius irri-
gatione fertiles reddidit. Quapropter fingitur cum eo luctari in tauri specie, eiusq; cornu
fractum dedisse dono Ætolis, refertum copia uuarum, malorũ, huiusce modi q; fructuum,
quod uidelicet ex ea fluminis diuersione agros reddiderit fructibus feraciores. Ouid. autẽ
in Fastis aliam de cornu copiæ fabulam narrat, Amaltheæ uidelicet capræ id fuisse cornu *Cornu copiæ*
quæ Iouem nutrijt, beneficioq; eius talem dedisse copiã. Græci κέρας ἀμαλθίας appellant.
Orpheus Thrax genere Oeagri fluminis ex Calliopea filius, doctrina, melodiaq;, ac poesi *Orpheus*
antecessit omnis, cantus quoq; suauitate feras, arboresq; dicitur adlexisse. Theologiæ gra-
tia cui plurimum operæ impẽdebat: in Ægyptum nauigauit, unde ex eorum sacerdotibus
plurima ad Græcos præcepta ac cærimonias contulit. Cum Argonautis insuper Colchos
profectus est. Postremo Eurydices uxoris causa ad inferos descẽdens, à Proserpina cantus *Eurydice*
suauitate impetrauit, ut defunctam ab inferis excitaret. Quod & antea fecerat Dionysius,
quem dicũt matrem Semelem ab inferis quoq; eductam immortalitate donatã Theanem *Semele*
cognominasse. Hęc Diodorus lib. V. Diogenes uero de eodem sic refert. Orpheus Oeagri *Theane*
& Calliopes filius Theologus, interq; argonautas unus, de dijs multa cecinit. Discerptum
à mulieribus dicunt, quod marium sectaretur libidinem. Suidas item hæc scribit. Orpheus
Ciconeus uel è Bisaltica Thraciæ, uersificator, fuit duas ferè generationes ante bellũ Tro-
ianum, scripsit de fabulis, epigrammata, hymnos. Ælianus de uaria historia dicit falsa tradi
de huius Orphei sapientia, quum Thracum sit nescire literas. Ouidius libro XI. Meta.
scribit, Orpheum uatem fœmineum amorem in puerorum uenerem transferentem, à fœ-
minis interfectũ fuisse, lyra & capite eius in Hebrum amnem proiectis. Fuit alius Orpheus
qui scripsit argonautica: alius qui de lapidibus.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXXIIII.

De origine, fine, ac uiribus Rhetoricæ.

RHETORICAE primum in Sicilia Corax & Ctesias Syracusani, ut
ait Cicero, simul & procœmiorum, & epilogorum, ac argumentationum,
quas Græci agonas uocãt, repertores fuere. Inde Athenas per Gorgiam
Leontinum fluxit, cuius discipulum Isocratem Aristoteles tunc æmula-
tus, scholis pomeridianis cœpit præcipere, dictitans illud notum, Αἰσχρόν
γὰρ σιωπᾶν, τὸν κράτιλλον ἐᾶν λέγειν. Eodem ferè tẽpore Theodectes, post hos
Hermagoras & Hermogenes, qui etiã de arte scripsit. Inde Rhodum per
Aeschynem exulem ars peruenit. Postea deflorescẽtibus iam Athenis, Alexandriã migra
uit, quanq; celebriore philosophię studio ea urbs teneretur: postremo Massiliæ per Anto-
ninorum tempora cum huius facultatis, tum reliquarũ artium uiguere. Apud nostros ue-
ro Romæ Ciceronis temporibus maxime floruit per Apollonium Molonem. Cicero ini-
tium orandi conditoribus urbiũ & legislatoribus tribuit, negatq; ante Periclem quicq; in
ea quod ornatum habuerit reperiri. Finis eius, ut Aristoteli placet, non persuadere, sed tan- *Finis rhe-*
tum benedicere, & ea nosse quæ sint ad rem persuasibilia: ueluti & medicinæ, non sanitatẽ *toricæ*
quærere, sed bene mederi, & eò arte procedere quouscq; fieri poterit. Cicero idem in arte
sentit alijs uerbis: Finem his apte dicere atq; adposite, quæ faciunt ad persuadendum. Pa- *De uiribus*
rem & hanc item uiribus dialecticæ Aristoteles facit, nisi quod illa strictior, hæc latior: am- *eius*
barumq; nullius certæ scientiæ, sed communem quendã modum omnium nosse: aliarum
quidem artiũ præter has nulla inter se pugnantia syllogisat. Huius igitur facultatis magna
uis est, ut ait Quint. nec ulli ueterum satis pertractata, quam si quis rite sectatus fuerit, un-
gues tondere, aut capillũ reponere non existimabit ad curam suã pertinere: quodq; mirum
quum cæteræ artes iudiciũ doctorũ exquirant, hæc etiã imperitorum. Quapropter ex De-
mosthenis sentẽtia, nulla huic res magis q̃ pronunciatio cõferet, quæ corporis eloquentia *Pronuntiatio*
putatur. Hac igitur una re uel indocti sæpe dicendi famam quærũt: itaq; ubiq; clamant, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

dextram eleuant: multaq; uoce, anhelitu, iactatione corporis contẽdunt. Iam manum ad pectus reuocare, ferire caput, pede terram incutere, mire ad pullatũ circulum facit. In his uero qui defecerit, uel doctissimus nihil scire putabitur. Quamobrem modestis tãtum hæc facultas ediscenda ut uirtutis, cæteris ut adrogantiæ instrumẽta fugienda. Archidamus Lacedæmonius interrogatus an esset Pericle potentior, respõdit: quamuis Pericles in bello sit à me uictus, ea tamen præditus est facũdia, ut quum de his ratiocinetur, non uictus sed uictor appareat. Quidam qui philosophiã simul cum eloquio profitebatur, à medicina alioqui alienus, Aristotelis physicam uerbis & ostentatione iactabat, medicos non rite morbos curare monstrãdo, quumq; arte inferior esset, uincere uulgo putabatur. author utriusq; Eunapius in sophistis. Multi igitur uirtute modestia præditi, eloquentiæ seu naturæ defectu, inferiores nocentibus habentur. Cice. de admini. prouin. ad Q. fratrem ad hoc propositũ ait. Atq; is dolor est, quum illi te innocentia non uincant, uincunt tamen artificio beneuolentiæ. Et in alio loco: Magis ineptijs quàm uoluntate peccat. Ex quo Euripides ait: τυραννικὸν γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ λέγειν. Tyrannicum quoddam, multa scire dicere. Ego uero collatis ueterum ac nouorum exẽplis, quæq; audiui, quæq; legi, partim etiam uidi, adfirmare ausim paucissimos uiros bonos eloquentes inueniri. Hac præditi facultate homines in ciuitatibus plerũq; conturant, seditiones agitant, decipiunt, blandiũtur, mordent, cauillantur, libidinem sibi ac uoluptates conciliant. Demum ab orthodoxa fide plurimi eloquio confisi desciuerũt, sectæq; ac superstitiones hinc pullularunt, ut non frustra sibi conscius Cice. dicat in lib. de orat. Si alterutrum optandum, indifertam prudentiam malim, quàm imprudentẽ mihi eloquẽtiam esse. Et Cato ex eadem causa oratorem uirum bonum uocabat: & Statius Cæcilius in suis poematis, ut Apuleius in apologia testatur, dixit innocentiã eloquentiam esse, quod si causam hanc rationibus & exemplis, quibus possem declamare uelim, longius proueherer, sed alterius fortasse loci.

Archidamus
Pericles

De ipsius multiplici diductione ex Aristotele, Hermogene, Cicerone, Quintiliano.

ORVM autem quæ persuadent, fidẽq; faciunt, aut sine arte sunt, & per nos non fiunt: ut testes, scripta, leges: aut cum arte, & per nos, hoc est, per artem & rationem nostram fiunt. Et harum rursus tres species, aut per adfectus, adficiendo aliquo modo auditorem, aut per demonstrationẽ, seu certo per apparẽtem demonstrationem. Demonstrationem faciunt syllogismus, & inductio: uoco autem syllogismum rhetoricum, enthymema: inductionem, exemplum aliquid. Enthymematũ uero quædam necessaria, quædam ut frequẽter contingẽtia, quæ ex uerisimilibus & signis constant. Verisimile est factum ut plurimum contingens: sic se habens ad rem, sicuti uniuersale ad particulare. Signum uero sic se ad illud quod est signum, ut particulare ad uniuersale. Genera omnino tria sunt: deliberatiuum siue dialecticum, iudiciale, & demonstratiuum siue epidicticon. Deliberatiui hortatio & dehortatio est: tempus uero futurum. Finis autem utile & inutile. Iudicialis accusatio aut defensio, tempus præteritum. Finis iustum & iniustum. Demonstratiui laus & uituperatio: tempus præsens: secundum enim præsentia laudant aut uituperant omnes, quanquam & facto & futuro adijciunt laudes. Finis honestum & turpe. hactenus ex Aristotele. Hermogenes quæstiones rhetoricæ finitas & infinitas ponit. Infinitæ, quæ remotis personis & temporibus & locis, cæterisq; similibus, in utramq; partem

θέσις

tractantur, quas Græci θέσεις appellant. Cicero propositum. Alij quæstiones uniuersales ciuiles, alij philosophicas. Hoc genus sententiã & actionem distinguit, ut sit scientiæ, an prouidentia mundus regatur: Actionis, an ad rempub. accedendum. Prius trium generum est: an sit, quid sit, quale sit. Sequens autem duorum, quomodo adipiscamur, quomodoue utamur. Finitæ quæstiones sunt ex complexu rerum, personarum, temporum, aliorumq;

ὑπόθεσις

θέσεις à Græcis dicũtur: à nostris uero causæ. In his omnis quæstio quam alij negocium, alij causam dicunt, circa res personasq; consistere uidetur. Amplior est semper infinita. Verbi gratia: infinita, an uxor ducenda: finita, an Catoni ducenda. Cice. in primo rhetoricorũ, materiam rhetoricæ in thesim & causas diuisit: thesim nihil ad oratorem pertinere contendit, sed tãtum ad philosophos. Verum ipse postea hos improbat libros: & in libris de oratore, & in oratore, & in topicis præcipit, ut à proprijs personis ac temporibus auocemus controuersiam: quia latius dicere licet de genere q̃ de specie: & quod in uniuerso probatũ est, id in parte probari est necesse. Status causæ, ut ait idem in eodem, & Quintil. in quo res maxime uer-

Status causæ

me uertitur: hãc στάσιν Græci uocãt. Theodectes uero κεφάλαιον γοιικώτατον. i. caput generalissimũ, siue summã ad quã referũtur omnia: ut feciſti, nõ feci. Status est, an fecerit. In cõsultatione, fit cũ dicit bellũ sumendũ, nõ sumendũ. In demõstratione, Adsecutus, an nõ adsecutus hãc laudẽ fuerit. Vtraq; in iudiciali statu, nostri hodie legulei punctũ iuris appellãt. Partes rhetoricæ secundũ Cice. & itẽ Quin. quinq;. Inuẽtio, dispositio, elocutio, memoria, pronũciatio. Oratoris officiũ, docẽdi, mouẽdi, delectãdi. Ad docendũ, expositio & argumẽtatio, ad mouendũ adfectus pertinẽt, qui in omni quidẽ causa in principio ac fine dominãtur: nam delectatio quãuis in utraq; sit, magis tamẽ proprias in elocutione partes habet. In deliberatiuis cõsultãs circa qualia uersãt, i. bona an mala, quorũ principiũ in nobis est, quæ possunt aut nõ possunt fieri. Hic præcipuè spectandũ, quis apud quẽ quid dicat. De quibus autẽ cõsultãt homines in rep. secũdũ Aristotelẽ quinq; existimant, de uectigalib⁹, de bello, de pace, de custodia regionis, de exportãdis & importãdis, de legislatione. Laus autẽ communẽ habet cũ cõsultatione speciẽ: nã quę cõsultationi subieceris, hæc mutato noĩe laudes fuerint. Iudicialiũ uero causarũ aliæ in singulis, aliæ in pluribus cõtrouersijs cõsistũt. Porrò omnis causa inficiatione duplici est: Factũne an hoc factũ sit: præterea defensione, altercatione cõstat. Quæstio è scripto est aut ex facto. His accedit rerũ fides, proprietas, qualitas, scriptũ, uerborũ uis, aut uolũtas: in quib⁹ uis tũ causarũ, tũ actionũ inspici solet, quæq; aut scripti & uolũtatis, aut ratio naturæ aut ambiguitatis, aut rerum cõtrariarum specie continetur. In omni porro causa iudiciali quinq; sunt partes, quarũ exordio cõciliatur audiens: narratione ꝓposita cõfirmatur, cõputatione aut memoria reficitur, aut animi mouentur: his argumentandi & adficiendi loci sunt, ac genera quibus placari ac resolui iudices oportet.

Rhetoricæ partes quinq;

Iudicialium diuisio

DE ELOCVTIONE, AC DICENDI GENERIBVS.

ELOCVTIO uero quã Græci φράσιν appellãt, pars orationis difficillima est, quæ ꝓpriè ad oratorẽ pertinere uidetur: nam M. Antonius aiebat se multos uidisse disertos: eloquentẽ uero neminẽ. Et Cicero inuẽtionẽ ac dispositionẽ prudentis hominis putat, eloquentiã oratoris. Nostra præsertim ætate hanc tantũ usui cernimus, cũ cæteræ iam exoleuerint: nã iudicia priscorũ penitus sublata, & modus alter introductus. Elocutione uero utimur ad epistolas, orationes, cõsultationes, panegyrica, epithalamia, epitaphia, epitreptica. De quib⁹ omnibus præcepta tradit Dionysius Halicarnasseus, à Theodoro Gaza cõuersa: nonulla etiã Demetrius Phalereus & Absines, quorũ libri ad nos usq; peruenerũt. De hac igit pauca ac magis necessaria dicã. Dictio in primis uaria reperit. Est enim philosophica, uelut uirgo grauis & speciosa, ut ait Cicero, nulla agitatione, aut cõtentione, quam Pythagoras & Plato retinuere. Hi & persuasione quadã in dicẽdo utũtur, semper eodẽ modo se habẽtes: nã pedestris & numerosa Platonis oratio est existimata. Secunda politica, in qua principes fuere Miltiades & Cimon, & Themistocles. Tertia dialectica, in qua excelluere Demosthenes & Lycurgus, ubi de cõtrouersia agit facti. Quarta sycophantica, quæ uersat in calũnia & maledicẽtia, in qua prestitere Aristogiton & Hegemõ. Quinta adsentatoria, in qua nominãtur Demades & Aristobulus. Sexta sophistica, quæ ꝙ plurimos habuit sectatores, par est diffusius aliquantulũ de ea ex Philostrato narrare. Sophisticã antiquã, philosophantẽ rhetoricã dicere oportet, quũ de eisdẽ ferè rebus disserãt sophistæ atq; philosophi: nã quæ illi interrogationes ꝓponẽdo, circaq; quãlibet parua dubitãtes se nescire fatẽtur: antiqui sophistæ uti certi loquũtur. Igitur exordiũ eis differẽdi huiusce modi est. Hoc scio, hoc intelligo: itẽ nihil homini stabile. Siue hic modus procœmiorũ splendorẽ addat orationi, siue constantiã, seu etiã per hoc manifesta fuit, de quo disputat adsumptio. Cõuenit sanè uaticinio humano, quod Ægyptij & Chaldæi, ac ante hos Indi per astra inuestigati sunt. Cõuenit & diuino, sic Pythia loquẽte. Noui ego arenæ iã numerũ, metrũq; profundi. Itẽ, Lignea Tritoniæ dat mœnia Iuppiter almæ. Tunc uero & Orestes & Alcmeon matricidæ, ac pleraq; alia ueluti sophistæ se ueteres exercebãt, eãq; longius ac planè mẽbratim oratorio more ampliatã exornabãt, ut de dijs, de heroibus, de iustitia, de fortitudine: interdũ etiã altius de ipla mũdi forma differebãt. Noua uero quæ potius secũda dici debet, quũ illa uetus sit: sophistica, pauperes, diuites, tyrãnos, denicq; res gestas oĩs materiæ nomĩib⁹ subijcit ꝓprijs. Prima siquidem à Gorgia Leõtino originẽ habuit. Secũda ab Æschyne Atrometi filio cũ excideret rep. Athenienſiũ, traditis ab utroq; illorũ præceptis: deinde sup his exercitationibus. Extẽporalis facũdiæ fontẽ quidã à Pericle primũ deriuasse adfirmãt, ex quo magnus ille linguæ po-

Epistolæ
Orationes
Panegyrica
Epithalamia
Epitaphia
Epitreptica

De sophistica ex Philostrato

De extemporalitate

tentia putatus est. Aliqui uero à Pythone Byzātio, quem Demosthenes solū Athenīesium ut audacem in dicendo, longeq; fluentem taxat. Nonnulli autem ab Æschyne, qui primum Rhodi Mausoleum Cariæ subita laude cōmendauit. Mihi autem uidetur, ait Philostratus, Æschynem ipsum & in legationibus, & in iudicijs, ac concionibus, multa sanè ex tēpore dixisse, ac tantūmodo orationes scriptas reliqsse, ut in cura ac diligētia haud multum Demosthene inferior uideatur: attamen extēporalitatis inuentū Gorgiæ trado. Hic primū Athenis prodiens, ingenioq; fretus: proponite, inqt, ostentans se ad respondendū subito paratū, nihilq; penitus ignorare. Vnde postea Prodicus Chius excitatus, librū scripsit, ubi uirtus ac uitium muliebri specie Herculē circūstetere, atq; hæc qdem uario elegantiq; cultu ociū deliciasq; offerre: illa uero humili figura laborē tristitiāq; polliceri: deniq; longo inter se sermone cōtendere uidebātur. Idem Prodicus demōstratiuū genus primus instituit, ciuitates oberrans ac demulcens, iuxta Orphei ac Thamyræ consuetudinē: ex quo apud Thebanos in magnis fuit honoribus, maioribus etiā apud Lacedæmonios, à quibus ut hæc iuuentutē doceret, magnopere rogatus est. A Gorgia postea agitatus, q obsoleta sæpiusq; dicta traclaret: ad extemporalitatē ab eodem inductus est. Sed & ipse Gorgias haud expers æmulorum dicitur fuisse. Erat siqdem Athenis Chærephon nomine, nō quem comœdia Buxeum uocabat: ille uero ob studij laborem tabe adfectus fuerat: hic autem Gorgiæ studia subodoratus: quare, inqt, ō Gorgia, fabæ inflationē aluo faciūt, igni nequaq; ? Ille uero haudquaq; cōmotus: hoc, inqt, tibi ad cōsiderandum relinquo: ego uero illud iādiu noui, q terra ferulas cōtra tales gignit. Eloquentiā animaduertētes sophistarū Atheniēses, foro eos ,phibuerunt, tanq; iustitiā peruertentes. Ex quo Æschynes & Demosthenes publice quidē alternas cōtumelias operimēto iustitiæ prætexerūt: priuatim autē re uera famam ex his quærētes. Ipsumq; Demosthenē sanè constat gloriatū olim apud amicos, iudicum sentētias ad suam ipsius uoluntatē quādo liberet se posse cōuertere. Neq; Æschynes Rhodi docere potuisset, quæ nescīret: nisi in his prius Athenis exercitatus. Sophistas igitur antiqui non solū claros oratores uocauere: sed philosophos copiose, apteq; dicētes. Hæc Philostrati ex libro sophistarum ad hunc locum cōuerti. Aristoteles autem x. Eth. ait: Scientiā gubernādæ reipub. sophistæ profitenī: quorū nullus remp. gerit. Boœtius sophisticā in malam accipit partem, cauillationēq; esse dicit. Alcinous eum à philosopho differentē facit, q uideri potius q̄ esse uelit. Suidas oratorē ait illū esse mercenariū & deceptorē. Plato in Protagora, & pluribus in locis sophistas exagitat, tanq; corruptores nō ,pfessores ciuilis disciplinæ, qq; uerbis magis q̄ rebus cōtendant. Sed & in Gorgia maxime oratores non legitimos ridet, qui uerisimilia uero anteponētes, populū ac seipsos fallunt, illosq; cocis & adulatoribus cōparat, qui delectabilia potius q̄ salubria proponūt, atq; offerūt, legitimos aūt medicis. Appellat enim non legitimos, qui philosophia, bonisq; artibus carēt. Nam & philosophi & dialectici præcipuū officiū indagādę ueritatis, diuidēdiq;, & cōponēdi. Et in Phīlebo pfectū dicit dialecticū, i. metaphysicū, tāq; deū honorādū esse: quapropter uerū oratorē sine his sciētijs nō esse.

Gorgias

Prodicus Chius

Chærephon Athenienſis

Chærephon Buxeus

DE PARTIBVS ELOQVVTIONIS

CONSTABIT igitur eloquutio partibus octo: compositione, dictione, sentētia, methodo, colis, pausa, numero, figura. Cōpositio tris habet partes Quintil. præcepto: ut sit emēdata, lucida, & ornata. Prima ad grāmaticos pertinet: ut barbarismi solœcismiq; fœditas euitetur. In barbarismū incurrimus non solū accētibus, sed modo: ut lābdacismo, iotacismo, plataciſmo, cœlostomia: quæ omnia in orthoēpia cōsistunt. Dilucidā faciet orationē perspicuitas: uerba Latina usitata nō peregrina, nec accersita: non asyndeta, id est, disiuncta: cum multa uerba sine cōiunctione obscurēt sensum. Ornatus uero ex figuris alijsq; partibus constabit: de quibus postea dicemus. Ad cōponendū præterea Quintilianus monet agrum non utilem esse: eo q amœnitas aeris, auium concentus, uirentiūq; iucūditas, ingeniū distrahunt: magis autem septum, nec admodū laxum sub tecto habitaculū eligendū. Hinc ait Iuuenal. Qui facis in parua sublimia carmina cella, Vt dignus uenias hederis & imagine macra. Dictione: ut sit dictio Latina & usitata, quēadmōdum supra dixi. Sententia multiplici potestate in oratione ponitur: ut dianœa, chria, apophthegma, adagium, siue prouerbiū, paradoxa. Chriarum plura genera eodem teste authore: unum simile sententiæ, quod in simplici uoce consistit: ut alicuius dicti quod ad mores pertinet cōmemoratio, quæ à Græcis etiā ethilogia uocatur: ut omnis laus in actione consistit. Est etiam Chria genus exercitationis breui argumētatione sententiā propositam demonstrans

Lābdacismus
Iotacismus
Plataciſmus
Cœlostomia
Orthoepia
Locus ad componendū aptior.
Dictio
Sententia
Dianœa
Apophthegma
Adagium
Chriarum genera

monstrans, cuius plura exempla utriusq; linguæ authores ponunt, trahitq; etymon ab usu & utilitate. Verbi gratia. Fugienda est maxime corporis uoluptas: ea siquidem ob breue delinimentum innumeros perpetuosq; parit dolores, mētemq; à rerum utilium cōmercio exercitationeq; auertit, infamiā gignit, & animi corporisq; uires euacuat. Voluptati præterea deditos nullius uidemus apud homines existimationis. At cōtra eos qui cum sobrietate ac castimonia uitam duxerint, maxime utiles reipub. maximisq; propterea honoribus adfici. Hæc etiā præcipuè amatur à belluis, quibus deus diuersam à nobis ignobilioremq; tribuit naturam, ut quę illas oblectant, nos fugere omnino debeamus. Et sic reliquæ. Apophthegmata uero dicta sunt sapientum. Paradoxa item, sed præter opinionem aliorum, ut omnes diuites serui. Cola κῶλα sunt membra orationis perfecta, ex his breuia & asyndeta, id est, sine coniunctione aptiora sunt epistolis & sermoni, longa & coniuncta orationibus. Methodus ars est præcipitatioq; styli. Est enim stylus quem Græci χαραχτῆρα uocāt. Is imitandus qui maxime secūdum naturā sit, ex omnibusq; authoribus nō omnia, sed præcipua melioraq; sumenda. Asiani exuberātius seu potius uerbosius, inter quos Ciceronem Brutus notauit, qui elixum & exanguem eum uocauit. Attici simplicius & elegantius, inter quos Caluus fuit: ex Græcis uero Lysias. De characteribus antiquorū scripsit Dionysius Halicarnasseus, nonnulla etiam Dion, uterq; Demosthenis atticismū omnibus præferunt. Præcipit insuper Quintilianus candidos maxime legēdos & imitandos, ut Ciceronem & Liuium: nec omnia sua nimis diligenda Ouidij more, nec rursus per morositatem omnia abijcienda, statuēdumq; quandoq; iudicij inuentionisq; modum. Præter omnia cauēdum in imitatione ab impudentibus furtis, in quo Celsi duo notati fuere. Primus Albinouanus cognomento, ab Horatio. Quid mihi Celsus agit monitus multumq; mouendus Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo: Ne si forte suas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus. De altero cuius medicinā habemus Quintilianus ait: Græcinum transcripsit, eumq; mediocris appellat ingenij, quo profecto post Ciceronem nihil legitur elegantius. Cōmata nos incisa dicimus, de quibus, deq; Rhythmis in grammaticæ parte diximus. Est rhythmus quo numerosam facimus orationē. Res enim numeris augemus atq; ornamus, numeros qualitas uerborū facit, si tumida sint, siue hiātia, siue depressa. Præterea si restringere forte periodum uolumus, id iambo in fine faciendū, ut Cicero Quintilianusq; tradūt: Seu uerbo proparoxytono, id est, quod accentum in antepenultima retineat. Verbi gratia Diuturni silentij Patres. C. quo his tēporibus usus eram, nō timore aliquo, sed partim uerecundia, partim dolore, finem hodiernus dies attulit. Epistolaris breuitas rhythmos omnino respuit. Mora siue pausa Græce ἀναπαύσις, est animi requies, quæ reficit lectorem, ac sensibus lumen accōmodat. Huius Stigmæ, id est, notæ siue distinctiones duæ: Telia & Hypotelia, id est, perfecta & imperfecta. Prima quæ proprie distinctio uocatur, est ubi tota sententia requiescit, ut optime quidem ac pulcherrime ueteres philosophati sunt. Altera quæ subdistinctio dicitur, est cōstitutiua particularis sententiæ perfectæ secūdum dictionē quæ inferri aliquid significat, ut deus æternus est. Schema maxima pars orationis, & quæ maximum præstat ornatum: uocaturq; oratio ἐσχηματισμένη, id est, figurata: quæ autem minime figurata, ἀσχημάτιστος. De his plurimi scripsere authores. Cæcilius, Dionysius, Rutilius, Lupus, Cornificius, Viselius, Celsus. Tropus autē, quem Caius, Aristarchus, & Proclus uerborū figuram appellauere, est sermo à naturali loco in aliū ornatus causa trālatus. Figura est conformatio quædam orationis remota à cōmuni ratione. Primum igitur Tropi XXIIII. solent poni. Allegoria, metaphora, catachresis, id est, abusio, metalepsis, metonymia, ænigma, synecdoche, onomatopœia, periphrasis, hyperbatō, anastrophe, sylepsis, parapleroma, hyperbole, eclypsis, pleonasmos, antiphrasis, exoche, ,pſopopœia, parabola, antapodosis, paradigma, antonomasia, ironia. Figuræ uero aut sententiarū, aut uerborum Græce schemata dianœæ, & schemata lexeon uocantur. Sentētiarum figuræ sunt Synathresmus, quādo res multæ in unum caput cogūtur, ut populi tumultuātes, ciuitates rebelles, domus inter se diuisa, coniuges discordes. Epimone in eodē permansio augmenti gratia. Leptologia quādo res minutatim narrat. Prosopopœia qñ sermonē damus inaniatis. Aposiopesis quū quę relinquūtur tacēdo significātur: ut, Quos ego, sed motos præstat cōponere fluctus. Paralepsis qñ fingētes aliquid nolle dicere nihilominus dicūt: hæc occupatio in rhetorica ad Herenniū dicit. Apostrophe quādo ab uno ad alterū uertimus sermonē.

Cola
Aſyndeta
Coniuncta
Methodus
Characteres dicendi
Aſianus
Atticus
Celſus Albinouanus
Cor. Celſus
Tro. XXIIII
Schemata lexeos
Synathreſmus
Epimone
Leptologia
Proſopopœia
Aposiopeſis
Paralepſis
Apoſtrophe

Diaporesis Virg. At tu dictis Albane maneres. Diaporesis quādo de re una plures succurrūt sententiæ, quarū quæ uera sit dubitamus. hæc dubitatio dicitur ad Herennīū. Erotema breuis interrogatio, ut. Nū nunc è tumulo fortunataq; fauilla nascētur uiolæ? Diatyposis quādo sub uno adspectu uidētur agi res. Metathesis quādo ab una re causam in aliā transferimus. Epanaphora repetitio eiusdē dictionis: hęc ad Herēnīū repetitio dicit. Verborū uero figuræ. tautologia idem ferè significantiū uerborū positio, ad rem agendā siue demōstrandā, ut diruit sustulit, eripuit, auulsit. Palilogia repetitio eiusdē uerbi. Anadiplosis duplicatio dicitur ad Herennīū, ut ille meos tulit ille meos. Antistrophe cōuersa cōscriptio, ut quibus cum, quos inter. Climacoton gradatio dicit ad Herennīū. Pleonasmus & itē Eclypsis cōtraria inter se, altera superabūdat, altera deficit. Exēplū primę, Seruitutē seruio, uitā uiuo. Exēplū secūdę, Cras in Tusculanū, scilicet ueniā. Enallage siue cōmutatio siue alteratio etiā Atticorū est, quādo casus pro casu, tēpus pro tēpore ponitur, ut hostis habet muros: & iā multos annos est. Metabole est cōmutatio quādo idē diuersis sentētijs replicat. Zeugma quādo diuersa membra unā coniūgit dictio. Quintil. Synezeugmenon appellat, ut lictor pedibus, prætor equo, cōsul curru uectus in urbē ueniūt. Hypallage siue Epanorthosis, quando corrigimus dictū, ut accusabo ego nō dico patientiā, sed ignauiā. hæc correctio ad Herennīū dicit. Isoteleuton & Isoptoton. i. similiter desinēs & similiter cadens ad Herennīū uocat: quādo uerba similiter desinūt. Parison Philostrato, Isocolon Quintil. ad Herennīū uero cōpar dicitur quādo membra nō solum similiter cadūt, sed & eundē numerū & penè tēpus retinēt, ut de hostibus uictoriā retulit, patriæ salutē attulit, sibiq; magnū decus cōtulit. Asyndetō quādo ob breuitatē sine coniūctionibus teximus orationē, quod epistolis cōuenit. Polysyndeton, id est, ualde adligatū, contra primæ naturā, ut unā eurusq; notusq; ruunt. Antitheton cōtrarijs inter se sentētijs. fit enim pluribus modis. Hæc omniū figurarū pulcherrima frequētiorq;, ut hic probus in uirtute agēdo semper est pauper, ille improbus in scelere semp fortunatus. Itē, Crœsus tot opibus munitus tam à suis dilectus, cito corruit: hic tyrānus nulla ui septus, suis maxime infensus longo tēpore durare poterit? Parangelma quādo magnas humili oratione: humiles uero alta enūciamus. Ecphrasis à Latinis descriptio dicitur, inter progymnasmata est, & genera exercitationis, quū rem aliquā apte, ac floride uerbis describimus, & ante oculos ponimus, ut nemus describpturi dicimus. Arborū folia lasciuiūt tenui zephyro, Aues concentu murmurant, Riuus aquæ subterlabens umbrosos irrigat aditus, Molles herbæ dulces recūbentibus prębēt thoros. Prepon, cum cuiq; personæ, ppriū adsignamus sermonē pro dignitate statuq; illius: quod poetæ maxime cōuenit. Tropos aūt, ut supra dixi, figuras quidā uerborū dixere. Sunt autē, Metaphora omniū pulcherrima & necessaria, quā trāslationē dicimus. Allegoria quādo sub uerbis alienis latet alius sensus, perpetua em metaphora allegoria est. Ænigma uero differt ab illa, q hoc maioris obscuritatis. Antonomasia siue metonymia, nomē pro noīe ponit, ut Mars pro bello. Synecdoche, quū nō plenè rem ostēdit, quasi extra indigeat alia mōstratione uocabuli. Fit pluribꝰ modis, ut Summa descēdens aureus arce. Et tristis thorus, lætę nuptiæ. Onomatopœia quę rebus uocabula fingit, ut apiū bōbus, hinnitus equi, ranarū coaxatio. Syllepsis. i. cōprehensio, qñ res plures sub uno tpe aut casu cōprehēdunt, ut Boreas unà zephyrusq; ruūt. Antiphrasis cū cōtrario cōtrariū significamus, ut lætū mors, bellū pugna. Exoche excellētia, ut poeta pro Homero, philosophus pro Aristotele. Parabola similitudo siue cōparatio. Metalepsis trāsumptio. Ironia cū per irrisionē quandam cōtra quid sentimus, significamus. Huius partes quatuor: Canchasmus, mycterismus, sarcasmus, astismus, id est, cachinnatio, subsannatio, urbanitas. Sunt præter hæc figuræ quædam dictionis, quas Græci πάθη uocant, quum aut augmēto aut diminutione patiūtur: uidelicet Ectasis quum syllaba breuis producitur, quę apice distinguenda est secūdum Quintilianū, ut uitā dederitis: & apud Homerū ἄρεϊ ἄρες. Systole quum longa corripitur: ut, unius ob noxam. Epectasis quum syllaba in medio auget ur: ut apud Heliodum, ἐκπεπλάσθω & ἐδύη ἐδωδή. Apud Latinos Induperator. Huic cōtraria syncope, quæ de medio tollit, ut amarunt. Prothesis addit in capite: Aphæresis contra tollit: ut, Stlites pro lites, & temnere pro contemnere. Diaplasmus additio consonantis in medio, ut rettulit: & apud Græcos ἐρέτωσαν. Contra Paraptosis quando litera demitur, ut κάλιον pro κάλλιον. Apud nos uero Megalesia pro megalensia. Proschematismus additio syllabæ in ultima, ut amarier pro amari: & apud Græcos τουτοσί. Contra Apocope, ut mi pro mihi. Apud Græcos δῶ pro δῶμα, & ἀπόλλω pro ἀπόλλυμι. Diæresis diuisio uocalis.

Prepon
Tropi
Metaphora
Allegoria
Antonomasia
Synecdoche
Onomatopœia
Syllepsis
Antiphrasis
Exoche
Metalepsis
Ironia
Figuræ dictionis
πάθη
Ectasis
Systole
Epectasis
Syncope
Prothesis
Aphæresis
Paraptosis
Proschematismus
Apocope
Diæresis

dictionis,

dictionis, aut diphthongi, ut apud Ouidium Elegeia pro elegia: & apud Virgilium, Aulai in medio. apud Homerum uero ἔπει pro ἕπεα. Synæresis contra, quando è duabus fit una, ut conicio, Antoni pro Antonij, audit pro audijt, efficiturq; longa. Apud Græcos autem late patent Synæresiata, ut πιέω πῶ. Hactenus quæ quātitate patiūtur dictiones. Deinceps quę qualitate. Sunt enim sex, Synalœphe, Metathesis, Metaplepsis, Enallage, Metaschematismus, Antithesis. Synalœphe est duarum syllabarum per uocales unio. fit autem apud Latinos uno tantū modo, quum ex duabus uocalibus una fit lōga, ut dī pro dij: apud Græcos uero pluribus modis: primum simpliciter quadrifariā, per Eclipsim, id est, expulsionē, ut ἐπὶ ἐμοῖ, ἐπ' ἐμοῖ. Per crasim, ut τἀλλα, τἀμά: quod accidit quando breuis excluſa producit sequentem. Apud nostros hoc etiā fit, præsertim comicos, ut actum est, actust. Per synæresim, ut νεφώδεα, νεφώδα. Compositæ item totidē modis, primum per eclipsim & crasim, ut κἀγὼ ἐγὼ, κἀγώ. Expellitur enim i, unitur a: & e breuis in a longum uertitur. Per eclipsim & synæresim, ut ἐγὼ οἶδα, ἐγ' ὦδα. remouetur enim o, & unitur ω. Per crasim & synæresim, ut ὁ ἀπόλλων, ὠπόλλων. cōnectitur enim o & α in ω. Coniungitur insuper ω & ι per eclipsim & crasim & synæresim, οἱ πόλοι, ὦπόλοι, amouetur enim ι ex diphthongo, & cōglutinatur o in ω. Est præterea quædam propria synalœphe, quæ coniunctis duabus dictionibus uocalem secundæ dictionis in u conuertit, ut τὸ ἓλεον, τοὖλεον. τὸ ὄνομα, τοὔνομα. Est alia in hoc genere figura, quæ Metathesis dicitur, siue paragrammatismus, quando literæ seu syllabæ aliquæ mutantur, ut arcesso pro accesso: & apud Græcos κάρτος pro κράτος. In literis tātum Valesij pro Valerij, & Fusij pro Furij: apud Græcos uero τύρσενος pro τύρρηνος, & πύσμα pro πύῤῥος. Sunt item quæ ad locutionem pertinent Progymnasmata, id est, præexercitationes apud Hermogenem & Aphthonium, uidelicet μῦθος fabula, causa ueritatis alicuius inducta: partes eius Promythion ipsa fictio, epimythion sensus. Deinde διήγημα narratio, quæ differt ab alia principali: hæc particularior in rebus quibusdam, cuius uirtutes breuitas, perspicuitas, uerborum proprietas. χρεία Chria dictum breue alicuius sapiētis, cum authoris adlegatione. γνώμη, sentētia, idem quod chria, sed sine authoris adlegatione. κατασκευή confutatio, & κατασκευή confirmatio seu probatio rei alicuius. ἐγκώμιον laus. ψόγος uituperatio. σύγκρισις comparatio. ἠθοποιία ethopœia, quum mores exprimuntur. & uerba introductæ alicuius personæ: cuius partes Idolopœia, quum iam mortuis datur sermo, & Prosopopœia etiā rebus inanimis. ἔκφρασις, descriptio, quum aliquid describēdo ante oculos ponimus. θέσις positio, & hypothesis, de quibus supra dixi. Cōmunis locus. Latio legis

Synalœphe
Ecclipsis
Crasis
Metathesis seu paragrammatismus
Progymnasmata
Fabula
Narratio
Chria
Sententia
Confutatio
Confirmatio
Laus
Vituperatio
Comparatio
Ethopœia
Descriptio
Ecphrasis
Thesis
Hypothesis
Communis locus
Legislatio
Memoria

DE MEMORIA.

MEMORIAM quartam orationis partem summumq; hominis bonū ponūt, cuius tanta uis est, ut Iarchas philosophus Indus, ut scribitur apud Philostratum in uita Apollonij, eam secūdum deos esse uoluerit, omniaq; præter eam senescere dixerit. Hac maxime præstitere Themistocles, qui perconranti an uellet memorandi artem ediscere, respondit se potius uelle obliuiscendi. Nicias item Pyrrhi regis legatus, qui uno die nomina omniū senatorū edidicit. Carneades quoq; philosophus. Mithridates qui XXII. linguas edidicit, quot gentibus imperabat. Cyrus rex, ut Quintil. & Plin. authores, nomina militum cunctorum in exercitu tenebat. Hortēsius, teste Cicerone, orationē ijsdem uerbis scriptitabat aut pronūciabat, quibus meditatus est. Summi item uiri quādoq; excidisse in dicendo legūtur, ut Demosthenes apud Philippū legatus, & Theophrast. Ephesius dicturus in cōcilio Ariopagi. Herodes Atticus coram M. Antonio. Heraclides Lycius sophista corā Seuero principe, ut ait Philostratus. Nostra uero ætate uidimus Bartholomeū Sozinum Senensem in iuris scientia principem apud Alexandrum sextum nouum pontificem de more pro Senēsibus orantem, principio ferè orationis excidisse, nullumq; deinde uerbum pronunciasse. Detrimētum hæc pars animi præter omnia sentit, aut senectute, aut morbo, ut Orbilio grammatico, & Messalæ oratori, ac Hermogeni sophistæ contigit: nostra item ætate Georgio Trapezuntio, qui omnes literarum obliti fuere. Messala etiam sui nominis in quodam morbo. Artificialem repperit Simonides Cæus poeta: nam dum cœnaret in Thessalia apud Scopā diuitem uirum, cum conclauis ruina omnes præter eū perijssent, dicit sepulcro mādare suos uolētibus, nomina mortuorū cōfuse iacentiū ex ordinis mensæ memoria dixisse. author Cice. de oratore.

Qui memoria exciderūt

Artificialis memoriæ inuentor Simonides

Adagia

Universidad de Deusto
Biblioteca

NT igitur meditātibus res facile ſuccurrāt,præter ea quæ ſupra philoſophis dicta narrauí,pauca nūc alia ex utraq; lingua,quaſi uiā ad alia cōquirēda, ſum afferre conatus,ac primum Græca adagia ex Tarræo & Didymo. Hi nonnulla in hoc genere ex authoribus excerpta poſuerunt:uerum quod ea magna parte ſint poetarum loci obſcuriores,qui ad rem minime pertinēt:ea tantū tam ex illis quàm aliis delegi, quæ uſui Latinis eſſent,tum ad elocutionem,partim etiam ad prudentiā facerent. Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. Delphinū natare doces. In eum qui doctos docere uult. Ἐς ἀθηνᾶν. Sus Minerua. ex cauſa ſupradicta ponitur à Theocrito poeta. Ἰλιὰς κακῶν. Ilias malorum. In ærumnis & laboribus. quod Cicero & Propertius uſurpāt. Πᾶσα γῆ πατρίς. Omnis terra patria. Reſponſum eſt Apollinis ad Meleum Theſſalum conſultantem de ſede. Μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Vna irundo uer non facit. Apud Ariſtotelem in Ethicis. Πενία σοφίαν ἔλαχε. Paupertas ſapientiam ſortita eſt. Apud Euripidem. Εἰς ὕδωρ σπείρειν. In aqua ſeminare. In fruſtra laborantē. Ὄκνα πλέκων σχοινία. Ocni funem colligis. ex eadem cum ſuperiore cauſa manauit,quod altius repetere oportet,uti res plures ſimul intelligantur. Apud Pauſaniam ſcribitur,quod Polygnoſtus tabellā pinxit,ubi Ocnus appellatus ſedens ſpartū torquebat, aſinamq; prope ſpartū rodentē:quod ſignificare uolebat,fruſtra uirum laborare,ſi uxorē quam in aſina notauit prodigā habeat. Ocnum præterea dicit auē uocari de genere heroidum,quæ continuo uolando ſollicitatur,aut quærendo. Meminere huius prouerbij & Propertius & Plinius. Κέρας ἀμαλθείας. Cornu copiæ.trītum in omni copia. Τὰ τῶν φίλων κοινὰ amicorum omnia cōmunia. Pythagoreorū prouerbiū,quod ita inter ſe uiuerēt. Γλαῦξ ἵπταται Noctua uolauit. uolatus enim noctuæ apud Athenienſes uictoriā portēdit. Nam hæc auis in magna eis ueneratione,ſignabatur & in numiſmate. Εἰς ἀρχαίας φάτνας. Ad antiquum præſepe. In eos qui ad antiquā uiuendi formulā redeunt. Horatius elegāter hoc expreſſit. Vitæ me reddere priori. Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. Vnus homo,nullus homo. Sicut illud. Ab uno tātum nihil bene fit. Εἰς πάγας ὁ λύκος. Lupus in laqueos,in euntes manifeſtū in periculū. De lupo item apud Latinos,Lupus in fabula,aliquo ſuperueniente de quo erat ſermo.itē. Lupi Mœrim uidere priores. Virgilius & Plinius pro malo auſpicio ponūt. Ἐλάφου ἀνήρ. Ceruinus homo. in timidos. Ἐλεφὰς μῦν οὐχ ἁλίσκει. Elephas murem non capit,qui humilia deſpicit. De elephantino fœtu apud Plinium aliud prouerbium,ſi quid tarde fit. Apud Tranquillum item Auguſtus uſurpare ſolebat,ſtipem elephāto porrigere,qui timide dat. Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, οὐκ ὀνήσιμα. Inimicorum dona pernicioſa.meminit huius Sophocles in Aiace Maſtigophoro. Λαγὼς καθεύδων. Lepus dormiens, in eos qui dormire ſimulāt,nam lepus oculis apertis dormit. Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. Dudum potentes erant Mileſij, reſponſum eſt Apollinis poſitum ab Anacreonte & Ariſtophane,iactatur in eos qui de rebus deciderunt. Apud Virgilium uero in eandem ſententiam & idem propoſitū, Fuimus Troes,fuit Ilium & ingens gloria Teucrorum. Συβαριτικὴ τράπεζα ἢ συρακουσία. Sybaritica menſa,uel Syracuſana,utraque lautis & delicatis conuenit. Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. Boni ſponte ad bonorum conuiuia properant. Quo utitur Eupolis in Chryſogono,& Plato in Sympoſio. Ἀφύας πῦρ. Aphyiæ ignis. Quando uelociter ad finē alicuius rei peruenitur. Eſt enim Aphyia piſciculus,& breuiter percoquitur. Hinc apud Tranquillum illud etiam in feſtinatione ab Auguſto dici ſolebat. Celerius quàm aſparagi coquūtur. Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, Ex equis ad aſinos,quādo ex honeſtis ad minus decora deſcēditur. Βάλλ' εἰς μακαρίαν. Iace in Macariam,locus enim in inferno dicitur. & apud Comicos, Βάλλ' εἰς κόρακας, εἰς ὕδωρ, εἰς ὄλεθρον. Noſtri autē Comici uſurpāt, Abi in malā crucē, in malam rem. In eos qui perditione ſunt digni. Βοιωτιὸς νόμος, Bœotia lex, quando quietum principiū turbatus ſequitur finis,quod Bœotijs ſimiliter acciderit poſt mortē Lai. Βομβυλιὸς ἀνδρωπος Bombylius homo,hoc eſt crabronius & inutilis,quod crabro apis ſpecies in luto fauū fingat. Βελλεροφόντεια γράμματα, Bellerophontis literæ. Quādo quis eſt cauſa necis ppriæ:nota fabula.uſurpaē à Plauto,Bellerophontē me fecit. Ἀνταπελαργήσω, Pelargizare. Qui beneficiū reddunt more Pelargiorū.i.ciconiarū,quæ in ſenectute parētes nutriūt. Ἄξιος τριχός. Pilo dignus. Qui nullius eſt pretij,uſurpatū à Catullo,apud quē Pili facio ſcribit: Apud Plautū uero & Ciceronē Teruncij facio. Terūcius quadrās & minima eſt moneta. Ἄπλετος πτίλος

Ocnus

Pythagoreorum prouerbium

Inexplebile

inexplebile dolium. Inſatiabili uentre hominibus,à dolijs quę Belides apud inferos fruſtra implere conantur,nota fabula. traducitur etiā prouerbiū ad auaros. Cicero autē uocat huiuſcemodi homines Tritones piſcinarū,qui ob potentiā aut aliam facultatē in repu. partes aliorū uſurpant. Plautus uero Lacones uocat paraſitos,ex uoracitate canū Laconum. Ἀπὸ βαλβίδος, à repagulo,hoc eſt,ab ipſo exordio bonum aut malum,ſeu quoduis aliud eſſe. Cicero ab ipſis unguiculis dicit. Ἀπωλισθας οἶνον ἐπὶ χοίας ὕδωρ. Perdidiſti uinum infundens aquā. Polyphemi uerba ſunt ad Vlyſſem apud Homerū,ex quo in prouerbium uenit. Ἀπὸ βραδυσκέλου ὄνου ἵππου ὦρσεν. Ex tardo aſino equus proſilijt. qui ex humili loco prouehitur,& etiā indigne promouetur. Ἄπαντα τοῖς σοφοῖσιν ἴυκολα, Omnia ſapientibus facilia. Qui per prudentiam in rebus difficilibus proficiunt. Ἀκέφαλος μῦθος, Fabula ſine capite,in eos qui nunquā perorāt. Plautus. Vt orationē ſine capite relinquā,id eſt,ſine cōcluſione. Ἄκρων ἅψασθαι τῶν δακτύλων, Summis attingere digitis. Qui nō diligenter aut perfectē rem aliquam deprehēdunt,aut eruditi ſunt. utūtur hoc Latini,& etiā ſummis labris. Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ πάγαις. Non iterū uulpes in laqueos incidet. intelligitur prouerbiū de ijs qui ſemel ex inſidijs euadunt, Ἄλλο γλαυξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται Aliud noctua,aliud cornix loquitur. Qui cum potētioribus certāt,aut qui cum alijs nō conueniunt. Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἕτερον ἀλώπεκα. Cum uulpe uulpizare. Qui ſimiles aſtutia decipere contendunt. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον, Pro Perca Scorpio. ijs dicitur qui peiora pro potioribus eligunt. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον, Homo homini numen,qui ſubito beneficiū aliquod ab aliquo adſequūtur. At Plautus cōtra, Homo homini lupus,dixit. Ἅμ' ἕπου, ἅμ' ἕργον, Vnà dicere, unà facere. Qui celeriter aliquid peragit. Ἄμμον μετρᾶν, Arenā metiri. in rebꝰ arduis & quæ minime perfici queāt. Ἂν μὴ ἥλιος πρέας, τάριχον σέργεις. Vbi caro abeſt, ſalſamentū amatur. ijs qui rebus uilioribus coacti non ſpōte utūtur. quod etiā uulgo iactatur. Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, Neceſſitati nec; dij pugnant. quod à Latinis etiā uſurpatur,ut apud Laberiū in epigrāmate. Ἅϊδος κυνῆ, Inferni galerus, ijs qui aliquid clam agūt ne uideātur. huiuſmodi enim pileo dicitur Perſeus minime uiſus Gorgonē interfeciſſe. Αἴαντος γέλως. Aiacis riſus. Qui ſtulte ridet,ob Aiacē cui inſania ſimilis accidit. Ἄχρι κόρου, Ad ſatietatē uſq;,in rei copia & uehemētia dicit. Ἄκαιρος κύνεια οὐδὲν ἐχθρᾶς διαφέρει. Intempeſtiua beneuolētia nihil ab inimicitia differt. Hoc ſanè dixiſſe ferūt Hippolytū Phædræ profitēti ſe illū præter omnes amare. Ἀκαρῶς ὅτρα Ἀδώνιδος κάπων, Infructuoſiora hortis Adonidis. In rebus inutilibus & paruí fructus. erāt enim hi horti in uaſis fictilibus tantū uſq; ad herbā emittētes. Meminit eius Plato in Phædro. Ἀκάνθιον τέττιξ. Acanthia Cicada. i. inter ſpinas. Dicitur uoce abſonis, propterea q huiuſmodi cicadę nō canāt. Αἰθὼν πέπλος, Ardēs peplus. Qui malorū cauſa faceſq; ſunt. Ex peplo miſſo à Deianira, qui Herculem cremauit,nota fabula. Latini ad hoc propoſitū utuntur: Equus Seiani,& aurū Tholoſanum,quibus utētes incōmodo adficiebātur. Gellius author. Χάριτες γυμναί, Gratiæ nudæ. uel q manifeſte gratificari oportet,uel q ingrati decore priuātur. Αἰγιαλῷ λάλῃς, Littus adloqueris. Inexorabilibus dicit. Latini pro hoc uſurpant, Surdo fabulā narras. Ἀγναμπὴς βάτος ἀνύει, Aridus rubꝰ inflexibilis. Duris dicitur & obſtinatis. apud Latinos dicit. Pardus maculas nō mutat. Ἀετὸν κάνθαρος, Aquilam Cantharus. Aquilæ enim infenſi Canthari, ut numerum hoſtiū minuant eius oua ſurripere quærūt, Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. Alia uita, alia uiuendi formula. ijs qui melius uitam inſtituunt. uſurpatur & à Terentio, Hæc ætas alios mores poſtulat. Ἄλλοσε δ' ἀλλοῖον πλεῦμ' ὁ χώρος ἔπεισε. Alibi alium eſſe,ac regionem ſequi, quod locorū mores ubi uiuimus,ſequi debemus. Ἄλυσις πόλεμος, Bellum ſine lachrymis. qui eum facilitate rem agunt aut adſequuntur. Dicitur etiam Ἀκονητί, id eſt, ſine puluere. tractum ab Athletis, qui quādoq; non pugnādo ob metū aduerſarij uincebāt. Apud Ennium uero ſcribitur, Salmaci da ſpolia, ſine ſudore & ſanguine, Delicatis & ignauis. Ἀδρασείας νέμεσις, Adraſtea Nemeſis. Qui initia proſperitatis habet, exitū uero infelicē, ab Adraſto, cui ſimiliter euenit. Αἰχμῶντες ἠχμώμεθα, Captātes capti ſumus, quum tenētur qui ſe ſperabāt alios tenere. Ἀγαθὴ μὲν μάζα μετ' ἄρτον. Bona eſt offa ſecūdum panē. In ſecūdis locis conſiſtēti dicit Ἀθηνᾶ ἄλσος, Mineruæ felē. Quādo paruis magna inepte cōparātur. Αἶξ σκυρία, Capra Scyria, qui utilitatē adfert, q capræ Scyriæ multū ferūt lactis. Cuius meminere Pindarus & Alcęus. Εὐαταθὸς εὐανατικτός, Valde bonus, ualde deceptibilis. Bionis philoſophi eſt, puerbiū ἀληθέστερα ἢ τὰ Σάγρα. Veriora q̄ ea quæ apud Sagrā, uidelicet geſta ſunt. huius, puerbij Menād, meminit. Sagra locus ubi Locri Crotoniatas uicerūt. In quo bello dicūt Caſtor & Pollux

Sagra

Pollux fuisse cõspecti: fama ergo eadem hora uenit Lacedæmoniã, nescitur quomodo: per nunciũ deinde adfirmata fuit. Ἀνθλεῖν ἀμφοτέροις, utrisq; haurire, intelligitur manibus, cum aliquid uehementer contendimus. Ἄνθρακες θησαυρὸς πέφυκεν. Thesauri carbones facti sunt. Quando quis spe fraudatur, eius meminit Lucianus. Carbones nobis thesaurus factus est. & rursus. Carbones meum thesaurũ planè ostendis. οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς. Non omnis hominis est adire Corinthum, ijs quibus desunt facultates ad delicias. Quoniã Corinthi hospites facultatibus uiatici exhauriebantur ob illecebras multorum scortorum. Μὴ σπεῦδ', οὐ γάρτοι πυρί θάλασσα. Ne festina, nõ enim igne cremaris. Theocriti dictum, cum properare non sit opus. Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐνομίξατο. Quis pro lana pilos attondit? Ab eodem positum. Σφὴξ βομβῶν, τέττιγος ψαλτήριον. Fucus murmurans contra cicadam. Ab eodẽ. De ijs qui cum maioribus certant. Τάκεται ὀφθαλμώς. Corruperis oculos. ab eodẽ, in eos qui premuntur inuidia, aut concupiscentia aliqua. Πρῶκας στίζειν ὥσπερ ὁ τέττιξ. Rore pascitur ueluti cicada. Ab eodem in eum qui macie ingẽti affectus est. ὀσίχομ δεῖ τὸ τύμμα καὶ ἀλίκορ ἄνδρα δαμάσσῃ. Tantulum tormentum, quantum domat hominem. Ab eodem positum, de spina loquitur extracta. πῦρ ἐπὶ πῦρ. Ignis supra ignem, id est, malum supra malum. Huius meminit Plato. Simile aliquid & apostolus. Vince in bono malum: Sic carbones ingeres supra caput eius. πυραυστὰ μόρος. Æschyli poetæ est, in eum qui sibi ipsi causa est mortis. Pyraustæ more Pyraustæ parui uolatilis, qui lucernam petentes urũtur. πρὸς κέντρα λακτίζειν. Contra stimulum calcitrare. Euripidis dictum, & etiam Æschyli. usurpatur & in sacris libris. εἰς τὸ δέον. In rem opportunam. uerbum est Periclis. quum enim Astyanacti Lacedæmoniorum duci pecuniã daret, ut ex Attica quam bello infestabat discederet, redditurus impensarum rationem, nec aperte rem manifestare uolens magistratibus, respondit uerba supradicta. Ἐνδυμίωνος ὕπνος. Somnus Endymionis, in eos qui longo premũtur somno, nota fabula. Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Conseneo discens plurima semper ego. Ex Solonis elegiaco est. Τὰ ἀπὸ τρίποδος, Hæc à Tripode, in rebus ueris. Latini & Plinius oraculũ dicũt. Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν, Auspicijs uti melioribus. Qui ex aduersis ad secũda ueniunt. Cicero ait. Meliora dij, scilicet dent auspicia, cũ alicuius mali mẽtio inciderit. Ἀρχὴ ἡμίσεως παντός. Principiũ est plusquam medietas totius, prouerbiũ apud Aristotelẽ in Ethicis. Κακῆς ἀρχῆς τέλος κακόν. Mali principij, malus est finis. Æoli poetæ est. Τὸ λαβεῖν ἔλαττον, τοῦ μὴ λαβεῖν πλέον. Parum accipere plus est quàm nihil omnino. Apud Menandrum. Καλὴ κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Pulchrum caput cerebro caret. in eum qui pulchro sit corpore, ac parum sapiat, Comici dictum. Ἀιεὶ πάντα φέρει, Theocriti est à Virgilio cõuersum: Omnia fert ætas. Ἀδώνιος κῆπος, Adonidis horti, quando quis parum utilitatis refert, quod in eis flores tantũ metebantur non fruges. Platonis est dictum in Phædro. Ἰσὸν πηνελόπης ἀνασχίσαι, Telam Penelopes retexere. quando res facta destruitur, laborq; perit. Ponitur apud eundem in Phædro. εἰς ὕδωρ σπείρειν. Seminare in aqua. cum frustra fit aliquid. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Multa inter calicem existũt labrumq; supremum. ἀνεξίφθω κύβος, Iacta sit alea. Cæsaris uerba in transitu Rubiconis posita Plutarcho. Γέροντι ἀωρότερον τρυφᾶν τὴν πολιτείαν. Seni cõmodius in ocio & delitijs agere, quàm rempub. administrare. Apud eundem authorem, uerba sunt Pompeij de Lucullo. Πρὸ τῆς ἀπολογίας τὸν ψόφον φέρειν. Ante defensionem iudicium ferre. Libanij in epistolis.

ADAGIA LOCIQVE ALIQVOT LATINORVM.

Ex Cicerone

APVD Latinos nonnulla huiusce modi cõmemorantur, præsertim apud Ciceronem, inter quæ sunt illa. Primum pro Murena. Cornicum oculos confixit, De Cn. Flauio loquens, qui plus uiderat quàm qui prudentiores putabãtur, eisq; spem ademerat. Item pro Cor. Balbo: Duo fulmina nostri imperij Cn. & P. Scipiones, quod Virgilius non est dedignatus imitari. Itẽ pro P. Quintio. Intus est equus Troianus, quum de insidijs loquitur. Prætorius candidatus quasi defultorius in quadrigarũ curriculum currere uidetur. De eo qui ex minore cõditione maiora tẽtat. In epistolis ad Atticum: Clitellæ boui sunt impositæ, quum indigno aut non apto aliquid datur siue geritur. In eisdem. Bibulus cœpit laureolam in mustacio quærere, hoc est, Mustacia gloriã in re minima & nullius momenti. Nam, teste Plinio, laurus mustacijs subijciebatur, Callipides qui mos adhuc Romæ seruatur. Item. Ille callipides adsiduo cursu cubitũ nullum processit in eũ qui multa tẽtat seu pollicetur, præsertim in itinere, ac parũ præstat. est enim καλλιτρίδης animal

animal tardissimum, qui tota die se mouendo cubitum non procedit, ut ait Tranquillus in Tyberio. Athenas noctuã mittam. Suos dicit mittere uersus ei qui ijs abundet. Nam Athenis frequẽs est noctua, quæ publicum insigne est. Ad hoc etiam propositum quædam alia dicit, ut lucernã soli adhibere. Teruncium, id est, quadrãtem, adijcere Crœsi diuitijs. Mitto Scitalam Laconicam, scribẽs in ænigmate ac breuitate. Nota res Scitala apud Lacedæmonios. Baculi duo similes erant: quum opus erat scribere secretum aliquod magistratibus, in eo baculo qui in urbe remanebat charta circũuoluebatur, ubi quod opus scribebatur: ea q; mittebatur magistratui, qui & ipse similem secum habebat baculum: & hoc ne consilia ab hostibus quoquo modo deprehenderẽtur. Idem in orationibus. Abiecit hastã, Quum quis decidit lite acceptis. Item, Charta dentata & calamo tẽperato res agetur: quum accuratius aliquid scribere uolumus. Et alibi. In hac causa aqua mihi hæret. i. addubito, uereor, quod etiã in Italia plerique usurpãt. Idem Ibrida C. Antoniũ uocat, & puerũ Iunonium, aureum q; partũ Cæsarem adolescentẽ. In Thusculanis Græcũ prouerbiũ. Quam quisq; nouit artem in hac se exercitat. In officiorũ lib. III. Cum uelis & equis Epicurus eiusdem adiutor sententiæ. In conatu dicitur. Cum uela nõ sint satis, equi quoq; ad trahendã nauim adhibẽtur. Et ad Trebatium. Sero sapiunt Phryges. in tarditate pœnitenda. Quod in tragœdia equi Troiani extremo loco conscriptũ esse dicit. De diuinatione, Græcum erat prouerbiũ, Aut bibat aut abeat. Non enim oportet sobrios ad ebrios uenire, aut si ueniãt, cũ alijs cõueniãt. Item in oratione. Arcem è cloaca facere. i. loco indigno aliquid sumptuosius ædificare. Itẽ ad Trebatiũ, Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. & Hieronymus cõtra Io. Melius est quod dicitur Andabatarũ more pugnare quàm directa spicula clypeo ueritatis nõ repellere. Populi putãtur esse qui cõniuentes pugnabãt. Sed & alij quoq; alia in hoc genere. Virg. in taciturnitate, Lupi Mœrim uidere priores. Itẽ in metu potentioris: cornu ferit ille, caueto. ex Theocrito tractum, ille enim ait, ὀὐὸς χαμ φυλάσσεο μὴ τυκοφύλη. In eãdem Plutarchus sententiã. Fœnum in cornu gerit. Plin. autẽ in impudentia. Frontẽ perfricui. Quod à Seneca mutuatus est, ipse enim hoc etiã alio modo eleganter expressit. Vatinius inquit adsiduo cõuicio depudere didicerat. Catullus de uiro inepto & ignauo: Satis cum hoc uappa frigora & famẽ pertulisti. Itẽ, Scripta ueneni ac pestilẽtiæ plena. Probitatẽ uero & malitiã elegãter colore cãdido & atro distinguit, de Cæsare loquẽs. Albus, inquit, an ater sis, quod proximis tẽporibus studia partium nonnullarũ in Italia usurparunt. Cor. Nepos mansuetudinẽ Attici perpetuã describens. Cum matre, inquit, nunquam redijit in gratiã. Horatius: fauorẽ à suffragio transfert: Omne tulit punctũ qui miscuit utile honesto. Item, Propria delicta à tergo manticã appellat. Et se suaq; sine riuali amare. Coronas hominum collocutiones aut attentiones. Columnas itẽ pro locis publicis quò disputãtes cõueniebant. In fauore itẽ, premere pollices dicit. Vtroq; tuũ laudabit pollice ludum. Quod & Plin. adfirmat lib. XXVIII. cap. 11. pollices ait cum faueamus premere etiã prouerbio iubemus. Et lib. sermonũ. Membra animumq; tuũ nabis sine cortice sic me. nare enim sine cortice. i. sine cucurbita aut aliquo appensili artificio, hoc est aliquid cum facilitate & citra alienũ adminiculum facere. Persius in cauenda derisione, Posticæ occurrite sannæ: dixit. Iuuenalis. Dat ueniã coruis, uexat censura columbas. pulcherrimã translatione puritatem fœminarũ, impuritatem q; uirorũ, per hęc animalia demõstrans. Coruí enim, teste Plin. ore parere coireq; putãtur. Præterea equus Seiani & aurum Tolosanũ apud Gellium in prouerbiũ uenerũt infelicitatis, q; hęc possidentibus nunquam bene eueniret. Augustus apud Tranquillum ad Calendas Græcas se soluturũ festiue dicebat. i. nunquã, quod Calendas Græci nõ habeant. Apud Ciceronẽ in Verrem, ac apud Martialẽ: attollere digitũ, est se cõductorem uel emptorẽ ex publica uenditione aut locutione significare. Idem in epistolis, humilem & ignotũ significare uolens, q; huic terræ filio, inquit, literas de tãtis rebus dare. & Iuuenalis hoc idem alijs uerbis. Malim fraterculus esse gigantũ. Nam gigãtes terræ filij sunt. Plau. uero cõplura: si quis legat. Nam seruos improbos mastigiam uocat, plagiarium, subiculum flagri, tritorem cõpedum, trium literarũ hominẽ. Præterea senes, Acherõtium, capularem, pabulum Acherontis, edentulum, mucosum, Vulturũ cadauer. In adolescentẽ frugi. In mare it, rem familiarem curat, parenti obtẽperat, uxori ac liberis uacat. In perditũ. Amatur, egetur, plusquam res patitur studet elegantiæ. In meretrices sellularias. Quæ olet sellam & sessibulũ merum, scortũ diobolariũ, monstrũ mulieris, salsa muriatica. In nobiles,

Scitala Laconica

Ibris

Andabata

Virgilius

Plinius

Catullus

Horatius

Persius

Iuuenalis

Corui

Ex Plauto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matrem uenustatũ, Veneres, Cupídinesq;. Mores earum sic explicãtur. Negociũ sibi quí uelit cõparare, nauem ac mulierẽ sibi cõparet. Nam hæ duæ res nunq; satis ornãtur. Dum comunt, dum ornant annus est. Fundis ornatq; incedũt per uias. Fundi nostri calamitas. Vi

Seneca scus merus uestra est blãditia. Senecæ quoq; trãslationes audaces innumeræ sunt. Glabros

Lychnobij eñ iuuenes ac ministros imberbes uocat. Lychnobios uero quasi lucernarios qui totis noctibus uigilãt, interdiu dormiunt. In senectute quoq; uasa colligere, aut receptui canere, requiescendũ intelligit. Item: In freto uiximus, moriamur in portu. Et in altercatione, captio-

Auctorati neq; mutua uerborũ. Latrunculis, inqt, ludimus. Auctoratos item & exauctoratos, obliga-

Exauctorati tos & liberos appellat. Beneficiũ seu quoduis aliud in calendario scribere ait, id est, fœnera-

Ex Apuleio ri. Sed nouatione uerborũ cunctos facile superat Apuleius: cuius quædã adponã, ut legẽtis

Emasculator sit arbitriũ ea cum iudicare, tũ eligere. Loquit de Cinædo, qui emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus fuit. Mox in iuuentute saltãdis fabulis exossis planè & eneruis. Sed ut audio indocta ac rudi mollitia, negat eñ quicq; histrionis habuisse præter impudicitiã. In hac etiam ætate quæ nunc est qui istũ deperdunt multi sunt, domus eius tota lenonia, familia cõtaminata, ipse, ppudiosus, uxor lupa, filij similes prorsus, diebus ac noctibus ianua calcibus, ppulsata, fenestræ canticis constrepitæ. Tricliniũ comessatoribus inquietũ. Cubiculum adulteris peruium. Item alibi: Dico Crassum iãdudum ebrium sterrere: aut secundo

Repotia lauacro ad repotia cœnæ obeunda, uinolentũ sudorẽ in balneo desudare. Et in oratione ad

cœnæ Claudium Procos. Euathlus postq; cuncta illa exorabula iudicantiũ & decipula aduersantium, & artificia dicentiũ, uersutus alioqui ingeniatus ad astutiam facile prodidit. Item an-

Prouerbium tiquum prouerbiũ. Vbi uber ibi tuber. i. nulla uoluptas non mixta aliquo dolore. Item: Pariter enim ut qui hærediolum sterile, & agrum scruposum, meras rupinas & senticeta miseri colunt, qñ nullus in tesquis suis fructus est, sed infelix loliũ & steriles dominant auenæ, furatum eunt, & uicinorũ flores decerpunt. Item: Quis non laudauit hominẽ numerosa arte multiscium, tam iugi scientia magnificũ, totum utensiliũ peritia Dædalum: fateor me sellularias artes minus callere: uestẽ de textrina emere: baxeas istas de sutrina prestinare. Item spelunca frondibus inumbrata, quercus cornibus onerata, colliculus sepimine cõsecratus, uel truncus dolamine effigiatus, uel cespes libamine humigatus, uel lapis unguine delibutus. Item nomina hæc, honoripeta, lucifuga, tenebricola, multiforatilis tibia, scissile pallia-

Hyagnes strum, cibaria uoluptas. Inter nos uerbigeratũ. Item: Hyagnes pater, ac magister Marsyę tibicinis primus in canẽdo manus discapedinauit: primus duas tibias uno spiritu animauit.

Inter sacrũ & saxũ positus Item, ut uetus prouerbiũ ait: Inter sacrum & saxum positus cruciabat, quod in rerum difficultate ac dura deliberatione succurrit. Item: Mulieres candido splendentes amicimine, uario lætãtes gestamine, uerno florentes coronamine. Item: Basia pressula, meretricum posci nummia, seu aduectorum negocinummia. Item: Liberalibus cœnis inescatus, & humanis adfatim cibis saginatus, corpus obesum pinguedine cõpleueram. Corium aruina suculẽra

Dulciarius molliuerã. Item: Pistor dulciarius, qui panes & mellita cõcinnabat edulia. Alter cocus qui sapidissimis nutrimẽtis pulmenta mollita uapore condibat. Item: Estur ac potatur incõdite pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis: clamore ludũt, strepitu cantillãt, cõuictijs iocant, ac iam cætera semiferis Lapithis Centaurisq; similia. De speculo autem pulcherrima ab eodem descriptio exprimit: quippe in omnibus manu faciñdis imaginibus opera diuturna sumit, neq; tamẽ similitudo æque ut in speculis cõparet. Deest enim & luto uigor, & saxo color, & picturæ rigor, & motus omnibus, qui præcipua fide similitudinẽ repræsentat. Enimuero quod luto fictum, uel ære infusum, uel lapide incussum, uel cæra inustũ, uel pigmento illitum, nõ multa intercapedine temporis dissimile reddit, & ritu cadaueris unum uultum & immobilẽ possidet: tm præstat imaginis artibus ad similitu-

Ex Ciceronе dinem referendã leuitas illa speculi fabra & splẽdor opifex. Nunc Ciceronis quosdã subijciam iocos, quos posteri omnes qui in secundis planè cõstiterunt ab eo usurpare sunt uisi, mutatis tamen rhythmis ac numeris. Antitheris primũ in uerbis ac sententijs omnia ipsius sunt referta: quibus nil magis lumen adfert orationi: ut sunt illa. In negocio sine periculo, In ocio cum dignitate. In cõuiuio sobrius, In sobrietate facetus. Itẽ: Honores sine ambitione, diuitias sine fastu, copiã sine luxuria possidebat: in ocio de periculis solicitus cogitabat, in periculo rerum euentũ securus expectabat. Plin. in epistolis hunc imitatus modũ ait: In summa auaritia sumptuosus, in summa infamia glorioſus. Itẽ: Non uiuere ut edas, sed edere ut

re ut uiuas. Non possim si uelim, nec uelim si possim. Non defuit auxilium, sed ipse auxilio defui. Item illa festiuitatem simul & grauitatem habent, quæ quasi hypothetice inferuntur: ut, Ego, si dignitas est bene de repub. sperare, obtineo dignitatẽ meam: si autem in eo dignitas est, quod sentias efficere, ne uestigium quidem ullum reliquum est dignitatis: agiturq; præclare nobiscũ, si nos ipsos regere possimus, ut ea quæ partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus. Item, Me regem appellas: Ego, si regnum est ab omni cupiditate abstinere, nulli libidini seruire, nullorum gratia ciuium aut hostiũ metu de recta sentẽtia decedere: fateor me regem esse. Item, A nobis agentur omnia diligenter, ut neq; si quid obtineri poterit, non cõtendamus: neq; si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur. Item, Quem fauendo retinere non potuerunt, inuidendo abalienauerunt. Item, Aut te in sententiam meam adducam, aut certe testatum apud animũ tuum relinquã quid nam senserim. Item, Sententijs, nõ animis dissentimus. Naturæ non animi uitia, obiurgatione, non contumelia contendi. Item, Cum nos florere oporteret, tunc maxime uiuere puderet. Aut probare quæ fiunt oportet, aut tacere quæ non probes. Dicendum quod non sentias, aut faciendum quod nõ probes. Est enim res in eum locum adducta, ut quanquã multum interfit inter corũ causas qui dimicent, tamen inter uictores non multũ interfuturum putẽ. Sed planè animus qui dubijs in rebus fuerat infirmus, nunc desperatis cõfirmatus est. Nec temeritas cum sapientia cõmiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Non tam adlicere uolui, quàm alienare nolui. Non tam pulchrum scire Latine, quàm turpe nescire. Scæuola iurisconsultorũ eloquentissimus, Crassus eloquentiũ consultissimus. Quãtum opibus tuis diuturnitas detrahet, tãtum adferet laudibus. Illa uero maxime ad pœnã deprecandam faciunt. Et si aliqua culpa erroris humani, scelere certe liberati sumus, nõ cupiditate aut praui-tate aliqua lapsi, sed opinione officij stulta fortasse, certe non improba: nec liberationem culpæ, sed errati ueniam impetramus. Quod autem sequitur, ad palpandum. Satis te dicis uixisse, uel naturæ, uel gloriæ. Noli periculo nostro sapiens esse. Dimitte queso istã doctorum hominũ in contemnenda morte disciplinam: tua cautio, nostra cautio est. Vide quæso ne hæc tua diuina uirtus apud posteros admirationis sit plus habitura, quàm gloriæ: nihil est omnino diu in quo est aliquid extremum, quod cum uenerit omnis uoluptas præterita pro nihilo est. Omnes igitur supradicti loci, uim pithicam habent. Sed maiorem hoc quod sequitur per interrogationẽ. De religionibus sacris & cerimonijs concionatur P. Clodius. Publius inq; Clodius religiones negligi, uiolari, pollui questus est? Nam & Catullus quasi simile. Quid est Catulle, quid moraris emori? Curuli in sella Struma Nouius sedet qui cõsulatum petierat. Vatinius itẽ ille gurges helluatus sanguinẽ reip. ad cœlum tum extruxit uillã in Tusculano uisceribus miserorũ. Mihi meas ruinas adspicere nõ licuit. Item, Ille ab initio cupiditate & audacia pugnauit, hic ueritate & pudore, quod potuit restitit. Sed illa partes habẽt integras, Vide quantum distant argumenta tua à re ipsa & ueritate: quod cõsuetudine patres faciunt, quasi nouum reprehendis: quod beneuolentia fit, odio factũ criminaris, quod honoris causa pater filio, idem supplicij causa fecisse dicis. Neq; tu hæc non intelligis, sed usq; eo quid arguas nõ habes, ut non modo tibi contra nos dicendum putes, uerum etiã contra rerum naturã, contra consuetudinẽ hominum, cõtra opiniones omniũ. Sed in hoc etiã maior spiritus adsurgit. Fero ego te Torquate, iam dudum fero, & nonnũquam animũ incitatũ ad ulciscendum orationẽ tuam reuoco ac reflecto, permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parẽti. Sed nisi aliquẽ modum uitæ tibi cõstitueris, coges me oblitum nostræ amicitiæ, habere rationẽ meæ dignitatis. Nemo me unquã tenuissima suspicione perstrinxit, quem non peruerterem. Sed mihi crede non his libentissime soleo respondere, quos mihi uideor facillime posse superare. Tu noli hac mea noua lenitate abuti, noli aculeos orationis meæ, qui rẽconditi sunt, excussos arbitrari, noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum atq; cõcessum. Illa uero potius descriptionis aptissimæ sunt, quæ subijciã. Hic unguẽti adfluens calamistrata coma, despiciens conscios stupri & uexatores ætatulæ suæ, fœneratorũ gregibus inflatus: alter o dij boni quàm teter incedebat, q; truculentus, quàm terribilis adspectu? exẽplum imperij, imaginẽ antiquitatis, columen reip. diceres intueri. Item, Pugnis & calcibus exturbare hominem possessione, cædem facere uicinorum, spoliare fana sacrorũ, iura conatu & armis disturbare, iudicia in bonis rebus contemnere, in malis pugnare cõtra bonos, non reipub.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedere,non fortunæ ipsi succumbere. Honestius hoc duce errare,quàm illo magistro eruditi. Animus eius uultu,flagitia parietibus teguntur.Item leuem,imò grauissimum. Mobilem,imò constantem.Familiarem,imò alienissimum. Item de urbe Roma.Hanc sedem imperij,arcem populorum,lumen gentium,theatrũ orbis terrarum.Item:Neq; Catilina is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocent. Vestræ nunc bonitatis,ut huius inopia plus possit ad misericordiam,quàm illius opes ad crudelitatem.Item in reddenda causa pulchrum est illud:Plus uirtus tua dedit,quàm fortuna abstulit,propterea quod adeptus es,quod non multi homines noui,amisisti quæ plurimi.Et rursus:Mihi cõsilium iam diu captum est,de quo ad te,non quo cælandus esses,non antea scripsi:sed quia communicatio consilij tali tempore,quasi quædam admonitio uidetur,uel potius efflagitatio ad communicandam societatem.Sed his quæ sequuntur apte animi concepti rerum multarum paucis explicat uerbis. Quare quid adsequi possis non tam facile est nobis,quàm tibi cui prope in conspectu est Ægyptus,iudicare. Nos quidẽ hoc sentimus,si exploratum tibi sit posse te illius regni potiri,non esse cunctandum:si dubium,non esse conandum:illud tibi adfirmo,si rem istam ex sentẽtia gesseris,fore ut absens à multis,cum redieris ab omnibus lauderis.Sed ego ut te ad certam laudem adhortor,sic à dimicatione deterreo,redeoq; ad illud quod initio dixi,totius facti tui iudicium, non tam ex cõsilio quàm ex euentu homines esse facturos. Illa etiam quasi paria inter se membra uim habent. Nihil tam uolucre quàm maledictũ,nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. Item : Negotiatoribus comis, mercatoribus iustus,municipibus liberalis,socijs abstinens eram uisus.Item:Meorum consiliorum socius,periculorum particeps, rerum quas in senatu gessi adiutor.Item:Latrator fori,depeculator curiæ,tabernariorũ cõcitator.Item: Nolite fortunam conuertere in culpam,neq; regis iniuriam crimen putare,neq; consilium ex necessitate,nec uoluntatem ex ui interpretari.Item:Profectionem amore prosequar,reditum spe expectem,absentiam memoria colam.Illæ quoq; ipsius sententiæ præclaræ.Fortunam si non æquo animo,ut fortiter feras. Quod honestum initio cœperis,cõstantia prosequere. Nihil in malis ponendum præter culpam. Nihil turpius uanitate. Mors non tam optanda quàm non timẽda. Mors honesta uiram sæpe turpem exornat,uita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.In bonis uirtus socia uitæ,gloria mortis comes. In altero ne reprehendas,qd'in te probes.Inuidia uirtute parta,gloria non inuidia putãda.Scommata sunt quæ in alterum cum sale iactamus,ut Cice.teste Plutarcho de Coco,qui ad ordinem equestrem adscitus fuerat:optimo iure hunc meruit locum,cum de iure culinæ intelligeret.Huiusce modi quàm multa leges apud Macrobiũ,inter quæ illa duo Augusti,qui inuitatus à Mecœnate ad tenuem cœnam familiariter,ut ille dicebat:non putabam,inqt,me tibi tam familiarẽ.Item Galba gibboso apud eum causam orante,ac dicente:Corrige in me siquid uides:Ego uero,inquit,monere possum,corrigere non possum.Cum Romani legatos ad pacem inter Nicomedem & Prusiam faciendam misissent:& unus ex eis multis cicatricibus sparsum caput haberet,alter pedibus æger esset,tertius ingenio socors haberetur: Cato eam legationẽ,nec caput,nec pedes,nec cor habere dixit. Author Liuius libro. L. In hoc genere quàmplurima sparsim mihi dicta fat erunt,si duo rursus Augusti recenseam.Is cum similem sui quendam aspiceret,interrogauit an eius mater Romæ unquam fuisset:At ille, Quin,ait,meus hic pater fuit.Idem contumaci beneficiũ petenti, eius cõsiderando inceptiam respondit:Redi prius mecum in gratiam. Vnum adducam externum.Cum Annibal ab Antiocho ad quem confugerat interrogaretur, An exercitus magnus opulentusq; quem ei ostenderet satis esset Romanis:Ita,inquit,etiã si auarissimi essent.De clade uti contigit loquens:non ut ille putabat,de uictoria.Author Plutarchus.

Scommata

Mecœnas

Galba

Prusias

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXXV

De scientijs mathematicis,ac primum Arithmetica.

NVMERORVM scientiam,quam arithmeticã dicunt,primus apud Græcos illustrauit Pythagoras, eorum ratione, ac characteribus adinuẽtis, ac in tabula discipulis perscriptis:quã posteri deinde abacum,ut Boetius tradit,uocauere,Euclides dein quatuor libris eam cõplexus est,VII.VIII. IX.X.

IX. X. ex nostris Boetius,& è recentioribus nonnulli libros edidere,ut Leonardus Pisanus,Blasius Parmensis,Ioannes de Sacrobusco,Prodocimus Paduanus,Algorismus,Algebra Catainus,Ludouicus Eremita.Laudes eius insuper Pythagoras nonnullíq; adeo extulerunt,ut quantũ categoriæ,substãtiæ subesse cõtendant.Plato quoq; in Epinomide ante omnia numeros edocẽdos pueros esse iubet,sine quibus nec res ꝓpriæ,nec publicæ,satis cõmode administrari queãt,omniaq; in suorũ ipsorũ cũ dispositione,tum harmonia,facta mortalia uersari.Eorũ diductio plurifariã.Species omnino VIII.Numeratio,additio,subtractio,mediatio,duplicatio,multiplicatio,diuisio,progressio. Radicũ extractio in numeris quadratis & cubis.Alia quoq; diuisio,aut digitus est,sic enim appellant,ut sunt numeri soluti & simplices usq; ad decẽ:uel est articulus,ut X. XX. XXX. XL. & reliqui integri:uel est cõpositus ex utrisq;:ut,XIIII. XXV. XXVII.& reliqui similes.deinde aut par est uel impar,Græce ἄρτιος & περισσός. Paris rursus numeri species sex,de quibus Euclides in IX. disserit.Pariter par quum usq; ad ultimũ numerus in duas partes diuidi potest, ueluti LXIIII. cuius mediũ XXXII.& huius XVI. huius quoq; VIII. deinde IIII & tãdem II.Pariter impar quum numerus quidem par est,in partes tamẽ impares diducit, ut VI.X.XIII.& his similes.Impariter par ex utrisq; superioribꝰ cõstat,quũ numerus par in partes etiã diuiditur pares,sed nõ usq; ad extremũ:ut,XXIIII. XXVIII.& his similes. Aut itẽ diminutus quum partes eiusdẽ integrales ipsum nõ adæquãt:ut,VIII. cuius partes IIII.II.I. constituunt septẽ,qui numerus est inferior VIII.Idem accidit numero X. Aut superfluus est cũ excedit:ut,XII. & XXIIII. Perfectus uero quũ adæquat. Impar autẽ numerus sic se habet. Aut primus est & incõpositus:ut,III.V.VII.XIII.XVII. XIX.XXIII. qui quod nullus eos præter unitatẽ metiatur,numeri dicũtur incõmunicabiles. Aut secũdus & cõpositus,quem nõ solũ unitas,sed alius quoq; metitur numerus, ut nouẽ per tres,XV. per V.XXI. per VII.& his similes. His addit tertia diuisio,uidelicet abstractus,quum à materia separatur:coniunctus quũ est in materia,ut res numerata. Dimẽsionibus quoq; geometricis & epipedis & solidis cõparatur. In primis punctum est unitas quælibet.Lineares sunt numeri soluti & lineis descripti.uidelicet II.III.IIII.V. Quadratus,qui in se ductus fit:ut,XVI. quem quater quatuor cõstituunt:ut,IX. quẽ ter tria faciunt. Cubus numerus,qui bis in se duplicat:ut,XXVII. quem ternarius numerus iteratus reddit,ut ter tria IX. ter uero nouem XXVII. Ipse aut ternarius numerus radix dicitur.Quadrata est cum semel reddit cubis cuba,quũ ter relata,& hoc itẽ modo reliqua quatuor.Insuper numerũ Euclides in VIII. lib.multi alijs præter eũ quem diximus.tradit cõfici modis,cũ uidelicet,aut numeri duplicãtur:ut,unũ duo quatuor octo:aut de ternario in ternariũ:ut,unũ tria quinq; septẽ:uel ijdẽ numeri impares multiplicãtur: ut,unũ & tria, quatuor reddũt,huic additus quinq;,nouẽ cõstituũt:& eodẽ modo reliqua.Sed & triãgulares & pẽtagonos & hexagonos,tũ solidos Pyramidales sphæricos Euclides ponit. Plato planos appellat numeros qui prima multiplicatione numeri numerãtur: ut,bis duo IIII. uel ter tres IX.Solidos uero,qui nõ solũ multiplicatione fiũt:ut,bis bis duo. VIII,& ter ter tria XXVII. Æquilateres autẽ quũ quilibet per se in seipsum multiplicaẽ,quales modo narrauimus. Inæquilateros quoq; ex multiplicatione numeri alterius per alterũ,ueluti in planis bis ter sex,ter quater XII. In solidis bis bis ter,uel bis ter tres XVIII.Mox de ui numerorũ. Plato numeris oia tribuit,cœlestia & humana,sphærasq; ois,& uirtutes,harmonia cõtinere,ciuitates quoq; mutationes ex illis facere dicit. Ante oẽs ipse Pythagorã imitatus Monadas & Dyadas celebrat,ut numerorũ principia. Ex his cõstare dicit res humanas,uniuersamq; naturã.Nam per Monada,i.unitatẽ,essentiã,formamq; res habent,& in quiete statuq; sunt.In motu autẽ per Dyada.Monas itẽ perfectũ aliquid ponit & absolutũ Dyas imperfectũ & infinitũ.Dicit & alijs uerbis, Idem & alterũ siue diuersum: nã quodlibet creatũ unũ & idẽ est in sua essentia & perfectione,duo uero seu diuersum cõpositione: unũ itẽ energia,diuersum seu plura potestate.Quin in Parmenide tantã uni tribuit diuinitatem,ut dicat unas solum esse ueras & immortales substãtias ac à materia discretas,ueluti deũ,angelũ,quem mentẽ uocat & animã.Trias autẽ alio quodã genere habeẽ optima,& in IX.de rep.magnopere extollit q; in primis quadratus ab eo numerus exeat,uidelicet nouẽ dein solidus XXVII. Postremo magnus ille ac fatalis DCCXXIX. Qui radicẽ habet III, dein IX, tertiã XXVII. Trias sola initiũ medietatẽ & finẽ retinet,quibus corpora

Digitus
Articulus
Compositus
Par uel impar
Pariter par
pariter impar
Impariter par
Diminutus numerus
Superfluus
Perfectus
Impar primus & incõpositus
Secundus & compositus
Abstractus
Coniunctus
Comparatus
geometricis
dimẽsionibus
Punctum
Triangularis
Quadratus
Cubus
Pyramidalis
Sphæricus
De ui, & potestate numerorum quorundam
Monas
Dias
Trias
DCCXXIX

Universidad de Deusto
Biblioteca

augescũt. Interuallũ unũ lineã facit, duo superficiẽ, tria corpus, quod tribus etiã metimur, lõgitudine, latitudine, & soliditate. Primus item impar est numerus, qui perfectior pari est, cum illum comprehẽdat, non ab eo comprehendat. Præterea trianguli figuram continet, quæ omnibus præstat. Siquidem in hanc solida cuncta & plana resoluũtur. Proportionem in arithmetica refert sesquialteram: in musica diapente: in philosophia rerum principia, uidelicet materiam, formam, & priuationem. Secũdum uero Platonem, deum, species, & hy
Tetras len: apud uero poetas Gratias decentes. Tetras ante omnia secundum uim & potẽtiam in denarium resoluitur numerum perfectum: si unum, duo, tres, & quatuor computentur. Pythagoreorum iusiurandum: Iuro ego per sanctum pura tibi mente quaternum Æternæ fontem naturæ animiq; parentem. Nam nostram dicunt animam ex quatuor constare: mente, cui unitas comparatur, nam species rerum sub unitate comprehendit: scientia, quæ binario cum indefinita sit, & ex alijs confessis demonstratur: ternario autẽ opinio, quæ ex pluribus originem habet, ac fallibilem: quaternario sensus. Præterea parem & imparem cõtinet numerum. Nam duo, & item unum, Plato non tam numeros, q̃ principia numerorũ uocat. Proportionem habet in arithmetica epitritam, à nobis sesquitertiã appellatam. In harmonia diatessaron & tetrachordũ, ac diagrãma Pythagoreũ, quo ille primũ in musica cõcentũ inuenit. Totidem sunt etiã corpora simplicia, & partes honesti & in cœlo cardines. & quadratum agmen ordinatũ & perfectũ, & quadrigæ totidem equorũ sat ad certamẽ cursusq; palmam fuere: & quadrare accõmodatũ aptũq; esse ob numeri huius cõcinnitatẽ dicimus.
Pentas Pentas suas etiã retinet proprietates, ut mediũ decadis quæ cæteros includit. Hexas nume
Hexas rus merito perfectus iam habetur, quippe qui sit æqualis his partibus ex qbus ipse constat. habet enim dimidietatẽ in tribus: tertiam portionẽ in duobus, sextã in uno: quæ simul & in unum collecta faciunt eundem. Præterea quadratũ cõstituit, XXXVI. Senarius enim &
Ogdoas octonarius uidelicet ogdoas perfectiores omnibus ab arithmeticis dicunt esse: & qui terminant in illis. Qui uero ab his defecerint imperfecti: semp em & in infinitũ hi duo diductionẽ
Heptas æqualitatẽq; recipiũt. Augustinus tamẽ senariũ præfert ob mũdi creationẽ. Heptas quoq; à Platonicis simul & Pythagoreis receptissima. Quæ hanc in primis ꝓprietatẽ habet ꝙ sola neq; gignit ex se aliũ numerũ infra decadẽ, neq; à quoq; ipsa gignit. Etem duo duplicata pariũt quatuor: tria sex: quatuor & parit à duobus duplicatis, & ipse duplicatus octo parit: rursus quinq; à nullo nascit, ipse bis supputatus decẽ cõstituit: item sex nascit quidẽ ex duplicato triẽte, parit autẽ infra decumanũ limitẽ nullũ: paritur nonus ex ter tribus, ipse item
Heptas nullũ: eodẽ modo & decẽ. Igitur qm̃ septenarius ab hac cõditione immunis est, à ueteribus
numerus Minerua est cognominatus: ꝙ sicut illa, uirgo perpetuo sit, ac sine matre. Multa insup quæ
Minerua natura ꝓueniunt huic sunt accõmodata. Nam septenarij mensis partus legitimi sunt. Post
appellatus partũ deinde septimo mẽse dẽtes emittunt. Septimo deinceps mutant ãno. Annorũ quoq; hebdomada sexta post pubertatẽ, antigtus pueris nomina imponebãt, cũ antea dubiã putarẽt uitã. Sexta pubertatẽ utriq; sexui defert: tertia adolescẽtiæ lanuginẽ: quarta uirilitatẽ. In morbis quoq; mutatiões fieri experiẽtia docuit. Hippocrates in libris de hebdomadis enumerat sensuũ omniũ qui sunt in capite septenos meatus, oculorũ, auriũ, nariũ, atq; oris. Vitalia quoq; paris numeri, lingua, pulmo, cor, lien, hepar, duo renes. Lunę etiã crescẽtis & senescẽtis, ut in astrologia dicã, eodem numero notat: siqñ de obscura crescẽte lumine fiat & decrescẽte eodẽ omnino ordine. Septẽ cœlũ planetis cõstat: & in musica ex diapẽte ac diatessaron symphoniã cõstituit. In mathesi deniq;, teste Iulio Materno, septenarius quisq; numerus, in genitura & annis magnos portẽdit effectus. In nonario, siue enneade, idẽ Mater-
Enneas nus dicit eadẽ, in annis itẽ fieri mutationẽ. Sed & huic nũero alia etiã cõuenire inuenimus.
ἐννῆμας Home. sæpe illius meminit, ἔννημαρ appellat, i. nono die: cũ uidelicet aut rñsa sunt danda, aut clades sæuitura, aut leges cõdẽdæ: totidẽ em annis dicit in spelũca Minoẽ à Ioue leges accepisse, totidẽq; diebus mortuos ãtiq funerabãt. Decas itẽ à Pythagoreis obseruata, eo cũctis
Decas pfectior, quo cęteros singulatim includit nũeros: supra decẽ nõ tã nũeratio q̃ eorũdẽ numerorũ replicatio. Hanc igit Pythagorei primã quadraturã appellãt. Nã decẽ ex uno, duobus,
Dodecas tribus, & quatuor fit simul collectis. Dodecas in octaua de rep. Platoni tãq; diuina celebratur, qui ait, eam ciuitatibus magnã portendere mutationẽ siquãdo multiplicari cõtigerit ac peruenire ad æquialterũ suum planum, uidelicet CXLIIII. Poterit autem in melius mutari secundũ disciplinã: cum uero ad solidũ puenerit, uidelicet MDCCXXVIII. tanq; finem suũ cõtigerit postea declinabit. Antea uero nõ fatali numero sed imprudẽtia collabet.

Eiusmodi mutationis causam Aristo. in lib. V. Politicorum nõ negasse uidetur, Platonem allegando, ut in eius epitome libri diximus. In legibus itẽ Plato eodem numero duodenario ciuitatẽ agroscq;, custodias, ac magistratus disponit. In Phædro XII. adducit ordines diuinorũ. In Timæo XII. faciebus formar mũdum etiam propter sphæras mundi XII. signaq; totidem. In Critia plagis XII. antiqua ante diluuium regna describit.

DE HARMONIACIS.

HARMONIAE rationem, quæ arithmeticæ subijcitur, Aristoxenus Platonis æqualis ferè primus in lucẽ extulit, repertis etiã instrumentis. Deinde Ptolemæus, cuius musicã negligentia posteritatis ex magna parte corruptã Nicephorus Gregoras interpollauit, & paraphrasim simul quandã constituit, Nicomachus etiã in quibusdã illustrauit. Cõmentatores his adesserũt Pappus, Theon, Alypius, Gaudentius, Iacius. E nostris uero Apuleius, qui libellũ super his edidit, & Boetius. Et Augustinus, qui magis pedum rhythmos quàm harmoniã est persecutus. Triplicẽ eius constituunt diuisionẽ, primã uidelicet sensus & mentis. Initiũ enim à sensu. i. auditu accipit, deinde mẽtis ratione ac iudicio absoluitur. Cuius rei gratia uel imperiti de hac censurã agunt, cum Harmonia numerorumq; oblectatio & concinnitas æque omnis capiat, unde illud Virgilianũ, Numeros memini, si uerba tenerem. Non item geometriæ hoc euenit, cuius figuræ nemini sunt curæ, an pulchræ aptęq; depictæ sint, sed tantũ sensibus acceptæ. Alia diuisione triplicem faciunt. Cosmicam, qua mundus & ordo cœlestium orbiũ mira concentus dulcedine cõstat. Alteram humanã, qua homo cõstitutus est dispositione ordinęq;, tum quatuor elementorũ, tum animæ unà cum corpore harmonica coniunctione. Tertiã, quæ in uocis humanæ instrumẽtorumq; sonitu cõsisteret. Tertia diuisio Aristoxeni est, qui uocis rationem in rhythmũ, melos & metrum diduxit, de his Gell. lib. XVII. Longior mensura uocis rhythmos dicitur. Altior melos. Metrum uero per quam syllabarũ longarũ & breuium & mediocriũ iunctura & modulus cõgruens cum principio geometriæ auriũ mẽsura terminat. Adrastus peripateticus pulcherrime musicæ principia dictionibus cõparat: Nam ut literis & syllabis constant, sic illa phthongis tanquã literis, & diastematis, uti syllabis: postremo harmoniæ perfecta ratio simul in unũ coacta systema dicetur, tetrachordũ, heptachordũ, octachordum. & his similia. Quæ tria totidẽ illę dictiones (quas supra narraui) exprimere uidentur, uidelicet rhythmus, melos, & metrũ. Phthongus igitur uox est non omnis, sed cũ tasi. i. productione prolata in instrumento. Chorda dicitur phthongus apud nos, apud Græcos dynamis. Diastema quod nos interuallũ dicimus, est discrimen quo alter acutior, alter grauior phthõgus appellet. Diastematũ differẽtiæ plures magnitudo, genus, melopœa, cõpositio, modus, mutatio. Magnitudine primum differunt maiora minoribus, sicuti diatessaron, diapente maius, & hoc itẽ diapason. Superat genere ut diatonicũ, chromaticũ, enarmonicũ. De quibus inferius dicã. Melopœa quãdo uidelicet homophona, symphona, antiphona, paraphona, diaphona sunt. Homophona, quæ grauitate aut acuitate nõ discrepãt. Symphona, dissimiliũ concẽtus. Antiphonũ diapason uocat quod duo simul respondeãt. Paraphona uero diatessaron & diapente. Diaphona autẽ diastemata sunt inferiora q̃ diatessaron, & in medio posita. Quæ harmoniã per se nõ efficiũt sola, ut Tonus, ditonus, hemitonus, diesis. Est enim diesis, quarta pars. Cõpositione differunt diastemata, quãdo simul iuncta, ut in systemate, aut disiuncta per se sola cõnumerata. Modi quoq; uariãt diastemata, qui secũdum Aristoxenon XIII. sunt, hypermixolydius, hyperphrygius, mixolydij duo. Acutior alter, qui hyperiastius uocatur: & grauior alter, qui hyperdorius dicit. Lydij duo, quorũ grauior arolius uocat. Phrygij duo, quorũ grauior dorius. Hypolydij duo, quorũ grauior hypodius. Hypophrygij duo, quorum grauior hypodorius: postremo dorius omniũ acutissimus. Genere etiam diastemata mutantur, ut diatonicum, chromaticũ, Enarmonicum. Diatoniũ constat symphonia duorũ tonorum & hemitonij. Eius etymũ ex eo uenit ꝙ seu per tonos, ꝓcedat, siue robustius aliquid & ualẽtius in se habeat q̃ reliqua, insuper & magis tritũ, ac ĩ usu. Est in eo differẽtia, ut molle diatonũ, aut syntonũ. Molle diatonũ per semitonum & tres dieses procedit. Syntonũ simile est generi: nam per tonum & tonum & semitonũ melodiã peragit. Chromaticum ex eo dicitur, ut inquit Boetius, ꝙ è diatonio in aliũ quasi colorẽ mutatur, genus sanè rarius & mollius, constatq; semitono & semitono ac tribus semitonis. Enarmonicũ uero, ꝙ magis coaptatũ

Sẽsus et mens
Cosmica
Humana
Vocalis
Rhythmus
Melos
Phthongus
Diastema
Systema
Diastematum differentiæ
Magnitudo
Genus
Melopœa
Compositio
Modus
Melopœa
Homophonæ
Symphonæ
Antiphonæ
Paraphonæ
Diaphonæ
Compositio
Modi XIII
Hypermixo
lydius
Hyperphrygius
Mixolydij II
Lydij II
Phrygij II
Hyperlydij II
Hypophrygij II
Dorius
Genus
Diatonicum
Chromaticũ
Enarmonicũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mutationes IIII in genere

sit,quod cantatur in omnibus tetrachordis per diesim & diesim & ditonum. Quapropter phthongi quinq;,qui mutabiles dicũtur,eorũ nomina in mutatione assumũt,ut ceteri stabiles sint,ut Iichanos hypaton,Iichanos meson,paranete synеugmenõ, paranete diazeugmenon,paranete hyperboleon.Ex his deprehenditur q; mutationes faciebant in omni musica quatuor. In genere,quãdo ex diatono in chroma uel enarmonium transitur. In systemate, quãdo ex synaphe in diazeusim uel cõtra mutatio fit.In tono,quãdo ex dorico in phrygiũ uel lydium,aut aliũ ex modis sit trãsitus.Nunc rursus ratio symphoniæ ab initio repetẽda.

In systemate
In tono

Definitio symphoniæ

Est igitur symphonia,duarũ uocum seu pluriũ inter se iunctarũ dulcis cõcentus:nam non omne diastema symphoniã facit,sicuti nec omnes literæ simul iunctæ syllabã aut dictionẽ.

Symphoniæ seu diastemata

sed quæ cõueniunt. Itaq; omnis symphonia diastema est,non item contra. Symphoniæ in systemate perfecto & immutabili,hoc est,perfecta harmonia,sex. Diatessaron,diapente, diapason,diapason & diatessaron,diapason & diapẽte,bis diapason.Primæ tres simplices, ex quibus reliquæ constant. Prima habet duorũ tonorum & semitonj diastema,quoniam tria interualla & uocum quatuor consonantiã recipiat:cui proportio respondet,quæ apud arithmeticos epitrita uocat̃,quæ se habet ut tres ad quatuor. Secũda diapente triũ tonorũ & semitonj diastema habet,q; quatuor cõtineat interualla & uocũ quinq; cõsonantiã portione hemiolia,hoc est,sesquialtera,quæ se habet ut duo ad tres. Tertia,diapason:cuius diastema duas priores cõtinet cum tonis quinq; & duobus semitonis,ad duplæ refertur portionem,quę se habet ut duo ad quatuor. Vocaturq; toniæum diastema,ob excellentiam q; tonos & symphonias principales contineat. Quarta symphonia,diapason & diatessaron, phthongorũ XI. interuallorũ X.,pportione διπλασιεπιδίμοιρον: quæ se habet ut XXII. ad IX. Quinta,diapason & diapente phthongorum XII. & diastematũ XI.proportione tripla,quæ se habet ut sex ad duo. Vltima,bis diapason,è quatuor tetrachordis ,pportione quadrupla,quæ se habet ut octo ad duo.Huius rationis authorẽ Pythagorã primum fuisse dicunt,tetrachordo primũ inuento,quod diagrãma uocãt.Est enim diagrãma in musica figura plana,cõplectens phthongos siue chordas in melodia: nam,ut refert Boetius,auditis quondã fabrorũ malleis harmonia quadam & cõcentu ad ictum sonãtibus accedens inuestigaturus rationẽ consonæ uocis eos expẽdit,animaduertitq; primũ libris VII. alterum IX. tertium VIII. quartũ VI.Ad hoc exẽplum,quatuor in ligno eisdẽ põderibus neruis librat̃is ac pulsat̃is uidit totã systematis symphoniam ad cõcentum diastematũ,quæ supra narraui,respõdere. Idem & in tibijs tẽtauit quatuor simul impari longitudine ac pari cauo coniunctis,hoc est,prima longa digitis XII. & deinceps reliquis eodem ordine numerorum.Sed inter tibiarum neruorumq; naturã hoc differre uidit,quod tibiæ longitudinis incremento fierent grauiores:nerui uero põderis incremento acutiores,utrobiq; tamen eãdem portionem contemplatus est. Ratio chordarum est,quod acutissimã neten,quasi νεάτην:& nouissimã appellabant:grauissimam uero hypaten,id est,summam & principalem, initium tetrachordorũ.Ante hanc uero proslambanomenos erat omnibus grauior & principium perfecti systematis. Parypate iuxta hypaten Iichanus,index digitus,Græce dicit̃: appellata,quoniam in canendo ad eam chordam,quæ erat tertia ab hypate,index digitus inueniebatur.|Quarta Mese quod inter septẽ erat semper media. Quinta paramese,id est, iuxta mediam.Sexta,paraneten,id est,iuxta neten & ultimã: uoces pariter omnes in acutiorem tẽdentes. His addebãt quandoq; tetrachorda synеugmena.i.coniuncta,& diazeugmena.i.disiuncta.Est enim synaphe quã nos coitũ dicere possumus,duorũ tetrachordorũ simul iunctorũ tonus medius & cõmunis,quę triplex est,acutissima, grauissima,& media. Diazeusis.i.disiunctio,cum uidelicet phthongus non cõmunis est inter tetrachorda.Duo igitur antiqui systemata faciebãt perfecta,secũdum synaphen quod minus,& secũdum diazeusim,quod maius erat:ad quod minus post chordã mesam tris addebant chordas,triten synеugmenon,paraneten synеugmenon,& neten synеugmenõ,uocabãtq; eas tetrachordum neton synеugmenon,quas neton.i.processus ad extremã acuitatem. Syneugmenon uero.i.coniunctarum,quoniã à chordis meson non absistit,sed cum ea quæ mesa uocatur cõmuni phthõgo coniungit̃.Dicebãtq; tertiã prope mediã,q; esset tertia à fine paraneten. Deinceps ultimã neten sicuti finẽ existentẽ motus ad acutũ,ut diximus,Sunt igitur in minore systemate chordæ VI. quæ referunt diapason & diatessaron simul diastemata tria, uidelicet tetrachorda Syneugmena adinuicem secundum cõmunes phthongos ab hypate

Ratio chordarum

Synaphe triplex

In minore Systemate chordæ VI

Meson

Meson ad mediam præterito proslambanomeno. Suntq; huiusce modi proslambanomenos,Hypate Hypaton,Parypate Hypaton,Lichanos hypaton, Hypate Meson, parypate meson,Lichanos meson,Mese,Trite synеugmenon,Neton,Paranete synеugmenon,Nete synеugmenon.In maiore autem Systemate,quod secundum Diazeusim erat tetrachordum neton Syneugmenon non ponebant.A paramese initiũ sumebãt tetrachordi,Neton diezeugmenon hemitonio quidem acutius q; paramese,Tertiam neton diezeugmenon, & deinceps paraneten diezeugmenon:& nete diezeugmenon,quam rursus faciebãt principium tetrachordi paranete hyperboleon nete hyperboleon,erantq; omnes chordæ XV. hoc est,quatuor tetrachorda hypaton & meson simul coniũcta & cõmunia:disiuncta uero ab his alia,uidelicet diezeugmenon & hyperboleon neton,uocaturq; systema Ametabolum,id est,immutabile,quasi absolutum,quod mutari nequeat ad profectum. Maximum uero Systema ex omnibus tetrachordis fit, quæ sunt numero quinq;, Hypaton, Meson, Syneugmenon, Diezeugmenon & Hyperboleon, Chordæ numero XVIII. In his est quicquid potest concentus aut in cithara,aut in tibijs.

Maximum systema chordarum XVIII

Accommodatio Harmoniæ humanæ naturæ,ac cœli rationibus.

RESTAT ut harmoniacam uim naturæ humanæ,deinde cœlo accõmodemus.Quem locum pulcherrime Ptolemæus in lib. III. de Musica prosecutus est. Nos pauca ex eodem libro adducemus. Igitur cum initia rerũ dicat ex materia secũdum subiectũ,ut ex quo,& motu.secundũ causam,ut à quo, ac forma:secundum finem,ut cuius gratia cõstare:harmoniã causam ponit. Cum autẽ triplex causa sit,Natura qua sumus, Ratio qua bene sumus, Deus quo semper sumus:Harmoniã causam eã ponit qua bene sumus,id est,secundum proportionẽ motuũ. Proportio enim simpliciter & in uniuersum est ordinis & symmetriæ mater. Est nanque prius in mente symmetriæ inuentio,harmoniæq; iudicium: Deinde in organica secũdum artem monstratione sensibus subiecta,addita secundum practicen experientia exercitationeq;.Huius igitur proportionem & concinnitatem anima prius eius indagatrix in seipsa, ac suis motibus conspicit. Nam cum tres sint eius partes:Ratio,sensus,& appetitus,hæ tribus musicæ diastematis ac symphonijs respõdent. Diapason ante omnia rationi,cum hæc pars sicuti illa reliquas duas complectatur,Diapẽte uero sensui,Diatessaron appetitui. Vt enim diapente propior est symphoniæ diapason quàm diatessaron ob excellentiam imparitatis:Sic sensus propior est rationi quàm appetitus. Præterea in tonis etiam respondent. Vt enim diatessaron tris habet tonorum mutationes,sic appetitus augescens primum uidetur,deinde ferueſcẽs,postremo seneſcens. At sensus quatuor,æquas numero speciebus symphoniæ diapente,continet partes:auditum,uisum,gustum,odoratũ:nam tactum prętereo,tanquam cõmunem omnibus,aliter alijs deprehensum.Rationi uero VII. numero æquales Diapason species,Phantasia,mens,cogitatio, memoria,dianœa, opinio,scientia. Siue uelis aliam animæ diuisionem,uidelicet rationem,iram,concupiscentiã:easdem partes respondere uidebis. Diatessaron tres partes concupiscentiæ uirtutibus similes sunt. Temperantia in uoluptatibus,Patientia in tolerantia necessariorum,Pudor in abstinendo à turpibus.Pars rursus irascibilis quatuor diapente retinet species:Mansuetudinem in ira, constantiam ad usus motus,fortitudinem in periclis,perseuerantiam in laboribus.Pars rationalis item VII. secundum diapason ordinem. Celeritas,ingenium,anchinœa,eubulia, sapientia,prudentia,experientia. Totus itaq; perfectus philosophi animus perfecto systematis diagrammati comparandus. Mores etiam secũdum tonos in systemate aptabimus. Grauiores referunt segnitiem & tarditatem,secundum Hypodorium modum. Acutiores uero secundum Mixolydion celeritatem & audaciã in homine referunt. Semitoni autem secũdum Doriũ mediocritatem & modestiã in reb⁹.nam & animi ipsi simile quid melodię patiuntur,& cõcordi quadam rerum gestorumq; inter se cõgruentia,cum lætãtur,dolent, quiescunt,silẽt,loquũtur. Ex quo Pythagoras dicitur aliquid incepturus sese lyræ harmonia ad alacritatẽ,tum animum,tum corpus excitare solitus.His igitur Ptolemæi sententijs Aristoxenus prius adhæsit,qui animã ex harmonia cõstare dixit,quem Plato quoq; secutus est.In eodem libro Ptolemæus,uti supra commemoraui,cœlestibus orbibus musicam tribuit,quorum interualla diastematis phthongorum in lyra comparauit,ita ut Hypaten Lunæ tribuat,quę ut uelocior cursu,grauiori phthõgo similis uidebatur,qui citius finitur.

Harmonia prius in mente, deinde in organis

Diapason rationi respõdet

Diapente sensui

Diateßeron appetitui

Mores tonis & modis in systemate comparati.

Harmonia in cœlo

Et deinceps

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zodiacum perfecto systematis similis. Chordæ cœli motibus similes

Et deinceps ultimũ Neten Saturno. Zodiacum uero Ptolemæus perfecti Systematis diagrammati similem reddit, in quo quatuor tetrachorda inueniuntur. Præterea symphoniæ in eodem similes per aspectus mutuos: primum Tetragoni, quod diatessaron comparat, Deinde Trigoni quod diapẽte, Diametri, quod Diapason, postremo uniuersum circulum in se ductum Bis diapason referre imaginem monstrat. Cumq; tris cœlum habeat cursus, longitudinis, latitudinis, & altitudinis: mutationes in his tonorum indicat oriens & occidens per longitudinem, principium & finem referunt chordarum grauiorum, quod hæ partes obscuriores nobis in ortu & occasu signorum apparent. Obscura uero silentibus similia. Grauis enim uox ad silentium propius accedit. Acutiores autem chordas meridici per latitudinem assimilat quod hæc pars nobis manifestior & clarior: præterea meridies altior, nobis acuitatem refert. Oriens uero & Occidens depressiores nostro aspectui uocis humilitatem & grauitatem repræsentant. Altitudo quoq; cœli ex eo notatur, cum planetæ in eo in altiore, quod Græci ἀκρότατον, barbari augem uocant, siue in humiliore, quod ὑπόγαιον item Græci, barbari augis oppositum, siue in medio loco discurrunt. His tria melodiarum genera similia facit, Diatonicum, ut altiori & maximo cursui, Enarmonium minori, Chromaticum uero medio, quod in hoc lichani media tetrachorda diducunt.

DE INSTRVMENTIS MVSICIS.

Lyra trichordos

INSTRVMENTA musica aut pulsata aut inflata sunt. Prima præfert Aristoxenus, ut ait Athenæus, quod inflare tibias aut fistulam multi sine præceptore sciant. Lyram in primis Trichordon reperit Mercurius Ægyptius, ut author est Diodorus Siculus, imitatus tris temporum mutationes, calidissimum, frigidissimum, & temperatum. Tres igitur posuit phthongos. E duobus solstitijs duos, acutum & grauem. E duobus uero æquinoctialibus unum medium temperatum. Tetrachordi inuentionem Boetius Mercurio tradit, ad quatuor elementorum harmoniam accõmodatum. Quintam chordam Corœbus Atyis Lydi filius, Hyagnis uero Phryx sextam reperit. Septimam Terpandrus exemplo VII. planetarum, hæc ille. Apud Græcos tamen authores sic reperio. Heptachordum primum inuenisse Mercurium, Orpheumq; docuisse. Hic uero Thamyram & Linum, Linus Amphionem, post Orphei mortem lyram in mare proiectam à mulieribus Thracibus in Lesbum peruenisse. inuentamq; à Terpandro Lesbio poeta delatam in Ægypto sacerdotibus monstratã. Ex quo nouus ille lyræ repertor est habitus. Versus de ea ipsius Terpandri subijciam. Ἡμεῖς τοι τετράχορδα ἀοσσείσαντες ἀοιδαῖῳ. Ἐπταγόνῳ φόρμιγγι νέους μελαδήσομεν ὕμνους. Sed & Octachordum & Enneachordum & decachordum postea usurpatum. Ion poeta sic ait. Ἐν δεκαχόρδῳ λύρᾳ δεκαβάμονα τάξαμ' ὄχους ἁρ. τὰς συμφυσᾶσας ἁρμονίας τριόδ'. περὶμ δ' Ἀπόλλωνα φόλλον διατείσασα πάντες Ἕλληνες ϖαιᾶνα μόσαν ἀεξόμενοι. Achæi autem tradunt lyram primum à Cadmo Agenoris filio in Græciam allatam. Cithara à lyra ante non distinguebatur aut parum. Lyra & plectro & digitis pulsabatur. Propertius. Ille lyræ carmen digitis percussit eburnis. Sæpe etiam plectro, quod ex caprarum ungulis, ut ait Pollux, fiebat, Nostra tempestate hoc instrumentum interpollatum testudinea nihilominus forma, quamuis artem & modum mutauerit, utranq; tamen sicut antiquitus requirit manum. Pedianus sic ait. Citharistæ utriusq; manu funguntur officio, dextra plectro utuntur, & hoc foris canere: sinistra digitis chordas carpunt, & hoc intus canere. Leutum uocant, fortasse à leuore & loco plectri penna percutitur. In quo excelluit Petrus Bonus Ferrariensis. Pulsatur & digitis, inuento nostra ætate Stephani Hispani, Aulici Ferdinandi Siciliæ regis excellentissimi lyristæ. Ex Polluce. Epigoneũ ab inuentore Epigono pulsatur sine plectro chordis XL. Tosinon chordis XXXV. Monochordum Arabum inuentum. Pentechordum Scytharum. Psithyros Libycorum maxime Troglodytarum figura Tetragonum. Psalterium in hymnis exercebatur, sicuti Barbiton in lyricis. Ex Athenæo. Erat enim Barbiton tetrachordum Anacreontis poetæ inuentum. Apollodorus ait: Quod nunc dicunt psalterium, Magda olim appellabant, à Magado inuentore. Magades enim apud Anacreontem cithara est XXX. chordarum. Dicit enim, φάλλω Δ' εἴκοσι χορδαῖσι μαγάδιν ἔχων. Ion uero Chius poeta de hoc tãquam de tibia uidetur loqui. dicit enim, λυδός π μαγάδις αὐλὸς ἀγέθω. Panætius philosophus Magadum, & item genus esse tibiæ, ἀπὸ τῶ ματτύειν. hoc est, ad uaticinandum & uestigandum aprum.

Tetrachordum
Corœbus
Hyagnis
Terpandrus
Chordarũ VII
Heptachordũ
Terpandri uersus
Octachordum
Enneachordũ
Decachordũ
Ion poeta
Lyra
Cithara
Plectrum
Epigoneus
Tosinon
Monochordũ
Pentechordũ
Psithyros
Psalterium
Barbiton
Magades

Sambuca

Sambuca genus Tetrachordi erat acutissimi soni, maxime utebantur Parthi & Troglodytæ, à Sambuco inuentore appellata, qua prius est usa Sibylla. Alibi dicit inuentum fuisse Ibyci poetæ Regini. Tripus, cuius meminit Artemon, inuentum hoc prius à Pythagora Zacynthio, instar Tripodis Delphici. præbebat usum trium citharariũ, ut tres citharœdi uiderẽtur cõcordes pulsare. Cumq; tria essent eius instrumẽti loca, tris habebat harmonias. Phillis Delius cõmemorat phœnicas, pictidas, iambos, trigona, clepsiambos, scindapsos, nouem chordas. Iambi dicebãtur, ubi iambi canebãtur, deprehendebanturq; ubi à metro declinabãt. Trigon itẽ in iambis exercebatur. Est enim Syrorũ inuẽtum. Cymbala & Crotali manibus agitabãtur. Tibiarũ diuersa genera ex Polluce. Cares Threnetica tibia utebãtur ad luctus apta: Thebani ex osse ceruino eam facitabant, Scythę & Melanchlæni ex aquilarum & uulturum ossibus, Ægyptij ex calamo hordeaceo Osyridis inuento. Anthippus repertor in tibijs harmoniæ Phrygiæ, Doricæ, Lydiæ. Nicopheles Athenam inuenit, genus tibiæ Mineruæ sacræ. Erat & odõtismus aliud genus, quatuor foraminibus. His etiam pluribus Diodorus Thebanus fecit obliquas aperiens spiritu uias. Gamelion quoq; inflationes duæ erãt, altera magis & altera, uoce maiore. Paroeniæ tibiæ in cõuiuijs æquales erãt. Spondaicæ hymnis aptæ. Pythicæ picis. Choricæ Dithyrambis. Parthenicæ Virginibus. Iuueniles pueris. Hypertelis uirorũ choris. Paratretæ threnis accõmodatæ: Bombicorum impetuosa & furiosa inflatio orgijs cõueniens. Laconicum in bellis: Argolicũ in Tesmophorijs. Maiores & minores tibiæ cõcinebãt in theatris, in nuptijs, ĩ funeribus, in sacris. Naulĩ instrumentũ. Sopatrus. Ναῦλα λαριγμοφώνος ἐκπεχόδωη. Ouidius etiã poeta. Disce etiã duplici genialia naulia palma Vertere. Ea putãtur quæ nos organa appellamus. Monaulium cõuiuiorum instrumentũ, Osiridis inuentum in Ægypto, ut est author Athenæus. Sophocles. οἴχω κακόστικτα πικτίνων δίμυσμων λύγα μονάυλοιτε. Caulas quoq; nominat Philæmon, eas putauerim quam Cornumusam hodie uocant. Pelyx etiã instar coni galeæ unde nomen habet: inter instrumenta musica ponitur Polluci. Choraula genus tibiæ quæ inflatur. Fistulam ex cannis lino & cæra compactis Pana dicunt prius inuenisse. Atheneus ait Marsyam tibiã prius in Celenis inuenisse, ac fistulam κηρόπηκτον, id est, cæra cõpactam. Mercurium uero ex Euphorionis authoritate fistulam monocalamum, polycalamũ quoq; Silenum. Cornua, tubæ, classicum, buccina in bellis canebãt. Buccinam tubam esse retortam Vegetius dicit. His hodie addimus Tympanum, sonum etiã castrensem, quem Gallí antiquitus Matris deũ sacerdotes in sacris excitabãt. Terga erãt bubula prætẽta à baculo pulsata, quibus nunc utimur. Tubæ inuentor Piseus Tyrrhenus. Hac præcones utebantur quorum erat officium indicere silentium, & in certaminibus, & in sacrificijs, ac pacta recẽsere, & Athletas nunciare in ambitionem uenire certandi in Olympia. Archias Hyblæus præconum primus tris ordine Olympiadas simul & Pythica uicit, ubi & statuam cum epigrammatis inscriptione meruit. Vegetius. Habeat legio tubicines, & cornicines buccinatores, Tubicen processui & rursus receptui canat. Cornicines autem in motãdis signis. Dum uero pugnatur uterq; sonat. Exercitus Lacedæmoniorum musico instrumento ad bellum incendebatur, quod uocant Castoreum melos. Meminit Plutarchus in libris de musica his uerbis. ὅτι τὸ καλόμενον κασόρειον μετ' αὐλῶν ἤδετο πρὸς Λακεδαιμονίοις, ὅπως εἰς τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους εἰσῆλθον.

Sambuca
Tripus
Phœnices
Pictides
Iambi
Trigona
Clepsiambi
Scindapsi
Nouem chordæ
Cymbala
Crotala
Tibiarũ ratio
Threnetica
Athena
Odontismus
Gamelion
Paroeniæ
Spondiacæ
Pythicæ
Choricæ
Parthenicæ
Iuueniles
Hypertelis
Paratretæ
Maiores & minores
Caulæ
Pelyx
Choraula
Fistula monocalamos
Polycalamos
Cornua
Archias
Hyblæus
Lacedæmonij
In bellis
musica
Emmelia
Cordacea
Sicinnis
Pyrrhicha
Xyphis
Podismus
Cornos
Tetracornos
Hadicornus
Hedion
Gnismus
Holoclasmus
Cephalicon
Scopia
Leo

DE SALTATIONIBVS.

SALTATIONVM quoq; genera plura ex Polluce memorantur. Harmoniaca & Emmelia utebantur in tragœdia, Cordaca in comœdia, Sicinnis in satyra, Pyrricha & telesia in armis. à Pyrrho & Telesio inuẽtoribus. Erat & Xyphismus & podismꝰ, cornos, tetracornos in sacris Herculis, & polemica. Præterea Hadicornus, Hedion, Gnismus, Holoclasmus. Sic eũ in Thesmophorijs nominabantur: saltatio Persica, Cephalicon in Dionysij, Callinicon in Herculis sacris, & Colabrismus & Caucon, Baucismus, Nautica saltatio. Geranion in qua multitudine saltabãt per ordinem partibus inæqualibus, Labyrinthũ imitãtes: Cerna species Laconicæ saltationis, cui præmia proponebãtur, nõ solum pueris, sed puellis. Ionium Dianæ saltabãt Siculi maxime. Angelicũ, in qua nunciorũ figurã imitabãtur. Morphasmũ in qua omniũ animaliũ erat imitatio. Erat & Scopia in qua collum circumuolutabant ad eius auis. t. bubonis similitudinem, quę attonita ad eam capitur saltationem. Leo quoq; timẽda saltatio.

Carrandes

Carrades Carrades Dianę: Ithymbri Dionysio fiebāt. Baryllica ab authore Baryllico, in qua pueri &
Ithymbri puellæ Dianæ saltabāt. Hypogeron senū cum baculis saltatio. Gyraones quoq; cū ligneis
Baryllica suffulti pedibus saltabāt. In choris Teijs uarietas plurima, Hemichorium, dichorium, anti-
Hypogeron chorium, quādo chorus diuidebatur in duas partes: res tota uocabatur choria, utraq; pars
Gyraones hemichoria. Trichoriam Tirtæus repperit, tres laconū choros secūdum diuersas ætates.
Chori Ingressus chori parodus dicebatur: Exodus exitus, sicuti rursus ingredientium Antastasis;
Hemichoriū post hāc ingressus epiparodus, postremus autē exitus Aphodus. Ingrediētes Isodiū melos
Parodus canebāt, egredientes uero exodiū. Romana iuuētus Troiā saltabat iam inde Troianorum
Exodus instituto, ut Virg. in v. refert. Simulachrū belli erat, uolucris in orbem circumagitatio. Ex
Antastasis Athenæo. Tres enim scenæ saltationes, tragica, comica, & satyra: totidem lyricæ poeseos,
pyrrhicha gymnopedica & hyperchematica. Ex his Pyrrhicha similis satyricæ, quæ Sicin-
nis dicebatur, utraq; uero cum celeritate mouetur. Bellica autē uidetur esse pyrrhicha. in ar
mis enim pueri saltabāt cum celeritate quadam fugiendi & persequendi. Gymnopedica si-
milis erat tragicæ, quę eumelia uocatur, in utraq; enim uidebatur graue quiddam & com-
positum. Saltabāt enim pueri numeroso motu agitati palæstræ speciem præbētes. Hyper-
chematica comicæ similis, quæ uocatur cordax, in qua cantās chorus ex uiris & fœminis
Laconū apud Pindarū saltabat. Seculis uero insequētibus in hodiernū diem mutata ratio
saltādi, quanq; pyrrhicha inter milites exercetur, & quæ scopia uocabatur, collíq; ac cor-
poris obliquitate, imitatione Saracenorum. Omnino totū hoc genus, ut libidinosum pessi-
Vituperatio miq; exēpli, nō solū à Christianis, sed à grauitate Romana reijcitur. Scipionis enim Æmy-
saltationis liani uerba quędam orationis, quam cōtra legē iudiciariā Ty. Gracchi habuit, Macrobius
huiusce modi ponit. Docētur præstigias inhonestas cum cimbalis & sambucis psalterioq;
euntes in ludū histrionū, discunt cantare, quæ maiores nostri ingenuos probro ducier uo-
luerunt, euntq; in ludum saltatoriū, inter cinædos uirgines pueriq; ingenui uersantur. Ci-
cero item pro Murena. Nemo sobrius saltat, nisi forte insaniat, neque in solitudine, neq; in
conuiuio moderato: intempestiui conuiuij, immoderati ioci, comes est illa saltatio. Plutar.
ait saltationem Coribantes Cretensium populos primum inuenisse, genus hominū insanū
atq; maleficum. Augustinus quoq; noster. Præstat, inquit, arare uel fodere die dominico,
quàm choreas ducere. O mores, ò tempora. quod officium psaltriarum & impudicarum
fuerat, canere uidelicet ad lyram, ac psallere, nunc uirginalis ac matronalis pudor Christia-
narum in laudibus ducit, magistrosq; eius adhibent artis.

DE PARTIBVS GEOMETRIAE.

Scriptores Geometriæ

GEOMETRIAM, ut Isacius Græcus author, q Euclidis paraphrasim edidit, testatur, ab Ægyptijs in Nili auctu ac dimensione inuentā: Thales in Græciā prim⁹ adduxit. Post eū Mamertius frater Stesichori poetæ, & Hippias Eleus. Deinde Pythagoras eā interpolauit omniū superiorū doctissimus. Hinc Ana xagoras, Oenopides Chius, Theodorus Cyrenæus, Hippocrates, Leodamas Thasius, Architas Tarentinus, Theætetus Athenienſis, Eudoxus Gnidius, qui tribus ana logijs tris alias addidit. Euclides quoq;, & Eratosthenes, ac Plato. Turba post hos ingens recētiorum secuta. Proclus, Theon, Nicephorus, Isacius, ex nostris uero Censorinus, Boe tius, Campanus, qui Euclidem enarrauit. Omnis igitur hæc ars in ratione cosmicarum fi gurarum uersatur, quas elemēta inscripsit Euclid. quod ab his tanquā ab elementis & prin cipijs ad cæteras artes mathematicas ingrediamur. Nam per hæc & in cæteris disciplinis initia, exemplaq; demōstrationum sumi: & apud Platonem & apud Aristotelē, palam est. Sita præterea est sicuti & omnis mathematica, in phantasia, nō opinabili quidem, sed certa ex apparentibus speciebus notitia: quam Latini & assensum & certitudinem, Graeci πίστιν uocant. Ea siquidem uniuersa, ut ait Porphyrius, aut à principijs, aut ad principia dedu citur. A principijs quidem, à communibus sententijs, & sponte credibilibus prouenit: ad principia cum principia seu ponit, seu destruit. Principia geometriæ, ut ait Isacius, tria sunt. Hypotheses, Postulata, & Axiomata. A principijs autem sunt theoremata, & pro blemata: quorum differentiam sic se dicit habere. Axioma quod nos dignitatem uoca mus, quando assumptum in principio fit, per se credibile discentiq; notum: uidelicet sibi ipsi æqualia, & inuicem æqualia sunt. Quando uero sententia per se credibilis audienti ne quaquam fuerit, facit autem Catathesim, & nihilominus proponenti concedit: ea demum

Assensus *A principijs ad principia* *Hypotheses* *Postulata* *Axiomata* *Theoremata* *Problema*

hypothesis

hypothesis est, ut esse triangulum figuram talem secundum cōmunem cogitationem aut sen tentiam non accipimus sine docente: concedimus autem sine demonstratione. Vt habēs an gulos æquales, habet & latera æqualia, habet & angulos. Item totius Isoscelí anguli ad basim æquales inter se sunt. Et per antistrophen q habet ad basim latera æqualia Isosceles est. Quan do autem non facile noscitur dictum, nec facile concedente discente nihilominus accipitur, postulatum uocamus, ut omnes angulos rectos æquales esse. Hæc itaq; secundum Aristot. modo prædicto diuidūtur. At Stoici omnes hypotheses uocāt. In problematis uero & theo rematis hæc ferè differentia, quod quædam problemata geneses amplectuntur figurarum, & incisiones, & additiones. Ex quo Euclides in propositionibus semper ponit. Oportet figura re, seu componere, seu ducere, seu demere, & his similia uerba energiam seu actum alicuius figuræ genesis habentia. Theoremata uero neq; genesim, neq; præparationē alicuius figuræ complectuntur: sed eius accidentia tantum demonstrant. Quapropter in his Euclides uer ba ferè huiusce modi ponit. Aequale hoc est illi, & aliud alij, & hęc alijs. In fine autem semper narrare solet. Quod quidem oportet monstrare, tanquam monstratione propria existente theorematum. Omne autem problema seu theorema perfectum partibus omnibus cōstare oportet, quæ sunt huiusce modi. Propositio, expositio, siue definitio, præparatio, demonstra tio, conclusio. Propositio quæsitum aliquid dicit, aut aliquod datum, perfecta ex utroq; est, ut ait Philoponus in Analyticis Posterioribus: ut an cœlum sit corruptibile. Cœlū enim dat & concedit: corruptibile quæsitum est. Item intra datum circulum triangulum constituere. Expositio idem secundum idem datum accipiens anteuertit quæsito. Definitio si quæsito quandoque accidit declarat. Præparatio, quod dato deest ad quæsiti indagationem addit. Demonstratio recte ex confessis subiectum complectitur. Conclusio iterum in propositio nem roboratum iam datum reducit. Atq; ex his omnibus quas dixi partibus necessariæ tan tum propositio, demonstratio, cōclusio. Quando enim propositio & datum & quæsitum te net, tunc definitio & expositio ponuntur. Cum uero datum defuerit, expositione opus non erit: nam expositio definitio dati est. Verbi gratia, propositio dicit quod oportet inuenire tale Isosceles. Hoc datum uocatur: expositione ac definitione indiget, quæ minime fuerint ne cessariæ dato non præmisso. Postulata insuper & Axiomata assensu & credulitate nō egent, sed ut nota accipiuntur, & ut principia aliquorum quæ deinceps monstrantur. Ambo enim & simplicia & facile sine demonstratione perceptibilia. Sed postulatum ut facile inuentu & inuestigatu materiam respicit: ac cum aliqua monstratione dat perfectam sumptionē. Axio ma facile notum fatetur, nec amplius ad materiam ut postulata, sed circa accidentia uertit. Quapropter eo modo quo theoremata & problemata differre uidentur: nam in theorema tis (ut dixi) consequens seu accidens uidere tantum est: in problematis autem inuenire ac creare figuras. Marinus tyrius quēm in cosmographia Ptolemæus imitatur: multa & præ clara in mathesi tum in libro Euclidis περὶ δεδομένων, id est, de datis, conscripsit, ubi quid in geometria datum sit enarrat: sed ante quid ordinatum, inordinatum, notum, ignotum, normale, alogum siue irrationale. Ordinatum igitur quod semper idem est: nec potest aliter fieri, siue secundum quantitatem, siue secundum speciem: ut linea per duas notas ducta re cta signatur: per tres notas circulum & æquilaterum triangulum figurare. Inordinatum his contrarium est, ut scalenum pingere, & recta infinite diuidere. Vnum tamen & idem pote rit quandoq; partim ordinatum esse, partim inordinatū. Vt latera trianguli æquilateri qua æquilaterum est, ordinata quidem sunt, quantitate uero minime determinata. Notum quid nobis & manifestum apparet, ut uiæ spatium alicuius quot distat stadijs nosse, & triāgulus, quod duabus rectis tris angulos æquales habeat, atq; his similia. Ignotum, tamen noscibile, irrationale quidem & alogum non est: sed nobis minime comprehensum aut manifestum. multorum enim ignota ratio nec deprehensa adhuc hominibus, quæ tamen deprehendi po test: ut tetragonismus, id est, circuli quadraturæ ratio, quam licet Archimedes posteriq; in ea inuenienda elaborauerint: non tamen penitus eius rationem consecuti sunt. Multa item no ta quæ adhuc ordinem & rationem non habent: scaleni constitutio, & lineæ in infinitum di uisio. Normale, sic enim Censorinus conuertit, quod illi ὀρθὸν uocant, est figura siue linea, cu ius positionem & quantitatem ad mensuræ certæ rationē aptamus, ut cathetus & triangu lus æquilaterus. Alogū siue irrationale, quod nulla ratione ducitur aut mensura. Deniq; nor male & irrationale nō per se, sed ad aliud minimū in subiecto comparatur: ut numeri sym

Differentia inter problemata & theorematā

Ex Marino Tyrio

Ordinatum quid

Inordinatum

Notum

Circuli quadraturā

Scaleni constitutio

Lineæ in infinitum diuisio.

Normale quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

metri quando quilibet eorum ab aliqua minima menſura metitur: ut linea cui reliqua figura correſpondet, normalis dicitur & triangulus, & quadrangulus normalis: & item cubus normalis. Data uero de quibus Euclides ſeparatim librum edidit: ea ſunt per quæ aliquid ponitur comprehenſiuum in Matheſi. Fiuntq; quadrifariam, poſitione, quantitate, proportione, ſpecie. Poſitione dari dicuntur notæ & lineæ & latera, quę eundē ſemper locū habent. Quantitate ſeu magnitudine data dicūtur loca & lineæ, ac latera, in quibus poſſumus eandē proportionem inuenire. Specie figuræ dantur, quorum anguli ſecundum unum & rationes laterum inuicem dati ſunt. Initijs huius artis hoc pacto breuiter enarratis, Euclidis libri ſubodorandi recenſendiq; in uniuerſum delibando: eius uero penetralia illis relinquenda, quorū imagines lambunt hederæ ſequaces. Planorum ſcientiam antiquitus (ut Plato in Rep. teſtatur) Geometriam appellabant: corporum uero ſolidorum ſtereometriam, recentiores autem communi poſtea uocabulo utramq; geometriā, quod cōmunis eſſet doctrina, dixerūt. Nam & ſicut in planis aliqua rectilinea, aliqua circularia, quædā uero ex his mixta: ſic & in ſolidis, quædam ex rectilineis, aliqua è rotundis, nonnulla ex mixtis: Vt eſt cilindrus & conus. Deniq; ſolida ad planorum reſolutionem deducuntur. Authoris uero ipſius ordo ferè hic eſt. Libro X. Geometricam rationem complectitur, uidelicet 1. 2. 3. 4. 6. 11. 12. 13. 14. 15. quatuor uero arithmeticam: uidelicet 7. 8. 9. 10. quinto autem proportiones ad utramque facultatem pertinentes attingit. In primis duobus libris primas figuras rectilineas tradit, triangulum uidelicet & Parallelogrammum. In his enim tanquam generatim cauſas complectitur elementorum, Iſoſcelem, & Scalenum, & æquilaterum triangulum & quadrangulum: è quibus figuræ quatuor elementorum ſunt. Diuiditur ergo trifariam, in triangulorum geneſim, in Parallelogrammorum theoriam, in triangulorum & parallelogrammorum communicationem & comparationem. Secundus liber circa Parallelogramma & quadrangulos moratur. Tertius & item quartus circa circulos & chordas eorum. A nota enim incipit: ſic enim Cenſorinus melius quàm punctum, quod ille σημεῖον dicit, conuertit. Quæ duplex intelligitur: aut ut lineæ extremum, aut per ſe abſolute, quæ unitati comparatur, ſicut Dyadi linea, & Triadi ſuperficies, ut tradunt Pythagorei. Nā in triadis figuræ omnes conſtituunt, ut tribus notis & triangulus & circulus circumfertur. Figuræ omnes aut planæ aut ſolidæ, græce epipeda & ſterea: planæ uero aut rectilinea aut obliqua: rectilineorum aut parallelogramma lunt ut quadranguli, aut in acutum tendunt, ut trianguli: ſi obliqua, circuli, ſemicirculi, aut his prope accedētia. Solida ſunt ſphæræ, pyramides, cubi, cylindri, coni, aut his ppe accedentia. In utriſq; autem qualitas conſideranda, deinde, quantitas. Qualitas hoc modo: ſi linea recta, obliqua, normalis, irrationalis. Cathetus eſt quæ ſupra rectam cadit. Recta enim ſi ſupra rectā ceciderit, aut duos rectos facit, aut æquales duobus rectis angulos. Lineæ duæ cocuntes angulum faciunt, figuram minime. Primam & perfectā figurā triangulus facit, ut Plato putauit, ex quo ſolida conſiſterent, & in eum reſoluerentur: mentiq; adſimilauit, quod ab ſe dependeat anima, in ea contineatur, & ad eam reflectatur. Is autem æquilaterus eſt, qui paribus lateribus: aut Scalenus qui tribus inæqualibus lateribus. Oxygonius eſt ex tribus uidelicet acutis laterib⁹. Orthogonius ex uno tantū acuto. Ambligonius ex uno obtuſo. Quadrangulos item quatuor ſpecierum monſtrat Euclides. Primum æquilaterum, qui angulos habet rectos, & latera æqualia. Secundum ἑτερομήκη. Heteromecen, hoc eſt, altera parte longum, qui duo tantum latera oppoſita inter ſe æqualia, & omnis angulos rectos habet. Tertium Rombum, quem Arabes Helmuayn uocant, ſcutulæ forma: latera quidem æqualia, ſed angulos neq; rectos, neq; æquales habet. Quartum Romboidem, Arabes uero ſimilem helmuayn, qui facies & latera æqualia oppoſita: angulos autem inæquales habet. Cæteros non quadrangulos, Græci τραπέζια uocant. Arabes helmuaryphe, id eſt, irregulares, qui innumerabiles ac uarij ſunt. Poſt hæc pētagonus, hexagonus, heptagonus, octagonus, polygonus. Circulus quoq; una linea circundatus. Hemicyclus chorda Diametro minor in circulo eſt. Quantitas uero & ratio trianguli ante omnis ſic ſe habet, ut habeat neceſſario triangulos æquales duobus rectis. Quadrangulus æquilaterus quatuor angulos totidem rectis æquales, Pentagonus angulos quq; ſex rectis æquales. Hexagonus ſex angulos octo rectis æquales. Nam unus angulus æquilateri & æquianguli hexagoni ſeſquialter erit recti. Et ſic de reliquis ſecundum quantitatem omnium angulorum cuiuslibet figuræ. Dimenſiones aūt planorum ad ſuperficies areas catheta repetienda ſic ſe habent in Euclidis ſexto. Superficies ſimiles

De libris Euclidis

Nota unitati comparatur

Dyadi linea, triadi ſuperficies.

Epipeda

Sterea

Qualitas figurarum.

De triangulo

Æquilaterus

Iſoſceles

Oxygonus

Orthogonius

Scalenus

Quadrāgulus

Æquilaterus

Heteromeces

Rombus

Romboides

τραπέζια

miles ſunt, quarum anguli unius æquales angulis fiunt alterius, latera quoque eaſdem continentia eiuſdem erunt proportionis. Si ſint duæ ſuperficies directarum linearum & æquidiſtantium laterum ſeu triangulorum, eius quoq; ſunt altitudinis: tanta erit alterius ad alterā proportio, quanta baſis altera ad alteram. Si linea recta duo unius trianguli latera diducat: ſicq; lateri æquidiſtans: tertio eadem latera ex proportione diducet. Si ab uno angulorū trianguli recta linea ad baſim uſq; ducatur æque diuidēs talis baſium proportio, ſicut alterius ad alterum latus fuerit. Quod item recta angulum diducit adeo, ut baſium partes ſint ſecundum proportionem alterius duorum reliquorum anguli ad alterum: tunc angulus is in partes diducetur æquales. Si ab angulo recto trianguli orthogonij perpendicularis ducitur ſupra baſim: triangulum in duos triangulos magno triangulo ſimiles diuidet. Area cuiuſcūq; trianguli ex congeminatione ſemicatheti in tota baſi conſiſtit, aut ex cōgeminatione totius catheti in baſis medietate. Cathetus ſeu perpendicularis trianguli linea recta eſt, qui ab angulo trianguli in oppoſitam diducitur faciem, faciteq; duos rectos angulos: quapropter ex omni angulo unus tantum cathetus duci poteſt. Cathetus in quolibet triangulo ſiue oxygonio, ſiue orthogonio, ſiue ambligonio decidens ſemper intra triangulum cadet. Vt autem citra cathetum trianguli menſura reperiri queat ſic agendum. Latera ſimul omnia iungant, ex his medietas ſumatur, ex qua ordine latera trianguli ſubtrahenda: deinde congeminandū reliquum alterius lateris cum alterius reliquo. Summam item ex alterius lateris reliquo. Votum quoq; ex medietate trium laterum rurſus congeminādum, ſummāq; exiens radix areæ trianguli fuerit. Ad quadrati autem ſuperficiem reperiendam uidendum quoties in ſuperficie menſuranda capitur: uerbi gratia, in dato quadrato unum erit latus cubitorum X. quod in ſe congeminatum centum facit: totidem igitur quadra erit, dicta quadrata ſuperficies, hoc eſt, in dicta ſuperficie centies quadrata una ſuperficies capitur, quæ ex omni ſit latere cubiti unius. Quadrangulum diameter tranſucrſum diducit, qui cum coſtarum laterum menſura minime conuenit, nec eius unquam inuenta ratio, quem & Euclides & Ariſtoteles ſæpe in exemplis ponit. Quadratura uero circuli, quam tetragoniſmum uocat, nondum antiquis reperta: quanq; Ariſtot. dicat eius ſcientiā poſſe reperiri, & patrum noſtrorū memoria Raymundus Matheſeos peritiſſimus in ea inuenienda multū laboris cōſumpſerit. Noſtra uero tempeſtate præſul quidā Tranſalpinus uir doctiſſimus ei rei librū dicauit, quē Petrus Leo medicus Spoletinus Marco Barbo cardinali S. Marci monſtrauit. Archimedes ſuper hoc etiā ſeparatim librū conſcripſit: citra tamen rei perfectā inueſtigationē. Dixit em eius peripheriā maiorē eſſe tripla ſeſquioctaua, & minorē tripla ſeſquiſeptima. Poſteri uero dimenſi ſunt Diametrum ad peripheriæ tertiam & ſeptimam totius partem: quæ dimenſio pauſillū uariat, ut ait Ptolemæus. Ex quo euenit, ut non cognita perfectiore ratione diametri circuli, neq; etiam eius quadratura inueniri poſſit: quod ſi nondum circuli quadratura reperta, longe difficilima erit ſphæræ dimenſio, & eorum corporum quæ ad ſphæram tendunt. Stereometriam, id eſt, ſolidorum rationem libro XIII. XIIII. & XV. (ut ſupra commemorauī) Euclides complexus eſt: In quibus corpora normalia ſphæris includi monſtrat. Hæc ſunt quæ Plato in Timæo elementis accommodat: Pyramidem uidelicet, ſiue Tetraedron τετράεδρον, quod quatuor baſibus triangularibus conſtat: ſiue Pyramidem trilateram quam igni comparat. Hexedron ſiue cubum ſex baſibus quadratis, octo angulis & XII. lateribus, quē terræ adſimilat. Octedron octo baſibus triangularibus aeri attribuit. Aquā uero Icoſedro comparari uoluit, quæ figura eſt XX. baſibus triangularibus, quod plus quàm aer retineret materiæ: medium uero horum uoluit eſſe Dyodecedron ex XII. baſibus pentagonis cœlo attributum. Hanc Platonis ſententiam Ariſtoteles in libro de cœlo cōfutat, ut quum eò uenero paulo apertius narrabo. Hæc igitur corpora cæteris perfectiora ponuntur: quod æquiangula & æquilatera à ſphæra circumſcribi poſſunt. Alia his conditionibus nuſquam reperiuntur: licet nonnulla ſint, quibus cum adſint cætera, æqualitas tamen baſium deeſt, ut corpus XIIII. baſium, quarum ſex ſunt quadratæ, & octo triangulæ. Aliud item XIIII. baſium, quorum octo ſunt hexagonæ, & ſex quadratæ. XXXII. etiam baſium. Duo corpora, quorum alterum XX. baſes triangulares, & XII. pentagonos habet. Alterum uero XX. hexagonos, & XII. item pentagonos. Commemorantur & alia ſolida, ut ſerratile corpus, de quo paulo poſt. Columna ſiue cilindrus figura rotunda. Conica figura Pyramidalis eſt: de qua librum ſcripſit Apollonius. Pyramis autē trilatera, quadrilatera, columnaris, truncæ.

Diametros circuli

Cathetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sphæra Cubum constituunt facies IIII. anguli. VIII. latera XII. Sphæra cunctis perfectior una superficie contenta, à qua omnes lineæ æqualiter ductæ tendunt ad centrum. Extremæ illius notæ poli sunt: linea mediam pertransiens axis dicitur.

EVCLIDIS TRADITIONES

POSTVLATA nunc huius artis ab Euclide posita subijciam. A nota in notã lineam rectam ducere. Omnem finitam rectam lineã quantumuis protrahere. Omni modo centro & interuallo circulum scribere. Omnes rectos angulos sibi inuicem pares esse. Duas lineas rectas superficiem non includere. Axiomata uero, siue latine dicuntur dignitates, siue communes animi conceptus, huiusce modi fiunt. Si paribus paria addantur, quæ excrescunt paria sunt. Si à paribus paria demantur, quæ relinquuntur paria sunt. Si imparibus imparia adimes, ipsa quoq; paria reddunturSi duæ lineæ parallelæ in infinitum protrahantur, nunquam se cõtingent. In XI. autem hæc scribuntur. Linea recta partim in plano, partim in sublimi nullatenus esse potest. Duæ lineæ inuicem intersectæ in eadem sunt superficie. Quilibet angulus in una tantum est superficie. Solidus angulus è tribus saltem constat angulis planis, ad unamq; notam non ex una superficie concurrit. Duarum planarum facierum inter se consectarum cõmunis est intersectio. Corpus serratile dicitur quinq; superficierum, quarum tres parallelæ sunt, duæ uero trianguli. Solidum æquidistantium laterum si per diametrum superficiei secetur, duas utrinq; superficies per medium secari necesse fuerit. Solida æquidistantium laterum supra eandem basim ac lineam eiusdẽ altitudinis æqualia fuerint: si autem nõ supra eandem lineã, æqualia non fuerint. Solida æquidistantium laterum supra bases æquales orthogonaliter & æqualibus lineis erecta sunt æqualia. Solida similia dicunt ea quæ angulos habent æquales, ac circa latera proportionata. Columnæ æque altæ suis basibus sunt proportionales.

DE PROPORTIONE

Proportio PROPORTIONEM λόγον appellat Euclides: Analogiam uero, quam nostri proportionalitatem. De quibus libro quinto & sexto differit. Nonnulli inuentum Eudoxi, alij Platonis dicunt, in his pars maxima mathematicæ continet. Est enim proportio duorum terminorum eiusdem generis certa alterius ad alteram habitudo. Nam diuersi generis non est: ut numerus numero, linea lineæ, corpus corpori comparatur: fitq; in duobus non amplius terminis, ut A. ad B. Proportionalitas uero siue analogia trium, aut quatuor, seu plurium proportionum simul ad aliquid relata coniunctio, fitq; in tribus non minus terminis: ut sic se habet A. ad B. ut B. ad C. In quatuor uero, sic se habet A. ad B. ut C. ad D. Est & proportio arithmetica in discreto: & geometrica in continuo: in discreto tamen certior & notior, ut in numeris qui communicabiles aut symmetri uocantur tantum consistit. quum enim pars minor, quam aliquotam dicunt, non est: dicitur incõmunicabilis & irrationabilis proportio, nec nobis nec naturæ nota, ut XI. XIII. XVII. In geometria uero proportio irrationalis siue asymmetra, quam minime metiri possumus ratione, ut Diameter costæ sui quadrati, quæ in VII. & X. Euclidis proponitur. Et proportio semidupli dicitur. Vsurpatur q; ab Aristotele in libro Analyticorum posteriorum, ut probet non esse scientiam eorum quæ non sunt. Ex quo fit ut quæcunque proportio in numeris reperitur, & in omni genere continuorum reperiatur: nõ item contra. Infinitæ enim proportiones sunt repertæ, quas numerorum natura minime sustinet. At quæcunque proportio in uno genere continuorum inuenitur, eadem & omnibus. Qualiscunq; se habeat aliqua linea ad quamlibet aliam, sic se habeat quælibet superficies ad aliquã aliam, ut corpus ad corpus, tempus quoque ad tempus. Non item sic quilibet numerus ad alium numerum. Vnde apparet quod in continuis largior atque liberior sit proportio quàm in discretis. Quare proportionem Geometricam constat maioris esse abstractionis quàm Arithmeticam. Proportionis igitur species multæ, æqualis, inæqualis, maior, simplex, composita, multiplex, superparticularis, superpertiens, tripertiens, bipertiens. Inæqualitatis tamen principales sunt, multiplex, & superparticularis. Multiplex est quum maior numerus minorem numerum habet in se totum, uel bis, uel ter, uel quater: appellaturq; dupla, tripla, quadrupla, & ultra. Secunda uero inæqualitatis proportio superparticularis, quum maior numerus minorem numerum habet in se totum, ac unam eius aliquã partem, ut tres duo,

Proportionis species

duo, uel medietatem duorum, uocaturq; sesquialtera proportio, ad tertiam, ut quatuor ad tres, & dicitur sesquitertia. Ad hunc modum etiam in posterioribus numeris, aliqua à maioribus supra minores numeros continetur. Sed ut melius proportionum ratio pateat: Abacum hic in extrema pagina adnotauimus huius ordinis indicem pulcherrimum. Nam si numerum primi ordinis secundo referes, habebis primam speciem proportionis multiplicis, uidelicet duplam, & si tertium primo, triplam, & sic loquendo in reliquis ordinibus. At si numerum tertij ordinis primo comparabis, hoc est, tria duobus, habebis primam speciem proportionis superparticularis, uidelicet sesquialteram, & si tertio quartum, hoc est, quatuor tribus, sesquitertiam. Et si quarto quintum, hoc est, quinq; ad quatuor, sesquiquartam. Eodem quoq; modo de reliquis sesqui. Verum si numerum ordinis tertij quinto comparabis, hoc est, quinq; tribus: habebis primam speciem proportionis superpertientis, hoc est, superpertiens tertias. Et si numerum quarti ordinis septimo referas, hoc est, septem ad quatuor, habebis secundam speciem, hoc est, superpertientem quartas: & si quinto nonum numerum, hoc est, nouem quinque comparabis, habebis superpertientem quintas. Et si secundo numerum quintum, hoc est, quinque duobus conferes, habebis primam speciem multiplicis superparticularis, hoc est, duplam sesquialteram. Et rursus secundo septimum, hoc est, septem duobus, triplam sesquialteram. Postremo si numero tertij ordinis octauum comparabis, hoc est, octo tribus, fiet prima species proportionis multiplicis, uidelicet dupla superbipertiens tertias. Posset & ulterius procedere si quis uelit, hoc est, quarto undecimum comparando, habere duplam supertripertientem quartas. Præterea reliqui interlineares huius Abaci numeri primæ ordinem lineæ sequentur. Abacus

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

DE OPTICE ET CATOPTICE

OPTICE quoque, quam nostri Prospectiuam communi uocabulo appellant, Geometricæ subijcitur arti, cum corpus prospicimus, quod figura & ratione certa continetur. Cui separatim Euclides multiq; post eum libros dicauere, inter quos Ptolemæus, Heros Mechanicus, Damianus, Heliodorus Larisseus, & proximo seculo Petrus è Burgo Sancti Sepulchri nobilis pictor, de hac simul & pictura uernaculo sermone copiose in quodam uolumine disseruit. Vsus huius disciplinæ nimirum in plerisq; rebus elucet. In metiendis ædificijs. In architecturæ picturæq; ratione. In umbrarum corporum q; positione, cum sæpe non rationi partium neque harmoniæ, sed aspectui sit inseruiendum. Postremo ad deprehendendam cœlestium, tum aliorum corporum uarietatem, ueritatemq;, tum reflectiones, refractionesq; eorũdem. Quapropter quædam ex his ueluti rudimenta ex Damiano tum Euclide græcis authoribus excerpsi, in reliquis perscrutari diligentius uolentes ad ipsos relegamus authores. Trifariam eam diuidunt, in opticen, quam, ut dixi, prospectiuam dicimus: qua libere, & recte, & sine fractione perspicimus. Catoptice, qua per diaphana aquam uidelicet aut aerem crassum, aut speculũ seu leue aliquod refracte adspicimus. Sciographicem, quum corpora aut ædificamus aut fin Sciographice

Visus in rem uisam.

gimus, quæ non tam artis rationi, quàm aspectui seruiant. Habet autem uisus has conditiones. In primis ab oculo in rem uisam fertur: non item contrà. Indicio est ipsius oculi figura non caua, ut cæteri sensus, sed prominens & rotũda, ex qua lucem iacit, uti radios sol. Quod autem lux in oculis consistat, declarat ipsius oculi Diaphanũ, tum quædam animalia noctu cernentia: Sed & homines quandoque, uti Tyberio accidit principi. Præterea recte contuetur, ac figura Coni Orthogonij, quod Ptolemæus per organa in suo tractatu de Optice monstrauit. Hæc nanque ratione & usu probantur adspectus, & ex ipsa natura celeriter uisis congreditur, & plurimum uisorum simul comprehendit. Quare necessarium fuit & recte ob uelocitatem, & circulari forma, quæ omnibus planis capacitate præstaret, conspicere. Conus quem adspicimus, tetramorios, id est, quarta pars circuli est: summitas enim aspectus Coni, intra pupillã existit, & centrum quodammodo est sphæræ, si quidem tetramorios diuidatur circulus pupillæ. Quod aũt Orthogonius Conus in confesso est, apparent nanque uisa siue per rectos angulos siue per acutos, per obtusos nunquam. Consistunt autem recti per diametrũ Coni à summo usque ad basim, quibus acutius & maxime cernimus. Acuti uero inferiores uidentur à diametro siue basim attingentes siue non, nam in longinquo adspectu anguli acuti basim non attingunt. Si quid uero diligentius contueri, aut certius uelimus, per Coni axem & rectã lineam adspicere oportebit. Hoc enim manifesto patet: acum uel rem paruam in terræ spatio quæritando, nõ prius adspicimus, quàm directo in eum conspectu, licet reliquum Coni spatium oculis una uisus celeritate lustremus. Quod argumento est, uisum ex omnibus maxime natura quæ sunt à fronte recta conspicere. Sed & quæ post tergа sunt in speculo coram cernimus. Proxime autem axi propinquantes sunt radij adspectus. Deinde extremi utrinq; ab lateribus finiuntur, per quos minus adspicere licet. Manifestum igitur ex his, quod summus Coni adspectus non in pupilla oculi, nõ enim ab omni loco pupillæ uideremus, sed in oculi recessu ac penetrali consistit. Basis uero Coni prima & ultima circulus est, cuius terminus pupillam circumscribit. Ipsa enim pupilla non circulus, sed tetramoriæ sphæræ est epiphania. Refractus autem adspectus, qui κατοπτρικὴ appellatur, fit per medium diuersorum diaphanorum: nam si diaphana æqualia ubique forent, non refringeretur. Refringitur tamen nõ radius seu linea perpendicularis, sed obliquus qui ad æquales finit angulos illius à quo refringitur, uel recedendo à perpendiculari in occursu daphani rarioris, uel adcedendo ad perpendicularem in occursu diaphani densioris: exemplo est baculus in aqua dimidium obliquum se ostendens. Ex quo etiam patet solis radios ad æquales frangi angulos, cui omnino noster adspectus comparatur: uocantq; hanc incidentiæ lineã, cuius angulus oritur ex illa parte superficiei, uersus quam obiectum uisibile inclinatur pariter ex incidentiæ linea. Angulus autem reflexionis est, qui oritur ex alia facie extrema simul & reflexionis linea. Radius enim perpendicularis nunquam refringitur, sed continuo medium pertransit quodcunque occurrit, quanquam diuersum diaphanum. Si autem in opacum densumq; corpus inciderit, reflectitur in se, unde aspectus dicit reflexus, quod in sole causa est umbræ: nisi enim lumen reflecteretur, umbra nõ esset: sed id tantum fulgens, quod ab lucente corpore adspiceretur, reliqua tenebræ.

Portior figura Coni Orthogonij

Conus tetramorios

Refractus adspectus

Causa umbræ in sole

Cæterum inter uisa differentia uersatur. A maiore enim angulo uisa maiora apparere uidemus, quod in eum plus luminis uehemẽtius iacimus, Minora uero à minore, æqualia ab æquali, altiora ab altiore, & humiliora ab humiliore. A pluribus item angulis uisa diligentius & melius: quoniã nihil uidetur ubi totum simul uidetur. Figuram igitur adspectus subijciã imagine. Sit uisum A.E. oculus autem B. à quo adspectus extenditur in BA, BC, BD, BE. Interuallo enim adspectus finitur: nõ enim subito concidit in A. E. sed per interualla quamuis totum simul uisus celeritate uideatur adspicere. Insuper æqualibus magnitudinibus interuallo positis propius posita diligentius contuebitur. Maior quoque apparebit angulus inferior quàm superior, quũ sint æquales. Aliam quoque coronæ figuram ab Aristotele in meteoris positam non ab re fuerit ponere, qua ille refractum monstrat adspectum, simul & radios incidẽtes ad eodem signo in idem signum refringi undique in orbem secundum angulos æquales, unde circulum eum demonstrat. Ducantur tres lineæ perpendiculares

culares supra lineam A. B. ad notam C. ab illis tribus notis, G. D. Z. in nube signatis: tunc construantur tres æquales anguli qui sunt. AGC. ADC. AZC. Ex Euclidis autem proportione, si plures lineæ rectæ quàm duæ è diuersis partibus proueniẽtes, & æquales in eandem notam ceciderint, ea centrum circuli fuerit.



ANTEQVAM è Geometria penitus digrediar, demonstratio supra prætermissa mihi repetenda ad aream trianguli reperiendã. Nã uti diximus, latera simul trianguli iungenda. ABG. quorum AB. Cubitorum est 13. BG. 15. AG. 14. Simul autem iuncta erunt 42. è quibus subtrahenda medietas, ex qua lateribus superstant 678. congeminandũ 6. per 7. Totũ autem per 8. exibit. 336. quæ summa congeminanda per 21, hoc est laterum medietatẽ exibit. 7056. cuius radix erit 84. Area uidelicet trianguli. Quomodo autẽ quælibet per catheton reperiatur, supra ostendi, uidelicet, aut per semicatheti cum tota basi, aut semibasis cũ toto catheto congeminationem. Quadrati etiam area monstrata.



DE ASTROLOGIAE PARTIBVS, ET circulis cœlestibus.

ASTROLOGIAE principium sensus & experientia est, quod Cicero Babylonijs refert. Hi enim ex altis montibus longo tempore quo se fuisse restantur per noctes astra obseruantes in eorum cognitionem uenere. Aristoteles inter mathematicam & scientiam naturalem hanc ponit. Totius autem rationem Prolemæus bifariam deducit, in theoricam, quam nostri quadriuialem uocãt, quod quatuor scientijs, Geometria, Arithmetica, Musica, & Astrologia contineatur, qua noscuntur, quot in cœlo sphæræ, quot species motuum, qui siderum cursus, eorumq; magnitudines & differentiæ, super quo nobile composuit opus, quod Arabes Almagestum, Græci μεγάλην πραγματείαν, nos magnam compositionem dicere possumus, diuisum in libros xiij. à Trapezuntio in latinum sermonem conuersum, cuius ante hos annos egregiam edidit epitomen Ioannes Monteregius. Aliam uero Astronomiam proprie dictam practicam posuit super stellarum iudicijs, quæ Græci apotelesmata uocant, quomodo se habeant circa ea quæ sunt infra orbem lunæ, quæ omnino quatuor esse uidentur, Elementa, mineralia, seu metallica, quæ item uegetantur, & quæ sentiunt. De hac igitur opus quatuor tractatuum edidit. In primo generatim modos omnis huius scientiæ partes continentes comprehendit. In secundo modos, quibus nosse ualemus res in uniuersum magnas quæ uni uel pluribus accidere possint: uidelicet regnorum euersiones, prælia, uberes prouentus, & his similia. In tertio circa hominum genituras uersatur, quid astra & animo & corpori polliceantur intrinsecus, ut adfectus, mores, ualetudinem, formã. In quarto quid extrinsecus, ut artes, ministeria, coniugia, & his similia. Quas autem electiones aut interrogationes uocant, consulto prætermittanquam res leues, inuentuq; faciles per ea quæ dicta sunt si quis uestigauerit, sed superuacaneum omnino. Nam fortunato semel ex genesi siquid esset mathematicæ ueritatis etiam bonæ contingerent horæ. Cœlum omne in domos xij. diuidit, quod diagramma seu themation Græci uocant, in quorum angulis principalibus uim potissimam constituit: hi sunt horoscopus, occidens, mesuranon, & hypogæon, cæteras epanaphoros aut apoclimata nominat, nos succedentes aut declinantes. Horoscopus nati uitam & mores auspicatur: secunda substantiam, tertia fratres, quarta maiores ac antiquitatem, quinta filios, sexta ualetudinem, septima amicitias & inimicitias, octaua mortem, nona religionem, decima honores artesq;, undecima aduersarios & incõmoda. Hanc igitur secundam astrologiæ partem, quanquam

Astronomia

Diagramma Themation

Horoscopus

Universidad de Deusto
Biblioteca

eruditi nobilesq; philosophi nihil contra humani animi arbitrium ualere dictitant, quod tamen incerta sit nobis, nec facile deprehendi possit, deturq; propterea paulatim occasio, præsertim ineruditis in fati opinionem delabendi, iure à nostris doctoribus reijcitur. Reliquum est ut de prima quæ ad theoricen pertinet, pauca dicam, quanquam de hac in Aristotelicis de cœlo, quæ post hæc sequuntur, multa uidere est: præterea in geographiæ principio, ubi de terræ habitationibus & umbrarum ratione, nonnulla ad hanc pertinentia scientiam in medium attuli. Sphæræ in primis circuli præter lacteum qui mihi inter Aristotelica dicetur, Decem Macrobio sunt. Zodiacus ante omnis partibus XII. latus, ubi totidem signa & linea media eclyptica uocata, solis tantum uia. Quinq; alij paralleli circuli uocantur, quorum medius & maximus æquinoctialis siue æquator. Duo extremitatibus uicini, atq; ideo breues, quorum unus septentrionalis, alter australis uertex dicitur. Inter hos duo sunt tropici, qui ex utraque parte zonæ ustæ terminum faciũt. Præter hos totidem coluri appellati, quibus nomen dedit imperfecta conuersio, ambientes septentrionalem uerticem, atque inde in diuersa diffusi, & se in summo intersecant, & quinque parallelos in quaternas partes æqualiter diuidunt Zodiacum intersecantes: unus eorum per Arietem & Libram, alter per Cancrum & Capricornum meando decurrit, sed ad australem uerticem non peruenire creduntur. Duo qui ad numerum prædictum supersunt Meridianus & Orizon in sphæra non scribuntur, quia certum locum habere nequeunt, sed pro circumspicientis habitantis ue diuersitate uariantur. Meridianus enim est, quem sol quum supra hominum uerticẽ uenerit, ipsum diem medium efficiendo designat. Orizon quem sibi unusquisq; circumscribit aspectus, ultra tamen CCCLX. stadiorum longitudinem intra se continere non poterit.

De circulis sphæræ

Meridianus Orizon

DE SOLE

INTER septem erratica speciosissimus longéq; mortalibus utilissimus Sol esse dignoscitur, Homero poetæ, tum cunctis olim orientalibus pro deo summo habitus. Hunc Epicurus pedaneum esse dixit sensu deceptus, ut ait Aristoteles. Esse autem longe maiorem terra, declarat ipsius terræ umbra in coni figuram terminans ex Euclidis sententia, qui ait minores corpori umbras fieri, quando illuminantia maiora fuerint. Vltimos enim radios concedere eisdem, ex quo & minuere umbras. Maiores uero fieri corporibus umbras, quum illuminantia fuerint minora: ultimos ẽ radios in his extenuari. Si enim cilindrica foret, totum Zodiacum operiret, & sic mensibus singulis lunæ eclypsis contingeret, umbra se opponente. Præterea stellæ ipsæ quandoq; lucidiores apparerent per umbrã, qua remota per Solis aut Lunæ splendore nõ adeo nitent. Si uero latiores essent in fine umbræ terræ, non solũ Zodiaci, sed alia quoq; astra fixa operirẽt, & sic Luna ferè tota nocte sine luce remaneret. De ipsius igitur certa magnitudine diuersæ sententiæ, inextricabiles sanè omnes, sed tam prodendæ quàm proditæ. Macrobius adseuerat deprehensum esse illum ducentesimam sextamdecimã partem circi sui habere, & ex Eratosthenis sententia maiorem esse terra septies & uicies, ex aliorum uero opinione octies tantum. Terram autem CCLIII. milia stadiorum complecti, cuius diametros erit nõ multo amplius LXXX. milibus stadiorum. Cleomedes autem dicit Solem Lunamq; D.CCL. partem esse suorũ circulorum: Solem uero diametrum D. XX. milium stadiorum habere. Esse autem terdecies Luna maiorem: Lunam autem terra dimidio minorem. Terram deniq; circiter milia XXXIII. ambire. Capella idem ferè de terra, sed Lunam sexies dicit minorem, suo autem circulo sexcenties, quum hydrologa ratione compertum esse ait clepsydris duabus superpositis, altera uacua inferius, altera aqua plena superius, obseruato lunæ ortu cum stella fixa, & quum tota sit orta tollendo clepsydram inferiorem, & aliam ponendo, donec uigintiquatuor horarum spatio Luna seu stella eadem fixa ad eundem redeat locum. Solarem quoque circulum duodecies quàm Lunæ maiorem ponit manifesta ratione, quum quod illa mense, ille duodecim mensibus percurrat. Martis autem circulum eadem computatione cursus uities quater potiorem inueniri. Iouis centies & quadragies quater. Saturni trecenties tricies & sexies. Si quis autem Solis aut Lunæ à terra distantiam nosse cupiat, facile fuerit ex supradictorum calculo indagare, considerato sphæræ diametro, qui quum per mediam transeat terram, necessario continget eius medietatem totam esse altitudinem, quod sexta pars totius cuiusque sphæræ fuerit. Vbi autem nubes congeruntur, non

De solis lunæ & terræ magnitudine uariæ opiniones

non amplius XL. stadia Possidonius esse dixit. Nunc ad alias ueniam solis proprietates. In oriente atq; occidente maior sanè apparet & rubicundior, tum etiam longinquior, quàm quũ in medio cœli. Ratio, quod uapor & aer, in ortu & occasu crassior, in medio uero subtilior uidetur: ex quo refractus per nebulas, tanq; per speculum aut aquas, uisus, ut quadrantẽ in aquæ catino maiorem quàm sit, uidere uidetur. Sic etiam in oriente aut occidẽte solem & maiorem & longinquiorem, & puniceo colore: quod, ut alibi dixi, album & splendens, per umbras aut nebulas adspectu rufum apparet. Hic insuper poetarum commento quadriga inuehitur, cuius equi Phlegon, Pyrois, Aethon, Eous. Ex hoc ortus & occasus signorum auspicamur. Nam aut ex radijs eius primum emergentia apparere incipiunt in oriente post ipsum, aut in occasu, & tunc heliacus dicitur. Ouidius. Iam grauis obliqua subsedit aquarius urna. Aut oriuntur cum eo pariter & occidũt, uocaturq; colmicus. Vt Virgilius. Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro. Aut occidente sole apparere incipiũt in oriente, & rursus eo oriente occidere, & tunc Chronicus erit. Ouidius item. Quatuor autumnos pleias orta dabit. Pleiades in capite sunt tauri. At mathematici alios habent ortus, quum siquidem signa ex Orizonte emergunt, quæ in sphæra recta recte ascendunt, alibi oblique. Recte enim ascendere seu occidere signum dicitur, quum pars maior æquatoris, hoc est, quum plus quàm portiones XXX. simul cum eo conscendunt & descendunt. Oblique uero quum pars minor æquatoris, hoc est, minus quàm portiones XXX. cum eo simul conscendunt & descendunt. Lucanus. Non obliqua meant nec tauro rectior exit Scorpius. Deinde quo magis polus arcticus eleuatur, tanto maior est dies & contra. Præterea in quolibet mundi angulo integrum hemisphærium adspicitur, & in qualibet quamuis breuissima die, sex item signa atque in maxima ascendunt. De umbris uero quas iacit sol alibi dixi. Deinceps de motu ipsius ac sphæris, nam plures cuique sphæræ orbes ad seruandas motuum epiphanias tribuunt, Aristoteli, illiusq; tempori nondum repertos, sed tantum Ptolemæo. Motus insuper diuersitatem esse in eadem sphæra minime incongruum, quum unum quendam ac proprium habeat à sua quisque intelligentia. Duos quoque alios ex raptu uiq; aliena, quorum alter ex raptu primi mobilis est contra successionem signorum diurnus uocatus, alter ex octaua sphæra secundum signorum successionẽ tardissimus: ueluti soli in primis contingit. Nam huic tris tantum orbes cum totidem motibus ponunt. Duos primum inter se eccentricos, ac aduersos, simul autem positos mundo concentricos, quos solis summam apsidem deferentes uocant. Est enim apsis currus proprie circulus, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, id est, attingere terram, ex quo ad eccentricum planetarum, in quo uoluuntur, transfertur. Summa ergo apsis maxima est eius altitudo Plinio uocata. Ptolemæo autem Apogæon, & Hypogæon eius aduersa depressio: barbaris uero Aux & oppositum Augis. Hanc dicunt Neoterici, sicuti & reliquorum planetarum ad motum axemq; ac Polos nonæ sphæræ moueri, Annis uidelicit ducentis parte una, uocarique Ptolemæo motus astrorum fixorum & Apogæorum planetarum. Attamen solis Apogæon tantum Ptolemæus ipse mutari negat: Nam si mutaretur, tempus esset durante mundo, ut ad Capricornum rediret, ubi nunc Hypogæon, & hoc pacto altera pars australis, quæ ad antœcos nostros pertinet, habitarctur, si ulla esset, & hæc nostra desereretur, ut ait Albertus. Sed quoniam nullum esse continens præter nostrum, nuper, ut dixi, à Lusitanijs compertum est, neque si esset, temperatum (ut est opinio) foret, adeo ut esset necesse ante plenam reuolutionem finem mundi aduenire, aut certe habitatoribus deseri. Ratio autem, ut ipse Albertus ait, cur minime sit illorum temperata, quod caloris intolerabilis causa duplex est, propinquitas solis apud nos, & terræ uicinitas. Causæ uero intolerabilis frigoris, horum cõtrariæ. Nos igitur alterum altero temperamus. Nam quum est in apogæo prope nos æstate altissimus est, cum uero hyeme recedit, uicinus est terræ. Illis autẽ omnia contrà contingunt, qui quamuis in quibusdam insulis incolumes uiuant, hoc non ex cœli temperie, sed ex dei habent prouidentia. Intemperantiæ signa sunt colonorum paucitas, nulli fructus, præterea morum seuitas, ac rerum omnium indocilitas. Solis nanq; temperantia non solum corpora, ut ait Aristoteles in Politicis, sed etiam animos moderatur humanos. Nunc autem ad reliquos solis ueniam motus. In medio igitur duorum ex accidente eccentricorum tertius est orbis per se eccentricus, qui solem deferens uocatur, perficitque cursum proprium secundum successionem signorum CCCLXV. diebus & quarta parte. Hic ob eius inæqualitatem

Equi solis

Ortus astrorũ

Recte ascendere quomodo signum dicatur

De motu solis

Apsis

Apogæon

Hypogæon

ad terræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad terræ centrum tanquam turbo præcisus, minore spatio peragit australia signa quàm borealia. Nam turbines duos considerare possumus, alterum reuera adsequentem solem, alterũ adparentem: quorum cuspis quidem una in pupilla erit uisus, bases uero duæ, alia ueritatis, alia sensus. Ex quo etiam lineæ duæ imaginandæ æquidistantes, altera à centro mundi, altera ab eccentrico: per hanc inæqualiter mouetur, uocaturq; uerus motus seu locus: per illam uero æqualiter: dicituręq; motus medius, quod ex illius argumento uerus solis deprehẽditur locus. Aequatio autem nostris mathematicis appellata: Ptolemæo autem in magna compositione differentia seu diuersitas dicta, arcus est Zodiaci inter lineas medij motus & ueri cadens. Hanc nullam esse contingit, quum sol in apogæo uel hypogæo fuerit, maximam uero cum sol in longitudinibus medijs. In alijs autem locis secundum augmenti uarietatem crescit & decrescit: quanto nanque uicinior sol apogæo fuerit, uel hypogæo, tanto minor est: quanto autem longitudinibus medijs, tanto maior. Augmentum solis uocant arcus Zodiaci intra apogæi lineam, & lineam medij motus secundum successionem signorum. Hic semper est similis arcui eccentrici uersus apogæon existenti, quem apogæon secundarium uocant: quare fit ut subtracto hoc apogæo à solis motu medio augmentum solis remaneat. Hoc igitur dum sex signis communibus minus fuerit, linea medij motus lineam ueri præcedit, quamobrem tunc æquatio subtrahitur. Si uero maius sex signis, contra fit, ex quo tunc æquatio medio iungitur motui, ut uerus exeat.

DE LVNA.

Luna

LVNAM uero infra terræ magnitudinem esse, umbra item ipsius est argumento, quum se tota, & sola per eclypsim opponit: quæ conica in terrã uenit, latitudine coni stadiorum circiter quatuor milium: qui locus omnis est, in quo sol non uidetur: in qua magnitudine considerari potest, quantum sit diametros basis ipsius umbræ. Si uero partem tantum operit solis, proportione fiũt umbræ. In lunæ eclypsi perfecta primæ partes eius ad orientem uergentes obscurantur, & rursus hæ primæ relucent, quia terræ umbra ex oriente in occasum procedit, & luna cursu proprio ab oriente in occidentem fertur, & sic umbræ occurrent. Quæ uero in boream spectant, fugiunt eclypsim: neq; enim umbræ subingrediuntur: quando autem è meridie in boream redit, pars quæ in boream uergit, obscuratur. Si igitur altissima fuerit in eclypsi, citius apparet, angustiorem nacta umbram: humilis contra tardius, latiorem nacta umbram, media uero mediocriter. Ex his ergo apparet, quod terræ umbra forma conica est, ac Sol terra longe maior, & luna longe minor. Si enim tanto tempore occultatur in umbræ angustia, quanto magis in umbræ latitudinem incidens occultaretur? quod in terræ superficie cõtingit. Insuper in lunari eclypsi luna patitur. In solari autem noster adspectus. Lunæ eclypsim primus Romanorum manifestauit Sulpitius Gallus in exercitu Pauli Aemylij. Solis uero eclypsim Pericles dux Athenensis in bello Peloponnesiaco. Ratio uero, quod æqualis soli & maior cæteris astris uidetur, ob eius est humilitatem uicinitatemq; terræ. Maculas insuper eius nonnulli terræ humorem dixerunt: alij animalia, resq; omnis quæ in terra sunt multo ampliores in ea contineri. Diuersis apparet insuper formis. Dum est in coitu deficiens luminis neomenia dicitur. Deinde quum primum apparet specie bicorni ac falcata Menoides. Semiplena dichotomos, id est sectilis. Amphicyrtos plus quàm plena. Propter has uero tris formas tria Dianæ numina dixerunt. Panselinos autem Plenilunium appellatur. Hæc iterum omnia in diminutione resumit. Deinceps de motibus eius sex ac sphæris quinque, quarum tris habet cum sole communes: uidelicet, duos eccentricos inter se, simul autem concentricos mundo, qui deferentes apogæon lunæ dicũtur. Tertium in horum medio deferentem epicyclum, mundo eccentricum. Præterea æquantem. Est enim æquans par quantitate deferenti, eumque intersecat. Circulus excogitatur, quoad reliquos primum planetas, ut epicycli ac deferentis inæqualitas ad æqualitatem ac normam reducatur. In æquante enim normaliter fertur epicyclus, quum in eccentrico & Zodiaco sit inæqualis. Ob quam causam non erat æquantem lunæ ponere, quod norma lunæ in centro terræ sit. Nam cæteri planetæ tam in eccentrico, quàm in centro Zodiaci, siue terræ inæquali sunt motu: quamobrem hæc indigent æquante. Sed ob caput draconis tantum luna æquantem necessarium habet, qui quidem in ea solum mundo concentricus & in superficie

Tria Dianæ numina unde

eclypticæ

eclypticæ est, in reliquis minime. Deinde orbem habet extremum mundo item concentricũ, ac tris alios orbes ambientem, qui deferens caput draconis appellatur. Postremo epicyclum in orbe tertio immersum. In quo lunæ corpus est adfixum. Motus autem horum sic se habẽt. Deferentes apogæon eccentrici contra successionem signorum simul supra centrum mundi ultra motum diurnum in die naturali xi. partibus, & xij. tantũ minutis mouẽtur, & axis motus huius axem Zodiaci in centro mundi intersecat, ac poli à Zodiaci polis partibus sex declinant. Hoc igitur pacto hi deferentes tris habent motus, primum ac proprium suprà dictum. Deinde diurnum ex motu primi mobilis. Tertium his contrarium, ex motu octauę sphæræ, sicuti cæteri tardissimum. Orbis uero epicyclum deferens mouetur secundum successionem signorum cotidie partibus, xiij. & M. xi. Axis tamen huius motus per centrum huius orbis, quod centrum eccentrici dicitur æque distans axi apogæon deferentium, mouetur. Ex quo poli etiam motus huius à polis ipsorum orbium deferentium distabant. Lunam quoque in epicyclo solam astrorum moueri opinio est, ac in parte quidem superiore cõtra moueri: propterea q; tardior fit: in parte autem inferiore celerior, quod secundum eum moueatur, quæ causa est totius inæqualitatis. Nam si luna non moueretur, æqualis perpetuo sphæræ ipsius motus foret. Quod Aristoteles minime uidisse dicitur deceptus ipsius macu- *Aristoteles deceptus*
lis semper eisdem apparentibus: nec mirum, cum epicyclum non posuerit, nec lunæ motum ipsius necesse fuit ponere. Posito autem epicyclo, lunam in ea moueri ad seruandam apparentem inæqualitatem necesse est. Inæqualitas uero huiuscemodi ad hanc reducitur æqualitatem, ut à puncto apogæi ipsius medio, quodcunque illud fit, cotidie xiij. partibus progrediendo recedat. Apogæon autem medium epicycli est punctum circũferentiæ ipsius, quod *Apogæon*
ostendit linea à puncto oppositio centro eccentrici in circulo paruo per centrum epicycli ducta: hæc medium motum ostendit. Sed apogæon uerum, punctum est eiusdem circumferentiæ, quod à centro mũdi per centrum epicycli ducta indicat. Hæc duo apogæa unũ fiunt, dum centrum corporis lunaris in apogæo uero epicycli uel hypogæo eccentrici fuerit, & cum hoc luna in linea, à centro mundi ad peripheriam epicycli ducta, forte existente. Dum autem augmentum est minus sex signis communibus, luna medij motus lineam ueri præcedit in signorum successione. Ideo tunc æquatio à medio motu subtrahitur. Sed dum plus sex signis fuerit, contra euenit: quare tunc coniungitur, ut uerus eueniat motus. Draco au- *Draco*
tem sic se habet. Orbes apogæon deferentes à polis eclypticæ sex partibus, ut dixi, utrinque declinant, eiusq; superficiem supra diametrum mundi intersecant, ubi æquans cum deferente connectitur: ex quo una pars uersus aquilonem, altera uersus austrum tendit. quæ intersectio ex similitudine Draco uocatur. In quo cum centrum epicycli fuerit uersus aquilonem pergens, caput Draconis dicitur. Cauda uero uersus meridiem. Mouentur autem hæ intersectiones ab orbe extimo, qui deferens caput draconis uocatur, contra successionem signorum cotidie minutis tribus, appellaturq; hic motus latitudinis. Præterea non semper superficies eccentrici superficiem eclypticæ in partes æquales secabit, sed apogæon, quod cum suis orbibus deferentibus contra signorum successionem moueri dixi, quandoque euenit, ut omnino sub eclyptica sit, tunc æquales intercidentur in partes. Alias uero cum apsis in alteram partẽ declinabit, maior portio ex ea parte fuerit: ob quam rem epicyclus ei parti propinquans celerius perferetur. Contra uero in hypogæo, ubi minor portio tardior fuerit. Insuper dicti orbes apogæon deferentes erga deferentem epicyclum talem habent in suo motu ordinem, ut bis mense quolibet inter se concurrant, cursumq; suum peragant, quum aduersis inter se motibus perferantur. Erga uero solis motum sic se habent omnes, ut linea medij motus solis sit media inter centrum epicycli lunæ & apogæon eccentrici eius, uel simul cum eis uel in opposito amborum simul existentium. Ita quod in omni media solis & lunæ coniunctione centrum epicycli lunæ, & linea medij motus solis, & apogæon eccentrici lunæ sit in una Zodiaci parte secundũ longitudinẽ. Quare fit ut in omnibus tetragonis medijs eorum centrum epicycli lunæ sit in eccentrici sui hypogæo, & in omni oppositione media rursus in apogæo. Appellatur autem medius coitus quum coeunt, seu opponuntur, me- *De coitu medio & uero*
diorum motuum lineæ, quæ semper est æqualis, & habet ex Ptolemæi computatione dies xxix. M. viij. Verus autem est quando ueri motus lineæ, secundum item longitudinẽ opponuntur, quũ uidelicet sol & luna in eadem omnino parte consistunt. Eadẽ & quum fuerit ex diametro, ratio. Maxima uero distantia solis à linea designante mediũ eius motum duarum

Zodiaci

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zodiaci partium esse potest, quum sol uidelicet in xv. parte uirginis, ac xx. Piscium fuerit. In alijs uero locis semper minor existet secundum adcessum eius ad apsidem, & eius oppositū. Quum uero in illis fuerit, eadem prorsus utriusq; linea. Maxima uero lunæ distantia à linea medium eius motum designante in coitu & diametro partium quinque potest esse. Quando uidelicet luna fuerit in aliquo extremarum notarum laterum epicycli. Ex quo manifestum quod in coitu media distantia solis à luna non sit maior septenis partibus, quod raro contingit. Harum quoque alteram altera quandoque præcedit, maiorq; est. Aequantur tamen quibuslibet CCLI. lunationibus, ut in magna Ptolemæi compositione narratur. Ita ut infra tempus illud quod uni X. defuerit ex altera supplendo, parem inter se numerum sortiantur. De luna item illud animaduertendum, quum habeat apogæa dua, Eccentrici uidelicet & epicycli, quando in utroque forte fuerit, tunc altissima erit: humillima uero in horum contrarijs. De eius autem post coitum manifestatione triplex est ratio, cur quandoq; citius, quandoque tardius appareat. Prima est obliquitas Zodiaci & orizontis. Nam si sit coniunctio sub eclyptica à fine Sagittarij in finem Geminorum, tunc quum sol occidendo in orizonte fuerit, plures erunt gradus in circulo reuolutionis lunæ, & ab ipsa luna ad orizontem, quàm de Zodiaco à luna ad solem, quoniam signa illius partis Zodiaci oblique discedunt. Ex quo à septentrionalibus citius uideri poterit, quàm si fuisset in signis australibus. Secunda causa, latitudo lunæ ab eclyptica est. Nam si post coitum mouetur in altitudinem septentrionalem, iterum citius uideri poterit, quàm si in meridionalem, quoniam orizon obliquus magis uersus septentrionem deprimitur, uersus uero Austrum magis eleuatur. Tertia causa, uelocitas ueri motus lunæ. nam si uelox est motu, citius apparet, quàm si tarda foret. Fit igitur quandoque, ut omnes hæ causæ concurrant, tunc termino horarum xxiiij. uetus & noua apparet: quandoque duæ tantum, & tunc altero post coitum die: quandoque una sola, & tunc tertia uidebitur die. Interdum etiam horum omnium contrarium accidit, tunc quarto die eam apparere continget. Omnino autem citius quàm partibus xij. procul à sole uideri nequit, ortusq; hic heliacus dicitur. Nam quod solem cursu pertranseat, aliter quàm post eum oriri aut occidere crescens non poterit. ex quo auersis à sole cornibus ortum spectat, decrescens uero occasum. Postremo non ignorandum semel ipsam in quolibet signo coire: In Geminis tantum bis, quod apogæon soli aduersum habens in Sagittario diutius, in Geminis minimum moretur. Sol autem contra Gemínos diebus xxxij. Sagittarium xxvíij. percurrit. Præterea luna signiferum diebus xxiiij. & besse absoluit, sed solem xxix. & semis consequitur. Ascendens insuper ac descendens eclypticam acutis aut sparsis secat angulis. Nec tamen ad idem potest, hoc est, ita ut est posita eisdem parte, mense, & latitudine, rursus reuerti, nisi mensibus ccxxv. hoc est, anno xix. Nam ut sub eadem die, eisdemq; propinquitatibus siderum inhærentium redeat, annus faciet lv. Vt uero etiam planetarum eodem ordine ac specie contingat, annus expectandus est magnus. Demum hoc ipsius etiam sciendū, quod eadem conscendens eclypticam in aquilonem uocatur ὑψοῦ ταπεινοῦ. ab aquilone ad eclypticam reuertens ὑψοῦς ταπεινοῦ. Quū ab eadem in occasum descendit, ταπεινοῦς ταπεινοῦ. Quum deinde rursus ad solem resurgit, ταπεινοῦς ὑψοῦ.

Luna cur quã doque citius quandoq; tardius appareat

Heliacus

DE RELIQVIS PLANETIS AC SPHAERIS

RELIQVI planetæ quemadmodum apparent, modo lunæ tris habent orbes, cum epicyclo uidelicet deferentes apogæon, qui motu sphæræ nonæ, uti supra dixi, mouentur: nec sunt, ut in sole & luna, simul terræ concentrici, sed eccentrici ambo: & in horum medio deferentem epicyclum super centro æquantis: cuius axis intersecat eclypticæ superficiem partibus inæqualibus: contráq; euenit hic, atq; in luna, ut epicyclus tardius percurrat maiorem portionem, hoc est, uersus apogæon. Præterea uoluitur etiam aliter, id est, ex parte superiore secundum signorum successionem, & inferiore contra successionem: in qua reuolutione planetæ retrogradi, directi, & stationarij appellantur: quod lunæ minime contingit ob eius in epicyclo celeritatē. Caput draconis in cæteris omnibus stabile, præterquam in luna est. Veneris epicyclus etiam in meridiem transit supra axem imaginarium mota: cuius poli adcedunt, recedunt à polis Zodiaci in utramq; partem portionibus sex, totidem quot luna, ut placet Capellæ. Plinio etiã duabus circulum excedit. Præterea solis apogæon secundarium semper sequitur, quapropter ultra partes xlvi. ab eo non absistit. Eius astrum amplissimum, deprehensum à Pythagora

gora primum: idem & Hesperum esse quum solem sequitur, & Phosphorum, hoc est, lucifera quum præcedit. In ortu matutino quatuor & amplius apparet mensibus, in uespertino diebus tantum xx. coit autem cum sole diebus D. lxxxiiij. Mercurius Stilbon appellatus partibus quatuor à sole latitudine utrinque discurrit: longitudine non ultra xxij. coit autem cum eo diebus cxvi. cui planetæ ob eius uarietatem plures dant orbes. Ambo item cursum paulo quàm sol minore spatio absoluunt: nec terræ centrum uti cæteri habent planetæ: sed circa solis centrum de latere circumducuntur: longitudinisq; spatia latitudinum uagatione compensant. Mars Pyrois dictus paulo plus biennio cursum peragit. distat latitudine circiter duabus & semis. coit diebus D. cccxxx. Iupiter Phaeton cognominatus, annis xij. perficitur: discurrit totidem ferè partibus quot mars. coit diebus cccxcviij. Saturnus Phænon appellatus, absoluitur annis xxx. discurrit partibus duabus. coit diebus ccclxx. Summæ Apsides sunt hæ, Sol in Geminis, Luna in Sagittario, Venus item Mercurius in Capricorno, Mars in Leone, Iuppiter in uirgine. Saturnus in Scorpio, in medijs signorum partibus iam inde Plinij temporibus. Sed & alias Aspidū altitudines immobiles à proprio centro omes etiam habere contingit. Solem in Arietis parte xxix. Lunam in Tauri iij. Mercurium Virginis xv. Venerem Piscium xvi. Martem Capricorni xxviij. Iouem Cancri xv. Saturnum Libræ xx. Iam illa planetarum Catholica sunt. Retrogradi quum solem uerētes à cursu proprio retrocedunt: superiores triquetra distantia, inferiores minore. Directi quum reuertuntur. Stationarij quum stare uidentur in prima & secunda statione: prima item & secunda potestate accepta. Præterea tardi & minuti cursu, quum linea ueri motus eorum tardius quàm linea medij motus, aut contra successionem mouentur. Aucti numero quando æquatio additur supra medium motum. Minuti uero quando minuitur. Aucti lumine quum recedunt à Sole, uel Sol ab eis. Minuti lumine quum ad Solem accedunt, aut Sol ad eos. Orientales & matutini, quando ante Solem oriuntur. Occidentales & uespertini, quando post Solem occidunt. Orientes ortu matutino sunt, qui de subradijs exeuntes ob remotionem eorum à Sole, uel Solis ab eis, mane ante ortū Solis apparere incipiunt. Orientes ortu uespertino, qui de subradijs exeuntes ob remotionem eorum à Sole uesperi post Solis occasum apparere incipiunt. Occidentes occasu matutino sunt qui radios solis ingredientes ob eorum ad Solem adcessum mane occultari uidentur. Occidentes occasu uespertino, qui Solis radios ingrediuntur & ob adcessum eorum ad Solem, aut Solis ad eos: uesperi post Solis occasum occultari incipiunt. Tres autem superiores nec occasu matutino occidunt: nec ortu oriuntur uespertino. Zodiacus à Columella sub Augusto VII. circiter partes processit: nam viij. Calend. Ianuarij octaua pars erat, ut ipse ait, Capricorni quando solstitium: & viij. Calen. Aprilis erat octaua pars arietis, quando æquinoctium uernum: nam in octauis partibus solstitia, & æquinoctia ponit ut agricola. Hipparchus autem & reliqui Mathematici in signorum principijs. Reliquum est ut superiores contemplemur. Neoterici multis rationibus, Ptolemæo nonæ repertæ primum sphæræ, decimam adhibuerūt loco primi mobilis: cuius sit motus unus tantum ac simplex, quo cæteri inferiores motu diurno feruntur. Nonam uero secundum mobile uocant, à qua octaua sphæra secundo mouetur, quantum conijcere licet, supra polos eclypticæ secundum signorum successiones annis CC. parte tantum una. Hic motus Apogæorum & stellarum fixarum Ptolemæo dicitur: & est arcus Zodiaci primo mobilis inter caput Arietis primi mobilis: & caput Arietis nonæ sphæræ. Superficies namque eclypticæ nonæ sphæræ semper est in superficie eclypticæ primi mobilis. Octauæ item tertius est motus proprius, quem trepidationis uocāt, siue adcessus & recessus: fitq; supra duos paruulos circulos in cauo latere nonæ sphæræ æquales: in principijs Arietis ac Libræ eiusdem. Eclyptica quoq; octauæ sphæræ eclypticam nonæ intercidet, si forte intercidere contingeret. Velocitatis autem huius norma hæc est, ut quælibet duarum notarum, Arietis uidelicet & Libræ cursum sui parui circuli, in quo circumfertur spatio vij. milium annorum perficiat. Nam & characterem quendam Zodiaci & eclypticæ cum eisdem animalibus distinctū: nō tamen ex astris, sed eorum similitudine ponunt etiam in nona & decima sphæra, ubi magna uis prognosticorum consistit: qui quoniam ignoretur, nō satis uera iudicia à Mathematicis tradi. Duplicem igitur eclypticam ponunt: fixam in nona, mobilem in octaua, quæ à capitibus fixorum tropicorum nunc ad orientē, modo ad occidentem partibus iij. xix. discedit. Omnino indeprehensa eius uariatio, alijs alia putantibus: quibusdā xc. annis vij. partibus

Mercurius

Mars
Iuppiter
Saturnus
Apsides

Catholica

De orbibus superioribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ultro & totidem citro uariari: Albategno annis LX. partē unam ad orientē procedere: Alphragano centum existimantibus. Ipsius autē octauæ sphæræ Phænomena, quæ nos imagines uocamus, XLVIII. esse Arati Hygini Ptolemæiq; authoritate palam est. In quibus continētur astra fixa. M. XXII. Ex his CCCLX. uersus Borcā extra Solis uiam figuras XXI. constituunt, uidelicet Vrsam maiorē & minorem, quæ Cynosura uocat. Inter hæc serpentē mediū. Deinde Cepheum, Cassiopeam, Coronam, Herculē, Olorē Iedæum, seu uulturē cadentē: Pleiades, Arctophylacē, siue Bootem, siue arcturū: Perseum cū Gorgonis capite, Aurigam siue Agitatorē, Ophiuchum siue Anguitenentē, alterū anguē, Sagittam, Aquilā, Delphinum, Equum primū, equum secūdum, Andromedā, Deltacon, Triangulum. Stellæ uero CCCXLVI. in ipsa uia Solis XII. Zodiaci signa constituunt. Reliquæ CCCXVI. ad austrum cōstitutæ. XV. faciunt figuras, uidelicet magnū Cetū, deinde Orionem cum gladio, Nilum uel Eridanū fluuium, Leporē, Canem maiorē, Canem minorē, siue Caniculā: Argonauim, Aram, Craterē, Coruū Apollineum, Chironē Centaurū, Hydram, Thuribulū, Australe sertum, Piscem Australē. Sunt itē alia plura extra normam astra, quorū Canones ignorantur. Illud postremo non ignorandū, minimū in cœlo astrum uniuersa terra longe maius esse compertū. Instrumenta Mathematica, alij alia inuenerūt, ut author Vitruuius. Berosus Chaldæus scaphem siue hemisphærium, Aristarchus Samius discum in planitie, Eudoxus astrologus Arachnē, Apollonius Paretinum, Archimedes sphærā & cylindrū. Ptolemæus omnia interpollauit. Nec astrolabiū alterius putauerim inuentum: quamuis Hali Abraamo referat. Posteriores uero ex multis instrumentis simul ordinatum constituerūt uti apparet. Nam ex quadrante constat & aranea & dioptra, quanq; quadrantē Israelis uocatū Iacob Hebræi adsignent. Hoc in annulo nuper insculpsit Bonetus medicus è prouincia Rabi Hebræorum, qui nunc urbē obequitat: miro artificio rem totam tam breui spatio cōplendo.

Phænomena octauæ sphæræ

Instrumenta Mathematica

AD IVLIVM II. VRBIS RO

MAE EPISCOPVM SANCTISS. R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXXVI.

ARISTOTELICA.

EXPLICATIS reliquarū artium fundamentis, restat parens omniū ac princeps philosophia, quam tantū subodorari torpentis atq; inepti, tractare etiam temerarij fortasse fuerit, quum eius enarratoribus præclaris sint omnes refertæ bibliothecæ. Itaq; nihil mihi potius uisum, quām eius me præsidis authoritate tueri: nec tantulum ab eiusdem abscedere uestigijs: quapropter hæc Aristotelica peripsemata quocunq; modo ex uarijs utriusq; facultatis authoribus uoluminatim in tris libros, more paraphrastæ conieci: sic enim inscribi malui, quādo quisquilias ex eo tantum legimus: penitiora uero illis reliquimus, qui hæc gryphis Cleantheis aut tendiculis Chrysippeis ne dicam Ockanicis aut Raimundeis excarnificant: quod æquius à me tolerandū, qui hæc quasi Isagogica ac progymnastica grāmaticis & oratoribus eius expertibus lectionis dicaui. Quibus Papa beatissime Marium fratrē fas adhibere fuerat, ut qui ab ipsis unguiculis hunc philosophū consectatus, iam nūc ferè cū tota ipsius familia in compedibus habeat, si per uigilē curā uaticanæ basilicæ, quā ei nuper delegasti, licuisset. Nec is nūc primū tyro inter tuos manipulares, adeoq; ante hos annos tuam dignitatē te absente tutatus est, ut difficilimis temporibus sacri officij tui decus & authoritatē, quo ad eius fieri potuit, minime labefactari sit passus. Sed rem iam prosequar institutā. A partitione igitur auspicandū: Totius enim disciplinæ huius ratio, ut ait Simplicius, in practicam ac theoricā diducitur. Finis alterius uerū, alterius bonū. Prima rursus in Ethicam, Oeconomicā, & Politicā diuiditur: ac omnis legibus & formulis constat: quibus & nos ipsos & domū & Remp. regimus. Theorica in Logicā, Physicā, Mathesim, & Metaphysicam. Logica uerum à falso distinguit. Physica in rebus uersatur & hypostasi & mente

Philosophiæ diuisio

& mente in materia consistentibus. Metaphysica siue Theologia in rebus & hypostasi & mente & materia secretis. Mathesis uero inter utranq; sita rebus in mente, sed non hypostasi à materia secretis, ueluti numeri & figuræ. Neq; quiuis numerus siue triangulus sine materia subsistere ullo pacto potest: sed aut in ligno, aut in lapide, aut in ære hypostasim habet. Mente uero aut cogitatione poterunt à materia secerni. Vnde Mathesis, ut placet quibusdam, dicta quasi metathesis, id est, transpositio & quodā modo translatio per res quæ in materia sunt ad eas quæ sine materia. Mathesis enim omnis quantū considerat, siue continuū, siue discretum. Continuū id est, cuius partes cōmunem aliquē locum attingunt: uidelicet punctū terminus est mediæ partis lineæ, & reliquæ mediæ principium. Discretum, cuius partes aliquē cōmunem locum minime contingunt. Vt tria quatuor sex per se diuisa sunt unitatibus. Rursus discretū aut est per se simplex, ut par aut impar numerus, in quo Arithmetica uersat: aut aliud respicit: ut duplum, epitritum, sesquialterū, in quo Musica consistit. Quantū item continuum aut immobile, sicuti terram Geometria, aut mobile, ut est cœlum Astrologia metit. His breuiter enarratis ab ipsis moribus auspicari oportere iuuētutem, quæ philosophiæ adiicitur, idem author adhortatur, quum frustra scientiæ naturalis aut diuinæ meditationem tentemus, nisi prius cupiditates animi prauas abijciamus.

Mathesis

Continuum

Discretum

IN ETHICA

OMNIS ars, omnisq; doctrina, actio quoq;, & electio bonū aliquod ut finē appetere uidentur. Finium aūt aliqui sunt artes, aliqui præter artes opera quædā restantia. Quorum uero restant opera, ea sunt artibus potiora, ut medicinæ sanitas, & militaris uictoria. Finis autē eorum qui propter se expetitur: alia uero propter ipsum hoc erit summū, hoc est humanum bonū ac politicæ scientiæ finis: quæ quamuis sit unius hominis pariter & ciuitatis, perfectius tamen ciuitati contingit. Ex quo prudentia condendæ legis in ea principatū inter agibilia continet, quod hæc cæteris artibus præcipiat. Quumq; triplex sit uita, Voluptaria, actiua, & contemplatiua, Prima beluarum est: ultima rerum cognitioni: media morali cōuenit uirtuti: quæ uti fiat traditur, non uti sciatur tantū. De qua sermo nō exactus neq; apodicticus erit: quū de singulis scientia nō existat ob officiorū artiumq; humanarū uarietatē. Felicitas tamen deprehendetur, si officiū hominis idem & summū bonum deliniat. Est em̄ quoddā proprium hominis officiū, sicuti reliquorū artificū: hoc est, animi actio secundū uirtutē. Si plures uirtutes, secundū optimam & in uita longa. Nā una irundo uer non facit, neq; una linea geometram: sic neq; una dies, neq; breue tempus beatū aut felicem. Non requirenda causa in omnibus similiter. Sat erit in quibusdam, quantū rei patit natura, eum qui docetur, causas exquirere. Nā principia quędā inductione sunt, quædā sensu: & alia item aliter: uidetur autē principiū esse plus q̄ dimidiū: ueritati nanq; congruunt omnia, mendacio celeriter uerū abscedit. Trifariā bona diuiduntur: externa, corporis, animi: hæc ultima potiora & proprie bona dicuntur: nihil enim firmius q̄ actiones animi secundum uirtutē, quæ scientijs ipsis stabiliores existunt. Itaq; qui eas adamauerit, uir bonus ac grauis fuerit: nec uoluptate secundū uulgus indigebit, quū magna per se fruatur. Sed agat necesse est, quare & dormiens & nihil agens felix esse nō poterit: haud aliter q̄ in Olympia non fortissimi, sed qui certant, coronantur. Præterea rem hāc, ut diuinā, ac omnium optimā, non ex fortuna sed ex dei munere ac nostra diligentia, exercitationeq; paramus, perfecta utēdo ratione: ex quo neq; bruta, neq; pueri, nisi forte ob spem, felices esse nequeunt. Felix insuper nunq̄ miser esse poterit: etiam si in Priami calamitates inciderit: licet nō omnino beatus. Nā & corporis & externis bonis ad perfectā felicitatē opus esse palam est, quod per ea quasi per instrumenta egregie multa faciamus: neq; agi præclara possint ab eo cui desunt facultates. Quapropter Solonis opinionem confutat, qui dicebat, quod nemo beatus ante obitū dici supremāq; funera debet: primo quod (ut supra narratur) aduersa fortuna minime felicitatē tollit: deinde quod post mortē nulla felicitas, quum ea in actione qua defunctus priuat, cōsistat. Sed neq; beatus quia fuerit in uita, quod res aduersæ proximorū ad eum uel extinctum pertineant, si & illæ uiuo nocebunt. Post hæc ait felices à miseris dimidio uitæ, hoc est, somni tempore nihil distare: est em̄ somnus animi ocium. Animæ partes rationale & irrationale: hoc ultimū uegetabile minime rationis particeps: alterū uero in intellectu & appetitu, qui tantum particeps rationis fuerit, quantum illi obtemperauerit. In hoc tanquam in subiecto habitus uersantur morales. In intellectu autem ingeniū, sagacitas, me-

Voluptaria uita

Actiua

Contẽplatiua

Officium hominis idem

summum bonum

Triplicia bona

Partes animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

moria,ſolertia,& huiuſcemodi uirtutes. Quumq; de moralibus agatur,nec ingenioſus,neq; ſolers,ſed modeſtus,iuſtus,pius tantum felix extiterit.Libro ij.Duplici exiſtente uirtute,intellectiua & morali: prima ex præceptore plus habet augmenti. Ideo & experientia indiget & tempore.Moralis uero ex cõſuetudine(unde nomen eſt ei)procedat oportet. Ex quo manifeſtum quod illa nobis à natura non eſt: nihil enim quod à natura ſit aliter aſſueſcit, ut lapis deorſum,ignis ad ſuperna tendẽs.Præterea ex ſimilibus actibus habitus fiũt,& corrumpuntur,ut bene citharizando boni,male autem mali efficiuntur citharœdi. Eadem de iuſtis & iniuſtis ratio adſueſcendo. Non ergo ex natura quæ ad oppoſita uim nõ habet. Igit̃ neq; natura,neq; præter naturam eſt uirtus moralis. Verſatur autem circa uoluptates & dolores. Etenim ob uoluptatẽ improba admittim⁹,& ab honeſtis ob dolorẽ abſterremur. Tria ſunt quæ in animo gignunt̃:affectus,quos Græci πάθη uocãt: potentiæ,& habitus. Affectus uocat dolore gaudioq; & his ſimilibus affici.Potentias per quas gaudere,dolere, iraſci habiles aptiq; ſumus.Quorum neutrum eſt uirtus,relinquitur ut ſit habitus, per quos erga affectus bene ac male nos habemus.Quumq; in artibus ſcire tantum ſat exiſtat,in his & ſcire, & eligere,tum perſeueranter agere oportebit. Virtus igitur eſt habitus electiuus in medio conſiſtens,quo ad nos ratione terminata.Quo ad nos uidelicet,quando,& in qbus,& erga quos, & cuius cauſa,ut oportet.Nam eſt medium rei quod æqualiter diſtat ab extremis: ut ex decem minis ſex diſtant æqualiter à mediis. Non enim ſi cui decem minas comedere multum eſt,duas autem parum,ludi magiſter ſex ei tradet. Nam ueterano parum:tyroni uero nimis fuerit.Nã ſicut ſe habet robur tyronis ad ueteranum, ſic ſe habere debet cibus. Hoc mediũ difficile inuenire.Nam malum quidem infinitum eſt.Bonum autem ut finitum,ut Pythagorici tradunt. Virtutis quoq; una uia: uitiorum multæ. Extrema mediis ac inter ſe contraria ſunt.Extremorum item alterum magis ac minus medio contrariũ:ut timiditas magis quàm audacia fortitudini opponitur. Ex parte autem noſtra ea magis contraria uidentur,ad quæ proniores ſumus.Remedium ut alteri extremorum contrario propẽdeamus, tanquam quũ ligna flexa rectificant:ut dicitur apud Homerum Odyſ. xij. Vlyſſi ex monitu Circes. τὸν μὲν καπνὸς καὶ κῦμα τοῦ ἔκτος ἔρυκε νέεσθαι. Hoc procul à fumo fluctu quoq; diripe nauem.Id maxime adſequemur,ſi diligẽtiam adhibuerimus,ac maxime à uoluptate abſtinuerimus: ut itẽ apud eundem poetam de Sirenibus. σχεδίην μὲν πρῶτον ἀνώγει δαιδαλέην ἐλάαν ἐπὶ δόρπον ἀλεύασθαι, καὶ λαμπῶ ἀθεμίστεντα. Et rurſus σχεῖν μὲν πρῶτον ἀρίξηας, ἠὲ ξάπ πάντας Ἀθρώους ἀλύγεσιν, ὅστις σφέας ἰσαρίκηται. Enumerat deinceps uirtutes.Fortitudo media inter timiditatem & audaciam. Temperantia inter intemperantiam,& ἀναισθησίαν, id eſt,inſenſibilitatem.Liberalitas inter auaritiam & prodigalitatẽ.Magnificentia circa ſumptus magnos. Cuius defectus μικροπρεπές, id eſt, paruus decor & infra dignitatem cuiuſq; : ac ψυχρολόν. Leonardus hæc duo modicitatem & uulgarem uentoſitatem cõuertit.Magnanimitas in magnis honoribus inter ἀχανότητα, id eſt,uaſtitatem potius quàm uentoſitatem: & μικροψυχίαν, id eſt, puſillanimitatem.In mediis honoribus non inueniuntur extremorũ nomina: poteſt tamen dici philotimus,id eſt ambitioſus,& Aphilotimus, id eſt, procul ab ambitione ſiue remiſſus. Manſuetudo inter iracundiam,& ἀοργησίαν, id eſt,ſegnitiem:etſi dici poteſt iniraſcibilitatem. Veritas ſiue grauitas inter Ironiam & ἀλαζονίαν, id eſt, iactantiam. Eutropelia, quam leporem dixerim potius quàm comitatem:inter ruſticitatem & ſcurrilitatem. Amicitia,ea quæ in uerbis tantum,cum de altera in VIII. dicatur, inter adſentatorem & dyſcolum,id eſt,contentioſum ſiue difficilem. Verecundia quanq; adfectus non uirtus ponitur,tamen laudatur,ac inter impudentem & attonitum collocatur.Nemeſis(quæ indignatio conuerſa eſt,uidelicet erga improbitatem)inter inuidiam & ἐπιχαιρεκακίαν, id eſt,malum gaudium,ſiue malorum gaudium. Libro iij.De uoluntario,electione, cõſultatione, uoluntate,ac fortitudine diſſerit. Videntur illa inuoluntaria,quæ per uim uel ignorantiam perpetrantur. Violentũ eſt,cuius principiũ extra tale eſt,in quo agens uel patiens nihil conſert,ueluti ſi tracti aliquo feramur. Quæ autem metu maioris mali fiant:inuoluntaria quidem non ſunt,quod agendi principiũ in nobis ſit:nec tamen per ſe uolũtaria, quod nemo ſponte tale quid faceret.In huiuſcemodi caſibus trium generum homines. Primi laudãtur, qui pro honeſtiſſimis laborioſum aliquid minime ſubterfugiunt.Secundi uenia digni qui ſubterfugiunt. Tertij penitus damnãdi qui iuſſi mala perpetrant, cũ extrema omnia potius pati deberent, ut Alcmeon apud Euripidẽ, qui patre impulſore matrem occidit. Quod per ignorationẽ fit,non omnino uoluntarium, ſed

Affectus Potentiæ Habitus

Virtus quid De medio inueniendo

Homerus

Deinceps uirtutes

Eutropelia

Nemeſis media

ἐπιχαιρεκακία Inuidia

De uolũtario

Alcmeon

Per ignoratio nem agere

ſed illud uoluntarium,cuius poſtea nos minime pœnitet.Præterea ſi proprijſſima ac principaliſſima ignorentur,ut quid eſt aut cuius gratia. Aliud enim per ignorationẽ aliquid agere, aliud eſt ignorantem eſſe.Ebrius & iratus ignorantes faciunt. Ignorat eñ omnis flagitioſus quid facere oportet.Itaq; Pyttacus duplici pœna mulctabat ebrium,qui facinus aliquod admiſiſſet,quod in eius fuiſſet poteſtate ebrium non eſſe,deinde ob malum perpetratum. Electio,id eſt, προαίρεσις uoluntarium apparet eſſe.Non item omne uoluntariũ electio. Nã repentina quidem & ea quæ à pueris fiãt uoluntaria profecto ſunt: electionẽ uero nõ habent. Rectiusq; ſpontaneũ dicimus in beluis & pueris, q̃ uoluntariũ,id eſt ἑκάστου καὶ βελτίου ſecundum Græcos.Præterea electio nõ eſt eorum quæ fieri nequeunt: ut uelle immortalitatẽ: neq; item opinio eſt.Opinio enim magis circa omnia quæ ſupra nos,q̃ quæ in nobis ſunt:diſtinguiturq; in ueram & falſam.Electio uero in bonam & malam: poſtremo uolũtas finis eſt magis:Electio aũt eorum quæ ſunt ad finem, ut ſanos nos eſſe uolumus & felices. Eligimus autem illa per quæ ea conſequamur. Electio igitur eſt conſulta adfectatio eorũ quæ à nobis fieri poſſunt. Et quoniam electionem conſultatio præcedit:de conſultatione diſſerit.Dicitq; quod eſt inueſtigatio de his quæ à nobis fieri poſſunt,quorum incertus euentus. Neq; enim de finibus conſultamus,ſed de his quæ ſunt ad finem: medicus non conſultat,ut ſanũ faciat: neq; orator,ut perſuadeat: neq; gubernator, uti bene Remp. inſtituat:ſed uenitur ad primã cauſam,quæ in inuentione ultimũ eſt.Nã quod ultimũ in reſolutione,primũ in generatione. Verbi gratia,ſi de pace tractandum, media ſunt,oratores mittendi, & propter hoc ſenatus cogendus,& hic actus ultimus quidem in conſultatione,primus in executione fuerit. Et de electione quidẽ ſatis. Voluntas igitur eſt eius qui eſt finis.Sed finiũ alij quidẽ boni uidentur eſſe,alij apparentes boni. Re uera boni tantũ uoluntas eſt, uir enim ſtudioſus ſingula recta iudicat.Multitudiné uero uoluptas,& ſua libido decipit, ut licet bona nõ ſint,ei uideantur, ut ſanis ſalubria quidẽ ſunt quæ re uera ſunt, ægrotis aũt alia. Præterea neq; ignoratio,neq; ingenij tarditas aliquẽ excuſat,cum nullus ignorare debeat,qui ex actibus habitus ſint. Abſurdum eſt eñ dicere graſſantẽ nolle iniuſtũ eſſe, neq; flagitia patrantẽ flagitioſum.Quin ea punitur pœna uel maxima iniuſtus,ut habitu iam facto,ſi iuſte uelit agere non poſſit.Sicuti ægrotus qui medico nõ obtemperauerit, in ualetudinẽ incidit: & ſemel demiſſus lapis retineri non poteſt:ſic flagitioſo cui licebat ab initio talem non eſſe, poſt longã conſuetudinem reſipiſcere non eſt, ex quo fit ut nolens pecceat. Et hoc docens Ariſtoteles tacite Platonem confutare uidetur qui dicebat,Nemo nolẽs improbus,neq; inuitus felix. Quorum alterum ſecundum Ariſtot.falſum eſt,alterum ſatis ueriſimile. Deinceps de fortitudine diſſerit,quæ circa timores & audacias uerſatur. Fortis proprie dicitur circa honeſtam mortem, & quæcunq; illam repente afferunt.Ira honeſta cum ratione maxime fortitudinem adiuuat. Mortem oppetere ob fugiendos labores non fortis,ſed mollis potius animi eſt.Item qui pudoris aut metus cauſa pericula ſubit,non proprie fortis,ſicut apud Homerũ Hector.Si quem ego procul à pugna adſpexero,non ei ſat erit aufugere aut caucre. Socratem deinde cõfutat,qui dicebat fortitudinem eſſe ſcientiam rei militaris, ac in arte potius quàm in animo cõſiſtere: ob quam cauſam imbelles fortiores eſſe quandoq; q̃ audaces. Poſt hæc dicit confidentes etiam ob ſucceſſum rerũ non proprie fortes eſſe:confidunt eñ ſolitæ fortunæ, cum & timidi ſint etiam quãdoq; bona ſpe.Difficilius laborioſa pati q̃ aggredi difficilia: Et triſtia ſuſtinere quàm à uoluptate abſtinere.Poſt fortitudinẽ de temperantia pauca narrat, quæ in delectatione tactus & guſtus,in alijs uero improprie dicitur.Sed de hac plenius in ſequentibus.Libro iiij.De Liberalitate in principio diſſerit, quæ circa pecuniã mediocritas eſt. Cuius uirtus in ſumptu conſiſtere uidetur.Nam cuſtodia magis poſſeſſio eſt. Magis igitur liberalitas fuerit dare,quibus oportet: q̃ nõ accipere unde nõ oportet. Quod magis uirtutis bene dare, q̃ bene accipere ſit, ac pulchra facere q̃ à turpibus abſtinere. Sed habet cautiones: ut honeſti gratia detur & hilariter ac ſecundum facultates. Non enim in multitudine datorum,ſed in animo dantis ea conſiſtit.Illud uero non facile,ut liberalis quiſq; dicatur,cum nõ accipiat, nec acceptum cuſtodiat.Dein de magnificentia,quæ in magnis ſumptibus cõſiſtit, uidelicet in theatralis pompæ ludis,epulis publice,templis,in domeſtica quoq; ac ſumptuoſa ſupellectile,in quibus magis quæritur operis pulchritudo,q̃ quid cõſtet.Ex quo palam eſt pauperẽ magnificum eſſe non poſſe.Extrema eius ſupra libro ſecundo enarrata.Magnanimus quoq; circa magnos honores,qui maximum eſt inter externa bona, dijſq; tribuitur. Quapropter

Ebrius & iratus ignorãtes agunt.

De electione Spontaneum & uoluntariũ

Opinio

De conſultatione

Quod ultimũ in reſolutiõe, primũ in generatione.

Boni tantum uoluntas

Malo habitu libertas amittitur.

Contra Platonem

De fortitudine

Contra Socratem

De liberalitate

Magnificẽtia

Magnanimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum uirũ esse oportet,eum qui his dignus cupit esse,summumq; morũ uirtute locũ quæ/rit obtinere. Nã sine uirtute perfecta, bona externa possidens nequaquã magnanimus erit. Habet autẽ has proprietates. In primis liberalitate dantes excedere cupit,dare cuiuis prom/ptus. Adfectus em̃ beneficio adficiẽte inferior est. Ex quo Thetis apud Homerũ pro Achil/le precans beneficia eius non cõmemorat, quæ tulit ei dum Briareum gigantẽ cõcitauit con tra cæteros deos, qui ei regnum auferre uolebant. Neq; Lacedæmonij superati à Thebanis auxilia ab Athenienſibus petentes,beneficia eis impẽsa cõmemorauerunt. Præterea magna/nimus palam amat atq; odit,minime rogator,contemptor potius,audax,uerax,minime ob/locutor,minime admirator, nec odij tenax, nec querulus,nec adulator, nec sub alio nisi ad amicũ facile uiuit. Extrema eius,animi uaſtitas & pusillanimitas. Circa mediocres honores uirtus est absq; nomine,quæ est inter duo extrema emphilotimiam. i.ambitionẽ, & aphiloti miam.i.honoris negligentiã aut remissionem. Quæ in uirtutes quandoq; uertuntur,ut alter honeste appetens & uirilis,& alter modestus uocetur. Mansuetudo inter iram & segnitiem. Eius tres species. Excandescentia,quæ subita ira est, citoq; extinguitur. Amaritudo & acer/bitas diu retinetur,ac cõtra ius,nec deseritur nisi pœnas repetat. Amicitia quæ in uerbis est iucunditatem aut molestiã parit,extrema contentiosus & adsentator. Si in omnibus placere studet ἄρεσκος, id est,placitus: si contendit aut morosus est,dyscolus. Veritas quoque inter ostentationem & ironiam. Ironiæ uero duplex genus, Qui more Socratis sua extenuant nõ nimis patentia, ut boni sunt. Qui uero parua quæq; ac manifesta fingunt, glorioſi potius ui dentur & infaceti:ueluti Lacedæmoniorum uestitus. Lepidus inter rusticu & scurram. Po/stremo de uerecundia,quæ potius adfectus est & in corpore ueluti timor. Signa sunt quod ex altero quis pallescit, ex altero rubescit, quæ quidẽ adolesce tiũ uirtus est: uiris autem aut senibus minime conuenit. Libro quinto de Iustitia continuo disserit, quæ aliena uirtus est. Optimus enim nõ sibi solum, sed & alijs uiuit. Ipsa quoq; non pars uirtutis, sed tota uirtus est. Neq; em̃ iniustitia pars uitij,sed totũ uitium. Est altera quæ pars uirtutis est. De qua dis/serit in hoc libro. Cuius duæ species, una in distributione honoris & pecuniæ, ac aliorum omnium quæ ciuibus cõmunia debentur: altera quæ in commutatione atq; in cõmercijs ho minum consistit. Et huius partes duæ. Commercia quædã uoluntaria, ut emptio, uenditio, & similia. Quædam inuoluntaria. Et horum rursus quædam clandestina,ut furta,adulteria, & alia quædã uiolenta:ut uincula,rapinæ,uerbera,contentiones,& his similia. Iustum igitur in quatuor cõsistit,esse mediũ,& æquũ,& quibusdã,& ad aliquid. Quo ad mediũ quorundã est,hæc sunt plus & minus. Quo ad æquũ siue æquale,duorum est. Quo ad iustũ, quibusdã, & ad aliquid. Quibus aũt iustum contingit:duo sunt,& in quibus res duæ: & eadẽ est æqua litas quibus & in quibus. Iustũ enim in distributione cõsistit. Omnes em̃ pro dignitate cuiq; sua esse oportere fatentur. Dignitatẽ aũt non eandẽ esse dicunt. Est em̃ iustum analogũ. Ana logia uero æqualitas est rationis,& in quatuor minimis,uidelicet ut unũ ad duo, sic tres ad quatuor. Et uice uersa, ut unũ ad tres, sic duo ad quatuor. Sicuti totũ ad totum,quã propor/tionem geometricã uocant. In cõmutatione autẽ iustum æquale non ad aliquid:& iniustum inæquale secundum arithmeticã proportionẽ. Nil enim respicit utrum bonus an malus ab/stulerit:neq; utrum bonus adulteriũ cõmiserit an malus. Sed ad damni differentiã lex tantũ respicit. Itaq; Correctiuũ iustũ fuerit:mediũ damni aut lucri. Ideo quando dubitant, ad iudi ces confugiunt, inuentusq; ex lege nummus (ut plane nomen indicat) ut mẽsuras rerũ adæ/quaret:inæqualitatem ad æquum iustumq; redigeret. Pythagorici haud bene diffiniũt iustũ id quod retributũ sit alteri,quod minime cõgruit, nec iusto distributiuo neq; correctiuo. Nã eo pacto si iure percusserit,repercutietur etiã iure. Sed in omnibus societatibus & cõmercijs huiusce modi iustum continetur,in quod recipitur secundũ proportionẽ,non secundũ æqua litatẽ. Nam in hoc maxime ciuitas consistit. Remunerãdus enim quisq; pro dignitate, proq; meritis ac labore. Igit̃ nummus,ut dixi,mensurã adæquat. Neq; enim citra permutationem societas esset:neq; permutatio sine adæquatione,neq; adæquatio sine mensura. Post hæc de iusto Ciuili. Quod inter eos consistit, inter quos imperandi atq; obtemperandi uicissitudo est:nõ aũt in eodẽ quod quisq; intulit alteri,sustinendo. Sed distributiuũ est, & cõmutatiuũ. Iustum insuper est aliud Oeconomicũ. Ius ciuile, alterũ naturale apud omnes, quod semper eandẽ uim habet. Alterũ legitimũ,quod lex iussit. Differunt aũt iniustum & iniuria: & iustũ & ius. Iniustum natura & ordine,nec dicitur anteqũ fiat. Postq; factũ est iniuria fuerit. Eodẽ modo

Thetis
Lacedæmonij
Circa mediocres honores
Emphilotimia
Aphilotimia
Mansuetudo
Amicitia
Contentio
Assentatio
Veritas
Ostentatio
Ironia
Lepidus
Rusticus
Scurra
De uerecũdia
De Iustitia
Iustitia aut cõmutatiua aut distributiua.
Iustum in quatuor terminis
Iustum distributiuum
Cõmutatiuum Iustum correctiuum
Cõtra Pythagoricos
Distributiuum iustum in omni societate necessarium.
De iusto ciuili
Ius Ciuile aut naturale, aut legitimum
Iniustũ & iniuria quid differunt.

modo ius. Sed communius pro quocunq; iustitiæ actu. Specialius quoq; pro iniuriæ correc/ctione. Accidit item sæpe,ut iniusta faciat quasi non iniustus,ut quando uidelicet nõ sponte peccat. Quapropter triplex in rebus humanis iniuria,aut est ab inuito,aut à uolẽte,aut ab eli gente. Primo per ignorationem committitur,ac uenia dignum: quando nec quod,nec quo/modo,nec cuius gratia intelligebat, hoc egit. Quãdo igitur præter propositum nocetur,in/fortunium est: quando autem nõ præter propositum,sed sine malitia,error appellabitur. Er/rat enim, quod in ipso primũ caula est. Aduersa tamen utitur fortuna extrinsecus. Sed quan do sciens quidẽ,sed nõ cum animi deliberatione facit, iniuria est: cuius generis sunt omnia quæcunq; per iram aut cæteras perturbationes animi admittuntur: nõ tamen illi propterea iniusti ac mali: nõ enim ob improbitatẽ admiserunt. Sed quãdo cum electione, iniusti & im probi. Inuoluntariorũ autẽ alia sunt,in quibus uenia locum habet,alia minime. Nã quæcũq; non ignorantes solũ,uerum etiã per ignorationẽ admittimus,ignoscenda sunt. Quæcunque uero nõ per ignorationẽ,sed ignorantes quidẽ: uerũ propter animi perturbationẽ nõ natu/ralẽ,neq; humanã,nõ sunt ignoscenda. Post hæc dicit quemadmodũ aliquis uolens lædit̃,& iniusta patitur,sed nõ iniuriã. Nulli em̃ uolenti iniuria fit. Nã Glaucus apud Homerũ,quod arma aurea cum ferreis mutauerit, iniuria ei facta non est, ꝙ donare fuerit in sua potestate. Patet igit̃ quod accipere iniuriã minime uoluntariũ est. Dubitat̃ etiã an iniuriatur,qui plus tribuit præter dignitatẽ,uel qui plus accipit,uidetur enim in tribuente esse. Deinceps de ea differit parte,quam ἐπιείκειαν Græci uocant,latini æquũ & bonum,quæ emendatio legis est, qua omissum erat propter uniuersale. Nam agibilia nõ possunt adeo uniuersaliter compre/hendi. Ex quo quod illam interpretatur ac moderatur,melius illa ac iusto legitimo habetur. Indefiniti enim indefinita est regula,sicuti Lesbiæ ædificationis plumbea regula. Nam ad la pidis formam transmutatur,& nõ permanet regula. Igitur qui non exacte ius in peiorẽ par/tem interpretatur,sed ex suis cõmodis detrahi patitur: etsi lege se tueri possit, hic iustus erit, æquumq; ac bonũ seruabit. Postremo probat,quod sibi nullus iniuriã facit, per translationẽ tamen & metaphoram quandam faciet: non secundũ ciuile iustũ,sed ut despoticum,& œco/nomicum: quando uidelicet pars animæ,quæ secundum Platonẽ animalis, ab ea quæ parti/ceps est rationis diuisa,nõ dominabitur alteri. Læsus autem si iure reddit, nõ uidet̃ iniuriã facere. Sed & facere & pati iniuriã utrunq; malũ,peius tamen primũ. Nam pati citra prauitatem & iniuriam est. Libro VI. de prudentia tractat. Duas dicit esse animæ partes, rationis uidelicet participẽ & expertẽ. Rationis participẽ in totidẽ deducit partes, ἐπιστημονικὸν καὶ λογικὸν, ideſt,scientificam siue cognitiuã,& logicam siue ratiocinatiuã. Consiliari enim & ra tiocinari idẽ. Nullus nanq; cõsultat de ijs quæ non possunt aliter se habere. Itaq; altera ex his prospicit ea,quorũ principia nequeunt aliter se habere: altera uero quæ sunt possibilia. Tria enim sunt in anima quæ ad actionẽ ueritatemq; pertinent, Sensus, mens siue intellectus,& appetitus. Horũ sensus nullius est actionis principium: patet ex beluis quæ sensum habent, actionẽ minime. Quod aũt est in Diancea. i. in parte animæ cognitiua,est affirmatio & ne/gatio: hoc in appetitu fuga & prosecutio. Nihil enim factũ in electione ponit̃, uerbi gratia, nõ est eligere lliũ destruere. Ideo recte Agatho,hoc solo deus priuatur, inquit, ꝙ facta infe/cta facere nequit. Quinq; autẽ sunt per quæ aiendo aut negando ad ueri cognitionem quis peruenit. Ars,scientia,prudentia,sapientia,intellectus siue mens. i. νοῦς. Scientia est habitus demonstrationis,& quæcũq; alia definitio in Analyticis. Ars habitus cum ratione factiuus circa ea quæ possunt aliter se habere. Prudẽtia habitus cũ ratione actiuus circa bona & mala quæ homini contingũt. Intellectus est principiorũ, Scientia conclusionũ, Sapiẽtia amborũ: Dicimus & in arte quẽq; sua pfectũ sapientẽ esse,ut Phidiã,Praxitelẽ. Igit̃ illa tria sunt pre/ciosissimorũ natura. Habẽt em̃ diuiniora subiecta,uidelicet,substantias separatas. Prudẽtia uero hominẽ pro subiecto & bona ipsius. Nõ itẽ circa uniuersalia tantũ, sed etiam singularia uersatur,ut practica. Est insuper potentia quædã,quam uocant δεινότητα,quæ tali uigore est, ut id quod intendit perficere possit,modo sit laudabile: si secus πανουργία. i. astutia potius di cetur. Ex quo prudentes δεινοὺς, & non panurgos. i. astutos uocamus. Apud Leonardũ non proprie cõuertitur dinotita astutiam: Panurgiam dolum. Nõ enim est ipsa potentia, sed nõ sine ea potẽtia. Ex his patet ꝙ homo nõ bonus minime prudens esse potest. Nam principiũ agendorũ finis est,qui intellectũ & appetitũ mouet,quem profecto finem homo uitiosus,ac planè intemperans minime uidet. Nec mirũ,uoluptas em̃ & dolor in rebus agendis iudiciũ

Ius item
Iniuria triplex, ab inuito, à uolente, ab eligente.
Inuoluntaria
Nulli uolenti fit iniuria.
Glaucus Homericus
De Epijcia
Quomodo quis sibi facit iniuriam
De prudentia
Sensus
Intellectus
Appetitus
Scientia
Ars
Prudentia
Intellectus
Sapientia
Δεινότης
Astutia
Principium agendorum finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra Socratem qui uirtutes prudẽtias dicebat

corrumpunt,licet in scientijs nequaq̃. Ideo Socrates dicebat omnes uirtutes prudẽtias esse, Quẽ profecto errare dicit,ubi uero uel non sine prudentia dicebat esse,non errare. Nam ille omnes rationes uirtutes esse,quod uirtutes esse scientias putabat. Aristot.uero nõ rationes, sed tantũ cum ratione. Libro vij.Incontinentiã enarrat hoc modo. Circa mores fugiendos tris esse species dicit: Vitium,incontinentiam, & ἀνηθότητα, id est, feritatẽ rectius quàm immanitatẽ.Contrariã uero his uirtutẽ,continentiam,& uirtutẽ quandam heroicam,ac planè diuinam esse.Confutat præterea Socratẽ, qui dicebat incontinentẽ per ignorationẽ agere, nullumq̃ scientẽ esse,quod sanè durum uidetur. Sed cum scire quis dicatur habitu & actu: si sciens & non considerans,incontinens est,non mirum:sed si considerans,durum. Per ignorationẽ item sciens potest esse incontinens ea ratione,qua ebrius & dormiens, turbata in eo ratione. Præterea cum continentia solum ac proprie circa tactus oblectamenta sit, abusiue reliquorum etiam dicetur. Videlicet honoris,pecuniæ, iræ. Iræ enim incõtinens excusatior, & minus turpis quàm uoluptatis,ceu magis naturalis. Naturalior est enim ira hominibus, exemplo illius qui patrẽ uerberauit,nam & ille suum uerberauerat: & hic puer me uerberabit,quasi gentilis ira in partu eis successerit.Post hæc ponit differentiã continentiæ,intemperantiæ,& mollitiei:cum circa idem uersentur.Incontinens enim fruitur uoluptate,tanquam ipsa urgente.Mollis causa doloris fugiendi,qui ex uoluptatis priuatione prouenit. Cui opponitur constantia:incontinentiæ uero continentia. At temperati & intemperati alia ratio: hic enim eligit,incontinens minime:hic non pœnitet,ille statim post factum.Cumq̃ finis in rebus agendis,ac uirtute morali sit principium: principiaq̃ tam in actione q̃ in speculatione minime probatione indigeant,sed ita sint nota,ut in Mathematicis suppositiones,intemperans circa finem iudicio corrumpitur:ex quo totam destruit uirtutẽ.Incontinens uero minime.Nam si à uoluptate quandoq̃ uincitur,non tamen in eo uincitur, ut eam imprudẽter ac continuo persequi uelit.Sunt etiam qui perstant in sententia, quos uocant ἰσχυογνώμους, latine uero cerebrosos seu ceruicosos, qui similitudinem quandam habent cum continente,sicuti prodigus cum liberali,& temerarius cum forti: qui tamen potius incõtinentes dicendi sunt,quod ob immensam ambitionem dolent suam improbari sententiam,tanq̃ publica decreta.Sunt & nonnulli, qui in sua sententia nõ persistunt, sicuti Neoptolemus ille apud Sophoclem,quia propter honestatẽ uera loqui pulchrũ ei uidebatur: ab Vlysse suasus mentiri pœnituit. Comparatur insuper incontinens ciuitati,quæ bonas habeat leges,non tamen eis utatur.Post hæc de feritate narrat,dicens:Feritas est uitium supra humanũ,ab eo qui mente ac ratione priuat proueniẽs, ut masculorũ concubitus, homines mandere, aut barbarorum aliquo teneri excessu prauo ac crudel.:quod tamen minus est q̃ uitiũ,quia hoc à ratione licet corrupta procedens,uehementius est.Illi opponitur heroica uirtus, ut apud Homerũ Priamus de Hectore filio dicit,nõ mortalis hominis filius uisus,sed maiori quadã uirtute præstare:Postremo de uoluptate ac dolore scribit, in quibus uirtus moralis consistit, in cãq̃ potissimum felicitatẽ existere putant. Quibusdã enim uidetur nullã uoluptatẽ esse bonum. Alijs quædam uidenẽ bonæ, sed plurimæ prauæ. Sunt horũ tertij,qui dicunt,etsi bonũ,tamen nõ summũ.Probatio primæ sententiæ hæc est:Nulla generatio est finis, nec de genere finiũ, sed motio quædam ad finem,ut ædificatio ad ædem:propterea quod à temperatis uitaẽ, impeditq̃ consiliũ. Quod aũt non sit summũ bonũ,dicũt,quoniã nõ finis,sed generatio ad finem est:quod dicit uerũ esse,si sic esset:sed est quædã actio post naturã constitutã,quæ est finis,ut est actus uirtutis post habitũ.Et ideo distinguere debet,quod omnis actio est generatio,nõ aũt contrà.Voluptatẽ igitur summũ bonum felicitatemq̃ ponit, quæ prouenit ab habitu & uirtute,modo nõ sit impedita.Nã felix bonis corporis & externis indiget.Redarguitq̃ Stoicos,q tantũ uirtute præstare,q̃ eam cuncta expetãt animalia, quanq̃ rursus deliciæ corporis infamarũt,quæ iam sibi authoritatẽ uẽdicauerũt,expetiturq̃ ea magis,q̃ doloribus & uitæ curis, ac præsertim melancholicis mederi uidet.At animi uoluptates corporis sunt potiores:q̃ hæ ex accidentiũ ,puenisũt medicina,quãdo morbus adest:illæ uero ex natura ipsa & habitu firmiter cõstitutæ perpetuo manẽt.Verũ in hoc deficiũt,q̃ nõ idẽ semper iuuat,qa nõ simplex natura nobis ob corruptibilis naturæ uarietatẽ.Ideo deus semp una & simplici gaudet uoluptate.Nõ em̃ motꝰ dũtaxat est energia-i.actus,sed etiã immobilitatis. Et uoluptas magis in quiete q̃ in motu p̃ se.Nobis tñ uarietas oĩm dulcissima:ut ꝙuũ itẽq̃ homo facile uariãt,sic & natura

Continens iræ & pecuniæ dicitur

Differentia inter incõtinentiam,mollitiẽ & intemperantiam.

Cerebrosi cõtinentibus similes

Neoptolemus Sophocleus

De feritate Hectoris uirtus heroica

De uoluptate & dolore

Voluptas summum bonũ ac felicitas

Cõtra stoicos

Corporis deliciæ uoluptatẽ infamant.

Varietas omniũ dulcissima

natura uarietatis indigens. Lib.viij.de Amicitia refert,quod est uirtus quædam,uel cũ uirtute:insup̃ in uita magnopere necessaria. Etenim absq̃ amicis nemo uiuere mallet :reliquas etiam habens uirtutes.Ciuitates quoq̃ amicitia consiltere uidenẽ: ac legislatores magis circa eam q̃ reliqua studere.Homerus de Diomede loquitur,qui proficisci uolebat exploratum hostium castra. Si duo,inquit,erunt,in cognoscendo atq̃ agendo potentiores erunt. Nam & concordia simile quiddam uidetur amicitiæ. Itaq̃ si concordes sint, nihil est eis opus iustitia:ut κολοιὸς πρὸς κολοιὸν,id est,Gracculus ad graculũ.Quidã similitudinem quandã aiũt esse amicitiam.Propterea Empedocles ait, ὅμοιον τὸ ὁμοίῳ ἐφίεσθαι. Simile suum simile appetere. Nonnulli hos similes, potius inter se figulos, id est, contrarios esse aiunt,ut inquit Hesiodus, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων. Dicuntq̃ magis ex dissimilibus amicitiã constare, ut ait Euripides, Ἔρᾶ μὲν ὄμβρου γαῖαν ἐκπαγλουμένη, Ἔρᾶ δὲ σεμνὸν οὐρανὸν κεκρυμμένον ὄμβρον πιέσθην εἰς γαῖαν, hoc est,amare imbrem terram arescentem: itemq̃ cœlum ornatũ imbre grauidum amare in terram pluere. Et Heraclitus mutuam utilitatem & optimam Harmoniam ait ex lite omnino fieri. Obiectum autem & finis amicitiæ, bonum,& delectabile, & utile,siue uerum siue apparens. Tres igitur amicitiæ species secundum totidem amabilia reperiuntur. In singulis quoq̃ est mutua dilectio non latens. Quæ enim propter utilitatem aut uoluptatem consistit amicitia,facile cessat,eo cessante propter quod erant amici. Ideo ex accidente dicitur potius amari.Quæ autem per bonum & uirtutem initur tantum,per se est & durabilis: propterea quæ sunt huiusce modi,& consuetudine indiget & tempore:ac iuxta prouerbium modiũ salis prius comedendũ antequam sese cognoscere possint. Qui em̃ amicitiam ob utilitatem persequuntur,maxime senes sunt, qui magnopere cõmodum diligunt. Ob uoluptatem uero adolescentes. Prima illiberalium est,qui minus amant. Atq̃ hæ omnes amicitiæ æqualitatem requirunt. Est alia amicitia inæqualis secundum hyperochen, id est, excellentiam,ueluti patris ad filium,& senioris ad iuniorẽ, uiriq̃ ad uxorem, & magistratus ad subditos:differuntq̃ tamen omnes inter se.Quæ amicitiæ eatenus durare poterũt, quum pro dignitate diligatur, ac ex proportionis æqualitate, quæ maxime uidetur esse amicitiæ. Non enim similiter æquale amicitia & iustitia.Nam iustis quidem primũ illud æquale, quod ex dignitate est: secundo quod ex quantitate.In amicitia uero id quod est quantitatis primo loco:quod autem dignitatis,secundo fuerit.Hoc est,principalior iustitia consistit in proportione geometrica circa inæquales personas: principalior aũt amicitia in proportione arithmetica circa æquales personas.Patet autem,si plurima fiat distantia uirtutis,aut diuitiarum, aut alterius rei,non amplius sunt amici.Ideo dubitatur an optanda sint bona amicis, ne discedant ab amicitia.Ex contrarijs autem uidetur fieri aliquo modo ea quidem amicitia quæ est propter utilitatem:ut pauper diuiti, aut indoctus sapienti. Cuius enim quisq̃ indiget id exoptat, aliud pro alio adferens. In hoc etiam genere fuerit amicitia amantis & amati, pulchriq̃ & turpis:quamuis amicitia non uere in turpitudine consistat.Postquã declarauit amicitiam in societate esse,iustumq̃ & amicitiam circa idem uersari, & quod singulæ societates ad Ciuilem redduntur tanquã partes ad totum:ex hoc distinguit Ciuilem societatẽ, id est, Politicam in species tris,Regnum,optimates,& populum.Prima melior,altera peior,sed minus periculosa.Excessus eorum tyrannis,factio paucorum,& popularis potestas.Ex horum similitudine ostendit societates rei familiaris & domum contineri: quia ad illas non solum se extendit iustum,sed etiam amicitia. Nam patris ad filium societas regni instar habet: patri enim cura est filiorum. Hinc Homerus Iouem patrem uocat. Tyrannicum est domini in seruos. Viri quoq̃ & uxoris societas similis optimatibus erit. Quod si in omnibus uir siue uxor dominari uelit, transgreditur in oligarchiam. Fratrum item societas similis populari: pares enim sunt ubi non multum ætatibus differunt.Multitudinis gubernatio in his domibus constat,quæ sine domino sunt. Deinde ostendit quomodo se habeat amicitia in huiusmodi societatibus.Nam supra dictum est, Iustum & amicitiam in societate consistere,& alteram cum altera crescere plus & minus. Primo igitur parentes diligunt natos, quasi suum quiddam existimantes, magisq̃ amant q̃ redamentur: tribus de causis, ob maiorẽ certitudinem,ob maiorem coniunctionẽ quod ab eis sunt,non illi ab ipsis: ob dilectionẽ longiorẽ. Nã statim natos diligũt. Filij erga patrẽ ut homines ad deos & optimos amicitia cõparanẽ, fratres inter se & sodales. Cõiugalis amicitia nõ solũ est naturalis hominibus,sed etiã Oeconomica.Nõ enim solũ procreationis causa iunguntẽ,quod est cõmune cæteris animantibus,

De amicitia

Diomedes

Homericus

Empedoclis prouerbium

Hesiodus

Euripides

Amici ob utilitatem

Amicitiæ inæqualis

Amicitia ex contrarijs

De ciuili societate

De Oeconomica societatẽ

Iustum & amicitia in societate consistũt

De coniugio

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed eorum quoq; gratia quæ pertinent ad uitam, operáq; confestim inter eos diuisa. Nã homo natura coniugalis magis q̃ ciuilis: quanto prius ac magis necessarium est domus q̃ ciuitas. Itaq; iucundũ hoc, si boni erunt, pro uirtute & utriusq; gaudio. Filij uero nexus quidam matrimonij uidebuntur. Sunt autem & querelæ in amicitijs, non ab ijs quidem quæ secundum uirtutem sunt: quoniã conferens beneficiũ est ipsa liberalitate contẽtus, nulla recipiẽdi spe. In uoluptarijs amicitijs quamminimum, quod siquidem mutua conuersatione gaudent. Etenim ridiculum esset si quis quenq; accusaret, quod sibi iucundus nõ sit, cum liceat illo nõ uti. At illa quæ ꝓpter utilitatẽ est, querelæ subiacet. Cũ em̃ amicitia pro utilitate utantur, semper plus quærũt, & minus q̃ deceat se habere existimãt. Videt aũt ut duplex est iustũ, alterũ sine scripto, alterũ legibus. Sic & ea amicitia quæ est ob utilitatẽ, partem moralis, partim legitima. Hæc in dictis est statim per manus seu per pactionẽ ad tempus quid pro quo: manifestum est quid debeat, sed amicabilẽ habet dilationẽ. Moralis uero quæ non est in dictis, sed ut amat, donat, uel quid aliud facit, dignum putat, ut ipse tantundẽ uel plus ab illo cõsequat quasi nõ donauerit, sed cõmodauerit. Itaq; reddendũ, si adsit facultas. Considerandumq; ab initio, à quo quis accipit, & cuius gratia, ut sic uel suscipiat uel non. Præterea mensura retributionis sumenda ex parte suscipientis: cum tantum fuerit beneficium, quantũ iste qui accepit utilitatis indicabit. Reddendũ igitur tantũ, quantũ accepit, siue etiam plus. Id enim honestum est. Nec dantis ratio aut querela ualere debet: beneficium suum ex dignitate, aut opera, aut periculo suo metientis. Lib. ix. Prosequitur item de amicitia. Cuius dispares species adæquat analogum, adfertq; super amicorum officijs præcepta quædam & cautiones, & quantũ cuiq; tribuendum. Ceu magis reddendũ est cui debeas, q̃ amico dandũ beneficium. Interdũ enim non æquum beneficiũ retribuere, ut ũ quis sciens benefecerit: ipse aũt cui remuneratio sit faciunda malus existimatur ab eo qui accepit. Nec illi qui mutuo dederit uicissim mutuo dandum. Nam ille quidem certa spe ductus se suum cum ueiit consecuturũ mutuo dedit bono uiro. Hic autẽ non sperat à malo consequi posse. Alia igitur alij præstanda, ut parentibus alimenta & honores sicuti dijs. Ad nuptias & funera cognatos potius uocare q̃ amicos: ad quædam alia potius uicinos. Amici qui ob mores ac uirtutem se amare simulant, utilitatem potius ac uoluptatem sequentes, dissuendi sunt, uitandiq; nõ minus, q̃ hi qui nummos adulterant: nisi quidam seipsos decipiant ab initio: cum amore digni non sint, ob mores se putẽt amari: Amicitia itaq; dissuenda non statim cum omnibus, sed cum illis qui incurabiles ob prauitatem uidentur. Nam quibus locus est castigationis, ferendum auxiliũ in moribus honestius q̃ in diuitijs: quanto amicitiæ magis proprium. Si uero hic quidem permanet, hic autem melior fiat, ac multum uirtute transcendat, uti quemadmodum prius, amico non decet, haud aliter q̃ puero uirum. In magna enim uirtutis ac morum distantia nulla potest esse congruentia. Tribuendum tamen ei aliquid ob pristinam amicitiam, quando nõ propter excessum prauitatis fit dissolutio. Tria post hęc dicit accidere amicitiæ, per uirtutem, beneuolentiam, beneficentiã, concordiam. Atq; hæc ex amore originem habent, quo se quilibet studiosius recte amat. Amicitia enim ad seipsum, idea est ad alterũ amicitiæ. Est enim amicus alter ego. Beneuolentia non proprie amicitia, sed principium amicitiæ. Potest enim esse latens, & ad ignotos, amicitia nequaq;. Concordia aute amicorũ non est coopinatio, ut idem de cœlestibus sentire, sed circa agibilia & magna consilia, ac ex duobus uel pluribus eorum causa, quæ ad uitæ ciuilis commoda pertinent: quæ tantum in bonis uiris reperitur. Quo ad beneficentiam autem pertinet, qui beneficia contulere, uidentur magis eos diligere, quibus collata sunt, quàm illi qui acceperunt eos qui dederunt. Eius rei multæ causæ sunt, uel illæ præcipuę, quod proprium opus magis quis amat. Ex quo poetæ opera tanquam filios amãt. Præterea labores ac damna suscepere: quæ autẽ cũ labore fiunt magis amamus. Ea demũ causa est cur matres magis quàm patres filios amant. Quæritẽ deinde an seipsum diligendũ, propterea ꝙ eos qui nimũ diuitiarum honoruḿue ac cõmodorũ expetunt, maxime se amare dicunt: ac φιλάυτους. Sed magis amare seipsum dicit Philosophus, q̃ res huiuscemodi despicit honesti gratia, eo ꝙ principalissimo, id est rationi seruit. Hoc pacto uir bonus diligẽs seipsum, etiam alijs fuerit utilis, eaq; despiciet, pro quibus homines inter se digladiari solent. Magisq; ambit breui tẽpore lætari uehementer, q̃ longo leniter: & honeste uitã ducere unũ annũ, q̃ multos utcunq; exigat: ac rem unã honestã & magnam, q̃ multas prauas ac paruas. Præterea probat felici opus esse amicis, & his secundũ uirtutẽ: ut possit intueri actiones eorũ studiosas, quæ sint

Quod in amicitijs secundũ utilitatẽ quærelæ nascũtur nõ itẽ in alijs.

Amicitia ob utilitatem moralis & legitima

Mensura retributionis

Non semper reddẽdum beneficium

Amicitiæ quãdo & quo modo dißuendæ

Ex amicitia ob uirtutem tria, beneuolẽtia, beneficẽtia, cõcordia.

Qui dat magis amat q̃ qui accipit

Cur matres magis filios amãt quàm patres

Quòd uir bonus tantum diligit seipsum.

sint propriis similes, ac illis continuo gaudere. Deinde quod uirtutis est exercitatio cõuersari cum bonis, ut ait Theognis. ἐσθλῶν μὲν γὰρ παρ' ἐσθλὰ διδάξεο, ἢν δὲ κακοῖσι συντύχῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐῶν νόον. Nẽpe bona edisces socius si forte bonorũ es. At simul intereas ipse sequendo malos. Videtur autem uiuere proprie esse sentire uel intelligere. Idq; dulce, eo quod omnes appetunt, maxime uidetur esse boni uiri & felicis: quod bonum sentiunt, & iucundum memoria præteritorum bonorum, præsenti actione, ac spe futurorum. Postremo disserit, quod non multi sunt parandi amici. Dicit enim non oportere multos amicos utilitatis gratia habere: quod laboriosum sit multis satisfacere: Ad uoluptatem item pauci admittendi. Sicuti in cibo dulcedo. Studiosos uero tot esse oportet, quot cõuictui sint idonei: nec sanè hi multi queunt esse, quod pauci boni inueniantur, & qui idem sentiant, alijsq; de causis. Deinde quærit quo tempore magis necessarij amici. In prosperis enim honestius, in aduersis utilius amicis indigemus: non tamen qui querulus maxime non est, audiet conquerentium uoces, nec amicos ob suam tristitiam adfici tristitia uolet. Ex quo Orestes apud Euripidem Pyladẽ alloquens ait, Sat est quod ipse calamitatibus premor. Nam quod amant homines, suũ putant esse ac uiuere: ut alij compotare, alij conludere, uenari, exerceri, philosophari. Boni aũt amicitia coniuncti simul congredi ac uiuere, mutuoq; adspectu recreari. Libro x. de uoluptate. Ea nanq; familiarissima nostro generi uidetur, & ad uirtutẽ maxime facere: ut gaudeamus quibus oporteat, & odio cõtraria habeamus. Opiniones de uoluptate ponit. Eudoxus summũ bonum esse dicit: propterea quod cuncta animalia illam appetãt. Fidem habuere sermones eius ob morum probitatẽ, magis etiã propter seipsos. Platonici hunc contra, uoluptatẽ summum bonum nõ existimant, quod uiribus euacuetur. Voluptas autẽ recipit plus & minus. præterea quod bonum perfectum sit, uoluptas imperfecta, eo quod motus & generatio sit, quæ sunt natura imperfecta. Quibus omnibus Aristoteles respõdit. Quod motus omnis sit in tempore, & partes eius sint imperfectæ: neu etiã simul, & sunt alicuius gratia: secus aũt uoluptas. Dicit igitur eam esse perfectionẽ formalem ipsius potẽtiæ percipietis, prouenientẽ ex bona potentiæ dispositione, & obiecto conueniente & optimo in suo genere. Quare nullus cõtinuo in uoluptate aut dolore. Cuncta nãq; nõ possunt cõtinuo agere. Nec igitur uoluptas sit continuo. Nã ea sequitur actionẽ. Quædã etiam delectant, cum primũ fiunt: sed postea non similiter. Nã primo quidẽ prouocata est mens, effuseq; agit circa illa, sicuti hi qui aduersum intuent. Postmodũ nõ est eadẽ actio, sed neglectio: quare uoluntas quoq; refrigerat. Omnes aũt expetere uoluptatẽ uidentur, quia omnes uiuere appetũt, uita autẽ actio quædã est: quilibet enim circa illa maxime agitat quæ maxime amat. Specie tamen differunt uoluptates ex actionum diuersitatẽ: idq; ex eo maxime patet, quod ab alijs prouenientes uoluptates impedimento sint alijs actionibus. Qui em̃ fistulis delectantur, nequeant mentẽ adhibere sermonibus, fistularum sono impediti uoluptate. Sic de reliquis. Ex quo fit ut quoties uehementer aliqua re gaudemus, non ferè aliud agamus, cum alijs leuiter delectemur: dumq; alienæ uoluptates quandoq; perinde agunt, ac propriæ molestiæ, id est, actiones nostras corrumpũt, licet non similiter. Cumq; differant actiones, & aliæ expetendæ, aliæ fugiendæ, aliæ neutræ, eodem modo se uoluptates habẽt, cum sint actiones eius annexæ. Præterea cæteris quidem animalibus propria in specie sua est uoluptas & proprius cibus. Homini tantum licet eiusdem speciei, diuersa ineat uoluptates præstantior illa quæ cõtingit homini studioso, & secundũ uirtutem uiuenti: cæteræ uero secundariæ. Mox de felicitate quam dicit nõ in habitu, sed in actione constituram esse, & ea actione quæ propter se, non propter aliud expetatur: hoc est, actio secundum uirtutẽ, nõ secundũ iocum: cũ iocus & ludus necessario fiat, laboris tantũ & animi causa. Si igitur secundũ uirtutẽ, erit secundũ optimam, quæ ab optima procedat potestate, quæ alijs imperat, scilicet intellectus. Huius igitur actio erit felicitas contemplatiua pluribus de causis. Nã uidetur felicitas in ocio esse. Negociamur enim, ut ocia sint nobis: & bellum gerimus, ut in pace uiuamus. Præterea actiua minus per se sufficit, aliorũ indiget adminiculis, Iustus his ad quos iustitia utatur. Fortis aduersantibus quibus certet: eodẽ modo temperatus & alijs. Sapiens aũt per seipsum contẽplari poterit, & sibi sufficit, minimisq; indiget. Indigebit tamen & ipse adminiculis qbusdã. Na & sanũ corpus & famulatũ, & cætera necessaria adesse oportebit. Præterea actiua secundũ hominẽ est: hæc diuinũ quiddam habet. Quantũ autem distat hoc diuinũ à composito, tantũ & hæc actio ab illa quę est secundũ uirtutẽ actiuã. Nã cum diuinior

Viuere bonis magis iucundũ quàm alijs

Non multis opus amicis

De uoluptate

Contra Platonem

Voluptates differũt specie

Homini tantũ ex animalibus diuersa uoluptas

De felicitate,

Felicitas contemplatiua.

Contemplans minimis indiget

in homine

Universidad de Deusto
Biblioteca

in homine pars sit mens: actio secundum illam diuina erit. Igitur qui mentem explent, proximi sunt dijs. Nam ipsius dei actio, quædam contemplatio est. Nam si dij curam aliquam rerum habent humanarum, ut creditur, par est eos gaudere optimo & cognatissimo, huiusce modi est mens. Amantes igitur illam ab eis maxime diliguntur. Post hæc finem operi impositurus exhortatur ad hæc non tantum noscenda sed seruanda. Boni enim efficiemur natura, doctrina, consuetudine. Duæ primæ sine hac ultima parum prosunt, nisi animo compare mus libidini non obtemperare, ad quod maxime opus legibus, quod homines magis timore quàm amore moueantur: quæ plus in ciuitate possunt quàm patris authoritas domi. Igit legislator & qui curam ciuitatis suscepit, bonos exhortabitur, contumaces plectet: eos uero qui corrigi nullo pacto queunt, penitus exterminabit. Postremo probat ciuilem hominem aptum esse oportere ad leges ferendas, si non ciuitati, saltem domui, quia nihil refert utrum scriptis an sine scripto unus an plures instituantur, ceu nec in musica & gymnastica aut alijs disciplinis. Huic igitur arti nemo idoneus, nisi & in particularibus & in uniuersum sciat: quorum alterum experientia, alterum doctrina comparatur: quapropter neq; sophistæ siue oratores, qui tantum scientia sunt præditi, neq; ciues Reipub. administratores, qui solum experientia sapiunt, sunt apti. Sed sicuti medicus non solum disciplina, sed etiam usu indiget: sic legislatorem utrũq; habere oportebit. Nam & oratores ipsi suam artem huic parem, seu etiã ea superiorem falso existimãt, præterea ex rerum publicarum, ac legum collationibus id adsequi posse: ex quibus quanquam aliquid utilitatis in consultando adferre ualent, scientiam tamen hanc adsequi non poterunt. Demum profitetur Aristoteles post hæc ilico legum hu iusceemodi se præcepta traditurum. Et hæc quidem in Ethicis ille: in quibus à Platonicis sanè redarguitur, ac primum quod male de anima senserit. In primo, quum locum gaudij post mortem negauerit. Deinde quod uirtutes mediocritates posuerit. Nam medium æqualiter ab extremis distare oportet. Insensibilitas ergo extremum temperãtiæ, aut nullum, aut certe paruum fuerit uitium. Intemperantia uero extremum crimen admodum magnum. Præterea fulmina ac terræmotus non expauescere posuit fortitudinis excessum, ut uideatur quanto non quali uitium metiri, quum certe in hoc nulli sit uitium, sed siquis crimen aliquando non horreret, hoc uitium foret. Postremo libro vij. & x. summum bonum in uoluptate manifesto ponit, quanquam eam bono uirtutis & contemplationis fucat: nec aliter Epicurus uoluptatem suam tuetur. Platonici igitur in honesto finem collocant: hoc autem postea uoluptas uelut umbra solem subsequitur. Hæc ex Plethone Platonico.

Quibus boni efficiamur

IN POLITICA

QVVM omnis societas boni alicuius gratia cõsistat (nam bonũ finis est omnis humanæ actionis) maxime Politica est huiusmodi. Quicunq; putat politicum, & basilicũ, & œconomicum, & despoticum idem esse, nõ bene sentit: multitudine enim & paucitate differre putant, sed non specie. Ciuitas igit ex partibus naturalibus constat: primum uicis simul coniunctis, uici uero ex domibus pluribus: quælibet aũt domus ex duorũ societatibus, uiri primum & uxoris, unde genus humanum. Filij dende serui & domini prodeunt. Ille enim natura dominus, qui ingenio præstat. Seruus qui deficit. Ex quo Homerus recte οἶκον μὲν πρῶτα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα. Quære domum prius uxoremq; bouemq; arotera. Nam bos pauperi pro seruo est. Vicus à domo differt, ut pars à toto. Domestici nãq; uictu, & cotidianis officijs inter se cõmunicãt. Suntq; appellati ὁμοκάπνοι, id est, sub eodem fumo ὁμοσιτίοται, id est, sub eodem cibo. Cum extraneis uero in mercimonijs & alijs uitæ cõmercijs ac officijs congrediuntur. Homo profecto animal ciuile uidetur: argumento est maxime sermo non frustra ei à natura datus. Nam soli tarius homo aut nequã, aut deus. Ciuitas prior est domo perfectione: quũ pars sit nobis natura toto posterior. Nã tunc esse res incipit, quũ forma est absoluta. Pes cẽ sine homine profecto pars nõ dicet: nisi forte æquiuoce mortui siue marmoris, eo pacto nec homo ipse perfectã habet finitionẽ, nisi pars sit ciuitatis. Qui sicut est omniũ pfectissimũ animal: ita omniũ pessimũ, si à lege iustitiaq; desciscat: quãto magis ardua gerit arma, quæ sunt ingeniũ ac prudẽtia, qbus ad cõtraria licet uti. Licet cẽ in eo animaduerti prius despoticũ & politicũ. Anima nãq; corp⁹ regit, ut Despoticũ. Mẽs uero animæ appetitũ ac sensũ, ut politicũ. Nã prima imperat, altera suadet atq; cõsulit. Differũt aũt inter se, q politici liberior natura est, Despoti ci seruorũ. Et altera qdẽ Oeconomica monarchia (Monarchia cẽ patris dicit) altera politica liberorum

Dominus aut seruus natura

Solitarius aut nequã aut deus

liberorum & æqualiũ imperium. Domínus est nõ possidendo seruos sed utẽdo seruis. Nam possessoria distat ab Oeconomica, q alterius est quærere pecuniam, alterius uti: utrum enim ipsius sit an altera species dubiũ. Possessiua Oeconomica non est nec pars eius, quũ Oeconomicæ sit uti rebus possessis, possessiuæ autẽ adquirere. Subministra uero eius est: sicuti frenorum ars, equestris. Despotica à politica & œconomica differt: à politica q illa sit libertatis, hæc seruorũ: ab œconomica quod illa sit omnium qui in domo sunt, hæc tantũ seruorũ. Præterea Politicum & Oeconomicũ differũt, quod hoc multorũ, illud unius principatus sit. Inter homines quoq; diuersitas. Sunt enim qui procul à politia agunt, quos ciborũ uictusq; diuersitas etiam distinguit. Nam sicuti & bruta quædã quæ carnibus aliorũ uescuntur solitaria sunt, quæ autẽ herbis gregalia: sic homines reperiũtur sine labore aut arte uita nomadica, syluestri, piratica, uenatica, ex rapto uiuentes. Plantæ ob animalia. At ipsa animalia propter hominem creata sunt: nam si frustra natura nihil genuit, necesse est ut hominũ causa omnia ob generauerit. Circa uero res parãdas, Ex agro & pecore acquisitio nobis uitę physica est. Mercatura uero & pecuniaria, translatiua nõ naturalis est, sed ad res naturales parãdas inuenta: laudaturq; usq; ad metam quandã, necessitatis uidelicet gratia. Vituperatur aũt cum est terminus nullus. Inter artes uero illæ artificij plurimũ habent ubi minimũ fortunæ, plurimũ uero mechanicæ, ubi corpus requiritur. Seruiles ubi corporis item plurimus usus. Ingenerosæ ubi uirtutis minimũ expetitur. Imitari exempla ueterũ oportebit in his quæ honeste acquisiuerunt. Thales Milesius (probro data ei philosophia ob paupertatẽ) oleum cõquisiuit, cum præuidisset eius charitatẽ futurã: quod deinde pro sorte uendidit, quo exemplo nõ coactam sed uoluntariã paupertatẽ ostẽdit. Tres omnino Oeconomiæ species in quibus forma reip. tota cõspicitur, despotica, gamica, demotica. Vir uxori imperat & filijs, sed aliter, his basilice, illi politice. Fratres autẽ inter se demoticũ ac popularẽ referunt statum. Libro ij. Ea demum optima respub. in qua secundũ id in quo felicitatem esse existimãt, siue uirtus sit, siue aliquid aliud, in quo quis excellit, is ciuis felicissimus putatur. Confutat præterea multos reip. administratores ac legislatores, ubi dicit quemlibet in aliquo errasse, & inter cæteros Platonẽ: qui ex Socratis sententia dixit cõmunia omnia, etiã uxores, in ciuitatibus esse debere. Hæc rãta unitas remp. potius dissoluere, & ex ciuitate domũ facere uidetur. Nam ex dissimilibus partibus & familijs respub. floret. Præterea nulli uxorẽ aut liberos amare cõtingeret cum incerta esset proles. Rei etiã acquirendæ minime uacarent: cum nihilominus ponat lucri diligentiam, alijsq; de causis. Deinde contra Phaleam arguit, qui leges Carthaginensibus dedit, ac statuit æquales ciuiũ possessiones, errauitq; nõ statuere quantæ ac quales esse deberent: nam si immoderati sint omniũ census, intemperanter uiuerẽt: si nimium exiles, sordide ac misere. Nam statuendus modus emptionũ, ne quis de plebe ob diuitias potentior factus, sese cũ nobilitate cõmisceat. Quæ distinctio in creãdis magistratibus necessaria est. Mentionẽ deinde facit de Phidone Corinthio qui Corinthijs leges dedit. Deinde Hippodami Milesij leges etiam reprehẽdit, qui abstulit opificibus possessiones & arma, nullo honore dignãs, quapropter ij serui magnopere facti, amare rempub. nõ poterãt. Præterea potestatẽ nouas inuenien di leges cõcedebat: quod profecto reip. minime conducit: quum paulatim ciues adsuescant non uereri principis instituta: mutatis facile legibus: abrogatioq; huiusce modi uim eneruat, introducitq; legis contemptũ. Post hæc iubet Aristoteles seruari seruorũ disciplinã, qua sublata domini in insidias ueniũt. Sicut Hilotæ in Lacedæmonios, & Penestæ in Thessalos fecerũt. Deinde mulieres bene instituere, ut tẽperate & sine arrogantia & sumptu degãt: ut de Lacenis fœminis dicitur, quæ ob insolentiam & audaciã uiris resistunt, muliebria dedignantur, quum illi aduersus Thebas pugnarẽt arma tractare uoluerunt. Reprehendit etiã in quibusdam remp. Lacedæmoniorũ: q magistratus eorum nõ recte erat perpetuus, cũ processu tẽporis uir iustus iniustus possit euadere. Deinde q nõ darẽtur nisi potentibus, quæ res ambitiosos planè faciebat. Regem perpetuũ creabant, classis insuper præfectũ: ærario carebant, sed cum bella gererent singuli cõferebant: ex quo & cupidos, & auaros faciebant, ac sibi magis quàm reip. uacantes. Syssitia non de publico, sed de proprio faciebant, ex quo pauperes illis interesse non poterant, & qui non interessent ad magistratus non eligebantur. συσσίτια, Syssitia conuiuia erant quæ inter se publice ac sæpe celebrabant, symbolum conferentes. Differit præterea de Cretẽsium legibus quas præfert Lacedæmonijs: nam hi Syssitia melius de publico faciebant: præterea filiorũ multitudinem prohibebant, potestate uiris facta post

Possessiua differt ab œconomica, cui subalterna est

Despoticum

Politicum

Oeconomicũ

Hominũ causa omnia ob generata.

Thales Milesius oleũ emit

Despoticum

Gamicum

Demoticum

Contra Platonem.

Contra Phaleam.

Phido Corinthius.

Hippodamus Milesius.

Seruorum disciplina.

Mulierũ institutio.

Lacenæ mulieres.

Cõtra institutã Lacedæmoniorum.

Syssitia

De Cretensiũ legibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

suſceptam æquo numero prolem, uxoris abdicandi, alio introducto uſu. In quo ex senten-
Aristotelis error. tia diui Thomæ uideť Aristoteles de marium uſu intellexiſſe, nec uituperaſſe. Coſmos etiã
Coſmi Cretenſium. eorum magiſtratus reprehendit eſſe perpetuos, ſicut Ephoros Lacedæmoniorum. Ex omni-
Solon bus his laudat Solonem: meliuscꝫ dicit remp. inſtituiſſe, quam ex optimatibus & populo in-
ſtituit, omnibuscꝫ eo modo honores cõmunicauit: licet prꝛter eius mentẽ ad popularem po-
ſtea ſtatũ deuenerit. Nam Pericles & Ephialtes ſublato Ariopagi conſilio iudicibus primũ
Salaria conſtituere. Libro iij. Poſtcꝫ aliorũ leges confutauit diſſerit quam ipſe remp. probat.
Ciuis Prius declarat quid ſit ciuitas, quid ciuis: dicit cum eſſe ciuem qui magiſtratũ gerere poteſt.
Vnde excludit aduenas & pueros & ſenes inutiles. Ciuitatẽ uerò nõ quæ mœnibus circũda-
Ciuis bonus Vir bonus Princeps bonus tur cum una fermè regio poſſit muris cingi. Sed quæ ex forma reip. ſit cõſtituta. Ciuis bonus
& uir bonus nõ ĩdem. At ĩdẽ uir bonus & bonus princeps. Imperio enim uirtus & pruden-
tia experitur. Nam uir bonus nõ poteſt eſſe ſine prudentia. Ciuis item bonus nõ ſine pudi-
citia, at ſine prudentia poteſt eſſe. Nam ei qui ſubĩcitur atcꝫ paret: ſat eſt rectam habere opi-
nionẽ agendorũ quæ ei cõmittuntur. Bonũ autem principem & prudentia & cæteris uirtuti-
Opifices bus prædituũ eſſe oportet. Opifices & mercenariĩ in Ariſtocratia nõ admittuntur, niſi forte di-
uitijs adeo creuerint, ut inter optimates cenſeantur. At bene in Democratia ciues eſſe pote-
runt. Ciuitatis inſtituta non ad uiuendũ tantũ, ſed ad bene quocꝫ uiuẽdum. Nam eo pacto
animalia in ea politice uiuentia eſſent. Reprehendit prꝛterea ueteres qui nõ diffinierunt nec
cõſiderauerunt remp. niſi iuſtum ex parte rerũ, cum bona reip. nõ ſint diſtribuẽda ex rerum
quãtitate, ſed ex perſonarũ dignitate. Si ciuis unus inuẽtus ſit q cæteros longe uirtute ante-
cellat, is perpetuo reip. præficiẽdus erit. Secus ſi ſunt multorũ pares uirtutes. Poſt hæc regiã
Monarchiæ v. ſpecies. poteſtatẽ omnibus præfert: decꝫ hac diſſerit. Monarchiæ quinꝫ ſpecies dicit. Heroũ q ciuiũ
cõſenſu certis de cauſis certocꝫ tempore remp. gubernent. Alia barbarica, ex genere proue-
niens & legibus imperans, ſicuti Parthorũ rex. Alia Eſineta electiua tyrãni, qualem elegerũt
Mitylenis Pittacum aduerſus exules ſuos quibus prærerat Antimenides. Alia Laconica pe-
rẽnis ſecundũ leges tantũ belli tẽpore imperiũ habẽs. Ex quo apud Homerũ Agamemnon
cũ in ciuitate agitabat iurgijs exagitabatur: in bello aũt poteſtatẽ habebat. Poſtremo Regia
omnium optima, quæ ſe ad populos uti pater ad filios habet. Apud Ægyptios medici ante
diẽ tertiũ corpus ægrotorũ ſuo periculo curabant. Lib. iiij. & etiã v. de forma rerũ publicarũ
uaria tradit: decꝫ earũ ſolutione & corruptione. Corrigere enim remp. inſtitutam nõ minus
difficile cꝫ ab initio creare: ſicuti diſcere eum qui male didicerit à principio, duplex eſt labor.
Tres R.P. Regnum Ariſtocratia Politia Exceſſus Tyrannis Oligarch. Democra. Eſinetæ Vni plures Magiſtratus in parua, repub. Popularis ſtatus tutior. Tris omnino rerũ publicarũ ſpecies, Regnũ, Ariſtocratia, Politia. Totidemcꝫ ſunt exceſſus.
Tyrannis, Oligarchia, & Democratia: horum peſſima Tyrannis. Minus mala Democratia.
Cõnumerat partes & officia ciuitatis: quod reprehẽdit prætermiſſum fuiſſe à Socrate apud
Platonem, qui ſolum ea connumerat quæ ſunt ad uiuendum, non autem ad bene uiuendũ.
Politia quædam eſt mixta & populari & paucorum adminiſtratione: quæ quãdo ad pauco-
rum potentiã inclinat, ſolent appellari optimates, quod diuites uirtute ac nobilitate præfer-
ri credantur. Tyrannidis ſpecies cõmemorantur: & quam barbari per leges eligebant ſicuti
Græci Eſinetas. In paruis ciuitatibus melius paucis plures cõmittere magiſtratus ob inopiã
ciuiũ. Libro v. de principijs ſeruantibus ac corrũpentibus remp. Seditio omnis ob inæqualitatem oritur. Æquũ dupliciter cõſtituunt, aut exceſſu, ueluti Arithmeticus, ut tres ad duo &
unum: aut dignitate ut Geometra ſicuti quatuor ad duo & duo ad unũ. Omniũ confeſſione
iuſtum ſimpliciter eſt ſecundũ dignitatẽ, ex quo uel quia in aliquo pares ſunt, in omnibus ſe
penitus pares exiſtimant: uel quia in aliquo prælãt, in cunctis ſe ſuperare arbitrãtur. Popu-
laris gubernatio tutior eſt cꝫ paucorũ, minuscꝫ ſeditioni ſubiacet: q inter ſe populus minus
diſſidet, magis autẽ pauci ac nobiles. Res omnes pro quibus homines cõtendunt ſunt lucrũ
& honor & his cõtraria. Sub lucro omnia quæ ad corpus, ſub honore omnia quæ ad animã
pertinent intelliguntur. Narrat prꝛterea cauſas omnis quibus reip. ſtatus corrũpitur ſiue ari-
ſtocratiæ ſiue regiæ, Allegando Platonis certos numeros in quibus mutationes fiunt ciuita-
tum, quos alibi attigimus, uidelicet in epitome libri Platonis & in Arithmetica. Hic eſt nu-
merus Duodenarius, & multiplicatus per æquilaterũ ſuum planum & ſolidũ. Deinde de re-
Magiſtratui quid agendũ mediis ſalutis & cõſeruationis ſtatuũ. Tria oportet habere eos qui principales ac publicos
gerũt magiſtratus, ut ament ciuitatis ſtatum, Deinde ut habeant potentiã idoneam ad coe-
cendos homines. Tertio ut uirtute ac iuſtitia ſint prædĩti. His in ſtatu eodem non diu ſibi
uiuendum

niuendũ eſſe cogitandũ. Tyrãnus uero ad retinendã dominationẽ tria conatur. Vnũ ut ani-
mos ciuiũ imminuat. Nemo enim parui animi contra tyrannũ inſurgit. Deinde ut ciues in-
ter ſe diſſideant, ne in eum quandocꝫ cõſpirent. Tertiũ ut imbelles eoſdẽ reddat, cum nullus
ea quæ omnino nequit aggrediatur. Prꝛterea cauere debet ab ijs qui amplius uiuere non cu-
rant, quoscꝫ dolore adfectos uiderit. Libro vi. ſubiectũ Democraticæ politiæ libertas: ubi
multitudo per uices imperat & imperatur. Nam populi iuſtũ nõ ex dignitate, ſed ex nume-
ro cõſiſtit, ex quo plus poterit in hoc ſtatu inopum multitudo quãm paucitas diuitũ, utilecꝫ
De ſtatu popu-lari. fuerit populum eſſe dominũ rerum grauiũ ſi quæ inciderent. Magiſtratus uero nõ minimo-
rum ſit. Merces inſuper magiſtratibus danda: illis item qui cõſilio prælunt, rarocꝫ conſilium
cogendũ: ubi tunc ne excurratur. Laudat prꝛterea gubernationẽ quæ ſit ex agricolis, q ĩj ro-
Ex agricolis adminiſtratio buſto ſunt corpore ad auxilia ciuitati ferenda. Prꝛterea ſuis occupari rebus familiaribus &
Opifices & mercatores inutiles ci-ues. agro minime honores ac magiſtratus cupiẽt. Vituperat autẽ opifices & mercatores, quod ij
ſemper in ciuitate manentes ſora uexant, primícꝫ ſunt qui tumultus excitent. Operæcꝫ pre-
cium eſt ut magiſtratus deligantur, paritercꝫ cenſeantur ab agricolis ac bonis uiris, q ĩj pro-
pter hunc metum cõpeſcentur, minimecꝫ ab officio diſcedent. Ad popularem item guberna-
Aduenæ & Spurij. tionem iubet etiã aduenas & ſpurios recipere. Vtile etiã ad copiam conſeruandã prouidere
Vectigal ciuitatis ſuperabundans egenis diſtribuen-dum. nequis egeat: quapropter ex ſuperabundanti uectigali omnia diſtribuenda egenis quãtum
ſit ſatis, uel ad agelli cõparationem, uel ſaltem à dantibus uolentes ipſorũ negocijs delegãdi.
Deinde multos tradit modos quibus Democratia, quibus etiã Oligarchia conſeruetur. Offi-
cia poſtremo ac magiſtratus enumerat quæ creari oportet. Libro viii. Cũ ex triplici bono-
rum genere felicitas cõſiſtat, plus ad eam confert uirtus, q per hanc externa bona acquirun-
tur ac cõſeruantur. Non autẽ contra: argumento eſt deus ipſe, quem felicẽ & beatũ dicimus,
non ex aliquo externorũ, ſed per ſe. Nam externorũ cauſa eſt fortuna, quæ nihil ad uirtutem
facit. Neqꝫ enim fortis aut iuſtus aliquis propter fortunã. Virtus & felicitas igitur eadẽ unius
Vita philoſophi melior q occupati in repub. hominis & unius ciuitatis. Vita philoſophi cõtemplantis longe melior, cꝫ in adminiſtratio-
ne ciuitatis occupati, quod liberior ſit ſuicꝫ ipſius gratia: modo non ſit penitus ab actione re-
mota, ſed ab actione quæ ab alijs & exterioribus rebus dependeat, quæ admodũ ſeruilis eſt.
Sed actio interior & ex ſe ſumpta cũ philoſophia cõuenit, Veluti Architectus qui nihil ex-
ternũ agit, mẽte tantũ & cogitatione operi præeſt. Deus quocꝫ nõ ipſe penitus ſine actione,
ſed ſua & propria. Ab eo aũt q nihil penitus agit, præclari nihil fieri poteſt. Diſputat inſuper
de magnitudine ciuitatis, dicitcꝫ non eam eſſe magnã quæ tantũ abundet hominibus, ſed ci-
uibus eo numero quo ſatis ſit ad bene uiuendũ ſecundũ politicam ſocietatẽ. Agrũ deinde iu-
Situs urbis iuxta mare. bet eligẽdum eſſe fertilem, Situmcꝫ urbis qui non poſſit facile inuadi, & iuxta mare propter
De qualitatibus locorum. cõmeatuum opportunitatẽ. Deinde de qualitatibus locorum narrat. Qui enim circa Euro-
pam & in frigidis habitant locis, animo quidem præſenti ſunt, ingenio uero craſſo, quapro-
pter liberi ſunt & indomiti. Aſiatici uero cõtra ingenioſiores & timidiores, ideo ſubditi. Gręci autem in horum medio conſtituti utriuſcꝫ gentis naturam ſapiunt: hinc animum, inde in-
genium ſumunt: ideo & liberi perſeuerant, & optimis remp. regunt inſtitutis, aptícꝫ alios re-
gere. Quapropter ingenioſos pariter & animoſos eſſe oportet quos legislator diſpoſiturus
ad ciuitatem eſt. Nam animoſitas & audacia uirtutis amorẽ parit, in eacꝫ parte conſiſtit ubi
amor: ſignũ eſt quod erga amicos à quibus decipimur aut iniuria afficimur, magis quàm cæ-
teros iraſcimur. Poſt hæc opifices & mercatores *dicit* eſſe neceſſarios in ciuitate: non tamen
Opifices & mercatores qui nõ ſint ciues. ex ciuibus. Nam ociũ ijs qui reip. uacant eſſe oportet. Sed & bellatores, & cõſiliarios, & ſacer-
dotes eſſe neceſſe eſt. Primos iuuenes. Secundos ſenes. Tertios honoratiores, qui rebus ge-
ſtis floreant, ac domi conquieſcant. Cultores agrorum & uillici ſerui eſſe debent, & diuerſæ
cultores agrorũ ſerui ſint à ciuibus nationis. Prꝛterea puſillanimes, mẽte obtuſi, & corpore robuſti, ſic utiles ad opus
erunt, & nihil rerum nouarũ ex eis timeri poterit. Docet deinde publica & priuata conſtitui
ædificia: & ſyſſitia, id eſt, conuiuia publica ubi conſtituantur. Ad ſtatus prꝛterea oriẽtis ſeu
aquilonis ut ſalubrius, ædificanda ciuitas. Si tyranni imperio, arx conſtituatur, & in arduo lo-
co: Si liberi, in planitie: Si optimatum, inter utrunꝫ. Duo ſunt quibus agitur bene. Vnũ pro-
poſitum finiſcꝫ recte agendi, alterũ eas res inuenire per quas finem eum cõſequamur. Nam
cum omnes cupiant felices eſſe, benecꝫ uiuere, alijs quidem facultas adeſt, quibuſdã uero ne-
quaquã, ſiue ob fortunã aliquam, ſiue ob naturã: quapropter ad bene beatecꝫ uiuẽdum ad-
iumento eſt opus nõnullis. Bonus autẽ & euentus & actio & uſus uirtutis perfectus ſimpli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citer est intelligendus,nō autē ex suppositione,hoc est ex necessitate aliqua. Boni insuper & studiosi fiunt ob tria,naturā uidelicet & morem ac rationē,Cætera quidē animalia natura ui uunt,nōnulla moribus & cōsuetudinibus.Homo etiam ratione,qui sæpe cōtra naturam con tendit.Sed longe hæc tria simul esse utilius fuerit. Fas præterea in ciuitate omnes participes esse imperij:quanq; si cōstaret aliquē cæteris uirtute antecellere,ut heroēs:hic omniū cōsen su princeps cōstituendus. Qui uult quandoq; imperare, oportet ut ipse prius subijciat dum iuuenis est,discatq; parēre senioribus.Cū bellum sit pacis gratia,negociū uero ob ocium, uti lia ob honesta, actio deniq; ob contemplationē, ad hæc tanq; ad finem legislatorē respicere decet.Quapropter ille magnopere laudādus,qui bellum gerere aut uincere docet:nam exer citum potentissimū habere oportet:non ut in seruitutem alios redigamus, sed ne ipsi rediga mur.Virtutes quoq; alijs aliæ propriæ.Ad bellum & negociū fortuna opus,ad ocium Philo sophia.Ad utrūq; tēperantia & iustitia.Prior legislatoris cura corporis,q; animi ordinandi sit,& appetitus quàm rationis:q; corpus in generatione antecedit animā, & partem rationa lem ea quæ rationis est expers.Argumēto sunt pueri quibus statim insit ira & concupiscen tia.Ratio autē & mens tantū prouectis.Quapropter legislator ante omnia matrimonijs ua cabit,ne ea ætate coniungant qua simul cessant,quæ erit utro L XX.mulieri L.annorū.Item ne iuuenis nimis,q; fœtus mente & corpore minus ualent,& incōtinentiæ uitijs adsuescuut. Ætas cōmoda uiri xxxvi.Fœminæ xvij.annorum. Ætas senilis prope lxx.inualida ad pro creandum.Sic demū occurritur multitudini filiorū quæ nimis excrescit,paucosq; natos edu care cōmodius ad institutionē,tum ad reip.salutem esse uidetur.Infantes adsuescēdi labori bus,duræq; uitæ,ut natura sint robusti,ex quo in quibusdam locis frigida statim demergūt. Prohibendi quoq; à turpibus collegijs:ea enim diligimus natura quæ prius nobis occurrūt, præsertim ne spectatores iamborū aut tragœdiarū fiāt.Theodorus tragœdus nulli cōcedere uoluit,ut ante se ageret quāuis uili histrioni,quāi magis faueant auditores illis quos primo audierint.Quapropter oportet à pueris omnia procul lasciua ne audiant amouere,neue tur pes imagines spectent. Ætas idonea disciplinis septēnis est,ex quo p hebdomadas diuiden da disciplinæ ratio,ut à septimo usq; ad xiiij.annū.Inde politiæ usq; ad xxi.Libro VIII.Le gislatori circa iuniorū disciplinā maxime uacādum,quæ ualde necessaria est,nec tam priua ta de causa q; publica,quū ipsi reip.membra sint. Quapropter abducendi sunt à mechanicis & his artibus omnibus quæ ea producūt,& corpus liberorū cōficiunt:nominat aūt quatuor in primis ediscendas,literas,gymnasticā,musicā,graphicen.Quæ ualde refert cuius gratia di scantur.Nam ex fine etiam quæ liberales dicūtur sordidæ fiunt.Ociū enim negocio præstat, magisq; appetitur q finis sit,illud uero ad finē:& in ocio felicitas & uita beata,in altera æru mna & labor.Musica igitur ediscēda non tanq; necessaria,sed ocij gratia siue ioci,eius uideli cet qui nō finis sit sed ad finē,& animi gratia ex labore recreādi. Per literas autē cæteræ disci plinæ ediscūtur.Graphice,id est,pictura præcipitur,nō ut in mercatura suppellectilis,aut in strumēti alicuius mens occupetur,sed potius ut ex illa inspicere possit corporū pulchritudi nem.Nō enim fas est ingenuis semper cōtemplationi actioniq; quanq; honestissimis stude re.Gymnastice etiā iuuentutē ac bonā corporis habitudinē disponit, quanq; in hac parte se ra Laconū exercitatio ac patiētia uitāda,quæ nihilo meliores ad bellū præstat,quū multi sint strenui proteruiq; in grassationibus & cædibus,in arte tamē militari nihilo fortiores.Hone stas nō feritas in certaminibus præferenda:nam neq; lupus neq; bestia alia honestū periculū pugnādo subit.Itaq; feritas Laconū non causa uictoriæ,sed q ipsi exercitati contra nō exer citatos pugnāt.Quapropter haud graues pubescētibus exercitationes iniūgendæ,ne corpo ris nutrimento augmētoq; officiāt.Post pubertatē annis tribus tantū ciuili disciplinæ inten dant omissis corporis laboribus,q utriq; uacare cōmode nequeāt,quum alterū ab altero im pediatur.Firmatis iam robore ac uiribus maiores addendi labores.Post hæc de Musica mul ta disserit,probatq; inter disciplinas eam esse recipiēdam,q requietis ac oblectamenti causa sit,& animi tristitiæ medicina,mētemq; rhythmis ac numeris ad uirtutē cœlestiaq; extollat: quā si quis codē modo quo cupit ad moderationē & harmoniā inflexerit,iræ,gaudij,spei,cæ terorūq; animi motuū decorū retinebit.Quæ quidē modeste ediscēda, ne impedimentū cæ teris rebus ciuilibus ac bellicis adferat.Deniq; in rebus agendis iuuētus exerceatur,quarum sint postea boni iudices, q iudicium in exercitatis maxime sit. Senibus corporis actio minu enda,q & gaudere & recte iudicare p iure suo possunt ob doctrinā in ipsa iuuētute pceptā.

In Oeco-

Boni natura, moribus, ratione.

Qui præstat uirtute princeps in repu. deligendus.

De bello

Ad negocium fortuna est opus,ad ocium philosophia.

De matrimonio.

De institutione puerorum

Theodorus Tragœdus

Ocium negocio præstat.

Musica

Literæ

Graphice

De gymnastica moderata.

Laconum seritas.

Laus Musicæ

IN OECONOMICA

De Oeconomia Aristoteles breuem admodum edidit tractatum,quod hanc si bi laudem à Xenophonte præreptā uiderit. Differt tamen in hanc sentētiam. Oeconomia & politica inquit, differunt nō solum quantum domus & ciuitas (Hæc enim eis subiecta sunt.) Sed etiam q Politica ex multis principibus est, Oeconomia uero monarchia.Prima igitur in hac hominum cura ac diligentia circa coniugium.Societas enim ab ipsa natura maris & fœminæ maxime conciliatur, ut nō solum sit hominibus, sed etiam bene sit, nec solum naturæ causa sed etiā utilitatis. Qui enim uiribus ualidi imbecillos iuuant, rursus ipsi debiles in senectute ab illis quandoq; sustentan tur.Huc accedit etiā,q quādo numero prohibemur à natura,saltem specie perpetuos esse af fectamus. Diuersa tamen conditione procreati simul iunguntur ad stabiliorem uitæ usum. Nam fœminæ timiditas maior ob res domi custodiendas.Viris audacia ob fortitudinem & res foris parandas.Fœminis item charitas maior ac patiētia ad filios nutriēdos, uiris sapien tia ad erudiendos.Possessionū post hæc diligentia adhibēda,quarum prima est homo,qua propter seruos ante omnia studiosos parare oportet. Eorū species duæ. Curator seu uillicus qui alijs præsit,& operarij. Seruis itē uini parū aut nihil dare oportet:uini nanq; potatio uel liberos probrosos facit.Alimēta quæ sat fuerint operarijs dentur.Sine mercede subiectis im perare nō ualemus.Merces enim seruorū cibus.Operis uero adhibere nec ualde timida,nec ualde fortia seruitia:quod hæc non facile obtēperantia,illa uero nō facile perseuerantia in la bore sunt.Omnino autē labori tempus & præmium statuendum. Oeconomo præterea ad rem tuendā modi sunt quatuor.Primū parare,deinde partū tueri,sine quo nihilo magis pa rare iuuat,quàm in uas fundo carens aquam haurire:præterea prudentem esse ac diligētem. Nullus enim res alienas æque tuet atq; suas.Ex quo Porus interrogatus quid maxime equū saginaret,oculus inquit,dominicus.Libys etiam rogatus quod optimū lætamen,uestigia re spondit dominica. Ideo Socrates dicere solebat,dominū ante seruos exurgere, & ultimū ire cubitū oportere.Surgere enim noctu & ad ualetudinē,& ad Oeconomiā,& ad philosophiā deniq; cōferre. In libro autē ij.dicit optimū Oeconomū non ignarum esse debere moris loco rum circa quæ negociatur,sed natura ingeniosum mente uero iustū ac laboriosum.Oecono miæ omnino quatuor,Regia,Satrapica,Politica,& priuata. Regiæ autē prouentus species quatuor,circa monetā,circa importata & exportata, uti sunt Portoria, circa sumptus quum cōpendio fiunt ac res uice pecuniæ dentur,æstimationeq; ubi expediat magis q; numerato impensæ fiant.Satrapicæ prouentus species sex,ex terra quam decimā uocant,ex locorū ubi dominatur metallicis,ex terra & agro nascētibus,ex mercatoribus,ex pasturis decima item appellata. Sexta ex alijs uarijs.Tertia œconomiæ species politica,id est,ciuitatis.Hui⁹ uecti gal optimū ex ijs quæ in loco proprio gignuntur:deinde à mercaturis,post hæc ἀπὸ σφῦν ἐγκυ κλίων. Quarta & ultima priuati hominis,quæ quidem anomala,id est,absq; norma existit:q nō ad unam tantū intentionē illi Oeconomia exerceatur.Est insuper omniū minima ob bre ues prouentus & expensas.Huius optimum uectigal ex terra primū,id est, agricultura quæ omniū est parens.Hinc enim magis secundum naturā res nobis acquirūtur. Deinde ex alijs rebus.Tertiū ex argento,præter autē omnia parcere superfluis, & ne maiores sint prouenti bus expensæ.Post hæc prosequitur Aristoteles cōnumerare populos ac reges eos qui callidi tate nouas artes uectigalis & rei parandæ sibi inuenerūt.Quæ pars adhuc in Latinū sermo nem(quod sciuerim)cōuersa nō est.Byzantij Pharmacopolarū & Funambulorum eorumq; qui miranda faciunt,& his similiū artiū,tertiā partem publico dare iusserunt.Item existente lege nō esse ciuē nisi ex utroq; parente ciue natū,cōcessere xxx.Mnas tribuenti ciuē esse tan tum ex altero.Antisthenes Atheniēsis in magna Athenienſiū necessitate cōsuluit,ut Diony sia quæ magna expēsa celebrare cōsueuerunt,superfederent:ac Dionysio uouerēt anno futu ro duplicia fieri. Cypselus Tyrānus Corinthius uouens Ioui offerre bona Corinthiorum si ipsorū potiretur,Decimas tātum eorū possessionū in annos decem dari iussit, hoc pacto & uoto satisfecit,& eorū substantiā ex magna parte seruauit.Lygdamus Naxeus cū exulū bo na nullus auderet emere ipsis exulibus reddidit possessionē: suppellectilē uero resq; precio sas si quæ aderāt eisdē uendidit, seu alijs descripto nomine.Hippias Atheniensis tyrānus in augendo uectigali mira cogitauit,ut qui domos haberēt prominentes & uiam occupantes, præterea portas extra aperietes,quod erat honoris,uēdidit dominis.Monetam quoq; iussit

Oeconomiæ quatuor.

Coniugium

Inter possessiones primum seruitia.

Quæ œconomo sint opus.

Exēpla principum in exquirenda pecunia.

Antisthenes Atheniensis.

Cypselus Corinthius.

Lygdamus Naxeus.

Hyppias Athenien sis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minori cõmutari,quam à se coactam rursus in pristinã æstimationem reduxit.Nauarchis & Demarchis publicis officijs & muneribus uacare,si pecuniam tribuissent. Idem cuilibet in sacrificio Palladis uouenti unũ obolum imperauit.Idem & cuilibet puero nascẽti fecit. Lãpsacẽni indigentes pecunia multa coegerunt nauigia frumẽti priuatorũ, uendideruntq; pluris q; illi cõstituerant:atq; hoc modo preciũ iam constitutũ dominis reddiderunt,reliquũ ipsi sibi retinuerunt.Lacedæmonij Telminensibus amicis pecuniã in reditũ patriæ rogantibus iusserunt seruos & ueterina unã diem ieiunare,impensamq; hanc dare Telminẽsibus.Cyziceni tumultuantes ac populo diuitibus prævalente cũ militibus pecuniã deberẽt, in penuria,statuerunt ut omnes diuites capti ac damnati capite,tantũ exilio plecterẽtur,si pecunia se redemissent.Chij legem tulerũt ut debita priuatorũ omnia publice describerentur, eaq; exegerunt in patriæ necessitate,creditoribusq; fœnus quousq; sortẽ redderent exsoluerunt. Cordaulus magister equitũ Mausoli regis iter faciẽs per regni fines donis plurimis & diuersis,etiã porcis,uitulis,ac his similibus cumulatus,munera nominaq; dantiũ iussit scribi, dãtibusq; mandauit ea nutriri donec usus tẽpus aduenire. Idem finxit regẽ uelle comas incidi q; his opus haberet,effecit ut iuuentus quæ studebat comæ & elegantiæ, data pecunia cũ eo transigeret, edictũq; uitaret. Aristoteles Rhodius præfectus Phocensiũ uidẽs in duas partes multitudinem diuisam,alteri adhærẽs parti dixit,alterã multa ipsi promisisse uti potiretur alterius,se aũt noluisse auscultare q; beneuolentior huic esset:hoc illi audiẽtes obtulerũt ei quod uoluit.Eodem modo & cũ altera egit deinde parte.Posthęc inuicẽ eos cõciliauit.Clazomenij debẽtes militibus xx.talenta à diuitibus ea receperũt,datis totidẽ talentis ex ferrea moneta quã percusserũt.Selymbriani indigẽtes pecunia lege prohibẽte triticũ exportari,& fame existẽte circã:ipsi aũt frumẽto abũdantes,cõstituere priuatos dare ciuitati frumentũ certo precio,sibi reseruato quantũ in annũ satis esset:deinde preciũ terminãtes potestatẽq; extra mittẽdi facientes pecunia simul & frumẽti usu abundauerunt.Dionysius Syracusanus uolens cogere pecuniam finxit Cererẽ sibi apparẽtem iussisse omnẽ ornatũ muliebrẽ offerri in tẽplo.Itaq; prius ipse suarũ obtulit.Deinde idem facere cæteras coẽgit,ne dea ipsis tanq; sacrilegis irascereturDemũ coacta omnia ipse abstulit tanq; à dea mutuatus.Peracto aliquãto tempore mulieribus ornatũ recuperare uolentibus,pristinũ permisit si certum aurũ deæ offerrẽt. Idem describi iussit orphanorũ substantiã,& qui illam detinerẽt, eoq; modo usus est donec illi ad ætatẽ uenissent.Idem Rheginis captis atq; direptis permisit libertatẽ:si certũ auri numerũ publice atq; priuatim ei darent.Itaq; illi hac spe sollicitati,reliquũ quod occultauerãt prõpserunt,eiq; dederunt,ille nihilo magis promissis stetit aut eos liberauit.Mendei cũ aduersus Olynthios dimicarent abũdantes seruis & indigentes pecunia,iusserũt ciues mare & fœmina tantũ seruis sibi retentis,reliquorũ usum ciuitati præberẽt. Timotheus Athenienſis bellum gerẽs aduersus Olynthios deficiente argento æs incisum militibus diuisit,iussitq; pro argẽto usum in exercitu præbere.Mercatoribus autẽ aliò proficiscẽtibus edixit ex eadẽ moneta spolia emere pro quibus argentũ reportarẽt.Idem expugnans Samũ,fructus ex agricultura omnis eis uendidit,qui militũ stipendijs suppeditauere.Didales Persa militibus tumultuãtibus,ac stipendia postulantibus in exercitu,in cõcione dixit ei nõ deesse pecuniã, uerum in quodã loco quem nominauit esse,finxitq; iumenta plura onerata argento atq; cõtecta: deinde unum tantũ cum argẽto disco aperto præmisit.Quod cõspicatus exercitus in spem uenit:at ille,inquit minime exoluere stipendiũ oportere donec Amasum peruenissent quò tendebat,eratq; iter plurium dierum ac hyemale. Atq; hoc modo usus est interim exercitu tãtum necessaria præbendo.Iphicrates Athenienſis Cotyi Thraci congreganti exercitum in pecuniæ inopia cõsuluit imperare subditis, ut quilibet tris tritici modios pro eo sereret, ex quo ille magnam uim frumenti cõgregans cum mercatoribus pecunia commutauit.Cotys idem rogauit Corinthios pecuniam mutuã in congregando exercitu, quod negantes iterum rogauit mitterent aliquos ciues,quibus ipse custodiam quarundã arcium & oppidorũ uti fidelioribus tradere uolebat:quo facto eos ciues in custodia detinuit, donec coẽgit eos mutuũ quod rogauerat dare.Cleomenes Alexandreus Ægypti Satrapa,cum ex suis quidam per Nilum nauigans à Crocodilo esset arreptus,sacerdotes eius loci postulauit, ut ob ultionem hos uenarentur: illi qui sacros habent Crocodilos, magna ui pecuniæ sese ab hac iussione redemerunt.Alexander Macedo uolens prope Pharum ciuitatem habitari illucq; emporium quod Canobi erat unà cum sacerdotibus transferri, illi ne hoc cogerentur pecunia transegerunt.

Lampsaceni

Lacedæmonij Cyziceni

Chij Cordaulus

Aristoteles Rhodius.

Clazomenij

Selymbriani

Dionysius Syracusa.

Timotheus dux.

Didales Persa.

Iphicrates Athenienſis.

Cotys rex Thraciæ.

Cleomenes Alexãdre.

Alexander

Stabelbyus rex Mysorum debens stipẽdium militibus,duces eorum cõgregauit, monuitq; non amplius priuatis opus habere,sed ducibus.Itaq; stipẽdium quod militibus debebat eis se recepit daturum,modo missos faciant milites:quod illis facientibus,ac procedente tempore stipendium petentibus respondit,neq; tibicinẽ sine choro, neq; ducẽ sine exercitu aliquid utilitatis adferre. Iussit igitur illos discedere. Huiusœmodi ergo Aristoteles exempla connumerat,quibus profecto nostrorum ingenia minime cedunt, si considéremus quæ principes quæstus gratia moliantur. Vt alia omittam,quæ Xistus, quæ Innocentius pontifices noua in urbe collegia cõmenti sunt,unde breuem utilitatem præposuerunt decori atq; libertati curiæ sempiternæ.Quid Laurẽtius Medices Florentiæ inuẽtis albis quadrantibus quæ portorijs penderentur.Quid Neapoli Ferdinãdus rex in belli necessitate chartea moneta iussa rebus cõmutari.Deniq; tot impudentissime non solum populis,sed sacerdotibus quotidie imperatæ pecuniæ. Stobeus in Collectaneis sapiẽtum dicta de Oeconomia breuissima ponit. Solon dicebat domum honestam sibi uideri in qua res possessæ neq; possidentibus iniustæ, neq; custodientibus difficiles,neq; augentibus pœnitẽdæ sint.Bias,in qua talis est dominus qualis extra per legem. Thales,In qua ita probe sint omnia disposita, ut plurimum in ea uacare domino liceat.Critobulus,In qua dominus plures habeat sui amantes, quàm timentes. Pittacus, In qua superfluorum nihil requirens, & necessariorum nihil indigens dominus. Chilo, Quæ maxime imperio similis sit ciuitatis. Musonius maxime uituperat in Oeconomia superfluos sumptus luxumq; ac uasa argentea,aurea triclinia,lectos eburneos,cedrinas mẽsas:præterea plures quàm oporteat seruos & ancillas,epulas item sumptuosiores: quibus rebus non solum inepti efficimur,sed iniusti & auari,quum pro his comparare multas oporteat opes,ac uectigal magnum, quod nisi per iniustitiam quæri non potest. Delicijs insuper longe tolerabiliorem morbum esse dicit,quod is corpus tãtum corrumpat, illæ uero corpus animumq; inficiant. Antiphon ita rem Oeconomicam describit, ut uxorem uelit domui foroq;,in repub.Bernardus noster non inutilem & ipse de Oeconomia tractatum ædidit, ubi pascendam copiose quidem familiam,citra tamen delicias iubet. Reliqua uero ac pulcherrima in hac disciplina qui cupiat uidere,eum ad Xenophontis Oeconomicum quem conuerti relegamus.Officia domestica apud ueteres fuerãt, Dispensator,Condus,Promus,Atriensis, Cocus, Dulciarius qui confectiones præparabat. Structor qui conuiuia, Chironomon qui obsonium in repositorijs secabat. Iuuenalis, Spectas & Chironomonta uolanti Cultello. Prægustator qui libabat. Præterea Medicus,Iatralepta qui unguẽtis aut pharmacis præparandis præerat domino siue lauanti siue ægrotanti,id nunc officium Aromatarij usurpãt. Cubicularius,à poculis,à memoria,ab epistolis, à libellis, à studijs, uestiarius, ianitor, Anagnostes, Dissignator. Is erat & publicus, & priuatus principum, qui nunc Cerimoniarum magister. In marmore Romæ. C. Verres Eros dissignator Cæsaris Augu.& in Plauto,Surge dissignator. Loca enim & in ludis, & in funeribus, cuique constituebat.Horatius,Dissignatorem decorat funeribus atris:quãquam omnes designatorem legunt,quod male omnino putauerim. Designare nanque aliquid est mente disponere,ut Terentius de adolescente: Quid nunc non designauit is mali:seu etiam aliquid in ædificando ordinare,ut Liuius: Loca theatri designauit.

Stabelbyus rex

Recentiorum exempla.

Sapientum dicta de Oeconomia.

Musonius

Antiphon

Bernardus

Chironomõ, Prægustator Iatralepta Anagnostes Dissignator

Hor. c. Designare.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXXVII.

IN LIBROS DIALECTICAE.

ZENO Eleates primus hanc philosophiæ partem ad uerborum contentionem deduxit,ne dicam inquinauit,quum planè ex Epicuri sentẽtia res naturæ dialectica non opus habeant, multo'que minus theologia, ut ait Hieronymus. Ambitionis commenta sunt omnia, ut scientia difficilior cognitu putaretur, satisq; constat ipsum quandoque Aristotelem gloriatum apud Alexandrum fuisse,Physicam ab se æditam neminem esse satis intellecturum. Neoterici uero multo ambitiosius hanc inuolucris & ænigmatis postea distorserunt, ut iam sphinge opus sit ad artem Raimundi. Is enim uir Gallicus sublimi doctrina sub Ioanne XXII. alia quoque

Raimundus

Universidad de Deusto
Biblioteca

obscuriora reliquit,quæ in sanctuarijs Parisiorum adseruari ferunt. Sed & hæc contagio nostros iamdudū afficit religiosos,& in eorum cōciliabulis ac disputationibus is maxime prouehitur,qui cæteris clamosior & adrogātior uidetur:tum maxime sapere, si portētosis nominibus è cœno cōmentariorum deprōptis, quàm minime ab alijs intelligatur.Neq; ars uituperanda,quæ sicuti sobrie percepta ingeniū acuere, sic peruertere poterit, si multū hæc temporis,ac de uerbis magis quàm de rebus, deq; uictoria magis quàm de ueritate sollicitū teneat:quod uitium Cicero inquit maxime contra prudentiā esse.In hac igitur tēporis breuitate utilia tantum,& quæ ad uitæ faciant frugem ediscēda.Quum itaq; dialectica omnis uerbis cōstet,hæc bifariam diducuntur,aut simplicia sunt,ut Plato:aut cōiuncta,ut Plato disputat.Simpliciū rursus synonyma,homonyma,analoga,paronyma,finita,infinita,categorema
Synonyma tica, syncategorematica. Synonyma sunt quum sub uno plura cōprehenduntur secundum eandem substantiæ rationē:ut animal,quo fermè modo genus de specie, species autē de sin-
Homonyma gularibus dici potest. Aut homonyma, id est æquiuoca cum idem plura significat, ut lætum
Analoga hilarem & mortē. Analoga Latini proportionē dicunt, quam aliter mathematici usurpant, pro mensura uidelicet quadā in numeris:philosophi autē in uerborum congruētia cum duo proportionē ad unum habent,ut caro piscium cōparatione terrestriū animaliū, & hominis simulacrum cōparatione ueri:potest tamē idem dici uniuoce,æquiuoce,& analoge:ut canis animal,& cœlestis,& pictus. Grāmatici item aliter in casuū declinationumq; similitudine:
Paronyma ut canis,funis,panis.Paronyma,id est denominationes,ut à iustitia iustus. Finita ut homo,
Categorematica infinita ut nō homo. Categorematica,ut equus,homo,animal, nam prædicatiua dicūtur ad
Syncategorematica. eorū differentiā quæ nihil significāt aut ponūt. Syncategorematica nomina quæ illis addun tur,grāmaticis distributiua,dialecticis signa appellata:ut omnis,nullus,aliquis. Tertia uerborū diductio,quam nostri dialectici primæ ac secundæ intētionis appellāt, Aristot. in met. adnotata.Sub prima nomina re subsist tia,& ad physicū pertinētia cōtinētur,ut homo,animal,qualitas,quātitas,& reliqua prædicamēta.Sub secūda nomina nō re subsistentia,sed ratione cōprehensa,ac nominū re subsistētium significātia,quæ ad dialecticū pertinent,ut genus,species,differētia,propositio,syllogismus,& reliqua huiusce modi. Aristoteles itaq; quū ad syllogismū præsertim demōstratiuum qui neruus est logicæ properaret,necessariū duxit hæc tanquam eius partes prius enarrare. Verba uidelicet & propositiones. Verborum duos ædidit tractatus.Primum,Quinq; uoces Categoricas. Alterum x. genera,siue categorias. Tertium his addidit de interpretatione tractatū,ubi de ratione propositionū omnium agit.
Quinq; uoces categoricæ. Quinq; igitur uoces categoricæ à nostris uniuersales & prædicabiles dictæ,quod in his uniuersæ cōprehendantur uoces:sunt genus,species,differentia,proprium, & accidens. Genus
Genus apud grāmaticos sexum significat,apud oratorē sobolem,apud logicum quod plures continet species.Sub hoc substātiæ prædicamētum proprie continetur,ac rursus genus subalternum,species quidem uocata respectu supremi generis.Eadem quoq; ratio speciei,donec ul-
Species tima specialissima dicatur. Species Aristoteles substantias fecit secundas, ac minime subsistentes.Plato autē & primas & subsistentes,quas ideas uocauit,quorum esset particeps indi
Differentia uiduorum substātia.Differentia cōmunis,propria,& magis propria:hæc ultima diuidit genus,cōstituit speciem,perficit diffinitionem. Accidens & propriū inter accidentalia sunt & cōmunia,tam in uniuersalibus quàm singularibus,tātum inter se differunt,quod omne pro-
Proprium prium accidens est,non cōtra.Propriū enim est quod in angustiore cōsistit limite,ac tantum alicui rei uel speciei accidit,ut Socrati ironia,uel risibile homini.Propria aliqua dici possunt, quæ oriuntur ex principijs substātialibus;siue speciei,siue indiuiduorū,quāuis sint accidētia ad differentiā illorū quæ dicuntur accidētalia.In uniuersum uero quadrifariā dicitur ,ppriū, quod inest soli,& nō omni,ut homini esse medicū: quod inest omni,& nō soli,ut esse lapidi: quod inest omni,& soli, sed nō semper,ut homini esse cogitantem: quod inest omni & semper, hoc proprie propriū, ut esse risibilem. Ex quo non inepte illud distichon extat: Forma,
Accidens figura,locus,stirps,nomē,patria,tēpus, Cuilibet eueniūt hæc homini propria. Accidens duplex,aut tanq; extraneū est in subiecto,& de nouē generibus ac primæ intētionis est:de quo dicit Aristo.in prædicamētis,quod uere est nulli accidit.Et accidēs inter quinq; uoces quod secundæ intētionis fuerit, quum uidelicet extraneū aliquid nō ut in subiecto proprie fuerit,
X. Categoriæ ut homini accidit seruus, & Socrati uestimentum. x. uero Categoriæ, quæ à nostris prædicamenta dicuntur,non tamē prima, sed prima genera ut ait Simplicius, de re sunt,non de uocibus

uocibus aut nominibus, quanquam contra uidetur: nam ad logicum pertinet de prædicamentis uestigare:logicus quoque entia rationis,uerbaq; tantum considerat.Instatur autem, quod uerba considerat non ut abstracta, sed rebus concreta, igitur ex accidente res ipsas: quod aperte Aristoteles monstrat in primo Physicorum,ubi uult quod quicunq; urinæ salubritatem intelligit,intelligat & urinam ut est obiectum salubritatis. In II. item Physicorum qui in materia formam considerat, habet etiam quadātenus materiam iudicare. Categoriarum igitur prima οὐσία est,quam Cicero & Quintilianus essentiam conuertunt,posteriores uero substantiam, de qua tantum scientia est. Reliqua accidentia. Quale,Quantum à posteris diuisum,quàm magnum & quàm multum. Ad aliquid unde deducitur translatio & comparatio. Post hæc facere,pati,ubi,quando,habere:quod est quasi armatum & uestitum esse, & Situs.Ex his plurima in sequentibus perspiciemus. QVAE uero his adduntur ab Aristotele indiuidua substantiarum primarum de nullo subiecto dicuntur, neque in subiecto sunt,ut Socrates. Accidentium uero indiuidua, de nullo item subiecto sed in subiecto sunt: ut quædam grammatica quoddam album. Substantiæ autem secundæ siue uniuersales siue species in subiecto non sunt:de subiecto autem dicuntur ut homo. Accidentia item uniuersalia de subiecto & in subiecto dicuntur:ut scientia in anima dicitur,& de subiecto ut grammatica. Item color in corpore & de subiecto,ut de albo.

IN PERI HERMENIAS.

QVVM de propositionibus hic uelit disserere,necesse prius fuit nomen & uerbum tanquam eius partes enarrare:quapropter ἑρμηνείαν uocat, id est, interpretationem & enarrationem.Nomen igitur & uerbum uoces sunt:altera sine tempore,altera cum tempore significantes, quarum partes diuisæ nihil significant:& in altero rectum tantum,in altero præsens recipitur tempus,ut homo, & studet.Nam hominis,aut studebat,nec nomen,nec uerbum appellat, sed nominis & uerbi casus.Præsens enim solum tēpus ait uel negat,quod fit ex oratione,id est ex nomine coniuncto,uocaturq; ἀπαγγελία, apud nos uero enunciatio:quasi præsentis sit cōsiderationis uerum uel falsum enūciare,in casu non item. Reliquæ uero orationes uariæ sunt,exhortatoriæ, protrepticæ,consultatiuæ:ad rhetoricen magis pertinēt,hæc tantum ad logicam. Oratio igitur res differentes significat, eius uero partes diuisæ etiam aliquid. Adfirmatio est alicuius enunciatio de aliquo.Negatio alicuius enūciatio ab aliquo.Has insuper propositiones,Carpella proloquia uocat: quæ adhibitæ syllogismis maiores & minores dicuntur, aut præmissæ, aut maius & minus, adsumptum siue sumptiones siue interuallum. Græci & lemmata & prolepses uocāt,teste Cic.Tertiam uero cōclusionem,siue ut Capella elationem,siue ut Consultus,symperasma.Propositionum rursus genus & comparatio considerāda: genus multiplex,categorica,hypothetica. Categoricorum item aut qualis ut aiens & negans apud Cic. apud Capellam uero dedicatiua,& abdicatiua:aut quanta,ut uniuersalis,particularis,indefinita,singularis,exceptiua. Indefinita autem pro particulari accipitur, quod ea necessario sit: non autē necessario uniuersalis,ut homo,iustitia,uirtus. Aut secūdum modos. Modi autem sex,& hi quidem de sensu cōposito seu diuiso.De inesse autem uocat Categoricam citra modos,quādo uidelicet simpliciter inest prædicatum subiecto.Nam propositiones utræq; species sunt specialissimæ, ac sub specie subalterna, id est sub categorica comprehensæ, de quibus tantum in hoc loquitur tractatu. Hypotheticam Capella conditionalem uocat, ut Socrates quum ualet,ambulat.Fit etiam sub disiunctione,ut, aut ualet aut ambulat. Inter propositiones etiam positiones,problemata,axiomata,postulata,instantiæ,de quibus alibi dixi. Præterea comparantur inter se,aut opponuntur,aut consequuntur,aut cōuertuntur. Oppositiones,id est ἀντικείμενα, deinde quatuor attingit in tertio libri tractatu:cōtrariam,subcontrariam,cōtradictoriam,subalternam:hæc ultima non uere oppositio.Est enim oppositio repugnātia duarum propositionum in qualitate tantum,uel quātitate & qualitate simul: in ueritate tantum uel falsitate tantum,uel in utraque simul. Quod autem propositiones categoricæ sint contrariæ, requiritur ut altera uniuersalis aiens, altera uniuersalis negans sit eiusdem subiecti & prædicati: ut omnis homo currit,nullus homo currit.Et denique omnes illæ partes concurrunt, quæ narrantur in definitione elenchorum. Præterea nequeunt simul esse uerę, at simul falsæ possunt. Subcontraria non ponitur Aristoteli, sed Boetio: cuius conditio est, ut sit particularis uel indefinita aiens: altera uero particularis uel indefinita negans

Oratio logica. *Enunciatio.* *λήμματα.* *προλήψεις.* *Propositionū genus & comparatio.* *Oppositiones IIII.* *Oppositio quid.* *Contrariæ* *Subcontrariæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

negans eiusdem subiecti & prædicati: ut aliquis homo currit, & aliquis homo non currit: & item homo currit, & homo non currit: potestq; utraq; uera esse, quum nec simul negari neq; adfirmari possint. Contrariæ singulares aut uniuersales: singulares sunt quum duæ singulares propositiones diuersæ se opponunt, ut Socrates est doctus, Socrates non est doctus, quæ maior est omnibus oppositio. Alteram eorum oportet esse ueram, alteram falsam. Non autem sunt pugnantes si negatio postponitur: ut Socrates est doctus, Socrates est non doctus, quod terminus sit infinitus: nec dicitur negans sed aiens, possuntq; stare simul. Contradictoriæ uniuersales sunt illæ: omnis homo doctus, non omnis homo est doctus: quidam homo doctus, & nullus homo doctus, quæ nec simul ueræ, nec simul adfirmari possunt. Post hæc quum quædam propositiones sint necessariæ, quædam impossibiles, quædam uero contingentes, Necessaria dicitur quæ haud potest non esse, seu falsa esse non potest. Impossibilis quæ non potest esse, seu non potest esse uera. Contingens uero quæ potest esse & non esse, quæ, ut ait Aristoteles, est uere determinata. De contingenti autem aut necessario est aliud genus propositionis secundum modos. Libro secundo. De consectarijs quæ ἀκολουθήσεις, seu συμπλοκὰς ἀκολούθων, & oppositionibus, quas ἀναιρέσεις appellat. Ac prius de consectarijs quæ accidunt propositionibus de inesse ratione infinitorum, quæ διόρισα uocat. Nam dicitur propositio de subiecto finito aut infinito, siue propositio de prædicato finito uel infinito, in qua subiectum uel prædicatum est finitum aut infinitum: ut lilium est album, & non lilium est album. Exemplum secundi. Lilium est album, & lilium est non album. Negans igitur ad aientem prædicato uariato penes finitum & infinitum, & contra recte consequitur. Vt homo est iustus, homo non est non iustus: & homo non est iustus, homo est non iustus. Item non recte consequitur. Hic equus est pater & tuus, ergo est pater tuus: quod tuus possessionem equi significat, pater uero paternitatem. Similiter, quinque sunt tria & duo, ergo quinq; sunt duo, & quinque sunt tria. Et Socrates est albus & musicus, ergo est albus musicus. Consectariorum catholica quatuor. Primum. Si ad aliquod antecedens sequatur aliquod consequens, & non contra, tunc ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis. Secundum. Si antecedens sequatur aliquod consequens, & non contra, non oportebit ad oppositum antecedentis consequi oppositum consequentis. Tertium. Oppositum antecedentis potest omnino stare cum opposito consequentis. Quartum. Oppositum consequentis stare nequit cum antecedente. In cuius exemplum figura inferius subijcitur.

Propositiones necessariæ, impossibiles, contingentes.

Consectariorum catholica quatuor.

A		B
consequens	F	oppo. consequentis.
Plato mouetur	Cont	Plato non mouetur.
D		C
antecedens	E	oppo. antecedentis.
Plato currit	Cont	Plato non currit.

DEINDE de oppositionibus, & æquipollentijs, ac consectarijs propositionum modorum tractat: ubi dicit ad cognoscendum contradictionem in ijs quæ sunt eiusdem modi non satis est negare uerbum, sed modum. Aliter sequeretur quod cõtradictoriæ essent simul ueræ, quod fieri non potest. Vt contingens est Socratem ambulare, contradictorium est, Contingens non est Socratem ambulare. Præterea apud antiquos positas has modorũ propositiones, se inuicem haud probe consequentes & æquipollentes, Aristoteles interpollat: primum Antitheses inter se pares, deinde oppositas ponẽdo hoc modo. Possibile est esse. Cõtingẽs est esse. Non impossibile est esse. Non necesse est non esse. Sequuntur totidẽ cõplexus inter se item pares. Non possibile est non esse. Non contingens est non esse. Impossibile est non esse, Necesse est esse. Oppositæ his, inter se quoq; pares. Possibile est non esse, Cõtingens est non esse. Non impossibile est non esse, Non necesse est esse. In alio ordine secundis opponitur. Non possibile est esse. Non cõtingens est esse. Impossibile est esse. Necesse est non esse. Eadem rursus ratio de propositionibus de inesse. In his enim negatio præposita parem contradictorio facit, postposita contrario. Subalterna uero quum non satis respõdeant non est necesse ponere. Omnis homo miser. Nullus homo non miser. Non aliquis homo non miser. Item particularia. Aliquis homo miser: Nonnullus homo miser. Non omnis homo non miser. Opposita his. Nullus homo miser. Omnis homo non miser. Non aliquis homo miser. Particularia. Aliquis homo nõ miser, Non omnis homo miser. Nõnullus homo non miser.

Antitheses Oppositæ

Insuper

Insuper possibile & contingens conuertuntur: utrunque autem dupliciter dicitur. Primo lato cõmuni uocabulo tam ad illud quod est necessarium, quàm non necessarium, modo non impossibile sit. Ex quo hæc consequitur. Necesse est, ergo possibile est, siue contingens est, non tamen conuertitur. Secundo capitur utrunq; pro eo quod non est necessarium, nec esse nequeat. Sic igitur diuiditur in tris modos, frequens, rarum, & ad utrunq;. Deinde quæritur, an Plato potest philosophari, sit modi, an de inesse. Ad hoc, si uerbum potest resoluitur in possibile, modi est: si minus, de inesse. Sequitur ordo modorum, necessarij, possibilis, contingentis, impossibilis. Dicit itaque necessarium esse primum, quoniam sempiterna & ea quæ semper sunt prima sunt: sed necessarium est semper, ergo prius. Ex quo infert huiusce modi entium diuisionem. Quædam energia sunt semper, ut primæ substantiæ Deus & intelligentiæ: quædam energia & potentia: in quibus energia non prior est, sed tempore posterior. Alia nusquam energia, sed solum potentia: ut continuum in infinitum diuidi, sed nunquam erit energia diuisum. Possibile item æquiuoce dicitur. Nam aliquid est possibile quod iam energia est: ut possibile est aliquem ambulare quando ambulat: aliud possibile distans ab energia, uel possibile ante energiam, ut quãdo potest ambulare, sed non ambulat. Hoc ultimo modo dictum in mobilibus & generabilibus: sed primo modo tam in mobilibus, quàm in immobilibus. Modi proprie accepti sunt quatuor tantum: hi se in tempus quoduis extendunt, ut possibile Platonem disputare: sic necessarium, contingens, & impossibile. Non item uerum & falsum. In hoc libro illa dignitas maxima notatur. De quolibet est adfirmatio uel negatio uera, & de nullo ambo simul.

De contingente & possibili

De necessario

Entiũ diuisio.

De possibili

Modi tantum IIII.

Maxima

IN PRIMA ANALYTICA.

TRIA GENERA syllogismorum ex totidem proueniunt causis: ex cognoscente, cognitione, & cognito. Ex primo hoc modo. Cognoscens enim aut mens est, aut dianœa, aut opinio, aut phantasia, sed neque mens, neque sensus syllogizat: quod mens præstat syllogismo, & ut Plotinus ait primis simpliciter incurbus res omnis percipit, uel citra principia, minimeque fallitur. Phantasia item non syllogizat, quod sensuum sit conseruatrix, & propior sit statui quàm motui. Nam & syllogismus motus quidam est, & ex alio in aliud discursus. Sed neq; opinio, quod ea sit dianœæ conclusio. Restat ut dianœa sit: hæc ex propositis aliquibus nobis notis & concessis oportet ut colligat accepta, siue à mente, siue ab opinione, siue à phantasia. Si ex mente, tunc uera fuerint principia: ex his quas ἐννοίας, id est notiones communes, seu dignitates, seu maximas propositiones uocant, uerus erit syllogismus ac demonstratiuus. Si ex opinione, uerus ac falsus poterit esse, ex quo dialecticus in hominum disputatione fuerit. Si ex phantasia, falsus omnino erit, uocatus sophisticus, quod phantasiæ semper falsum subest. Nam quum dico, omne superstans eo quod superstat maius, phantasia imaginatur ex corporis magnitudine, neque æquiuoca distinguit sicuti mens, ubi consistit deceptio. Nam superstans æqui uocum est, quod & magnitudine & tumore aut eminentia superstans dici potest. Ex cognito similiter hæc eadem tria inueniuntur. Nam res de quibus est syllogismus, uel semper similiter se habent, & fit circa ea demonstratiuus: uel nunquam similiter se habent & fit sophisticus: aut quandoque sic habent & quandoque non, & fit dialecticus. Ex cognitione item similiter. Vt aut notitia minime fallitur, aut semper falsa, aut quandoque falsa, quandoque uera. Igitur in hoc Priorum libro nullus horum tractatur, sed de simplici & uniuersali. Nam de demonstratiuo tractaturus oportuit ut de simplicibus uocibus, deinde decem generibus, postea de interpretatione, postremo de simplici syllogismo diceret. Nunc dicendum cur Analytica dicantur. Deinde cur priora. Est enim Analysis resolutio compositionis ad partes, & compositi ad simplicia elementa: quum autem hic res componantur & propositiones, cur non potius synthetica, id est compositiua quàm resolutiua dicantur? Ratio in parte tertij huius libri tractatus, qui de resolutione narrat, adfertur, quoniam magis inuenitur ex resolutione syllogismus habens propriam figuram. Cognito enim quomodo resoluitur, cognoscitur quomodo componitur, non item contra. Nam idiota non ignorat nominum & uerborum compositionem in ordinem finire ac dicere, uidelicet Socrates ambulat. Soluere autem non idem scit, dicendo quod est nomen, quod uerbum. Prima autem Analytica dicuntur, quod de simplici tractans syllogismo uidetur ad materiam sine forma propositionem habere. Et quoniam prius est genus quàm species propria.

Syllogismi ex cognoscente.

Ex cognito

Ex cognitiõe

Cur Analytica dicuntur.

Cur priora dicuntur.

Simplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simplex autem & uniuersalis syllogismus, genus est tam demonstratiui quàm reliquorum syllogismorum speciebus. Ex quo congruum uidebatur primo hæc quasi de genere priora: secundo de demonstratiuo quasi de specie posteriora uocare. Aiunt præterea XL. resolutionum libros in antiquis bibliothecis promiscue fuisse inuentos, & hos quatuor tantum Aristotelis ex genere dicendi & stili naso iudicatos. In primo nanque libro docet de forma syllogismorum. In secundo de materia. Formam enim dicimus syllogismorum cõclusionem, materiam uero propositiones. Sicut enim conclusio cuius gratia est, dicitur forma: sic & propositiones causa conclusionis. Primus item diuiditur in partes tris. In prima de generatione syllogismi: in secunda de inuentione propositionum: in tertia de resolutione syllogismorum. Primo definit: quot propositionum species: quid sit terminus: quid sit syllogismus, dici de omni, de nullo, prima normalia syllogismorum: quoniam per illa duo probari rite possunt syllogismi primæ figuræ, ad eam'que reliquas figuras duas reduci. Hæc ex Philopono. DE CONVERSIONIBVS deinde differit, quas ἀντιστροφὰς uocat. Est enim conuersio consectarium quoddam ab argumento distinctum, inter duas propositiones categoricas consistens. Fit enim trifariam, simpliciter, ex accidente, & per contrapositionem. Simplex conuersio est mutatio prædicati in subiectum, & contra, manente eadem qualitate & quantitate, ut uniuersale abdicatiuum. Si enim omnis uoluptas bonum non est, omne bonum non est uoluptas. Vniuersale autem dedicatiuum non necessario sequitur cõuersio: non enim si omnis uoluptas est malum, omne malum est uoluptas, nisi forte addatur differentia seu proprium aliquid: ut omnis uoluptas est malum iucundum, omne malum iucundum est uoluptas. Omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est homo. At in particulare probe cõuertitur: ut si omnis uoluptas est malum, aliquod malum est uoluptas. Eadem quoq; ratio de uniuersali abdicatiua in particularem abdicatiuam. Quibus fermè duobus modis mutata quantitate, ex accidente fit conuersio. Rursus igitur particularis dedicatiua habet necessariam conuersionem: ut si quædam uoluptas est malum, quoddam malum est uoluptas. Particularis uero abdicatiua non habet necessariam conuersionem: non enim si quoddam animal non est risibile, quoddam risibile non est animal. Vniuersalis autem abdicatiua, & particularis dedicatiua, necessario ac simpliciter conuertuntur: ut nulla uoluptas est bonum, aliquod bonum non est uoluptas. Vniuersalis dedicatiua & particularis abdicatiua non necessario conuertuntur, nisi per particulas indefinitas: ut si omnis uoluptas est malum, aliquod non malum non est uoluptas. Qua conuersione utitur Cicero in Rhetoricis. Particularis abdicatiua similiter, ut si quoddam animal non est risibile, quoddam non risibile non est animal. In his igitur ultimis duobus cõuersionem nostri dialectici appellant per contrapositionem, de qua Aristoteles mentionem non fecit: quia quum agat de conuersione tanquam causa & origine perficiendi syllogismi, ac ad integritatem absolutam reducendi, non necessarium duxit nouas, aut indefinitas sumere particulas. Adfertur etiam methodias ferè idem per quem propositiones de contingente & necessario inesse conuertantur. De possibili non ponitur, quod contingens sequatur, & impossibile necessarium. DEINCEPS de syllogismi creandi ratione, qui ex duabus propositionibus & tribus terminis continetur, maiori, minoriq; extremo, ac medio: figuris insuper tribus, & modis XIIII. qui sub his uerbis Græcis apud Aristotelem continetur, γράμματα ἔγγαστε γραφίδι τεχνικὸς. ἔγγαστε κάπηλε μέτριον ἄχολον, ἅπασι σεναρὸς ἰσάκις ἀσινὶ ὁμαλὸς φέρισ&. Quando igitur in prima figura tres termini sic se habent, ut postremus, id est minor, extremitas sit in toto medio, id est illi subijciatur uniuersaliter & dedicatiue: & medium sit in toto primo sic uel non sic, id est dedicatiue, uel abdicatiue maiori extremitati subijciatur: erit illatio perfecta. Medium igitur ideo dictum, quod alterum extremorum, uidelicet minus sit in eo, & ipsum in altero hoc est maiore consistat. Hæc in prima per has literas adnotauit philosophus A.B.C. Per A maius intelligit extremum, per B medium, per C minus: uerbi gratia, in primo modo si A de omni B, & B de omni C prædicatur, necesse fuerit A de omni C prædicari. In secundo modo, si A de nullo B, & B de omni C prædicetur, necesse fuerit A de nullo C prædicari. In tertio, si A insit omni B, & B alicui C, necesse est A alicui C inesse. In quarto si A nulli B insit, & B alicui C, tunc necesse est A alicui C non inesse. Secunda figura totidem literis conscribitur, M.N.X. per M medium, per N maius extremum, per X minus adnotatur. Medium autem hic extremorum extimum est, ac ordine primum, eo quod de utrisque prædicatur extremis: maius autem

XL. Analyticorum libri reperti.

De diuisione operis.

Conuersio

De ordine syllogismorum.

Primæ figuræ descriptio.

De medio & extremis.

Secunda figura.

autem extremum in medio situm, quia de minori & ipsum prædicatur: uerbi gratia. Si M de nullo N prædicatur, de X autem omne, ergo N de nullo quidem X prædicatur. Conuersa enim maiore simpliciter, habebitur secundus modus primæ. In secundo modo si M prædicatur de omni N, & de nullo X, necesse est N de nullo X prædicari. Nam minore cõuersa simpliciter, & præmissis trãspositis, erit syllogismus in secundo primæ. Tertia figura tribus item literis notatur, P.R.S. Per P maius extremum, per R minus, per S medium. Medium enim hic item extimum, ac ultimũ in ordine: extrema uero præcedunt, quia de medio prædicãtur, ut in Darapti. Omne S est P, omne S est R, ergo quoddã R est P: quod probatur cõuertendo minorem per accidens, ex quo fit syllogismus in tertio primæ: deinde per impossibile capiendo oppositũ illationis pro maiore, & minorẽ pro minore ad inferendum oppositũ contrarium in Celarent. Secundo modo in Felapton. Nullum S est P, omne S est R, ergo quoddam R non est P. Probatur autẽ reducẽdo ad Ferio minore cõuersa per accidens: deinde reducendo per impossibile ad Barbara, capiendo oppositum contradictorium illationis cum minore ad inferẽdum contrariũ maioris. Tertio modo in Bocardo, quoddam S non est P, omne S est R, ergo quoddã R non est P. Quod probat Aristoteles bifariam, primo reducẽdo per impossibile: quia ex oppositõ cõtradictorio illationis cum minore, infert oppositum cõtradictorium maioris in Barbara. Deinde per expositionem sumẽdo aliquod particulare sub S N, hoc modo: hoc S N, non est P, hoc S N est R, ergo quoddã R non est P. Cõmunia uero figuris omnibus, unam propositionem dedicatiuam ipsarum quãlibet habere, & unam uniuersalẽ necessario. In nulla figura constare syllogismum uel ex duabus abdicatiuis, uel ex duabus particularibus præmissis. Propria uero ipsorum sunt: primæ quidẽ figuræ minorem propositionẽ habere semper dedicatiuã, siue uniuersalis siue particularis ea fuerit: & maiorẽ uniuersalem semper dedicatiuã siue abdicatiuam, illationem uero indifferẽtem. Præterea in prima figura mediũ subiectum quidẽ maioris erit, & prædicatũ minoris: ut uoluptas uitiũ, luxuria uoluptas, luxuria uitiũ. In hac enim quãdoq; maior propositio minori postponitur: cognoscitur autem quod ipsius prædicatũ in dilatione repetitur: ut homo animal rationale, animal rationale est mortale, homo est mortale: mortale nanq; repetitur. In secunda prædicatum ponitur utriusq; extremi: ut homo animal, lapis non animal, homo non lapis. In tertia utriusq; subiectum: ut homo animal, homo rationale, animal rationale est. Quapropter uersus qui subijci solet, per notas satis usum memoriæ suppeditat. Sub præ prima: secunda bis est præ: tertia bis sub. Præter autem hos, alij traduntur modi indirecte inferendi. Ex maiore enim dedicatiua quantacunq; sit, & minore uniuersali abdicatiua, syllogismus in quacunq; figura cõstat ad indirecte inferẽdum minorẽ extremitatẽ de maiore. Quapropter duos modos omni figuræ cõmunes ponit Aristoteles, uidelicet Fapesmo & Frisesomorũ, de quibus exempla adducit, eosq; per simplicẽ conuersionem cõmutationemq; præmissarum adsumptionum perficit. Sed omniũ facile perfectissima prima figura, unde & demonstrationes & problemata sumuntur, & ad quam cæteræ reducuntur per cõuersionem, aut per impossibile. Nam uniuersales secundæ figuræ ad modos primæ per cõuersionem abdicatiuæ uniuersalis rediguntur: particulares uero secundæ per impossibile. Eadem ratione & modi particulares primæ ad uniuersales secundæ: nam Aristoteles Darij ad Camestres reducẽdo capit cõtradictorium illationis pro maiore, ac minoris cõtradictorium infert. Ferio autem ad Cæsare, cõtradictorium illationis pro maiore, & maiorem pro minore capiẽdo, ac minoris cõtradictorium inferendo. Item syllogismi uniuersales tertiæ reducuntur continuo per impossibile ad modos uniuersales primæ: & modi particulares in quibus altera præmissarum est particularis, rediguntur item cõtinuo ad modos particulares primæ per conuersionem, & modi particulares primæ ad uniuersales eiusdem figuræ. MEDII deinceps reperiẽdi artẽ ostendit, in qua primum antecedẽtia consequẽtia & extranea prædicati & subiecti illationis inspicere oportebit: extranea nanq; abdicatiua sunt, reliqua uero duo dedicatiua, ac quanto uniuersaliora & ueriora, tanto efficaciora. Igitur in Barbara medium consequens subiecto illationis, ac antecedens eiusdẽ prædicato esse oportet. In Darapti medium antecedẽs tam subiecto quàm prædicato illationis fuerit. In uniuersali autem abdicatiua secundi modi primæ, uel primo secundæ medium consequens subiecto erit, & extraneum prædicato. In uniuersali abdicatiua secundi modi secundæ, medium cõsequens prædicato, & extraneum subiecto. In particulari abdicatiua secundi modi tertiæ, medium antecedens subiecto aut extraneum

Tertia figura

Communia & propria figurarum.

Reductio syllogismorum.

De inueniẽdo medio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicato. Has itaq; quinque coniugationes Aristoteles per notas hoc modo demonstrat. Sit A prædicatū illationis, B uero consequens illi, C antecedens, D extraneū prædicato, E autem illationis subiectum, F illi consequens, G antecedens, & H subiecto extraneum. His igitur positis si quis primā probare uelit illationē, ut omne E sit A, pro medio sumat E F, sic in primo primæ arguēdo. Omne E F est A, omne C est E F, ergo omne C est A. In secunda autem cōiugatione, si quis inferat quoddam E esse A, pro medio sumat C G, in primo tertiæ arguēdo. Omne C G est A, omne C G est E, ergo quoddā E est A. Tertio si quis inferat nullū E esse A, pro medio sumat D F, in secūdo primæ arguēdo. Nullū D F est A, omne E est D F, ergo nullū E est A. Quarto si inferat nullū E est A, pro medio B H sumat, sic in primo secundæ arguēdo. Omne A est B H, nullū E est B H, ergo nullum E est A. Postremo in secūdo tertiæ, si quis particularē abdicatiuam probādo inferat quoddā B non esse A, pro medio sumat D G arguendo. Nullum D G est A, omne D G est B, ergo quoddā B non est A. Tris ad hæc

Cōiugationes inutiles. inutiles ponit item cōiugationes. Primam quando tam subiecto quàm prædicato illationis medium cōsequens fuerit, quia syllogismus aut ex omnibus dedicatiuis in secunda figura argueretur, aut omnibus abdicatiuis. Secundam quando mediū prædicato fuerit antecedens, & extraneū subiecto: quia argueretur ex minore abdicatiua in prima figura. Tertiā quādo medium utriq; fuerit extraneū, quia ex omnibus abdicatiuis argueretur. Post hæc octo ponit canones quibus ex obliquis syllogizare possimus, ut contrariorum est eadem disciplina.

De consectarijs Deinde monstrat quomodo omnia cōsectaria non syllogistica, & reduplicatiua ad syllogismum reducātur: nam nō omne quod necessario cōcludit, syllogismus erit. Est enim consectarium argumētatio, cuius antecedēs est loco adsumptorū, cōsequens loco cōclusionis. Debemus igitur id in duas diducere partes, & deinde cōclusionem inferre. Verbi gratia. Si homo

De infinitis est, animal est. Et si animal est, substantia est. Ergo homo est substantia. Resoluere item termi nos infinitos, ubi ostēdit quod abdicatiua de prædicato finito, non æquiparatur dedicatiuæ de prædicato infinito: ut non est bonū, & est nō bonum. Verbum enim infinitū ut dicitur primo Peri hermenias nihil ponit. Igitur dedicatiua de prædicato infinito, abdicatiuā de prædicato finito recte cōsequitur. Nam bene sequitur, est nō albū, ergo nō est albū. Sed non cōtra. Abdicatiua de prædicato finito, dedicatiuā de prædicato infinito nō ualet cōsequi: nō enim sequitur, hoc non est lignū albū, ergo hoc est lignum nō album. Dedicatiua de prædicato finito recte cōsequitur: ut hoc est albū, ergo hoc non est non albū. Abdicatiua de prædicato infinito, dedicatiuā de p̄dicato finito nō cōsequitur. Nō enim

Catholica ij. recte dicit̄, nō est lignū nō albū, ergo est lignū albū. Ex his duo catholica. Dedicatiua de p̄dicato finito, & dedicatiua de prædicato infinito: ut est albū & est non albū, nequeūt simul esse. Alterū, abdicatiua de prædicato finito, & abdicatiua de prædicato infinito nō se inuicē cōsequūtur, tamē possunt simul esse. Quia quod nō est lignū albū, non est etiā lignum nō album.

A	B
Est bonum	Non est bonum.
D	C
Non est non bonū	Est non bonum.

De potestatibus syllogismi simplicis. POST hæc de potestatibus siue proprietatibus syllogismi simplicis, quid ualet ex forma ad uerum seu falsum ostendēdum. Sunt enim sex, in hoc uersu per notas conscriptæ: Plus, falso, circum, cōuertitur, impos, & oppos. Prima enim est potestas: eūdē syllogismū plura inferre posse sympera smata: quod contingit primo per illationis conuersionem, quādo uidelicet ex duabus præmissis alterā concludit, aut quādo colligit sub uno distributo plura sub eo cōtenta. Secunda potestas, quādo ex falsis uera cōcludit. In quo catholicum illud est, Quod si con-

Ex falsis uera inferre. clusio sit falsa necesse est ambas uel alteram præmissarum esse falsam. Secundo si conclusio sit uera, non necesse est utranq; uel alteram præmissarum esse ueram. Tertio quod uerum ex falsis non infertur propter quid sed quoniam. Deinde quod in omnibus figuris ac modis potest ex falsis uere concludi. Verbi gratia. Animal in omni ligno, lignum in omni homine, animal in omni homine. Et rursus ex una falsa. Inanimum in omni ligno, lignum in omni lapide, inanimū in omni lapide. Et item: album in omni animali, animal in omni niue, album in omni niue. Similiter in secunda figura, & in tertia: ut animal in omni lapide, animal in nullo

Syllogismus reciprocus. homine, lapis in nullo homine. Item, inanimum in omni lapide, inanimum in omni ligno, lapis in omni ligno. Tertia potestas quando syllogismus est Reciprocus ab oratoribus uocatus, à

tus, à nostris autē dialecticis Circularis. Fit em̄ ex altero adsumpto cum cōclusione cōuerso, alterum inferendo adsumptum: uidelicet omne risibile est homo, omnis homo est risibilis, omne risibile est homo, Vtilis est quandoq; demonstrationi, utitur eo Aristoteles in VIII. Physicorum, ubi per æternitatem motus monstrat primum motorem esse immobilem: deinde reuertendo per immobilitatem demonstrat primum motorem esse æternum. Fit aūt in prima figura in modis dedicatiuis. In tertia uero in modis abdicatiuis. Semperc; particulare cōcluditur. Quarta potestas syllogismus cōuersiuus: est em̄ ex oppositione illationis cum altero adsumptorum inferre oppositum alterius adsumpti, capiendo cōtrarium siue cōtradictorium illationis. Vt omni a ineſt c. & nulli a ineſt c. uel omni a ineſt c. & non alicui a ineſt c. Quinta potestas ad impossibile, qui ab Aristotele cōparatur syllogismo conuersiuo. Cōueniunt tripliciter, primo q; sunt ex eisdem terminis & figura. Deinde q; syllogismus hic est cōuersiuus & ad impossibile. Tertio q; procedit ex opposito alicuius propositionis. Differunt autem, q; ad impossibile nō supponit aliquā illationem syllogisticam. sed solum aliquā propositionem abdicatiuam à respondente. Cōuersiuus uero semper supponit aliquā syllogisticā illationem. Deinde cōuersiuus ualet ad ostendendā cōsequentis cōgruitatem, sed ad impossibile ualet ad ostendendā alicuius propositionis ueritatem. Tertio ad impossibile semper procedit ex altera falsa, sed cōuersiuus potest ex utraq; uera procedere. Quarto ad impossibile procedit tantum ex opposito cōtradictorio, cōuersiuus autē tam ex cōtradictorio quàm cōtrario. Sexta potestas ex oppositis. Oppositorum autem quædā sunt secundum ueritatem, quædā secundum locum. Sunt autem secundum locum ex abdicatiua & dedicatiua dandi subiecti & prædicati. Et sunt quadrupliciter, ex quibus tantū dedicatiua particularis & abdicatiua particularis nō sunt secundū ueritatē. In pria figura nō fit ex oppositis, in q̄ loco Arist. septē catholica narrat. Post hęc de tribus peccantib⁹ q̄ accidūt cōtra potestatē syllogismorū. Primū petitio principij circa syllogismū reciprocū. Deinde peccans cōtra syllogismū per impossibile, qd̄ est nō propter hoc accidere falsum qd̄ intelligit̄: nam propter hypothesim datam accidit falsum, id est, sequit̄ falsa cōclusio, differt̄q; à nō causa ut causa, cōuenit̄q; aliqua ex parte. Duo sunt omīno modi qb⁹ fiunt nō propter hoc accidere falsum: prior manifest⁹ qñ hypothesis cōuenit in alio termino cū cōclusione illata impossibili. Posterior peccans cōtra oppositā est, uocaturq; fallacia cōtrarię deceptionis, quo aliquis simul opinatur cōtraria: ubi Arist. cōcludit q; nō possumus de eodem habere opiniones cōtrarias, facileq; probatur, qm̄ nō possunt cōtraria eidem simul ineſſe. Deinde tria de eligendo præcepta tradit, quæ sunt in lib. Topicorum repetita. Postremo de instantia, inductione, exemplo, enthymemate: Est em̄ instantia propositio propositioni cōtraria: habetq; hęc catholica, ut possit esse uniuersalis & particularis. Sed propositio cōtra quā fertur semper uniuersalis. Preterea fit in duabus tm̄ figuris prima & tertia: uerbi gratia, probatur q; cōtrariorū eadem est disciplina. Cōtra instatur in prima figura. Nullorum oppositorum eadem est disciplina, sed omnia cōtraria sunt opposita, ergo nullorum cōtrariorum eadem est disciplina. In tertia figura contra uniuersalem abdicatiuā per particularem dedicatiuam sic. Cuiuslibet sanantis & morbum inducentis est eadem disciplina, sed sanans & morbum inducens sunt cōtraria, ergo aliquorum cōtrariorum eadem est disciplina. Ratio cur nō fiant in secunda, q; in ea semper inferatur abdicatiue, at instantia fit in illa ubi possit oppositā cōcludi. Inductio procedit ex omnibus singularibus. Exemplum uero ex aliquib⁹ tantum singularib⁹: Quod sic deduci potest. Thebanos aduersus Athenienses pugnare incōmodum, sed Thebanos pugnare aduersus Athenienses est uicinos aduersus uicinos pugnare, ergo uicinos aduersus uicinos pugnare incōmodum. In syllogismo autem per inductionem totum ex singularibus cōgestum pro medio capi debet. Et subiectū passionis pro minore extremitate, passio uero pro maiore, ut sic arguendo in tertia figura. Omne qd̄ est homo equus mulus, & reliquum in animalium genere nō carens morbis afflictatur: sed omne quod est homo equus mulus & reliquum in animalium genere non caret morbis, ergo oīe animal nō carens morbis afflictatur. Deductio est syllogismus, cuius assumptio maior per se nota est, & minor dubia, sed æque ac magis credibilis cōclusione: ut oīs disciplina est docilis, uirtus est disciplina, ergo uirtus est docilis. Enthymema signum pro medio haber, quod prodigium uocant, & insolutum, quum altera retinetur in mente: Solutum uero quum ad syllogismum reducitur perfectum: ut mulier quæ lac habet peperit, hæc mulier

Syllogismus conuersiuus
Syllogismus ad impossibile
Potestas ex opposito
Tria contra potestatē syllogismorum
De eodē duæ contrariæ opiniones nō possunt haberi
De instantia
De inductiōe
De exemplo
Deductio
Enthymema

& reliqua. Quapropter ad ſigna deprehendenda de phyſiognomía loquitur, ut habēs ſumma corporis craſſiora magno eſt animo, leo habet & reliqua. Ad hæc Albertus inquit, latā habere frontem ſignum eſſe liberalitatis.

In poſteriora Analytica.

Demonſtratio quid ab alijs ſyllogiſmis diſtet

QVOMODO fiat demonſtratio & ex quibus, & quid ab alijs differat, oſtendit in hoc primo lib. Nam in alijs ſyllogiſmis mediū cauſa cōcluſionis eſt, nō aūt rei. In demonſtratione autē mediū illationis & rei. Omnis igitur doctrina ex præexiſtenti cognitione fit, qđ probat per inductionē ex diuerſis diſciplinis per quas acquiritur ſcientia. Primū quidem ex mathematicis, quæ per dignitates monſtrant per ſe notas. Deinde ex dialecticis quæ fiunt per ſyllogiſmū ex præcognitione uniuerſalis, ipſa quoq; uniuerſalia in infinitū nō procedūt, alioquin ſcientia nō eſſet. Inſuper è ſenſu & ſingularib⁹ deprehenduntur, ut de ignis caliditate facto periculo colligimus uniuerſalē cauſam & propoſitionem, ꝙ ignis ſit calidus. Tertio præexiſtentem cognitionem ex rhetorica oſtendit, quæ per inductionem & exempla procedit. Dicitur igitur ex

Demonſtrationis deſcriptio

primis ueris neceſſarijs immediatis & notis cauſis cōcluſionis demonſtrationē eſſe, in qua

Duplicia principia

definitione pluribus inſiſtit uerbis. Ponit nanq; ex neceſſarijs ex quibus fit quandoq; uera cōcluſio, ſicuti diximus ſuperi⁹ in ſyllogiſmo ſimplici, ſed dicit nō propter quid. Ex immediatis, id eſt, proprijs, qm unaquęq; ſcientia habet propria & cōmunia principia. Cōmunia, ut ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ reſtant æqualia ſunt, hoc eſt, cōmune arithmeticæ & geometriæ. Propria ſunt de quibus ſupponitur ꝙ ſint, & de quibus in unaquaq; ſcientia demonſtrant proprietates, ut unitates in Arithmetica & notæ & lineæ in geometria. Sup-

Tria in demonſtratione ſupponuntur

ponitur etiam quo ad proprietates quid ſignificat par & impar & triangulus. Quapropter tria ſunt quæ dicit Ariſtoteles nō oportere demonſtrari, ſed tantū ſupponi, uidelicet, ſubiectum, quid eſt, & ꝙ eſt. Proprietas enim rei ſeu diffinitio dicitur quid eſt, & dignitas ꝙ eſt. Nam per hæc tria iam ſuppoſita fiunt demonſtrationes. Deinde dicit ex primis quod priora ſunt alijs alia: ut naturæ priora uniuerſalia, ſicut homo, nobis uero particularia, ut Socrates. Itē cauſa cauſato prior præter quædā quæ ſimul ſunt, ut ſol & ſplendor eius, ſimul eā prænoſcit ſol & cauſa ſplendoris. Igitur demonſtrationē è primis cauſis nō nobis, ſed naturæ fieri iubet: uerbi gratia, luna deficit qm opponitur umbrę terræ, cauſa oppoſitio eſt, eclypſis uero cauſatū. & uocatur ſyllogiſm⁹ propter quid, quí ſecundū demonſtrationē & cauſam, naturæ prima cauſa eſt. At cōtra cū dicimus, luna opponitur terræ, qm deficit, cauſatū

Propter quid eſt. Quod eſt

& nobis prius notū loco cauſæ ponimus, qđ minime demonſtrat, uocaturq; ſyllogiſmus: Quod eſt: & rurſus planetæ non coruſcant, qm prope ſunt, propter quid demonſtrat. At contra planetæ prope ſunt qm coruſcant dicitur ſyllogiſmus ꝙ eſt, ac minime demonſtrat. Sed ut hæc ratio latius pateat, ſcire per ꝙ aut propter quid multipliciter differt. Primo quidem in eadē ſcientia dupliciter: uno modo ſi per cauſas propinquas propoſitiones fiant, ſyllogiſmus propter quid eſt. Si autē mediū aliquod interuenire queat, ꝙ erit: uerbi gratia. Nō reſpirat lapis, qm nō animal, ſyllogiſmus ꝙ eſt. Nam cauſam uerā & abſq; medio nō affert. Multa ēm ſunt animalia quæ nō reſpirant. Sed ꝙ pulmonē nō habet, dicere debuit. Altero modo cū ex cauſa cauſatū cōcludit, propter quid eſt. Si uero ex cauſato cauſam, Quod erit, ut ſupra de lunæ eclypſi diximꝰ. Secundū uero aliam atq; aliam ſcientiā: Quod & propter quid differunt, in ſubalternis uidelicet ſcientijs, ut harmonica ad arithmeticam: Optice ad geometriam: Machinatura ad ſymmetriam, Phænomena ad aſtrologiam. In his igitur ſi optice per principiū optices demonſtrat & harmoniaca per harmoniacā, & ſic reliqua, ſyllogiſmus ꝙ fuerit. Si uero illud per arithmeticam, hoc uero per geometriam, propter quid erit. Ratio, ꝙ ſubalternæ ſcientiæ ſciuntur per ꝙ eſt & non propter quid eſt, ſubalternantes uero propter quid. Quædam uero non ſubalternæ ſcientiæ ſe inuicem ſic habent, ut altera

Medicina ad geometr.

probet per ꝙ: altera propter quid: uidelicet medicina ad geometriam hoc modo, Quod rotunda uulnera tardius ſanantur, medici eſt tantū uidere, propter quid uero geometræ. Circulus uidelicet eſt pręter alia plana cōplectens plus & loci & angulorū. In cunctis igitur ea demū propoſitio citra medium fuerit, qua res uera ac eadem nō æquiuoca uel alia demonſtratur, ut triangulus quia triangulus & nō figura tris habet angulos duobus rectis æquales. Reciproca demonſtratio plurifariam fit: uno modo fit uariando genus demonſtrationis, uidelicet quod eſt in propter quid eſt, uel contra. Quando uero cauſa ignoratur, per effectum

Reciproca demonſtratio

feſtum nō tamen conuertibilem demonſtratur, uidelicet quod eſt. Si uero effectu cauſa notior, tunc per cauſam uidelicet propter quid proceditur. Secundo uariando unū genus cauſæ in aliud genus cauſæ, ut demonſtrando cauſam finalem per efficientem & contra. Tertio modo quando notitia alicuius illationis per plures accipitur demonſtrationes, tunc illatio poteſt eſſe notior qualibet præmiſſarum ſeparatim ſumpta. Quarto modo quando illatio ſolum demonſtratur per unam demonſtrationem & ipſa adſumitur ad probandam aliquam præmiſſam non uariando genus demonſtrationis, nec genus cauſæ: & hoc inuſitatum, nec fere poſſibile. Poſt hæc reliqua definitionis exequitur, quoniam demonſtrationem ex neceſſarijs & uniuerſalibus conſtare dixit. Vniuerſale oſtendit eſſe illud prædicatum quod ineſt alicui ſubiecto, tribus modis, in omni, per ſe, & ſecundum quod ipſum. In omni dicitur quod nihil extra relinquit ex his quę ſubijciuntur ei, ut animal omne eſt eſſentia. & in cœlo ſidera. Nam cœlum ſol luna pro uniuerſalibus demonſtrant. Per ſe autem tripliciter. Primo cum de eſſentia dicitur prima, ut Socrates per ſe eſt ens, ambulans uero ſiue albus eſt accidens, & aliud quoddam ens. Secundo cum proprietates ſubiecti dicuntur, ut par & impar in numero, longitudo & latitudo in ſuperficie, ſimitas in naſo. Tertio dicitur in duabus illis cauſis: formali uidelicet, ut corpus per animam uiuit: & efficiente, ut aqua per ignem calefit. Per ſe autem & ſecundum quod ipſum idem penitus eſſe dicit: uerbi gratia. Nota ineſt lineæ ſecundum quod ipſum, id eſt, ſecundum quod triangulus, & per ſe etiam ineſt. E tribus his modis ſecundo modo ſcientia demonſtratur. Diffinitio igitur demonſtrationis initium eſt, & abſque medio propoſitio, uerum nō omnis. Eſt enim quædam diffinitio lato uocabulo, quæ deſcriptio eſt, quum ex accidentibus rem deſcribimus. Hic autem ex rei eſſentia ponitur. Dependet autem aut ex materia, aut ex forma, aut ex utraque: uerbi gratia: Ars omnis ſubiectum habet quod eſt materia, & finem qui eſt forma. Ars igitur naualis cum dicitur nauium factiua, diffinitio ex forma fuerit. Et rurſus naualis ars quæ circa ligna uerſatur, & nauium factiua, ex materia & forma diffinitio perfecta fuerit. Nam alterum ſolum nequaquam proba diffinitio. Igitur materialis per medium formalis eſt concluſio. Formalis autem principium proximum demonſtrationis: ut ars naualis circa materiam uerſatur, quoniam nauigiorum actiua. At contra nullus per materiam monſtrat. Non enim ars naualis nauigiorum factiua, quoniam circa materiam uerſatur. Item: Ira eſt feruor ſanguinis circa cor, materialis eſt diffinitio. Si addatur, appetitus triſtitiæ, formalis eſt. Sed in diffinitione atq; demonſtratione diuerſa poſitio. In prima materialem præponimus, ac ita dicimus. Ira feruor eſt ſanguinis circa cor, quoniā uindictam triſtitiā appetit. In demonſtratione uero contra formalis præponitur hoc modo, iratus appetit triſtitiam, appetenti uero triſtitiam feruet circa cor ſanguis. Irato ergo feruet circa cor ſanguis. Si enim dicemus: Irato feruet circa cor ſanguis, feruens autem circa cor ſanguis appetit triſtitiam, mentiemur, non enim omnis circa cor ſanguine feruens triſtitiam appetit. Sunt namq; aliæ cauſæ propter quas ſanguis feruet circa cor, ut febris. Nō refert, ut in enunciatione ſit rectum, ut iratus, in illatione uero uariet caſum ut irato. Differit præterea de ſcientijs ſubalternis, quæ ſunt illæ quæ partem ab altera ſcientia ſubiecti uel medij recipiunt. Quatuor ſibi conditiones expetunt: Primo ut ſubiectum eorum ſub ſuperiorum ſcientiarum ſubiecto ſicuti pars in toto contineatur. Secundo, ut ſubiectum ſcientiæ ſuperioris ad ſcientiæ inferioris ſubiectum per differentiam accidentalem contrahatur, quod ſi per eſſentialem contrahatur, tum ipſorum eadem erit ſcientia. Tertio quod talis differentia contrahens non cauſam ducat ab illo ſuperiore. Quarto quod ſubiectum ſcientię inferioris ſit aliquid conſtitutum ex ſubiecto ſcientiæ ſuperioris cum aliquo addito, quod quidem additum cōſtituat unum ex accidente cum illo ſuperiore. Illud uero faciat unum ex accidente cum altero quod prædicatur de altero contingenter. In quarto huius libri tractatu de differentia ponit monſtrando per quod eſt & propter quid eſt in eadem ſcientia, quod ſupra attigi. Per effectum uero conuertibilem poſſumus quadrifariam demonſtrare, primo quando medium excedit minorem extremitatem, & conuertitur cum maiore: ut quicquid non coruſcat prope eſt, luna non coruſcat, ergo luna prope eſt. Secundo quando medium exciditur à minore extremitate, recte fiet demonſtratio particularis: ut quicquid non coruſcat eſt prope, ſtella non coruſcat, ergo ſtella eſt prope. Tertio quando medium exceditur à maiore extremitate: ut quicquid mouetur motu progreſſiuo habet animam ſenſibilem, ſed animal mouetur ſic,

De uniuerſali

In omni

Per ſe

Secundum quod ipſum

Scientiæ ſubiectæ IIII. cōditiones expetunt

Differentia Demonſtratio

per effectus conuertibiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo. Quarto cum medium excedit maiorem extremitatem tunc non potest fieri demonstratio, quia effectus procedens à pluribus causis non potest alteram illarum concludere. E tribus autem figuris prima & in primo modo demonstrationi magis conuenit, quod in ea partes diffinitionis magis innotescant. Nam diffinitio demonstrationis initium est. Deinde quod affirmatio negationi præstet, quia per se probat. Negatio uero adfirmatione indiget, non enim ex omnibus abdicatiuis fit demonstratio. Insuper categorica siue positiua utilior hypothetica, qđ in hac propositionis conditio perfectæ probationi officiat. In sexto tractatu differit de syllogismo ignorationis, & deceptiuo, qui dupliciter fit: primo simpliciter, quando ex falsis in materia peccat: quod accidit cum quis opinatur oppositum alicuius principij uel conclusionis sine aliquo ductu rationis, uel quando adsentitur oppositis principiorum uel conclusionis ob aliquam rationem quam nesciat dissoluere. Alio modo quũ in forma peccat, hoc est in modo & figura, quapropter non syllogismus, sed paralogismus appellatur. Præterea docet quomodo sensus potestate occupata, mentis cognitio etiam tollitur, cum ex illa dependeat. Dein quod in demonstratione non est processus in infinitum, estq; in diffinitionibus quidam status, ultra quem sursum in prædicatis non altius, neq; deorsum in subiectis ulterius itur. Dein quod unitas habitus scientiæ sumitur ab unitate subiectorum. Distinctio à distinctione principiorum. Dein utrum principia scientiarum sint eadem. Respondet quod principia scientiarum duplicia sunt, communia & propria, complexa & incomplexa. Cõmunia uocantur ex quibus. Ex his enim demonstrantur proprietates subiectorum. Propria uero circa quæ dicuntur. Et hæc sunt subiecta scientiarum, circa quæ scientia uersatur, sicuti in arithmetica numerus est subiectum, & in geometria magnitudo. Item, Non potest ab eodem intellectu de eodem obiecto simul & semel haberi scientia & opinio. In quo differit quid scientia ab opinione & scibile ab opinabili differt, altera de uniuersali & necessario, altera de contingente & non necessario, & aliter se habere possibili. Libro 11. de scibilibus differit cum libro superiore de demonstratione quæ scientiam gignit tractasset. Dicit enim, quæ uere sciuntur sunt totidem, quot quæruntur. Quæruntur autẽ duo. Si est, & quid est. Cognoscuntur autem totidem, uidelicet: Quod est, & propter quid est. Quot inquit, quæsita problemata, tot sunt modi secundum quos scimus. Problema & conclusio eadem sunt subiecto, ratione autem diuersa. Cum enim per interrogationem fit dicitur problema, cum per demonstrationem conclusio. Similiter & quæsita & cognita eadem sunt subiecto, ratione uero altera. Si enim ignoro quid est eclypsis, quæro si est aliqua ratio eclypsis: quando autem didici quod est, desino quærere, & rursus quæro quid est, quo cognito desisto. Igitur duo ex his prima simplicia, reliqua composita. Quapropter si est, & quod est, unum facit secum, uidelicet quæsitũ & cognitum. Et rursus quid est, & propter quid est, idem constituit. Nam cognito quod est aliqua causa eclypsis lunæ, interrogat diffinitionem quid est causæ eclypsis, propter quid autem accipit hanc diffinitionem. Post hæc docet quomodo omnes hæ de scientia quæstiones de medio sunt, id est de causa. Est enim medium causa qua demonstratur. Deinde probat quod nulla sit eiusdem diffinitio ac demonstratio. Deinde quod quid est non potest demonstrari de eo cuius est, in eo quod quid est. Quod uti clarius ostendat, tris ponit diffinitiones, modis ad demonstrationem se uarie habentibus. Prima quidem propter quid, quum res explicatur quæ medium siue causa ipsa est, ac alio medio seu causa caret: estq; omnino indemonstrabilis, sed principium tantum demonstrationis: ut solis eclypsis est oppositio lunæ in capite uel cauda draconis existentis. Alia est diffinitio quid tantũ, & illa demonstrabilis ac cõclusio demõstrationis: ut eclypsis est solis obscuratio supra terram: nam quid nominis ostendit. Tertia dicit quid & propter quid: illa est tota demonstratio differens solum positione & ordine terminorum: ut eclypsis est solis obscuratio quum luna opponitur. Ex his concludit quomodo quid est, fit demonstratio & quomodo non. Item, quorũ potest esse demonstratio, illorum autem quæ nõ habent causam nõ potest esse. Præterea explicatũ est quomodo quod quid est demonstratur, uidelicet quatenus significatur per demonstrationem solum significantem propter quid. Postremo quomodo diffinitio se diuersis modis habeat ad demonstrationẽ. Et quomodo contingat eiusdem esse demonstrationẽ & diffinitionem, & quomodo rursus non contingit. Postea dicit diffinitionem ultimi termini, id est minoris extremitatis, hoc est subiecti, esse mediũ demõstrationis. Partes diffinitionis plus esse

De syllogismo ignorationis

Mentis cognitio ex sensus potestate dependet.

Principia scientiarum cõmunia & propria

De scientia quid differt ab opinione

De scibili

Interrogationes, duæ cognita totidem

Medium

Propter Quid

Quid

Quid & propter quid

Quod quid ẽ

esse debere quàm diffinitum. Ex quo tradit tria præcepta: Primo nanq; ut diffinitionis partes, hoc est, eius prædicata plus habeant narrationis q̃ diffinitum. Secũdo sint cũ diffinito cõuertibilia. Tertio sint necessaria, hoc est uniuersalia, nã uniuersalia necessaria sunt. Inter hæc de numero ternario mentionem habet, dicitq; primum imparem esse, nec ex alijs compositum, nec cum alijs mẽsuram habere. Et quando mediũ causam esse dixit, de causis disserit. Primo, causa & causatũ, & simul & conuertibilia sunt quando causati una tantũ fuerit causa, ut lunæ interpositio, causa eclypsis. Et latũ folium, causam esse decidui folij. Deinde causa prior est causato. Tertio, si unius causati diuersæ sunt causæ, etsi sequitur effectus, nõ tamen conuertitur: ut uituperabile ex audace & timido procedere potest. Sed quanquam eiusdẽ plures possunt esse causæ, una tantũ per se fuerit, reliquæ ex accidẽte. Longæ item uitæ alijs alia causa, auibus siccum, quadrupedi bilis defectus. His addi potest, quod ex eadem causa diuersa quoq; causata, ut Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit, uno eodemq; igni. Ostendit insuper quod per quodlibet causæ genus demonstratio recte fiat: primum per materialem exemplo mathematico, quũ partes toti comparatæ habeãt materiæ rationem, ut est 11. physicorum: Omnis angulus qui cõtinet duas medietates duorum rectorum angulorũ est rectus: sed angulus D, cadens in semicirculo A.B.C. est huiusmodi, ergo angulus D in semicirculo cadens est rectus. Idem & in tertio Euclidis probatur. Formalem quod quid est esse, iam supra ostẽdit immediatam & necessariam causam existere. De efficiẽte sic mõstrat: omnes qui Medos lacessiuerũt ab eis fuere debellati, sed Athenienses Medos lacessiuere, ergo. De finali, exẽplo ab eo posito sic argui potest. Omnis qui concoquere cupit ualere uult, sed qui post cœnam ambulat cupit cõcoquere, ergo. Ait insuper finalem in his quæ à natura & arte sint tantũ reperiri, quæ autem à fortuna, minime: quod hæc temere cõtingat. Deinde ostendit quod idem pluribus causis demõstrari potest, exemplo lumínis quod laternam pertrãsit: ex materiali quod lumen sit diuisibile in parua corpora: ex finali, ut noctu monstret iter. Alterum quoq; exemplum cur tonat, totidem causis ostendit: finem enim dicit ex Pythagoreorum sententia, ut hi qui sunt in inferno timeant. Post hæc causas dicit esse aut simul, aut nõ simul cum suis effectibus: si simul, conuertibiles erunt inter se, sed causa propter quid ab effectibus, quia demonstrabitur. Itaq; causam præsentem per effectum præsentẽ recte probamus, & per præteritam præteritũ, per futuram futurũ: quod duobus probat exemplis, si quæratur propter quod lunæ fuit defectus, quia tellus in medio fuit: & propter quod facta crystallus, quia lympha concreuit. Eodemq; modo simul procedunt, est & erit. At contra in his quæ simul non sunt, ab effectu ad causam prius factam, seu à futuro ad prius futuram probe monstratur. A causa uero priori ad effectum posteriorem nequaq̃: quia inter causam factam esse, fieri, seu factum effectum: adhuc medium sit: in quo tempore medio probe dicitur causam esse, falsum uero effectum esse. Antecedens patet, quia duo puncta non sunt inuicem coniuncta: ergo neq; duo facta esse. Consequens manifestum, quia utraq; sunt indiuisibilia: nam sicuti se habet punctum ad lineam, ita factum esse ad fieri. Quod autem in huiusce modi ab effectu ad causam prius facta recte procedatur, duobus item monstrat exemplis. Probe enim sequitur: domus est facta, ergo fundamenta iacta. Item: Fundamenta iacta, ergo necesse lapides esse excisos. Sed & ex eodem quoq; genere causa, diuersa tamen specie, plures demonstrari possunt quæstiones: ut Echo, Iris, & Idolum omnia ex repercussionis genere creata, sed diuersa, ex sonitu, è sole, è speculo. Possunt item nonnulla hoc modo per analogiam, ut ad probandam manus utilitatẽ quæ homini est, elephanti proboscis, simiæ pedes anteriores, os item sepion & spina. In his etiam quæ reciproce fiunt, reciproco utendum argumento, modo à posteriori procedatur ad prius: ut ex terræ pluuia fit uapor, ex uapore nubes, ex nube pluuia, pluuia iterum in terram descendit. Est quoq; causa sub causa, ut propter quid Nilus exuberat quum finis adest mensis, quia is hyemalior extat: cur autem hyemalior, quia luna tunc deficit. Deinde ad effectus semper frequenter & raro causas, item illis respondentes temporibus adducere oportebit. Singulare definire seu demõstrare facilius quàm uniuersale: ex singularibus enim ad uniuersalia adscendimus, in quibus æquiuocationes magis quàm in differentibus latent.

Diffinitionis tria præcepta

De ternario

De causis



Universidad de Deusto
Biblioteca

IN ELENCHOS.

Elenchus

ARISTOTELES librum scripsit Elenchorum, non ut fiant, sed ut uiten
tur: ueluti medicinæ quædam non ad sanitatem, sed ad uitanda uenena præ
parantur. Syllogismum enim & litigiosum, & cõtentiosum, & sophisticum,
& syllogisticum, & elenchum continet eadem omnes significatione. Nam
elenchus dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod est deprehendere. docet enim quomo
do Sophistæ deprehendant, id est decipiant, aut decipientes deprehendantur in menda
cio, & propterea uitentur. Is igitur triplex est, aut peccat in materia tantum, qui ex appa
rentibus probabilibus recte syllogizat, ut lætum est amabile, lætum autem est mors, mors
est amabile. Omnis statua naturalis est: Hercules est statua, Hercules est naturalis. Secun
dus peccat in forma, qui item ex apparentibus probabilibus, non autem recte syllogizat.
Vt omnis homo est animal, asinus est animal, ergo asinus est homo. Nam adsumpta ue
ra sunt, sed errat in forma. Tertius errat in utroq; ex apparentibus etiam probabilibus, ut,
Omnis homo est animal: nullum risibile est homo, ergo nullum risibile est animal. Est ap
parens syllogismus, sed arguitur minore negatiua in prima figura, peccat in forma, & mi
nor est apparenter probabilis per talem syllogismum etiam in forma peccantem. Nullum
accidens est homo, omne risibile est accidens, nullum risibile est homo. Qui igitur peccat
in materia tantum, syllogismus contentiosus seu sophisticus elenchus dicetur. Qui autem
peccat in forma, iam non syllogismus neq; elenchus, sed apparens elenchus ac paralogis
mus dicitur. Deniq; syllogismus est sophisticus, quando ambas uel alteram habet propo
sitionem falsam, forma uero restat. Paralogismus autem siue apparens syllogismus quan
do forma errat, siue sint falsæ siue ueræ propositiones. Syllogismus pseudographus siue
falsigraphus est ueluti detorquens demonstrantem: ex principijs enim ueris, sed male in
tellectis falsum comprehendit. Vt si dicat, omnes lineæ à centro ad circunferentiam sunt
æquales, At duæ lineæ à centro ad circunferentiam in non æqualibus circulis ductæ sunt,
ergo æquales, falsum erit. intelligitur enim in eodem circulo. Doctrinalis syllogismus
idem & demonstratiuus, de quo supra narratum est. Tentatiuus autem idem est quod dia
lecticus, differt tamen quod non est ex simpliciter opinabilibus, sed tantum ex ijs quæ ui
dentur respondenti, de quo scientiam se habere fingit. ENARRATIS disputatio
num generibus enumerantur quinq;, quorum causa fit sophisticus syllogismus. Redar
gutio, Falsum, Opinabile, Solœcismus, Nugatio. Per primum sophista uult uideri redar
guere respondentem, quod non est. Per secundum falsum aliquid monstrare. Per ter
tium uult quod dicat contra opinionem multorum, seu plurium, seu sapientum. Per quar
tum barbara grammatica & incognita utitur. Postremo idem frequenter per nugatio
nem quandam repetit. Post hæc uia fallendi duplex proponitur. In dictione, & extra
dictionem. In dictione sex modi, æquiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio, ac
centus, figura dictionis. Quibus exempla sunt huiuscemodi. Ac primum æquiuocatio
nis, duobus modis. Aut unum plura significat, sicuti canis, lætum: uerbi gratia: omne
lætum bonum. Malum est lætum, malum ergo bonum. Sic melius quàm exemplum
quod ponitur in textu Latino de uerbo expedit, nam expedit apud Latinos æquiuocum
ad bonum & malum non proprie reperitur, sed bene apud Græcos δέοντα. Secundo,
quando una dictio per se tantum rem unam significat, sed addita alteri plura. ut qui sur
gebat, stat: & qui curabatur, sanus est. Surgebat enim sedens, & curabatur ægrotans.
Aegrotans enim per se rem unam significat, sed iunctum uerbo curabatur, significat
tam illum qui est quàm qui fuit ægrotans. Amphibologia sic fit: Quicquid scit hoc scit,
lapidem scit aliquis, ergo lapis scit: soluit Aristoteles. Maior est duplex. Nam & sci
tum & scientem potest significare. Si enim illud pronomen hoc construatur cum pri
mo uerbo, tunc significat scitum: si construatur cum secundo, significat scientem. Item:
Quicquid uidet hoc uidet, lapidem uidet aliquis, ergo lapis uidet: quod eodem modo
soluitur. Item: Quicquid contingit dicere contingit loqui, sed tacentem contingit dicere,
ergo tacentem contingit loqui: soluit Aristoteles: Minor enim est duplex, quia uel signi
ficat quod tacens potest loqui, uel contingit dicere aliquem esse tacentem. Differunt in
ter se Amphibologia & æquiuocatio, quod in æquiuocatione ex eodem nomine diuersa
significante

Triplex elenchus

Elenchus sophisticus
Paralogismus
Pseudograp.
Syllogismus

Doctrinalis Syllogismus
Tentatiuus
Dialecticus
Redargutio
Falsum
Opinabile
Solœcismus
Nugatio
Via duplex fallendi. In dictione & extra dictionem

Aequiuocatio

Amphibolo.

Differentia inter Amphibologiã & Aequiuocationẽ

significante probatur. Amphibologia ex oratione facit errorem significante non unum.
Dico autem orationem dictionum compositionem, nomen uero dictionẽ simpliciter. Ter
tius modus compositione, ut sedens potest ambulare: quæ propositio si sit composita, falsa
est: si diuisa, uera, monstrato sedente, qui possit ambulare. Item nõ scribens scribere potest.
Et quicunq; scit literas nunc didicit illas. Et qui unũ solum potest ferre, potest plura ferre.
Diuisione sic: Quinq; duo & tria sunt, ergo quinq; sunt paria & imparia. Item quod est tan
tundem & amplius est æquale, sed maius est tantundem & amplius, ergo maius est æqua
le. Item ego te feci seruum existentem liberum. Item: Quadraginta uirorum centum reli
quit diuus Achilles. Accentu sic in pronunciatione ac diuersitate acuti ac grauis. Feræ ue
nenum est, aduerbium est fere, aduerbium ergo uenenum. Addendo autẽ hyphen dictio
nis sensum uariat, ut Samothracia cõtinens nomine coniuncta est. Samothracia insula est
continens, ergo nomine coniuncta est insula. Hic carmen Horatianum aut Virgilianum,
haud proprie ab interprete ponitur, Græci commodius quàm Latini hoc modo utuntur,
qui accentus magis frequentant. Figura dictionis fit, quando nõ idem similiter interpreta
mur, ut masculinum fœmininum: uel contra, uel neutrum fœmininum aut masculinum.
Vel quãdo quale interpretamur quantum, uel faciens patiens. PARALOGISMI extra
dictionem VII. Per accidens, per ubi & simpliciter, per ignorantiam Elenchi, per conse
quens, per petitionem principij, per non causam ut causam, per plures interrogationes, ut
unam. Per accidens fit quando idem adsignatur subiecto siue essentiæ & accidenti, ut So
crates est alius ab homine, Socrates est homo, Socrates ergo est alius à seipso. Itẽ Socrates
est alius à Platone, Plato est homo, ergo Socrates est alius ab homine. Nam non secundũ
naturam Socrates est alius à Platone, sed per hypostasim & proprietatem, quæ circa natu
ram sunt, non autem naturæ. Conclusio uero proprietatem ab his quæ sunt circa naturam
ad naturam transtulit. Rursus: Homo animal, animal genus. Homo ergo genus. Item: An
tonius homo, homo bissyllabum, Antonius ergo bissyllabum. Item in secunda figura mel
intentionem & remissionem non recipit, dulce intentionem & remissionem recipit: Mel
ergo non dulce. Item album secundũ magis & minus est: Cygnus, nix, cerussa, secundum
magis & minus nõ sunt, non ergo alba. Secundum quid ad simpliciter fit quando aliquod
dictum solum inest secundũ quid, & sumitur inesse simpliciter. Vt quod opinabile est, est.
Et quod non est, est opinabile. Ergo quod non est, est. Soluit negando consequens, quia
non est idem esse secundum quid & esse simpliciter. Sicut esse opinabile & esse. Item quod
non est, homo non est, sed aliquid est quod non est, ergo homo aliquid est quod non est.
Soluit negando consequens. Item Indus est niger, & Indus est albus dentes, ergo est albus
& niger. Et sic erit albus, & nõ albus. E X ignoratione Elenchi fit paralogismus quando
omittitur aliquid ad rationem syllogismi uel Elenchi. Est enim Elenchus, ut inferius etiam
dicitur, contradictio unius & eiusdem, & quæ sequuntur. Verbi gratia: Duo sunt duplum
unius, & non sunt duplum trium, ergo sunt duplum & non duplum. Soluit, quia hoc est
respectu diuersorum & non ad idem. Item decem dupla secundum longitudinem, & non
dupla secundum latitudinem, duplum ergo non duplum. Soluit quod non arguitur secun
dum idem. Quarto ex consequente, quando credimus consequens conuerti cum antece
dente, cum quo tamen non potest cõuerti, quia cum antecedens est, necessario cõsequens
est: sed cum consequens est, putamus necessario antecedens esse: ut si mel est, dulce est, er
go si dulce est, mel est: soluitur negando consequens, à positione consequentis, ad positio
nem antecedẽtis, quãdo non cõuertitur. Item: Si pluit terra est madida, ergo si terra est ma
dida, pluit. Itẽ: Hic corruptor est, ergo adulter. Item: Hic noctu errat, ergo furatur. Præterea
Melissus sic dicebat ad probãdum infinitum. Quod factum est principium habet, Sed uni
uersum nõ est factum, quia ex nihilo nihil fit, ergo uniuersum nõ habet principium, & ex
consequente, infinitum. Aristoteles uero instat negando primum consequens. Non enim
sequitur omne quod factum est habet principium, ergo omne quod habet principium, est
factum. Quinto ex petitione principij cũ idẽ in cõclusione repetit, uidelicet: Anima est in
corruptibilis. Incorruptibile autẽ immortale est, ergo anima incorruptibilis. Hic causam
dat & recipit ex principio ad demõstrandũ, neq; enim incorruptibile differt ab immortali,
sed idẽ diuersis uerbis. Sexto, quãdo non causam, ut causam dixit. Fit autẽ hic syllogismus
per impossibile, uidelicet si aliquo dicente, omni risibili inest rationale, hinc in impossibile
orationem

Compositio

Accentus

Figura dictionis.

Extra dictionem accidens

Secundũ quid ad simpliciter

Ex cõsequẽte

Ex petitione principij

Nõ causam, ut causam dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

orationem deducens dicat, si rationale omni risibili, & risibile omni simiæ, ergo rationale omni simiæ, quod quidē impossibile. Hic enim non causa ponitur ut causa. Neq; enim esse omni risibili rationale (hæc quidē erat hypothesis) causa fuit impossibilis, sed dicēdo mino rem q̄ omni simiæ ineſt risibile, quoniā nulla simia uere ridet, etsi risum hominū imitatur.

Plures interrogationes ut unam facere

Septimo, quādo plures interrogationes, ut unā facimus, hoc modo: utrū terra sit cœlum, an mare. Itē an Socrates docet Platonē & Arist. Si cōcedatur, Socrates ergo docet homínem, sed nō homines. Item: Demōstratis duobus quorū unū sit bonū, alterū malū, an illa sint bo na, an nō bona. Si bona dicātur, cur ergo sequitur aliquod nō bonū esse bonū. Hinc subdit, q̄ si negetur, tunc aliquibus suppositis cōtingit uerū facere elenchum cōtra respōdentem. Postremo notādum q̄ fallacia dictionis in æquiuocatione nominis cōsistit. Extra dictionē

Elenchi diffinitio

uero in æquiuocatione intellectus. NVNC ad elēchi diffinitionem, nā omnes paralogismi in elenchi ueniunt ignorationem. Est enim cōtradictio eiusdē & unius, nō nominis, sed rei & nominis, nō homonymi sed eiusdē, ex datis ex necessitate collectis, & nō alijs quibusdā, non cōmemorati à principio, sed secundū idem & ad idē, similiter & in eodē tempore. De bet igitur disputās qui redarguere aliū cupit, eius quod ille dicit oppositū colligere, in eodē & uno, nō quidem in alio & alio: uerbi gratia: Dicente aliquo Platonem de arte differere, si alter cōtradicat Platonē nō de arte differere, intelligendo aliū Platonem, non est elenchus. Propter hoc ait diffinitio cōtradictionem unius & eiusdē esse elenchū, nō nominis sed rei, hoc est, nō solū nominis sed rei: si enim unū quidem sit nomen, differentes uero sub eo res declaratę, in alia significatione, nō est elēchus. Sed neq; homonymi nominis. Dicere enim, animal ambulat, & animal nō ambulat, & ambo uera, nō est elēchus: est igitur eiusdem & unius nominisq; & rei cōtradictio, ex datis ex necessitate collectis, & nō alijs quibusdā, nō cōmemorati à principio, hoc est, nō per aliud nomen acceptū quæstionis in propositione, in rationē demonstrationis. Nā secundū idem oportet q̄ existat à principio, & nō secundū aliā atq; aliā partem subiecti fieri cōtradictionem. Si enim idem lignum lōgitudine dicitur bicubitū, latitudine uero non bicubitum, & item Aethiops corpore reliquo coloratus, den tibus uero nō coloratus, nō fiet elenchus. Et ad idē quidē, nō ad aliud oportet cōtradicere. Dicere enim decem ad quinq; duplū, duplum ergo decem, nō erit elenchus. Nō solum aūt secundū idem, & ad idem fieri oportet cōtradictionem, sed similiter & in eodem tempore. Similiter quidē, ut nō dicatur de infante grāmaticum, & nō grāmaticum. Et rursus de dor miente uidentem, & nō uidentē, & hoc quidē potestate, illud energia accipiēdo. In eodem aūt tempore, ut nō eundē hominem dicamus in uno tempore motum, in alio rursus nō mo tum. Ex datis ex necessitate elenchus fit, quādo nō ponimus non causam ut causam: ex ac cidente uero & cōsequente, & si uidētur cōcludere ex datis, at nō ex necessitate cōcludit, neq; idem. Neq; enim quæ secundū essentiā exīstunt prædicato, ex his necesse est subiecto prædicari: neq; si homo animal, animal aūt est trisyllabū, necesse est hominē esse trisyllabū: neq; rursus, si febricitās calet, necesse est, ut qui calet febricitet: propterea in elenchi diffini tione ex necessitate ponitur. Hinc liquet q̄ (uti supra diximus) paralogismi omnes in elen chi ignoratione apparēt, quē si quis nouerit nunq; decipietur captionibus, aut sophismatis quibus utuntur sophistæ, nihil aliud quærentes cū talibus coloratis syllogismis disputātem irretire. Post hæc Arist. ponit differentiā sophisticorum elenchorum, siue paralogismorū, alios in forma, alios in materia peccare. Deinde differentiā inter pseudographum & litigio sum: dicitq; hunc ex proprijs principijs alicuius artis, sed litigiosum ex cōibus, quæ omnia supra in principio cōmemorauī. Deinde cōparat litigiosum ad sophisticū, dicitq; eundem esse re, uerū fine alium. Nam litigiosus litē tantū intēdit, sophista gloriā. Itaq; alterius est ap parens uictoria, Sophistæ uero apparens gloria. Deinde sic ait: Litigiosum deficere à diale ctico, sicut pseudographus deficit à demōstratiuo. Nā alter ex principijs dialecticis, alter ex principijs demōstratiuis procedit, & alter proprijs quarundā artiū principijs, alter cōmuni bus applicatur: hac tantū differētia q̄ pseudographus est pseudographus respectu demon

Contra ueterum opinionē

strationis, litigiosus autē nō litigiosus respectu dialectici. Post hæc confutat antiquorū opi nionē, qui putabāt opponētes problemata ab initio cōtra respondentē distinguere æquiuo cationē seu multiplex & uerbi & intellectus debere. Arist. aūt dicit minime propalanda ar ma sua aduersario. Attamen hanc distinctionē necessariā respōdenti esse in fine primi libri topicorū dixit. Litigiosum præterea seu sophisticū tria oportere dicit habere, Illationem, per

per quam syllogismus est: probationem, per quā dialecticus: & cōtradictionem, per quam elenchus est. Omnis igitur elenchus syllogismus est, sed nō contra: quoniā in eo q̄ differit dialecticus uocatur, In eo autē quod cōtradicit, id est redarguit, elenchus. Præterea condi tiones quatuor dialecticæ cōnumerat: primū quod non est artis determinatæ: deinde quod nihil cōcludit proprie, nisi in cōmuni materia, Tertio hoc differt à metaphysica, quod illius subiectum est cōmune cum subiecto omniū scientiarum ex prædicatione: Dialectica uero subiectum habet cōmune ex adplicatione. Postremo ex interrogatione procedēdo disputat in utramq; partem uel idiota, quanq; imperfectius quàm eruditus, respondentis inge nium tētando, ex quo tētatiua dicitur. Metaphysica tantū demōstrat citra interrogationē.

In sophistico syllogismo illatio, proba tio, & contradictio.

Dialecticæ cōditiones IIII.

Dialectica qd differt à metaphysica.

IN TERTIO tractatu ponit cautiones quibus utatur opponens, ut respondētem dedu cat ad aliquam quinq; metarū supradictarum. Primo ad falsum, & inopinabile deducet, si celabit propositū, id est, conclusionem suam. Secundo multa interrogabit, ut saltē aliquod inconueniens cōcedatur. Tertio respondentem laudabit, ut eo pacto delinitus propositis adsentiatur. Quarto: Si minus cōcedetur, aut in id se compulsum uiderit, ubi minus sapiat aut intelligat, aut respōdens cautior sit, paulatim clamq; disputatio aliouersum detorquen da. Quinto non statim interrogabit, sed se discere uelle singendo, ac paulatim propositum insinuando, adsensum facilius eliciet. Sexto si inopinabile extorquere uult, de secta aduer sarium interroget, ubi sæpe inopinabilia dicūt, & quæ sæpe aliter mēte uolūt, uerbi gratia: Præstat mori quàm uoluptarie uiuere. Si secundū mentem adsentitur tunc deducendus ad cōtrarium dictorū: si secundū dicta, ad mentē & uoluntatem. Præterea si secundū naturam dicunt, tunc ad leges: si legem, ad naturā contrarium deducere. Deinde si secundū opinio nem sapiētum cōcedet, cōtradicere per dicta plurium. Si dicta pluriū, per dicta sapientum. Postea docet quomodo ad nugationem uerborum deducat sæpius eadē ac superuacue re petendo. Vt si dicatur cōcupiscentia delectationis, uel appetitus delectationis quod idem est, & his similia. Deinde ad solœcismum dicit facile posse deducere, per uerba neutra pro posita, sexum utrunq; & plura significātia, ut, quid est hoc? Si respōdeatur, lapis uel aqua, tunc fiet paralogismus contra respōdentem, quod se arbitrabatur masculinum dixisse pro fœminino, & cōtra, seu casum pro casu. Siue in barbarā pronunciationem quæ diuersa si gnificet, ut pēdere, cecidit. & his similia, solœcismus dicitur ad fallaciā dictionis pertinere. Vlterius dat alia præcepta & cautiones opponenti generatim, ut adsumpta dissimulet, & sine ordine ponat, ne uideatur ex eis aliquid posse concludi. Deinde respōsum cito prouo care, ne spatium cogitandi det. Respōdentem quoq; ad irā prouocare, & de mente ac cogi tatione deturbare, uerbis, cauillis, iurgijs irritando, ac cōtraria his quæ uolumus addendo, ut facilius alterum concedatur. Vt aut in omnibus patri obtemperādum, aut in nullo. Resi stat insuper proposita distinguenti, magisq; adsumpta quàm conclusionē interroget: non nunquam adsumptis tanquam concessis utatur, & his similia nōnulla alia ab eo ponantur: præterea occurrat his quæ uidentur posse responderi. LIBRO II. instituit respon dentem, quum supra opponentē docuerit. Mōstrat enim soluendi paralogismi modum. Nam plures destruere sciūt qui nesciunt cōstruere, sicut in signis mathematicis. Quapropter So cratem ait solitū semper interrogare, respōdere autē se profiteri nescire. Hinc prouerbium tractū: multi sunt arguētes, pauci uero soluentes. In primis respōdens multiplicis æquiuo cationem distinguat, quæ sophismatis causa est. Propositionem haud satis intellectam aut dubiā, nō facile nec statim cōcedat. Sed respōdeat, fac ut ita sit. Ad inopinabile item, & de quo sit uaria sentētia, dicere quod multi ita sentiunt. Item petere principium cum propius conclusioni cepit opponens. Item: Si utrunq; sit propositum, cōsequenti respōdere debet, quoniā antecedente concesso, cōceditur consequens. Non item contra. Præterea cum du plex sit falsus syllogismus, alter syllogisticus qui falsis probat & peccat in materia, alter ap parens syllogismus qui peccat in forma: primus æquiuocationis infirmatione soluetur, totq; infirmabit quot reperit falsas siue adsumptiones, siue conclusionem. In forma uero peccantem soluet paralogismum compositionis & diuisionis, ostendendo non eandem esse orationem cōpositam & diuisam. Ponit insuper quosdam paralogismos: Vt quicunq; potest citharizare, citharizabit, sed nō citharizās potest citharizare, ergo nō citharizans citharizabit, Soluit quod hoc potest, non citharizans citharizabit, sed ille qui est non ci tharizans postea potest citharizare. Deinde dicit q̄ pauci fiunt per accentū paralogismi.

Ad nugationem uerborū deducere.

Ad solœcismū

Iurgia inter disputantes

Facilius destruere q̄ construere.

Socratis exemplum

Paralogismorum exempla nonnulla.

Cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paralogismi extra dictionē soluēdi per infirmationē consequentis.

Cuius ponit unum exemplum, quod apud Latinos hoc modo reperiri potest. Bonum est uiros iustos pendere, & bonum rursus uiros iustos non pendere: ergo est idem pendere & non pendere, Soluit quod pendere diuersa significat secundū accentus diuersitatem. Paralogismi omnes extra dictionē, præter paralogismum fallaciæ petitionis principij, qui solus non peccat in forma, soluendi per infirmationem consequentis, ponit exempla multa: præsertim secundum quid ad simpliciter. Vt iustum est iniusto magis eligendum, quo adagendum uidelicet non patiendum. Item, Scio hanc rem mihi iuste adiudicatam, ergo scio hanc rem meam esse: negatur consequens, quia non fuit iudicata simpliciter, sed secundū quid. Item, Quod non est, ipsum est opinabile, ergo quod non est, est. Negatur consequentia, quia esse opinabile, non est esse nisi secundum quid. In Paralogismo petitionis principij soluitur dicendo opponenti quod petit principiū. Difficillius autem syllogisticos, id est, eos qui in materia peccāt, soluere. Inter syllogisticas uero orationes eas maxime difficiles, de quibus dubium, an sit oratio syllogistica an non, & an sit soluēda per destructionem an per infirmationem. Et illa acrior, quando nescimus secundum quod adsumptum debeat fieri solutio. Item illa acris, cuius defectus maxime latet, illa facilis cuius maxime patet. Postremo Aristoteles se gloriatur hanc artem inuenisse, cum antea syllogizantes sine ordine, sine præceptione aliqua confunderentur instar artium mechanicarum, quarum nulla traditur certa uia. Quapropter ueniam petit si minus perfecta sit, cum à principijs sit reducta debilibus, & paruis, sicut & rhetorica per Ctesiam primo, postea per Theodorum. Gratias autem si perfecta fuerit.

IN TOPICA.

Topici sunt sedes argumētorum, unde firmatio & infirmatio fit propositi problematis. Eorum ratio duplex est, aut inductio, quæ per exemplum fit, aut syllogismus, qui sæpe per Enthymema. Proceditur propositione quando certus est adsensus, ut uoluptas bonum est: aut problemate per interrogationem quādo incertus, ut an uoluptas bonum sit, disputaturq; in utramq; partem ad ueritatem eliciendam. Verbi gratia, uoluptatem omnia appetunt, quod autem omnia appetunt, bonum, uoluptas ergo bonum. Item contra: Voluptas motus est in naturam sensibilem, omnis autem motus imperfectus, quod autem imperfectum non bonum, uoluptas ergo non bonum. Sunt igitur huiuscemodi totidem quot subiecta. Nam quædam philosophica, ut, an mundus æternus, an anima immortalis. Aut Ethica, ut, an honestum utili præferendum. Aut ad medicinam pertinentia, ut, an pharmaco siue diæta sit Hemetriteus curandus, an pituita sit causa frigoris intestini. Aut logica, ut, an propositio necessaria Topicis conueniat. Sunt & uniuersalia, ut uirtus appetenda: aut particularia, ut quædam uirtus appetēda. Nec mirū dialecticam hoc modo singulas artes discutere, & in omnibus utrinq; disputare: quum ipse Aristoteles in VIII. huius operis dicat quædam esse falsa, quæ ueris probabiliora uidentur. Alia est ratio, quod dialectica septam per se regionem non habet, nec proprium subiectum quemadmodum reliquæ, quarum quælibet secundū ea quæ insunt in demonstrationem facit, eaq; perpetuo tuetur. Neq; propterea dialectica de geometriæ aut medicinæ principijs, ut medicus aut geometra disputabit, sed ex communioribus & opinabilibus: unde in utranq; partem argumenta faciat. Quælibet enim scientia & propinqua & remota principia retinet. Propinqua professor artis habet. Remota uero quiuis: uerbi gratia: Propria & propinqua geometriæ sunt, Recta supra rectam si ceciderit, duos facit angulos rectos, aut rectis æquales: & rectæ à centro ad circunferentiam protensæ omnes inter se sunt æquales. Communia uero sunt hæc: Quæ sunt eidem æqualia, & inter se æqualia sunt. Et si ab æqualibus æqualia subtrahas, quæ restant æqualia sunt. In medicinali commune principium omnibus notum, uidelicet: Febris est motus præter naturam uenæ uel excessus caloris. Propria solo medico sunt nota: uidelicet: Febris est calor præter naturā cordis & arteriæ, cōtinens animalem tonū ex profundo, relata acuta. Rhetorica item omniū artiū principijs utitur cōmunibus tanq; proprijs. Quapropter Aristoteles in demōstrationis primo dicit Rhetoricam esse antistrophon Dialecticæ: hoc enim intelligendum, uel circa eadem & æqualia suppositā uersatur, uel circa oppositā, & in idē firmat & infirmat, sicuti dialectica. Sed iam ad dialecticas argumētationes redeamus, quarum organa siue instrumenta sunt quatuor, Primū propositiones suasibiles & opinabiles legere.

Quælibet scientia propinqua & remota principia habet.

Instrumenta dialect. IIII.

Primum

Non enim necessaria proponit aut ab omnibus concessa, ut si deus colendus, aut si Sol luceat, sed tātum media quæ inter utranq; partem dici possint. Vt an pax sit potior bello, an uxor ducenda. Secundū facere distinctiones in eodem & uno nō solum nomine, sed & re & nomine nō homonymo, sed eodem ex datis ex necessitate & à principio cōmemoratis secundum idem & ad idem & similiter & eodem tempore. Tertium, nosse differentias cu iuslibet rei, uidelicet, quid sensus à scientia differat: quid sensus communis etiam à cæteris animalibus, scientia enim tantum hominis: & ille statim nobis natus, hæc interuallo temporis. Et ille semel amissus nunq;, hæc quandoq; recuperatur. Quartum, nosse similitudines, quam simul habeāt uicissitudinem res, ut simile cōtendere & litigare: hoc uerbis, illud factis, & sic de reliquis. Categorumena, id est, prædicta unde oriuntur quæstiones dialectícæ quatuor. Definitio quam Aristoteles ὅρον uocat, hoc est uerbum, quod quid est esse significans, Cicero notationē seu notam. Deinde proprium, genus, & accidens. Hæc enim propositiones, aut coniuncta nō sunt, sed ex his fiunt propositiones & syllogismi. Idem & alterum definitioni coaptatur. Probatio enim diffinitionis probat & idem, mōstrato quod diffinitio hæc illius congrue mōstratur, & quod hoc idē illi. Nō item contra. Verbi gratia: Gaudium est idem cum lætitia. Non tamen est gaudium diffinitio lætitiæ, neq; lætitia gaudij. In infirmatione uero contrà euenit infirmato, quod illi non est idem: tollitur etiā quod non diffinitio hæc illius. Idem quoq; tripliciter dicitur numero, specie, genere. Aqua enim ex eodem fonte eadem specie uidetur, si in duobus consistat uasis: similitudine tamen maxima: haud aliter quàm homines qui uehementer inter se similes sint. Vnum etiā numero plurifariam ex accidenti, proprio, diffinitione, & his similibus. Problemata etiam utrum hoc an hoc sub eodē genere reducantur. Generica enim problemata sunt quærentia quod genus adlati, utrum hoc an hoc. Comparatiua insuper sub accidente & ipsa reducuntur: uidelicet: An magis opinio quàm ratio deligenda, utile an honestum. Nam omnia comparatiua intentionem & remissionem recipere palām est. Præterea cum sint quinq; uoces quæ uniuersales appellantur: Species & differentia in dialectica ad generica reducuntur problemata. In uniuersum uero cuncta in diffinitione etymorum nominum consistunt, quam Cicero notationem uocat. Nam & singula diffinitione ad probandum indigere uidentur.

Quæstiones dialecti. IIII
ὅρον
Diffinitio
Proprium
Genus
Accidens

Idem tripliciter dicitur.

LIBRO II. Accidens persequitur. Quod dicit non esse necesse statim cum suo subiecto conuerti, sicut in genere proprio & diffinitione: ut animal statim ineſt homini, Grāmatica nequaquam, nam statim non est grāmaticus. Præterea uniuersalia problemata priora particularibus, & negantia aientibus, quod plerunq; respondentes aiunt ac firmant. Qui uero proposuerunt negant & infirmant. Duo insuper uitanda, uel falsa adsumere problemata, uel insuetis denominationibus uti, ut hominem plantam uocare, & his similia. Primus igitur locus: Si genus pro accidente ponatur, infirmabitur: ut si quis dicat albo colorem accidere, & nigro coloratū. Nā species à genere denominari nō oportet. Alius locus: Si quid omni uel nulli ineſſe dicatur, ut cōtrariorū eadē est disciplina. Si nō ita sit (considerādæ species oppositionū usq; ad indiuidua) infirmatur: si uero sit, firmatur. Tertius locus ex diffinitionibus accidentis & illius cui accidit: ut si dixit, inuidum bonum, quid est inuidus, & quid est bonus: si discordāt inter se diffinitiones infirmetur accidens: si autem conuenit, firmatur. Præterea nominibus utatur. Firmansq;, ut pluribus dicat frequētata. Infirmās uero de sapientioribus tantū. Alius: Si quod in problemate nomen obscurum incidat, ad clarius transferat: & qui firmat & qui infirmat: ut si quis uoluptatem commodā dixerit decētem, transferat δέον græce & utile & decens. Alius: à genere & speciebus accidētis, & firmāti & infirmāti: ut dixit aliquis animā moueri, ut genus aliquod motus augmēti diminutionis in locū mutationis: si nullo motu moueatur anima, infirmat accidēs: si aliquo aut omni motu moueatur, firmabit. Quod enim speciei ineſt & generi, ut albū aut uiride oculos oblectāt, ergo & color: sed nō statim quicqd nō ineſt speciei nō ineſt generi. Alius: Tempus respiciendum. Si nō in omni tempore infirmatur, si in omni firmatur. Vt dixit aliquis, nutritū augetur. Si quis aūt mōstrabit q nō semp nutritū augetur, ut in senibus, infirmatur accidēs. Si aūt cuncta nutrita augeri mōstrātur, firmabitur. Alius: cū aut æquiuoce aut quouis alio modo quædā multa dicta fuerint, oportebit respicere ac infirmare si nō existat aliqbus, uel firmare si existat: ut si quis dixerit hominem animal & rationis participē & risibilē, si subiectum eadē nō habet infirmatur quod dixit, si aūt habuerit firmatur: ut itē qui bonū dixerit aurū & utile ac delectabile, & multa quædā alia dicat, quibus uel horū aliquibus esse mon

Primus locus
II
III
IIII
V
VI
VII

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIII stratis firmatur accidens, non monstratis, infirmatur. Alius: Quando nomen transfertur in diffinitionē, ut propriā aut impropriā, ut rex felix: aut regnū felix: quo ad regem accidens firmatur, quoniā felix idem quod fortunatus dicitur: quo ad regnum uero infirmatur tanq̄ impropriū. Non enim recipit regnū felicitatē. Alius: In rebus quædā necessario, quædā plerunq̄, quædā quādoq̄ cōtingunt, quorū ordinem si quis peruersum ostendat accidēs infirmabit. uerbi gratia: Dixit aliquis dānatos necessario prauos esse, cum plerunq̄ dicere debuisset, aut plerunq̄ pulsatos dolere cum necessario debuisset, aut exercitatos laboribus plerunq̄ lætari cum interdū dicere debuisset, quæ omnia si ordine ac secundū eorū naturā ponantur, accidens firmare uidebūtur. Alius: Quādo cōtraria cōplectuntur quidem Sextipliciter, ea contraria capienda, quæ proposito cōducant. Sed de sex quatuor tantū uere oppo

IX

X nuntur: uel enim cōtraria de cōtrarijs subiectis alternatim prædicātur: ut amicos quis amat & inimicos odit: uel amicos odit, & inimicos amat: & ij duo modi uerā oppositionē nō habent. Ambo enim uel fugiēda uel eligenda. Aut quādo utraq̄ cōtraria de uno. Et hoc etiā dupliciter, ut amicos diligere, & amicos odio habere, & inimicos diligere, & inimicos odio habere. Aut q̄ unū cōtrarium de utrisq̄, & hoc dupliciter, ut amicos diligere, & inimicos diligere, & amicos odio habere, & inimicos odio habere. Igitur quatuor ultimę uere oppo

XI nūtur. Itē uni & eidē plura esse cōtraria. Amicos enim diligere, cōtrarium est, inimicos diligere: itemq̄ amicos odio habere. Et idē in singulis reliquis. In contrariorū itaq̄ copia adsu menda utilia pro disputāte. Alius etiā si sit aliquid accidenti cōtrarium, cōsiderare si huius susceptibile est subiectū. Si enim nō susceptibile illius, neq̄ huius. Si autē susceptibile illius firmabitur, q̄ & huius fuerit susceptibile. Nō autē & quod accidit illud rei, sed solū potest accidere, & susceptibilis est illius res. Vt dixit aliquis, Scientiā albā, quoniā albo contrariū nigrum. Non est autē susceptibile nigri scientia neq̄ erit. Dixit item lapidem hunc album, quoniā susceptibilis lapis coloris, sed nō propter hoc albus fuerit lapis, sed q̄ susceptibilis

XII tantū albi, firmabitur. Alius etiā ex quatuor oppositionū generibus. Primum ad aliquid, ut

Ex oppositione si sciētia suspicio, & scitum suspectū. Si illud nō est, neq̄ hoc, Ex cōtrarijs: si bonū utile, malum dānosum. Si nō illud, neq̄ hoc. Ex his quæ secundū habitū & priuationem. Si cæcitas probrum adfert, & uisus laudem. Si nō illud neq̄ hoc. Ex negātibus & aientibus: si discere

XIII bonū, non discere nō bonum. Si nō hoc, neq̄ illud. Ex cōiugatis & casibus: coniugata sunt

Ex cōiugatis & casibus ex abstracto & cōcreto, ut iustitia & iustus & iustū: casus uero aduerbiū, ut iuste. uerbi gratia: Si iustitia bonū & iustus & iustū & iuste. Si autē nō hoc, neq̄ illa. Et sic in reliquis similibus. Ex generationibus & corruptionibus & itē efficiētibus & corrūpentibus. Quorum

XIIII enim generatio bona, & ipsa bona, quorū uero generatio mala & ipsa mala. Quorū autem corruptio bona, ipsa mala: quorū uero mala, ipsa bona: Hinc accidens firmari & infirmari licebit: uidelicet dicit quis, uirtus prauū. Infirmādum q̄ nō prauū. Generatio ipsius bonorū

Agathoprax. Cacopraxia est. Agathopraxia enim uirtutis generatio, & illi intēdere generatiuum uirtutis. Et rursus non prauū uirtus. q̄ corruptio praui & corruptibile malorū est. Corruptio aūt uirtutis Cacopraxia, & corruptibile bonorū usus & cōgressus. Cōtra uero firmādū hoc modo: Negligētia malū, quoniā corruptio huius, & corruptibile malorū est. Studiū uero bonū, q̄ ipsius corruptio quæ est negligentia & corruptibile bonorū uirorū est. Ex similitudinibus, uideli

XV cet si sciētia una cōtrariorum. Sicut medicinalis sanitatis & ægrotationis. Et opinio eadem

Ex similitudinibus cōtrariorum. Opinatur enim quis etiā mendaciū. Rursus infirmat̄. Si nō eadem sciētia contrariorū neq̄ opinio, Simile aūt qd sciētia & opinio: utraq̄ enim animi habitus noscibilis.

XVI Ex magis & minus. Sunt autē taliū loci quatuor: unus quidē si magis sequit̄ magis, & sim

Ex magis & minus pliciter sequtur simpliciter, in subiecto si hoc & illud. Videlicet magis nocere magis malum est, & simpliciter nocere, simpliciter malū. Alius locus unius circa duo subiecta, infirmādo quidē ex magis, firmādo uero ex minus: ut ratio magis laudabile q̄ diuitiæ, si ratio nō laudabile, multo minus diuitiæ: Ex magis autem firmādo, ut si diuitiæ laudabile, multo magis ratio. Quæ sic coaprātur. Si cui magis uidetur inesse & nō inest nec cui minus. Et si cui minus uidetur inesse, inest, & cui magis. Tertius locus duorū de uno subiecto dicto, ut ratio magis laudabile q̄ secundū animā utile. Quartus locus duorū de duobus dictis, uidelicet uirtus utile magis, q̄ ratio laudabile. Si nō uirtus utile, neq̄ ratio laudabile. Si aūt ratio lau-

XVII dabile, multo magis uirtus utile. Ex similiter inexistētibus. Et hoc tripliciter, uel unū quid

Ex similiter inexistētibus accidens duobus similiter existit, & est unū alterius uel infirmatoriū uel firmatoriū: ut laudabile similiter inexistit & rationi & uirtuti, Si unū laudabile, & alterū. Et si unum nō laudabile,

dabile, neq̄ alterū. Secundo, cum duo accidentia uni subiecto uidentur inexistere: similiter si unū existit, & alterum: si autē unum nō existit, neq̄ alterum. Vt similiter uidetur bonum & utile. Et si utile, & bonū. Si autē bonū, & utile. Tertio, cum duo accidētia duobus subiectis similiter inexistunt. Si alterū uni, & alterū alteri. Si nō uni alterum, neq̄ alteri alterum: uidelicet, similiter uidetur inexistere, & rationi laudabile, & uirtuti utile. Et si uirtus utile, & ratio laudabile. Et si ratio nō laudabile. neq̄ uirtus utile. Locus etiam ab adpositione. Si XVIII
quid additur, ut albū, aut bonū quod nō erat: aut si erat, magis album & bonū erit. Nā pro- *Ab adpositione*
pter unumquodq̄ tale & ipsum magis: qui locus ad firmandū faciet, & ad infirmādum minime: nō enim probato q̄ dulce nō fuerit, statim ipsum dulce nō erit. Additum enim dulce amaro, nō statim dulce facit, nec tm̄ ipsum dulce nō est. In quibus aūt aliquid dicitur magis aut minus, aut secūdū quid, aut ubi, aut quādo, aut alicubi inesse, dicitur & simpliciter, sed non cōtra: ut homo est simpliciter, cū nullis his cōditionibus cōtradicimus secundū quid. secundū quiddā boni ac minime simpliciter. Quare ubi nullo addito dicimus, bonum aut malū, simpliciter dicimus. LIBRO III. Cōparata problemata sub accidēte reducūtur. Cōparantur autē nō longe distātia, sicuti quid magis eligendū, felicitas an diuitiæ, cū consultatione nō egeāt, sed proxima. Quorū sunt ij loci. Primū quidē antiquius & firmius mi- *De cōparatis problemat.*
nus antiquo & firmo magis eligendū. Item quod magis eligeret bonus ac prudēs in qualibet arte uir uel lex certa, magis eligēdū. Deinde natura bonū magis q̄ arte acquisitū, ut iustitia magis q̄ iustum. Est enim iustitia hoc aliquid in genere, iustū uero minime. Nā illa in genere bono, iustum uero per accidēs. Deinde quod est per se magis q̄ per aliud, ut sanitas q̄ missio sanguinis aut exercitatio. Dein, quod est per se magis q̄ per accidens, aut amicos iustos esse q̄ inimicos. Per se enim eligendū amicis optare iustitiā, quibus bona cupimus. Inimicis uero alia de causa, ne uidelicet nobis noceāt. Prēterea honoratius meliori existēti, ut homini quidem uirtus, equo autē cursus, uirtus certe preciosior, quod etiā preciosior ac melior equo sit homo. Finis quoq̄ quàm ea quæ sunt ad finem, ut sanitas quàm medicina. Duobus uero existentibus ad finē, quod est propinquius fini, ut medicina q̄ procatharsiū. Dein, quod ad uitæ finē magis pertinet, ut uirtus diuitijs. Finis enim humanę uitæ felicitas ad quā uirtus pertinet, diuitiæ uero ad fortunā. Dein è duobus creantibus bonū præstat id cuius finis melior: ut gymnasiū quod bonā habitudinē creat magis quàm medicina, quæ sanitatem. Bona enim habitudo sanitati præstat. Et duobus itē efficiētibus finis, quod proportione præstat, uidelicet: Felicitas melior sanitate, pluris quàm sanitas, eo q̄ sanat, efficiens enim felicitatē melius quàm sanitas. Dein quod sequitur maius bonū, sequitur enim uirtus salutē, ratio uero opinionē. Magis eligēda uirtus quàm ratio. Quod melius per se & honorabilius, ut amicitia diuitijs, & iustitia sanitate. Etiā quod omni tēpore, quàm quod interdū utilius, ut panis fructibus, Illustrius minus illustri, ut ratio diuitijs. Quod magis arduū, magis enim amamus quod nō est facile adire aut cōprehēdere. Quod magis propriū quàm cōmune, ut diuitiæ, ratio, gloria, magis quàm in bello strenuitas. hæc si fit, cū multis fit, illa uero propria sunt. Vnumquodq̄ in quo tēpore magis ualet. Vt prudētia & tristitia senectuti. Robur & fortitudo iuuētuti. Et quod omni tēpore magis q̄ necessariū, ut modestia & iustitia fortitudine. Et circunstātia necessarijs meliora, ut bene uiuere quàm uiuere. Quandoq̄ etiā meliora nō magis eligenda, ut philosophari præstat quàm ditari, sed nō magis eligēdum indigēti. Etiā hoc sine hoc magis eligendū, hoc autē sine hoc minime, uidelicet, potentia sine prudentia non eligenda, at prudentia sine potētia eligenda. Et ex his quæ sunt sub eadem specie, id quod habet propriam uirtutem non habente, ut ferreus gladius magis eligendus qui sit acie temperatus, quàm aureus obtusus. Ambobus autē habētibus id quod magis habet. Præterea id quod plures habeat partes, uidelicet, utile, delectabile, honorabile, magis quàm id quod nullas aut pauciores. LIBRO IIII. Ex genere problema- *Ex genere*
ta ponuntur, ubi uidere oportet, Primum, si de aliquo prædicatur positum genus, si de illo I
nō prædicatur nō erit genus: uerbi gratia: Voluptatis bonum genus. Aliqua uoluptas non
bonum. Nō genus ergo uoluptatis bonum. Deinde si nō in quid est prædicatur, nō erit ge- II
nus: ut si quis dicat risibile genus hominis, nō erit genus: secus uero si animal dixerit, quo-
niā in quid est, prædicatur. Deinde si non in eadē diuisione ac prædicamento sint genus & III
species: uidelicet, dicat quis scientiā bonum ac pulchrum. Sed bona ac pulchra sub prædi-
camento qualitatis, scientia uero sub relatione. Genus item infirmatur, q̄ suæ speciei parti- IIII
ceps fuerit, & rationē acceperit. uerbi gratia: Homo qui recipit animalis diffinitionem, par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

V ticeps est animalis. Non item contra debet animal hominis, ut si quis dicat genus animalis aut entis & unius genus. Etiam si aliqua pro genere species alicuius ponatur, uidendum si species ea prædicatur de aliquo, de quo nõ prædicatur genus, quod si contingat problema infirmatur, ut ens & scibile nõ sunt genus opinabilis. Quoniã opinabile prædicatur de nõ ente. Multa enim nõ entia opinabilia sunt. Sed ens & scibile non prædicãtur de non ente. Deinde si quid pro genere ponatur, quod nullius specierum talis generis est particeps. Vt si quis dicat motum genus uoluptatis, non est uoluptas sub motu particeps motus specierum, quamobrem infirmabitur. Dein si genus prædicetur de paucioribus q̃ species, infirmandum: ut si quis dicat ens genus opinabilis. Opinabile enim prædicatur de pluribus q̃ ens. Nã ens & non ens sunt opinabilia. Semper enim genus de pluribus prædicatur quàm species. Dein si genus & species prædicẽtur de æqualibus, similiter infirmãdum. Vt ens & unum & omnia transcendentia cõuertuntur. Quapropter ens nõ dicetur genus unius nec contra. Similiter primum & principiũ conuertuntur. Ideo neutrũ est genus alterius. Etiã si aliquod genus ponatur, aliud genus habens quod nõ contineatur sub genere posito, infirmandum est: ut si quis posuerit lineas diuisibiles contineri sub hoc genere, quod est diuisibile, male ponitur: quoniã aliæ lineæ indiuisibiles eiusdem speciei sunt, nec cõtinentur sub hoc genere diuisibile. Sunt enim inter se indifferẽtes secundũ speciem rectæ lineæ omnes. Dein si alicui speciei adsignauerit duo genera subalternatim posita, infirmandũ problema: ut si quis dicat iustitiam speciem uirtutis & scientiæ, quia nec uirtus cõtinetur sub sciẽtia, nec scientia sub uirtute. Si quid etiam tanquam genus alicuius speciei ponatur, uidendum si ipsum & quodlibet suum superius nõ prædicatur in eo quod quid est, infirmabitur: ut si quis neget itionis genus lationem, non sufficit monstrare q̃ motus sit itio antequam monstret q̃ latio est, quoniã & alij motus sunt: sed monstrandum q̃ nullius est particeps itio secundũ eãdem diuisionem lationis. Necesse igitur quod generis est particeps, & speciei alicuius participem esse earum quæ sunt secundũ primam diuisionẽ: itio igitur neq̃ augmenti neq̃ diminutionis neq̃ aliorum motuum particeps est, manifestum q̃ lationis particeps esset: itaq̃ latio genus itionis. Dein si differẽtiam ut genus posuit deceptus forte q̃ de pluribus prædicetur: uidelicet, quis dixit immortale genus angelorum, nõ solum enim oportet esse de pluribus genus q̃ species, sed etiam in quid est prædicari. Dein si genus fecit speciem, uidelicet continuitatem genus, de contiguitate loquens, uel cõnexionem mixtionis, cum continuitas ipsa magis contiguitas sit, & connexio mixtio. Non enim omne contiguum cõtinuat. Sed bene omne continuum tangit: neq̃ omnis mixtio connexio est, sed contra omnis connexio mixtio. Vniuersaliter enim mixtio & in humidis & in siccis. Si etiam differẽtia pro specie ponatur, ut immortale non est species dei, q̃ accideret speciem dici de pluribus quàm differentiam: sed differentia semper de æqualibus aut pluribus quàm species prædicatur. Etiã differẽtia pro genere sui generis male ponitur, ut color nõ est species congregatiui. Nec numerus est species imparis. Dein, Si genus pro differentia ponatur, ut mixtura non est temperãtiæ genus, nec loci mutatio genus lationis, eò q̃ semper genus prædicatur de pluribus, quàm differentia. Deinde, Si nulla differentia generis dati prædicetur de specie illius generis. Si etiã species data sit prior natura quàm genus, uel si possit infirmare genus, male ponitur, quia magis apparet contrarium esse. Videtur enim genus esse prius natura suis speciebus, & eas interimere. Etiam si qua species alicuius proprietatis particeps sit, cui impossibile illius datum genus cõuenire, nõ erit illud genus. Vt si quis dicat: sicuti Xenocrates, numerum animæ genus, anima enim uitæ particeps, numerus uero nequaquam. Etiã si genus de specie æquiuoce prædicetur, non est genus. debet enim uniuoce. Etiã contrariam speciem positi generis considerare oportet, si eadem sub eodem est genere, uel sub contrario genere si habeat genus contrarium. Cõtraria sub eodẽ genere sunt, ut album & nigrum sub colore: sub contrario autem genere, iustitia & iniustitia, sub uirtute uidelicet & uitio. Si igitur sic se habet, firmatur genus. Si autẽ neq̃ sub eodem genere, neq̃ sub contrario est contrarium positæ speciei, infirmabitur genus. Etiã ex casibus & coniugatis, uidelicet, si bene genus est huius aduerbij fortiter, & bonum genus erit fortitudinis. Et bonus erit fortis genus. Etiam in similiter inter se habentibus, uidelicet: Similiter se habet dulce ad uoluptatem, & utile ad bonum, quãdo alterum alterius efficiens est. Si dulce uoluptatis genus, & utile boni fuerit. Item peccant qui ponunt potentiam consequentem genus habitus, ut ponentes mansuetudinem sub continentia diffiniunt iræ continentiam

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

XIII

XIIII

XV

XVI

XVII

XVIII

XIX

XX

XXI

XXII

XXIII

nentiam esse, accipientes quidem cõtinentiam ut genus, iram uero ut differentiã. Dicentes quoq̃ fortitudinem timorum cõtinentiam, & iustitiã lucrorum cõtinentiam esse. Fortem nanq̃ & iustum & mitem nõ pati. Continentem uero tãtum pati nec deduci. Non autẽ est genus potentia. Nam genus synonyme, id est, uniuoce de specie prædicatur. At potentia æquiuoce dicitur. Totã hanc opinionẽ contra Platonem tacite cõfutat. Etiã si genus sit in aliquo, uidẽdum est si species sit apta esse in illo: q̃ si non fuerit, male ponitur: ut timor non est genus uerecundiæ, quia uerecũdia in appetitu rationali. Timor autẽ in appetitu qui est rationalis expers. Similiter tristitia nõ est genus iræ, quia tristitia est in appetitu cõcupiscibili. Ira uero in irascibili. Male ponitur etiã genus si eius sit particeps species secundũ quid, ut homo non est animal secundũ quid. Item si pars integralis adsignetur pro genere: ideo corpus nõ est genus hominis, quia est pars illius. Item, si quis dicat passionem esse speciem passi. Item passio subiecti alicuius male pro genere ponetur, ut uentus non aër mobilis, sed magis aëris, patet quia remaneret idẽ aër ipso quiescẽte. Ex quo Aristoteles infert, q̃ male ueteres dicebant niuem aquam esse coagulatam, quia neq̃ nix est aqua, neq̃ lutum terra. Similiter & uinum esse aquã putrefactam in uite, sicut Empedocles. Item male ponitur genus si subiectiue in specie adsignatur. Vt album subiectiue est in niue. Ideo albũ non est genus niuis. Item male ponitur uniuocũ pro genere. Etiã si in duobus uel pluribus generibus sit & ponatur in altero illorum tantum, male ponitur. Vt fraudator uel calumniator nõ est ille qui appetit impossibile & nõ potest, uel qui potest & nõ appetit, sed qui potest & appetit simul. Ex his quoq̃ quæ sunt secundũ magis & minus infirmatur genus, si recipit magis, species uero nõ recipiat neq̃ secundũ se neq̃ secundũ nõ significantẽ per ipsam. Nã si uirtus secundũ hypothesim recipiet magis & minus: etiã iustitia & iustum recipiet magis & minus. Si igitur genus recipit, & species nõ recipiet, infirmabitur. Deinde si illud quod magis uidetur uel similiter esse genus non est genus, neq̃ illud quod minus uidetur, ut tristitia & opinio, æque similiter uidentur esse genus iræ. Cum tristatur enim iratus, & opinatur se, & exanimat se. Et tamen tristitia non est genus iræ, ergo neq̃ opinio. Eadẽ de specie ratio. Hic autẽ locus & firmanti & infirmãti admodum utilis, in quibus plura apparent de eadem specie in eo quod quid est prædicari, & nõ diffinitum sit quale est genus. Nec oportet si aliqua duo sic se habeant, ut ambo recipiant magis & minus, q̃ unum sit genus alterius, ut bonum & malum, pulchrum & album. Præterea si tam generis quàm speciei sit aliquid contrarium, tunc si illud contrarium quod est melius, ponatur in genere peioris, male ponitur: ut cum anima se ad quietem & motum habeat, & melior sit quies quàm motus, anima dici poterit magis stabilis q̃ mobilis. Postremo illud genus esse uere dicitur quod de pluribus speciebus prædicatur in eo quod quid. Quòd si nullas habeat species male ponitur, ut albi nulla est species. Inter genus autem & differẽtiam tripliciter differt. Primo genus de pluribus quàm differentia prædicatur. Deinde quod genus magis indicat quid esse rei. Tertio: Si unum coniugatorum sit genus unius, & alterum erit genus alterius: ut si musicum sit sciens, musica erit scientia: & si ambulans mouetur, ambulatio erit motus. Deinde dicit: Si aliquid sequatur ad aliquid & cum eo nõ cõuertatur, difficile erit separare quod non sit genus: ut quies semper sequitur ad tranquillitatem, & diuisibile ad numerum, sed non contra. Non tamen oportet quod ipsum sit genus: patet per hoc quod non est ens, sequitur ad omne quod fit. Nam omne quod fit non est, non tamen conuertitur. Non enim omne quod est, fit. Et tamen non ens non est genus eius quod fit. Non enim sunt non entis species. LIBRO V. Proprium firmatur & infirmatur hoc modo. Primum quidem bene ex re notiore ponitur: si minus non bene: ut si quis dicat propriũ ignis simillimum esse animæ, hoc minime ex notioribus est, quod anima magis ignoretur quàm ignis. At si quis dicat ignis proprium nobilissimum, per notiora reddidit proprium. Neq̃ in nomine æquiuoco, ut animalis proprium sentire. Sentire enim æquiuocum ad energiam & potestatem. Neq̃ si iterat idem uerbum, ut ignis proprium corpus tenuissimum corporum. Idem erit si uerbum iterat alio modo, ut terræ proprium, subst ãtia maxime corporum in inferiorem delata locum. Bis enim subst ãtiam dicit. Nam corpus nihil aliud est quàm subst ãtia. Etiam si non ab alijs separatur, ut terræ proprium ens & ferri ad ima. Etiam si idem pluribus proprijs notatur, nõ recte ponitur, ut ignis proprium tenuissimum & leuissimum corporum. Nec si quis eodem usus est, cuius proprium ponit, aut ipsius aliquo, dicens: Animalis proprium essentia, cuius species est homo. Aliquo hic utitur improprie eorum quæ sunt ani-

XXIIII

XXV

XXVI

XXVII

XXVIII

XXIX

XXX

XXXI

Ex magis & minus

XXXII

XXXIII

De proprio

I

II

III

IIII

V

VI

Universidad de Deusto
Biblioteca

malis. Si autem neq; eodem neq; eorum aliquo quæ sunt eiusdem utitur, bene datur pro-
VII prium: uidelicet, animalis proprium componi ex anima & corpore. Etiam si utitur contra-
rio uel omnino simili natura. huiuscemodi enim non faciunt natura: uidelicet, albi propri-
VIII um opponi nigro. Et rationis particeps opponi rationis experti. Itē si non semper sequens
fuerit, ut ambulare in foro alicuius propositum: non enim semper ambulat neq; solus. At
proprium magis fuerit, si dicat uirtutis proprium, eam habentem studiosum facere: infir-
matur enim proprium, quod solo sensu cognoscitur. Nam huiuscemodi procul ab oculis
incertum erit: ut si quis Solis proprium dicat astrum supra terram lapsum splēdidissimum.
IX Si autem uel sensibile quidem & ex necessitate existens, & nō tantum sensu aut die, sed no
cte manifestum: bene ponitur, ut superficiei proprium primo colorem habere. Hoc quan-
quam sensibile nō tamen semper manifestum. Infirmatur proprium si in quid est more dif-
finitionis genus posuerit. uidelicet, bene dicetur: hominis proprium animal scientiæ susce-
X ptiuum. Ad deprehēdendum proprium respicere etiam oportebit, si de omni prædicatur:
ut male quis dicat Geometræ proprium indeceptibile. Decipitur autem & hic sæpe in fal-
sa figuratione. At recte dixerit, terræ proprium ferri ad ima: quoniam nulla sit quæ non sit
huiusmodi. Etiam si de quo nomen de illo nō ratio, uel de quo ratio de illo non nomen præ-
dicatur, non erit id proprium. Contra uero si utrunq; prædicatur: superioris exemplum,
ut si animal scientiæ susceptibile probare uelim, homo autem non prædicatur, non erit id
hominis proprium. Nam ratio quidem deo conuenit, quæ homini, sed non animali. Quan-
do uero utrunq; prædicetur, exemplum: Nam quoniam de quo animal prædicatur de eo-
dem & animam habere, & de quo animam habere de eodem & animal, erit proprium ani-
XI malis habere animam. Infirmatur item proprium quando subiectum ei quod in illo dicit
proprium dat: ut si quis dicat corporis tenuissimi partes proprium esse ignem, subiectum
prædicato proprium dedit. Firmabitur si prædicatū subiecto de quo prædicatur proprium
XII tribuetur, ut terræ propriū grauissimū corporum. Infirmatur etiā cum secundū partícipa-
tionē ponitur: tunc enim in eo quod quid adiuuat magis. Et differētia quædā est, ut si homi-
nis propriū rationis particeps gressibile, bipes dicatur: hoc proprium secundū participatio-
XIII nem est, nec rectè ponitur. Contra uero firmabitur. Si nō secundū participationē, nec in eo
quod quid est infirmatur, & prædicatū subiecto cōuertitur: ut animalis proprium natū sen-
tire. Infirmatur itē si eorundē qua eadē sunt idē propriū nō est: uidelicet quoniā idem mor-
XIIII talis homo proprium mortalis, & hominis risibile. Etiā sunt quædā quæ dicuntur secundū
idē, & quædā secundū aliud quid primū. Si igitur propriū ponatur secundū primum, & ali
quid improbāti, dicēdum q̄ hoc propriū secundū idem. Si autē secundū idē propriū pona-
tur, dicendū q̄ secundū aliud: uidelicet, quoniā propriū superficiei & corporis, colorem ha-
bere: sed superficiei quidē secundū per se idem, corporis uero secundū superficiē. Si aūt su-
perficiei propriū ponitur colorem habere, dicendū & corporis: si autē corporis, superficiei
XV dicendū. Est & propriū secundū aliud quid primū uel eius quod ipsum primū. Nam si eius
quod secundū quid ponitur, & de eo ipsum prædicatur. Si uero proprium ipsius primi po-
nitur, & de eo secundū quid prædicabitur: ut si superficiei propriū datur colorē habere, &
de corpore prædicatur colorē habere. Etsi corporis dicatur, & de superficie prædicabitur.
XVI Nō igitur de quo ratio de eodē etiā nomen. Infirmatur etiā propriū quādo eidē idē datur,
XVII ut si dixerit, Pulchri propriū decēs est, idē est decēs quod pulchrū. Etiā si totius propriū nō
in parte uerum. Seu partis nō in toto, ut maris propriū salsum, nō dicit de omni mari. Pōti
enim mare nō adeo salsum. Et rursus aēris propriū respiratiuum nō dicit de omni aēre, sed
XVIII de eo qui tantū prope terrā uolutatur. At cōtra firmatur si uerū ubiq; reperīt, ut quāti cōti
Ex oppositis nui propriū in infinita diuisibile. Deinde ex oppositis cōsiderandum, & in his quæ sunt ad
aliquid, quoniā propriū dupli multum, dimidij autē parū. Si non illud neq; hoc. In cōtrarijs
autem si boni proprium lætari animum, mali est dolere: si nō illud illius, neq; hoc huius. In
his uero quæ sunt secundum habitum & priuationem, quoniā cæcitatis proprium ualde
dolere, uisus erit proprium ualde lætari. In his autē quæ sunt negantia & alentia, quoniam
uiuendi proprium sentire, & nō uiuendi proprium fuerit nō sentire. Etiam ex casibus, ut si
XIX fortiter proprium est esse inuictum & fortitudinis quoq; & fortis erit. Etiā ex similiter ha-
XX bentibus. Si quod enim similiter se habens proprium non est, neq; alterum proprium erit
quod similiter se habet. Videlicet, quoniā similiter se habet ædificator in domo cōstruēda,
& medici creare sanitatem. Si medici nō fuerit proprium creare sanitatē, neq; ædificatoris
domum

domum cōstruere. Etiam ex eodem modo se habentibus. Si em̄ eodem modo habens, eodē XXI
modo habenti cōparatur, ut eodem modo se habet prudentia ad honestum & turpe, scienti
am eorū esse, nō est autē proprium prudentiæ habere scientiam honesti, neq; scientiam ha-
bere turpis fuerit proprium. Si hoc & illud. Etiam si secundum esse dictum alicuius secun-
dum esse dicti propriū nō est, neq; secundum generari, neq; corrumpi propriū erit, ut quo- XXII
niam sanguinē generari est animalis, generari propriū. Et corrumpi sanguinē propriū cor-
rumpi sanguinē erit animalis corrumpi propriū: si nō illud neq; hoc. Item nō animalis pro-
priū esse animal, nec generari hominē propriū erit, generari animal nec corrumpi animal.
Post hæc: Ex magis & minus. Primū si id qđ magis eius qđ magis propriū nō est. Neq; id XXIII
qđ minus eius qđ minus: nec simpliciter eius qđ simpliciter, neq; minus eius quod minus: *Ex magis & minus*
uidelicet, qm̄ ignis propriū supraferri, magis ignis, magis superferri erit: si hoc & illud. De-
inde si quod magis eius quod magis propriū nō est, nec minus eius quod minus: ut qm̄ ma-
gis est animalis sentire, c̄ hominis scire, si sentire nō propriū animalis, neq; scire proprium
hominis. Tertio: Si cuius magis est propriū nō est propriū, nec cuius minus est proprium,
erit huiꝰ propriū: ut qm̄ colorē habere est magis superficiei c̄ corporis, nō erit superficiei,
neq; certe corporis. In firmatione autē nō utilis hic locus: nō em̄ fieri potest ut idem pluriū
sit propriū. Quarto si magis ens non est propriū, neq; minus ens, ut qm̄ animalis magis est
sensibile, c̄ diuisibile, nō est autē sensibile propriū: nec diuisibile animalis propriū fuerit. Si XXIIII
aūt minus fuerit & magis erit. Postremo ex similiter inexistentibus. Qm̄ similiter est cōcu- *Ex similiter in existentibꝰ*
piscibilis cōcupiscere, & rationis participē ratiocinari, nō est unū alterius propriū, neq; alte-
rum alterius. Dein ex similiter inexistentibus alicui. Si nō unū propriū illius, neq; alterū, ut XXV
qm̄ hominis similiter est & audire & uidere, nō est autē unū hominis propriū, neq; alterū.
Si unū & alterū erit. Tertio siquid duobus aliquibꝰ ens similiter nō unius est propriū neq;
alteriꝰ, ut qm̄ similiter ardere & flammæ & carbonis est, nō erit unius propriū ardere, neq;
itē alterius. In firmatione autē nō utilis hic locus: nihil em̄ propriū duobus aliquibꝰ existit.
Si uni & soli, & omni & semper. Et hæc quidē de proprio. Liber VI. Diffinitionū tracta- *De diffinitio-*
tus sic se habet. Primū quidē quærendū an bene locus diffinitus sit: deinde an diffinitus. Pri- *nibus*
mo igitur haud bene diffinitur, si nō clara utitur interpretatione, ut si hominē diffiniendo, *An locus be-*
rectambulū dicat. Deinde si æquiuocū dictū, ut generationē dicat esse ductionē in essentiā: *ne diffinitus*
nam ductio cōmune uocabulū etiam ad alui solutionē. Similiter si diffinito multipliciter di- I
cto nō distinguens dicit. Aliter si per metaphorā dixit, uidelicet scientiam ametaction, id est II
minime cōmutabilem aut translatiuā qđ columnis cōuenit: aut terrā nutricē, & temperan- III
tiam consonantiā. Si nō usitatis utitur uerbis. Vt Phalangiū dicant animal sepsidaces, id est IIII
morsu uenenato. Etiā si nō manifestus subiecti sermo. Dicens em̄ hominē esse animal sensi- V
tiuū, & sponte mobile tantū, qđ etiā cæteris cōueniat animalibus. Si etiam dicat hominem VI
grammaticū, nō em̄ omnes grammatici. Si qs multis in diffinitione uerbis inepte ac super- VII
uacue usus est, ut homo est animal sponte mobile, rationis particeps, gressibile, bipes. Itaq; VIII
hi loci infirmari si qd aut bene declarat̄, aut distinguit̄. Si contra, probari solent. Alter uero *An locus sit*
modus erat. An locus sit diffinitus, aut dixit q̄ erat. In quo primū uidendū an per priora & *diffinitus*
notiora naturæ diffinitus sit, sicut in Analyticis posterioribus diximus. Deinde si eodē uti- IX
tur diffinito, ut Sol est astrū interdiu splendens. Et dies est cursus Solis supra terrā, qđ idē X
esse ab omnibꝰ intelligit̄. Itē si nō plene diffinit, ut grāmatica est ratio recte dicendi, deficit, XI
scribendi. Itē si nō dixit propriū genus diffiniti, uel si dixit qđ supergredit̄ genus, uidelicet XII
homo est essentia rationis particeps: debuit enim animal dicere: hoc enim propriū entis ho- XIII
minis. Et si negatione diffiniat. Nam esse aliquid, non autem non esse diffinitio in medium
deferre debet, quanquam in quibusdam necessarium negatio, ut in priuationibus, uidelicet
cæcus est non habens lucem. Præterea si genus ut differentiam dixit, ut uirtutem habitum
bonum: uidetur autem bonum magis genus esse uirtutis: Etiam si nō prior differentia spe- XIIII
cie, erit differentia plus continens, quàm species. Etiam si referatur diffinitum in duo gene- XV
ra nō subalterna. Nam si ita esset contingeret eandem speciem sub duobus generibus esse, XVI
quod fieri non potest. Sed contra pedestre, alatum, genera sunt nō subalterna, & tamen am-
borum eadem differentia: id est Lepus. Soluitur: ita subalterna diximus, ut eo inferantur il-
la etiam quæ sub eodem genere cadunt. Nam si pedestre alatū subalterna nō sunt genera,
tamen sub eodem genere id est animali cadere possunt. Etiam si non reddidit differentiam
alicuius, quod sit ad aliquid, ut dicens medicinalem scientiam esse theoriticen & practicen, XVII

Universidad de Deusto
Biblioteca

XVIII XIX debuit dicere cuius rei sit theoritice. Etiam si res recipit magis & min⁹, ratio uero minime, uidelicet si albus color discretiuus uisus, quoniam recipit album. Et discretiuū similiter recipit hoc. Etiam si nō diffinit qualis & quanti. Vt ambitiosus aut appetens honoris, oportebat dicere quanti. Omnes enim honorem appetimus. His igitur uisis oportebat partem saltem, siquis totum nō poterit infirmare, sublata enim parte totum tollitur. Libro VII. De eodem & altero eodem & altero considerandum: nam & ea quæ de hoc dicuntur ad diffinitionis problema

I ta reducuntur. Primum ex casibus & cōiugatis & subiectis. Si enim iuste & fortiter idem, & fortitudo quoq; iusticiæ, & fortis iusto idem fuerit. Si minus primum, neq; hoc secun-

II dum. Rursus ex efficientibus & corrumpentibus. Si enim efficiēs felicitatis idem efficienti sanitatis, & corrumpens quoq; corrumpenti, & felicitas sanitati idem. Etiam ex acciden-

III tibus ex his quę fuerint alijs subiectis, alijs uero minime, ut si quis dicat medicinalē & gymnasticam idem esse, uerum huic accidit curare, illi uero nequaq̄, non ergo idem. Si autē eadem accidentia utriq; subiectis contingant, sic dicatur. Album scientiæ idem, uerum alte-

IIII rum corpori, altera animo accidit, nō ergo idem. Nō propterea, si quædam idem recipiunt accidens, inter se eadem sunt, ut bonum recipit & animal & planta, nō tamen & animal & planta idem. Non etiam sunt eadem, quorum diuersum est genus. Etiam ex magis, si hoc re-

V cipit magis, hoc uero minime, uidelicet album & Socrates, licet idem subiecto, non tamen ratione. Etiam quoniam multifariam idem dicitur, & genere & specie & numero, licet di-

Idem pro infirmante cere infirmanti, quod secundum alium modum idem. Si autem firmare uolumus idem, uel

Idem pro firmante diffinitionem in monstrando eandem diffinitionem diffinito, primum quidem oportet adferamus, quod nulli uel pauci disputantium de diffinitione syllogizant, sed omnes principium tale accipiunt. Deinde quod alterius est diligentiæ & tractatus, de ipso reddere rationem id est metaphysicæ. Nunc autem quantū ad præsentem pertinet usum idem dicitur. Etiam considerare oportet ex oppositis. Si enim talis diffinitio huius, & opposita oppositi. Disciplinæ enim contrariorū contrariæ sunt. Videlicet quoniam collectiuum nigri, Discre-

VI tiuum albi, Cōmune autem genus color. Est & ex magis & ex similiter, quotienscunq; reci-

VII pit cōfirmare duo & ad duo cōparata, ut si magis hæc huius diffinitio quàm hæc huius. Si minus & magis: uidelicet minus uidetur diffinitio animæ dicendo numerum esse seipsum mouentem, uel corporis dicendo esse essentiam triplicem dimensionē. Si minus uisa est animæ diffinitio, certe nec corporis. Etiam si similiter locus hic huius, & alter alterius & reliquus reliqui. Videlicet similiter uidentur diffinitionis, ignis quidem corpus tenuissimū & aptum supra ferri. Et aeris corpus. Non omnes secundum locum motus secundū naturam sunt. Si unus unius diffinitio & alius alterius. Vnius autem diffinitio ad duo cōparata, uel duarum diffinitionum ad unum, nihil utilis est magis consideratio. Neq; enim unum duo-

VIII rum, neq; duo eiusdem diffinitionis possibile est esse. Sunt autem opportunissimi omnium locorum ex casibus & cōiugatis & oppositis, & ex similiter se habentibus, ut si salubre qđ sanitatis effectiuum, & robustum effectiuum roboris. Item ex magis & minus. Nam si hoc

IX magis quàm hoc diffinitio, & qđ minus est. Est tamē ergo de quo magis. Illa præterea cōmunia, respicere oportebit singulas species, si cōgrua sit diffinitio. Multo em̄ facilius infirmare q̄ firmare diffinitionem, q̄ oporteat multa adducere ac reperire, quorū si unum tantū

X ruat, cætera infirmantur. Sed & in genere & in proprio idē cōtingit præterq̄ in particulari

Infirmare diffinitionem genus item ac proprium facilius accidente ubi facilior est firmatio. Infirmatio uero difficilior. Firmans em̄ ostendit accidere alicui. At infirmans nulli, quod longe difficilius. Sed de firmatione & infirmatione pro-

De firmatione & infirmatione blematum hæc in uniuersum dicimus. Quod infirmare quidem uniuersalia facile, firmare autem difficile. Contra uero infirmare quidem particularia difficile, & firmare facile. uerbi gratia. Dicit quis: omne animal maxillam inferiorem mouet, monstrabit aliquis crocodilū, qui superiorem mouet, & sic firmauit nō omnis, & omnis sustulit. Sic & in particularibus aliquis per nullus infirmabitur. Libro VIII. De ordine & quomodo interrogare opus. Primum nanq; docuit locos, unde quis argumentorum copiam inueniat. Deinde quæ secum formet argumenta. Quæ tertio ad alterū exire faciāt. Sed tertiⁿ hic locus dialectici propriⁿ. Cætera cū philosopho cōmunia. Nam inuenit philosophus & formar, sed nō interrogat, ut maximis propositionibⁿ naturaliter manifestis suffultus. Dialecticus uero ex probabilibus interrogat respondentē. A cuius demū responso argumenta facit. Sed de reliquis postea, nunc de ordine interrogandi. Igitur uidendū q̄t sunt propositiones preter necessarias. Nā necessariæ demonstranti conueniunt. Non necessariæ igitur IIII. uel inductoriæ ad uniuersale

sale probandum, uel ampliatoriæ, uel ad occultationem illationis, uel ad claritatem oratio- *Non necessariæ propositiones IIII*
nis. Quæ autem ad occultationem, certandi gratia nam & eæ in usum ueniunt, cum tota res contra alterum fiat: his sic utimur, inductorijs à particularibus ad uniuersalia, à manifestis ad obscura. Occultantem uero patrocinari nō solum illis propositionibus per quas infertur conclusio, sed etiam illis quæ ad eas utiles sunt. Item illationes non ad suas ueras propositiones opponere, sed ad tumultum illum ratiocinatiuum: de quibus supra. Atq; ut uno uerbo, ut cogatur respondens rogare propter quid illa conclusio inferatur. Vtile quoq; fuerit, & in pluribus concludendis prætermittendas propositiones non ordinate, sed cōfusim sumere. Vtile & in uniuersali probando ad occultandum uti diffinitione, ex qua fiat propositio uniuersalis, uti autem nō ipso, sed in coniugato. Facilius enim adsentitur respondens, & minori instantia assurgit: ut ostendere uolens omnem iratum appetentem uindictæ, non iratum diffiniat, sed iram quæ est uindictæ appetitus. Multa quoq; alia ad occultanda documenta ponuntur in ipso autore uidenda.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXXVIII.

In phyſicam Acroaſim.

HIVSCEMODI libri argumentum de principijs inuestigare: quoniam nosse quidem entia sicuti cæteras doctrinas haud aliter contingit quàm si horū causæ ac elementa prius cognoscantur. Principia uero alia apud alios existimantur. Quoniam autem cōmunis est ea dignitas apud omnes philosophos: E nihilo nihil gigni, sed omia ex aliquo existente, uerum simpliciore ac priore, ut principij principiū nō quæramus & aliud simplici⁹, Melissus & Parmenides unum ens, sed alter *Melissus Parmenides* finitum & mobile, alter uero Melissus infinitum & immobile posue- *Ens æquiuoc.*
re. Quam quidem opinionem, in qua & Plato fuit, postquam nōnullis Aristoteles rationi- *Contra Plat.*
bus confutauit: Ens ponit similiter & ipse unum, sed æquiuocum, solus omnium cōtra Platonem præcipue ac superiores: quum & illi præter substantiam quicquid esset, id est, accidens non esse dicitando, ens planè alterum fateri uiderentur, de quo etiam in Methaphysica pluribus disserā. Post hæc eos refellit qui paulo naturalius ac altius de his loquuti sunt, sanè omnes in uno cōuenientes, ut ex contrarijs principia constent: nōnulli densum & rarum. Plato paruum & magnum, alij par & impar, aut cōcordiam & discordiam, aut calidū *Anaxagor.*
& frigidū, aut humidū & siccū, alij quandā cōgregationem & secretionē. Anaxagoras Clazomenius homœomerias subijcit, id est, è pluribus minimis partibus similibus integrū aliquod simile fieri, ut ex atomis ignis, ignem. Democrit⁹ & Leucippus ex his atomis quę in *Democritus*
sole per aëra tenuissimæ, puluereæq; apparēt, cuncta cōstituebant. Empedocles unà cū quatuor elementis amicitiā & inimiciam, q̄ è sympathia elementorū, id est concordi rerum di- *Empedocl.*
scordia res procreatæ coirent. Thales Milesius aquam, q̄ in ea cætera continentur elemen- *Sympathia*
ta. Primum em̄ terreū quiddam in ea subsistit. Deficiens in aëra resoluitur, & ex aëre demū *Thales*
tenuissimo ignis procreatur. Hippo. & Diogenes aërem, q̄ occultiores in eo differentias ui- *Hippocrates*
derent, ut calidi & humidi. Heraclitus Ephesius ignem ut reliquorum tenuissimū. Pythago- *Diogenes*
ras numeros & monada identitatis: Diada uero alteritatis esse. Sic em̄ inopia uocabulorū *Heraclitus*
appellari liceat, q̄ uidelicet res fierent, cū planè in unū coirent, ac tunc desinerent, cū in plu- *Pythago.*
ra rursus dissoluerentur. His alia coelementa adijciebat. Hesiodus Chaos dixit in Theogonia. ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' αὐτὰρ ἔπειτα γαῖ' εὐρύστερνος: Chaos appellans locū qui corpus *Hesiodus*
recipit: nam ex χῶ τὸ χωρῶ, id est, capio, etymū trahere uidetur. Orpheus in argonauticis: φάνητα, id est, phaneten opinatur, quod idem est quod amor, qui primus (ut idem poeta interpretatur) ex Chao apparuit, per quem reliqua omnia lucem & manifestationē suscepere. *Orpheus Phanes*
Homerus primum deorum Vestam esse principium dixit, quam ἑστίαν uocat, hinc rerū permanentiam declarare uolens. Plato quinq; in primis uniuersalia posuit, essentiam: sic enim *Homerus Plato*
Cicero substantiam uocat: idem, alterū, motum & statum. Principia uero rerum deum & Ideas, id est, rerum omniū species ingenitas, paresq; deo æternitate, quas è nostris quidam pie diuinam mentem interpretati sunt. Has autē ideas uti formas, cum hyle, id est, materia coniunctas intellexit: nec alteram ab altera nisi tantum mente & cogitatione separari, ut in statua forma & materia secretas nō quidem uidemus, sed intelligimus. Aristoteles uero ex *Ideæ Platonicæ*

superiori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tria principia

superioribus magis Platonem sectatus, materiam ac formam ut ille quidē posuit, sed sepa-
ratas, quibus & priuationē tertiam addidit ex accidente ac extrinsecus principiū: in quorū
omnium demonstrationibus sensum cum ratione cōiunxit, nō imitatus Epicurum, qui tan
tum oculis credens Solē pedaneū, id est unius pedis magnitudine iudicauit. Nec etiam Ze
nonem, qui ratione tantū fretus Solem minime moueri dicebat. Quoniā motus principiū
nō haberet, principiū autē infiniti nō est, infinitū est cursus quem ille peragit, ut continua
quantitas. Cæterum cum rerum contrarietatem ponant, nō errare dicit, ac fere eadem om-
nes, quanq; uideantur differre, posuisse, sed alij quidē ratione, alij sensu magis nota ponen-
tes. Cōfutat autē eos qui generationem & corruptionem negant. Præterea rerū principiū
tantum unum & infinitū. Affert & ipse opinionem suam, duo cōtraria statuens principia,
Hyle formam & priuationem. Tertium quoq; hylen tanq; necessarium subiectum. Tot igitur ui
debant necessaria principia, quot ex cōtrarijs res naturales fierent, ac rursus in cōtraria re-
Priuatio soluerentur. Ex amuso uidelicet musicum fit. & item in amusum redit. Quod autē priuatio
sit necessaria hoc modo probat: id est principiū alicuius, quod ipsum est medium per quod
fit, sed materia naturaliter formā appetit per priuationem, ergo priuatio principium. Qua-
re species & priuatio recte horum causa sunt, quarū altera sua præsentia causa per se est. Pri
uatio uero sui absentia causa generationis ex accidente. Non eñ ποιότης, id est, factio, esset
non existente priuatione eius rei quæ fit. Hac igitur absente species introducitur, præsente
Materia recedit. Hæc inter se non habitus oppositione ueluti usus cæcitati, sed contrarietate conue
niunt. Quæ quanquā diuersa, in subiecto aliquo fieri necesse est, quod hylen uocant. Hæc
est materia prima ingenita, immortalis, incorporea, mente perceptibilis, nō substantia, sed
substantiæ pars: quam Aristoteles, per analogiam cognosci dicit, per quam simile quid de-
monstratur: ut quod usus in corpore, hoc in anima mens, & quod est æs statuæ, hoc in na
tura materia formę. Plato autem per cogitationem quandam impropriam deprehendi scri
bit. Impropriam uocat, quod cogitatio est in his quæ sunt: hæc autem nihil est entium, sed
tantum infinitum ac in potestate: quum uero in formam redigitur, unū aliquid fit, nec am-
plius infinitum. Non esse autem, quinq; secundum eum modis dicitur: Primo quod uocat
Hyperusion hyperusion, quod est ipse deus quasi super omnē essentiam: Deinde metusion quasi essen-
Metusion tiæ participans, quod (ut dixi) primæ materiæ conuenit. Quorum alterum supra omnia, al
Heterotes terum infra omnia sit. Tertio alteritas secundū Græcos seu pluralitas, quando ex pluribus
Mendacium unum fit siue in plura resoluuntur: iam esse uel non cœpit uel desijt. Quarto mendacium.
Non ens Postremo quod nō est, ut quod diametros symmetros existat. Libro secundo naturam dif-
Natura finit esse principium motus. Entium naturalium quædam esse animantia, quædam inanī-
ma. Et horum quædam mixta, quædam simplicia. Animantia & mixta omnia principium
in se motus habent, à contrarijs enim corrumpuntur & fiunt. Simplicia uero, ut elementa,
ab externo agente mouentur & alterantur, apta alioquin id est per se recipere. Eodem mo
do & artificialia, nisi forte ex accidente per se moueantur: ut medicus ęgrotus qui seipsum
curet, quod ut medico accidit, non ut ægroto. Præterea quum natura materiam contineat
& formam, materiā tantum non nulli ad eam pertinere dixerunt: nam & grabatum ligneū
si corrumpatur nō in alterū cōuertitur grabatum, sed terram, sicuti & æris statua in aquam
quæ materia omnium liquabilium est. At qui formam maluerunt sic probauerunt, ob for-
mam agere tantum naturam: nec res nominari aliquo modo aut dici, nisi ex entelechia per
fecta & absoluta: quū eñ in potestate sit nō æs uocari aut dom⁹. Cuius igitur gratia, id est,
Scientia naturalis ac matheseos similis causa finalis seu formalis, in naturalibus præualet. Post hæc quū astrologia, musica, & per
spectiua intermedię sint artes, eas ad matheśim magis spectare cōtendit, similitudinēq; quā
dam inter naturalē & mathematicę scientiā demonstrat, quū circa corpora utraq; uersetur
& lineas & superficies & notas: uerū altera de his quanq; in materia, cū abstractione tamē
materiæ cōsiderat: altera uero naturalis corpus naturale metitur, in materiaq; omnino uer-
satur. Ex his astrologia, ualde cū naturali cōsentanea. Nam & utriusq; officiū est Solem Lu
De causis namq; ac cœlū ipsum uestigare, motumq; perquirere. Hinc demū ad causas ingredit, sine
quibus nihil est in rebus naturæ aliqd demonstrate. Omnis eñ causa principiū, sed nō cō-
tra: nam principiū præter causam ordinem quendā præ se ferr, ut in quanto nota principiū
Causæ lineę, & unitas principium numeri, & κίνημα motus. Causas Aristoteles quatuor ponit, sed
Concausæ propriæ appellatæ duæ, efficiens, finalis, Concausæ totidem, materialis, formalis: hac inter
se differentia, quod hæ cum causato coniunctæ, illæ discretæ. Causam igitur efficientem in
rebus

rebus naturalibus Aristoteles naturā primū posuit. Plato autem pulchrius organicam eam
constituit, moram ab ipso deo, quem causam efficientē esse uoluit, mouentem nihilominus
& ipsam corpora physica, ex quo potius cōcausam appellauit. Exemplarem uero Ideas po
suit, quas cōditoris dei mentem pie possumus interpretari: Materialem elementa, Finalem
& formalem eandem natura intendit, quū omnia formæ gratia cōtendat. Hæc omnia in ar
te cōspicimus, ut in domo efficiens causa ædificator, finalis imbrium uitatio. Materialis, la
pides & ligna, formalis figura ipsa: organicam siquis quærat, inueniet cathetum, normam,
trullam, & his similia. Exemplarē uero ipsius cōditoris & architecti designationē ac men
tem. Causarum itē & entium, id est, causatorum, quædam per se, quædam ex accidente: ut
causa efficiens statuæ per se statuarius, ex accidente uero Polycletus uel albus uel musicus.
Accidit eñ statuario Polycletū uocari, & album aut musicū esse. Similiter & causatū per se
statua fuerit, ex accidente uero Socrates forte & tricubitalis seu rubra. Accidit eñ statuæ
propter Socratē fieri ac uocari Socratē & tricubitalem aut rubrā esse. Est quoq; causarū & *Causæ*
causatorum tertia diuisio: uidelicet quædam propinquæ, quædā remotiores sunt, tam per *Propinquæ*
se q̄ ex accidente. Quædam etiam actu, & quędam potestate. Versaī & illa quæstio. Quid *Remotiores*
prius, causa an causatū: utrūq; simul & energia dicendū, qm̄ alterū alteri inuicem eodemq;
tempore uim præbeat ac nomen. Si tamē propinquior causa eligatur, ut ædificans & ædifi
cium simul sunt, & altera ab altero nomen accipit. Non itē causa remotior, ut homo & ædi
ficium. Potestate autē possunt quidem nō esse simul, ut si ædificator periret remanente do-
mo, uel cōtra. Sunt etiam quædā inuicem causæ, ut labor causa ualetudinis & ualetudo la-
boris. Posthæc quū nōnulli cuncta ratione occulta fieri, ac nihil temere putent: Aristo. sol⁹
fortunā & casum inter causas ponit agentes ex accidente, & ex genere raro cōtingentium: *De fortuna & casu*
hac tamen inter eos differentia, q̄ fortuna in his quæ secundū electionem sunt, & ab extrin
seco agente, ac in ratione plerunq; bonorū ponit: quapropter nec inanimis nec brutis nec
pueris, q cōsilio careant, euenit. Fortunæ nanq; ceu temere fuerit, aliud eligere, aliud eueni
re, idq; tribus modis: Aut optatum assequi finem, & obiter præter spem aliud cōtingere, ut
si fodiens ædificandi gratia thesaurum inueniat: Vel alium assequi finem q̄ eum qui inten
ditur: ut si amicū obuiam quis habeat, aliud in foro frustra quæritans: Postremo si non finis
omnino qui intenditur cōsequatur. Casus autē ex his q̄ præter electionem eueniunt, quod
Græcum declarat uocabulum αὐτόματον, secundum naturam tamen euenit, ut brutis ac ina
nimis quæ electione rationeq; carent: ut si ex lapide sponte cadente quiescens intereat, cau
sa mortis per se lapis fuit, ex accidente uero casus. Præterea casus ampliore dicitur potesta-
te: nam omnis fortuna casus, non item contra. Fortunæ quoq; infinitæ sunt causæ, ratio ue
ro eorū quæ semper aut frequenter. Fortuna item causæq; cæcæ quoad nos, quoad deum
naturamq; manifestæ. Insuper bona fortuna, εὐτυχία, mala autem δυσυχία dicitur. Bona er-
go fortuna felicitas quædam erit. Felicitas autem actio quædam. Nihil agentem neq; for-
tunatum esse contingit. Libro tertio motum & infinitum exequitur. Entiū enim quædam *De motu*
sunt principia motus, ut de⁹ omniū motor, ut anima quæ animalia mouet. & natura à qua
res naturales mouentur intrinsecus, quamuis aliam extrinsecus causam uideantur habere.
Nonnulla uero sunt motus, ut generationes, augmenta, alterationes, secundum locum mu
tationes: quædam principia motuū, ut materia & forma: aliqua sunt mota, ut corpora sim-
plicia & composita: alia sunt in motis accidentia, ut locus & tempus: quędam propter locū
& tempus, ut uacuum & infinitum. Corpus igitur in loco est, motus autē in corpore, tem- *Motus diffi-*
pus uero in motu, de quo nunc agitur. Hic (secundū Aristotelis diffinitionē) energia est en *nitio*
tis potestate qua potestate. Ens eñ potestate dupliciter dicitur. Primo imperfectā tantū cō- *Ens potestatè*
tinet applicationē ad motum: ut dicimus semen potestate animal, & puerū potestate musi- *bifariam*
cum. Secundo perfectam indicat facultatē ac dispositionē ad agendū, ut Aristoxenus iam *Ens energia*
musicus factus, nō citharizans, sed potens citharizare. Et ignis potestate calorificus, q nō
calefacit. Totidem modis & ens energia dicitur, ut quod modo diximus, Aristoxenus arte
musicus musicam nō exercens, Secundo cū musicam exercet. Nam ens potestate secundo
modo & ens energia primo modo idē sunt. Igit̄ motus imperfectus entis potestate in ener
giam primam perducitur, & ex hac in secundam. His itaq; cognitis motus dicitur energia
ac relatio moti ad mouentem, hoc est, patientis ad agentem tanquam accidens quoddam
substantijs adiectū. Ex parte igitur mouentis perfect⁹ est actus, ex parte moti imperfectus.
Quoniā mouens qd⁹ est ens actu agere certe potest secundū quod energia & natura perfe-
ctum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum,quod enim dicitur,hoc est.Motum uero quod est ens potestate patitur,qua potesta-
te, & est imperfectum,quod enim dicitur nondum est. Itaq; utrunq; in eodem fit subiecto
uerbi gratia:Democrates colore rufus,morbo pallidus factus erat,energia rufus, potestate
uero pallidus,quandoquidem potuit fieri pallidus. Igitur qua rufus nõ dicebatur moueri,
qua uero pallidus quoniam potestate contingit quando cœpit pallescere, & ab ente pote-
state pallido in ens energia pallidum processit,tunc ad pallidum dicebatur moueri. Et erat
pallor motus, energia enim entis potestate pallidi Democratis, qua ens potestate, hoc est,
secundum quod aptus erat fieri pallidus. Quando autem factus est pallidus non amplius
secundum pallidum motus erat,sed constitit in pallido.Eodem modo & omne energia ens
qua energia minime mouetur, qua potestate mouetur. Sed non diceretur moueri qua po-
testate manente tantum potestate & sola ad motum applicatione.Sed cum ab ente potesta
ta transit in ens energia,manente etiam potestate tunc moueri dicitur. Ideo hoc additur ad
motus diffinitionem, uidelicet qua potestate, ut etsi subiecto idem est ens potestate & ens
energia,secundum quod ens potestate factus motus tantum cõsideratur,& quousq; etiam
seruetur potestas.Nam hac percunte motus non est. Quare hoc motus ab ente energia dif
fert,quod in hoc perit potestas, in motu autẽ manente potestate motus energia perficitur.
His hoc modo diffinitis patet, quod motus à mouente quidem incipit, & desinit,firmatur
uero & consistit in moto & patiente:ut ædificatio, hoc est,energia ædificantis ab ædifica-
Adfectus ex motibus tore quidem in ædificato est,ædificare uero motum esse significat.Adfectus enim ex moti
bus procedentes motus non sunt,sed effecta motuum.Deinceps de infinito disserit,quoni-
De infinito am infinitum & motus est & temporis ueluti continuorum mensura,Pythagoram & Pla-
Cõtra Pytha-goram & Platonem tonem parum physice locutos redarguit,qui infinitum substantiam posuerunt.Sed alter in
numeris & in rebus sensibilibus constituit. Nam numerus extra sensibilia non est. Alter
Plato tam sensibilibus, quàm insensibilibus, quod numeros posuerit infinitos simplici-
ter & ideas ac sine loco. Alter item parem numerum infinitum magnum posuit, quod ex
additione parium nunquam ex quadrato uariet,at bene ex impari.Plato duo infiniti prin-
cipia,magnum & paruum constituit,quod alterum in infinitum per numeros augetur,al-
Anaxagoras terum in cõtinuo semp diminuit.Anaxagoras:& Democrit⁹:aliquanto naturalius elemen
ta dixerunt infinita esse,diuerso tamen modo, Alter enim ex infinitis partib⁹ homogeneis
Democritus siue homœomeris: Democritus autem ex semine omnium figurarum per continuum con
tactum,hoc est,ex infinitis partibus atomorum.Arist.uero negat quicquã ex contactu pro
cedere in infinitum,quod unumquodq; corpus sit per se terminatũ.Deinde quatuor enar-
rat conditiones,quas antiqui infinito tribuebant: Primam quod infinitum est principium:
Deinde quod ingenitum,attamen corruptibile,quum finem quandoq; sit habiturum:Ter-
tiam quod contineat & gubernet omnia. Nonnulli uero diuinum quiddam & immortale
Anaximan. dixerunt sicut Anaximander.Infinitũ quinq; dicitur modis:Primo sine ulla parte & quan-
Infinitum v. modis titate,ut nota in linea:terminus est em lineæ nota, quanquã ipsa termino caret,ut q̃ nullam
possideat partem:cuius enim nulla pars,terminus etiam nullus:ex quo quantæcunq; simul
notæ congrediantur,lineæ partem non conficiunt uel minimam:quoniam nõ inuicem cõ-
tingunt. Quã igitur nota in linea rationem habet,eandem & in tempore nunc,& in motu
κίνημα. Secundo cuius figuræ terminum non est inuenire, ueluti in sphæricis,quod in his
idem semper cursus principio fineq; caret: quanquam & hoc modo iure infinitum ab Ari
stotele dicitur,cuius est proprium nõ idem accipere. Tertio quum res difficilis inuentu,ut
inextricabilis error labyrinthi apud Cretenses,apud Lacedæmonios Ciadas locus damna-
torum.Postremo magis omnibus proprie dicitur infinitum,cuius est semper non idem ac-
cipere,ut in numeris adspicitur addendo,in cõtinuo uero minuendo.Et in additione quidẽ
futurũ tempus adnotat,in diminutione uero præteritũ: utrunq; autẽ tantũ potestate infini
tum est,q̃ potest hoc quidẽ augeri,illud diminui semper: neq; em numerus est energia infi
nitus,neq; itẽ ulla magnitudo. Cõtra infinitũ energia Aristoteles multis argumentis disse-
Confutatio Pla. & Py-thagoræ rit.Primũ cõtra Platonẽ,q̃ infinitũ extra sensilia nõ est,quoniã circa quantũ & magnitudi-
nes & multitudines: aliter nõ esset diuisibile: si nõ diuisibile,nõ infinitũ.Cõtra Pythagorã
uero probat nullum numerum esse infinitum. Nullũ em numeratũ aut numerabile est in-
Infinitum energia simul & potestate finitum,sed omnis numerus est numeratus aut numerabilis,ergo nullus numer⁹ est infini-
tus.Præterea qcquid est in loco,est finitũ,corpus est huiusmodi,ergo finitũ:assumptũ mai⁹
probatur quod species loci sunt finitæ,ut ante,sursum,deorsum.Idem monstrat & potesta
te &

te & energia posse quandoq; infinitum esse:ut quæ habent non ut essentiam energia fini-
tam:sicut homo,& domus:sed esse eorum est,fieri alterum post alterum succedẽdo:quod
Græci, ἀνυπόστατον κατὰ ἐπιγένεσιν,dicunt:ut certamẽ,& dies:est enim & esse certamen ener
gia,& posse certamen fieri potestate.In hominibus uero etiam infinitũ,non per se,sed suc-
cedendo alterum alteri consistit. Infinitum esse dicit non secundum antiquorum diffinitio- *Cõtra ueterũ diffinitionem.*
nem.Non enim id cuius nihil extra,sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitũ. Cuius
autem nihil extra,hoc perfectum est & totum. Sic enim diffinire solemus totum, cuius ad
partes nihil abest extra, uidelicet hominem uel animal. Contra item Melissum,qui totum
uniuersum infinitum esse dicitabat, probat totum & infinitum tanquam pugnantia non
conuenire. Similiter contra Platonem, qui aliquid simile dixit, uidelicet id esse infinitum,
quod in seipso omnia habeat,omniaq; contineat.Nã quod ἄπειρον,id est,infinitũ dicebant, *ἄπειρον*
id siquidem materia prima est,quæ forma caret.Quapropter non totum, sed pars totius,si
cuti æs æneæ statuæ reperitur.Libro quarto.Quum corpus in loco sit, & secũdum locum *De loco*
moueatur,iure loci rationes ut corporis appendices enarrãtur.Sicuti etiam motus & tem-
pus.In quæstione primum an sit.Igitur locum negãtes hoc modo probant. Si omne ens in
loco,locus autem ens:erit locus in loco:& hoc in infinitum.Et rursus:si est,erunt & notæ,
& lineæ, & superficiei loca propria: quod minime contingit. Præterea ex corporum au-
gmẽto aut diminutione erit:erit item loco augeri & diminui.Quod autem sit,manifestum
ex mutatione,quum aqua è uase exeunte aer ingreditur:& contrà.Ex quo patet,quod lo-
cus est aliquid,præter inhærẽtia & commutata. Superiores rationes per loci diffinitionem
mox facile confutabuntur.Quum unum è quatuor locum esse oporteat,aut materiam,aut
formam,aut interuallum in medio terminorum,aut terminos ipsos,quod nullum duorum
priorum sit,demonstrat:quoniam illa in unum coeant, locans autem & locatum minime.
Sed neq; tertium,quum uacuum non admittat natura. Restat ut terminus sit,& superfici-
es immobilis complectentis locatum.Igitur aer extremus complectens nostri corporis su-
perficiem,erit locus noster: & curua cœli superficies locus est ætheris. Contactus autem
ætheris ad hypercauma,locus est elemẽtorum sublimiũ:& deinceps. Ex quo patet,q̃ non
sit necesse duo simul esse corpora in eodem loco,neq; locũ propterea augeri:quum superfi
cies corpus non sit, ac propterea locus incorporeus, aptus tamen recipere dimensiones &
spacia,secundum locati magnitudinem.Ex quo nihil maius aut minus est,quàm corpus lo
catum.hoc tamen si contiguum fuerit,& non continuum:nam cõtinuum ens non in loco
dici poterit,sed pars in toto:nec in illo moueri,sed cum illo. Cõfutat deinde Platonem,qui
cum materiam posuerit cõmunem omnibus locum,ideas & numeros in loco minime po-
suit.Esse præterea aliud in alio octo modis declarat.Sicut sunt pars in toto,totum in parte: *Aliud in alio octo modis*
species in genere,genus in specie.Et hæc quatuor secundũ totum & partes:reliqua secun-
dum causas:ut forma in materia:res in agente,& motus in motore:res in suo optimo & fi-
ne:postremo magis omnibus proprium,res sicut in uase,& sicut in loco suo.Rursus locus *Locus*
multifariã dicitur:mutabilis,immutabilis,cõmunis,proprius,naturalis, ex accidente. Vas *Metapho retus*
igitur locus dicetur,ait, μεταφόρητος.id est,trãslatitius & mutabilis:sicuti immutabilis uas *Ametapho retus*
appellatur ἀμεταφόρητον, id est,minime translatitium:q̃ uere locus est exemplo nauis,quæ *Naturalis*
quamuis in fluminis parte tanq̃ in uase sit:nõ in eo dicitur esse loco,sed in flumine toto: & *Ex accidente*
hic proprie dicetur locus.Naturalis autẽ locus species habet duas:sursum,ac deorsum.Le- *locus*
uia nãq; sicuti ignis & aer,sursum tendunt:grauia uero ad mediũ,ut terra & aqua,quæ sibi
inuicem loca sunt ex ordine sphærarum.Ex his aliquæ partes actu sunt in loco:ut extrema
superficies locati:aliquæ potestate,ut sunt cæteræ partes se inuicem tangentes:ueluti aeris
& aquæ,quæ q̃uis fluant exagitatæ & cõmotæ eundem tamẽ in uniuersum cum toto reti
nent locum. At locus ex accidẽte is fuerit,qui introductitius est singulis partibus:siue illæ
moueant,siue quiescãt:quã Græci ἐνταξίαν uocant,id est rectũ ordinẽ dispositionũ partium *εὐταξία*
locatarum.Postremo dicit,cœlum non esse in loco,cum extra cœlum nihil sit:tamẽ motus *Quod cœlum nõ est in loco.*
insunt partibus:altera enim pars alteri succedit in loco secundũ accidens:ac altera ab altera
cõtinetur,ut aqua ab aere,aer ab igne,ignis ab æthere,æther ab ultima sphæra. Vltimæ ue
ro sphæræ cum nec locum concedat,neq; neget:dicatq; aptam locum recipere,cum sit mo
bilis quoddam quiescens,quod tamen non sit corpus,neq; proprie locus,nisi ex accidente
fit mobilis:occasionẽ posteris dedit multa super his uana ac inter se pugnantia cõmentãdi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ſcitu quidē ſuperuacua,ut aliqui dixerint, cētrum tanq̄ rem ſtabilem eius eſſe locum: nonnulli ultimam cœli ſuperficiē:ac alij alia. Poſt hæc de uacuo.Phyſica etiam conſideratio,ſi eſt,an non,& quid eſt,& quomodo. Quidam locum ſine corpore uacuum ponūt. Teſtantur enim niſi uacuum ſit,neq̄ motus ſecundū locum eſſe poſſe,neq̄ augmentum,neq̄ diminutionē. Vbi enim uidebitur aliquid moueri exiſtēte pleno uniuerſo? Quod enim auctum fuerit in pleno,quò abibit? Et rurſus,ſi totum aliquid per corruptionē remiſit,neceſſe ut maius ad minus redeat,uacuumq̄ propterea appareat. Vas item cinere plenū, uacuum monſtrare uidetur,cum tantundem nihilominus aquæ capiat. Pythagorei quoq̄ idem diuerſis innixi rationibus ſentiunt:niſi enim aiunt unum à duobus,& deinceps uacuo diſtingueretur:certe unum & duo ſimul eſſent. Hæc itaq̄ atq̄ his ſimilia ſolent adducere. Quæ quidem hoc modo confutātur,uacuum non eſſe cauſam motus:nam huiuſcemodi per uacuum motus,aut ſecundum,aut præter naturam erit:ſed non ſecundū naturam erit,quum omnis uiolentus motus ſit poſterior motu ſecundū naturam. Sed quonam pacto fuerit motus per uacuum ſecundum naturam,cum uacuum nihil ſit? In non ente nulla differētia aut ſupra aut ſubtus locorum,ad quæ uidemus naturaliter corpora ſimpliciora per ſe tendere. Et ſi ignis eſt delatus,ubi firmabitur,cum ſupra non ſit:ubi etiam terra deſcendet aut ſubſtiterit,cum ſubtus aut medium ceſſet? Eſt quoq̄ illa ratio non parua:q̄ per uacuum ſine tempore corpora mouerentur. Motus autē ſine tempore non eſt. Aſſumptū monſtratur. Corporum citius aliud alio fertur,ſecūdum eius & leuitatem & etiam tenuitatē loci,per quem trāſiturum eſt. Citius enim penetrat aquam quàm terram,& aqua citius aerem,donec per uacuum nullum ſit tempus. Contendunt etiam per rarum & denſum quidē idem monſtrare,quos item Ariſtoteles confutat, probās q̄ materia ſit una calidi & frigidi,& omniū contrariorum. Eſt & corporis tam magni quàm parui eadem materia,eademq̄ uis, cum ex poteſtate ſit energia,ut cum ſit aer,& contrà,Igitur cum denſum & rarum ſit idem & una materia,non propter uacuum fuerit:ſed ob corporum generationē ac tranſmutationē, ubi & reſolutione & agglutinatione opus eſt. Sed & cum alia ſint quæ uacui rationem cōfutent, tum experientia ſenſusq̄. Vaſa enim ore anguſto ſtatim ac facile fonti inuerſa implerētur aqua,nullo per uacuum corpore impediente:quod ſecus cōtingere uidemus aere intus reſiſtente,nec eiici ex oribus aqua obturatis ualente. Simile & in Clepſydra,quam ponit Ariſtot. cōſpicitur,quæ ore obſtructo aquam minime fundit. Similiter & utres aere pleni,pondera ſuſtinētes. Tum à ſenſibus clariſſimum,quomodo enim uiſu longe ac uſq̄ in cœlum penetrare poſſemus aere, per totum non exiſtente cōtinuo,ac uacuationibus intercipientibus ſenſum? Reliquum quid ſit, an uſquā ſit uidere. Locum phyſici ſine corpore uacuum appellant,ſi locus uacare corpore poteſt. Quidam uero ſolo nomine,uacuūq̄ & ἀνύπαρκτον, id eſt,inſubſiſtens uocant:nonnulli autē extra curuam cœli ſuperficiem,hoc eſt,extra mundum,uacuumq̄ & infinitum demōſtrant hoc argumēto. Omne circūdatum ab altero quodam corpore circundatur:ſicuti in ſingularibus corporibus demonſtratur:extra mundum uero corpus non eſt,igitur incorporeum eſt quod mundum circumdat. Si enim corpus,& hoc ab alio quodam circundaretur,ſed corpus infinitum non eſt. Quapropter neceſſario incorporeum erit,quod poſtremo comprehendit,atq̄ ambit uniuerſum,ſicuti omnium ultimum erit & infinitum. Itaq̄ ſupremā corporeorum entium periochen incorporeumq̄ inſtituit,& uacuum nominant,ut nihil reliqui corporum in ipſo retinentem. Tempus. Cum ſint menſuræ quatuor,numerus,magnitudo,locus,tempus,Numerus diſcretionem metitur:magnitudo ſpatium:locus omnimodā poſitionem:tempus generationis fluxum & extenſionem. Eſt enim motus & omnium entium menſura. Quod quidam non admittentes huiuſcemodi rationibus cōtendunt. Aliquid enim illius factum eſt,& iam non eſt:aliquid uero futurum,& nondum eſt. Cōpoſitum enim ex non entibus quomodo fuerit? Præſens autem & nunc,non pars temporis,ſed partem metitur. Quod facile redarguit,quum multa ex entibus non entia ſint,& ex non entibus entia:non autem corrumpunt,ſicuti etiā ſenſuum ἀναλήθεια dicimus & exiſtentes abſq̄ eo q̄ ſiant:& item non exiſtentes abſq̄ eo q̄ corrumpant. Sic & partes temporis minime corruptioni ſubijciunt præteritū & futurum. Eſt & medium quoddam,quod nunc appellat,alterius q̄dem finis,alterius initium,quod quāquam primo & per ſe nulla q̄dem pars temporis eſt,haud aliter quàm nota in lineis & unitas in numeris:hæc in diſcretis,illa in cōtinuis nihil augent, Tamen præſens etiam tempus ſecundum

Confutatio eorum qui uacuum ponunt.

Vacuum non eſſe ex experientia uaſis.

Quid uacuū.

ἀνύπαρκτον

De tempore

Qui tempus non admittūt

Confutatio

De nunc

ſecundum latā poteſtatē denotat,uerbi gratia:domus tota locus generatim uocat omnium quæ ſunt in domo. Sed ea ratione qua terminū ac ſuperficiē circūdantis cōtinenter retinet in ſe,ipſa proprie locus dicetur. Sic quoq̄ nunc,ſecundū præſens tēpus appellatū eſt temporis pars,inter præteritū & futurum. Ea uero ratione qua nunc proprie & per ſe dicit,indiuiſibile ſibi cōtinenter coniunctū habet. Quare ſub eodem uocabulo nunc,& pars tēporis,& non pars temporis accipit. Cognitis his,reſtat quid ſit tempus definire. Eſt enim numerus motus ſecundū locum per ſe,& aliorum per accidens. Dicitur nāq̄ numerus numerans,& numerus numeratus. Primus dupliciter dicitur,unitates uidelicet ipſę. Et alius quo numerato alia numeramus:ut per lineas numeratas alia numeramus, & per tēpus numeratum numeramus & motum. Numerus autem numeratus ſeu numerabilis,ſunt ipſæ res numeratæ. Et hic rurſus dupliciter:aut ſecundū quantū,ut duos aut tris motus dicimus:aut ſecundum ordinem,ut primū motum & ſecūdum. Igitur tempus non eſt numerus numerās primo & per ſe,qui ad diſcretā pertinet quantitatē,nō ad continuā:ſed eſt numerus numeratus,quem unitates numerāt,uidelicet duorum,trium,quatuor dierum tempus. Eſt etiam numerus numerans ſecundo modo dictus:quoniā per tempus huiuſcemodi numeratū numeramus & motus,uidelicet duorum trium dierum iter ſeu motus. In primo nāq̄ tantum temporis partiū exiſtētia eſt. In ſecundo temporis eſt motus partium exiſtētia,deinde relatio prioris partis ad poſteriorē. Nam tēpus eſt menſura motus,ſecundū prius & poſterius. In omni enim mutatione prius & poſterius eſt,quæ ſunt partes tēporis:ergo omnis mutatio in tempore fit:itaq̄ motū tempus metitur,& tēpus motus. Tempus eſt mēſura motus, qui maxime omniū eſt notiſſimus ac normalis,præſertim cyclicus:deinde per eum reliqui motus generationis & corruptionis & aliorū. Corruptionis nāq̄ per ſe tēpus cauſa eſt, generationis ex accidēte:utputa ſol,cauſa eſt generationis,qui tempore agitur. Præterea tempus non dicitur,neq̄ uelox,neq̄ tardū,ſed magnū & paruum breue & lōgum. Nam uelocitas in breuitate fit temporis,& tarditas in lōgitudine. Cęterū æqualiū numerabiliū idem eſt numerus. Decem enim ouium & decem canum idem numerus,ſed nō eſt idem decem. Diuerſæ enim oues à canibus:argumēto eſt æquilaterus & ſcalenus, cum nō ſit idem triangulus,tamen eſt eadem figura. Numero igitur numerāti cōuenit,ut ſit idem reſpectu diuerſorum. Sed numero numerato cōuenit ſecundū prius & poſterius inter ſe differre. Non ſolum enim numeramus motū per tempus,ſed tempus etiam per motū:quod ſanè probatur primo per ſimile,quoniā numerū per numerabilia, & numerabilia per numerū: ut per numerum cognoſcimus multitudinē equorum,rurſus per unum equum ſæpe iteratū cognoſcimus numerū equorum. Eodem fermè modo quando nobis nota eſt certa quantitas temporum,motus uero ignotus:tunc motum per tempus metimur. Pręterea ſicut ſe habet motus ad magnitudinē,ita ſe habet tempus ad motum. Sed nos metimur magnitudinē per motum:& contrà. Sic enim dicimus,uiam eſſe magnam,ſi multi fuerint motus:& rurſus motum eſſe multum,ſi uia fuerit magna. Poſt hæc diſſerit, q̄ non ſolū motus menſura eſt temporis,ſed etiam quietis ex accidente. Non enim qua quies,hoc eſt abſentia motus,ſed quia qua quodāmodo motus dici poſſit. Duplex eſt enim motus:alter eſt quieti oppoſitus:alter eſt fluxus ſimpliciter & extenſio,quæ eſt quietis cōprehenſiua. Itaq̄ metitur tempus remotā & quieſcentē ſecundū exiſtendi extenſionē. Poſtremo cum mēſuræ largo uocabulo res metiamur,æternitatē theologi ſine tempore ponūt,qua ſolus fruitur deus: æuo autē angeli,qui quanq̄ ſine fine ſint,principio non carent. Reliqua mortalia tempus metit. Partes aūt temporis nunc,tunc,iam,modo,olim,repente. Poſt hæc quoniā motus eſt in tempore, & ideo numerat à tempore,dupliciter dicit aliquid eſſe in tēpore:uno modo qđ ſimul eſt cum tēpore,ſic q̄ ipſum eſt quādo tempus eſt. Alio modo ſicuti pars temporis aut paſſio, ut etiā arithmeticæ unitas par impar. Deinde dicit duo reqri,ut aliqđ ſit in tēpore:primo q̄ contineat ſub tēpore,ut ſicut illud eſt in loco quod continet ſub loco. Ex quo infert q̄ eſſe in tempore non eſt eſſe quādo tēpus eſt,nec eſſe in loco q̄n locus eſt,quia ſic omnes res eſſent in quolibet. Et ſic cœlū eſſet in milio:nam q̄n miliū eſt,cœlū etiā eſt. Sed oportet quæ in tempore,patiant aliqđ ſub tempore:probat ex eo q̄ cōſueuimus dicere q̄ tempus tale faciat omnia:& q̄ omnia ſeneſcūt ſub tempore. Facit inſuper quatuor catholica: primū,non entia & impoſſibilia ſe aliter habere:ut diametrū quadrati eſſe lateri ſymmetrū: nō ſunt in tempore,probat quoniā ſub tempore nil cadit,niſi quæ mouent & quieſcūt. Deinde omnia

Quid ſit tempus

Numerorum diuerſitas

Aeternitas

Aeuum

Partes temporis

Catholica quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

generabilia & corruptibilia,& omnia quæ aliquando sunt,& aliquando non sunt, in tempore sunt. Probat quoniã tempus esse eorũ excellit,eorũq; item essentiã metitur. Tertium, illa quæ non sunt,aliquando tamen fuerũt:ut Homerus.& illa quæ non sunt,& aliquando erunt,metimur tempore. Quartũ,illa quæ nec fuerũt, nec sunt,nec erunt,& illa quorũ opposita semper erũt:ut asymmetrũ diametrũ,in tempore non sunt. Illa uero quorũ opposita non semper sunt,esse & nõ esse,generari & corrũpi possunt.Et sic ea metimur tempore. Libro quinto de diuisione motus in species suas,deq; unitate & contrarietate motuũ & quietum. Primo quæ mouenť,aut ex accidẽte sunt,ut cum dicimus musicũ ambulare:aut secũdum partem,ut curari dicitur totũ corpus,cum thorax curatur. Id uero quod sic mutať,dicitur simpliciter mutari. In mouẽte item medicus primũ per se curat,manus autẽ percutit. Quæ tanq; indeterminata dimittẽda. Nam quæ per se mouenť,per mediũ fiunt contrariorum,ut uox media & grauis ad ultimã,acuta ad extremã. Et fuscum album ad nigrũ,& nigrum ad albũ. Item motiua non esse neq; in specie,id est,qualitate, neq; in loco subiectiue, neq; in ijs quæ mouenť. Nam quæ mouẽtur immobilia sunt,ut scientia,calor,aliogn erit in motu mutatio. Quapropter aliqs dubitet an ꝓprietates motus sint,nam albedo non est motus,sed albatio. Motus enim in ligno non in specie:magis enim diceť motus à termino ad quod,q; à quo. Nam corruptionẽ dicimus,quod mutať ex esse ad non esse,& item generationem quod mutať de non esse ad esse. Præterea in omni motu quinq; cõcurrere oportet, mouens,motũ,tẽpus in quo moueť,& termini à quo & ad quẽ. Deinde sex mutationis species narrat de subiecto in subiectũ,quæ dicitur alteratio:de nõ subiecto in subiectũ,quæ est generatio:de subiecto in non subiectũ,quæ est corruptio. Ex non subiecto aũt in non subiectum non dicitur,nisi ex accidente:ut ex non nigro,non album. Ex his dicit generationem non uere motũ esse,q; (cũ ex non esse fiat) qđ non est moueri nõ potest. De nõ ente quoq; ait multifariã dici,uidelicet secundũ corruptionẽ,& diuisionẽ,& illud quod uocať falsum: aliud non ens,quæ potestas est:aliud secundũ accidens,ut homini nõ esse album, quæ non entia simpliciter non moueri dicunť. Sed neq; corruptio est motus,quia motui opponitur motus,aut quies:sed corruptioni opponiť generatio,quæ neutrũ est. Solum alterationẽ denicq; motũ ponit. Posthæc sub tribus generibus motũ subijcit. Sub quanto augmentũ & diminutionẽ:sub quali alterationẽ:in ubi,secundũ locum mutationẽ,qui proprior omnibus. Sub substãtia uero non est nisi per accidens,q; nullũ entiũ substãtiæ sit aduersum. Non etiã sub relatione,neq; sub actione & passione,q; non sit motus motus,neq; generationis generatio,neq; mutationis mutatio. Nam motus non est de numero subiectorũ : neq; terminus alterius motus,qđ septem rationibus ꝓbat,uti apparet. Dicit etiã q; motus secundũ magis & minus,qui fit in alteratione, est nihilominus ex cõtrario in cõtrariũ secundũ quid, ut ex magis albo minus albũ. Simpliciter aũt mutať ex albo in nigrũ. Præterea immobile tripliciter fieri:uno modo q; nullatenus aptum est moueri,ut sonus,id est,uox inuisibilis. Deinde quod difficile aut moueť,aut saltem difficile incipiat moueri. Tertio quod aptũ est moueri facileq; moueť:& hoc immobile dicitũ quiescere. Quies enim motui est cõtraria. Deinceps de unitate motus & oppositione,narratq; in primis super hoc septem ꝓprietates: easq; distinit, uidelicet,Simul,separatim,tãgere,mediũ,cõsequenter,habitũ,continuũ. Simul enim dicunť quæ sunt in uno loco & immediato. Separatim uero quæ in alio. Tangentia,quorũ ultima sunt simul. Medium est in quod aptum est peruenire id quod cõtinuo moueť secundum naturã prius quàm in ultimũ terminũ motus,in quem mutatur. Hinc addit q; ut minimum ad mediũ tria requirunť:duo extrema & ipsum mediũ. Consequẽter sunt quæ se habent secundũ ordinẽ:& q; inter illa mediũ eiusdẽ generis:ut linea lineæ cõsequẽter est,unitas unitati,& domus domui:nihil tamen ꝓhibet inter ea quæ sunt consequenter aliud esse mediũ,dum modo illud non sit eiusdem generis. Deinde subit q; prius non se habet consequenter ad posterius. Non enim unum est cõsequenter duobus:neq; linea prima cõsequenter secundæ. Sed hæc sunt cõsequenter illis. Habita dicunť quæ cõsequenter sunt ac se tangunt. Cõtinua dicunť quorũ ultima sunt unum. Aitq; triplex esse continuũ,quædã per colligantiã,alia per contactũ,alia per infectionẽ. Cõparat demũ adinuicẽ nõnullas earũ ꝓprietatum,uidelicet cõsequenter,habitũ,& continuũ. Primaq; est cõsequenter se habere:secunda habitum esse:tertia continuũ. Postea catholicũ infert, q; notæ in cõtinuo non se habent eo modo sicuti unitates in numero. Primũ,q; secundũ notas fit cõtactus:secundũ uero unirates

De diuisione motus in species

In motu V sunt Mutationis VI species

Non ens multifariam dicitur.

Motus sub tribus generibus quanto,quali, & ubi.

Immobile tripliciter

De unitate motus & oppositione

Proprietates VII

Catholicum

tates non sit contactus. Deinde quia inter duas notas necessario mediat linea,sed inter unitates non necessario mediat numerus, nullum enim mediũ dualitatis & unitatis. Post hæc de triplici motus mutatione tractat,monstratq; multifariã dici motũ unum:specie,genere, numero. Motus item unus numero tripliciter:unitas illius quod moueť, unitas termini ad quem fit motus,& unitas temporis requiriť. Ad motũ uero unum, genere,uel specie, non unitatẽ temporis,aut mobilis,sed ad motũ unũ numero:oportet terminũ esse unum,& nõ deficientẽ,id est,non interruptũ:& mobile etiam debet esse unum,non secũdum accidens, sicuti Socrates,& album. Nec etiã sat est,q; terminus sit unum cõmune:quia tunc cõtingeret duos homines sanari simul,secundũ eandẽ sanitatẽ,quod fieri non posset. Ad unitatem igitur motus requiriť unitas tẽporis,& mobilis & termini. Non erit idem numero sanitas Socratis,qua sanus est mane & uesperi:dato q; interrupta sit per morbũ. Præterea motus, ὁμαλός,id est,nomalis,hoc est,uniformis,magis unus q; non nomalis:q; uideať uariare secundum magis & minus:uerbi gratia:si aliquo modo obliqui sint motus,nec in ubi,nec quãdo terminanť:non ergo fuerit unus qua uarius,qua uero numerus unus. Deinde motus cõtrarietates ostẽdit,quæ est quędã diuersa species:ut in x. metaph. scribiť. Contrarij enim sunt motus inter se simpliciter. Quieti aũt ex oppositione. Prẽterea quies quieti,& mutatio mutationi:sed magis motus motui contrarius. Fit aũt dupliciter:secundũ naturã,cum sursum & deorsum est,aut termini à quo ad quem:deinde prẽter naturã,cum uidelicet ignis fertur deorsum,& terra sursum. Eadẽ ratio & in quietibus. Quies sursũ, & quies deorsum: in his etiam quæ prẽter naturã sic quiescunt. Et mutatio de sano in ægrotũ,& de ægroto in sanũ erit aliquo modo contraria. Libro sexto. Motũ diuidit in partes magnitudinis:ante omnia monstrat continuũ non cõponi ex indiuisibilibus:ut linea ex notis non cõponitur:qđ cum alijs rationibus,tum ex magnitudine & tempore,quæ item cum motu sunt in infinitũ diuisibilia,ostendit. Nam de utrisq; ꝓbat. Velocius in tempore æquali pertransit maius spatiũ, & minore æquale spatiũ, quod non esset si magnitudo & tempus cõponerenť ex indiuisibilibus,essent enim indiuisibilia:ex quo uelocius aut tardius nequaquã ex eis ꝓdiret. Hæc enim ex partibus diuisibiliũ procedunt. Post hæc uenit ad motus diuisionẽ:dicitq; motum dupliciter diduci. Vno modo tẽpore,ut trium horarũ iter:alio modo per partes,ut triũ stadiorum motus. Mutari rursus dupliciter dicit: secundũ alterũ,ut aliq̃d in anno mutať,quia in die:alio modo aliquid mutať aliquo tẽpore,per se primũ:& necesse est illud mutari qualibet illius tẽporis parte. Ex quo fit ut in motu,sicuti neq; in tempore,neq; in magnitudine ulla,detur principiũ. Nam si esset principiũ aut illud diuisibile uel indiuisibile foret:si indiuisibile,eadem ratione alia pars esset indiuisibilis:& sic in continuo esset indiuisibile ímmediatũ indiuisibili. Si uero diuisibile,oportet q; medietas prætereať ante quàm totum,& medietas illius medietatis ante illã:& sic in infinitũ:igiť non est dare principiũ, qm̃ ante quam cunq; partẽ prẽterita est accipere partẽ prius prætéritã. nam mutatũ esse,duplex est:primũ actu,cum res iam ꝓfecta,& motus absolutus,& tunc principiũ datur: secundo modo dicitť potestate cõtinuãs trãsmutationis partes adinuicẽ:& tunc principiũ minime daťur,qm̃ quod libet mutatũ esse,qđ Græci κίνημα uocãt,præcedit trãsmutatio seu transmutari,& in qualibet trãsmutatione sunt infinita mutata esse:sicuti in qualibet linea sunt infinitæ notæ:unde sicut in linea recta cõtinua nõ est dare primã notam cõtinuãtem partes eius adinuicẽ,ita in moueri nõ est dare primũ mutatũ esse,cõtinuãs partes motus adinuicẽ. Ex quo hæc ordine huiusmodi ponunť. ante omne mutari,est mutatũ esse:deinde ante omne mutatũ esse,est mutari:ante omne mutari,est mutari:postremo ante om̃e mutatũ esse,est mutatũ esse. Post motus diuisionẽ differit de finito & infinito circa motũ. Sicuti em̃ diuisio ptinet ad cõtinuationẽ,ita finitũ & infinitũ:quẽadmodũ supra ostẽdit,diuisionẽ simul in motu magnitudine,tempore,& mobili inueniri,ita nunc de infinito docet. Primũ autẽ demonstrat in omni magnitudine & tpe reperiri:deinde in motu & in mobili. Dicit igiť nõ posse magnitudinẽ finitã in tpe infinito ptrãsire:nec rursus infinitã in tpe finito. Eodẽ modo nec mobile finitũ magnitudinẽ infinitã:nec item infinitũ magnitudinẽ finitã in tpe finito peragere. Duplex est em̃ infinitũ:aut scđm diuisionẽ,aut scđm extrema. Ex hac igiť diuisione Aristo. Zenoni rñdet:qui dicebat nihil posse moueri de loco ad locũ, qm̃ ptrantibat spatiũ infinitũ in tpe finito. Nam prius erat necesse trãsire mediũ spatij, & prius mediũ medij:& sic in infinitum. Dicit itaq; tam spatium seu magnitudinẽ,q; tempus,in quo pertransiť esse infinitum scđm diuisionẽ,nõ autem scđm extrema:ac trãsire infinitum scđm diuisionẽ,finitum uero scđm

Motus unus, specie, genere numero.

Quid ad motus unitatem expetitur.

De motus ac quietis cõtrarietatibus

De motu magnitudinis diuisione

De finito & infinito in motu

Universidad de Deusto
Biblioteca

extrema: in tpe infinito ſcḋm diuiſionē, finito tm̄ ſecundum extrema. Ad ultimū diſſerit de natura & diuiſione quietis. Cum enim probauerit nec motui nec tēpori dari principiū, nec etiam dari quieti nunc cōtendit: ꝙ ſtatus qui eſt quietis generatio & motus, in tempore moueturꝫ quod ſanè probat̄ hoc modo. Omne quod mouet̄, mouet̄ in tpe: ſed omne quod ſtat, mouet̄: ergo omne qḋ ſtat, mouet̄ in tpe. Minus adſumptū patet: qḋ aptū eſt moueri & nō quieſcit, mouet̄: ſed omne qḋ ſtat, aptū eſt moueri, & non quieſcit: ergo omne qḋ ſtat, mouetur. Nam ſtare, intēdere quieti eſt, quod motui ſubijcit̄ cuidā: ſi motui & tēpori: non habet ergo quies, ſicuti & motus principiū. Enarrata motus & quietis diuiſione cōfutat quoſdam ueterū errores circa motum, & primū Zenonis negātis penitus motū eſſe, ac dicētis, neꝙ cœlū, nec aliud moueri, à loco ubi eſſet, ꝓgrediēdo, ſed tm̄ uerti in ſeipſis. Deinde Democriti, qui ex atomis & indiuiſibilibus dicebat eſſe motum, & ex his omnia generari: ubi probat nihil omnino indiuiſibile moueri. Nam qḋ mouet̄ in tpe mouet̄: ſed indiuiſibile in tpe moueri non poteſt, minus adſumptū probat: ꝙ in omni tpe datur minus, daret̄ ꝓpterea minus tpe in quo indiuiſibile mouet̄: qḋ omnino falſum. Tertio Heraclitum refellit, omnia ſemper moueri dicētantē: monſtrādo ꝙ nulla mutatio inter duos terminos exiſtens eſt infinita: nam generatio & corruptio eſt inter duo cōtradictoria: & alteratio inter duo cōtraria: motus item rectus à quo & ad quem: nam impoſſibile eſt id moueri quod non cōtingit motum eſſe: ſed ſi rectus motus eſſet infinitus, non cōtingeret aliquid mobile eſſe motum per ipſum: ergo nec cōtingeret aliquid per ipſum moueri. His addit ꝙ fortè nil ꝓhibet rales motus eſſe infinitos: ut ſi poſt motū localē fiat alteratio, & ſi poſt alterationē augmentū, & iterum generatio: non tm̄ unum & eundē motū eſſe infinitū cōtingit. Lib. VII. De motu, ꝓſequitur, quem ad mobile motorē ꝙ adplicat. Primū nāꝙ de primo mobili. Poſtea de motore primo. Dicit eſſe neceſſe omne quod mouet̄ ab aliquo moueri. Deinde poſſe aliqḋ moueri à ſeipſo: quod dupliciter intelligendū: aut ad actum primū, id eſt, ut de non eſſe trāſeat ad eſſe: aut ad actum ſecundū, id eſt, de nō agere ad agendū. Ad actum nāꝙ primū nihil ſeipſum mouet: qm̄ nihil ꝓducit ſeipſum. Ad energiā uero ſecundā poteſt aliquid mouere ſeipſum, non ſolum ex accidēte: ut cum uehit̄ quis, nauim aut equū ipſe mouet: ſed etiā per ſe: ut de grauibus & leuibus patet. Deinde non eſſe ꝓceſſum in infinitū in mouētibus & motis, ſed ad unum mobile ultimū ueniendū, & ad unum ultimo mouentē. Deinde mōſtrat, ꝙ omne mouens eſt ſimul cum moto cōtiguū, aut continuū ſine medio: & hoc in omni motus ſpecie. Ad quod ꝓbādū narrat quadrifariā eſſe motū extrinſecū, Pulſione, tractione, uectione, uolubilitate. Omnes tm̄ ad pulſionē & tractionē reduci. Pulſionis duæ ſpecies: uidelicet impulſio, qua deficiēte expulſio eſt, quæ Græce ſic uocant̄: ὦσις, ἔλξις, ὄγκωσις, ἴνκωσις, ἄπωσις. Volubilitas aūt in tribus cōſiſtit motibus, qui item omnes ad tractionē & pulſionē reducūtur. Nam uolubilitas cōponit̄ ex tractione & pulſiōe: ꝙ alter impellit, alter trahit. Sub tractione quoꝙ diuerſi cōprehēdunt̄ modi: inſpiratio, expiratio, expuitio. i. εἴσπνευσις, ἔκπνευσις, πτύσις. Et quæcūꝙ corporū emiſſiua, aut receptiua ſunt: ut ἀπάθησις & κάρκησις, hoc eſt, diſſipatio & cōtextus. Nam omnis ſcḋm locū motus collectione aut diſcretione cōſtat: quas Græci σύγκρισιν & διάκρισιν dicunt. Circa alterationē multa quoꝙ diſſerit: ꝙ ſit ſecundū ſenſilia, nec in ſpecie prima qualitatis. Primo quo ad habitū & diſpoſitionē corporis. Deinde quo ad habitū animæ, circa partes appetitiuas & etiā intellectiuas. Poſtea oſtēdit ꝙ trāſmutatio uirtutis & malitiæ cōſequitur aliquā alterationē. Dein ꝙ non ſit in parte intellectiua alteratio præcipue. Primo quo ad cōſiderationē iam habētis ſcientiā quæ eſt ſcientiæ uſus. Secundo quo ad primā ſcientiæ acceptionē. Poſtꝙ oſtendit ꝙ in mobilibus & motoribus neceſſe ſit aliquod primū ponere, deinceps de motuū cōparatione ueſtigat, ꝙ ea quæ ſunt unius ordinis, cōparabilia uideant̄ eſſe: & hoc ipſum quod eſt prius & poſterius cōparationem præ ſe ferre appareat. Primo nāꝙ cōparat motū cyclicū ad rectū, qui uident̄ eſſe comparabiles, cum ſint æque ueloces: ſed negat eſſe æque ueloces. Præterea cōparat motuū cōditiones ex parte formæ penes quā fit cōparatio. Primū: quæcūꝙ ſunt non æquoca omnia cōparabilia ſunt, id eſt, forma in quā fit cōparatio debet uniuoca eſſe. Ideo ſtylus & chorda & uinū in acuto non cōparant̄. Deinde in ipſis penes idem ꝓximū ſuſceptiuū recipi oportet. Ideo equus & equa cōparabilia ſunt penes duplū & dimidiū: & penes album & nigrū: qm̄ albū ineſt eis per idem ſuſceptiuū proximū, uidelicet per ſuperficiē: ex quo hæc aqua & uox non ſunt cōparabilia. Tertia cōditio: cōparabiliū ſit una natura, hoc eſt, ut forma in qua fit cōparatio ſit ſpecies ſpecialiſſima. Ideo dulce & albū non poſſunt cōparari inter ſe, neꝙ

De quiete Status

De primo mobili

Quomodo aliquid à ſeipſo mouetur

Motus extrinſecus quadrifariam

De motu alterationis

De motuum cōparatione

Quæ ad comparationē rectā expetātur

neꝙ album & nigrum ſecūdum colorem, ſed aliqua comparant̄ alba. Deinde agit de cōparatione motuum localium inter ſe tribus cōditionibus. Primo cōparabiles inter ſe fiunt in æquali tempore: tum per æqualē magnitudinē: poſtremo ut ſint magnitudines eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Præterea loci mutatio & alteratio non inuicē cōparabiles: ꝙ non ſint per æqualē longitudinē. Similiter motus rectus non debet dici æqualis motui cyclico. Ratio ꝙ hi motus non ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Poſt hæc de comparatione alterationum: oſtendit unam alterationem æque uelocem alij: ac ſecundum quid uelocitatis æqualitatem attendi. Poſtremo quonam modo forma debeat comparari in generatione & corruptione. Libro octauo. De primo motu & motore diſſerit, & aperte decernit contra dogma Chriſtianum motum eſſe ſempiternum, ſemperꝙ fuiſſe, ex quo mundum ponit æternum: quod quanquam in primo topicorum dicat eſſe indemonſtrabile, argumentis tamen procedit dialecticis: cum alijs, tum hoc, ꝙ omnes philoſophātes generationē & corruptionem dixere: ergo & motum. Deinde qui dicunt mūdos infinitos eſſe: quoſdam corrumpi, quoſdamꝙ generari, ponūt generationem & corruptionem ſemper eſſe: propterea & motum. Refert Anaxagoræ opinionē, dicentis omnia in chaos confuſa in infinitum fuiſſe tempus, mentem uero diuinam ea ſecreuiſſe. Probat deinde ex parte temporis: nam tempus quod numerus & paſſio motus exiſtit, ſemper fuit: quia prius & poſterius ſemper ſunt, quæ ſine tpe non ſunt. Solū nāꝙ dicit Platonē tēpus genitū putauiſſe: idꝙ cū cœlo eſſe factū: cū etiā cœlum factū aſſeueret. Poſt hęc ipſum primū motorē immobilē ponit: ꝙ neceſſe ſit quædā moueri & quædā geſcere: aliqua ſemp moueri & nūꝙ quieſcere: nōnulla ſemp mouere, & nunꝙ moueri. Primū eſt animaliū: ſecundū cœli: tertiū ipſius dei. Quæri aūt ſolet, an cœlū moueatur à ſeipſo. Si enim totū cum ſua intelligētia ponat̄, à ſeipſo ꝓcul dubio mouetur. Si pro mobili tantum, à propria intelligētia extrinſecus moueri dicetur. Grauia & leuia naturaliter aut uiolēter mota in reflexionis termino cōquieſcere neceſſe eſt. Motum localem omniū primum dicit, antiquiorēꝙ, ob primi mobilis perfectionē: ex cuius motu, qui cyclicus infinitus ac perfectus exiſtit, cætera mouentur. Motus autē rectus minime perpetuus: quia reflexus ac non continuus extat. Poſtremo ratio motus omnis hoc modo diducitur. Quædam per ſe mouentur, quædam ex accidente, ut quæ inſunt motis, ut albedo in homine, uel homo in naui: & quædam per partem mouētur, ut membrū aliquod ab homine motum. Eorum autem quæ per ſe mouentur: alia ab ſe, alia ab alio: alia ſecūdum naturam, alia præter naturā. Ab ſe autem & ſecundū naturā animātia omnia: ꝙ principiū motus in ſe habeant: quatenus aūt corpora ſunt & grauia, præter naturā ferunt̄ niſi deorſum deſcendāt. Quæ autem ab alio mouent̄, aut naturaliter, aut præter naturā mouent̄. Præter naturā, ut terreſtria ſurſum, & ignea deorſum. Secundū naturā grauia deorſum, & leuia ſurſū: quāꝙ utrum ab ſe, an ab alio, dubitat̄. Ariſt. dicit, ꝙ in ſe principiū quidē agendi nō habēt, uerum patiendi.

De comparatione motuum localium

De motu æterno

Plato tempus cum cœlo genitum dicit

De primo motore

Motus cyclicus & rectus.

De omni ratione motus

IN ANIMAM

IN primis ſpeculādi ſcientiā ponit de genere bonorū honorabiliū eſſe: præſertim de anima ob nobilius ſubiectum. Sunt & ſcientiæ practicæ de genere laudabiliū quæ circa actionem uerſant̄. Laudatur actio: contēplatio uero ac doctrina honoratur: qm̄ hæc, finis eſt: altera, ad finem. Animā eſſe dicit ſubſtantiā incorpoream productā ante corpus: non ex elemētis, ut putat Plato: ſed quintā eſſentiā quam entelechiā uocat, id eſt, habiti perfectionem: ſed de diffinitione melius in ſecundo. Per animæ uero accidentia, ſiue qualitates, ſiue proprietates, ſeu etiam poteſtates: ipſa ualde deprehēditur anima. Harum propriæ ſunt quædam animæ, ut mens, ſiue intellectus, Græce νοῦς: qui corpori minime communicat, quamuis corporis phantaſiaꝙ inſtrumēto utatur. Nonnullæ corporis tantum: ut ſenſus. Aliæ uero communes animæ ac corpori, quas πάθη, id eſt, perturbationes uocat. Præterea animā retinere in cognoſcendo rerum ſpecies, non res ipſas. Nullus enim in anima lapis, aut homo: ſed lapidis, aut hominis ſpecies intellectū. Poſtremo opiniones ueterum de anima enumerat: quæ his uerſibus facile claudi poſſunt: Democritus conſtare animam decreuerat igne. Pythagoras atomis, ſimul & Leucippus eandem ponit: Anaxagoras intellectum ac elementa. Empedocleſꝙ, Platoꝙ ferunt numeros & ideas. At motum Thales animam dicebat. Et inde eſt, Quod ferrum moueant, lapides eſſent animati. Aera Diogenes. Heraclitus eſſe uaporem. Comparat Alcmeon hanc cœli motibus: ex quo Perpetuam putat, ac cœli ratione teneri. Hippocrates lympham facit humentē ob genituram. Sanguine ſed Critias illam conſtare uolebat. In tris igitur opiniones

Poteſtates animæ

Opiniones ueterum de anima

Quæ recipiat Ariſtoteles, quæꝙ cōfutet

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuncta de hac dicta diducit. Quidam mobile ſpectauere: nonnulli ſenſile: incorporeum alij. Quorum ſententias partim recipit, partim reijcit. Quod mouet anima, cõcedit: ꝙ uero mouens moueatur, minime concedit. In qua opinione fuere Pythagoras & Plato. Nam, ingr, mouens moueri per ſe, non eſſe neceſſe, niſi ex accidente: ut nauta nauẽ mouens, mouetur & ipſe. Quod enim dicebant, per iram, aliasq; animi perturbationes manifeſto animã moueri: hoc ait non animæ tãtum, ſed animæ in corpore motus eſſe: ꝙ corpus ex illis maxime mutatur. Animam uero per ſe integram, incorruptamq; manere. Sicuti & in ſenecta, aut in morbo aliquo delyratio ex affectis organis, non ex anima affecta procedere uidetur. Secundo ꝙ ſentiat anima admittit: ꝙ autem ſimile ſimili ſentiat, nõ admittit. Nam cum & Pythagorei & Platonici dicerent eam ex elementis conſtare: uolebant per ſimilitudinẽ cæterorũ cõpoſitorum cuncta ſentire, cum innumerabilia ſint: quod omnino falſum. Tertio ꝙ incorporea ſit adſentitur: ꝙ uero huiuſmodi incorporeum tenuiſſimũ eſſe corpus dicãt non adſentiũr. Libro II. Vt animam ipſe tandem diffiniat, entelechiã primam eam uocat corporis

De anima diffinitione entelechia

phyſici organici, poteſtate uitã habentis. Eſt enim entelechia, quam Græci enarratores ἐντελέχειαν, id eſt, perfectihabiã, ut ita dicã, ſunt interpretati: hoc ab energia differens: ꝙ hæc generatim actus intrinſecus etiã corrũpẽdo, Entelechia tm̃ perficiẽdo appellaẽ. Primã dixit ueluti poteſtate ac habitu ſcientiã: non item ſecundã, quæ in actione meditationeq; ſciẽtiæ ſit. Sic in ſomno ac quiete uacare qñq; animã cõtingit: nihilo tamẽ ſecius hominẽ animatũ putamus. Organici præterea, non lapidei: phyſici, non mathematici, aut artificialis. Entele-

Ariſtotelis duplex dubitatio

chiam igitur & formã eſſentialẽ animã, eſſe corporis cõtendit. Nam in homine duplex forma eſſentialis: una quæ eadem & cõpoſiti dicit̃, cum cõpoſitum omne ex materia cõſtet & forma: altera quę magis ꝓprie eſſentialis hominis eſt anima in cõpoſito. Duo in his nondũ manifeſta dicit: an anima ſit à corpore ſeparabilis. Nam quaſdã eius partes quæ corporeas habent ſedes, omnino inſeparabiles eſſe ꝓbat. Quaſdã uero nullius eſſe corporis, ut intellectus, qui cõtingit ſeparari, ueluti perpetuũ à corruptibili. Alterum an anima ſit entelechia corporis, ſicuti nauita nauis: qd'ab orthodoxis in noſtro dogmate minime recipit̃. Quinq; inſuper ei partes attribuit: uegetandi, ſentiendi, appetendi, ſcd'm locum mouendi, & intelligendi: quæ ſunt eædem ſubiecto, diſtinctæ uero ratione. Et pro animãtibus ipſis, ac anima tota quãdoq; ponunt̃, ut in ijs quæ uegetant̃: quãdoq; partes ſunt, ac poteſtates ipſius, ut in ijs quæ ſentiunt, pars eius uegetatio eſt: in ijs uero quæ intelligũt, uegetabile ac ſenſile eius dicentur partes. Vegetandi igitur pars gignit, nutrit, auget. Quæ item auget, attrahit, retinet, concoquit, expellit. Senſus quoq; pręter exteriores quinq;: ſenſus cõmunis, phantaſia, memoratiua, imaginatiua, eſtimatiua: eædẽ & ipſæ ſubiecto, diuiſæ ratione ac officijs, quæ ad tria prima tantum reduci ſolent. Senſus ideo cõmunis dictus, ꝙ omnium exteriorũ ſenſuum iudicium ſumit: & tantum præſentium. Phantaſia, uel abſentium. & ille uigilãtium, hæc etiam dormiẽtium: ille in noſtra poteſtate non eſt abſentibus rebus, hæc uero ſemper, ſine qua nec menti quicquam eſt percipere. Nam per paragrãmatiſmum quaſi phaoſtia di

De ſenſu communi phantaſia & memoria

citur, ut cogitationi lumen præferens: ſiue ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod eſt apparere. Differt autẽ à memoria, ꝙ ex facta ſæpius phantaſia memoria gignitur. Nam illa ut animal pictum contemplatur tãtum, nec ultra proſpicit. Memoria uero ut leonis, uel alterius animalis imaginem contuetur. Nam ſi ſolum imaginem conſideraremus, nihil abſentiũ recordaremur. Memoria igitur per ſeſe in ſenſorio: ex accidẽte uero in ratione ſita eſt, ꝙ ſine magnitudine & tẽpore nihil ſanè recordari poſſumus. Memoriæ ſiccitatem attribuunt in occipitio: ſicuti ſenſui cõmuni humorem: quapropter ſenibus aut pueris deeſt, his ꝙ nimio humore tanq; in aqua typus non figitur: illis nimia ſiccitate ueluti calx in ueteri ædificio tabeſcit. Idem & in morbo affectis cõtingit. Adfecta enim memoria ratio funditus perit. His addit recordatio-

De recordatione

nem, Latinius quàm reminiſcentiam, id eſt, ἀνάμνησιν, quæ eſt reuocatio prioris memoriæ poſt obliuionem: non autem penitus, quoniam hæc ſcientiæ & diſciplinæ foret: ſed quaſi per nebulam, quod ſolius eſt hominis, quoniã rationis cuiuſdam & perſcrutationis admini culo uidetur uelle in memoriam per ſigna aut typos ſimiles, uel cõtrarios, ſeu proximos redire. Et uelle tantum hominis eſt. Igitur recordari ſeu reminiſci hominis fuerit. Sed de ſenſu, ſenſatione, ſenſorio, ſenſili, breuiter dicendũ, quæ Græci αἴσθησις αἴσθημα. αἰσθητήριον. & αἰσθητικὸν uocant. Eſt enim ſenſus, poteſtate & energia, ut uiſus & uiſio, quã ſenſationem uocãt: quo fermè modo ſcientia: niſi ꝙ ſenſus energia extrinſecus, ſcientia uero energia intra hominẽ eſt: & hæc uniuerſaliũ, illa ſingulariũ. Tranſit igitur de poteſtate in energiam, non agendo,

agendo ſed patiendo. Senſus enim à ſenſili patiẽ: non per corruptionẽ, ſed per perfectionẽ. Sunt autẽ quinq;, uiſus, audítus, guſtus, odoratus, & tactus: quæ ad unum ſunt terminata, nec ualent ad cõtraria: uti ualet intellectus. Præterea à ſummo ſenſili corrũpunt̃. Senſus itẽ duplex uirtus, longe, deinde critice ſentire. In hac ultima præſtamus, cum in altera ſuperemur à belluis. Senſilia ꝓpria quæ ſingula ſingulis obijciunt̃. Cõmunia uero uocat Ariſtot. quietem, motũ, numerũ, figurã, magnitudinẽ. Ex qbus duo ultima tãtũ tactui & uiſui ſunt cõmunia, ut ait cõmentator, cõtra Themiſtiũ, qui poſuit omnes cõmunes. Sẽſoria ipſa ſunt organa qbus ſentimus, eodẽ ſubiecto cũ poteſtatibus. Poteſtates eim̃ ꝓfectiones uirtutesq; ſenſoriorũ ſunt. Hæc Ariſtot. elemẽtis accõmodat. Viſum aquæ, auditũ aëri, olfactũ igni, guſtum tactumq; terræ. Energię ac obiecta nobis notiora ac priora poteſtatibus ſunt, ꝙ termini ſunt earum. Poteſtates enim ordinẽ & relationem ad energiã referunt. nam per energias & obiecta diſtinguntur. Inter ſenſus autem uiſus nobilitate præſtat. Hunc Empedocles & Plato in Timæo igni adcõmodant, refellente Ariſt. ac dicente, ꝙ eo modo uidendi energia, ſicuti ex lucis ſplendore egrediens uel in tenebris uideret. Non enim par eſt in tenebris lucem extingui, ſed potius in humore: at hoc minime contingit: quare falſa eorum opinio. Humor igit̃ cõcretus in oculo ex humida parte cerebri ꝓfluens intrinſecus, tum aer extrinſecus, tãquam duo diaphana uidendi ſunt cauſa. Illud quoq; non paruũ iudicium aquæ, ꝙ corruptis oculis humor, ꝓfluit. Viſus omnino triplex: directus, refractus, & reflexus, de quibus optica & catoptica Euclidis eſt. Nec ſubſtantiã ſed colorẽ cernit. Si enim ſubſtantiam cernerer, noctu quoq; ipſam cõſpiceret: ſubſtãtiam enim ſola mens nouit. Viſus igitur prium obiectũ color, qui & ipſe in luce cõſpicit̃. Lux uero entelechia diaphani qua diaphanum: cui rei indicio eſt, admotus ꝓpius oculis color minimũ uidebitur. Sed color quidem diaphanũ mouet, uidelicet aerem. Nec bene Democritus putat, ſi uacuũ fuerit, quod in medio eſt, adſpici poſſe diligẽter, ſi formica in cœlo fuerit. Hoc enim fieri nequaquã poteſt, qa ſenſorio patiente uel ab ipſo colore uiſo, uel certe ab eo quod eſt in medio, neceſſe eſt uidere. Sed ex colore qdem non põt, ꝙ color uti ſupra diximus oculis propè admotus nõ adſpicitur: relingtur ſenſoriũ ex eo quod eſt in medio pati. Ita neceſſe fuerit, aliquid in medio interuenire, uti color adſpiciaẽ. Viſus itaq; hoc modo non agit, ſed ex obiecto patiẽ. ꝓpterea ꝙ lux ſolis uel ignis energia diaphani mouet per aera mediũ ſenſoriũ, niſi fortè corruptum morbo uel hyperbole uiſibilis fuerit. Sed de colore & diaphano rurſus paucis diſſerẽdum.

De ſenſibus exterioribus

De uiſu

De colore & diaphano

Aer enim, & aqua diaphana non ſunt niſi energia, hoc eſt luce aduenięte: ſine luce uero, poteſtate diaphana tm̃ dicunt̃. Lux uero ipſa ex accidente diaphani color eſt, ac nõ certo loco neq; circũſcripto, ſed tota in toto fulget. Lux itaq; & tenebræ in diaphano ueluti in ſubiecto ſunt. Cuius poteſtas tenebræ. Energia uero lux. Color diaphanũ mouet. Diaphanũ uero uiſum corporis extrema color & ſuperficies ſimul: qua corpus, ſuperficies: qua uero diaphanum, color. Omnis enim color cum ſuperficie: non item cõtra omnis ſuperficies cũ colore: qm̃ omne corpus diaphanũ aut terminatũ aut indeterminatũ: ſicut aqua & aer. Indeterminatũ propria caret ſuperficie: ſic & proprio colore, ſed externũ recipit colorem ſicuti & figuram. Color igit̃ proprie eſt tm̃ terminati diaphani. Quapropter ut aeris colores, lux & tenebræ, quãuis improprie dicunt̃: eodem modo in corporibus media extremis certa proportione cõcordãtia uiſum oblectãt. Sunt purpureus, melinus, puniceus, luteus, glaucus, cæruleus, ſuluus, flauus, pallidus, uiridis, uenetus. Omnes ſanè colores medij inter album & nigrum. Auditus uero aeris eſt: & ſonus aer: quod eim̃ eſt energia ſenſile, hoc ſenſoriũ poteſtate fuerit. Aer eim̃ non ſolum auditus, ſed & uiſus & olfactus diacriticus eſt. Differt autẽ auditus à uiſu, ꝙ uiſus ſine tempore fit, ſtatim obiecto cum ſenſu coniuncto. Auditus ſæpe per interualla, ꝙ tardius ſonus ad ſenſorium ingrediẽ, ob aurium uolucra, quæ natura tribuit in noxiorum tutelam. Altera deinde cauſa, ꝙ ſonus nõ omnem illico penetrat aerem: ſed primo propinquum, deinceps alium ex alio tranſmittit: ac per ſucceſſiones quodammodo ad ſenſum peruenit. Aer enim ſemper proprio quodam modo in aure mouetur, ut ſoni differentias tãquam in receſſu iudicet. Indicio eſt immiſſo digito aurem ſemper ſonare: qd' ſignum incorrupti ſenſus eſt. Ex quo & ſub aqua audíre contingit: quod ab aurium uolucris aqua repulſa, aerem intra cõgenitum corrumpere nequaquã ualet. Sonitus non una ex re fit, ſed ex pulſante pulſatoq; corpore: ac ſemper refractus, ſicuti & lux. Fitq; ſemper Echo, quamuis nõ manifeſte: clarius enim in uallibus aut cameris redditur tanquã pila muro repercuſſa.

Lux diaphani energia

Echo ſemper in ſonitu

Aeris

Universidad de Deusto
Biblioteca

De olfactu

Aeris præterea respiratione natura ad res præcipue duas utitur: ad uocem, tum ad intrinsecam uiscerum refrigerationē. Olfactus sensorium ignis est, ꝙ odor fumea quædam euaporatio sit, hoc dicit in lib. de sensu Aristot, in libris uero de anima contrà sentire uidetur: olfactum aut aquę aut aeris sensorium esse. Ignem uero aut nullius esse, uel cōmune omnibus. Nullum enim sine calore sensorium. Terram aut nullius item esse, aut in tactu maxime misceri: ex quo relinquitur nullum extra aerem & aquam sensoriū esse. Odor gustui maxime cōsanguineus, ꝙ eius extremæ qualitates, dulce, & amarum: intermediæ item, acutum, pingue, austerum, uehemens, gustui quoꝙ sunt cōmunes. Præterea cōueniunt, ꝙ ea quæ sine odore, plerūꝙ sine sapore sunt, ut elementa omnia. Differunt autem ꝙ horum alterū peiorem cæteris animalibus habemus. Gustum uero ac tactum præstantiores propter cutis tenuitatem. Odorant̄ & exanguia. Indicio est ꝙ uehementi odore corrumpunt̄. Sed dubium si respirando odorant̄. Animalia uero spirātia non odorant̄ sub aqua. Pythagorei quædam animalia dicunt odore uiuere: quod minime ꝓbat Aristoteles, dicens cōpositum esse, quod nutrit, oportere: ex quo cibi excrementa fiunt, etiam in plantis: ut lachrymæ, resina, gūmi, ꝙbus in ꝙbusdam excrementa minime fiant, ut cicadis, ꝙ sine membris sunt, & digestū accipiunt à terra nutrimentū quātum sat est. Ad hæc quoꝙ Aristotelica Theophrasti sententiam addam dicentis, calidum & igneum causam esse odoris, superfluū humorē tanꝙ rem putridam exsiccans: quapropter loca in orbe calidiora sicut Æthiopia, frutices odoratos gignunt. Plutarchus insuper ait, carnem Alexandri magni odoratā fuisse ob uehementem in eo calorem.

Odor consanguineus gustui

Animalia spirantia non odorantur sub aqua

De gustu & tactu

Gustus, tactusꝙ propiores terræ sensus, quorum sensoria, alteri caro, alteri lingua. Sensile uero sapor in gustu: eius etiam qualitates, ut in olfactu superius enarrauī. Fit enim ex sicco terreo in aqua diluto. Non enim aqua materia saporum, cum aqua odore saporeꝙ penitus careat: sed in aqua uti colores fiunt. Dulcia nutriunt præ cæteris, quoniam calida. Nam uehemēter dulcia calida omnia. Acerba terrea & frigida ac pinguia. Nam frigus plerūꝙ cōdensat. Acuta uero aquea, cū sapor ex humore acescat. Sapores deniꝙ omnes, sicuti & generationes, ex elementis constant. Nam horum alijs alia uelocius cōmutari uidemus: quædam statim: nōnulla medijs quibusdā: ut triticum ex tellure statim gignitur. Caro item ex tellure, medijs tritico ac cibo interueniētibus. Sic & in fructibus ipsis acerba, quia minorē ꝙ matura mutationē habent, propiora sunt terræ ac frigiditati. Matura uero tanꝙ mitiora, ac per solē immutata magis calida. hæc Theophrastus. Sed redeo ad tactum cuius sensoriū caro est, & in sanguine carētibus proportione carnis. Quidā tamen cor potius putauerūt. Carnem uero mediā, ut aerem in reliquis sensibus. Quod non ꝓbat Aristo. quamuis cor ponat alioquin sensuum omnium receptaculū, ac primum & commune sensorium. Sensilia tactus, molle ac durum potissima. Sed & calidum & frigidū & siccum & humidum. Quare quidam addubitauere an unum antitypum tactus seu plura sint, ob sensilium uarietatē. Sed & idem accidit olfactui & uisui, multiplices esse odores, tū colores. Tactus item & gustus hoc à cæteris distant, ꝙ reliqui sensus non materiā sed formam à sensilibus accipiunt: ut uisus album non recipit, sed albi rationē, nec albus uisus dicitur. At in gustu & tactu dulcis efficitur lingua ob saporē, & calida ob tactum, aut frigida caro. Præterea cęteri sensus ad id in primis cōstituti sunt, ut bene animalibus sit. Hic tantū ut sint. Et alij hyperoche sensillium corrumpunt̄. Hoc uero corrupto animal esse desinit. Et iam perlustratis omnibus sensibus adducā qd̄ ab Arist. ponit̄ in libris de animaliū generatione: Quid causę est, qd̄ longinquitate sentiendi à cęteris animalibus superamur: cum sensus iudicio & acutate præstemus. Meatus enim longior, qui tanquam fistula quædam sensilia excipit, causa est longe sentiendi: hoc præstant belluæ. Nam productioribus pleræꝙ sunt auribus: ut canes, maxime Laconici. Et oculi quo magis in recessu cauo fuerint, procul magis adspiciūt. Indicium manus est oppositа fronti cum remotius quid prospectamus. Acuitatem uero & iudicium tenuitas membranæ facit, qua præcellunt homines, quibus tenerior cutis, ij criti ci magis. Postremo probat Aristoteles in lib. de sensu, qualitates sensiles esse in infinitum diuisibiles, & si corpora, cum in corporibus illæ sint. Contra uero sentientes confutat, libro tertio. Eam animæ partem attingit, quæ rationis est particeps: quamue in opinionem dianœam, & mentem diducit. Opinionem posse decipi dicit: quia in pleriſꝙ cognitio quædam, non quod sint, aut quomodo sint (nam de ente tantum scientia) sed quod non sint, & quomodo non sint. Quapropter opinio dicetur habitus intelligēdi ratiocinatiuus circa ea quæ pos-

De tactu

Dulcia calidiora sūt ac magis nutriētia.

Cur sensibus ex parte supe ramur à belluis

Opinio

quæ possunt se aliter habere. Dianœam uero definit discursum rationis syllogisticō ad ueram esse conclusionē, quæ qdem uera per se sit, ex accidēte uero quādoꝙ falla, ob errorem in causis quas ad ipsam nequaquam pertinet indagare, sed qualescūꝙ accipiat ueras per illam inducere illationes. Nam de ipsis quidem principijs scientia tantum quærit quæ nam sint: si uera, seu falsa: media, uel non media: si demōstrari, uel non demōstrari queāt. Quare apud Latinos adhuc nomen nō inuenit: nisi fortè cognitionem interpretari uelimus. Nam dianœa, quam rhetorici sententiā dicunt, alia est. Nostri autem theologi hanc partem intellectum diuidētem & cōponentem appellant. Mens uero entelechia & quasi pfectio ipsius animæ, sicuti anima corporis ponitur. Animam enim mediam corporis & mentis, eius sapere partem cui inclinauerit, uoluere. Hanc Græci νοῦν uocant: nostri uero theologi, intellectum simplicem. Hæc igitur siue intellectus, idem pueris & uiris & dormientibus & meditantibus est, tota in toto corpore, indiuisibilis essentia, incōmunicabilis, simplex, perpetua, nihil externum patiens uti sensus. Seipsum cernens quoniam ea quæ intelliguntur à materia separata sunt: & ipse intellectus receptor est speciei, & id quod scitur ipsa scientia est: & id quod intelligitur ipse intellectus. Hic quoꝙ multifariam secundum multiplex eius officium & potestatem diducitur: practicus, theoriticus, agens, potens, seu possibilis, tantū ratione inter se differentes: ut agens & patiens comparantur. Agentis est phantasmata intelligibilia offerre, illustrareꝙ, ac rerum species gignere. Potentis uero oblata recipere, ac intelligere: utrumꝙ uero commentator insanus unicum in cunctis facit, externūꝙ, quo tantum in uita uteremur, sed iamdudū diui Thomæ epicherematis explosus est. Nonnulli de agente tantum hoc putantes tolerabiliores fuere: attamē & ipsi ab eodem quoꝙ facile refellūtur, cum agentis, ac patientis unus sit, & in eodem actus. Ex his præterea potentem dignitate præferunt ob præstantius officium: cuius est summum bonum adsequi ac percipere. Huius item partes, ac officia, mens & dianœa est: huius & item practicus & theoriticus. Quoniam intelligere pati quoddam sit. Huius deniꝙ sunt actus intelligendi, qui qualitates absolutæ dicuntur, ab obiecto intelligibili & intellectu re distincti. Quapropter quadriſariam illum considerant. Primo, ut uacuam tabellam antequām sit specie rerum ulla occupata: quæ sit apta tamen apprehendere. Secundo modo cum diuersa rerum specie & cognitione illustrata uacat. Tertio cum nō uacat, sed meditatur atꝙ intelligit. Postremo cum circa suum intellectile iugiter uersatur: quā post mortem Christiani in æterna patria sese consecuturos sperant. In extremo Aristo. de parte differit quæ secundū locum mouetur: cuius causam dicit appetitū & intellectū practicū, siue phantasiā esse. Nam multa appetunt quæ non mouent̄. Omnia nāꝙ animalia etiam quæ cæteris carent sensibus tactum habent: ex quo & phantasiā necesse est & appetitū, dolereꝙ & delectari, ut sunt conchæ marinæ, quæ ζωόφυτα appellātur: mediamꝙ inter animalia & plātas tenent naturam. Deinceps pauca ex alijs quoꝙ authoribus subijciam. Cum enim anima ex diuersis officijs diuersa sibi nomina cōparet, uidelicet cum intelligit, cum reminiscit̄, cum iudicat, cum appetit: intellectus, memoria, ratio, uolūtas appellatur. Voluntas enim & intellectus diuersas potestates re distinctas cōnotāt, quarū quæꝙ suos habent adsertores. Nōnulli uolūtatem præferūt. Thomas intellectū, Plato item in Philebo: causamꝙ adsignat, cum duo sint entiū elementa, infinitū & terminus, ex quibus ens & uniuersum cōstat in genere, infiniti uoluntas est, cum sit motus quidā ad magis & minus. Mens autem in genere termini, quoniā dum in se cōuertitur profecto terminat ordinatꝙ seipsam. Adfectus qui aliunde uenit septa nulla circūscribitur. Mens autem sui imperiū habet: quapropter summū bonū dicitur tāꝙ definitor ac moderator. Quod ꝓfecto uerū in his quæ secundū naturā sunt. In his uero quæ supra naturā: uolūtatem idem Plato uidet̄ quodāmodo præferre in Phædro & Symposio, ꝙ hęc per amorem simul iūgat̄. Hæc item, ut nostri tradūt, multiplex cōscribit̄: humana, diuina, antecedēs, subsequens, iubens, significās. Signa uero ipsa cum iubet deus, cum ꝓhibet, cū indulget, cum cōsulit, cum exequit̄. Vsurpat̄ & hęc interdū prò potestate, energia, obiecto: sequit̄ & prohæresim, id est, electionē, quam nostri liberū arbitrium uocāt: de qua in libro tertio ethicorum uberius dicitur. Præterea synedesis & syntęresis. Solus enim animalium homo, ut Aristoteles alibi narrat, aliud cogitat, aliud facit: quod cogitationis atꝙ intelligentiæ plures sint uiæ, uoluntatis una tantum. Alexander Aphrodiseus in libro de anima, de intellectu sic differit. Possibilis & agens se habent, ut materialis, & formalis. Materialis in nobis est, qui & habi-

Dianœa

Intellectus

seipsum cernit

Practicus

Theoriticus

Agens

Potens

ζωόφυτα

De anima ex alijs authoribus

Plato

Prohæresis

Synedesis

Syntęresis

Ex Alexādro Aphrodiseo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& habitualis dicitur. In eo enim fiunt ab agente habitus. Agens uero extrinsecus est, & in corruptibilis uiuit separatus. Similiter quoq; & intellectiones deforis sunt, quando intelliguntur tantum intellectiones fiunt. Itaq; intelligibilis species, agēs intellectus dicitur. Qui causa est habitus & per se sine materia subsistere potest. Nam in qualibet re id potissimum quod maxime proprium & præcipuum, est & aljs causa ut ita sint. Species rerum intelligibiles perpetuæ sunt: intellectus quoq; eas apprehendens similis eis fit: & est intellectus deforis in nobis genitus: ut placet Aristoteli. Possibilis uero unà cū anima cuius est potestas interijt, unaq; cum habitu, potentia, & perfectione sua. Quomodo autē se intellectus intelligat, idem author sic differit. Intellectus cum se intelligit, per se speciem intelligibilem intelligit: per accidens uero seipsum: ea de causa quod intellectui accidit: ut cum intelligit, illud fiat, quod ab se intellectum est. Anteq; igitur actu intellectum intelligat, ipsum intellegere; & id quod intelligitur mutuo referuntur, atq; oppositа inuicem habentur: uelut ea quæ sunt ad aliquid. Cum uero utraq; in actum prodeunt, & unum fiunt, cessat oppositio. Ideo intellectus in energia, qui idē fit cum intellectu specie, iure sese intelligere dicitur: quia hoc idem quod intelligit fit. Species enim disiunctas à materia intelligit. Non enim hoc singulariter apprehendit, sed in singulari id quod est esse intelligit. Neq; pari ratione sensum energia seipsum sentire dixeris: licet ipse quoq; species sensiliū rerum excipiat: ea de causa, quia sentit quæcūq; sentit uelut addita materiæ. Nam in sensilibus aliud est esse rem, aliud est esse rei. Neq; enim idem est æs, & esse æri: nam simul utrūq; est & materia & species: æri autem esse non per utrūq;, sed per diffinitionē & speciem est, quæ subiecta materiæ ingenitæ æs ipsum facit. Sēsus ergo utrūq; uider, speciem uidelicet in materia. Ideo omne sensile hoc aliquid & singulare est. Intellectus uero speciei & diffinitionis in uniuersali. Et hæc quidē Alexander, cuius sentētia tam de mortalitate q̄ unitate à nostris item exploditur, q̄ & ipsa commentatoris supra enarratum sapiat errorem. Platonis autem de anima opinio in uniuersum hæc est. Animas in primis, non ut Aristoteles entelechias, sed ex ipsis elementis ac rerum omnibus initijs principio à deo creatas, unà cum mundo existimat, secutus Pythagoricum dogma, similia non nisi à similibus suis cōprehendi: quod etiam Empedocles sentiens, ait in suis carminibus, Terram terreno comprendimus, æthera flammis, Humorem liquido, nostro spiratile flatu, Pacem tranquillo, litem quoq; litigioso. Nam & his ille rerum initijs cum cætera omnia tum animæ substantiā constare censebat: propterea q̄ penes eam rerum omnium esse plenam scientiam, simili suo similitudinē habentia comprehēdentem. Plato igitur eas trium generum facit, mūdi primam uniuersi: nam animal intelligibile mundum esse dicit: deinde astrorum sphærarum q̄ omnium, quibus singulis dat animas. Postremo terrestrium omnium, & hæ trium item generum. Dæmonum aeriorum qui sunt inter deos & homines. Secundæ hominum, qui sunt inter dæmones & belluas. Tertiæ belluarū citra rationem. Igitur hominum animas ab initio procreatas deus æthereis inuoluit corporibus, alias aljs astris accōmodans. Deinde in corpora demersit, ex quo non scire putabat, sed scita reminisci: partesq; tris habere in corpore: rationalem in capite, irascibilē in corde, ut uitia ratione emendet: concupiscibilem in hepate procul à ratione, q̄ minus hoc uitium rationi obtemperet. Tribuit item cuiq; animæ mentem custodiæ gratia, quæ ad uirtutem eam adhortaretur. Præterea in Philebo & in Phædone dicit animā uiri probi ad dei factam esse similitudinem. Quæ autem in terris sensuum perturbationes uincerent, ad stellā suam reuolarent. Quæ ferinis perturbationibus superarentur: post mortem in alia transirent corpora pro criminum qualitate suscepta: & ambitu quodā quasi bruta peretrant, donec mentе perturbationes exuperante purgatæ reuertentur ad stellam suam. Apud inferos etiā purgationes esse dicit in Styge, Phlegetonte, & Cocyro. Magna uero scelera perpetrātes ac tyrannos ad tartara funditus demitti: ubi perpetuo crucientur. Locum hoc pacto mediū cum nostro dogmate uidetur probare. Immortalitatem uero ipsius animæ ex motu potissimum probat. Seipsam mouere dicit contra Aristot. Quod autē ab se mouetur, semper mouetur. Quod semper mouetur, immortale est. Quod item se moueat, est argumento hominis cogitatio, quando incorporea diuinaq; appetit, quando uirtute proficit, facile ostendit supra corpus esse, sineq; eo motus agitare sempiternos posse. Si quis autem obijciat animam irrationalem uideri principium motus, quatenus ipsa ex se uegetandi uim ac sentiendi qualitates edit in corpus, facile respondebimus, eam non habere ueram principij rationem, sed in-

Quomodo se intellectus intelligit.

Plato de anima

De animæ immortalitate.

strumenti

strumenti ab ipsa natura impulsi, haud aliter quàm elementares qualitates in suis agitatæ motibus. Et hæc quidem ex Platone. Aristo. autē de ipsius animæ immortalitate recte quidem sentire uidet. Præsertim duobus in locis. In primo huius operis libro, ubi ut perpetuū à corruptibili intellectū diuidi dicit. Et lib. XII. metaphysicæ, ubi ait formas reperiri essentiales, quæ corrupto cōposito uiuāt: exēplum animæ intellectiuæ allegādo. In libro autem primo ethic. aliquid nubis obijcere uidet, quod locū felicitati post mortē negauerit, ex quo loco Alexāder Aphrodiseus fatet manifesto eū mortalem posuisse animā. At Thomas pro Aristotele instat. Platonici insuper errare adseuerāt, q̄ quum sicut & ipsi priorem corpore animā dixerit, tamē reminisci nō admittat. Hęreticorū quoq; opinio qui traducē eā dicebāt hoc est, sicuti corpus à corpore, sic animā ab anima generari, ab Hieronymo cōfutat. Nos igit sic edocti diuinitus sumus, ut animas post corpus in utero factū, ab oīpotenti deo cōdi recte credamus, eiusq; perpetuitatē quanquā ex multis cœlitus ꝓdigijs dignoscere manifesto possumus, plurimis tamen humanis rationibus considerare licet. præsertim quinq;. Prima Platonica, quā supra diximus, de motu. Deinde cū sensus reliqui à summo sensibili corrumpātur, intellectus à summo intelligibili perficitur. Tertia, q̄ seipsum uideat. Et hæc quidem naturalia, quę supra item ab Aristotele, cōmentatoreq; narrata sunt. Reliquæ duæ ad mores & uerisimilitudinē pertinēt. Primum q̄ consentaneum sit examen quandoq; malorum bonorumq; futurum, ac cuiq; pro meritis tribuendum ex diuina iustitia, quum indiscreta esse omnia in hac uita uideamus. Deinde, ut ait Cicero, philosophi omnes, quorū uita moresq; probati fuere, ut Socrates, & Socratici, cuncti immortalē animā dixere. At hi qui cum uoluptate fœdissime uixerunt, contrà opinati sunt: sicuti Aristippus, & Theodorus Atheos. Non igitur est uerisimile, ut uerius de rebus animi iudicet ebrius aut uoluptarius, qui secundum mores suos iudicat, quàm uir sobrius & castus.

IN GENERATIONEM ET CORRVPTIONEM.

DE rerum naturalium permutatione nunc differit, quæ secūdum essentiā generantur & corrumpuntur, aut secūdum qualitatē alterātur, seu etiam secūdum quantitatem augētur & minuuntur. In his etiā de mixto disputat & de tactu. Quid'ue sit agere ac pati. Ac initio ueterū opinionē de principijs rerum & generationis cōfutat. Platonis etiā, qui corpora ex planis indiuisibilibus, & Democriti, qui ex atomis cōstituebant: quorū magna pars in primo physicæ cōmemorantur. Deinde hæc firmat symperasmata: q̄ in corruptione substātiali nō fit resolutio usq; ad materiam primā, sed forma remanet essentialis: probat q̄ eadem forma accidentalis remanet corrupto, quæ fuit ante genito, ut animaduerti licet in elementorū essentialiū generatione: ergo etiā aliqua alia forma essentialis remanet. Consequēs manifestū quia si det oppositū, aut accidens migrabit de subiecto in subiectū, aut subiectū generationis & alterationis erit materia prima, & cōpositio secūda præcedet primā. Symperasma secūdum. Aliqua forma accidentalis eadem numero manet in subiecto genito, & corrupto. Triplices enim formæ accidentales sunt. Quædam cōpositi essentiā consequuntur ex materia & forma corpulentiæ, sicuti quātitas. Aliæ cōpositum mixtum cōsequuntur, siue ex materia & forma mixti cōpositum, sicut cicatrix & figura. Nonnullæ uero cōpositi specifici essentiā consequūtur, sicuti similitas & risibilitas. Ex his catholica dicūtur tria, quod omnes formæ accidentales formā corpulentiæ consequentes remanent eædem genito & corrupto. Deinde, q̄ omnes formæ accidentales formā mixti consequentes, remanent eædem numero in corruptione alicuius mixti. Postremo omnes formæ accidētales essentiā speciei cōsequentes nō remanent eædem genito & corrupto, ut corpus hominis genitū est sanū, uel ægrotū, sed corpus eius corruptū, neq; est sanū, neq; ægrotum. Ad generationē autē sympathia & antipathia concurrunt. Nos rerū concordiam & discordiā recte dicimus, interprete Plinio, ut sit illud Ouidij: Concors discordia fœtibus apta est. In hac igitur unā esse subiacētem naturam, in qua facere ut pati sit, necesse est. Neq; enim calidum frigefit, seu frigidum calefit, sed quod his subijcitur, uidelicet animal, lapis. In quo & facere & pati est medio cōtactu. Neq; enim alius sensus aptior fuit, ut qui omnibus sensilibus sit cōmunis, quum quædam cæteris desint sensibus. Nam aer quod sine colore ac sapore sit & oculis & auribus minime sentitur. Multa quoq; sine sapore, ut aqua. Tactui uero omnia cōmunicāt. Quamobrē generationi is fuit aptissimus. Igitur generatio mutatione quadam subiecti absoluitur: ut, ex quo auis,

Triplex forma ex accidente

Catholica tria

Sympathia

Antipathia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex aqua aer. Alteratio uero manente subiecto: ut ægrotat & cõualescit idem permanẽs ho-
De mixtione ridicula ratio mo. Mixtionẽ deinde enarrat: probatq; eam omnino esse, contra negãtes. Est enim mixtio
mixtibilium alteratorũ unio, ubi elementa tantum potestate non forma remanent. Ratio,
quia unũquodq; mixtum esset re plura supposita: quod fieri nequit. Præterea in mixto sem-
per unum prædominat elemẽtum. Mixta quadruplicia sunt: alia ex quatuor: alia ex tribus,
aut duobus: alia ex uno elemento & mixto: quædam ex mixto tantum citra elementa gene-
rantur. Sunt enim in mixto quatuor: materia elemẽtaris: forma essentialis ipsius mixti: de-
inde ipsum mixtũ: postremo forma accidẽtalis, quæ consequit mixtum. Præterea mixtum
neq; generationẽ, neq; corruptionẽ, aut augmentũ, siue alterationẽ: sed tantum cõpositum
Mixtũ ex contrarijs & æquis partibus. significat. Compositũ enim idem ac mixtum. Ex cõtrarijs namq; & æquis partibus cõstat:
q; si alterum superetur, in maioris partis naturã mutabitur. Vt aqua minore quãtitate in ui-
num: & contra. Si uero æque confundant, in quandam tertiam conuertũtur naturã. Simile
quoq; à simili non patitur, sed dissimili: ut aqua ab igne. Sunt igitur elemẽta materia mixto-
Confutatio dicorum à ueteribus rum. Mixta uero subiecta, ac materia formarum accidentaliũ. Quidam mixtionẽ dicebãt,
immitti solida in uacuos poros alterius: quod sanè absurdũ apparet in augmento. Si enim
augens in poros immittit alterius, nihilo secius crescit, sed eadem manebit quantitas. Alias
item alij causas inducũt, quas primo physicæ libro percurri. Anaxagoras inter alios homœo-
meras corporum eorũdem, ut minima ossa principiũ ossium: quem cõfutat Arist. probans
q; multa simul coeunt, quæ propterea non fiunt: ut mel melli coniunctũ nequaq; fit: eadem
quoq; ratione disiuncta corrũpuntur. Sunt etiam qui generationẽ nullam esse dictitabant,
Contra Platonem sed tantum nobis uideri. Sunt item Platonici, qui omne corpus physicum ex planis & indi-
uisibilibus faciũt, & in plana & in indiuisibilia dissoluunt: ut ex superficie in lineas, deinde
in notas. Ex his esse grauiora, quæ multis cõstent triãgulis: leuiora, quæ paucioribus. Quæ
sanè opinio Platonicorũ ab Aristo. ut inepta redarguit: q; corpus physicum sit necesse pon-
dus habere: inclinariq; natura ad superna uel inferna tẽdere. Mathematica uero nulla sunt
De elementis pondere. Præterea magnus ignis plures triangulos retineret: ex quo grauior esset. At con-
trà uidemus, quanto maior, tanto leuior. Liber II. elemẽta, proprietatesq; eorũ omnis enar-
rat, q; ex his generationes fiunt: moreq; suo in primis ueterum sententias confutat: præser-
παυδοχιον tim Platonis, qui materiã ponebat παυδοχιον, id est, susceptiuũ omniũ formarũ: quoniã mi-
nime distinguebat, quid illud sit, an separatũ ab elementis. Alij elemẽta separata æqualia &
cõtraria: nõnulli unum elementũ esse alterius materiã dixere. Arist. aũt unam esse corporũ
sensibiliũ materiã à proprietatibus seu qualitatibus minime diuisam: ne'ue à contrarietate
ex qua fiunt elementa uaria. Probatio est, q; calidũ non sit frigidũ, nec contrà: necesse ergo
materiã esse unam quæ sit amborũ subiectũ. Deinde qualitates eorum cõtrarias ac tactiles
narrat, calidũ & frigidũ, humidũ & siccum: quibus accedũt rarum & dẽsum, leue & graue,
molle & durũ, planũ & asperũ, lubricũ & tenax. Cõiugationes in summa VII. quę omnes
ad quatuor primas reducunt, quæ differẽtiæ sunt elementorũ. Ex qbus calidũ & frigidum
agẽtia sunt: siccum & humidũ patiẽtia. Quod ꝓfecto ex effectu manifestũ: calidũ em discre-
tiuum, frigidũ collectiuũ: colligere & dissipare agere quoddã est. Humidũ item facile termi-
natur: at siccũ nõ facile. Facile em̃ ac difficile pati rursus quoddã fuerit. Distinguit igit hoc
modo: Calidũ & siccũ & acutũ, ignis est: frigidũ & humidũ, lubricũ & molle, aquæ: calidũ
& humidũ & leue, aeris: frigidũ, siccũ, durũ, asperũ, pingue, terræ. Ex his alia magis alijs in-
sunt: ut ignis, magis calidus q; siccus: aer, magis humidus q; calidus: aqua, magis frigida q;
Agentes causæ ad generationem triformem faciunt. humida: terra, magis sicca q; frigida. Ad generationẽ igit mixtorũ agẽtes causæ triformẽ fa-
ciunt. Causæ principales mediatæ, quæ sunt agẽtia uniuersalia. Causæ agẽtes immediatæ,
quæ sunt quatuor elemẽta. Et causæ agẽtes instrumẽtales, quæ sũt qualitates primæ supra
memoratæ. Causam em̃ agẽtẽ uniuersalẽ dicit esse, solis adcessum & recessum in obliquo.
Deinde ostẽdit, q; licet elemẽtũ simplex, requirit tñ sæpe cõpositũ: ut uidemus aerem aqua
terrena immixtũ, & ignẽ uaporibus inferioribus, & terrã aqua. Præterea dicit esse elemẽta
Generationes ex recto in diuiduis, in specie uero reciprocæ transmutabilia, hoc est, alterũ in alterũ cõmutari, ut aerẽ in aquã: & aquã in aerẽ reciproce.
Secundũ rectũ em̃ fiunt generationes in indiuiduis, & ex diuersitate numerali, ut in eis non
sit reuersio: ut idem homo erit idem animal post corruptionẽ. Sed in specie fiunt generatio-
nes reciprocæ, ut sit reuersio: uidelicet ex aqua fit aer, & ex aere aqua: nõ eadẽ numero, sed
specie. Ex quo etiã sequit illud ex Aristo. catholicũ: q; generabilia reuertunt eadem specie,
quorum

quorum essentia deperit & corrũpitur. Quorũ uero essentia minime deperit, eadẽ numero
reuerti, ut idem sol numero supra nostrũ hemisphæriũ reuertitur. Quum enim cõmutãtur
elemẽta, tunc resolutio fit usq; ad materiã primã, quæ est subiectũ quatuor elementorũ in
specie: nam in quolibet corpore simplici, est una tantũ forma essentialis. In mixtis uero nõ
fit resolutio usq; ad materiã primã, uti supra narrauimus. Deinde superiora, inquit, per or-
Catholicum bium cœlestiũ motũ in inferiora influere ac res procreare. De situ autem & quantitate ele-
De situ & quantitate elementorum mentorũ, sic ait. Concauum cuiusq; esse alterius locũ. Magnitudine uero, alterũ ab altero
decuplo superari. Raritate quoq; inter se eodem numero distare. Præterea si simul omnia
cõsunderentur, quodq; in locum suum reuerteretur. Si uero pariter condensentur, æqualẽ
omnibus fore materiã. Idem quoq; in Probl. ait, terram & aquã putrescere, ignem & aerẽ
minime, quod calida non putrent, dum calida perseuerant, sed refrigerata. Illa uero duo ca-
lida semper, alterum per se, alterum ob ignem existunt. Præterea ignis naturam, oleum &
cæteram calidam, cutem uero nigram reddere, quod hæc uritur, ab illis uero terrena pars
quæ nigrior est eximitur. De coloribus uero alibi dicit aeris esse nullũ, aquæ album, ignis
rubrum, terræ item album, nigrescere autem ex humore, essecq; indicio cinerem.

DE COELO.

Quod cœlũ diuersum ab elementis

COELVM Aristoteles descripturus has breuiter theses ꝓbat In primis quintũ
esse corpus simplex, finitum, ac diuersum ab elemẽtis, nec plures esse cœlos,
præterea æternũ, nec genitum, neq; desiturũ: Quod diuersum ab elemẽtis hoc
modo: Elementorũ motus rectus est. Mixta quoq; secũdum elementũ prędo-
minans mouẽtur sursum aut deorsum. Motus autem cœli est cyclicus, qui est
Quod corpus simplex prior recto & diuerso, ergo corpus & essentia eius diuersa prior. Quod corpus simplex,
probat motu itẽ cyclico, qui simplex & unus est, simplicis uero corporis simplex est mot⁹:
nam nec ipse, nec Cõmentator, cœlum ex materia & forma cõpositũ ullo modo admittũt,
sed formã esse simplicẽ quantitati subiectã, ac trinæ dimensioni. Entiũ nanq; naturalium
quædã sunt corpora & magnitudines, alia quæ habẽt corpus & magnitudinẽ, nõnulla ue-
Quod finitũ ro sunt principia habentiũ corpus & magnitudinẽ. Quod finitũ est probat, quia infinitum
circumagi, aut moueri nõ potest: inde si corpus cyclice motũ est infinitũ, lineæ protractę à
centro ad circũferentiã erunt infinitæ. Si igitur cœli corpus moueretur, quãdo moueri ne-
cesse est, intercideret linearum à centro protractarũ distantia, quod fieri nequaquã potest.
Nullũ igitur corpus infinitũ esse dicit, sed neq; locus, neq; uacuũ, neq; tẽpus extra cœlum.
Dicit tamen infinitũ cœlũ quadantenus, ob eius magnitudinẽ, eo ferè modo, quo numerũ
etiã magnũ infinitũ uocamus: motũ item cœli infinitũ, quo motũ in circulo dicimus quoq;
infinitũ, cum principiũ habere nõ uideatur. Est tamen finitus eius motus cum ab oriẽte in-
cipiat. Quod autẽ plures cœli esse uideãtur probat: cœlũ uniuersale ac species est, ergo plu-
res numero habet. Itẽ, quoties aliqua duo sic se habẽt, ut unũ sit prius altero secundũ modũ
prioris, stat prius esse sine posteriore: sed mundus & hic mundus sic se habent, q; mundus
præcedit hunc mundũ secundũ modum prioris: stat itaq; mundũ esse sine hoc mũdo, ergo
plures esse possunt. Soluit, primo q; aliud est hoc cœlũ, & cœlũ simpliciter. Nam cœlũ sim-
pliciter est uti forma, sed hoc cœlũ est forma cum materia: quã cum cœlũ totã cõprehẽdat,
Quod non plures cœli non alterũ poterat esse cœlum: haud aliter quàm si homo ex omnibus ossibus & carnibus
cõstaret, nõ alter homo posset inueniri. In alterũ arguitur. In omnibus in quibus est forma
per medium cuiusdam speciei, sub ea nõ contingit esse plura singularia: sed cœlum est hu-
iusce modi: igitur unũ est cœlum, extra quod corpus nõ est, neq; locus, neq; uacuum, neq;
tempus. Locus & uacuum nõ est, quod neq; corpus: nam ubi corpus, & locus, & uacuum
reperiretur, si esset. tempus item non est, quod cœlum non sit, cuius motũ cœlum metitur.
De cœli æternitate De æternitate autẽ mundi siue cœli, triplex opinio ab eo refertur. Omnes penè philosophi
ante eum, genitũ dixerunt: quidam genitum & nõ corruptibile, ut Plato. Ipse uero primus
in hac opinione, neq; genitũ, neq; corruptibile. Ac primum confutat Platonẽ, cum genitũ
esse oporteat omne quod futurũ corruptibile sit, & quod habuit initiũ, finẽ etiã habiturũ.
Nam generabile & corruptibile, cõuerti dicit, quoniã eorum contraria in ingenerabile &
incorruptibile conuertuntur. Etenim esse quum ex alijs, tum ex tempore declaratur. quod
autem perpetuum est, & infinitum. Supposita enim temporis æternitate, implicat contra-
dictionem, aliquid idem habere potestatẽ ad esse per tẽpus infinitum, & potestatem ad nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse per tempus infinitum, quoniã sequeretur q̃ esset tunc aliquid generabilium aut corruptibilium, sed nullum tale est huiusmodi: patet, q̃ secundum Arist. quodlibet generabile & corruptibile quãdoq̃ non erit, & tunc implicabit ipsum esse. Nam aliter idem numero posset ꝓduci. Ideo contradictionẽ implicabit ipsum habere potestatẽ ad esse per tempus infinitum ex parte posteriore. Præterea narrat quot modis dicitur ingenitum. Vno modo quod prius fuit non ens, & nunc est ens sine generatione & trãsmutatione, sicuti quidam dicunt de motu & tactu. Deinde quod omnino fieri non potest & corrũpi, tamen ipsum nondum factum est. Tertio quod omnino fieri non potest. His addit q̃ aliquid fieri non potest dupliciter: uno modo, simpliciter: altero modo, quia non facile fit. Genitum totidem dicitur modis: primo, quod habet esse, deinde non esse: secundo modo, quod generari potest, siue simpliciter, siue facile: tertio, quod per naturalem transmutationẽ posset accipere esse post non esse, siue iam sit, siue non. Deinde corruptibile distinguit: uno modo qd̃ potest habere non esse, postea esse, siue sit per trãsmutationem, siue non: secundo modo, quod per transmutationem rei potest habere non esse, postea esse: tertio modo, quod facile corrumpit, αὐτακὲς Græci dicunt. Deinde incorruptibilis modus: primum dicitur, quod prius est ens, & postea non ens sine trãsmutatione, sicuti motus & tactus: secũdo modo, quod est fieri non potest, cum non fiat, aut nõ futurum sit, & hoc proprie incorruptibile dicitur: tertio, quod non facile corrumpit. Lib. 11. prosequitur æternitatem mundi probare topicis quidem argumentationibus. Ex tempore, quod est perpetuũ: ex opinione antiquorũ, qui cœlum uel sempiternum tribuunt dijs pro sede: ex facilitate motus, qui nullã habet terminorũ repugnantiã. Adducunt præterea tale argumentũ: si factum est cœlum, erat, quando non erat: sed achronon, neq̃ sensu capax sine cœlo: sed tempus, numerus est cœlestis motus: itaq̃ dicere erat, quando non erat cœlum: idem est, erat tempus, quando tempus non erat. Erat autem, pars est temporis præteriti. Si igit̃ nunc̃q̃ erat tempus, quando non erat cœlum: tempus autem sempiternum erat: ergo præcedit omne acceptũ. Manifestũ igitur q̃ cœlum ingenitũ, q̃ sicuti erat præcedit omne tempus: sic consequit̃ erit. Tempore em̃ semper existente, semper erit simul existẽs cum eo cœlum. Hæc quidem peripatetici. At Platonici nobiscũ sentiẽtes cõtendunt simul cum cœlo factũ esse tempus. Et sicut erat qn̄ non erat cœlũ, sic & non erat qn̄ tempus non erat. Nam erat, & est, & erit, partes qdem tpis existũt, attamen ῥωτωτύπως hæc sunt. i. præfiguraliter, q̃ æuum aliter demonstrari non possit. Est em̃ æuum, collecta ex deo ꝓcreatio semp habens ante tẽpus, & post factum. Igit̃ tẽpus simulacrũ æui habuit, hoc quod dicit̃: & est, & erit, donec fuerit, scd'm uidelicet anaphorã ad æuum. Dicẽtes igit̃ erat, quando non erat cœlum: non dicunt, erat tempus, qn̄ tempus non erat: sed ꝓductio quædã æualis, ut ita dicã, scd'm quã, neq̃ cœlum, neq̃ tẽpus habuit hypostasim: qn̄ autem cœlum cœpit esse, tunc & tempus. Præter hæc animatũ esse cœlũ ac perpetuo & æquali motu agitari: non ab anima qdem, ut Plato sentit, Arist. putat, cum animæ motus sicuti cęterorũ animaliũ requiem qn̄q̃ & interpolationẽ expetat: sed magis diuino quodã actu atq̃ impulsu, qm̄ non absistit à ꝓprio loco, sed semp eundẽ retinet & circũuertitur, ac quanq̃ partes mutat, locum nõ deserit uniuersi. Quapropter animã sphæris non insitam, sed extrinsecus adhærentẽ atq̃ impellentẽ attribuit, qd̃ & nostro quoq̃ Aquinati ꝓbatur. Cyclicus prẽterea motus æternus nullo altero termino corrũpẽre apparet. Post hæc de ordine ac nũero sphærarum, deq̃ motus earum uarietate tractat. Triplici nãq̃ dimẽsione senis modis moueri dicit: lõgitudine, latitudine, altitudine. Lõgitudine, sursum, ac deorsum: hoc est, à polo antarctico in septentrionẽ. Polum em̃ nobis antarcticũ qui nobis latet, sursum cœli appellat, qm̄ dextrã habeat orientẽ. Nam orientẽ dextrã uocat, unde motus oriũt̃, & siniſtrã occidentem. Contra Pythagorei sursum uocabãt nostrũ polum. At Ptolemæus & astrologi lõgitudinẽ uocant orietis in occidentẽ, latitudinẽ uero à septẽtrione in meridiem. Tertia uero dimẽsio scd'm omnes ex altitudine ante respicit nostrũ hemisphæriũ ac mediũ cœlum. Retro uero contra sub terra. Patet igit̃ scd'm Arist. nos qui arcticũ habitamus aduerso mundo constitutos. Nam qd'mundo & antarcticũ habitantibus dextrũ ac sursum est, nobis siniſtrũ & deorsum. Dicit quoque inter hos situs esse ordinem, ut longitudo latitudine prior sit, postremo uero altitudo, ut sit sursum, unde motus, dextrũ à quo, & anterius ad qd̃, & hæc qdem suis terminis cõtrarijs priora. Arist. octauã sphęrã à deo motã, tm̃ primũ mobile posuit. At post ea Ptolemæus diligentius uestigãs nonã primũ mobile dixit. Neoterici etiã decimã addiderunt.

Quot modis ingenitum
Quot modis genitum
Quot modi corruptibilis.
Quot incorruptibilis
Quod mundus æternus
Quod cœlum animatum
De motu sphærarũ atq̃ ordine

runt. Quapropter nonã non primũ, sed secũdum mobile faciunt. Dicit item q̃ cœlum agit in hæc inferiora triplici instrumẽto, motu, lumine, & influẽtia, per has ultimas duas etiã si motus tolleret̃, multas & generationes & corruptiones fieri posse. Cæterũ figura sphærica cœlũ esse, quæ inter solida perfectior, sicuti circulus inter plana, quoniã simplicior: nã una tantum linea, reliquæ figuræ pluribus cõsistunt. Insuper æquali & normali motu moueri, quoniã inæqualitas remissionẽ, tum cõtentionẽ creare uidet̃. Tribus enim terminis motus cõtentio cernit̃, à medio, ad medium, & circa mediũ. In his enim quæ secũdum locũ mouẽtur, in fine magis cõtendunt: ueluti parte ad totũ, & ad naturã suã properante. Sicuti terrea & grauia, ad inferiora. i. ad medium. At ignea & leuia, ad superiora, id est, à medio ferri. In his uero quæ præter naturã impelluntur, uis maior ab initio motus cõspicitur, uiresq̃ deinde paulatim aduersante natura remitti. Quæ autẽ ex obliquo & aduerso ferunt̃, hęc nisi uires accipiãt aera secandi, debilia sunt: ut patet in telis aut lapidibus excussis, quæ ꝓpius emissa nõ adeo nocẽt. Itaq̃ huiusmodi genus dicitur circa mediũ cursum uim habere. In circulari igitur motu nullus horum contingit, cum principio, ac fine careat: neq̃ etiã per se motum uariat, neq̃ à mouẽte inæqualitatẽ accipit. Sed q̃ contingit planetã minore spatio signum aliquod peragere, nõ ex inæqualitate, sed circuli eccentrici, siue deferentis ratione ꝓuenit. Similiter uero in signo aliquo diutius permanẽdi causa Epicyclus, in quo planeta reuoluit & ubi retrogradationes fiunt: quos quanquã non ponit Aristoteles, q̃ suo tẽpore non fuerint reperti, uidet̃ tamen ponere ac tacite cõcedere, cum dicat multitudinẽ motuum sphærarum causam esse inæqualitatis: nam & eccẽtrici & epicycli numerũ ac diuersitatẽ motuũ augent. Monstrat insuper, q̃ orbes astraq̃ omnia & ipsæ intelligentiæ ea mouẽtes inter se specie specialissima differũt. Ratio, quoniã habeãt proprietates specie differẽtes. alia enim alijs magis lucent, aut magis frigorifica, aut calorifica. præterea ut ipse in VIII. metaphysicæ testatur, abstractis à materia sit tantũ unum indiuiduum & una species. Astra enim & cœlum, ut idem opinat̃, corpora sunt, à materia abstracta. Deinceps de astris, ex quibus cõstent, quibus'ue figuris, qui motus eorũ. Placet igitur Aristoteli ea ex eadem essentia poni, qua & cœlum, in quo cursum habẽt. Solẽ quoq̃ ipsum non calidum natura, sed motu suo hypeccaumatis caliditatẽ excitare, & aerem flãmantem ad inferiora demittere: nec mirum cum motus sit aptus, & lignũ, & lapides, & ferrũ deniq̃ ipsum incẽdere. Quod Platonici, ut ineptissimũ reprehẽdũt, qui solẽ propriũ habere calorẽ uolũt. ut alibi dicemus. Præterea animalia esse astra existimãt, sensum habẽtia: quæ quãquã moueri uident̃, immobilia tamẽ per se esse, moueri autem à suis delata sphæris: ꝓprio & cõtrario cursu firmamẽti tardiore, uelocioréue, secũdum eorũ à prima sphæra distantiã, probatq̃ trib⁹ potissimũ de causis: nã si cœlo inhærerẽt mouerẽturq̃, cœli cõtinentia discinderẽt. Omne em̃ scissile, corruptibile Deinde, quomodo sine instrumẽto, aut pedibus, mouẽtur. Postremo, duplex est sphæricus motus, uolutatio, & circũactio. i. κύκλησις & δίνησις: circũagũtur planetæ uolutãtur epicycli secũdum Ptolemæũ. Arist. neutro horũ modorũ astrũ per se moueri dicit: nã circumactio locũ cõtinet eundẽ, astra uero errãt, ac modo in septẽtrionẽ modo in meridiẽ transferũtur. Si uero uolutarẽtur, faciẽ mutarent, sed minime mutãt. Indicio est lunæ facies, & maculæ semper eædẽ apparentes. Si igit̃ in uno astro, & in reliquis est. Volutatio em̃ quãuis in sole oriente & occidente uideat̃, ob eius formæ mutationẽ ac uibrationẽ, non tamen per se, sed propter uisus distantiã fit, cũ longior ab latere uideatur & supra caput, quũ idem sit. Visus nanq̃ lõge ꝓtractus uoluit̃ ob infirmitatẽ. Quæ causa est etiã ut astra fixa uibrare uideant̃ Ad planetas uero, q̃ propiquiores sunt minime caligat: ex quo illi nõ tremere uident̃, astra uero cætera uident̃. Quod etiã Platonici refellunt, astraq̃ ipsa moueri dicunt. Sphærica itẽ astra esse docet ex argumento lunæ plenæ, ex motu quoq̃ perenni ac cyclico, cui non alia forma suppetebat, cũ reliqui motus in termino requiem quãdoq̃ consequãtur. Influere insuper inferiori mundo apoteleſmata. i. effecta, dicit. Orbes item erraticos ordine inter se ac cursus celeritate distare. Nam in cursu diurno quãto sphæra remotior à centro, tanto uelocior, ut Saturno cõtingit: quãto uero propinquior, tãto tardior, ut lunæ. ratio, q̃ hęc minus spatij ac tẽporis cõsumat. Cursu uero ꝓprio cõtra euenit, quãto centro propinquior, tanto uelocior. Nec quoniam primo mobili contingit unus tantum motus, & sequenti duo, alijs propterea numerus motuum crescit. Sed solis & lunæ pauciores, Mercurij esse plures pro officijs eorũ & perfectione. Astra insuper plura octauæ sphæræ cõcurrunt ob perfectionẽ,

Tres motus termini
Ratio inæqualitatis
Epicyclus
Cœlum & astra corpora à materia abstracta
Astra ex eadem essentia qua & cœlũ.
Quod sol nõ calidus
Astra animalia esse
Sphæricus duplex est motus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod reliquos inferiores orbes ducat ac antecellat. Sonum quoq; qui Platonicis placet, negat omnino in motibus ferri astrorum, aut ullam melodiam. Ratio, q ab se non moueãtur. Nam & partes nauis motæ non excitant sonum. Deinde à nobis proculdubio audiret: nec solum audiretur, sed ex eo auditus uehemẽtiore corrumperet. Postremo de terra pluribus disserit: stabilemq; ac rotũdam ob naturalem grauitatem in medio quiescere dicit: nonnullorum opiniones confutando, qui motum cœli continuũ, causam esse ne descenderet dixerunt, ex aquæ in uase similitudine: quod si sic esset, & ignis quoq; uiolenter tractus ascenderet. Præterea quamuis parteis habeat ob montes inæquales, tota tamẽ in se sphærica est, q necesse sit eam æque undiq; ab extremis abesse. Nam maior pars semper minorem usq; ad medium compellit. Qui conica figura sunt arbitrati, solẽ respexerunt recta tendere uisum, non animaduertẽtes q ingens cœli spatio gyrus sit in causa, tantũdemq; propterea latitudinis habeat. Huc accedit maximum id signum, q aliquibus procedẽtibus à septentrione ad austrum aliquæ apparent stellæ uersus polum, quæ non antea apparebant: & contrà, q in causa terræ curuitas est. Præterea dicit XL. myriadas stad. esse circuitu, hoc est, CCCC. mil. stad. Hanc alij ut insulam magno mari circũdatam dixere, aquam in medio ponentes, haud considerãtes q ipsi aquæ subiectũ aliquod habere sit necesse: nonnulli terræ uisceribus magnis ueluti cauernis aquam immixtã. Omnino inter pleroscq; conuenit, terram uno globo cum aqua esse complexam tanq; dispartitis insulis, licet quãtitate superetur. Quæ uero partes emineant, si paruæ sint, insulas uocari: si magnæ, continentẽ. Liber III. à pleriscq; commentatoribus uti superuacaneus præteritur. Quarto de elemẽtis, deq; proprietatibus eorũ disserit, id est, de leui & graui tantum. Nam reliquas proprietates simul cum ipsis elemẽtis in II. lib. de generatione plenius exequitur. Nunc leue & graue ad cœli materiã pertinere uidentur: q sursum, deorsumq; tẽdunt. Ignis enim & terra extrema elementorũ contrarijs inter se proprietatibus, natura rectis angulis mouẽtur. Alter quidem leuitate à medio, altera grauitate ad mediũ, & alter perpetuo mobilis, altera perpetuo stabilis. Horum ignis sua in sphæra hypeccauma uocat. Intermedia uero coelementa sunt, aer, & aqua, non leuia quidem, aut grauia per se, sed cõparatione. Aer enim aqua leuior, igne grauior: aqua uero terra leuior, aere grauior: ignis, aerq; quãto maiores, tãto leuiores, facilioresq; ascensu. At contrà, terra & aqua pro magnitudine magis descendunt. Ex his alterum alteri locum præstat: terra aquæ, aqua aeri. Quapropter omnia grauitatẽ aliquam habent, præter ignem: ac rursus leuitatem, præter terram: q ille ubiq; leuis, hæc ubiq; grauis. Quæ causa est, ut uter uento plenus citius descẽdat, q uacuus. Et lignum in aqua quãuis magnum paruo plumbo leuius, in aere autem grauius. Aqua item tellure, & aer aqua fissibilior. Ea demũ est causa, q lata q̃uis grauia, aquæ potius q̃ aeri subsidunt: ut spatij plus occupãtia, q̃ rotunda, in loco minus apto repente diduci. Et hæc quidẽ Arist. At Plato hæc corpora mathematicis ac solidis constituebat: & ex his constare physica: & in plana usq; ad triangulos resoluebat. Primum terram cubo, q hæc figura stabilitati sit apta: ignem pyramidi, seu sphæræ, q hæc mobilis inter solida, uelut ignis: præterea q sphæra quidem tota, est angulus: natura uero angulus calefacit: pyramis uero acutissimi est anguli. Aquam, q plus haberet materiæ, icosedro cõstituit, id est, solido XX. basium, q magnarũ partium ac pluriũ sit, ea propter frigus constringat, nec poros pertrãseat. Aera uero octedro, id est, octo basium figuræ, q minorũ partium est: ex hoc aer rarior & penetrabilior. Cœlum autem ipsum dyodecedro, id est, XII. basium corpori medio inter utrũq; numero, q hoc è communi esset elemẽtorum materia. Hæc itaq; omnia Arist. in fine III. libri de cœlo, qui ante hunc est, confutat: in primisq; ex motu ipso. Si enim cubus terra est, ob stabilitatem, hoc tãtum in loco suo fuerit: sed extra instabilis pyramis, aut sphæra esset. Sicuti & ignis in proprio loco cubus erit: in alieno item pyramis, aut sphæra. Præterea si calefacit & ardet ignis præter angulos, omnia fierent elementa calorifica, quod omnia basibus & angulis finxit, tantum magis ac minus differrent. Si igitur omnes anguli & sphæra ardent, corpora omnia mathematica quæ ex his constant, arderent. Non ergo reliqua erit figura aeri & aquæ. Postremo existentibus angulis, & non sphærica in his forma, uacuum in rerum natura dicetur. Sed quando ad hæc uenimus, ponam breuiter quæ hoc tractatu de cœlo, item Platonici ab Aristotele dissentiũt. Solem in primis, non propter motum, more Aristotelis, sed per se calidum dicunt. Nam si ratione motus calesceret sol, luna quoq; debuisset. Et quanquam, ut Peripatetici dicunt, hoc ei

Concẽtus musicæ in astris non esse

Contra Pla. de terra

Terra XL. myriadas stad.

De elemẽtorũ grauitate & leuitate

Quod Plato elementa solidis ac mathematicis constituebat

Confutatio Aristotelis

hoc ei ob cursus ac mõtus tarditatẽ non cõtingat, attamen q terræ propior est, caloris aliquantulũ reflectere par erat. Ignis præterea ,ppriũ ac principale Platonici non æstũ, ut illi, sed lumen esse dictitãt. Siquidem quo minus alienæ immiscetur materiæ, minus urit. Quo autẽ purior, eo lucidior ac longius lucet q̃ calefaciat: tum igne absente, abit & lumẽ. Calor autem calefacto remanet. Astra quoq; ipsa animalia esse sicuti Aristotelici putant. Qua de causa, nõ ut illi raptu sphærarũ, sed per se moueri dicũt. Mentẽ siue animã cuilibet præesse orbi, uerũ extremo nõ deum, ut ille: nam patũ ex ,pportione rem huiuscemodi Aristoteles distribuisse ab eis reprehẽditur: præsertim cũ in tractatu de iustitia proportionẽ tantopere laudet. Etenim mẽtes ipsæ secũdum analogiã, alterã altera ex dignitate excedere debuerat Dei autẽ cum reliquis substãtijs, q nulla sit ,pportio, omnes facile norũt. Quod Auicenna Aristotelis aliãs adsertor, hunc tamen errorẽ in sua Metaphysica cauit, ac sphæris quidem eodem modo mentes tribuit, deum tamen omniũ conditorẽ motorẽ primi mobilis, ut ille, non fecit, neq; huic tam uili officio ullo modo delegauit. Cœlum insuper ipsum & incorruptibile & perpetuo ferri motu adsentitur Plato: uerum hoc ab anima ipsius, nõ corpore, ut ait Aristoteles, habere. Præterea genitum esse, nec alia q̃ elementari materia constare, ex igne primum, & terra, duobus elementorum extremis: ex argumento sensus, q lucent corpora cœlestia, quodq; se contingunt. Ignis enim diaphani lucisq; causa, Contactus uero terra. Hæc reliqua elementa necessario trahunt, aerem, & aquam, Aer enim purus igni propinquior cum eo circumagitur perpetuo motu. Aqua uero, & aer crassus, & unà cum terra stant, & cõmunicant. Crassiora enim corpora terra quadam puriore admixta sunt, ut astra: & ex his erratica diaphana quidem, sed rariore materia, fixa densiore, & magis splendentia. Intermediæ cœli partes, aqua simul & aerea liquiditate distentæ. Quod autem ex igne cœlum, ex magna parte cõstet, indicio sunt splendor & perpetua mobilitas & motus simplicitas ac peripheria igni conuenientia. Simplex enim cœleste corpus, quemadmodum & ignis est, comparatione corporis compositioris, hac tamen differentia, quod extra locum suum ignis, sicuti cætera elementa, recte mouetur. Aristoteles autem contra recto cum motu tantum natura agit: in sphæra uero, non natura, sed ui à firmamento circumagi adfirmat, ob quam causam igneum cœlum non ponit.

Platonis opinio de cœlo & astris

Contra Aristotelem De astris

De cœlo

IN METEORA.

METEORA Græci omnia quæ in aere pendent appellant. μετωρίζειν suspendere dicunt. Quæ uti clarius innotescant, diductio huiuscemodi faciẽda est. Visa omnia in cœlo aut perpetua sunt, ut phænomena & signa cœlestia, aut contingentia: & hæc aut per systasim, id est, rei consistentiam, ut flammæ, cometæ, circulus lacteus: aut per emphasim, id est, apparentiam & phantasiam, quæ phasmata dicuntur, ut Iris, halo, uirgæ. Phænomena quidem ab astrologis considerantur. Nunc tantum quæ per systasim, & emphasim apparent, prosequitur. Primum igitur flammarum cœlo diuersarum apparentium agentem, dein materialem causam altius repetit. Supra enim ab initio sphæræ supremæ usq; ad lunam æthereum corpus est, inferius uero ad medium, & circa medium, frigidissima corpora aqua & terra. In hoc medio aer & ignis elementaris, qui hypercauma dicitur, quiq; quanto magis ipsi ætheri & orbi lunari propius accedit, tanto uehementior est: quãto uero ab ipso recedit, tãto remissior. Hic quidem scintillat, ac flãmas quas diximus excitat, nõ quidem per se, sed ex motu astrorum, quum solis, tum reliquorum excitatus, atq; incensus. Hinc quoque accenditur uicinus aer elementaris, qui & ipse unà in orbem agitur: reliquus uero crassus, qui in medio est, paulo supra nos consistit, quod impeditus sit montium anfractibus & terræ sublimitatibus, stans quodam modo est, nec in orbem unà cum reliqua aeris sphæra circumagitur. Frigidus est, ut minime calefactus, neq; à motu hypeccaumatis, quod ab eo remotus sit, neq; à radijs solaribus reflexis, quod à terra sit procul. Reflexi enim radij dicũtur cum ex calefacta tellure in aeris uicini calorem retorquentur. His itaq; cognitis agentem siue efficientem causam harum flammarũ motum astrorum prædictum iure dicimus. Nunc materialis cognoscenda, quæ est exhalatio: ex terra enim & aqua à sole calefactis quædam calida & humida prouenit ad superna euaporatio, quę in altum sublata bifariam dispertitur. Calor enim ad superna tendens ad hypeccauma exhalatio sicca & calida est.

Causa flammarum cœlestium Agens

Reflexi radij Causa materialis flammarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vapor

Humor uero qui in media regione relinquitur, uapor appellatur. Exhalatio enim, quam Græci ἀναθυμίασιν, & uapor ἀτμὸν uocãt, hac inter se differentia sunt. q̃ exhalatio potestate est ignis, calida uidelicet & sicca, Vapor uero potestate est aqua, humidus & calidus: & altera leuitate tendit ad cœlum & hypeccauma: altera in media regione subsidet, & pluuias grandinemq; ac cætera, quæ paulo post dicemus, excitat. Exhalatio uero siue hypeccauma superiorũ sphærarũ motu excitata, uel flãmas ardentes per se monstrat, uel astra inflãmat, diuersa quidem specie: nã aut longa, & lata flãma apparet more calamorũ ardentiũ in campis: aut longa tantũ, & Hœdus, uel Dalus, seu discurrens & ardens astrũ uidebitur: aut uehemens & condensa fuerit flãmatio & quasi sphærica, & tunc cometes erit ex coma dictus. Si longa, pogonias ex barbæ similitudine. Ambo tamen cometæ uocabulo. Cauda enim ipsius non prope astrum, ut uidetur, sed longa sub astro ei tamen continua, consistit ex materia & regione elementari, Causamq; talis Systematis & ignis, ex crassiore exhalatione, ob motum ipsius astri incensa recipit. Quoniam non solum sol, sed reliqua quoque astra sunt apta ex motu ignes excitare. Commemorantur & alij à Plinio præter Aristotelẽ cometæ. ξιφίας Xiphias, in mucronẽ fastigiatus, omnium placidissimus. ἀκοντίας Acontias iaculi modo uibrans. πιθήκης, i. Pithetes, doliorum figura. κεραΐας, Ceratias, cornu specie. ἱππίας, Hippias, equina iuba. Omnes ferme sub septẽtrione, maxime in parte lacteicirculi. Venti ab his, & æstus, & siccitas, tum etiam principum mortes portendi dicuntur. Fiunt & in australi polo. Sed ibi citra ullum iubar. Denicq; cometes nunquam in occasura cœli parte reperitur. Cur autem raro fiant, & plerunq; extra tropicos, causam adsignat Aristo. motum solis, cæterorumq; planetarũ, qui in medio tropico moti tenuant crassiores exhalationes, quæ sunt materia cometarum. Ex quo frequentius stellæ potius ardentes ac discurrentes in ea parte apparent. Est quoque & illa causa raritatis cometarum, circulus lacteus, qui plerunq; tales exhalationes ad se trahit. Sicut enim sub uno astro densior exhalatio incensa cometem facit, sic sub multis astris lacteum circulum, ex eo dictum, quod nõ igneus color, sicuti in comete, sed albus & lacteus, loco cometæ apparet. Igitur quod unũ astrum facere potest, non absurdum, & multa simul idem putare, uidelicet attrahere & excitare, atq; inflammare exhalationem. Hoc enim fieri par est in ea parte cœli, ubi plurima sunt astra, plurima enim & maxima in circulo lacteo consistere, uerisimile est, quod eorum motus causa sit lactis toti circulo circumfusi. Extra etiam Zodiacum apparet, quoniam & reliqui planetæ, ut superius de comete diximus, huiuscemodi Systasim tenuãt ac dissoluũt Maximus tamen & obliquus, ueluti Zodiacus est, ac supra tropicos extensus à fine Geminorum ad principium Sagittarij protensus, quosdam alios contingit circulos, existens haud procul à polo, iacens ab latere Zodiaci. Insuper & duplicem eum ponit, alterum altero maiorem, ubi & maiores & plures sunt stellæ. Præterea confutat eos qui hunc circulum uiam planetarum esse uoluerunt, ut Pythagorici, aut uiam Phaetontis combustam, aut qui astrorum lumen à sole non aspectorum, aut qui solis refractionem ad nostrum uisum ut emphasim quandam dixere. Phasmata quoque alterum genus uisorum supra posuimus, quæ per emphasim, id est, idolum quoddam appareant, ac systasi careant, ut sunt foueæ, hiatus, iris, coronæ, uirgæ. causa enim fouearum & hiatus, quem Græci χάσμα uocant, ignis est, quem hypeccauma diximus appellari. Hæc quandoque inflammatior nocti bus serenis uarios ostendit uisus. Igneum enim & album per tenebras conspectum, croceum fuluumq; ostendit colorem, plus minus secundum densitatem tenebrarum. Indicio est flamma ex igne ardente, quæ per se alba est, per fumum crocea uidetur. Densiore autẽ fumo punicea ac ferè sanguinea. Quando igitur lucis splendor & cõtinuatio per noctis tenebras eo modo præcedit ac offuscatur, tunc profundũ aliquid uidetur apparere, quod aut hiatum, aut foueam monstret. At contrà, interdum fiunt Iris, Halo, id est, area, quam Plinius coronam uertit. Parelij, Rabdi, id est, uirgæ, quos idem columnas uocat. Est enim nubes in modum fistulæ condensata. Omnia per refractionem solis, ad nostrum uisum. Aer enim recipiens refractiones lucis & uisus, quando per lucem uisus exercetur, phantasiam diuersorum præbet colorum, simul & causa horum omnium est. Refrangitur enim uisus cum luce, ab aqua, ab aere denso, ab omnibus leuorem in superficie habentibus. Emphasis non in figura fit, sed in colore. Figura nanq; diuisibilis. Talia uero per emphasim apparentia, indiuisibilia sunt. Est enim Arca siue Corona albedo quædam apparens, quæ

De Cometis
Pogonias
Xiphias
Acontias
Pithetes
Ceratias
Hippias
De lacteo circulo
De phasmatis
Foueæ & hiatus
Halo siue corona
Iris
Rabdi columnæ

luna

luna, aut aliquod aliud astrũ, sed frequẽtius sol circundat: quod signũ tempestatis, soluitur calore. Iris autem ex eadem causa refractionis fit. Cum sol per cathetum superstat nubi ad pluuiã plerunq; paratæ, nõdum tamen pluere incipiẽti. Est igit emphasis coloris & nõ figuræ, q̃ ex minutis & cõcisis nubibus huiuscemodi adspectus phantasiã parit. Colores Iridis in primis puniceus. q̃ lux & albedo per nigrũ & interuallum cõspecta punicei coloris uisui apparet, uti supra dixi. Licet enim sit lux, fuscus nihilominus redditur aer medius ob nubilum. Reliquus color prasinus & semicæruleus, nõ quidem ob nubiũ speculam, sed ob uisus debilitatẽ reddit nobis. In obscuro nãq; caligãtes oculi subuiride quid uidere uident. Serenitatẽ Iris, sicuti corona tempestatẽ portendit: apparet tamen corona nõ uario colore, sicuti Iris, q̃ nõ per nubila, sed in aere perspicuo fit, qui clarior est aqua. Iris autẽ ob nubilũ & aquã, lucem solis refractã impeditiorem ostendens, uarios præbet uisui colores. Sicut & parelij & uirgæ seu colũnæ. Quæ apparent etiã cœlo sereno, colore perspicuo & albo, ut refractione solis minime impediente. Contingũt autẽ, nõ sub sole, sed ab latere. Signa præterea & ipsi pluuiæ parelij, fiunt circa ortũ solis & occasum, nõ autem in meridie, quãdo in parelijs est nubes densior q̃ in uirgis, & nõ posset, cũ remotissimus à uisu sit refringi. Magis etiã sunt pluuiæ signũ. Apparent em̃ in nube densa colore albo ex refractione solis instar alterius solis: uirgæ autem in rariore nube creãtur. Deinceps de pluuia, grandine, niue, rore, nube, & caligine: nã, sicuti superius cometarum & flãmarũ cœlestiũ, materia sicca & fumosa exhalatio fuit adsignata, sic & horũ uapor humidus causa erit. Et quemadmodum illorũ causa efficiens motus est astrorũ & sphærarũ, sic horũ frigus. Vapor enim è terra callidus & humidus, ubi à calore in altũ tẽdente, in media, ut supra dixi, relinquit regione, frigus sentit, & in nubẽ cogit: ac rursus in humorẽ resolutus, aut pluuiã, aut grãdinẽ, aut niuẽ per nubilũ, siue in rorẽ, aut pruinã per serenitatem conuersus descendit. Nubes igit, est aer densatus è uapore collecto, aquæ cõceptiua. Caligo, quæ ὁμίχλη Græce dicit, est uaporatio minime aquam cõcipiens, densior q̃ aer, rarior q̃ nubes. Fit enim ex raritate & diffusione nubis, quæ quãdoq; serenitatem, quandoq; contrariũ inducit. Inimica his æthra, quæ nihil aliud est q̃ aer sine nubibus aut caligine. Ex nubis itẽ crassitudine aut raritate, diuersi fiunt imbres. Molles enim pluuiæ, quas Græci ψιχάδας uocãt, uere plerunq; ueniũt ob humoris adsumpti tenuitatẽ: potentes uero aut cõtinui imbres potius uere, aut autũno. Niuem facit nubes cõcreta & abrupta, antequã in aquã conuertat. Abruptio em̃ spumosum & albidũ gignit. Ex quo inhærens humor cõcretus in niuem erũpit. Grandinis autẽ alia ratio. nõ em̃ ex nube statim grando, sed prius imber. Deinde ob antiparistasim in grandinẽ cõuertitur. Antiparistasis enim est, cum ad medium quid urgetur à cõtrarijs: quod in calido & frigido animaduerti licet. Nam cõtrarium additum contrario, aut uincit, aut uincitur. Cum enim calor prævalet, frigus expellitur, ac magis in seipso unitur, aut corroboratur. Cõtraq; cum frigus calor. Ex quo hyeme calidiora sunt loca subterranea, in profundum coacto calore, ac circundante frigore. In æstibus contra, fontales aquæ & omnia subterranea frigent ob circundantem caloris potentiam. Eadem & in aeris nubibus ratio. E` nubis enim humore aqua expressa in ipso cursu uelociter in grãdinem concrescit. Ideo magis uere & autumno ac locis calidioribus fiunt ob antiparistasim. Ex aeris enim inferni calore medius magis frigescens, pluuiam in grandinem cogit, æstate autem & hyeme ob humoris defectum, raro accidere uidemus. Diximus quoq; è uapore rorem & pruinam per serenitatem fieri. Alter enim humor in æthera tenui systasi delatus. Altera item pruina est ferè glaciata, quã Græci ὑποσταφύλωμα uocant: hæc hyeme, ille temporibus temperatis & mitior. Ros uero & pluuia sunt idem, sed differunt ex quãtitate magna & parua. Nam pluuia fit ex multo uapore frigefacto & in loco distante à terra: hic autem ex paruo, & in loco proximo. Similiter pruinam comparat niui: hæc procul à terra ex nubium congelatione, illa prope terram paruo uapore ex eisdem nubibus excutitur. Pluuias præterea dicit libro sequenti fieri magis nocte quàm interdiu, & hyeme quàm æstate, ob solem uapores trahentem, deinde recedentem: æstiuus enim sol discutit atq; exsiccat. Postremo fontes aquasq; describit. Quæ ita diuiduntur. Quædam fluentes, quędam stantes. Fluentes è fontibus habent originem, ut aut natura fluentes sint ut flumina: aut arte deducta, ut per riuos uel aquæductus. Stantium uero quædam fontales, quædam collectitiæ: & simul quædã manufactæ, quædam sponte nascẽtes. Manufactæ rursus aliquæ fontales, nõnullæ collectitiæ (hac em̃ diductione clariores

Colores Iridis
Parelij
De pluuia grandine cæteris
Nubes
Caligo
Æthra
Nix
Grando
Antiparistasis
Ros
Pruina
Ros & pluuia
Pruina & nix
De aquis

notitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

notitia fiant) Sponte naſcentes autem fontales, & ſtantes, quæcunq; paruos habẽt fontes & locorũ curuitates, nequaquã fluere poſſunt. Collectitiæ uero, aut ex pluuijs fiunt, aut ex fluminum influxu, uel in ciſternis manufactis coactæ, uel in curuitatibus terræ cõſidentes, quæ ſi multæ ſint, uocãtur ſtagna: ſi parua, τέλματα Græce: nos niſi lacunas dicamus, latinũ nomen nõ habemus. Sed ut rurſus earũ cauſas philoſophus adſignet, fontes & flumina nõ ut quidã putant, ex aquis prouenire dicit, quæ hyeme in terræ uiſcera penetrãt: neq; enim tellus ſufficeret tantæ aquæ receptaculis, tribus de ſignis. Primo, ꝙ compertum ſit aquam cœleſtem non deſcendere intra terram χ. pedes. Deinde ſub rupibus profundis, inuentæ ſunt aquæ. Poſtremo in montium cacuminibus, aquæ repertæ, ubi non eſt aquas cœleſtes aſcendere. Igitur, ſicuti ſuperius dixit, in nubibus cauſam earũ materialem uaporem eſſe, efficientem uero frigus, eaſdem nũc aquis exeũtibus cauſas adſignat. Vt enim ſupra terrã uaporans aer ac frigefactus in aquã tranſmutatur: Sic putãdum è uaporibus per poros ingreſſis ſubtus terrã, ob eius frigiditatem aquã gigni: præſertim ex montibus, ꝙ ij maxime poroſi exiſtunt: fluminaq; nonnulla adducit aquas recipientia, nullo tamen exitu, quæ argumento ſunt terræ ſubtus poros permeare. Igitur principia fluminũ, ex magnis oriuntur fontibus, quos Græci πηγάς uocãt, paruos autem ſalientes κρήνας, i. crenas appellãt, qui minime apti ſunt fluuiales fluxus creare. Maxima flumina, ab altis oriuntur mõtibus. In eam pis nanq; parui fontes citra fluminum curſum. Sunt item qui dicunt, ex aqua marina per terræ poros penetrãte fontes produci, amaritudine ob limũ exẽptos. Quod ſi foret, potius ex uallibus ꝙ montibus naſci flumina uideremus, faciunt tamen ad principia fontium. Præterea ſeneſcere terras, fluminaq; ob uetuſtatem deficere, mutariq; naturã ſoli dixit exemplo Ægypti, quæ teſte Homero, paludibus prius inacceſſa fuit. Argos item, nunc uero regio ſicca cernitur. Inter hæc, quo modo montes procreati, enumerat, pluribus cauſis: ex impetu aquarum terra ingẽti congeſta, aut ex uentis in unum terrã cogentibus, aut terræ motu hiatu facto, unde mõtes producti mediocres. Maximos tamen natura ipſa plerunq; ſponte procreauit. Hæc Ariſt. Sed quãdo in aquarum tractatu ſumus, alias aquæ proprietates ex alijs referã authoribus. Aquã marinã dulcẽ redderet, Ælianus & item Plin. docẽt, uaſis cẽreis ea plenis & opertis in mari demiſſis aliquot dies. Plin. itẽ aquæ ſigna uirentem & frequentẽ herbã in loco eſſe tradit. Rurſus medicus mõſtrat, ſi in malã inciderís aquam, in itinere faciendã foſſam, in quã aqua mergatur ipſa. Inſuper uero terra dulcis & argilloſa, ubi aqua facile purgatur, & omne relinquit uitiũ. Idem eſt author bonas putãdas eſſe quæ tenues, quæ cito frigeſcunt & caleſcunt. Malas uero, quæ putent, quæ arundines nutriunt & animalia fœtida. Omnes præterea è uenis argẽti ſulphuris frigidas omnino & inflatiuas ac fluctionibus capitis obnoxias. Si ſupra olera bibatur, Phthiriaſis, lichenarum, lepræ & huius generis morborũ procreatrix eſt. Calida uero ualde iuuat, & frigentes & concoctionem & ulcera intranea. Cocta utebãtur antiquæ delitiæ, ut de Nerone apud Tranquillum legimus. Inter aquas Paulus & Celſus cœleſtem præferunt. Deinde, quæ cito corrũpitur, aut ſaxis confracta, aut ſolibus expoſita, ſiue etiam lutoſa modo purgata ſit, ueluti magis concocta. Peſſima, quæ ex Cryſtallo aut niuibus liqueſcit, quod omnis tenuitas eius in concretione abſumatur. His addit, quod aqua calida citius gelaſcit, ut magis tenuata ac rarefacta, alia uero magis frigori reſiſtit. Libro 11. de mari uentiſq; ſermo eſt. Mare ſponte naſcens & ſtabile extra fluxum non habet, intra locum proprium ſeptum ac conſtitutum: nec ſub terra penetrat, quamuis de maris Hircani ſubterraneo fluxu quidam nulla certa ratione deſcribãt. fluxum tamen & refluxum in ſeipſum recipit, qui quidem nobis occultior eſt, ꝙ utrunq; littus ab alternãtibus undis percuſſum, propter diſtantiã non cernimus. Sed lunã maxime huic dominari tãquã humoribus præſidentẽ certum eſt. Fluit autẽ ab oriẽte in meridie terminũ, ab eo autẽ in occidentẽ, inde ad angulũ terræ meridiei aduerſum. Inde poſtremo rurſus in orientẽ. Fluit item ex altioribus ad loca curuiora. Sunt enim & in mari loca quædã altiora, quod præter philoſophi authoritatẽ cognouimus, nuper ex nautis regis Luſitaniæ, qui pari uſi trãquillitate, ac remige, plus tẽporis i redeũdo à quibuſdã inſulis Æthiopicis, ꝙ eundo cõſumpſerũt. Ratio primũ, ꝙ inæqualis alueus, mõtesq; mari ſubſũt Deinde cõcurſus fluminũ in unã maris partem, nõ item in aliã. Tertio, calor in una magis parte aquã deſiccãs, ob quã cauſam fluũt maria ſeptẽtrionalia in auſtralia. Ratio itẽ cur nõ æque fluũt oĩa, tenuitas eſt; nã quod magis tenue, mobilius eſt. Mouetur & quãdoq; prẽter naturã

Aquã cœleſtis non penetrat in terram χ pedes

Pegæ magni fontes

Crenæ parui fontes

De aquis ex alijs authoribus

De mari

Sunt in mari loca quædam altiora

naturã cum à uentis exagitatur. Igitur mare cum aqua ſit ſtabilis, aut fontalis eſt, aut collectitia. Sed fontalis eſſe nõ poteſt, cum aqua ex magno fonte naſcẽs, nulla ſtabilis inueniat: propterea & ſtagna è fontibus orientia, aut manifeſtos habẽt fluxus ad mare, aut ſubterraneos: ſicuti ſtagnum Hircanũ, quod accolę mare ob magnitudinẽ uocãt. Relinquitur ut ſit maris aqua collectitia, nõ quidem ex fluminibus cum nulla ſufficerent flumina, ſed ſponte naſcens, uti ſupra cõmemoraui. Reſtat cur ſalſum ſit oſtendere. Hoc ob terræ ſiccitatẽ, deinde ob ſolem uidetur habere, cum ſtãdo, tum uaporãdo. Vt enim in nutrimẽto potabili & humido, pars tenuior & melior ſecernit̃ in carnem & cæterã animaliũ ſubſtãtiam, reliquũ uero excrementũ defluens in ueſicam ſalſum eſt & amarũ: Sic putandum in mari potabile ipſius per exhalationem à ſolari calore ſecerni, atq; abſumi: quod uero relinquitur tãquam excremẽtũ, amarũ atq; ſalſum. Quæ profecto cauſa eſt, ꝙ minime ob multitudinẽ fluminũ creſcat, cum cõtinuo aqua dulcis à ſole abſumatur. Nec autẽ ob cõtinuam abſumptionem deficit, fluminibus & imbribus copiã iugiter ſuppeditãtibus, & quod inde hauritur recõpenſantibus. Illud præterea docet. Aqua quo ſalſior atq; amarior, tanto craſſior & corpulentior, ac melius nauigia grauiaq; retinet onera. Dulcia flumina nõ item. Exẽplum adducit ſalſi ſtagni in Palæſtina, quod hominẽ colligatum nõ deprimat. Nos exemplum ſimile proximis annis uidimus: Hierony. Florentinũ quendam decoctorẽ à creditore è turri Antiatum in mare uinctũ manibus præcipitatũ, ab undis tota nocte ſuſtentatũ, mane ad littus euaſiſſe, ac deinde cõtra creditorẽ facti quæſtionẽ habuiſſe. Poſt hæc diuerſas fontium & aquarũ per orbem proprietates adducit. Hæc Ariſt. qui mare ſicuti & reliqua ſine principio poſuit. Nos autem à ueritate eruditi legimus, Congregẽtur aquæ in unũ locum. Item, congregationes aquarum appellauit maria. Itaq; mare ſicuti & cætera cum ſuis omnibus proprietatibus initio ab omniũ conditore deo cõſtitutum rite credimus. De uẽtis autẽ hæc adducit: Sicuti uapor humidus ob frigus concretus in aquam mutari poteſt, eodem modo ſiccus & calidus poterit condenſatus in ſpiritũ conſiſtere. Et ſicut ex humidiore uapore fit aqua tam ſub terra ꝙ ſupra, ſic è ſicciore fient ſubtus ac ſupra terrã ſpiritus. Cur autẽ cum calidum & ſiccum principium habeãt, non tamen calidi ſpirare uidentur, Id accidit ob longinquum aeris motũ pleni uaporis frigidi, haud aliter quam per os reflatus ſpiritus calidus longe ueniens per uiam frigeſcit. Cur autem & ſæpe in eadem regione proxime alibi uẽti ſpirẽt, aut etiã pluat, alibi nequaquã: Cauſam dicit diuerſos ſolis adſpectus in eodẽ tractu, ut ſæpe hinc ſicca magis aſcendat exhalatio, hinc uero humida. Præterea ſol ſedat & commouet ſpiritus. Debiles quidem & paruas exhalationes exterminat ampliore calore ac diſſipat. unde uenti nõ ſurgunt, haud aliter ꝙ ſi in magnum ignẽ inciderit paruum lignũ, totũ citra fumum flamma abſorbetur. At contrà, modicus ſolis calor ac tẽperatus exhalationes excitat ſiccas, unde uenti procreãtur. Ex quo in ortu Orionis circa Cancri tropicum uenti ponunt uſq; ad eteſias. Igitur per magnos calores, aut magna frigora, cum nulla eſt exhalatio, uenti tacent, aduerſamq; eſſe materiã pluuiæ illud indicat, ꝙ per pluuiam raro flant, aut per uentũ raro pluit. Cumq; annus fuerit uentoſus, ſequitur alter pluuialis. Quod autẽ oblique ferãtur cauſa eſt antipariſtaſis. Nam cum feratur exhalatio ad mediã regionem, à frigido expellit̃ aere, remeare ad inferiora recta nõ permittitur à ſuo calore, quod ſupereſt oblique tẽdit. Præterea uti fluminum ſic uentorũ parua initia, multis enim exhalationibus aggregati in apertã ꝓcedũt magnitudinẽ. Quocirca & minimi ſunt, unde ſpirare incipiũt, ut ſpiritꝰ aut auræ magis appellari poſſint ꝙ uenti. Fiunt autẽ & oriũtur in aere medio, ubi imber, ad noſq; paulatim ex altiore loco deſcẽdunt. Sub Zodiaco itẽ habitabiles non eſſe terras ponit. Quod tñ falſum nõ ſolũ multorũ aſtrologorũ authoritate, ſed etiã experiẽtia uidemus, ut alibi dixi. Præterea duas tãtũ zonas habitatas ꝓ latitudinẽ, ꝓ longitudinẽ uero totã habitatã. diſtareq; habitabilẽ ipſius lõgitudinẽ ab Herculis colũnis uſq; ad Indicũ. Ab habitabili uero latitudine, ab Æthiopia uſq; ad Mæotidẽ & Scythiæ ultima loca, pluſquã quinq; ad tria. Vẽtos poſtea ponit numero χ 11. catholicos, quibus ego ex Pli. authoritate Latina ſubijciam noĩa. Ex oriẽte æquinoctiali Apeliotes, nobis ſubſolanus appellatus. Cui ex aduerſo reſpõdet Zephyrus, nobis Fauonius. Ex oriẽte æſtiuo Cæcias, nobis Vulturnus. Ex aduerſo reſpõdet Libs Africus. Ex oriente hyberno Eurus. Ex aduerſo Argetes, nobis Corus. A meridie Notus, nobis Auſter. A ſeptentrione Aparctias, nobis Boreas. Intermedij uero quatuor, prope meridiẽ ab latere orientis Euronotus, nobis Phœnicius.

Ex aduerſo

Cur mare ſalſum

Stagnum in Palæſtina hominem colligatum nõ deprimit

De uentis

Venti ex aduerſa pluuiæ materia

Ventorum ſicuti fluminum parua initia

Venti XII

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex aduerso Trascias, nobis Circius prope meridiem ab latere occidentis Libanotus, nobis Africus Auster. Ex aduerso Messes, nobis Aquilo. Ex his sereni sunt Aparctias, Trascias, Argetes. Humidi Libs, Cecias, Apeliotes. Sicci Argetes, & Eurus. Niuosus maxime Aparctias, æstuosus maxime Notus. Alios uentos locis peculiares minime salubres putat Adamantinus sophista. *De terræmotibus* De terræmotu. Hunc dicit ex uētis fieri terra inclusis, ut causa agente. Prævalente uero calida & sicca exhalatione, ut materiali. Ex quo plerunq; sereno & tranquillo cōtingit tēpore, quādoq; etiā cōtrà. Nec ab re, cum pluribus flantibus uētis quidam terræ incumbūt, reliqui supra remeāt. Non tamē quādo id accidit magnopere mouet. Fiūt noctu plerunq;, & maxime circa diluculum, q̄ noctes sereniores ob solis absentiā existunt propter terrā frigore cōcretam & adstrictā. Tum circa eā horā uenti plerunq; insurgūt excitati, q̄ ea hora quietior & sol potentior, prohibeat è tellure exhalationes egredi, ex quo per uim erūpere necesse. Fiunt etiā sæpe maiores circa loca ubi angustū mare, q̄ ibi uētus uiolentior sit, ob angustias coercitus, cauernas ingredit, terramq; mouet. Idcirco & loca cauernosa omnia huiusce modi malo sunt obnoxia. Et in æquinoctijs plurimū dominatur terræ uentus. In solstitijs uero minimū emittit exhalationis. Præterea sonus in hoc genere prius auditur q̄ incussio. Genera terræmotuū plura τρωμώδης tremulentus, quādo late concutit. *Terræmotuum genera* *Tromodes* παλμώδης palmodes, quādo alte cōmouet. ἐπικλίνης epiclintes, quādo in obliquū secundū acutos angulos mouet. *Palmodes* *Epiclintes* βράστης brastes, quādo cū motu frāgitur ac secūdum rectos angulos supra subtusq; euertit. *Brastes* χασματίας, cum fit hiatus terræ, in locis curuis cōtingit. *Chasmatias* ῥηκτης, id est scissor, qui rimas aperit. *Rhectes* ὄστης ostes, qui unā continuat scissurā. *Ostes* μήκτης mectes, qui sæpe citra motū terræ intus sonat ac mugit. *Mectes* In mari quoq; analogū ac simile aliquid terræmotus cernitur, cum hiatus in eo & cōcussio uidetur. Hæ omnes species ex Aristotele sparsim colliguntur, quas Albertus sic interpretatur. Scissionē, percussionē, perforationē, subuersionē, tremorem, titubationem. De tonitru mox ac fulgetra & fulmine, deq; Typhone, & Ecnephia prosequitur, quæ omnia sicca & ignea exhalatio & materia gignit in nubiū humore restans. Nam calor & ignis haud genitus ex eis secernitur, sed quantulus restat qui horum causa effectuum est. Ex abruptione itaq; nubium crassarum sonitum simul & fulgetram reddit. Fitq; prius igne tonitru, quanquam prior ignis adspicitur. In causa est uisus sensus celerior quàm auditus. Nec unquam alterū sine altero fit, quamuis ad sensum nostrū sonitus non perueniat ob loci distantiā, quādo modice fit. Igitur sic tonitrus definiri potest: Sonitus ex nubibus ex uiolenta cōuerberatione exhalationis calidæ & siccæ excussus. Quod autem inæqualia sint tonitrua inæqualitas nubium facit. Vbi enim maior est crassitudo, *De tonitru & fulgetra* maior emittitur sonus. In fulminis autem exitu maximus est. De quo in sequente dicitur uolumine. Libro III. fulmina Typhonem & Ecnephiam, incēsionem, coronam, iridem, parelia, uirgas enarrat. Est enim fulmen ex eadem pene causa & materia ignea, sed tenuior, *De fulmine* demissa à nubibus. Diuersæ eius species. πρηστης Prester, proximum aerem comburit coloratumq; reddit. *Prester* κέραυνος Ceraunus maiore, sed tenuiore spiritu exit. *Ceraunus* ἀργέτης Argetes, per antiphrasim dictus, quod uelociter penetret, nec nisi antitypismata, id est, ea quæ resistunt, adurit, ut ferrum, petram: lignum uero aut uestem, nequaquā: sed pertrāsit innociuus *Argetes* tenuitate poros. Interiusq; sæpe cōcremat, ut in loculis pecuniā, saluo marsupio. Helicium quod oblique tortuosq; uenit. σκῆπτρον Sceptron, quod ad aliquid certum priuatim tendit: ἀπὸ τοῦ σκύπτω: quod est uestigare & inquirere. Illa uero quæ petūtur à fulmine, prius mo- *Helicium* *Sceptum* ueri cōtingit, q̄ sonitum audiri, q̄ celerius spiritus penetret q̄ fragor nubibus excutiatur, qui per impetū uiolentæ fit excussionis. Nec mirū. Spiritus enim omnis è cœlo missus, ui nō natura, ad inferiora fert, cum natura ut materia calida tendat ad superiora. Sicuti cōtrà quædam sursum ui emittūtur, quæ inferna petunt, ut aqua saliēs. Procellas quoq; & turbi- *De turbinibus* nes circa terrā subito uolutātes, τυφῶνα & ἐκνεφίαν, i. Typhonem & Ecnephiā Græci uocāt. Quæ ex cadē materia sunt ignea, separata, & egressa nubibus, hac inter se differentia: quod *Typhon* Typhon oblique & per gyrum ruit, & in locis angustis furit: arbores eradicat, quandoq; *Ecnephias* turres deijcit. Ecnephias, obscurat aerem, quòd materia sit crassior, & in locis patentibus *Cauma siue flammatio* ruit. Est & flammatio siue incēsio Græce cauma appellata, quæ item est exhalationis uis in aeris aliqua parte, quę rubere ob incendiū uidet. de area autē, quā coronā diximus uocari, & Iride & parelijs & uirgis in I. lib. quoniam proposito distinctionis mihi factæ cōuenire uidebātur, enarraui. In fine autē huius III. lib. attingit Mineralia, dicit q̄ ex fumosa & sicca exhalatione

exhalatione fossilia omnia fieri, sicuti lapides: & omnia liquabilia, ut sulphur & alia quædam. Metallica uero ex uapore humido magis esse, ideo fusilia conflatiliaq; sunt. Præterea solem *De metallicis* astraq; cætera causam esse remotam metallorum: sulphur uero & argentum uiuum propinquam, quod uirtute caloris sulphuris, uapor humidus commiscetur cum pingui terrestri in argento uiuo, quod frigerandi ac condensandi uim habet. Præterea metallica omnia de genere mixtorum imperfectorum quo ad formam essentialem uideri. Quæ septem esse dignoscuntur totidem planetis comparata: plumbum Saturno, stannum Ioui, ferrum Marti, æs Veneri, aurum soli, argentum uiuum Mercurio, argentum Lunæ. Lib. IIII. Rursus de elementorum qualitatibus ratiocinatur, unde generationes fiunt ac corruptiones in animalibus & plantis. Ex his agentia calidum & siccum, patientia humidum & siccum. Quatuor igitur sunt ad perfectam horum dispositionem. Digestio siue concoctio, quæ ex proprio uenit calore per aliquod exteriorum auxilium consummatum, uelut alimentum per balnea aut *Pepsis* gymnasium digestum. Huius partes sunt Pepansis, id est maturitas, quæ primum in Pericar- *Pepansis* pio, id est uentriculo concoquitur: quæ tunc perfecta est, quando semina quæ in pericarpio sunt, queant alterum quale ipsum efficere. Hæc totidem indigent adiumentis, quorum altera epsesis, id est elixatio à calido humido naturali: altera optesis, id est assatio, à calido sicco & *Epsesis* alieno iuuante prouenit: & hæc extrinsecus, illa intrinsecus. His totidem contraria ob caloris *Optesis* defectum. Apepsis, id est indigestio, pepsi. Homotes cruditas, pepansi. Molynsis elixationi *Apepsis* opposita, quum alimentum liquescit, ac minime condensatur. Stateusis optesi aduersa, cum *Homotes* pigrescit. Ait insuper ex his qualitatum differentijs homœomera corpora uariari. Vocat au- *Molynsis* tem Homœomera ueluti metallica, & quæcunq; ex his fiunt separata, quæ item in animali- *Stateusis* bus & plātis ueluti carnes, ossa, nerui, pellis, uiscera, pili, uenæ: ex quibus anomœomera constant: ut facies, manus, pes, & alia. In plantis uero lignum, cortex, folium, radix, & his similia. Horum igitur aliqua πηκτὰ καὶ τηκτά, id est, cōcretilia & liquabilia: quæ enim per frigus concrescunt, rursus per ignem liquescūt, ut quæ ex aqua sunt: glacies, æs, & reliqua metalla. Quæ autem per ignem densantur, per humidum quoq; dissoluuntur: ut lutum, sal, nisi forte porisimium constricta fuerint, ut lateres. ἄπηκτα uero, id est inconcretibilia sunt quæ plus calidi ac terræ retinent, ut mel, mustum. Item quæ plus aeris quàm aquæ, ut argentum uiuum & oleum: & si quid uiscosum, ut gluten. Nonnulla μαλακτὰ, id est mollificabilia per ignem, ut ferrum, cornu, lignum. Immollificabilia, electrum, & tophi speluncarum. Aliqua καμπτὰ flexibilia, πηκτὰ tingibilia, καλακτὰ ductilia, πλασὰ formabilia, θλασὰ frangibilia, θραυσὰ comminuibilia, ἐλκτὰ tractibilia, πιεσὰ impressibilia, χισὰ fissilia, τμητὰ truncabilia, γλιχρὰ uiscosa, ῥαδιεὰ friabilia, πιλητὰ commassabilia, καυσὰ ustibilia, θυμιατὰ exhalabilia, φθαρτὰ corruptibilia, σηπτὰ putrescibilia. Putrescunt enim quæ secundum partem corrumpuntur, quum à natura separentur, quod omnibus accidit præter ignem: nam terra, aqua, & aer putrescunt, quod hæc igni sint materia: nihil enim dum est calidum putet seu putret. Humida enim primo, deinde sicca fiunt putrefacta ex propria frigiditate & alieno calore: ac hyeme minus, quod aer minus calidus: mota item minus quàm stantia, quod motus aeris calorem debilitet: ea demum ratio, quod multum minus pauco putrescit: in maiori enim amplior est ignis proprius & frigidum quàm obtineāt in circumstante uirtutes: ex quo mare secundum partem diuisum putet, totum uero minime: eodem modo & aquæ reliquæ. Animalia quoq; in putrescentibus fiunt, quod ab his separata caliditas naturalis illa exuscitet.

IN METAPHYSICA.

ORPHEVS Museusq; ac longo post hos interuallo Pythagoras, Plato, eiusq; temporis homines qui theologiam attigerunt, ut tradit Herodotus, ab Aegyptijs hausere sacerdotibus, quibus multa ob sapientiam ac uitæ abstinētiam de diuinitate manifesta fuere. Arist. deinde lōge in hoc genere Platone inferior, ut qui potius logicæ aut philosophiæ partes, quàm theologiæ sit executus: plurima à Platonicis refelluntur, nōnulla etiam ab eius adsertore Auicenna, qui & ipse in hoc genere scripsit. Theophrastus quoq; paruū de hoc ædidit libellum. Cuius meminit Nicolaus Damascenus, dicitq; magnū ad ipsius disciplinæ isagogen esse, licet latuisse uideatur Andronicum & Hermippum, qui in eius libris hunc non cōnumerant. Visus etiam & ipse Cicero post Timæum cōuersum aliquid & supra naturam conscribere in libris de Fato, de Diuinatione, & natura deorum. At nostri diligentius omnia uersusq; interpollātes eò rem deduxe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt,ac dialecticis epicherematis phyſicisq; argumẽtationibus munierunt,ut per naturã id quod eſt ſupra naturã penè monſtrauerint:nec tam fidei quàm experimẽtis quodãmodo rationibusq; ad ardua noſtri dogmatis deprehẽdẽda ſit locus.Hãc itaq; ſummis digitis locos diſtinguedo principales attingã,ſi prius libros Ariſtotelicos in uniuerſum ac ſummatim repetam.Primo nanq; honeſtæ ſcientiæ dignitatẽ exequitur,ac quemadmodũ ipſius habitũ ſenſuum experimẽtis cõſequamur.Secũdo quando ſcientia de ente ac ueritate ſimpliciter eſt,infert:quod ueritas uno modo facilis,altero uero difficilis, difficultasq; interdũ ex parte materiæ:quod quomodo ſit uerũ in quarto libro declarat.Tertio dicit hãc ſcientiã eſſe theoricen, quod profecto nequaq; liquet,niſi nouerimus quid à praxi theoritica differt. De qua quidẽ lib. VI. diſſeritur.Quapropter hic tractatus eo differtur. Præterea XXVIII. quæſtiones enumerat,quas paulatim in libris ſequẽtibus ſoluit.Quinto diſſerit,quod ueritas nequaquã niſi per cauſam liquet.Et quoniã nõ omnes facile cognoſci poſſunt niſi in infinitũ progredia mur,probat quod in nullo genere cauſæ in infinitũ procedit: de quibus omnibus agitur lib. XII. ubi tractat de cauſa prima,efficiẽte,& forma,& fine.Hic præterea de ente dicere incipit,ac proprietatibus eius,quæ cum eo cõuertũtur(quæ trãſcendẽtia noſtri uocãt)præſertim de uno.De reliquis uero & maxime de uero & bono agitur in VI. Quinto proprietates entis ſubiectas ponit quæ ſunt X. genera,ubi diſſerit nõ tam de poteſtate illarũ,quàm aliorũ uerborum ad illas ſiue primo ſiue ſecũdo loco pertinẽtiũ.Quod profecto ſit ad deprehẽdẽda ſignificata,quæ ad Metaphyſicã pertinẽt. Ex his autẽ quædã excludit à Metaphyſice ſcientia, uidelicet ens rationis:quod nihilominus uerũ ſignificet per propoſitiones cõſtitutas ex uerbis priuatiuis,ut cum dicit cæcitas.Et hoc agit lib. VI. In quo quoniã ſit de huiuſmodi ente mẽtio,ex conſequẽte diſſerit de uero,quod cum ente cõuertitur,& item de bono.De naturis entiũ diſputat,quorũ aliquæ ſunt ſubſtãtiæ, aliquæ accidẽtia. Sed quãdo accidẽs à ſubſtãtia depẽdet tam quo ad eſſe,quàm quo ad cognitionẽ: ideo ſi quis ſubſtãtiam indagauerit ilico accidẽtis naturã noſſe poterit.Eapropter de ſubſtãtia tantũ ueſtigat in hoc opere. Cõmunis autẽ eſt omni ſubſtãtiæ diffinitio,quam Ariſt.quod quid eſt eſſe,noſtri uero theologi quiditatẽ appellãt,per quam talis eſt ſubſtãtia,ut deus deitate ſit deus,quẽadmodũ dicũt, & homo humanitate homo:ac de his diſſerit Li. VII. declarãdo quæ ſint ea quæ requiruntur ad qd quid eſt,& quomodo ſe id habeat.Et id cuius eſt quod qd eſt,tam in ſubſtãtijs cõpoſitis quàm ſimplicibus,non tamẽ ſeparatim de aliquo,ſed generatim,& in uniuerſum de ipſo loquẽdo.Subſtãtiarũ uero aliquæ ſunt cũ materia & corruptibiles, ut phyſica corpora:aliquæ incorruptibiles,ut cœlũ:nonnullæ citra materiã & incorruptibiles,ut intelligẽtiæ ſeu mẽtes. de primis agit lib. VIII. ſanè declarãdo,q̃ ex materia & forma cõponũtur, & quonãmodo hæc inter ſe & ad cõpoſitũ habeãt. Li. IX. de proprietatibus, ſiue ut noſtri uocãt theologi, paſſiõibus,quæ in omni ente reperiũtur,ſed in aliqua tãtũ parte,uidelicet de energia & potẽtia.Nã in ſubſtãtijs citra materiã,ita eſt energia q̃ non eſt potẽtia. In ſubſtãtijs uero cũ materia utrũq; exiſtit,In X. diſſerit de quadã alia ꝓprietate diſtincta,uidelicet de eodẽ & diuerſo, & de his quæ ea cõſequũtur,id eſt de oppoſitionibus.In XI. priuatim nõ ædit tractatũ,ſed tantũ ſuperius enarrata in epilogũ colligit.In XII. de ſubſtãtijs æternis diſſerit ſiue ſint corporeæ ſiue incorporeæ.Et hoc fermè modo ſubſtãtias omnis abſoluit, ac per illas etiã accidẽtia quæ ſubſtãtiã cõſequũtur:ex quo ens omne tractatur,qd Metaphyſicæ ſubiectũ eſt.Ens enim qd nomẽ à Quintil.latinitate donatur,qua ens ut ait Nicephorus Gregoras, huius diſciplinæ dicitur ſubiectũ,q̃ rerũ ac artiũ omniũ diffinitiones,naturas,ac ꝓprietates per ſe cõſiderat,nec ſeptã regionẽ aliquã ſeu limitẽ habeat:quẽadmodũ nec dialectica,nec rhetorica, ſed hæc ut apte tãtũ atq; adpoſite de omnibus loquatur:dialectica uero ut metaphyſicæ ad ueritatẽ deprehẽdẽdã inſtrumẽtũ. Reliquæ item artes ens nõ in uniuerſum,ſed ex parte cõprehẽdũt:ut Phyſica ens corporeũ, Arithmetica numeros,Muſica ſonos,Geometria magnitudines, Aſtrologia ſphæras,& quæ ſunt in cœlo.Ens inſup,ut quãdoq; definiã & in partes ducã,eſt quo cũcta appellãtur,& in qd omniũ ſimplicia cõpoſitorũ reſoluũtur. Eius diuiſio quadruplex,mobile & immobile,ratione & re,energia & poteſtate,idẽ & diuerſum.Mobile rurſus corpus ſeu corruptibile,ut phyſicũ,ſeu incorruptibile ut cœlũ,Phyſica tractat.Immobile uero perpetuũ Metaphyſica.Ens ratiõe ab eadẽ tanq; minime uerũ reijcitur, q̃ tãtũ mẽte ac ratiõe percipiatur,re aũt nequaq; ſubſiſtat,de quo ſupra dixi.Re aũt ens duplicí exprimitur modo:generali per ea quæ uocãt trãſcendẽtia,quæ ꝓprietates ſunt entis æquales,etymis tantum

Lẽmata XII. Metaphy. librorum.

Quod quid eſt eſſe.

De ente

Tranſcẽdẽtia

mis tantũ diuerſis.Ens in primis,quod primus ſit omniũ cõceptus, & in eos cætera reſoluantur.Res ab effectu & eſſentia.Vnũ à ſui diuiſione ac integritate. Aliquid ab aliorũ diuiſiõe. Verũ quod mẽtis cogitatiõi ac cognitioni reſpõdeat.Veritas enim quadruplex,aut orationis eſt,quam mẽtis ueritas metit,quæ & ipſa à rerũ naturaliũ ueritate illuſtratur: hæc poſtremo ab ipſa ſumma & cũcta metiẽte ueritate,qua deus appellat.Verũ aũt qd enti eſt æquale his omnibus ſupradictis cõmune eſt,uelut hominibus & belluis animal. Verũ & falſum Ariſto.in mẽte ponit,bonũ aũt & malũ in rebus.Bonũ itẽ ſeu bonitas quadruplex: aut ex eſſentia ipſa & natura,qua omnia q̃ ſunt impertiũtur,& hoc cũ ente cõuertit: aut qd ex accidẽte & naturæ & animi & gratiæ ꝓuenit.Decẽ quoq; genera his ſupradictis nõ qdẽ æqparãtur, ſed ſubijciũtur:quorũ prima ſubſtãtia tãtũ,reliqua accidẽtia,de qbus ſeparatim nulla eſt ſcientia:ſubſtãtiæ nõ itẽ,quã in hoc lib.cõtẽdit ante omia declarare,ut hac ꝓcepta facile illa digno ſci queãt:quapropter hãc ens ꝓprie uocat,nouẽ uero uniuerſalia entia æquiuoce appellat,q̃ in ea retineãt eſſe,nec ab ea prorſus diuidi ualeãt: neq; ſolũ nominis,ſed & rei ſint participia. Medicus enim liber & medica experiẽtia & medicũ pharmacũ ab arte medica omnia dicta nõ ſolũ nomẽ cũ ea cõmunicãt,ſed eũdẽ finẽ,hoc eſt ſanitatẽ.Sic & nouẽ categoriæ à ſubſtãtia entia dictæ nõ ſimpliciter,nõ ſolũ nomẽ cũ ipſa ſubſtãtia cõmunicãt, ſed etiã rem. Nulla em ſubſtãtia abſq; his omino ſimpliciter eſt,hæc nãq; oia ſubſtãtiæ ſunt aliqd. Tãta igit entis ſiue eſſendi uis eſt,ut etiã nõ ens eſſe nõ ens dicat,& ſub ente ueniat.Si igitur ens & unũ eſt & idẽ & nõ aliud,haud aliter q̃ cauſa & principiũ ſe cõſequẽdo. Vnus aũt homo & ens homo ſecũdũ dictionẽ duplicatã,& nõ aliud qd demõſtrat:unus itẽ eſt homo & eſt homo,uidelicet ex eodẽ & ſimili,& altero & diſſimili,q̃ eiuſdẽ ſit ſcientiæ oppoſita cõſiderare.Muſicæ nãq; eſt cõcinnũ & incõcinnũ, & eiuſdẽ ſenſꝰ oppoſita ſentire:quapropter nõ ſolũ ſimile,aut unũ,ſed etiã diſſimile aut plura,eiuſdẽ fuerint diſciplinæ.Subſtãtia igit,id eſt οὐσία & ὑπόστασις, id eſt ſubſiſtẽtia idẽ ferè,diuerſum modo ac ratiõe quadã.Eius diuiſio duplex: ſimplex & cõpoſitũ,prima & ſecũda.Per ſecũdã ſpecies notant,qua uniuerſalia dicunt.In prima ſingulare cõtinet & individuũ:quo nomine tãtũ ex Latinis Capella utit,uocaturq; ſuppoſitũ,ſubiectũ,hypoſtaſis,perſona,hoc aliqd. At hypoſtaſim quanq; omne ſingulare in genere eſſentiæ Græci uocãt,uſurpatũ tamẽ in eo tãtũ ſuppoſito,qd ratiõis eſt particeps:ſicuti & ꝓſona quæ ꝓpter hyperochen tam deo q̃ angelis & omibus cõuenit. Sed & primã ſubſtãtia ꝓter hunc modũ Albertus & deũ ipſum intelligit,& genus ſupremũ inter ꝓdicamẽta. Altera ſubſtãtiæ diuiſio,ſimplex & cõpoſitũ:ſimplex nulla eſt præter deũ,reliqua cõpoſita:omia diuerſa tamẽ cõpoſitiõe:aut ex materia & forma,ut corpora phyſica:aut energia & poteſtate,ut ex eſſe & eſſentia.Et ex quo eſt & qd eſt,qualis in angelis cõpoſitio dicitur.Compoſitũ uero ex ſubiecto & accidẽte tam in ſubſtãtijs incorporeis,q̃ corporeis dicit.Hoc igitur modo Ariſt.ſubſtãtiã in prædicamẽtis appellat,nõ extremã ſed mediã,q̃ nec contrariũ habet, neq; magis & minus.Igitur de extremis & partib⁹ ſubſtãtiæ hoc modo diuiſis loquemur,ac primũ de materia.Hanc ex qua,in qua,& circa quã appellat.Ex qua naturalis & artificialis,ut elemẽta materia míxtorũ in naturalib⁹.Elemẽtorũ uero materia prima,q̃ dicitur hyle,de qua in phyſica ſatis dixi.Et hæc ꝓprie nõ tam ſubſtãtia quàm pars ſubſtãtiæ. In arte ꝓfecta eſt ſubſtãtia:ut enſis ſiue domus:materia, ferrum & lapides.In qua,eſt ipſum corpus in quo fit anima.Circa quam dicitur poteſtatis obiectũ,ut uiſus color, & ſcientiæ ſubiectum,ut phyſicæ corpus mobile.Forma uero eſſentialis anima eſt,quæ q̃ pars exiſtat ſubſtantiæ,partis forma dicitur,tribuitq; aut eſſe aut uiuere,aut ſentire,aut intelligere,aut hæc omnia,ut homini. Præter hãc & aliꝑ forma dicitur modis,ut entelechiã nõ tribuẽs ſed habẽs exiſtẽtiã & ꝓfectionẽ,q̃ nõ ſit è duob⁹ ſaltẽ principijs ſubſtãtiæ cõpoſita,ut angelus & deus: ac qua refert angelũ, in genere ſubſtãtiæ ponitur,Deus em extra genus omne. Tertio modo dicitur ipſa rei natura citra materiã cõſiderata,ut hũanitas ex homine,nigrities ex nigro: ponitur q̃ in eo genere in quo eſt illud,cuius eſt forma.Quarto modo dicitur quoduis accidẽs qd cauſa quidẽ exiſtẽdi per ſe nõ eſt,ſed ex parte:ut ſcientia in hoie ſiue albedo.Quin & ea q̃ re nõ ſunt, ſed tãtũ mẽte cõcepta,formæ appellari cõſueuerũt. Poſtremo forma quãtitas eſt modo quodã ſubiectũ circũſcribẽs,quæ ad quartã ꝓtinet ſpeciẽ qualitatis.Energia ſiue actus & poteſtas ſiue potẽtia tertia entis diuiſio,quanq; nõ in omni ente.Nã quãuis nil ſit præter deũ qd nõ ex utraq; cõſtet, ſunt tamẽ quædã quæ entelechiæ dicũtur,perfectionẽ in ſe habẽtes:ut deus,angelus,anima. Quædã citra ꝓfectionẽ quas energias appellãt,quæ ſunt motus omnes: ꝓfectiones tamẽ in

Subſtantiæ diuiſiones.

Materia

Forma

Energia & poteſtas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mouẽtibus,impfectæ in motis.Eſt inſup prima & ſecũda triplici quidẽ modo: primũ ratiõe ipſius dei,quẽ actũ primũ & purũ appellãt. Cæteri oẽs ſecũdũ eum.Deinde ex energiarũ ſuc ceſſiõe in eodẽ genere ſeu ſpecie,ut in triplici intellect⁹ actiõe ſecũdũ Ariſt. Poſtremo ener gia prima eſt ipſa forma,ut in homine ſcietia:energia ſecũda ipſum officiũ, uidelicet ſcire in telligere,ſicuti mõſtrat liber de anima ſecũdus.Poteſtas itẽ pluriſariã agẽs & patiẽs,poſſe ui delicet mouere & moueri,amare & amari.Patiẽs rurſus aut ratiõe accidẽtis in ſubiecto,aut formæ in materia prima.Energiæ quidẽ cõiũcta eſt potẽtia,ratione tãtũ diſtincta,cũ idẽ nu mero ens reſpiciat: ut homo abſolut⁹ energia eſt homo,& potẽtia qua potẽs fuit eſſe homo, ſui principij ꝓducẽtis aut cõſeruãtis ratiõe. Remota eſt ab energia, cũ diuerſum nũero ens cõtinet,ut ſemẽ poteſtate homo.Et ſic diuiſa re ſunt. Aut etiã ſicuti energiã primã & ſecũdã dicimus,eodẽ modo poteſtatẽ primã quæ remota & impfecta eſt,ut ſemẽ poteſtate homo, & ſecũdã ut in eodẽ ſubiecto,ac ꝓpinquã & facultate paratã ad agẽdum, ut ignis poteſtate urẽs,qui nõdũ urit.De quib⁹ in phyſicis locuti ſumus.Sunt itẽ poteſtates naturales tam ſen ſus q̃ ratiõis,quæ in tertia locãtur ſpecie qualitatis. Inter entia quoq; idẽ & diuerſum poſuit Ariſt.Et qd' hoc cõſequit̃ oppoſitũ.De quib⁹ differit lib. x. Vnum,idem, ſimul,indiſcretũ cõmuni dicũtur uocabulo.Eſt enim eadẽ differẽtiũ eſſentia,ſicuti ſimile eadẽ differẽtiũ qua litas,& æquale eadẽ differẽtiũ quãtitas.Quẽadmodũ cõtra diuerſum,aliud, differẽs,oppoſi tum,diſcretum,alterũ,duo,diuerſitatẽ omnia ſignificãt.Entia & eſſentia omnis è cõtrarijs ad unũ & plura deducũtur:unũ in ſtatu & quiete,plura in motu:ut ex forma & priuatiõe,id eſt ente & nõ ente:ſiue id eſſe ſit ex materia & forma, ſiue energia & poteſtate. Ea demum ratio mouit Pythagorã,ut unũ & duo,id eſt nũeros inter eſſentiã & rerũ principia referret, q̃ Mo nada & Diada appellauit. Quapropter quodlibet eſt, qua unũ eſt. Diſſoluta eñ unitate nõ eſt.Et hoc demũ modo unũ enti cõparat̃, abſolutã rei indiſcretionẽ cõtinẽs. Cũ uero tantũ quãtitatis indiſcretionẽ præ ſe fert,principiũ eſt numeri. Tertio uero,ut ait Diony. nulla eſt multitudo citra unitatẽ.Nã multa partibus ſunt,unũ toto.Multa accidẽtibus,unũ ſubiecto. Multa nũero,unũ ſpecie. Multa ſpecie,unũ genere. Multa deniq; poteſtate, unũ energia:ut omne cõtinuũ qd' in infinitũ diduci poteſt.Reperiẽ tamẽ indiuiſibile & natura indiſcretũ,ut ipſa eſt unitas,& nota quæ eſt principiũ lineæ,& nũc in tẽpore.Præterea ipſe deus,qñ ut ait in x. lib. quod ſimpliciſſimũ eſt,mẽſura eſt in quolibet genere.Totidẽ modis diuerſum ſeu differẽs dicitur.Eſt quoq; differẽtia rei & ratiõis.Dicit̃ enim re aliquid tripliciter differre:nu mero,ſpecie,genere.Quædã enim uera ſunt,& re differũt:ut ſpecies inter ſe, aſinus uidelicet & homo.Quædã minime uera,nec re differũt:ut genus & ſpecies.Nõnulla uera,& item co gitatiõe differũt,ut homo & animal.Vſurpat̃ aũt cogitatio ſiue ratio in hac parte pro animi cõceptu extra rem,uel in re,q̃ tamẽ res ipſa nõ ſit.Extra rem,ut ſi quis chimærã quæ nuſq̃ eſt, mẽte fuerit cõtemplatus.In re,ut ſi quis in hominis meditatione ſpeciẽ cõceperit,aut caſum genitiuũ.Sequit̃.Ex his oppoſitũ uidere numero quadruplex,aut ratiõe cõparationis,ut re latio,ſeu remotiõis oppoſiti triplici de cauſa.Aut enim remoto nihil oñino relinquit,ut ne gatio:aut ſubiectũ relinquit,ut priuatio:aut certe ſubiectũ & genus,ut contrariũ.Quo circa quædã dicũtur oppoſita cum medio,quædã citra mediũ.Cõtradictio in primis maxima op poſitionũ ac remotiſſima eſt,ſenaſq̃ retinet cõditiones:ꝙ extrema oñi medio careãt tam ge neris q̃ ſubiecti:ꝙ ſint extra gen⁹,ut de ente & nõ ente:ꝙ alterũ extremorum ſit aliquid poſ tiuũ,ꝙ negatio ſit abſoluta,nõ alicuius determinatæ rei aut ſubiecti: ꝙ extrema nequeãt eſſe idem uel ſimul:ꝙ ſit unius & eiuſdẽ,ſecundũ idem,reſpectu eiuſdẽ ſubiecti & in eodẽ tẽpo re.Priuatiõis oppoſitũ totidẽ habet cautiões,ꝙ medio careat ſui generis, ꝙ alterũ extremo rũ aliquid ponat,ꝙ extrema nõ ſint idẽ neq; ſimul: in quib⁹ tribus cũ cõtradictiõe cõuenit. Cæterũ quod habeat mediũ ſubiecti,ꝙ extrema ſint in genere,ꝙ deniq; ſit aptũ illud habere quod ponit:pro ſuis ſpecie loco & tẽpore.Cõtrariũ quinq; cautiões: ꝙ oppoſita cõtraria nõ ſint idẽ neq; ſimul,in quo cũ utroq; cõuenit prædictorũ: ꝙ extrema poſſint uicißim in eodẽ ſubiecto ineſſe,niſi alterũ inſit à natura: ꝙ extrema ſint in eodẽ genere: ꝙ alterũ extremorũ habeat rationẽ habitus,in quibus cũ priuatione cõuenit:ꝙ utrũq; extremũ poſitionẽ faciat. Latiore aũt modo cõtraria ſecũdũ Ariſt.ſunt in diuerſo ſubiecto:ut ignis & aqua. Aut quan do poteſtate cõtraria ſunt,ut ſanãs & debilitãs. Aut in poteſtate ipſorum cõtrariorũ agẽtia uel patientia:ut caloriſicũ,& frigoriſicum, aut calefactile uel refrigerabile. Relatiua quatuor cautiões:ꝙ careãt medio ſui generis & ſubiecti:ꝙ alterũ oppoſitorũ ponat reliquum,uel de ſtruat:

Idem & diuerſum.

Oppoſitum quadruplex

Sex contradictionis conditiones.

Priuationis totidem

Contrariorũ quinq;

Relatiuorum quatuor cautiones.

ſtruat:quoniã poſita ſe ponũt,& perempta ſe perimũt:quod in relatione re cõſtat non idem ſit,in quo cõuenit cum alijs tribus. At in relatione rationis poſſunt idem eſſe ſicut in relatio ne idẽtitatis.Sed quando ad relationem uenimus,pluſculum in ea immorandum,præſertim cum Ariſtoteles in x i. Metaphyſicæ eam minime prætereat.Diffinitio ipſius in præceptis generũ eſt huiuſmodi. Ad aliquid ſunt quæcunq; ipſum quod ſunt aliorum dicũtur eſſe, uel quomodolibet aliter ad aliud:hoc Latini Græciq; enarratores ſic declarant, ut in caſu geniti uo,& alijs etiã caſibus relatio fieri poſſit,ut pater filij pater:uel ablatiui,ut maius minore ma ius.Sunt & relatiua re quidẽ appellata & per ſe:ut quod ſimpliciter in propria fuerint & na tura & categoria:ut pater,duplum.Ex accidente ſunt rationis,non in propria,ſed altera cate goria:ut ſcietia eſt in prima ſpecie qualitatis:tamen quoniã refertur ad ſcibile,quo ad relatio nem eſt in genere relationis, quãuis ſecundum quoſdam non idem poni debeat. Sunt item relatiua excellẽtiæ,ut dominus:ſubiectionis,ut ſeruus:æqualitatis, ut amicus. Ariſtoteles in Metaphyſicæ v i. relationẽ in quantitate ponit:ut duplum,triplum.Præterea in actione & paſſione:ſiue ſecundum poteſtatẽ,ſiue ſecundũ actum agentẽ & patiẽtem:ut calorificum ad frigorificũ refertur.Poteſtate & energia,ut calefaciens ad calefactum. Poſuit item in qualita te,non tamẽ explicite:quoniã qualitas nõ eſt aliud niſi ſecundũ quod accipitur ratione pote ſtatis agentis uel patiẽtis:uel ratione quãtitatis,ſicut dicitur aliquid albius alio.Et ſicuti dici tur Socrates albus eſt ſimilis Platoni albo,referre uidetur potius quandã albedinis quãtita tem.Reliqua uero accidentiũ genera potius cõſequũtur, quàm creare poſſint relationem:ut ubi aliqualem relationẽ ad locum,poſitione partium refert,Habitus relationẽ habẽtis ad ha bitum.Sed & Theologi noſtri relationẽ in eſſentia ponunt,& hoc tantũ in diuinis,quatuor modis.Primo cum propriũ nomẽ ad aliquid refertur,ut pater. Deinde relatio quæ cõſequi tur uel cauſatur relationẽ,ut generatio & generãs. Tertia quæ implicite claudit in ſe relatio nem,ut trinitas,hæc perſonas includit diſiunctas. Poſtremo quãdo pro relatiuo ponitur, ut deus. Sunt item alia quædã inter ſe diuerſa & oppoſita ſub ente, quæ oportet exprimere:ut prius & poſterius,neceſſariũ & cõtingens,totũ & pars,magis & minus,quæ deinceps paula tim explicabo.Prius & poſterius dicitur ratione ordinis alicuius & principij in quãtitate,in cognitione,in eo quod exiſtit.In quãto cõtinuo tripliciter:ratione loci,ut ignis prior acre:ra tione temporis,ut præteritũ prius futuro:ratione motus in rebus naturalibus,ut puer prior uiro.In quãto diſcreto,index eſt prior medio reſpectu pollicis.In cognitione ſecundũ ratio nem uniuerſalia ſunt priora particularibus,& ſimplicia cõpoſitis.In cognitione ſecundũ ſen ſum ſecus,niſi ex accidẽte.Nam ex accidẽte notius eſt ſenſibus uniuerſale,non tamẽ per ab ſtractionẽ ut magis cõmune.Sicuti pueri qui oñes homines ab initio patres uocãt, poſtea diſtingũt.At intellectui cõtra ex accidẽte & indirecte notius particulare. In eo quod exiſtit prius dicitur tripliciter.Ratione cõmunitatis,ut priora ſunt quæ poſſunt eſſe ſine alijs:ut ani mal prius homine.Ratione analogiæ,Tertio ratione diuiſionis entis in energiã & poteſta tem,ſi ſecundũ energiã cõtra.Nam partes nõ incipiũt eſſe in energia niſi toto abſoluto. Ari ſtoteles uero ponit quartũ modũ,cum ſunt duo cõuertibilia,& unum ſit alterius cauſa,ut pa ter.Poſtremo ſpecies omnes,quæ ſub genere cõprehẽdũtur & diuidũtur,ſunt oppoſitæ dif ferentiæ.Quæ magis & minus recipiãt uidẽdum.In primis quãtitati id conuenit.Quantitas enim duplex:prima dimẽſionis, cui maius cõuenit & non magis:ut maius robur,maior lati tudo,longitudo.Et quãtitas,uirtus,quæ eſt de qualitatis genere,ac per alterationẽ augẽt̃,cui cõuenit magis,ut magis albus:nam magis in alteratione dicitur, maius in augmẽto. Demũ extenſio ad dimẽſionis,intẽſio uero & remiſſio ad uirtutis pertinet quãtitatẽ. Formis quoq; rerũ abſtractis in genere accidẽtiũ maius cõuenit,ut maior albedo. Cõcretis uero magis,ut magis albus.Eſt inſuper Metaphyſici,quomodo totũ & partes dicãtur ueſtigare. Sex enim tradũtur modi. Totũ in primis quoddã quod perfectionis dicit̃,carẽs partibus:ut deus,an gelus,nota in linea.Totũ eſſentiæ,quod plura cõtineat unã conſtituẽtia rem:ut homo cuius partes eſſentiales dicũtur.Totũ integritatis,quod plura cõtinet integrũ conſtituẽtia,modo cõtinuationis in toto cõtinuo:ut cõtignatio,uel colligatio,uel aceruus. Totũ poteſtatis,qd' haber diuerſas poteſtates re diſcretas à ſua eſſentia:ut anima habet uiſum & auditũ & reli qua.Totũ uniuerſale,quod plures cõtinet partes ſubiectas,non re,ſed ratione diuiſas:ut eſt genus ut animal:uel ſpecies ut homo,eius per ſubiectionẽ dicẽtur partes. Totũ numeri,quũ numerus plura numerata cõprehẽdit,ut duodenarius.De neceſſario aũt & contingẽte inter ſe oppoſitis,

Ad aliquid.

Relatio in diuinis quatuor modis.

Prius & poſterius

Magis & minus.

Sex modi totius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necessitas duplex.

se oppositis, recte perspiciemus si causas cõsiderabimus quæ attingũtur in Physica. Necessitas duplex: simplex & hypothetica. Simplex est illud quod à priori causa necessario dependet, ut hominẽ mortalẽ esse, quod elemẽtis cõpositus: quod quãdoq; à forma depẽdet sicuti exemplũ supradictũ: quãdoq; à materia, ut animal mortale. Necessariũ è positione siue hypothesi est: si hoc fieri debet, illud habere oportet: ut si ensis fieri debet, ferrum est necessariũ. Et hoc totũ causam finalẽ significat, qd' in naturalib⁹ uideri licet. Qui enim sinẽ naturæ ademere ac omnia temere posuere, necessariũ simpliciter existimauerũt: ut in cõstructione domus lapides deorsum cadentes natura ferri, ligna uero sursum tanq; leuia dixere: sic homines mẽbra fortuitu, nullãq; ob causam facta ad suã utilitatẽ accõmodauisse. Arist. uero simplicẽ necessitatẽ in hypothesi esse negat, naturãq; dicit ob formã non cõtra factã, necessitatẽ uero in materia esse non in forma. In Mathematicis idem esse sed diuerso modo. Si sunt priora, sunt & posteriora: ut si est triangulus rectus, tres ergo angulos duobus rectis æquales habet. In naturalibus autẽ si posteriora sunt & priora: ut homo est, ergo mundũ ob eum creari necessariũ fuit. In se autẽ & in ordine ad effecta necessariæ sunt causæ, sicuti motus cœli respectu eclypsium & aliorũ effectorum: quæ præexistẽtia in causis sunt quoddã futurum non contingens quidẽ sed necessarium. Quædam autẽ sunt causæ nõ necessariæ saltem cõparatione ad sua effecta, & huiusmodi dicũtur futura cõtingentia dum sic in causis suis præexistũt. Et hæc aut frequẽter, ut hominẽ pentedactylum esse: aut raro, ut hominẽ fodiẽtem inuenire thesaurum: aut in horũ medio, ut legere & nõ legere. Rursus in his quæ frequẽter eueniũt natura & ars dominatur, quoniã natura in propriis effectis plærunq; superat: rara enim portẽta, & ars propriũ finem plærunq; adsequitur. In ijs autẽ quæ inter læpe & raro, electio dominatur: in nobis enim est legere & nõ legere. Raro autẽ contingens fortunæ & casus est. Fortunæ cum secundum electionẽ nostram sunt: ut fodientem thesaurũ inuenire, causa est fortuna ex accidente inueniẽdi. Casus aũt in ijs quæ secundũ naturã nõ autẽ secundũ electionẽ eueniũt: ut casu tecti supprimi, terræmotu terrã scindi, fulmine ici. Quapropter cõtingẽs infinitũ est: potest enim & potest non fieri. Necessariũ, dicit Auicẽna, nullũ habet extrinsecus impedimẽtũ: cõtingẽs uero, rarũq; plurima impedimẽta extrinsec⁹. Potest idẽ cõtingẽs & necessariũ esse: ut Socratẽ mori diuina prouidẽtia iussioneq; necessariũ, cõtingẽs uero Atheniẽsiũ iussu.

Necessarium & cõtingens.

PARALIPOMENA.

QVVM canat extremos prope iam Vindemitor Antes: racemationi locus in quibusdam erit, ac in urbe primum Roma, quæ tumultus malaq; summatim hæc passa est. Plebes præter nexos ac æs alienum in sacrum mõtem primum secessit: unde à Mænenio Agrippa reducta est creatis duobus tribunis C. Licinio, & C. Albinio, qui tres alios sibi creauerunt. Deinde Sp. Cassio & Proculo Virginio Coss. lex Agraria promulgari cœpta, usq; ad ciuile bellum semper tumultuosa. Cassius alter Cos. partes agri Hernicis adempti dimidium Latinis, dimidium plebi diuisurus erat, nisi alter restitisset: ex quo damnatus necatusq; fuit. Liuius lib. II. Deinde Capitolium noctu à seruorum exulumq; quatuor millibus Herdonio duce occupatum, ac his cæsis receptum est. Deinde per Virginiæ casum plebes ex Algido in Auentinum secessit: unde per L. Valerium Potitum, & M. Horatium reducta, creatis ab ea V. Tribunis militum, qui XX. postea fuere. Li. III. Deinde de connubijs orta cõtentio C. Canuleio Trib. legem sciente, ut essent cum patribus communia. Et ut alter de plebe Consul fieret: tuncq; primum tres Tribuni consulari potestate creati, anno urbis CCCX. Li. IIII. Postremo in Ianiculum ob æs alienum secedens per Hortensium dictatorem reducta fuit. Galli anno CCCLXV. urbem incenderunt omnem præter Capitolium: quibus aurum pactum ac ultra quantum ensis appenderet petentibus, Camillus superueniens uictor abstulit, signa retulit. Anno DCC. uici XIIII. cum uico iugario igne absumpti sunt. Orosio teste. Seditiones deinde per Gracchos & Apuleios. Ciuilia quoque insecuta bella à Sylla usque ad Augustum, & à Nerone usque ad Vespasianum. Nero uetustatem ædificiorum perosus per stultitiam urbem incendit, quæ septem diebus totidemq; noctibus flagrauit. Vitellius Sabinum Vespasiani fratrem in Capitolium compulit, succenso templo. Flauianis tandem potientibus, Titi tempore aliud ortum incendium plurimas ædes cremauit. Sub Commodo ictum fulmine Capitolium: ex quo bibliotheca illa maiorum cura comparata, absumpta est. Anno DCCCXLVII. Aurea domus Neronis

Neronis flagrauit. An. M.CLX. à Gothis duce Alarico pars urbis incensa. A Victige autẽ moles Hadriani inferiore parte dissecta: reliqua uero à Britonibus sub Vrbano VI. eversa postea à Bonifacio IX. postremo ab Alexandro VI. restituta. Tyberis ex eadem ferè Apennini parte unde Arnus supra Arretium oriẽs, paruusq; ab initio, mox multis fluminibus augetur, Albula prius à colore, deinde à Tyberi rege Albano ibi præcipitato cognominatus, Auctu religiosus magis q; sæuus, ut ait Plin. Nam redundantẽ bis uidimus, pestilentias, annonq; incõmoda cõsecuta portendentem. Liui. lib. v. glaciatũ & innauigabilem eo fuisse anno commemorat. Amnesq; xlij, in eum corriuare per spatia cl. M. ex quibus præcipuos esse Narem & Anienem: item Pli. cõmemorat. Præterea Glanem & Tinnã, quorũ alter ex Arretio, alter Tinna ex Apennino inter Eugubiũ & Asisium meat, hodie Chiagiũ uocãt: nõnulli hũc potius Asim Propertio uocatũ putãt, ambo tamẽ simul & Topinus Silio nominatus in Tyberim fluunt. Deinceps de locis alijs. In Apulia Melphis flu. Plinio Straboniq; ponit, à quo non procul postea Melphis oppidũ Normandis ædificatũ. In eadẽ parte Augusti Tropæa, nũc urbs Turpia seu Tropiensis. Fanũ Voltumnæ deæ Hetruscorũ, apud quod habita illorũ cõcilia de auxilio Veijs obsessis ferendo. Liui. lib. iiij. Pausilipum Cãpaniæ promontoriũ ubi Cæsaris piscina, teste Columella piscem habuit annis lx. uiuentẽ. In Asia quoq; tres fluuij nobiles mihi præteriti, Dionysio positi. Rhebas prope Bithynios in pontũ fluens, Eurymedon in Pamphylia, & Bostrenus prope Sidonẽ. Senam inter urbes Hetruriæ Ptolemæus ponit: non tamẽ Coloniam in Græco uolumine. Error in Latino fuit ex loco Liuij male intellecto, quũ dicit lib. xi. Castrũ Sena & Adria colõiæ deductæ. De Castro & Sena Picẽni intelligit, unde ager Castranus appellatur. Posteri uero Castrũ Senæ dixere à Ro. ædificatũ, ut etiã, in quibusdã antiquis tabulis eorũ reperit. Sed de hac superius mihi satis. Locus itẽ de hac apud Pli. male intellect⁹. Apud Clusiũ inquit, & Senas, id est, libras: nã de lino loquit, illi aũt (de ciuitate intelligunt.

Tyberis *Glanis* *Tinna* *Asis* *Topinus* *Melphis* *Tropæa Augusti.* *Fanum Voltumnæ.* *Pausilipum* *Rhebas* *Eurymedon* *Bostrenus* *Sena* *Castrum Picẽni.*

De populis à Romanis debellatis

EX bellis aũt Romanorũ pleraq; mihi præterita redordiẽda. Primum Sabinarũ occasione Cenimenses, Antẽnates, & Crustuminij Romulo mouerũt, q⁹ Sabini eorũ amici, ac uicini nimis lente agere uiderẽtur, uictiq; sunt. Postremo Sabini periculosius Tatio duce: cũ quo post captũ fraude Capitoliũ simul conuenit in unã urbem, ut Ro. Palatiũ, illi Capitoliũ arcemq; habitarẽt. Post hos Fidenates eorumq; causa Veientes, qui itẽ uicti & parte agri à Romulo mulctati, ac in annos centũ inducias datę. Deinde Tarquinius Priscus de Latinis Sabinisq; triũphauit, primus omniũ curru uectus brijugo, quũ ædem Ioui Capitolino uouit, quam postea superbus filius ædificauit, Horatius dedicauit. Iterũ rebellãtes à M. Val. Publicolæ fratre triũphati. Postea uero Sabinorum iuuẽtus in ludis Romæ quũ per lasciuiã scorta rapuissent, tumultuq; propterea exortos res nõ procul à defectiõe fuisset, Sabinis sese per legatos excusantibus, ac rem in iuuẽtutẽ reijciẽtibus, respõsum se qdẽ iuuẽtuti parcere: senibus aũt minime, qui cõtinuo causas rebellionis necterẽt. Quãobrem M. Horatius Cos. de his simul, & Valerius Publicolæ frater, qui Volscos uicerat: contra senatus authoritatẽ duobus diebus triũpharunt, quũ ille unũ utriq; decreuisset. Postremo à Curio Dentato penitus subiugati. Latinorũ Albã Tullus rex p fratres trigeminos uicit. Deinde prodentes præter pacta Romanũ exercitũ authore Metio in bello cõtra Fidenates & Veientes iterũ ad internitionẽ deleuit. Alba diruta. Albanorũ principes in patres legit, Tullios, Seruilios, Quintios, Geganios, Curatios, Cloelios. Deinde Priscos Latinos uicit. Superb⁹ fœdera & adfinitates cũ Latinis iniit, armaq; iũxit. Ad Lucũ Ferentinæ in cõcilio Turnum Herdoniũ Aricinũ ei uerbis aduersantẽ sustulit, clàm per seruũ corruptũ armis in eius diuersoriũ inductis, ac quasi regẽ per proditionẽ occidere uellet. Ancus deinde Politoriũ eorum urbẽ potissimã diruit, hostes Latinos exemplo superiorũ in urbem recepit, dato eis Auẽtino: ex eius oppidi ruinis nunc Polim crediderim appellatũ. Extat & alterũ Pallianũ, cuius Pallienses lapidicinas Vitruuius uocat: oppidũ utriq; Colũnensium. Post hæc populi XL. priscorũ Latinorũ Manilio & Sex. Tarquinio exule ducibus rebellauere. Inter quos fuerũt Ardeates, Aricini, Volani, Bubentani, Corni, Variẽtani, Gabini, Laurẽtini, Lauiniẽses, Lanuuitæ, Lauicani, Nomẽtani, Moreani, Prænestini, Pedani, Crocotulani, Atricani, Scapteni, Setini, Tyburtini, Tusculani, Telini, Telerini, Veliterni. Cuius rei gratia T. Largius primus dictator est factus, aduersus quos A. Posthumius alter post eũ dictator ad lacũ Regillum auxiliãtibus Dioscuris prospere pugnauit. Quũq; postea rursus cũ

Latini *Alba* *Lucus Ferentinæ* *Herdonius* *Politorium* *Pallianum* *T. Largius dictator.* *A. Posthumius dict.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cāpanis defecissent,conditionē tulerunt,si pacē habere uellent,alterū ex Latinis cōsulem sa
cerent,ex quo Annius eorū prætor de Curia prolapsus exanimatus est.Igit̄ debellati Latini
Gabij per T.Manliū,in quo bello se P. Decius deuouit,deditionē fecere. Gabios Dionysius inter
priscos Latinos ponit. Capti autē hoc modo:Sextus Tarquinij filius simulata ira patris ad
eos transfugies factus est etiā belli dux: explorās igitur patris uoluntatē,accepit à nūcio illū
Hetrusci papauera summa in horto tantū demetere uisum,ipse quoq; summos ciues necaturū se intel
lexit:quod & fecit.Hetruscorū bellū à Fidenatibus & Veientibus cœpit ab ipso Romulo ui
ctis.Rursus Veientes simul cū Tarquinēsibus Tarquinios iuuantes,à Valerio Publicola ui
Arsia syl. cti apud Arsiam,ex quo ipse primus curru quadrijugo triūphauit:in quo bello Brutus colle
Porsena ga cecidit. Deinde Lartes Porsena rex Clusinorū bello pro Tarquinijs etiā susceptо, quum
ad Ianiculū castra posuisset,ne Tyberim, trāsiret uirtute Coclitis Horatij prohibitus est.Ad
cessit & Mutij aliud exemplū alibi narratū.Quorum admiratione rex pacis cōditiones ferre
Cloelia coactus,bellū dimisit,acceptis obsidibus,ex quibus uirgo Cloelia dux uirginum facta, inter
Valeria quas Valeria itē uirgo Publicolę filia fuerat,equo sumpto,custodib⁹ q; noctu deceptis ad su
os p Tyberim tranauit:& quū reddita esset, à Porsena honorifice remissa, equestriq; statua
Veientes à Ro.donata est. Veientes in antiquo perseuerātes bello cccvi. Fabios apud amnē Cremerā
Menenius p insidias interfecerūt.Menenius Agrippa illius Agrippæ filius qui plebē reduxit,Cōs. unà
Agrippa cū C.Horatio statim illos petēs rursus male rem gessit,ex quo illi ad Ianiculū castra posuere.
Sp.Seruil. Vnde noctu Tyberim natādo exercitū Sp.Seruilij Cōsulis insequentis anni, adorti pariter
& reiecti fuere.Seruilius elatus uictoria,& ipse Tyberim tranat, aciē in iniquo contra hostē
dirigēs fugatur:à superueniēte deinde Collega. A Virginio seruatus,& hostis cæsus est.Ser
uilio postquā cōsulatu abijt dies dicta,cui crimini datus erat cum hoste cōcursus. Ille tamen
& audacia & meritorū exprobratione periculū euasit. Contra uero Agrippa supradictus &
ipse ob rem male gestā capitis anquisitus,ac ære ex gratia multatus,quū modeste patiēterq;
se gessisset,morbo ob ignominiā corrept⁹ excessit:ex quo uidere licet in causa pari apud im
Menenius Ag.Lana. Geganius Camillus peritum ingratumq; uulgus plus adrogantiā ualere quàm modestiā. Alius Agrippa Mene
nius cognomēto Lanatus ex eadem familia cōsul cū Macerio Geganio,quo tempore Sp. Me
lij largitio fuit,& L.Minutius præf.an. Veientes tandē Camillus sub iugum post ætates de
cem penitus misit,ex aquæ Albanæ uaticinio delphico:nō prius huic finē bello fore, q; aqua
ex lacu Albano in cāpos egrederetur,uti euenit. Aduersus itē Hetruscos, Vmbros, Sānites,
Gallos,Decio & Fabio ducibus prospere pugnatū,Decio se imitatione patris deuouēte. De
inde apud Ciminū lacum à Fabio,postremo à Papyrio ultima occidione apud lacum Vadi
Volsci annis ccc.impacati monis debellati. Post longū deinde tēpus rebellātes à Sylla superati fuere. Volscos Tarqui
nius Superbus ante omnis ,puocauit ablata p uim eis Suessa pometia,quorū bellū cc. post
eum annis durauit,ex cuius manubijs Iouis Capitolini templū ædificauit.Quod postea cō
M.Horatius secrauit M.Horatius Puluillus Cos.Publicola collega in bello Sabinorū occupato, qui obi
ter allato de morte filij nuncio iussit uti efferretur, minime à cœpta consecratione disceden
do.Volscos item post superatos ad Regillum Latinos uicit Ap. Claudius,qui Cos. cum P.
Seruilio fuit:rursusq; rebellātes idem compescuit direpta Suessa pometia. De his etiam M.
Equi Val.Publicolæ frater dictator triūphauit. Deinde simul Volsci & Equi à L.Æmylio q Cos.
cum Fabio Cæsone fuit,quum per astutiam Actij Tullí eorum ducis ex urbe pulsi rebellas
sent. Deinde à L. Lucretio & T. Veturio,rursusq; Quintio, & Quin.Seruilio Cos.uicti,&
Antium captum,& Velitернis ager ademptus. Cum Equis rex Superbus captis Gabijs, in
quit Liuius,pacem fecit:eos deinde,quod Latinos uexarēt,Quin.Fabius Cæso Cos.uicit tu
multuario bello,rursusq; rebellantes cū Volscis ad Algidum secutus cōpressit.Tertio in eo
dem loco Qu. Cincinnatus Dict. unà cum Graccho Cloelio duce perdomuit: eaq; fuit mo
destia,ut dictatura quā in sex mēses acceperat xvij.die bello cōfecto se abdicauerit.De Vol
M. Geganius Ciuilius Volscorū dux Samnites scis item & Equis P.Valerius Potitus Cos.apud Algidum,& post eum M.Geganius etiam
Cos.ducto Ciuilio duce Volscorum ante currum triumpharunt.Samnitibus primum mo
tum est bellum occasione Campanorū, qui uexati ab eis se Romanis dediderant: ut author
Liuius lib.vij.deinde sepe rebellātes annis L X .Papyrios duces exercuere.M.Attilius Cos.
quū uidisset aciē ab eis pulsam,Iouí Statori templū uouit,si exercitus cōsisteret:ut idem lib.x
Vouerat & Romulus simile in bello Sabinorū.Sānitibus pacē petentibus,quarto fœdus re
Beneuentum nouatū:demū per Curiū Dentatū bellū cōfectū.Eorū urbs Beneuentū Hirpinorū, olim Ma
leuentum

leuētum ob horribilem & pestilentē uentū,cui olim fuit obnoxiū,ut tradit in bello Gothorū
Procopius.Hanc urbē per bella punica T.Sempro.Gracchus proconsul cōtra Hannonē de *T.Gracchus*
fendit,apud Calorē ad tria milliaria castris positis:ubi quū uicisset, Volones ex promissione
facta liberos fecit:deinde ex eis illos,qui pugnā detractauerāt mulctauit, ut quoad stipēdia
faceret,stantes cibum potumq; caperēt.Li.xxiiij. Sunt autē Volones serui,qui uoluntarij mi *Volones*
litant. Ampsanti colles Virgiliani & sæui spiracula Ditis,in ualle apparent Beneuentana,uti *Ampsanti*
quibusdā placet. Tarentinū insecutū est bellū,quod itē Curius superato Pyrrho è Sicilia rur *colles.*
sus redeunte cōfecit,in eodē magistratu bis triūphauit.Tarētinis uictis pax & libertas data. *Tarentinū*
Neapolitani per Q. Publiū obsessi in deditionē uenerūt. Publio triūphus per Cōs.decretus
& imperiū prorogatū.Legio campana cū D.Iubellio præf.quæ in præsidio Rheginis relicta
fuerat,eam urbē cepit,quapropter capta securi percussa est:cætera uero Italica simul cū Sici/
lienſibus supra narrata.Deinceps de externis.Illyrici regina Teuca,Agronis olim uxor,quū *De Illyrico*
admonita à duobus Corrūcanis legatis,quæ primo bello pu. oram maritimā populabatur, *Teuca.*
alterū Titū liberius locutū in itinere redeuntem interfecisset,à Cn. Ful.Cētimalo & L.Post.
Albino Cōs. postea superata supplex reddita ex cōditione Cercyræ & Apolloniæ libertate
pacē obtinuit, quæ Demetrij uiri potentis è Pharo Illyrici oriūdi proditione,cōspirantibus
Istris simul cū Issęis & Atintanis populis Illyricorū fœdus cū cōsulibus iniuerāt.Verū paulo
post eiusdē opera Atintani occupatis in bello Gallico Romanis rebellātes ad officiū reducū *Atintani*
tur.Demetrius pulsus quū reuertisset,auxilio Philippi captus,atq; interfectus est,ac Pharos *Demetrius*
eius patria euersa,Illyricis pax reddita.Et hęc ilico post primū punicū.Secundo aūt quū Phi *Pharensis*
lippus Italiæ propinquās Oricum occuparet,Apolloniā obsideret,an.v .belli pu.à M. Val.
prætore superatus est, Illyriciq; oræ populi recepti.Valerius ob rem bene gestā absens con/
sul creatur,fœdus cū Ætolis init.Gentius deinde rex Illyrici hosti Perseo precio cōiunctus, *Gentius rex.*
cū legatos de hoc ad eū quærētes in uinculis tanq; canes emissarios habuisset,à Cn.Manlio *Cn. Manlius*
xxx.diebus terra mariq; uictus:ac unà cū uxore & liberis in triūpho duct⁹. Eius urbes Pau *Vardei*
lus Æmylius tribus diruit horis. Vardei gēs Illyrica q; Romanorū subditos molestarēt,nec
iussi abstinere obtēperarent, à Fuluio Flacco superati sunt.Iapydes à Sēpronio,Segestani à
Cotta,Delminium à Nasica,Delmatæ à Metello sunt domiti.Papyrius Carbo à Cimbris in
Illyrico cum exercitu est fusus.Per bella ciuilia Illyrici Cæsaris copias duce Gabinio illac iter
habētes adfixere.Cæsare interfecto præsidia,quæ paulo ante acceperāt,eiecere.Bellū cōsu/
larem uirū interemere. Demū sub Augusto Salona p Pollionē Celenisq; oppidis superatis
penitus sub iugū uenerunt.Istri aūt qui Illyricos, Ætolosq; iuuerant, quū prædæ cupidi Cn. *Istri*
Manlij castra cepissent,ab Appio Pulchro debellati sunt. In Pānonios M.Liuius ab Augu *Appius*
sto missus Segestā cepit,deletis Pannoniorū copijs auxiliū ferentibus,& armis hostilibus in *Pulcher.*
profluentē iactis,quo uictoria cæteris repēte pronūciaretur.Bathonē eorū regē deinde Ty *Segesta*
beriuś maxima cæde superatū,ac donis ingentibus muneratū,trāstulit Rauennā, gratiā refe *M.Liuius*
rens q; se quondā cū exercitu iniqtate loci circūclusum passus sit euadere.Pannoniā itē Mar *Batho rex.*
comanni gens fera irruperāt,sed ab Antonino philosopho repulsi sunt.Probus itē princeps *Marcomāni*
eā à Sarmatis occupatā liberauit.In eadē & Cōstātinus Licinij opp̄ssit. Diuisa est in primā
& secundā.Amātini in secūda ubi Bacūtius amnis in Sauū influit. Sauus em̄ Drauusq; po/
tissimi,hic è Noricis uiolētior,ille ex Alpib⁹ carnicis placidior fluit,uterq; nauigabilis.A Sa
uo Sauēsis regio dicta est:q aūt inter Drauū & Danubiū tractus extēdit, Valeria dicit̄,quæ
Croacia nūc est.Hāc Marcomāni Quadiq; infestabāt:cū qbus cōspirauerant Sueui,Sarma/ *Quadi*
tę,Bastarni, Alani,Peucini.Cōtra quos ,pfectus M. Antoninus philosoph⁹ quū etiā seruitia
armasset,in Danubij tranſitu feliciter acceptos in deditionē Marcomānos in Italiā traduxit.
Voluit Marcomāniā & Sarmatiā ,puincias facere, fecisset̄q; nisi Auidij Cassij rebelliōe Ori
entē petere coactus fuisset. Sub Aureliano deinde à Marcomannis uastata sunt omnia,quæ
circa Mediolanū erant,quibus occurrēte Imperatore tāta est clades accepta,ut Ro.penè sol
ueretur imperiū,lustrata urbs, inspectiq; libri Sibyllini,mox Barbari uicti nō tam Romana
uirtute,q; monstris quibusdā uisisq; diuinis ex ope(uti credebatur)Sybillina territi fuere.
Sūt em̄ Marcomāni & Catti,ubi nūc Morauia ac Vratislauia.Bohemi uero pristinū Bohe/ *Catti*
morū retinēt nomē.Quadi itē ubi Quauia adhuc uocat̄ apud Vladislauiā.Daci quoq; sub *Daci*
Cotisone rege in Pānonias Mœsiasq; ,pximas cōcreto gelu Danubio irrūpebāt,cōtra quos *Cotison*
Cor.Lentulus ab Augusto missus, tris eorū duces cum magnis copijs delcuit,citeriorēq; ri/ *Cor.Lentulus*
pam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decibalus pam præſidijs muniuit,ſatis victoriæ putãs poſſe illos prohibere.De Dacis & Sarmatis Domitianus duplicẽ egit triumphũ.Traianus in eos profectus regem Decibalum uicit, cius legatis ſeruilem in modũ introductis pax data.Iterũ quoq; in rebellãtem proficiſcitur,quo ſuperato Daciam prouinciã fecit,theſauros regios ſubter uada fluminis inuenit,pontem lapideum ingẽtem fecit,de quo in eius uita referã:rex ſibi manus attulit. Sub Galieno Dacia eſt amiſſa. Aurelianus deſperans retineri poſſe,omnem Daciã trans Danubiũ ſublato exercitu

Macedones Philippus Leuinus Sulpitius prouincialibus reliquit,abductosq; ex ea populos in Mœſiam collocauit,appellauitq; ſuam Daciã quæ duas Mœſias diuideret.Macedones ſocia arma cũ Annibale cõiunxerãt. Philippus rex ad Apolloniã primo ſimul cũ Acarnanibus à Valerio Leuino ſuperatꝰ.Deinde à Sulpitio proconſule Attalo rege & Ætolis belli ſocijs uarijs prælijs agitatus:pax poſtremo illi à Pub.procõſule data,dum occupatis in Africã animis,omnibus alijs bellis Romani leuari cuperent.Nec diu in fœdere manſit Philippus,Athenienſesq; Romanorũ ſocios uexabat:acta

Flaminius Perſeus rurſus res eſt primis illis quondã in eum ducibus Leuinusq; illuc miſſus eſt.Sed omne negocium Sulpitius Cõſul ſuſcepit, terra mari Attalo Rhodijsq; iuuantibus bis uicit,bis caſtris exuit,bis fugauit.Vltimũ illi prælijũ cum Q.Flaminio cos.fuit,à quo victus dato etiã Demetrio filio obſide pacẽ impetrauit.Perſeus defuncto patre belliũ hæreditarium proſecutus,aliquãto felicius ab initio,ut qui Liciniũ,qui prius in Macedoniã ingreſſus fuerat acie uicerit:

Martius Philippus naues ceperit,proximos inſuq; populos bello illato, partim in deditionẽ, partim in amicitiã redegerit. Martius Philippus per altas paludes inmunitã Macedoniã penetrauit: coactus

Andriſcus eſt rex claſſem incẽdere,pecuniã mari mergere,ne in Romanas manus ueniret.à Paulo deinde Æmylio Conſule ſic conterritus,ut pugnæ adeſſe non auderet,ſic uictus,ut nec illi Samothraciæ latebræ profuerint,è quibus tandẽ erutus miſerabilẽ triumpho pompã præbuit. Andriſcus poſt hũc q; ſe Demetrio genitũ diceret,à Demetrio Syriæ rege captus,Romãq; miſſus,cũ indiligẽter cuſtoditus euaſiſſet,tãtos in Macedonia motus fecit,ut cæſo deletoq; Ro.

Dardani Mœſij exercitu cũ Quintio Prætore,ingentẽ terrorẽ incuſſerit. Duce tamẽ Q.Metello in cathenas reductus,ſeruitutemq; Macedones mulctati.PſeudoPhilippus ad extremũ excitatꝰ à L. Tremelio quæſtore unà cũ exercitu cæſus eſt . Dardani Mœſiq; poſt Macedoniã ſunt,in quam

M.Curio quotidie irrũpebant,auſi tẽplo Delphico manus inferre uiolẽtas.L.Scipio auri pactione coruptus cũ Dardanis fœdus pcuſſit,L. Sylla partim eos uicit.Marcus Curio procos. penitus ſub ditionẽ redegit.Scribonius procos.Cl.Appij qui cõtra Rhodopeios pugnãs morbo ab

M.Lucullus ſumptus erat,ſucceſſor,declinato in Dardanos bello intra trienniũ ad Iſtrum penetrauit.Dacia tenus uenit,ſed ſaltuũ tenebras expauit. M.Lucullus L.qui Mithridatẽ uicit frater,Mœſiorũ regionẽ excurrit omnem. M.Craſſus Auguſti auſpicijs feliciter in eos pugnauit, quos

Domitius Centurio quũ peteret,rogitaretur q; ab eorũ duce quinã eſſent,reſpondiſſetq; Romanos gentiũ dños, ille,ita inquit,ſi nos uiceritis.Nec parũ timoris incuſſit Domitius Centurio foculo ſupra caſſidem tanq; ardẽte capite collocato.Tyberius poſtremo Imp.ſub Romana eos iura redegit,

Scordiſci tributũq; pendere coẽgit.Thraces Macedonũ erãt tributarij, quibus uictis Romanũ detractabant imperiũ,uicinas excurrẽtes regiones.Scordiſcos igit̃ inter eos cõprehenſos M.Cæſonius debellauit,M.Cato cõſul fuſus fugatusq; ab illis eſt:aboleuit dedecus Liuius Druſus

qui illos uictos Danubiũ tranſire prohibuit.Thraces inſuper Minutius Rufus apud Hebrũ adflixit. C.Geminius ob flumẽ gelatũ equitatu amiſſo infeliciter cõtra eos rem geſſit.L.Piſo Rhodopeios penetrauit.Sylla multis prælijs cecidit, Appius ſæpe uicit.M. Lucullus ad Tanaim Mœotimq; peruenit,& efferatas gentes mira celeritate debellauit.Poſt mortẽ Cæſaris

Triballi Thraſibulus M.Brutus aduerſus eos mouit infeliciter. M. Craſſus Auguſti auſpicijs primo, mox Scipio domuere. Triballi Thracia gens,quod Germanorũ armis iuuarentur,indomiti manſere.Ty

Perinthus berius Imp. Thraſibulum Thraciæ regẽ ſuſpectæ fidei reum per blanditias ad ſe traxit, neq; unquã poſtea remiſit.Veſpaſianus Thraciã omnẽ quæ ſub regibus amicis antea erat,in prouinciæ formã redegit.In hac item Perinthus,nũc Pera, Genuẽſibus ab Imp. Conſ.ob latum

Tenedus ei auxilium cõtra Venetos cõceſſa,ſicuti Theſſalonica ab Andronico Hemanuelis filio Venetis.Prope Tenedus eſt inſula,cuius notiſſima fama Virgilio deſcribitur,quod teſte Ariſt.

Græci Ætoli in Poli.hic ob Troiam importuoſam hoſpitiũ celebratũ fuerat.Cicero in epiſt.prouerbium uſurpat ſecuris Tenedia,q; libertatẽ rebellãdo amiſerit.Græcis Romani cõtra Philippũ Macedoniæ opem tulerunt.M.Val.Leuinus II.bello pu.cum Ætolis fœdus percuſſit,captasq; de hoſtibus urbes illis condonauit,nec paruo fuere bellis Macedonicis uſui. Omnia tamen obruerunt

obruerunt beneficia cõiuratione cũ Antiocho cõtra Ro.inita. Igitur uiolati fœderis pœnas dederũt,& à Glabrione primũ victi,mox à M.Fuluio Nobiliore expugnata Ambracia unà

Ambracia cum Epiro ſubacti,benigneq; cum illis actum q; plus apud iuſtiſſimũ populũ beneficiorum

Epirus memoria,q; recens defectio ualeret.Achæi licet cum Philippo bellum intuliſſent,accepti ta-

Achæi men in amicitia,maleq; deinde uſi ſunt cõceſſa libertate.Legatos po.Ro.uiolauerunt,ac du-

Critolaus ce Critolao arma ſumpſerunt.Attriti ergo per Metellum Macedonicũ,poſtremo euerſa per

Corinthus L.Mumium Corintho libertatẽ amiſere.Thebæ inſuper & Chalcis quæ auxilio fuerãt euer-

Chalcis ſæ.Athenienſes auxilium contra Philippum petiere, defenſi ſunt,& ſua illis libertas cõceſſa.

Thebæ Archelaus Mithridatis præfectus urbem occupauit,grauiq; ſeruitio preſſit. L.Sylla circum

Athenæ ſeſſam magno labore expugnauit,& antiquã libertate reſtituit,neq; ullam urbem maiore honore dignatus eſt po.Ro.Poſtremo quũ Galli rebus excíderent Cõſtantinopolitanis, Athenas diu tenuerũt cum Peloponneſo:quorum imperiũ dum in regnũ transferretur Neapolitanum,ad manus Acciaiolorũ Florentinorum ſub Io.regina peruenit:deniq; ad Turcas.Ho-

Lacedæmonij die à barbaris corrupto uocabulo Sethinæ uocãtur.Cum Lacedæmonijs & eorum tyranno

Nabis Nabide bello Macedonico amicitia iuncta eſt. T.Flaminius deficientes uicit,pacẽ dedit,bel-

Rhodij lum ob libertatem Argæi qui ſub tyranno erant fuuere.Vniuerſos aũt Græcos T.Flaminius uicto Philippo, ſenatus populiq; nomine p præconẽ liberos eſſe iuſſit.Rhodij qui plurimũ arte nautica pollebãt, auxilio Romanis cõtra Philippũ fuere. Cõtra item Antiochi claſſem cui Annibal præerat xxvij. prius,& deinde xx.naues ſupplemẽto miſere: quibus meritis uicto Antiocho,Cares,Lydi, nonnullæ aliæ uicinæ urbes à Romanis ſunt eis donatæ,quin &

Ætolis eorũ precibus placuit ignoſcere.Auſi ſunt tamen bello in Perſeũ legatos Romã mittere,in pace cõueniſſe,ſe auxilia regi laturos.Viſum id indignũ:quapropter ciuitatibus iam donatis mulctati fuere:nec victo poſtea Perſeo audita legatio,intromiſſa demũ dubia dimiſſa eſt.Quũ tamẽ adſidue deprecaretur,in amicitiã accepti ſunt,nec unq; poſtea etiã Mithridatis bello fidẽ mutauerũt. Ante Veſpaſianũ libera fuit Rhodus ſuis utens legibus. Ipſe pri-

Pamphylij mum adempta libertate in prouinciæ formã cũ adiacẽtibus inſulis redegit.Paphylij,Creten-

Cretenſes ſes,Phryges,Lycij,Cilices,& circa nationes omnes piratas excipiebãt,cõmodaq; & portus præſtabant.Seruilius eos cũ Iſauris uicit,tributariosq; fecit:& tributa quæ grauia fuerant ab Antonio triũuiro diminuta,Lycijs libertate donatis.Cretẽſes uero Metellus domuit. Pom-

Arabes peius poſtremo graſſantes iterũ piratas victos ac ſupplices aliò traduxit.Arabes Ælius Gal-

Sileus lus auſpicijs Auguſti uſq; ad Troglodytas deuicit.Sileus Nabatheorum legatus per deſerta deductũ exercitum,morbo,labore,fame ferè cõfecit:victi tamen reges nõnulli,oppida diruta,nec peruentũ ad aromata ob aquæ inopiã. Sileus ꝓditionis cõuictus,Romã ductus ſecuri percuſſus eſt.Traianus progreſſus ad mare rubrũ primus Arabiã ſubiugatã rectore impoſito in prouinciã redegit.Rediẽs Agarenos rebellantes reiectus tẽpeſtatibus & fulminibus

Agareni Saraceni ſuperare nõ potuit.Hos eoſdẽ eſſe cũ Saracenis teſtatur Auguſtinus, ab Agar ancilla Abrami cognominatos:deinde à Sara cõiuge ſe Saracenos potius appellari maluerũt.Horũ hiſtoria ſupra repetita eſt,electi tandem ex Italia regnoq; Siciliæ fuere per Othonẽ II.auxilio

Pandulphus Capiteferreus Pandulphi Capiteferrei principis Capuani,cuius poſtea meritis Cãpana urbs facta metropolis fuit.Iudæi primo ſub Iuda Machabæo amicitiã petẽtes,à Demetrio Syriæ rege ſeſe tutati ſunt.Põpeius & Hieroſolymã cepit foſſis die Saturni repletis quo gens ea uacat,& Fauſto Syllæ filio primo muros aſcendẽte,tẽplo pepercit,cc.millia talẽtorum, ſacráq; intacta re-

Iudæi Hieroſolyma linquẽs,quæ poſtea Craſſus in Parthos profectus diripuit. Hircano facto facerdote,& Ariſtobulo eius fratre Romã in triumphũ ducto . Titus eam poſtremo rebellantẽ expugnauit

Faustus Syllæ templũ incẽdit,muros diruit,undecies cẽtena millia gladio fameq;,teſte Ioſepho,perierunt. Reliqui uero ad xc.millia diſperſi.Ianus ſexto clauſus.Iudæi deinde ſub Traiano circa Cyre nas ſumptis armis,ſupra cc.mil.hominũ interfecere,pariq; clade qui in Cypro erãt Cyprios adfecere.Traianus per Luſium legatũ omnes ubiq; inuentos profligauit.Hadrianus Hieroſolymam inſtauratam Heliam de ſe uocari iuſſit.Iudæosq; urbis ingreſſu prohibuit,ciuitate Chriſtianis permiſſa.Iulianus Imp.quũ templũ reparari iuſſiſſet,diuino qui opus faciebant igne fundamẽtis prorũpente cõflagrarunt ,neq; unq; poſtea Iudæi certã ſedẽ poſſederũt.In

Indi dorũ rex Porus q ſexcẽtis regibus imperabat,munera ad Auguſtũ amicitiæ cauſa miſit,octo

Porus ſeruos nudos aromatis delibutos,uiperas ingẽtes, ſerpentẽ x.cubitorũ, teſtudinẽ fluuialem

Larmonocagas triũ cubitorũ,& perdicẽ uulture maiorẽ.Cũ munerib⁹ aderat Larmanocagas Indus,cui quũ omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia ex sentẽtia cueniſſent nequid aduersi accideret,more patrio Athenis nudus ridensq; in ardentẽ se pyram conijcit.Galli postquã Italia omni expulsi sunt,Sallyes per Sextiũ domi
Galli ti,Allobroges à C. Domitio. Aruerni à Q.Fabio.Postremo Cæsar Heluetios in corũ patriã redire coẽgit.Germanorũ ccc.mil. Arioui sto duce è Gallia expulit.Sueſſiones,Atrebates,Bel gas in deditionem accepit.Venetos oramq; maritimã classe superauit.Aquitanos per Cras sum legatum domuit.Rhenũ traiecit,proximosq; Rheno territauit.Oceano remigato Bri tannos tributarios fecit,Eburones deficientes recepit,cum rebellantibus demũ Gallis omni bus & Vergentorige ad Alexiã conflixit,tandemq; IX. anno in fide habuit,tributiq; nomi
Alpini ne imperauit sestertiũ quadringẽties. Alpini prædones erãt,nec superari poterãt nec in salti bus præruptisq; mõtibus adiri.D.Brutus Mutina fugies data uiritim drachma se redemit. Messala quũ iuxta eos hyemaret,pro singulis hastilibus preciũ pendere coactus est. Teren tius Varro acie uictos sub hasta uendidit.Augustus per Tyberiũ funditus deletos extinxit,
Germani trophæũq; in Alpibus erexit. Germani liberiores omnibus secũdum Parthos fuere:à nullis em maiores acceptæ clades. Carbo, Cassius,Syllanus,Mãlius,Seruilius fusi uel capti,quinq; simul exercitus cõsulares,Ipsũ nulla lacessiti iniuria,anno ab urbe condita DCXL. in Italiam
Cimbri irrupere. Cimbri fuere ac Teutones Oceano ꝓximi, ambo à C. Mario uicti,& à Catulo ad
Teutones aquas Sextias,quorũ uxores noctu se suspẽderunt necatis infantibus. Germani ob corporũ proceritatẽ quũ primũ in Gallia cũ Cæsare cõcurrerent,tantũ terroris intulere,ut testameta passi m in Romanis castris scriberẽtur:ac tũc primũ in Germaniã põte Rheno impositio Ro manæ legiones perductæ:quumq; se in paludes syluasq; reciperẽt,nõ inuenti sunt qui uince rentur.Bellis ciuilibus expugnatis legionum Hibernis Gallias adfectauere,pulsi tamen sunt. Augustiq; auspicijs bellum illatũ.Drusus eos usq; ad Albim prosecutus,ne uero ulterius pro sequeretur,mulieris specie humana maiore idiplum prohibẽtis perterritus est.Cimbris acce pto lebete delictorũ antiquorũ obliuionem petentibus,condonatum.Sueui & Sicambri tra
Vandius ducti in Galliã,ac proximis Rheno agris collocati.Vandius Sueuis, Vãnius Batauis reges
Vannius impositi. Quintiliũ Varũ Cherusci cũ tribus legionibus ob eius libidinẽ adflixerũt, ad Rhe
Quintili. num Romanos reiecerũt,tantũq; terroris iniecere,ut ludi sint uoti,Augustus capillo ꝓmisso
Varus. caput parieti sæpe illiserit. Germanicus dein filius cladis uindex adcessit,Germanorũ princi pibus captis ac in triumphũ ductis.Marcomannorũ Cadorũq; reges ex authoritate Roma
Phrisij norũ ad Danubiũ regnabãt,raro armis,sæpe pecunia adiuti.Tyberius accitũ per blanditias
Ciuilius Marobadũ Germanorũ regem non remisit.De Phrisiorũ legatis Romæ supra narraui.Mor
Cerealis tuo Nerone multi populi Batauis ducibus nimis acerbũ delectũ perosi,authore Ciuilio con
Vbij iurarunt,legiones Romanorũ ceciderũt.Vbios,ubi colonia Agrippina deducta fuit, ob no men Romanũ uexarunt.A Cereali tandem & Domitiano Imp.pacati sunt,triumphusq; de Cattis ductus, eosdémq; ac Marcomannos superius dixi à M. Antonio subactos. Probus tot corũ incursionibus indignatus supra cccc.mil.cecidit,ultra Albim remouit,Romanas ur bes in hostico posuit,milites collocauit:xvi.mi.tyronũ ex eis accepta per omnẽ prouinciam sparsit,& omnẽ deniq;,qua late tẽditur,Germaniã subegit. Nouẽ reges ad pedes prostratos habuit,ac unũ cõficerent permisit,uoluitq; & arma prohibere,sed prius prouincia erat dedu
Alemani cenda. Alemani sub Galieno in Hispaniã penetrantes Gallijs attritis in Italiã irruperũt.Eorũ deinde Cõstantinus magnã fecit stragem. Constantinus aũt magnus ipsorum reges captos, spectaculo bestijs obiecit.Iulianus interfectis regibus magno captiuorũ numero abacto,fœ
Saxones dus cũ eis fecit.Valentinianos Saxones Oceani accolas inter inadcessas paludes domuit,ul ctorq; ad Oceanũ peruenit.Vltimus Romanorũ Theodosius Germaniam attriuit.Nam &
Tartari Hydræ modo hæc semper natio uires instaurabat. Tartari non ut quidã tradidere,Scythicũ genus est,sed Europeum in Taurica Chersonneso Plinio positi ac Tartari appellati:hodiq;
Theodosia ibidem perseuerant,ubi quondã Theodosiã nunc Capham regiã constituere,quæ deinde in
Aitonus Genuensiũ,postremo Turcarũ potestatẽ uenit.De his scripsit Aitonus Armenus Aitoni re gis Armeniæ nepos,qui fuit anno Mccxc.Hi enim quũ diu more ferarũ sine rectore,sine le
Can Gui/ ge,sine deo degerent,crescente planè multitudine,anno M.ccxxxiiij.Can Guiscam regẽ sibi
scam creauerunt,q primus fines patrios egressus,in Scythiã cũ exercitu penetrauit,usq; ad portas Caucaseas:tris filios in totidẽ orbis partes misit,Iachim in occidẽtẽ,Tagladaim in meridiẽ,
Batho Bathonẽ in septentrionẽ.Hic ultimus res gessit magnas,Comanos uicit,qui & ipsi Europei
Comani sunt,antiquit9 ꝓpe Roxolanos,Omani Ptolemæo uocati,uerũ postea & in Asiã cõmeãtes,

Iberos

Iberos, Albanosq;,ac circa nationes expulere:eiecti tandem à Tartaris,ad Polonos postre mo Pannonios migrarunt,ubi à Bela rege in partẽ regni recepti fuere.Deinde Batho Scy
Cataium this superatis in Cataio sedem constituit, quæ regio inter Imaum & Iaxartem fluuium est: de qua item supra mentionem feci. Ad occidentem uersus exemplo Comanorum eosdem petijt populos, strages maximas edendo, de quibus in Pannonia dixi. In Germaniam de
Ahalon mum flectens in Danubij transitu cum bona exercitus parte mersus est. Ahalon Bathonis
Occota ex Occota nepos Syriæ primus bellum intulit,Saracenos debellauit.Babylonẽq; in Ægy pto uastauit,quam sicuti Babylonem Assyriæ Baldacam nunc uocant. Huic filius Abaga succedens Syriam amisit.Huic item Tangoder primus Christianis aduersus, qui legem co lere cœpit Mahumetanã, deinde Agonius, Quegatho MCCXC. Deinde Bando,postea
Cataloſa dux Cassanus,qui Syriæ per Molaim & Cataloſam duces bellum intulit.Ex his genus item Ta
Tamerlanes merlanes ille potentissimus,quem supra memoraui,dicitur duxisse. Hodieq; hæc natio po
Tartarus tentissima magnopere coaluit:& in Europa,& in Scythia apud Cataium, Can ubi omnes
Can ex successione principes à primo rege appellati. Bellorum igit huiusce modi excursum T. Phedri nostri ex magna parte diligentia collectum,non ab re fuerit simul ordine repetijsse.

Isis ANthropologiæ hæc insuper adijcienda.Isis Phoronei regis Argiuorum filia,quæ
Argus & Io dicta est,Ioui dilecta:& in uaccam,ob Iunonis ꝛelotypiam mutata,Argoq; cui centum erant oculi in custodiam data est.Hic Iyra Mercurij à Ioue missi sopi tus,ac Isis elapsa:mareq; ingressa, Ionium ex ea uocatum,in Ægyptum ubi colit pro dea uenit. Argus uero in pauonẽ uersus,Iunoniq; dicatus est. *Anteus* Anteus gigas ex terræ fi lijs cũ Hercule cõgrediẽs, ut deprehẽsus est ex telluris tactu uires excrescere:ab eodẽ in ae ra sublatus ac exanimatus est. *Vesores* Vesores rex Ægypti primus omniũ cũ Scythis prælio cõgres sus:aduersoq; Marte repulsus,sese in Ægyptũ recepit.Illi uictoriã sequẽtes,Ægyptũ & A siã ferè totã infinitis cladibus adfectã tributariã fecere,usq; ad Nini regis tpa,q eã à Scythis liberauit,postq; uectigalis fuerat annis MD. *Æsopus* Æsopus Phryx genere scriptor fabularũ:quẽ Arist.non dedignat allegare II.rhetor.& Plato in I.Phædri,& Apul.de deo So.Hic olim seruus ac deformis,sed astutus ac facetus:missus ad fodiẽdum agrum,cum falso à cõseruis accusaret ꝙ ficus domino seruatos edisset,aqua calida coram potata, & eadem reuomita, se insontem esse monstrauit:accusatores idem facere iussi,ficus euomuerunt.Deinde dono datum Zenæ agri ꝓcuratori:Zenas cuidam mercatori illac prætereunti uẽdidit:ac in pœ nuria iumentorũ cum ferre iuberetur unà cum alijs sua quisq; onera:ipsi debilem se faciẽti data optio leuius portare:tulit itaq; canistrum panibus plenum cæteris ridentibus, ut gra uius:at cũ illos anteiret,distributis paulatim in itinere panibus leuiore sarcina ambulabat, donec perueniret Ephesum:ibi enim rursus uenditur Xantho cuidam, à quo interrogatus cuias esset:respondit,ex carne,at ille:non hoc peto,inquit,sed ubi natus : in uentre matris. ait rursus:non hoc dico:sed,in quo loco:nescio,ait,si in lecto,an extra. Cedo,inquit ille,qd scis facere? nihil,ait Æsopus. Illo admirante:nam mei,dixit,conserui,qui tibi mecum sunt uenditi,cum se dicant omnia scire,mihi nihil relictum est. Proposita quondam quæstione, cur holera sponte nascentia citius uenirent quàm sata:Xantho ꝓuidentiæ rem tm referen te, Æsopus nouercæ cõparationem proposuit,quę alienos filios,ut terra semina,difficilius enutriat.Deinde iussus coquere lentem, unum tm lentis granum coctum adposuit. Iussus quatuor pedes porcinos emptos coquere,cum dominus calumniandi gratia unum surripe ret:suspicans ille quod erat factum,pedem uiui porci qui domi nutriebatur reposuit:at do minus cum oblatum loco restituisset:num,ait,qnq; hic porcus habuit pedes? At Æsopus: Minime:sed bene duo octo:nam reliq tuo porco sunt incolumes relicti.Iussus ad lauandos pedes peluim adducere:eã sine aqua parauit:q nulla de aqua facta esset mentio. Iussus con uiuium ex optimis præparare:linguas tm emit:dicẽs has esse optimas,sanè bona ex eis me morans.Iussus contrà,ex pessimis aliquid præparare:linguas iterum adposuit,similiter me morans quanta ex eisdem mala prouenirent.Interrogatus cur ouis ad mortem tracta mute scat,porcus autem grunniat:Quia,inquit,ouis adsueta mulgeri ac tonderi,ferrum non ex pauescit.Post hæc cum Xanthus ad ludos ꝓfectus in Samiorum theatro uidisset aquilã de manu prætoris anulum in aera ferentem:dixit mirantibus Samijs Æsopum suum hoc por tentum indicare posse:ille statim accersitus,ante omnia libertatem pro mercede petijt:qua instãtibus Samijs adsequuta,uaticinium suum impleuit,qui domino prædixerat,nolentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

se quandoq; liberaturum. De portẽto ait, regem fore externum, qui eorum cito occuparet libertatem: nec mora, ecce Crœsi Lydorum regis literæ tributũ petentes: quod Samij cum Æsopi consilio detrectassent, Æsopus ante omnia à rege petitur: ille fabulam huiusce modi Samijs proposuit: Lupi leporibus bellum indixerunt: lepores auxilio canes accersunt: lupi de pace conueniunt: modo canes ab eis in custodiam dentur: quo facto in lepores postea irruerunt. Tandem negãtibus illis profectus est ad Crœsum: à quo honorifice susceptus est, ac donis cumulatus. Samijs insuper libertatẽ impetrauit: quibus meritis ei postea fabulas suas dicauit. Reuersus cum ingenti Samiorum lętitia: paulo post Babylonem profectus est ad Lycurgum regum regem, quem docuit ænigmata soluere: nam orientales tunc in his sapientiores ignaris mos erat tributa imperare. Apud hunc igitur in suspicionem ueniens ac cusatione cuiusdam Eni, quem Æsopus sibi adoptauerat: diu latuit in quodam sepulcro. Interim Nectabo rex Ægyptius ad Lycurgum ænigma mittit, se turrim uelle ædificare, quæ nec cœlum nec terram contingat. Ad hoc soluẽdum Æsopus quæsitus, è latebris apparuit magna regis gratia, qui & filio adoptiuo supradicto iniuriã omnem remittens, salutaria insuper præcepta de uita tradidit. Ad postremũ Delphos profectus, cum nullum honorem, ut in cæteris locis accepisset, dixit in concione eos similes ligno maris esse, quod procul magnum apparet, propinquans uero continuo minus: sic eorum esse famam. Illi turbati phialam argenteã farcinulis eius clam adligatam discedentis posuerũt: in itinere itaq; deprehensus ac falso furti accusatus: de rupe insons præcipitatur. Valeriorũ familia, q̃ supra cõfuse

Valerij scribatur, sic ex ordine habet. Primus genus illustrauit, P. Val. Publicola Valesij filius: deinde huius filius, P. Val. qui cos. etiam post eum fuit. Deinde Publicolæ frater M. Val. qui cos. de Sabinis: postea dictator de Volscis triũphauit: ex quo honoris gratia datum ei, ut fores extra aperiret Græcorum imitatione, qui hoc bene meritos munerabant decore: q̃; in theatro locum ad spectandum ipse successoresq; haberent. Cecidit in pugna Latinorũ, uulneratus à Sexto Tarquinio: authores Liui. & Plutar. Hos sequutus est Val. Potitus: idem & Maximus, qui post decemuiralẽ inuidiam plebem patribus cõciliauit: primusq; cos. factus de Volscis triumphauit. M. Val. alter Coruini cognomen trib. militũ meruit: à coruo contra Gallum auxiliante. Deinde cos. XXIII. annorum factus, de Samnitibus triumphauit. Postremo dictator milites, qui Capuæ præsidio relicti erant, ac ob æs alienum eam occupare urbem cogitassent: à furore reuocauit, eosq; insuper patriæ incolumes restituit: fue

Scipio re & alij quos supra narraui. Scipio Æmylianus cum legatus Martio & Manlio coss. in A-

Æmylianus frica esset: bis coss. temeritate exercitũ in iniquum locum relictum, sua uirtute restituit: qua propter ex sententia Catonis dicentis cæteros in Africa umbris pugnare, Scipionem uigore: cos. & ipse ante ætatem factus Carthaginẽ deleuit. Post uictoriam uero imitatione Pau-

Petus li Æmylij patris ludos celebrauit, transfugas, fugitiuosq; bestijs obiecit. Petus Traseas Pa-

Traseas tauinus, senator, uir Catoniana disciplina & seueritate, ob adfectatæ libertatis suspicionem dãnatus à Nerone, sibi & ipse uenas soluit. Deinde Iunius Rusticus, de quo supra mẽtionẽ feci, q̃ laudem eius edidisset, sanctissimũq; appellasset: damnatus à Domitiano est. Martia.

Richardi Quod magni Traseæ consummatiq; Catonis dogmata, Richardi duo supra confusi. Alter enim de Mediauilla ord. min. alter ord. præd. patria Florẽtinus hinc annis CC. non cõtemnenda doctrina: qui cum in Asia peregrinaret, Alcoranũ doctus linguam Arabicã conuertit: contraq; cõmentarium edidit: quem Demetrius Cydonius in Græcum postea trãstulit sermonem. Quando uero in hominum nomenclatura sumus, non prætereũdus Ioannes Lo-

Pontanus uinianus Pontanus, Alfonsi iunioris regis Neapolitani epistolarũ magister, qui nuper decessit iam senex, multis relictis poematis: uita probus: prole infortunatus: unicum enim habuit: eumq; ad literas indocilẽ, cui etiam superstes fuit. Carmina facilitabat arte maiore q̃ ingenio, ut de Sillio Plin. dicit: ita tamen culta, maiorum imitatione, ut parem hoc tempore non habuerit. Dignus alioqui ob eloquẽtiam ad omne genus scripti accõmodatam, qui ad altiora quandoq; studia penetrare debuisset, si per Musarum dulce commercium, quæ nos ignobili decipiunt ocio, licuisset. Discipulum habuit Marullum Constantinopolitanũ, hospitem meum, qui eodem die quo à me Volaterris discessit, in amne Cicina submersus est: uir acris cum ingenij, tum iudicij, & qui plus nostræ q̃ patriæ linguæ uacauerit, ut eius indicant carmina. Cæterum seculo non parcam, cum libelli quidam infaceti nuper falsis editi titulis lectitentur, ut ex filo & multis pugnãtibus deprehenditur. In Xenophonte quem

Gryllonis

Gryllonis filium author editionis uocat, cum Grylli sit, hæc scribuntur: Gallum, significat Græce cãdidum & lacteum: quod minime uerum. Deinde sequitur: Gallus Latine dicitur gallinæ maritus. Vide quæso miser philosophus, par in eloquentia Platoni, quibus lacerẽtur delyramentis. In his etiam Cecinæ fit mentio: qui longe illis posterior fuit. Multa huiusce modi. In Catone, ne uerbum quidem eius uenerandæ uetustatis apparet. In Berosо item portentosa nomina: nec apud ullum ueterum scriptorum penitus memorãtur. Sed quid de sacris dicam? inter quæ multa quotidie leguntur apocrypha, ita indiligenter inepteq; conscripta: ut si à patribus quorum est officium interpolare, diutius tolerentur, magis de reddi tibus & diuitijs, quàm de religione sollicitos esse se ostendent. *Libri subditij*

PHilologiæ, tertiæ operis partí, quæ deinceps sequuntur adglutinanda. Poscam apud Plinium, aquam ex hordeo coctam: nonnulli ex melle dicunt. Æmorrhoides capitula sunt uenarum ad anum descendentes, unde sanguis fluit, Celso: magno naturæ beneficio, purgationem ultro emittentis. His obstructis occurritur per irudines: torquentibus uero, per cancrorum, ouorumq;, aut oliuæ cinerem illitum, siue etiam gallinæ adipem ex oleo rosaceo. Suffitus etiam sedenti, ex origani, pulegij, ac chamemelæ decocto, siue in aqua tepida, magnopere dolorem leuabit. Narce, alicuius est mẽbri torpedo, seu labore, seu frigore stupescentis. Narcodes, qui hoc patitur, à Narco pisce hoc intelligente malum: quem torpedinem Græci uocant. Suspirioſi, qui frequẽter suspirant, ex morbo præcordia grauante. Pterygium, supra morbum esse diximus oculorum: est & digitorum iuxta ungues ulcusculũ. Paronychia, dicitur Latine rediuiuũ: cum caro iuxta item ungues soluitur. Inter Benaci pisces anguillæ tantum Plinio memorãtur, magno argumento, carpiones uocatos, non fuisse repertos: qui nunc in eo scatentes quoquo uersus inter nobilia salsamenta exportantur. Attilius item in Pado, mille quandoq; librarũ eidem positus: nunc adanus Trãspadanis uocitatur: quem minimus, ut ipse ait, piscis nomine clupea, eius appetens ora, interimit. In plantarũ genere, lotus arbor, cuius dulcis est fructus, in obliuionem ducens Vlyssis socios, qui ad populos Lotophagos peruenerãt. Hanc Romæ frequentem uidemus: si ea, ut opinio herbariorum quorundam est, quam ponzeracum uocant. Buxus, humilis arbor, folio myrti similis, nascitur in locis algẽtibus & asperis, ut in Cytoro & Olympo Macedoniæ: adhibẽt in hortis operi topiario: Græci πύξον dicunt. Ebenus, nigro colore arbor, quæ materiæ interstita decorẽ præstat, nascitur in Æthiopia. Sambucus, Græce ἀκτή, arbor surculosa, in summo umbellas habens floribus albis, qui matureſcẽtes tingendis corijs adhibẽtur. Chameacte, Latine ebulus, parua est sambucus, parum q̃ attollit, quæ uulgo conspicitur. Nauteam, Festus herbam olidam dicit esse: aut aquam fœtentem in nauis lentina. Manna, nostra ætate cœpit in Calabria prouenire: licet orientali inferior. Verbena passim adspicitur, sacrificijs quondam priscorum adhibita: nunc simílem ferè superstitionem retinere uidetur, herba sancti Ioannis appellata: quod eo die lectã, uim nescio quam dicant habere. Item & de artemisia dicunt. Napum, genus est rapi oblongi. Pastinaca duplex: domestica, quam Græci staphylinum uocant, qd nos usurpamus: ac Columellæ inter hortensia cõmemorat: uulgo carotam uocant, ut etiam apud Dioscoridem. Syluestris uero pastinaca, Latinis proprie pastinaca uocatur, Græcis daucon. Ibiscum autem Plinio, parua est pastinaca, quam corrupte libysticum uocant: Hetrusci uero pastinacinũ. Idem Plin. contra omnium sententiam solus, staphylinum eundem, & pastinacam syluestrem uidetur appellare. Siser, apud eundem authorem genus ponitur raphani ualde amarum: longitudini neruus ineſt, cui extrahitur. Tyberius eum nobilitauit, flagitans quotãnis à Germania, ubi sunt maximi. Quid autem hoc tempore sit, non satis existimare possum. Raphanus illiberalis, ob uim laxandi ructus, frigore gaudet: in Germania magnitudinẽ infantiũ puerorum æquat. Aristomachus, detrahi per hyemem folia iubet, & ne lacunæ stagnent adcumulare: ita in æstate grandescere. In Ægypto mire celebrant, ob olei fertilitatẽ, qd de semine ipsius faciunt: nam oleo cætero carent: utilissimus in hyeme cibus, idem dentibus inimicus, quoniam atterat, sicuti ebora poliunt. Marcion Græcus huic unum uolumen dicauit. Odiũ his cum uite maximum: refugit iuxta fatos. Fertur in templo Apollinis adeo prælatus cæteris cibis raphanus, ut ex auro dicaretur: beta ex argento: rapum è plumbo. Et hæc quidẽ Plin. Verum ubi dicit corticem eis esse & magnam quibusdam, hoc tempore apud nos minime contingit. Inter nuces, iuglans potissima, quam Græci basilicam, & persicam ab initio uocauerunt, *Poſca* *Æmorrhoides* *Narce* *Suſpirioſi* *Pterygium* *Paronychia* *Rediuiuum* *Attilius* *Lotus* *Buxus* *Ebenus* *Sambucus* *Acte* *Chameacte* *Ebulus* *Nautea* *Manna* *Verbena* *Artemiſia* *Napum* *Paſtinaca* *Staphylinus* *Carota* *Ibiſcum* *Siſer* *Raphanus* *Ægyptus oleũ non ferit* *Nuces* *Iuglandes*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauerunt,ut ait Plin. quod sanè argumento est,eas à Perside à regibus fuisse translatas: de/
Mollusc æ Heracleotica inde Caria,quod capita tentarent,nominauere. In hoc genere sunt & mollusc æ putamen rumpentes ob incrementum,simul & mollitiem. Quidam uero nuper scriptor heracleoti/cam ait à Græcis,castaneam nobis uocari,cum auellana sit. Hanc ex Heraclea Ponti idem author testatur esse prius aduectam: ideoq; Ponticam nucem,& Heracleoticam appellari: deinde auellanam,ab oppido Campaniæ. Cato Prænestinas laudat. Plinius Tarentinas,& amplitudine,& puraminis mollitie. Arbor autem auellanam ferens,corilus appellatur. De
Nucipersica nucipersica Martialis in distichis: Vilia maternis fueramus præcoqua ramis, Nunc in ado
Nuxpinea ptiuis persica cara sumus. Nuces pineæ Tarentinæ digitis fragili sunt putamine. Est aliud
Pytium genus apud Apinum, dicitur nucleorum cortice tam molli, ut simul mandatur. Quartum
Nux castanea genus pytia uocant,è pinastris. Nuces castaneas, διὸς βαλάνους Græci uocant. Ex his gene/
Balani rosiores Tyberius princeps balanos uocabat. In Hetruria nunc marrones appellãt. Pruno
Nucipruna autẽ nulla æque sustinet adoptiones. Nucipruna enim,& pruna amygdalina,& pruna ma/lina Plinio ponũtur, naturæ omnes geminæ: nunc autem raro uisæ: nucum putamẽ tingen/
De pomis seruandis dis lanis,rufandoq; capillo utile. Cato nuces ollis conditas in terra seruari uirides dicit. In uniuersum uero in seruandis uuis,ac pomis,præcipitur ea legi decrescẽte luna,ac infra ter/ram existente,cœlo sereno: post horam diei tertiam,& ante perfectam maturitatem,collo/candaq; in loco frigido,& septẽtrionalibus fenestris opposita. Punica aqua marina feruẽte indurari utile est: moxq; sole siccata suspendi. Varro & in dolijs arenæ seruari iubet: & im/matura obrui terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso. Cætera mala generosa folijs siculneis singula conuolui,& in cistis condi: uel creta illini,exsiccariq; præceptum est. Ca/duca uero in storijs rara collocari. Pyra in ficulibus picatis inuersis obrui inter scrobes: uuas item sed suspensas. Sunt tamen qui in granarijs suspẽdant tutas eo puluere putantes.
Cucumeres Cucumeres pluris generis supra narraui: cum magnitudine excedunt pepones uocantur: in cibis non insalubres: tamen plurimum natant: uiuunt in stomacho aucti in posterum di/em: oleum mire odere,nec minus aquas diligunt. Desecti quoq; ad eas modice distãtes ad/repunt,contrà oleum refugiunt: aut siquid obest,aut si pendeant,curuantur: idq; una nocte deprehenditur,si uas cum aqua subijciatur à quatuor digitorum interuallo descendẽtibus ante posterum diem: at si oleum,eodem modo in hamos incuruantur: ijdem in fistula flore demisso mira longitudine crescunt. Noua eorum forma in Campania prouenit mali coro/
Melopepones nici effigie: fortè primo natum,mox semine ex illo genus factũ,melopeponas uocant: non
Melones pendent hi,sed humi rotundantur: mirumq; in his, præter figuram,coloremq;, & odorem
Isatis esse. Hæc Plin. Hoc autem genus posteritas auxit: appellauitq; melones. Spartianus melo/
Rãdicula nes Ostienses celebrat. Isatim Plin. radiculam uocari dicit,herbam fulloniã,rubro colore,
Radix è Syria uenientem. Columella radicem Assyriam eandem uocat inter hortensia: & alibi ra/
Assyria phani radicem appellauit. Ouid. metamor. Intubaq; & radix & lactis massa coacti. Ex quo
Capnion utilis etiam cibo uidetur. Capnion,Plin. diureticum est,bilem per urinam purgans: nunc
Strichnon fumum terræ appellant. Strichnon,nos solatrũ dicimus,cuius supra plures adlignaui spe/
Solatrum cies: eius una quæ frequens in hortis,caulibus,solijsq; penitus rubentibus. Intubum & in/
Intybum tybum dicimus,Græci cichorium idem appellant: hoc domesticum,& syluestre reperitur:
Cichorium domesticum intyuia nunc quoq; corrupte uocatur,quæ seris etiã dicitur: de hoc Columel/la,Torpenti grata palato cichoria. Syluestre,id est quod uulgo cichorium dicimus: de hoc
Rustica Virg. Et amaris intyba fibris Officiunt. Rusticula,à gallina rustica differt: hæc,teste Colu/
Rusticula mella,similis est uillaticis. De rusticula uero Martialis distichum: Rustica sum perdix,quid refert,si sapor idem est? Carior est perdix,si sapit illa magis. Ex quo hæc Aristoteli alectoris uocata: apud Gazam gallinago uertitur,uulgo gallinella nuncupata, uti supra memorauí: est enim perdici aui externæ quàm similis. DE LVDIS autem supra narraui,ac mu/
Retiarius nere gladiatorio haud aperte. Retiarius,& secutor,& thrax,idẽ erat quod Thraces ab ini/
Secutor tio fuerint: qui autem petebatur mirmillo,& parmularius idem, à Parma scuti genere,qua
Thrax se defensitabat. Horum paria lanista prætori uẽdebat: prætor autem populo in ludis dona/
Mirmillo bat: ex quo munus est appellatum. Quo ad uestes,ac sumptus,apud Tranquil. de Tyberio
Parmularius legitur,quod ex militia se,uiuente Augusto,ad palliũ & crepidas redegit: hi enim simul &
Chlamys chlamys habitus erãt Græcanici,quibus milites pariter & philosophi in ocio & gymnasijs utebantur,à togæ Romanæ grauitate alienus. Persius: Non hic qui in crepidas Graiorum ludere

ludere gestit. Adsumebaẽ tñ à Rom. q̃busdã principibus fiducia quadã ꝓpria,dũ uacarẽt ut Africanus,teste Valer. dũ in Sicilia gymnasio studeret,mox in Africã trãsiturus: ex quo cũ fama esset eũ luxuriari,legatis ingrendæ ueritatis gratia missis,sese purgauit. Itẽ Scipio sta tuã crepidatã & chlamydatã sibi in capitolio poni uoluit, q̃ his uterẽr: utebaẽ & Sylla etiã imper. Crepidæ em̃ apud nos soleæ dicunt̃. Amictu sacrificaturi caput operiebãt, ut de Nu *Crepidæ*
ma apud Liui. legimus. Infula uero se deuouẽtes. Idem lib. 11. Consulares fasces nihil aliud *Soleæ*
q̃ pompam funeris putetis, claris insignibus uelut infulis uelatos ad mortẽ destinari. Vitta *Infula*
uirginũ ac uestaliũ fuerat. Instita ac stola matronarũ. Ouid. Este ꝓcul uittæ tenues insigne *Vitta*
pudoris: Quęq; tegit medios instita longa pedes. Et Augustus apud Tranquil. Liuiã suam *Instita*
Vlyssem stolatũ ob uim ingenij solebat appellare. De auro,argento,ære,ferro. *Stola*

AVrum ex auri pigmento facere Catus princeps, teste Plinio, cœpit: uerum adeo *Auripi/gmentum*
modicum ut detrimentũ sentiret. Nascitur auripigmentũ in Syria in summa tel/lure,quidam hoc tempore ex æris fossitij libris tribus unum eliciunt aureum. Ar gẽtum item è stanno purgatione prius hoc modo fit. Sumito mellis, salis,aceti al bi,ac uehementis urinę puerilis sigillatim pondo, Tartari selibram (uocant enim tartarum uini gummi induratum,qui summis dolijs hærescit) misceto simul: & in hac aqua stannum duodecies fusum lauato: deinde ad calcinationẽ sic reducito, fusum cũ spatula moueto, ac telam primam,q̃ immunda sit,remoueto,& salis armonici pollinẽ adijciendo, reliquas ne/bulas amoueto,donec totus in calcem redactus in puluerẽ teratur, postremo cum melle & tartari modico in corpus rursus reducito. Sic igitur reductũ cum sale uel armonico uel tar/taro simul fundito: ac illius selibræ calybis scobis unciam adijcito. Vel aliter,cum hyoscya mi succo fundito: & rursus cum saluiæ succo pari refundito: suprac̃q; puluerem proĩcito ex herba quam uocant solsequiam. Dioscorides pentedactylũ appellat,partem unã supra stan ni sic fusi partes sex: argẽtum erit,& colore,& duritie probatum. Argentũ uiuũ hoc modo cõgelabis. Huius pondo stanni modo supradicto purgati libris tribus admisceto sulphuris mundi unciam,totidẽq; salis armonici rursus cõmisceto. Deinde succi asphodeli selibrã si/mul cum uncia succi philomi,quẽ tassum barbassum uocant,ac totidẽ sulphuris adijcito: mi xtaq; omnia in pila uitrea locato,ita plena ne euaporet,aliter frãgeret̃: deinde luto sapiẽtiæ uocato digitis quatuor crasso circũlinito,deinde siccato: ac demũ in plũbo fuso duos natu/rales dies positũ sinito: postremo extractũ,argentũ firmissimũ & examine ꝓbatũ habebis. Est enim lutũ id ex Creta cum setis bubulis & pãni lana detonsa cõmixta fartũ: adeo firmũ ut ne igne q̃dem absumaẽ. Rursus stannũ,æs,ferrũ,hoc modo purgabis: Sumito salis alca/li,cineris,cateniæ,id enim genus est põpholicis æquas partes: & ex aceto uehemẽti supra marmor diligẽter mollito: deinde acetũ colato: & in hoc postea stannũ quinquies fusum la uato,æris aũt aut ferri laminas ignitas extinguito,optime purgabunt̃. Sed & ferrũ qd' ostẽ ti loco conflatũ in statuã olim à Glauco Chio Paulanias memorat, cœperũt ,pximis annis apud Melitam Siciliæ insulã,quæ nunc Malta dicit̃,ubi & cotonũ nascit̃,rursus cõflare. Id *Melita nunc*
ostẽdit captiuus ac nobilis Turca in fornacibus follibus XXXIIII. horarũ spatio excita *Malta*
tis,puluere quodã adhibito. Ex argento aũt uiuo plura cõficiunt̃,solimatũ,cinnabari,sal ar *Sal commune*
monicũ,addito alumine & nitro. Sal alcalis uero ex herba sit cõbusta: ex qua simul & are/na flaua uitrũ cõficiunt. De chrysocola auri glutino fossitia & factitia supra narraui, est em̃ *Sal armoniciũ*
ea quã nunc boracẽ uocãt. Nitrũ etiã factitiũ ex terra fit humano lotio,seu porcino macera *Sal alcalis*
ta,igneq; despumata. Aqua quoq; ex uino per ignẽ expressa ad multa utilis,quã ardentem *Chrysocola*
uocant,post Pliniũ reperta uidet̃. Musicæ cui superius rationẽ cœlestẽ accõmodaui: tonus *Nitrum*
pars est,is ad diastemata referẽ planetarũ: nam CXX. mil. stad. dicunt esse quẽlibet, id est, milliaria XV. M. DCXXV. quod est spatiũ à terra ad lunã,à luna ad Mercuriũ semitonũ dicũt. Inde ad Venerẽ tantundẽ. Inde ad solem tonũ & semis. Inde ad Martẽ tonũ. Inde ad Iouem semitonũ. Inde ad Saturnũ tãtundem,ab eo autẽ ad polum toni duo & semis. A terra igitur ad polũ stadia DCCCLXXV. M. id est, milliaria CIX. MCCCLXXV. Sunt & qui aliter hanc rationẽ subducãr, ut supra in astrologia memorauí.

FINIS Commentariorum Vrbanorum duodequadraginta, iuuante deo ac domino nostro Iesu Christo: in quorum apographis,q̃ antigraphum indocti manu fuerit exscriptum, author multa desiderat: Ante omnia uero siquid imprudenter quod ad rem minime perti/neat,usquam sit ausus,ueniam petit,ac sacro ecclesiæ senatusconsulto permittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XENOPHONTIS OECONOMICVS

R. VOLATERRANVS

TITAE MINVTIAE

SALVTEM

ECONOMICVM XENOPHONTIS OLIM A CICERONE conuersum, uti planè Columella & noster Hieronymus indicant, si ab iniuria fati prouidentia uindicasser, meo rursus labori consuluisset: in quo quum ego, uelut ignobilia tesqua campo feracissimo successerim, ita sum conatus in eo uertendo, ut lectorum potius utilitati, quàm propriæ studerem ambitioni. Nam quum res tota in dialogo sit, ac more Platonis ambagibus & periodis distrahatur, sic me adcommodaui, ut quum nihil ex eo sententiarū desideretur, uerborum haud ad rem magnopere pertinentium non nihil præterirem, inter quæ illa sunt: Inquam & inquit millies repetita, Ciceroni etiam, ut palam est, euitata: quæ uti nostris fastidium, sic Atticis gratiam pariunt & leporem. Hunc igitur mea Minutia tibi dedico, quæ nūc in Tuscis rem curas communem, ut mulierem fortem quam sacræ concinnant literæ, ex hoc libello diligētius agas. Et quanquam ætas iam sera sarcinulas colligere: tum ex tumultu receptui canere, ad excolendam maximam nostri partem expostulat, Matronæ tamen prudentis officium ex huius etiā præceptis philosophi ab re non fuerit, non tam tibi quàm alijs haurire, nostræ præsertim Lucillæ, ut & ipsa si generum nobis, qualem optare fas est, deus obtulerit, possit ex æquo cum uiro ac reliqua familia uiuere: si autem diuinior ei uia cœlitus ostendatur, hæc nihilominus nosse inter animi bona collocare.

SOCRATES CRITOBVLVS ISCHOMACHVS

AVDIVI SOCRATEM de œconomia quandoq; talia differentem. Dic, inquit, ô Critobule, œconomia ne scientiæ nomen sit, ueluti medicina, aut æraria, seu etiam architectura? CRITOBVLVS, Mihi profecto uidetur. SOCRATES, An ne ut harum artium, sic œconomiæ, officium esse aliquod dicere possumus? CRITOBVLVS, Sanè. Nam & œconomi boni esse puto, bene regere propriam domum. SOCRATES, Quid si alienam curet: an non uti suam curabit recte, & quemadmodum architecturæ sciens æque alij atq; sibi artem exercebit? eadem ratione & œconomus. CRITOBVLVS, Mihi quoq; uidetur. SOCR. Igitur huiuscemodi artis peritus, si nequaquam contingat eum esse diuitem: haud aliter alienam poterit regere domum, quàm qui mercede ædificat? CRITOB. Vt ais. Et mercedem profecto feret admodum magnam, qui circa id omnia diligenter administret, rem augendo alienam. SOC. Sed quæso, domum quid nam putas esse: an quæ tantum intra sint, seu etiam extra illam, quæcunq; usquam possidemus: eius erunt rationis? CRIT. Nempe ita est: etsi nihil in eadem ciuitate habuerit, quæuis, aut ubiuis possessa ad domum pertinebunt. SOC. Ergo & inimicos possidebunt aliqui. CR. Certe: & plurimos nonnulli. SO. An inimici inter possessiones computandi? CR. Ridiculum siquis auxerit inimicos, insuper ea de causa mercedem ferat. SOCR. Neq; mirum. Nam & nobis ab initio uidebatur, haud aliud esse domus, quàm possessio. CRIT. Sanè. Sed bonum siquis non malum possederit. SOC. Videris ergo possessionem, quod cuiq; sit utile appellare. CRI. Equidem. Namq; damnum potius quàm opes, quod officit existimo. SOC. Num qui equum mercabitur utilitatis gratia, qua fortè exciderit, inter opes equum putabit? CR. Minime. Si bonum est, opes. SOC. Neq; terra cultori hoc modo, inter utilia qui damnum in ea fecerit? CR. Profecto sic est. Cum terra quæ alere debuerat, adfligit. SOC. Neq; item oues, si quis uti nesciat, opes erunt. CR. Sanè. SOC. Vt uideris quæ tantum iuuant, non quæ nocent, opes esse adseueras. CRI. Nempe. SO. Omnia igitur hæc, si quis uti sciuerit, opes erunt: nescien-

nescientibus nequaquam, haud aliter quàm tibiæ earum usus ignaro, quæ ueluti lapides inutiles possidenti fuerint, nisi eas inflauerit? CRIT. Ego quoq; idem sentio: tibias tantum possidentibus, neq; inflantibus, aut eas uenundantibus, non esse inter opes: ex inflatis uero, & diuenditis secus euenire. SOCR. Siquis tamen uendere sciuerit: si autem ignorauerit, neq; uenditæ inter utilia, uti paulo ante dicebas, censeri debent? CRIT. Plane id uideris insinuare, ut neq; argentum utile sit nescientibus uti. SOC. Nempe secundum tuam rationem opes hæ tantum, unde quis proficit, existimandæ. Siquis igitur argento hoc modo utatur, ut scortum emat, cuius gratia corpus, pariter & animum, domum quoq; ipsam pessundet: quo nam modo huic argentum fuerit utile? CR. Nequaquam. Nisi fortè hyoscyamum utile putauerimus, quo uescentes attoniti fiunt. SOCR. Pecunia ergo, nisi bene utamur, procul habenda est. De amicis uero quid sentis? Inter præcipua eos censeo commemorandos, uel bubus potiora, quippe cum utiliores sint, modo his etiam utamur recte. CRIT. Et inimici quoq; ista ratione, si quis ex his utilitatem ceperit inter opes adnumerandi. SOC. Ita prorsus uidetur. CRIT. Putas ne legitime fieri posse, ut ita cum inimicis agatur, ut ex eis aliquid iuuari possimus? SOC. Omnino. Etenim Critobule uidere licet multas priuatorum domus ob bellum auctas: multas ob tyrannidem. CRI. Hæc mihi pulchre narrari uidentur. Sed & illud sæpius apparet, quod uidere licet nonnullos quibusdam præditos artibus: unde domus augendæ facile occasionem habere possent, si uelint: in eisdem se minime exercere. Quare neq; possessionem neq; utile quicquam eos obtinere opinabimur. SOC. De seruis nunc adeo mihi uideris dicere. CRI. Neutiquam. Sed de quibusdam, qui orti bono genere uidētur, quos ego & bellicis & ciuilibus uirtutibus idoneos animaduerto, quas tamen exercere nolint, haud alia puto de causa, quàm ut dominos non habeant. SO. Quo nam modo non habeant dominos, si & ipsi felicitatem, eaq; sectari cupientes, unde sperent eis bona prouenire, à dominantibus tamen prohibentur. CR. Quosdam fortasse dicis, qui suis ignoti dominis sunt. SO. At profecto magnopere clari, ijdemq; flagitiosi, qui te minime latent, si flagitium putas ocium: mollitiem animi, negligētiam: ade his aleam, inutiles sodalitates, aliaq; huiuscemodi, quæ tanquam domini specie uoluptatis decipiunt. Temporis spatio demum deceptis, non quidem uoluptates esse, sed dolores apparent, quæ prohibent illos in actionibus utilibus uersari. Alij uero nonnulli minime ab his prohibentur, quin potius solertes in agendo sunt: operamq; dant rei parandæ, ac ut reddītus plures consequantur. Verum cupiditatibus ac libidinibus dediti domos labefactant. Horum igitur alij quidem serui sunt gulæ, alij luxuriæ, nonnulli temulentiæ, quidam etiam stultæ cuiusdam ambitionis: aut impense uitijs addicti: ita tenentur ab eis, donec florente ætate sint, utilesq; rebus agendis: cum uero non amplius utiles statim ab eis deserūtur, secq; deceptos esse sentiunt, cum ad senectutem tristem ac miseram peruenīūt imbecilli. Quare aduersus ea ô Critobule, non minus quàm contra inimicos in bello pro libertate pugnandum: quippe cum illi quandoq; iustiores inueniantur, captos ab se & modeste sæpe uiuere cogunt, & libertate sinunt uti. At huiuscemodi desinere nesciūt: unaq; corpus, animumq;, ac domum eorum quos possident usq; ad extremum inquinant. CRI. Iamdudum satis de his à te audio Socrates, quorum memet uestigans abstinentē adeo cōperio, ut si me quoduis honeste augendæ rei gratia præcipias agere: nihilo secius ab his quos tu dominos uocitas impediar. Sed age consule quod optimum censes: uidemur ne ambo tibi satis diuites nihilo præterea egere? SO. Minime. Ego quidem, si de me loquaris, minime inquam uideor egere, dum mihi quod habeo sat est. Tu uero contrà uisus Critobule: quapropter ualde me miseret tui. Ridens Critobulus: Dic, inquit, ô Socrates, quanti nam putas tua uænirent? SOC. Ego quidem existimauerim bonum nactus emptorem mea omnia cum ipsa domo quinq; tātum minas. Tua uero mihi satis exploratum plus centies illis uænire posset. CR. Cum hoc noueris, te non ais egere? Mei autem te miseret? SOC. Quid mirum? cum hæc tantula mihi sint satis. Tuæ uero dignitati, uiuendiq; instituto: uel si ter tantum adieceris, minime suffectura concesserim. CRIT. Quo nam modo? SOCR. Primum quidem puto te multa ac magna dijs sacrificare oportere, qui partes tuas tueantur. Deinde hospites plurimos magnifice excipere: tum ciues ad prandium inuitare, hosq; beneficijs demereri, si te suffragijs & fautoribus uacuum esse non cupis. Audio quoq; ciuitatem iamdudum tibi equorum, ludorum, præterea gymnasiarcharum & præfecturarum, & si bellum in-

Contra uoluptatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gruerit trierarchiarū ſumptus uix tibi tolerabiles imperantem, quibus ſi paulominus ſuppeditabis, haud aliter ab Athenienſibus quàm publica expilaſſe putaberis. Ad hæc quoq; animaduerto te facultatibus abundare putantem, luxuriæ deditum, ac in re paranda mini me diligentem: quæ cauſa eſt, ut tibi timeam ne quid indignum patiaris, aut in egeſtatem peruenias. Mihi autem ſiquid opus fuerit, ſcio te non latere adfuturos qui uel tantulum miniſtrantes meum lautiſſime uictum efficient. Tu uero quos amicos eſſe putas, etſi plura in ordine ſuo lautioraq; tua ſupellectile domi retineant, ſectabuntur tamen ut aliquid à te recepturi. CRI. Ego Socrates quæ adfers non auſim ullo modo refellere. Quin potius monſtra uiam, qua maxime miſer non fiam. SOC. Næ tu mirum nunc loqueris, qui me paulo ante paupertatem iactantem tanquam inſanum ridebas, nec prius deſtiteris quàm fateri coegeris centuplo te minus poſſidere: nunc præcipere iubes, atq; oſtendere, quanā ingreſſurus non egeas. CRI. Video nempe, ut tu planè docuiſti, uiam unam creſcendæ rei ex tenuitate proficiſci. Multo ſpero magis ex copia in diuitias etiam potiores te monſtrāte peruenire. SOC. Non equidem reminiſcere, quæ nuper diſſeruiſti. Cum mihi nec refellendi poteſtatem feciſti, adfirmans neq; equos, aut oues, aut argentum, ſunt enim ab huiuſmodi rebus prouentus, inter utilia minime fore his qui neſcirent illis uti. Me igitur quomodo putas illorum uſus præcepta tenere quibus ab initio carui? CRI. At mihi uidebatur, quamuis pecunia quis careret, poſſe tamen œconomiæ ſcientiam retinere: quid ergo te prohibet quominus hæc præſtes? SOCR. Sanè quod prohiberet tibias inflare cupientem, qui nec ipſe tibias haberet, nec alius monſtraret: eadem ratione circa œconomiam me habeo, ut neq; ipſe pecuniam tanquam inſtrumēta poſſideam, neq; quiſquam unquam eam regere docuerit. Me tamen monſtrare cogis. Vide quæſo, ne id tuo periculo fiat. Atq; uti ſolent primum diſcentes muſici citharam obterere, ita & ego nunc potiſſime œconomiam diſcens tuam obteram domum. CRI. Palam Socrates iamdudum uideo te ſubterfugere, ne tuam ad hanc rem neceſſariam mihi diſciplinam conferas. SOCRA. Non equidem Critobule. Quin omnia libenter tibi enarrauerim, ſed accidit, ut ſi à me ignem aut aquam non habenti fortè popoſceris, locumq; unde haurias oſtendam: ſiue etiam pro muſica ediſcenda nos adeuntem ad peritiores te mittam, iure id quidem facere uidear. Nunc uero idem imitari cupientem, quid eſt quod queri poſſis? CRIT. Nihil iure ô Socrates. SOCR. Quæ igitur à me requiris procul dubio ab alijs quos tibi monſtrauero præſtantioribus adſequeris. Etenim fateor ſemper mihi curæ fuiſſe, qui in quaq; re uiri in ciuitate florerent inueſtigare. Cumq; uiderem ex eiſdem actionibus alios diuites, alios quidem pauperes, profecto ſum admiratus, nec temere factum putaui, eamq; rem dignam perſcrutatione duxi: cumq; indagarem, repperi hos negligentius œconomiam tractantes ſocordiæ ſuæ pœnas dare. Illis uero qui eſſent diligentiores felicius omnia ſuccedere. Per quorum præcepta proficere poteris: ac, niſi deus obſiſtat, rem familiarem magnopere augere. CRIT. Non profecto effugies hodie prius quàm quod receperis præſtes. SOCR. Quid ſi oſtendam multa pecunia inutiles domos exædificaſſe: alios uero longe minore maxime commodas: uidear ne tibi unum œconomiæ opus haud contemnendum adferre? CRIT. Sanè. SOCRA. Quid ſi deinde ſubijciam multos copioſiorem ſupellectilem, quod eam non ordine diſponant in promptu non habere: propterea q; & domos & ſeruos adfici ſæpe triſtitia: quoſdam uero longe minorem, eamq; uſui paratiſſimam obtinere? CRITO. Quid eſſe in cauſa putas, quod fortè hi quodlibet non animaduertendo qualibet proijciunt: illi uero ordine collocant? SOCR. Iſthuc profecto. CRIT. Nunc primum aliquid œconomiæ paulatim attingis. SOC. Quid ſi monſtrauero item alibi ſeruos quanquam, ut ita dicam, uinctos effugere: alios ſolutos ſponte omnia exequentes: nónne & hoc egregium huius diſciplinæ? CRITO. Magnopere. SOCR. Sed & circa agriculturam quoſdam excidere fructibus, nonnullos mire proficere? CRITO. Erogant fortaſſe non ſolum in his quæ non oportet, ſed quæ damno ſunt ipſis & domui. SOCR. Sunt profecto quidam, ut ais, huiuſmodi. At ego de his loquor, qui quanquam ſe rei intentos eſſe, ac agrum colere dicant: in uictus anguſtia uerſantur. CRIT. Quid dices hoc eſſe? SOC. Ego tè ad hos ducam, tu tantum ſpectando diſces. CRIT. Equidem ſi poſſim. SOC. Oportet te ſpectantem periclitari ſi didiceris. CRI. Ego enim te quandoq; animaduerti bene mane ad ſpectandas comœdias properantem: meq; ſimul ire adhortantem: ad huiuſcemodi uero ſpectaculum nūquam uocaſti.

Itaq;

Itaq; uideor tibi ridiculus Socrates. SOC. Ego ſanè tibi multo magis uideor, ſi poſſim eos monſtrare, qui ex arte equeſtri male rem gerant, qui item quæſtum haud modicum faciūt. CR. Hos ego ambos cum uideam, nihilo tamen auctior fio. SO. Spectas igitur eos quemadmodum tragœdos & comœdos, non uti poeta fias, ſed ut aliquid audias, quod tibi uoluptatem adferat. Verum hæc recte fortaſſe habent, ubi poeta minime uis fieri. At coactus equeſtrem facere artem, non ſtultus fortaſſe uidebere, ſi des operam, ut artis eius non ſis ignarus, quæ præſertim & ad mercaturam faciat. CRI. Equos domare me iubes? SOCR. Haud aliter profecto, quàm agri cauſa colonos à pueris emere. Sunt enim quædam cum equorum, tum hominum gentes ſtatim utiles ab infantia, quæ ſe continuo meliores reddunt. Sed & habeo maritas monſtrare, quæ adeo uiris obſequentes ſunt, ut communis domus utilitatem reſpiciant, plures uero agendo perperam obterant. CRIT. In hoc genere quæſo Socrates utros accuſabimus, uirum, an uxorem? SO. Ouis namq; morbidæ ad opinionem, & equi ſtrigoſioris culpam ad equitem referemus. Matrona ſi à coniuge admonita improbe egerit: haud extra cauſam erit. Si uero per uiri indulgentiā peccauerit: non tam ipſa quàm uir accuſabitur. Omnino qui ſimul in una uiuimus domo, chari inuicem & monitores eſſe debemus: eſt'ne inter officia cui plus adhibeas curæ quàm uxori? CRI. Nulli profecto. SO. Eſt quo cum minus ſæpe diſſeras? CRI. Nemo, uel pauci admodum. SO. Duxiſti teneram, & quæ minimum quo ad fieri potuit & uiderit & audiuerit. CR. Maxime. SOC. Igitur mirabilius uideri debet eam aliquid eorum, quæ aut agere aut dicere ſit fas, ſcire, quàm ignorare. CRITO. Quibus bonas ais eſſe uxores ipſi puto uiri erudiere. SOC. Nihil enim conſiderare uelent. Neq; tibi pono Aſpaſiam alteram quæ ſapientius, quàm ego cuncta præcipiat. Exiſtimo enim probam coniugem ſociam domus eſſe, magnumq; momentum ad uiri felicitatem. Ipſam porrò ſubſtantiam uirorum opera uidemus augeri, abſumi plerumq; ſumptibus mulierum. Bene igitur huiuſcemodi habentibus res creſcit: male autem ſecus euenit. Sed & alias artes, earumq; factores poſſem nunc in medium adferre: ac declarare ſi neceſſe putaueris. CR. Quid cunctarum opus reminiſcier neq; puto licet eas omnis attingere: aut perfectos in eis uiros reperire. Sed quæ tantum optime mihiq; potiſſime conuenire uideantur: has nunc earumq; profeſſores oſtende. SOC. Pulchre tu quidem Critobule. Nam quæ uocantur mechanicæ abiectæ omnino ſunt ac iure à pleriſq; improbantur. Quippe quæ corpora exercentium atterant: tum adſiſtere homines atq; umbratiles eſſe cogant. Nonnullæ uero ex eis totos dies igni incubare compellant. Eneruatis deinde labore membris neceſſe & animos debilitari: ac quodammodo ægrotare. Præterea huiuſcemodi uiri uix ſatis commode cum amicis, tum reipublicæ uacare poſſunt: uidenturq; quodammodo patriæ deſertores cum in ſingulis ciuitatibus, maxime ubi bellum uiget eos errare contingat. Quapropter ciuium nemini fas illa attingere. CRIT. Mihi ſis author, quam potiſſimam ſequar ô Socrates. SO. Regem Perſarum in hoc genere non dedignabimur imitari. Is enim inter pulcherrima ac neceſſaria ſtudia agriculturam & militiam duxit, ambasq; mire abſoluit. CRIT. Mirum. Sed putas tantum ne eā à bellis ocium fuiſſe, ut agro quoq; intenderet? SOCR. Facile conſiderabimus quas animo curas geſſerit, ſi quæ ſolerter & impigre adminiſtrauerit palam fiant. Primum circa res bellicas fatemur hæc illi curæ fuiſſe: ut ex omnibus quas recepiſſet gentibus præfectos conſtitueret: hisq; imperaret alimenta diſtribui, equitibus, ſagittarijs, funditoribus, ſcutigerulis. Ex his qui idonei forent imperio cæteris præficeret: & ſi in bello inimici ingruerent loco adeſſe, præterq; in arcibus cuſtodes nutrire ſolebat, præſidijs cibum præbebat præfectus illis dicatus. Rex ipſe quotannis luſtrabat exercitum ſtipendiariorum, aliorumq;, quibus arma ſumere iuſſerat: eosq; ſimul omnis, præter illos qui arcibus præeſſent, ubi colloquium coge retur uocabat. Propinquos ipſe regebat populos: remotiores per fidos adminiſtrabat præſides. E ſuis uero centurionibus, ſatrapis ue, aut præfectis, ſi quos uidiſſet numerum eis militum imperatum impleſſe, equisq; præterea & armis florentibus præparaſſe: hos magiſtratibus & muneribus euehebat. Quos uero aut imperata negligere, aut turpes facere quæſtus reperiſſet, acriter caſtigatos abrogabat imperio, alios idoneos ſubrogabat. Hæc igitur opera eius bellica, quæ mihi diligenter cuſtodire uiſus eſt. Regionum deinde non minor ei cura. Quas adire poterat, ipſe probabat. Ad cæteras explo ratum certos mittebat. Inter quas ubi fortè comperiſſet hominibus frequentem, agros

in ea

De uxoribus

Vituperatio mechanicarū

De Cyro

Cyri diſciplina

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ea cultos, arboribusq; consitos, ac fructibus uberes, promouere præfectos eorum locorum, eisq; alias terras insuper curandas tradere, tum donis & alijs monumentis ornare. Qui uero per secordiam infrequentem colonis prouinciam traditam habuissent: eos grauiter mulctatos magistratu abrogare solebat. Hæc agenti non minus interea studium aderat, ut à ciuibus agriculturæ, cæterarumq; artium industria exerceretur, quàm à præsidijs custodia teneretur. Quibus duo magistratus ab eo mittebantur. Quorum alter ciuibus, atq; artibus, à quibus cẽsum duplicem exegit. Alter uero militibus præest: qui si fortè per ignauiam minime det operam, ut in ciuitatibus studia pacis exerceri possint, ab altero ad iudicium adcersitur. Qui & idem ipse, si præter officiũ populos desidere, quominus artes exerceantur permiserit, à præfecto militum accusatur. Et certo dum opifices aut agricolæ uacant, neq; præsidia in populis nutrire, neq; rursus exigere queunt. Vbi uero satrapa mittitur, is utrisq; magistratibus imperat. CRI. Si rex hæc obibat, mirum non minus agricolationis eum, quàm rei militaris cura teneri. SOC. Sed & ubicunq; eum agere, quocunq; ue diuertere contingeret, hortos, paradisosq; constituebat rebus omnibus, quæ terra ferret, ornatos ac refertos. In quibus ipse dum per anni tempus liceret, plurimũ morari solitus erat. CRI. Necesse nempe fuerat eum in his potissimum agere locis, quæ eius maxime curam expeterent, arbores, aliaq; terræ nascentia serendo. SOCR. Dicunt præterea quando munera largiretur, primum, ad se uocatos milites monere solitum, parum prodesse multa arare, nisi qui ea tuerentur adessent. Deinde colonos qui agris inuigilarent, ut frustra uiribus uti & fortes esse liceret, sine horum auxilio, qui militibus alimenta tribuerent, ostendere, professus utrosq; donatos esse oportere, quod & fortibus solum præparare, & præparantibus suppetias ferre sit necessarium. Dicitur & olim ipse rex, uti probatissimus, cum ad dona utrosq; conuocaret, monstrare solitus se ab illis potius munera iure accipere oportere, quod & regionem posset optime ad colendum præparare: & præparantibus opem ad uictum præstare. CRI. Vti uideo haud minoris faciebat, eos qui agrum colerent, quàm qui bello deligerentur. SOC. Prorsus. Sed & eum dum uixit æquí seruantissimum fuisse, cum multa sint argumento, tum illa præcipue: dum aduersus fratrem pro regno certaret, ab eo nullum, à fratre uero plures ad eum transfugisse constat. Illud demum regiæ uirtutis uel maximum signum, quod ad eum uoluntarij properarent, in periculisq; cum eo persisterẽt, quod mortuo uero mortem oppetere non dubitarent, circa cadauer eius pertinacissime dimicando: præter unum Arisæum, qui in sinistro cornu constiterit. Ad eũdem dicitur quondam Lysander cum donis missus à socijs belli, ut ipse postea cuidam hospiti suo apud Megara retulit: deductusq; ab eo in paradisum, quẽ Sardibus habebat, cum uidisset ordinem, elegantiamq; arborum in quincuncem positarum, angulorumq; symmetriam & ambulationum subsequentium odorem sensisset, admiratus dixisse. Hæc me suspicientẽ Cyre multo magis magistri admiratio capit, quicũq; is fuerit, qui tibi talia dispoſuerit. Cyrus autem animo lætatus respondisse. Hæc egomet Lysander, ordine quo uides dispoſui, ut facile cernere est, quæ mea seruí dextra. Tunc eum Lysander, ut erat ornatus respiciens, uestiumq; fragrantiam, ac sumptus & armillarum decorem contemplatus dixisse. Quid est quod ais Cyre? Tuáne hæc omnia manus plantauerunt? Ad hæc Cyrus: Admiraris Lysander: Iuro per Methren, me nunquam cum per ualitudinem licet prius prandere solitum, quàm aut bellicum aliquod, aut rusticum opus, siue actionum aliquid honestarum, quod me magis moueat, absoluam. Ille deinde hoc cæteris laudibus addidisse. Iure mihi uideris Cyre beatus: qui bonus cum sis, es etiam felix. Hæc tantum narraui ô Critobule, ut planè intelligas agriculturam, uel ab honestioribus, magnopereq; potentibus posse recipi. Habet enim hæc diligentiam quandam, & animi uoluptatem. Insuper domus augmentum, exercitationemq; corporis, quantum homini libero fas est: ac fructibus quoque ipsius partim uictitamus, partim deorum aras extruimus, partim quoque ob coronamentorum, odorumq; oblectationem iucunditatem excipimus, fœtus alios nutriendo, alios producendo. Sed & pecuariam agriculturæ annexam nemo dubitat: unde præsertim copia sacrificij ad deos placandos suppeditatur. Hæc cum late præbeat, citra tamen mollitiem, aut segnitiem præbet, operarios multa patientia, & algoris, & æstus, uel nudos operi adsuefaciendo. Quapropter corpora uegetiora, ac firmiora utribus reddit, præterq; impigros facit: & matutino surgere, properaréque ad opus suadet. Enimuero ruri sicut in ciuitate

Laus agriculturæ

actiones suis quæq; temporibus ingruũt. Deinde si patriæ usibus cum equo præsto esse cupis, hunc ager alere poterit. Si pedibus, robur ad hoc corporis præstat. Tum uenationibus insudare hortatur. Canibus tibi copiam, ac cæteris animalibus ministrat. Quæ pasta nõ minus & ipsa rus iuuant. Equo dominus mane in aruum festinans contendit aliquid nuncaturus, seroq; redeundi facultatem habet. Canes à fructuum tum pecudum uastatione prohibent feras. In solitudine ac deserta regione securitatem præstant. Vnaq; cum armis ad ferendum dominis auxilium excitant. Colonos eadem in medio fructus carpere, ac certãtes currere, subsilire, iaculari inuitat. Quæ nam ars ualidiores homines præbet? quæ colentibus maiores gratias reddit: aut auidos magis exsaturat: aut hospites lautius excipit? Vbi per brumam caminus luculentior, & calida lauacra commodiora? Per æstum uero umbris, auriscq; moræ dulciores? ubi dijs litaturis primitiæ decentiores, aut dies festi lætiores? Quę amantior seruis, dulcior uxori, optatior filijs, gratior amicis? Mihi profecto mirum uideatur, si liber homo hac dulcius diligentia, aut lætius possessione: & ad uitam commodius inuenerit. Cæterum hæc colonos ad iustitiam officiumq; acuit. Cum belli tempore ab operis uacantes animo, atq; corpore ualentes per hosticum, nisi deus prohibeat, ruunt, prædasq; agunt; quæ operum loco uictum præbeant. Nam tutius eo tempore armis quàm rustico instrumento cibum quærere. Instruit quoq; uti mutuam præstemus utilitatem. Quippe cum ad bellum conficiendum, tum ad agrum colendum hominibus est opus: alteraq; harum artium alteram iuuat: ac similitudine quadam inter se conueniunt. Bonus agricola operas parére promptas, ut dux milites comparabit. Ille in bello fortiter agentes munerabit: cedentesq; de loco plectet. Nec minus hic pecunijs, castigationibus, adhortationibus utetur. Enimuero spe bona non minus serui quàm liberi mouentur: multoq; interdum magis ut sponte permaneãt. Quamobrem pulchre ille quidem, qui agriculturam aliarum artium parentem atq; nutricem appellauit. Qua bene habente cætera ualeant: neglecta uero, terra, mariq; iacent omnia. CRI. Hæc quidem omnia probe ô Socrates. Sed circa agricultu ram, haud facile cuncta cauere est. Nam & grãdines, & glacies, & imbres intempestiui, rubigo, & alia complura sæpe eueniunt: ut quæ summa sint elaborata & arte & diligentia euertant. Tum armenta tentata quandoq; intereant. SOCR. Puto te non ignorare deos rei rusticæ, non minus quàm militari præsidere. At in bello uides pugnam inituros antea dijs litare, sciscitantes sacrificijs augurijsq; quid opus. Itidem & in agro seruãdum. Nosti enim sapientes uiros pro fructibus pecoreq; omni placare solitos deos. CRI. Recte tu quidem mones omnem à dijs actionem potissimum auspicari oportere, tanquam pacis ac belli studijs imperantibus. Hoc igitur deinceps seruabimus. Tu perge uti cœpisti, reliqua huiusce modi disciplinæ enarrare. Nam & ego iamdudum audiens uideor aliquid magis quàm antea prospicere: quid uicturis potissime faciundum. SOCR. Quin potius repetamus quæ supra diſſeruimus, ut deinceps reliqua eodem quoad possumus ordine narrãda pariter pro hemus. CRIT. Vt ais, nos mutuo sermone unà adsentiendo procedere decet, haud aliter quàm qui clara ratione pecuniam inter se tractant. SOCR. Igitur scientiæ cuiusdam œconomia nobis uisa est, eaq; in augenda domo consistere. Domus autem quicquid possideatur appellari: possessionem esse quamcumq; uictui utilem diximus: utilia uero tantum meriri, ut illis uti quis sciret. Cunctas autem artes neq; posse quenquam scire, neq; sanè à republica probari, quas uocant Mechanicas, quæ corpora pariter & animum corrumpunt. Argumentum eius rei manifestum enarrauimus, Si quis hostibus regionem inuadentibus ex opificibus & colonis seorsum experiatur, utri magis præsto adsint reipublicæ. An hi sub tracti agris mœnia tuendo. Sic enim huiusce modi genus hominum bello utiles esse putamus. An illi minime pugnantes, operi quod quisq; edoctus fuerit adhibendo. Cæterum homini honesto ac bono culturam maxime conuenire affirmauimus: unde ad uictum necessaria nobis adfatim supperterent. Ipsius autem opus haud cognitu difficile, factu delectabile, corporibus salubre, iucundum amicis, minime negotium creans, quin & amicis & patriæ uacare pariter queat. Videbatur insuper & extra munimenta munitos reddere, uictum suppeditando, & colonos nutriendo: ob quam rem hæc priuata industria, & honestos homines, & reipublicæ redderet amantissimos. CRITO. Iamdudum Socrates per te intelligo dulcissimum, atq; pulcherrimum uitæ genus uideri. Quod autem te docere receperas, ex ea multos proficere, plurimos damna facere, hoc potissimum rogo, quippe qui

Epilogus superiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupſam quæ ad hanc rem faciunt ediſcere,ut inde incommoda poſſim euitare. SO. Quid ſi enarrem ab initio quemadmodum ſum olim congreſſus cum uiro qui mihi unus uiſus eſt ex his qui iure nomen hoc honeſti atq; boni uiri adſequuntur? CR. Libenter equidem audiuerim.Nam & ego quoq; tali nomine dignari exopto. SOC. Dicam nempe quonam modo in ipſius uenerim meditationem.Bonos enim architectos,bonos item fabros ærarios,pictores,ſtatuarios,alioſq; huiuſcemodi ex eorum operibus breui tempore perſpexi ac probaui. Vir autem qui honeſtus atq; bonus uocaretur perſcrutatus ſum,quidnam potiſſimum ageret quamobrem hoc ſibi merito nomen uſurparet:ac primum ſum periclitatus ſi quem adſpicerem honeſtum hunc & bonum etiam inuenirem,quę me ratio longe fefellit. Nam & quoſdam ſpecie honeſtos,improbos tamen animo aduerti. Atq; his miſſis cum audirem Iſchomachum præter omnis hoc nomine inſignem eſſe:ſtatui mecum ipſe hunc omnino adire. Cumq; illum in Iouis Eleutherij porticu ſedentem conſpicerem,quando mihi uacare uiſus eſt,propius accedens, Quid inquam Iſchomache hic deſides minime ſolitus ceſſare? Nam te ſæpe in foro uideo, aut agentem plurima,aut certe minimum uacantem. IS. Non profecto nunc quoq; uideres,niſi hic hoſpites expectarem. SO. Quando igitur nihil huiuſmodi agis,per deos,ubi moram trahis? Quid rerum geris? cupio prorſus audire quidnam potiſſimum agendo honeſtus ac bonus uociteris: præſertim cum domi non maneas,nec talis habitu corporis uidearis. At ille ridere atq; in ea appellatione lætari uiſus ait. IS. An uocent me hoc nomine qui tecum loquuntur, haud ſatis ſcio: hoc tantum ſcio ad collationem Trierarchiæ uel ludorum,nomenclator me tantum Iſchomachum ex patre uocat. Ego autem Socrates ut ais,nequaquā intus moror,quod rei familiaris curam uxor eſt idonea ſuſcipere. SOC. Hoc à te libenter audierim,tu ne erudieris eam,an à parentibus edoctam acceperis:ut quæ ad eam pertinent,regere ſciret. IS. Quomodo doctam acceperim,quam quinq; & decem uix natam annos duxerim,ætatēq; præteritam omnem ſub cura maxima fuerit,ut quàm minimum uideret,quàm minimum audiret,aut loqueretur. Satisq; habuerim ſi tantum lanam columq; accipiat,ueſtem commonſtret,ancillis opera diuidere ſciat. Tum circa uentrem pulchre inſtituta,quæ res magnum Socrates mulieris ornamentum uidetur. SO. Reliqua tu monſtraſti? IS. Minime.Sed dijs ſacrificaui ac loui,ut me quæcunq; optima utriq; forent, edocere contingeret,illam uero diſcere. SOC. Et coniunx hæc tecum uouit? IS. Profecto. Nam multa illis per uota promiſiſſe, ut qualem eſſe oporteret euaderet,illud in primis eſt argumento,quod præcepta minime neglexerit. SO. Eloquere quæſo Iſchomache, quid prius cœperis edocere. Namq; ego te huiuſmodi narrantem libentius audiuerim,quàm ſi gymnicum aut equeſtre aliquod pulcherrimum certamen recenſeres. ISCH. Cum primum mihi poteſtas cum ea colloquendi fuit,hoc modo ſum eam percontatus.Dic uxor noſti quamobrem te ceperim,tuiq; te mihi parentes locarunt? puto ſcias uti ſimul cubaremus:ſocietatemq; mutuam,optimamq;,& domus,& liberorum iniremus. Cum ego te probauerim, meq; parentes tui, quantum deprehendi licuit: liberos ſi deus dederit, in medium conſulemus, quo pacto erudire debeamus : quippe qui communem nobis felicitatem allaturi ſunt:ac emeritis iam & ſeneſcentibus alimenta præbituri.Interea domus hæc utriq; communis erit.Ego tibi quæcunq; ſunt intus prodidi. Tu item tecum allata in eandem collocaſti.Illud nequaquam computari oportet, uter plura in medium contulerit.Sed uter potius ſocius melior,is demum plura attulerit. Ad hæc ó Socrates,quid reſponderit,ego tecum diſſeram.Quæ nam meæ uires? inquit. Tuæ iſtæ ſunt partes:meæ tantum,ut mater olim mōſtrauit,ſeruare modeſtiam. At me pater inquam iti/dem docuit,uerum modeſtorum & uiri & fœminæ fuerit rem familiarem continuo reddere meliorem:ac alijs iuſte partis facultatibus augere. Tunc illa : Putas'ne, inquit, me adeo quoduis agendo domum augere oportere? Ea dumtaxat inquam, quæ dij te iubent,& leges collaudant agere tandem optima eſſe cenſeo. Quæ nam ſunt huiuſcemodi? inquit illa. Haud ego inquam paruo exiſtimanda. Si non paruo exiſtimas apis officium, quæ cæterarum operi præſideat in aluearibus.Mihi profecto uidetur deos ipſos multa quidem ſapientiſſime,tum præſertim iugum hoc inſtituiſſe.Primum quidem ne animantium genera deficerent:deinde ut haberemus à quibus noſtra ſenectus aleretur.Cumq; mortaliū uita nō ut cæterorū animaliū ſub dio,ſed ſub tecto ducat,oportet ſub dio ,pcurare quorum adminiculo futurorum hominum uſui ſub tecto cōſulat:huiuſmodi ſunt,noualia,arbores,ſementes,

Qui honeſti boniq; appellantur.

Iſchomachus

Matrimoniū quare inſtitutum

paſcua,

paſcua.Ex his neceſſaria uictui proueniunt:quibus in domum relatis ſeruatorem adhibere fas eſt:qui maxime is fuerit quem ſub tecto res agere decet. Tecto indigent infantiū nutritio,fructuum ſegetes,ueſtium q; è lana cōtextus. Quoniam uero utraq; hæc & extra & intra domum diligentiā expetunt,mihi uidetur deus naturam mulieris ad curam intus ſuſcipiendam in lucem protuliſſe:molliorēq; corpore,ut intra parietes officium obiret. At uiri corpus animumq; frigora,æſtus,itinera,expeditiones facile tolerare conſtituiſſe. Quapropter illi foris res agendas delegaſſe.Rurſus illas ob infantiū curam maiore erga liberos charitate:tum ad cuſtodienda quæ à uiris parta eſſent metu uehementiore,qui rebus aſſeruandis utilis foret prędatas eſſe uoluit. Viro inſuper cui tueri extranea facta incumbit,ac oppugnāti reſiſtere,maiorem addidit audaciā. Memoriā uero ac diligentiā parem,atq; in medio poſuit:qua pro ſuo quiſq; officio cum dando tum accipiēdo uſurus eſſet. Eadem ratione & abſtinendi ab his quæ oporteat rebus utriſq; facultatē æque conceſſit:Qui uero probatior hic longe meliora ad cōiugem adferet. Quas igitur ob res cum hominū natura utriq; non ſufficiat officio:ea potiſſimū cauſa inter ſe matrimonio deuincti ſunt,ſibi inuicē hoc pacto utiles,ut qđ alteri deeſſet,alter ſuppeditaret. Hæc nos uxor decet cōſiderare,ut ſuas quiſq; partes q; optime abſoluamus. Deus item uxorem pulchriorē condidit:ut formam cum pudicitia ſe domi cōtinendo tueretur. Virum toroſiorē,ut extra magis ageret,edidit. Si quis autē huiuſmodi ordini aduerſus ierit:aut uiri partes uxor,ſeu uir uxoris peregerit,ultorem ſe ſentiet habiturū deum:qui apum exemplū nobis ante oculos poſuit, quarum dux haud abſimile huiuſcemodi officio,quod ſubituri ſumus,exequi uidet. Nam quod illa in alueari exercet,nobis munus incumbit. Illa quidem in ocio eſſe apes non ſinit,ſed quas oportet ad opus extra mittit:importataq; ab eis excipit ac ſeruat,donec tēpus uſus ueniat, quæ æque omnibus diuidit. Intus fauis incubātibus ipſa præſidet,ut pulchre ac celeriter cōficiantur. Partus uti nutrianē,curat:quos iam adultos,operiq; aptos uiderit,alio tranſmutat, ac tanq; in colonias cum duce mittit. Me quoq;,inqt uxor,talia peragere neceſſe? Neceſſe proꝛſus, inquam ego,te domi manentē ſeruis officia diſtribuere:ac eos qui opus extra facturi ſunt, emittere:alijs uero intus ipſam præſidere,ac illata recipere. Quæq; ex his eſu abſumi oportet partiri:quæ autem obſeruāda condere,ac prouidere,ne quæ annum durare debent uno menſe abſumantur. Cum lana domum refertur,curandū uti ueſtes ſeruitijs cōficiantur:ut triticum,cæteræq; ſegetes,ac legumina,proba ſint uſui,ac facile mandi poſſint. Sed unum præter cætera tibi ſeruandū,quod plus gratiæ ſit habiturum:ſeruos uidelicet cum in morbos inciderint,curare uti curentur recte. Per louem,inquit uxor,uera mones:ſi illi gratiam habituri ſint,ac propterea magis beneuolentes. At profecto inquam ego,apum dux,quem modo diximus,haud alia de cauſa,q; ob hanc curam à ſuis tantopere diligitur:ut quocūq; abſcedat eum omnes ſubſequantur,minimeq; deſerendū putent. Mirer,illa inqt,ſi non magis ad te pertinet exemplū apis q; ad me. Nam & mea domi cuſtodia operumq; diſtributio ridicula proꝛſus uideatur,niſi tu cures uti domū aliquid importeē. Ridicula, ego inquā,& mea fuerit importatio,niſi fuerit qui eam conſeruet. An ignoras,qui fractis dolijs dicuntur haurire q; fruſtra laborent:in quantáue ſint miſeria? Miſeri ,pfecto,inquit illa,ſi hoc agunt. Sed & alia inquam ego, ſunt tibi in hoc genere ediſcenda præcepta. Quoties lanæ ac telæ neſcientem famulam acceperis,ſi eam erudieris,altero tanto facies ualentiorē. Si item miniſterij neſcientem,artem miniſtrandi docueris,pluris exiſtimatā poſſidebis. Quoties modeſtos atq; utiles nacta fueris,his benigne facies. Contra uero ignauos plectes. Omnino illud mihi iucundiſſimū fuerit,ſi me ipſa melior apparebis,ac me miniſtrum quodam modo tuum facies. Nec id uerebere,ut per ætatē uilior domi habearis:ſed ita tibi perſuade,q; modo fida mihi liberiſq; noſtris appareas,quanto ſenior,tanto honoratior domi fueris. Enimuero pulchra,itemq; bona non ex ipſa tātum ſpecie aut forma,quantū ex uirtute metiri ac ſpectare licet. Hæc & his ſimilia Socrates memini me,cum primum licuit cum uxore diſſeruiſſe. SO. Noſti ut diligentiorē propterea reddideris? IS. Per louem animaduerti uerecūdia quadam ex ore adfectam, ubi eam pupugi accuſando importata domum male cuſtodire. Cumq; mœſtam aliquantulum conſpicerem,nec habere ſatis quod reſponderet:Quid inquam ſubtriſtis es uxor quod fortè te accuſo? Sed ſcito multo triſtiorem eſſe paupertatem, quæ quorum indiget uſus,non habet:præſertim ſi quærat quod olim habueris,magis q; ſi ab initio nunquam conſueueris quærere quod non habeas. Sed huius me mali cauſam eſſe

Matronæ officium

Apum exemplum ad frugalitatem

Serui quomodo tractandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ordinis laus & utilitas

fateor, qui non ordinem semel constitui, quo singula condi oporteret, ut uideas ubi quæq; locanda, unde promenda sint. Nihil ô coniunx in rebus humanis est ordine præstantius, ni hil utilius: quod in choro maxime cernitur, qui cum ex hominibus constet, si temere impli cetur atq; consistat, turbationem uideas iniucundam, minimeq; spectatione dignam. Cum uero & loquentium concentus, & consistentium ordo respondeant, digna res uideri, spe ctariq;. Eadem & exercitus ratio, cum confuse incedunt iumentum, armiger, grauis arma tura: qui tarde progreditur currentem, stantem currus, iumenta equitem, grauis armatura leuem adficient incommodo. Quomodo autem pugnam inibunt, si quibus necesse fuge re prosequentes, hi potissimum terga dantes, opprimãt subsequentium arma? Ex quo læti tiam hostibus, suis uero tristitiam pariant. At ordinata militia quem non oblectat? Vniuer sos armatos ordine uenientes adspicere equites, parte alia peltatos, sagittarios, funditores, suis quosq; locis, unaq; omnes suum sequẽtes ducem. Qui etsi multi numero, unus tamen & ordine & silentio uideantur. Triremis item hominibus & armis munita quantam uicto ribus præbet alacritatem atq; audaciam, inimicis uero terrorem? Cum uno cuncti spiritu remis insurgunt, uno incumbunt, uno inuicem adhortantur. Enimuero rerum perturba tio haud aliter fuerit, quàm si colonus uno aceruo hordea, triticum, legumina confundat. Deinde cum usus uenerit tẽpus, singula sit opus discernere, cum iam discretis uti liceret. Hæc tu coniunx facile uitabis, si ordine res condas, ordine promas, ut quæ tibi sint opus a bunde facileq; capias, & mihi gratanter exhibeas, locum constituemus rebus quibuslibet opportunum. Ministrumq; ponemus ac docebimus, quæ hinc promere oporteat, quæ ibi dem locare. Hoc enim modo facile sciemus, quæ salua sunt, & quæ minime. Locus enim ipse quod non existit, desiderat. Quod autem cura indiget, adspectus inquiret. Pulcherri mum quandoq; ô Socrates, ac diligentissimum ordinem sum mihi usus uidere, descendẽs in spectaculum cuiusdam nauigij Phœnicum. Plurimam enim supellectilem in paruo uase animaduerti. Per multa enim instrumenta lignea & contexta è littore soluitur, & ad littus deducitur nauis. Per multa suspensa pensiliaq; nauigat. Multis etiam machinis contra ini mica nauigia armatur. Multa item arma hominibus administrat. Omnem supellectilem, qua mortales domi ad uictum mensamq; utuntur, fert secum. Insuper & onusta rebus o mnibus, quas nauclerus gratia quæstus asportat, & quãtas inquam maior locus alius non caperet, si rursus reponerentur: hic tamen omnia ita collocata, ut minime inter se impedi mento sint, minime indagatore indigeant. Neq; rursus incomposita, neq; dissolute se ha bentia, ut minime moram faciant ad usus eorum cum opus festinare. Ministrum quoq; gubernatoris, qui proreus nauis uocatur, ita scitẽtem omnis loci, ut absens nosset ubi quæ libet sita essent, tum quãta essent, non minus quàm literarum sciens. Dicat enim Socrates literas, & ubi quælibet sita sunt. Vidi præterea hunc quandoq; secum tacite uestigantem, ac ociose omnia quæ in naui essent circumspicientem. Admiratus ego interrogaui quid nam ageret. Considero, inquit ille, hospes siquid usu contingat, quomodo hæc sita sunt in naui, siquid abest à loco suo, aut in cõmune situm fuerit. Non enim postea deus concesse rit in maris tempestate, quid sit opus inquirere, neq; siquid incondite cõsistat reperire. Ple ctit enim deus inconsideratos. Si enim minime errantes non perdit, hoc maxime expetibi le. Si item recte administrantes conseruet, multas dijs gratias. Ego autem respiciens hanc supellectilis diligentiam dixi uxori: Magna nempe nostra est ignauia, si in nauigio, locoq; tam paruo ac mobili, res quæ uehuntur æque seruant ordinem, tum in metu maximo uer santes reperiũt quod opus accipere: nos autem qui magnis distincta muris firmoq; in solo domi singula possidemus, nisi bonum ac promptum inueniamus locum, quo nam modo magna non sit imprudentia nostra? Vt igitur ordinare supellectilem, & locis quibuslibet condita reperire, utile quidem omnibus sit, iam dictum. Sed & pulchrum quàm maxime apparet calciamenta qualiacumq; suo ordine disponere, pulchrum & uestimenta, stroma taq;: præterea quæ ad mensam pertinent, ahena, ollasq;, pulchrum disposita qualiacũq; ui dere: quæ fortè quis riserit, non ornatus homo quidem, sed ineptus. Ordinata enim supel lex chorus quidam uidetur rotundus, qui non tam ipse quàm eius media pulcherrima emi nus apparent. Horum uxor licet periculum facere, paruo quidem negotio. Non enim in labore aliquo positum, aut difficile loca quælibet addiscere, singulaq; distinguere. Nam & ciuitatem nouimus millecuplo quàm nos plura possidere. At si quis seruum ex foro cupiẽs

De ordine nauis

emere

emere, statim ei quemcunq; optet quilibet adferet, reliquaq; item omnibus capiendi prom pta. Huius igitur causa rei nihil aliud quàm locus singulis rebus ordinatus. Quo prætermis so nihil præsto paratum est. Quin tanta plerumq; oritur difficultas, ut si duo citra constitu tum sese inuicem quæritent, prius deficiant quàm conueniant. Et hæc quoq; de usu supel lectilis eam monuisse recordor. S. Ecquid hæc illa te monstrantem audijt? I. Quin se omnia seruaturam promisit, ex eoq; significauit, q animo magnopere lætata est, tanquam si ex an gustia in rerum copiam uenisset: ac me ultro rogauit, ut formulam qua domus foret dispo nenda præberem. S. Qua nam, quæso, ratione dispositi? IS. Partes ac uim domus omnem in primis enarraui. Quæ non tam uarietate ædificiorum atq; ornatu illustratur, quàm utili supellectili ac habitantibus necessaria: cuius gratia facta est, qualibet eius parte res ei con uenientes adseruante. In primisq; thalamus cum sit in penetrali ac loco munitiore, peristro mata, uasaq; nobilia, & alia preciosiora tuetur. Granaria, siccaq; loca frumenta: apothecæ frigidæ uina exposcunt. Perspicuis uero quæ maxime lucis egeant, & uasa & opera dican tur. Tum diæteteria uirorum illi monstrauí pulcherrima, æstate frigida, hyeme calida. Do mum quoq; omnem quemadmodum ad meridiem spectaret, ut esset aprica per brumam, per æstus umbrosa. Deinde Gyneconiten ab Andronitide balneo disiunctam. Demum ne domo exportetur quod non oportet, neu serui iniussu nostro liberos procreent. Nam boni ex eo plerunq; fideliores atq; amantiores fiunt: improbi uero cum uxore coniuncti pronio res ad dolum euadunt. His enarratis ad instrumẽta domestica deuenimus: eaq; secundum genera distinximus: ac primum sacrificijs apta constituimus: post hæc ornatũ omnem mu liebrem festis profestisq; diebus diuisum. Virilem item per festa & belli tempus. Stromata in Gyneconitide: stromata item in Andronitide. Calciamenta alia uxoris, alia uiri. Instru menta præterea alia textrinæ, alia pistoriæ, alia coquinæ, alia circa lauacrum, alia circa ma stras, alia circa mensas. Et hæc quidem distinximus, quibus quotidie uti oportet, quibusue per celebritates & conuiuia. Mox rationem in singulos menses erogatorum subduximus, separatim subducta conscripsimus. Hoc pacto minus latet, quid in annum sumptus exeat. His constitutis loca præscripsimus, qbus ea condi oporteret, promiq; enumerauimus, atq; conscripta tradidimus: eiq; præcepimus, ut quæ opus essent cuiq; promeret, ac meminisset recepta rursus in locum suum cõdere. Promam fecimus, quæ in primis nobis uisa sit frugi: ac Veneris, uini, somniq; luxu abstinens, tum procul à uiri complexibus. Ad hæc eo inge nio prædita, ut facile circumspiceret sese per negligentiam incommodum: per diligentiam uero gratiam à nobis & munera consecuturam. Monuimus insuper ut beneuolente erga nos animo esset: quando gauderemus lætitiæ, tristitiæq; item si quid accideret consortem fecimus. Instruximus deinde uti in augenda domo prompta foret. Tum iustitiæ ei seruan dæ exempla prodidimus: quemq; pro meritis munerando, ac probos seruos longe liberius ac locupletius improbis apud nos agere monstrãdo. Ipsam postremo in loco & officio sta tuimus. Posthæc uxorem monuimus præceptorũ omnium frustra esse diligentiã, nisi ipsa met curet, ut ordo cuiq; suus seruetur: exemplum reipublicæ seruando, in qua ciues non so lum bonas cõscribunt leges, sed & illarum eligunt custodes, qui uestigando aduersus agen tes plectunt: seruantes uero collaudãt. Pari ratione eius esse officium domesticis præsidere legibus, supellectilem tanquam custodes arcis explorare: ac siquid bene habeat, sicuti & se natus equos atq; equites, probare: moreq; reginæ quæ præsenti utitur potestate, dignum collaudare, ignauum autem castigare. Insuper addidi, ne fortè grauaretur si plura quæ ad œconomiam pertinerẽt ei quàm famulis mandarem. Cum illi tantũ rerum dominicarum participes essent, quo ad custodiæ ministrandiq; officiũ attineret. Licere uero illis præterea nihil, nisi cui potestatem herus utẽdi faceret. Domini autẽ alia ratio in cuius facultate sunt omnia constituta, hisq; pro arbitrio utitur: ad quem item & seruatorum utilitas & amisso rum peruenit incommodum. Huic maxime diligentiam præter cæteros conuenire docui mus. SO. Quid ergo illa quomodo auscultauit? IS. Quid nisi quod recte sentirem respondit, si putarem dura illi præcepisse, ut rei necessariæ curam susciperet. Duriora sanè uideri, si po tius negligere, quæ ex re fuissent eius, mandassem: quod innatum sit homini sapienti, quẽ admodum filiorum sic possessionum amore teneri, earumq; cura oblectari. S O C. Mentem profecto mulieris uirilem prædicas. IS C. Sed & alia sunt, in quibus magnanimitatẽ eius deprehendas. S O C. Qualia, audire cupio: maiore profecto uoluptate mulieris uiuentis uir

Gyneconitis Andronitis

Promæ officium

Matronæ officium

Cõtra matronas externo colore infectas

tutem ſpectauerim, quàm ſi mihi Zeuſis pictam in tabella nunc referas. ISC. Ego cum illam quandoq; colore oblitam externo uti pulchrior uideretur, adſpicerem: inſuper calciamentis paulo altioribus, uti maior appareret. Dic inquam coniunx, putaſne me magis tibi diuitias communicaturum eſſe, ſi tibi præſentia tantum nullo mendacio patefaciam: an te decipiendo, ac plura iactando pro ueris falſa, argentum adulterinum, monilia ſublignea, aliaq; huius generis oſtentarem? At illa ſtatim excipiens: Recte, inquit, mones: caue mihi ſis talis, fatear, te ex animo diligere nequeam. Igitur inquam ego, conuenimus ut corporibus communicaremus. Ita ferunt, inquit illa. Vtrum inquam amantior ſim tibi, ſi corpus ualens integrumq; uiribus nullo adhibito fuco, an os oculosq; minio infectos tibi attingendos præberem? At ego, inquit uxor, minium nunquam attigerim, neq; fucatos oculos gratius quàm tuos puros aſpexerim. Et me puta inquam non tam ceruſſa ac mentito delectari colore, quàm tuo. Neq; ſanè alia eſt in hominibus ratio quàm bubus, equis, cæteriſq; animalibus, quibus deus inter ſeſe pura ſexus ſimplicitate deuinci dulciſſimum eſſe uoluit. Quod ſi in hoc genere decipiendum, alienos decipere magis tolerabile. Nam coniuges, & qui ſimul ſemper uerſantur inter ſeſe fallaciam facile deprehẽdunt: uel mane cum ſurgunt incompti, uel ex ſudore, aut ex lachrymis, ſiue etiam ex balneo decidente colore. SOCR. Quid per deos reſpondit? ISCH. Quid, niſi reliquo tempore nil huiuſcemodi facturam ſe recepit: rogauitq; inſuper, ut ſiqua haberem alia, quibus pulchra non tam uideri, quàm eſſe poſſet, in medium adferrem. Igitur admonui, ne more ſeruorum totos dies aſſideret, ſed cum imperio diuerſa obiret. Illam quæ telæ præeſſet, doceret, ſi quid melius noſſet. Si minus, diſceret: obſeruaret piſtorem, adeſſet promæ metienti. Domum circumiret, ſi ſuo quæq; loco ſint condita proſpiceret. Hæc & his ſimilia mihi & diligentia & ambulatione digna ſunt uiſa. Adieci optimam ei fore corporis exercitationem lauãdo, pinſendo, ueſtes, & ſtragula excutiendo, deinde componendo. His modis demum & cibus ei ſuauior, & ualetudo firmior, & color roſeus, tum ſplendor oris uerior adfuturus, præſertim ſi hæc ſponte fecerit & non coacta. Oſcitantes uero aut deſidentes ſe tantum mulierculis eas ornantibus iudicandas ac decipiendas tradunt. Poſthæc Socrates ſcito illam adeo ſecundum officium uiuere, uti monſtraui. SOCR. Hic ego ſatis mihi uideor Iſchomache audiſſe opera mulieris, quæ maxime amborum digna ſunt laude. Nunc aueo tua magnopere facta intelligere, ex quibus potiſſimum ſit, quamobrem honeſtus, ac bonus dicaris, hinc ego maximam tibi habebo gratiam. ISCHOMACH. Dicam equidem libenter quæ faciam, ut ſi qua tibi in re uidear ab honeſto diſcedere ipſe interpoles. SOCR. Téne hominem honeſtum, ac bonum uocitatũ interpolem ego, qui nugas ſectari & aera metiri uideor, & quod omnium ſtultiſſimum putatur pauper appellor? Quod ſanè nomen ægre quondam ferebam, donec equum Niciæ fortè obuium habui: quem cum uulgus certatim ſpectatum properaret, deq; eo ſermonem plurimum haberet, adceſſi ad equiſonem percontans ſi quas equus obtineret diuitias, quem tãtopere laudarent. At ille me tanquam inſanum ſuſpiciens, Quid, inquit, uidiſti ne unquam equo diuitias? Ex illo ſatis ego deprehendi, etiam equo & pauperi & bono eſſe licere, qui animi natura poſſideat bonum. Nunc age quæſo, enarra: ut ego abs te diſcam quicquid in hoc genere audire poſſum, craſtina die te omnino imitaturus, quæ quidem optima fuerit, utpote à uirtute auſpicaturus. ISCHOMACH. Facetias facis, attamen quoad poſſum operam dabo omnem nunc uitæ meæ rationem percurrere. Ego poſtquàm didici deos hominibus citra intelligentiam earum rerum, quas nos agere, & quomodo agere oporteat, bene rem gerere minime conceſſiſſe: prudentibus uero ac diligentibus felicitatem tribuiſſe, Illos ego colere ante omnia conſtitui, conorq; quantum mihi fas eſt ſupplicanti, ualetudinem in primis uiresq; corporis: deinde honores in ciuitate beneuolentiamq; apud ciues, & in bello ſalutem, poſtremo rei familiaris honeſtam amplificationem ab eis impetrare. SOCR. Curæne tibi eſt Iſchomache quomodo diuitias adſequaris, unde tibi plura oriantur negocia, quæ ſis curaturus? ISCHOMACHVS Curæ profecto, iucundum mihi apprime uidetur magnifice deos honorare. Amicis deinde ſiquid opus, ſubuenire, rempublicam quoq; per me nihil egere permittere. SOCRAT. Pulchra nimirum quæ loqueris, eaq; potentis ſanè uiri. ISCHOMACH. Quid ni? cum multi homines ſine hominum auxilio uiuere nequeant, nonnulli id in primis amant, ut ſuo ſint contenti: plures quoq; non ſolum ſuæ domui ſufficiunt, ſed adeo copijs abundant, ut ciuita-

Paupertatis nomen

A cœleſtibus primum petẽda felicitas

tem ornent, amicis opitulentur, quos non uideo cur tu non alto ingenio præditos ac præpotentes putes. SOC. Quin ego præſertim cum multis alijs huiuſcemodi uiros uehementer habeo cõmendare. Tu uero perge ut cœpiſti, quomodo ualetudinem, roburq; corporis, quomodo ex bello, quomodo ue ex augenda re ſalubritatem adſequaris. Hæc audiſſe ſat fuerit. I. Hæc nempe omnia inter ſe ordine conſequuntur, ut quis ex cibo idoneo ac labore adſumpto ualetudinem recte conſequatur. Nam & ſeſe exercenti magis ſuccreſcit robur, & in his quæ ad bellum pertinent, ornamentum prouenit. Tum res familiaris augetur. S. Ego quoq; adſtipulor, quod & exercentem ſeſe, & in re diligentem, neceſſe ſit bonorum quoq; compotem fieri, ſed quali exercitatione, labore ue circa bellum, & rem augendam diligentia utaris, ut etiam amicis & patriæ poſſis ſubuenire, maxime optauerim audire. IS. Ego enim mane ſurgere conſueui, cum primum deprehendo tempus eſſe, in forum ire, ſiquo mihi conuento eſt opus, ac urbem ſiquid aliud ſim facturus ambulatione obire: ſi uero nullum in urbe negocium, tum puerum cum equo precedere in agrum iubeo, ipſe pedibus ſubſequor, meliore fortaſſe exercitatione, quàm ſi in Xyſto ambularem. Vbi rus ueni, ſi obuios habeam colonos, quonã modo ſeruerint cum arbores, tum fruges percontor: ſingulaq; quo facta ſint, ordine perſcrutor: rationem quoq; ſubduco, ſi res melior atq; auctior quàm antea fuerat, facta ſit. Poſthæc plerumq; equum cõſcendo, equitatione bellicæ ſimili memet exercendo, nunc à fronte appetendo, nunc à latere flectendo, tum foſſas, tum aquæ riuos tranſmittendo, incolumi quoad fieri poteſt ueſtigio. His actis equum puero domum ducendum trado, ſimulq; ex agro ferendum quæcunq; opus in urbe, ego modo pedetentim, modo curſim reuerto. Deinde prandeo quantum nec uacuus, nec omnino ſatur ualeam per diem ferre. SO. Lepide tu quidem Iſchomache uno tempore & ualetudini & bellicæ exercitationi, tum rei familiari cõſulis, atq; his omnibus te recte uti idonea præbes argumenta. Quod re & ualentem, & firmis uiribus, & cum dijs ſæpe uidemus, tum inter ditiſſimos uiros & equis maxime abundantes adnumeraris. ISC. Hęc cum omnia faciam, calumniam tamen plurimorum euitare non ualeo. Tu fortè putabas me dicturum, ut à pluribus honeſtus & bonus propterea uocarer. SO. At hoc prius percontari malebam, ſiquid fortè res hæc tibi curæ eſt. Quonammodo calumniantibus reſpondes, quam ue rationem cum oporteat, reddis aut accipis? IS. Nónne tibi uideor & hanc quoq; partem abſoluere, ſi memet factis bonis cogito defendere nemini nocendo, quo poſſum iuuando? Nónne itẽ uideor accuſare, ſi homines improbos noſco, plurimis priuatim, publice uero ciuitati iniuriam facere, præterea iuuare nemínem? SO. Illud inſuper doce: ſi cogitationes huiuſcemodi ullo unquam proferas ſermone? IS. In hoc genere exercitationis me nunquam ſcito deſinere, uel ſeruorum lites utrinq; inter ſe accuſantium caſtigatione dirimere, uel apud amicos aliquem uituperare, ſeu collaudare, uel diſcordias neceſſariorum cõponere, monſtrando quàm præſtet amicos eſſe: apud magiſtratum aliquem commendare, iniuriaq; adcerſitum defendere: uel in ſenatu accuſare, ſiquidẽ uideam immerito honoratum, aut quæ conſulti uolumus fieri laudare, quæ uero nolumus eadem uituperare. Sed & iam ô Socrates, ad id ſæpe ſum iudicium deductus, ut me oporteat pati, aut punire. S. A quo quæſo Iſchomache? me nãq; hoc latet. I. Ab uxore. S. Et quomodo litigas? I. Quando uera dicere contingat, ualde humaniter. Quando autem mentita fuerit, in uerbis errantem nequeo ô Socrates meliorem reddere. S. Fortaſſe mendacium uerum facere non uales. At fortè dudum te moror Iſchomache. Ego uero minime prohibeo quo minus ſi cupis hinc abeas. I. Per Iouem nequaquam hoc agam, ut ante hinc diſcedam, quàm forum ſit miſſum. SO. Video te nempe magnopere obſeruare, ne nomen hoc honeſti & boni amittas. Quippe cum multa tibi priuatim negocia ſint, quæ tuam requirant diligentiam, quando cum hoſpitibus ſemel conueniſti, eos ne fallas expectas. I. At illa quæ dicis negocia Socrates, nequaquam negligo, cum uillicos ruri habeam. S. Quando in hunc ſermonem incidiſti, quæſo Iſchomache, an ſicuti architectum architecturæ, ita & uillicum curandi res dominicas peritum tibi paraueris, an ipſe eum inſtruxeris? IS. Ipſe profecto inſtruere conor. Enimuero qui rebus meis ſubſtitutus eſt, quando ego abſum quid aliud curare habet, quàm quæ egomet: qui ſi ſemel præeſſe ſcio, & illum in his quæ noui erudire facile poteror? SO. Igitur beneuolentia in primis puto ſit opus huic hominum generi, qua erga te tuaq; adficiantur, ſi recte in locũ tuum ſubſtitui uelint, citra quam haud ſcio quid utilitatis eius tibi ars poterit adferre. ISC. Nihil

Lites cum uxore

Quomodo uillicus ſit parandus

Universidad de Deusto
Biblioteca

prorſus,ſed beneuolentiã in primis,quam erga me habiturus eſt,eum conabor edocere. S. Ecquid per deos beneuolentẽ eum quem legeris,eruditione aliqua queas facere? I. Ei beni gne faciẽdo,ſi quas mihi copias dij dederunt. S. Planè hoc adſeueras,ut qui ex parte aliqua tuo fruantur,ad te diligendũ tibiq; bene exoptandũ propenſiores ſint. I. Hoc profecto Socrates inſtrumentũ uel maximum ad amorem prouocãdũ. S. Dicam'ne hoc ei ſatis fore ad res tuas adminiſtrandas? Num uides omnis homines ſeipſos amantes ea tamen facere per ignauiam negligẽtes,quæ ex magna parte ſibi cupiant bene euenire? I. At ego quos rebus meis præficere ſtatui,quomodo præeſſe debeant moneo. S. Potin' hoc efficere? Mihi ſanè ueriſimile non fit,ut quiſquam recte rem alienam edoceri poſſit. I. Sanè nõ omnes idonei. S. Quos quæſo idoneos edoceri putas? Nam hoc expeto magnopere noſſe. I. Primum qui dem nimium meri appetentes ab hac cura excluduntur,q; per temulentiã facile obliuiſcun tur officij. S. Aliud ne expetitur? I. Sed & uigilijs aſſuetum eſſe oportet,breuiſq; ſomni,qui ualde rebus agendis eſt impedimento. S. Adhuc alia deſiderãda? I. Mihi uidetur & à Venereis procul eſſe debere,quibus dediti rem aliã magis curant. Enimuero nulla uoluptuoſior in rebus humanis diligentia,q; illa quæ amoribus impendit. Nihilq; ubi intermiſſio matori pœna plectatur,cum amans fortè excluditur. Hos itaq; cenſeo nullo pacto rebus adhibeas tuis. S. Quid ſi lucri auidi fuerint,ſatis apti ad hanc curam? I. Quin nullum genus hominũ magis docile reperiri poterit. Quippe quibus hanc curã oſtendit nihil eſſe aliud q; lucrum. Quare huiuſcemodi nactus hominẽ magnopere collaudo. S. Hactenus Iſchomache de ijs qui ad agri curam leguntur quomodo debeant eruditi. Nunc perge quæſo declarare, ſi qs fuerit indiligens natura,an alios queat ulla ratione reddere diligentes? I. Nihilo ſecius q; ſi expers muſicæ alios muſicos facere conetur. Difficile id ſanè, male monſtrante magiſtro probe diſcipulum edoceri,ac torpẽte domino ſeruum eſſe diligentẽ: &,ut breuiter dicam, ſub hero ignauo famulos uel natura bonos nunquã putauerim aliquid poſſe cõprehẽdere. Sub ſolerti uero,uel ignauos alioquin,caſtigatos facile poſſe erudiri. Attentos igitur operi qui cupiat alios reddere,ipſum in primis circũſpectũ rebusq; inſtãtem eſſe oportebit. Tum gratiam recte curanti habere. Secus uero agentẽ plectere. Pulchre nimirum barbarũ illum interrogatũ à rege,quonam modo equum quem optimũ nactus fuerat tam celeriter ſagina ret:oculis dominicis ferunt reſpondiſſe. Eadem ratione & mihi Socrates uidetur alia quæcunq; oculum ipſum domini poſſe reddere meliora. S. Vbi feceris diligẽtẽ,eſt'ne idoneus? I. Minime,ſed admonẽdus etiam quando,quaue ratione ſingula. Quod ſi non præſtabit, nihilo ſecius uillico erit opus quàm medico,qui curet aliquem ægrotum. Deinde mane tar de iam ueniens,quod remediũ adhibendũ fuerit,inſup non uideat. S. Tum ſi didicerit quæ ſit facturus erit'ne abſolutus? I. Dominari cum adhuc operis oportebit ediſcere. S. Tu'ne quæſo monſtras,quomodo is dominetur? I. Conor quidẽ. S. Dic oro,quomodo aptos imperio doces eſſe homines. I. Inepte quidẽ ridebis ſi audies. S. Non ego profecto ridiculum puto,ſed maxime collaudandũ,qui eo ingenio ſit,ut queat docere quonam modo ualeant homines imperare. Nam & hoc pacto reges facere poteſt. I. Reliqua enim animalia Socrates duabus de cauſis ad obtemperandũ mouent,quando uidelicet audientia muneranti,minime uero obtẽperantia plectũtur:equorũ ſobolem domitores hoc fermè eruditunt,ut obſequentem delinimẽto aliquo demulceãt:reluctantẽ uero uirga cõpellant. Canes item ſimili ratione cum currere,tum flecti inſtruũtur:hominũ autem natura ob rationẽ & orationem præſtantior,ſanè docilior ad parendum uidetur,ſuadentibus ea præſertim quæ ad eius faciant rem,quanquã alij alia de cauſa mouent. Quorum ſanè natura ferarum more uẽtri indulget,hos tm̃ gulę illecebris multa facere compelles. Quorum uero ambitioſior ac magis ingenua,non minus laudibus quàm alios cibis excitabis. Hæc igitur & his ſimilia quæ ipſe facturus ſis,uillicũ ſeruare doceas,ut obſequentiores habeat operas. Tum ueſtes non æque omnibus diſtribuendæ. Non item calciamenta,ſed alij alia pro meritis prębere. Magna Socrates imminet bonis deſperatio,cum ab ignauis ſe præmijs diſcretos non adſpiciũt,& qui ſe periculis atq; laboribus obijciũt,cum ſubterfugientibus pari ratione haberi. Meum itaq; uillicum cum huiuſmodi bonos cæteris præponere uideo,magnopere collaudo:eundẽ obiurgo,ſi inani adſentatione utendo,indignos illis,pmouere contendit,atq; oſtendo minime ad rem ptinere. S. Vbi igitur & imperare & operas,ut monſtraſti, obtemperãtes habere didicerit,perfectum habebis,an aliud in eo præterea exoptes? I. Maximum adhuc Socrates,

Domini diligentia ſeruos bonos facit.

ut rei

ut rei heriis ſit abſtinens:ſi enim fructus interuerterit aut abſcõderit,q̃d eius referet in agri cultura diligentia? S. Tu quoq; iuſtitiã eum ſeruare doces? I S. Nempe enim omnes in hac præceptione dicto audiẽtes inuenio, ego tamen eos partim Draconis, partim Solonis legibus ad iuſtitiam reuoco. Hi ſanè mihi uidentur tali formula iura cõſcripſiſſe,ut fures deprehenſi uincirentur,graſſatores uero capite plecterent. Ob hæc palam eſt eos tm̃ uoluiſſe improborum hominũ turpe lucrum irritum facere. Ego uero huiuſcemodi tum regias leges uſurpando conor ad officium ſeruos reducere,illæ namq; peccantibus pœnas infligunt:regiæ uero leges etiam bonos munerare contendunt. Quo ſanè exemplo pleriq; etſi lucri appetentes permoti, miſſa nocendi arte,bona uia ingrediunt. Quos uero uideã mea ſemel benignitate adfectos perperam agere,hos tanquã inutiles penitus abdico. Quos uero quanq; probos,magnoq; dignos,non tam ſtudere auaritiæ,quàm gloriæ,à me tm̃ laudes expectare,his ego tãquam liberis utor,eos inſuper diuitijs atq; honoribus cumulo. Et,pfecto mihi uidetur hoc cupidus honoris,auaro præſtare, q̃ laudis gratia labores ac pericula ſubit ubi oporteat,præterea à turpi quæſtu procul habetur. S. At ego ſatis uideor didiciſſe quemadmodum inſtruendus ſit uillicus. Nam beneuolum in primis dixiſti tibi eſſe oportere, deinde diligentem,poſtea imperio aptum,poſtremo iuſtum. Nunc quæſo ne prætereas quid illud eſt quod ab initio curſim attigiſti. I. Quid nam? S. Dixeras enim q̃ horum maximum erat quemadmodum ſingula ſint exercenda,ut ex his utilitas nobis aliqua proueniat, citra quã artem nec ulla ualeret diligentia. Nam cum recte curaris opus,eſſe agriculturã ſciam: quãdo,aut quomodo,ſeu qua ratione curari oporteat,haud ſatis ſcio:non aliter q̃ ſi literas oportere diſcere tm̃ audiuiſſem,nihilo propterea magis literas ſcirem. Quod ſi non progrediar,ero cõparandus oberranti medico ac ægrotos quæritanti,medicinæ alioquin ignaro. I S. Hic planè me inducis,ut rei ruſticæ paulatim explicem tibi rationem. Cuius periti diuites fiunt,ignari anguſtia ſæpe uictus laborãt. Huius tu artis humanitatem deguſtabis,quæ utilis prouentu,iucunda opere,& hominibus grata,tum q̃ facilis cognitu,exercitio quoq; generoſa uideatur:quippe cum generoſa uocemus animalia,quæ cum pulchra ſint & utilia,tum & hominibus manſueta. Quin Socrates,non ut reliquæ ſcientię multum temporis in ea antequàm ad uſum neceſſaria parias,conſumere oportebit. Sed eius erit facilitatis,ut eam exercens partim uidendo, partim audiendo ſtatim ipſe tantum ex ea percipias, ut & alios ſi uelis poſſis edocere. Enimuero cum cęterarum artium profeſſores multa quæ ad eorum diſciplinas occultiora ptineant, haud omnibus patefaciãt:agricola bonus magnopere gaudet opus ſuum ab omnibus cerni,rogatusq; quonãmodo id egerit, libenter explicabit: adeo ingenuos hæc ars,adeoq; liberales homines reddit. S. Procœmium nempe optimũ,ut difficile ſit audientem non ulterius percontari. Igit̃ quando ais rem eſſe tam facilem,quęſo edoce. Nam tibi turpe non fuerit facilia monſtrare. Turpius mihi potius ea ignorare. Præſertim ſi inde nobis utilitas ,puenit. I S. In primis eos qui tradunt illam cognitu laboriosam prorſus aſſeuero,quippe qui rationibus tantum muniti uideantur,experientia uero colendi minimum. Dicunt enim primum terræ ingenium indagare oportere. S. Recte hi q̃dem ſentire uidentur,cum ignorantes quid quæq; ferat tellus,neq; ſerere, neq; colere ſcite poterunt quiſquam. I. Igitur ſi hoc in aliena terra dignoſcere cupis,hoc erit præceptum,ut fructus arboresq; illius adſpicias:nec culturus q̃quam contra illius contendas ingenium, niſi fortè ſpe decidere , aut cum dijs pugnare malis. Si uero per domini negligentiã uim ſuam tellus non experiatur,id ſæpenumero non tam à uicino homine,quàm loco melius inueſtigando deprehendes:qui quanq; neglectus,ac rudis oſtender aliqua ex parte poteſtatẽ cius. Si em̃ agreſtis pulchre ,pduxerit,multo fertilius mãſuefacta fructus uberes reddet. In ſumma facile uel cuiuis non magnopere perito terræ naturã hoc pacto deprehendere licet. S. Satis igit̃ in hac re ruſtica uideor cõfidere,ut ab ea minime tanq; imperitus abſtineã. Nam & quod ais uerum eſſe uel illud inter cætera perſuadet,quod meminí cõſuetudinis piſcatorum,eorumq; qui in mari uerſantur:cum ad littus applicant, neq; conſiderantes, neq; tarde incedentes ſtatim in agros exiliunt,eosq; ubi maxime fructus eſſe conſpexerint,extremplo quæ nam ſit bona tellus iudicant,quæ mala:& hanc uituperant,illam uero collaudant. Igitur nobis eodem modo de agricultura & tellure bona iudicandum. I S C H O M A C H. Vndeuis tandem aliquid de ea narraturi exordiamur, nequid ſcienti ſubijciam , nempe te uideo plurima in ea noſſe. S O C. Primum quidem quod iucundum utileq; puto,& adphi-

Rei ruſticæ laus & facilitas in ediſcendo

Quomodo bona terra dignoſcitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando arandum

losophiam huiusmodi maxime pertinere. Quid potissimũ agam, ut plurimum hordei tum tritici metam? ISC. Nouale ante omnia sementibus præparandum. SO. Noui. ISC. Per brumam arare incipiemus? SOC. Minime. Nam terra tunc limo obducta erit. ISC. Per æstatem? SOC. Dura nimis, & aratro intractabilis. ISC. Vere quid? SO. Æquius sanè. ISC. Herba tunc maxime uertitur, quæ & terram fimi loco lætificat, & ante exclusum semen euersa pullulare prohibetur. Quippe cum ante omnia mihi uideatur nouale materia purgatum, & solibus deinde coctum esse oportere. SOC. Hoc item mihi. IS. Hæc ne duo putas æstate commodius fieri posse, quum sæpenumero contingat arari? SO. Nihilo profecto magis isthæc uere existimauerim posse fieri, quàm æstate media in meridie, si tellus aratro moueatur. ISC. Si autem rastro præparetur nouale, haud tutum quin iterare oporteat. SO. Et materiam uidelicet deijciendo, ut arescat: & terram uertendo, ut excoquatur.

Sementes

IS. De nouali igitur uides inter nos conuenire. SO. Mihi uidetur. ISC. De sementibus autem quid sentis, an idem quod omnes ferè sentiunt, tempore uidelicet autumni, cum omnes cœlum suspicientes à deo maxime imbrem expectant? SO. Hoc profecto, ut ais, tempore: quod siquis antequàm iubeat deus, aggrediatur, merito damnis plectitur. IS. Hoc ferè omnes adstipulantur. SO. Quæ nempe semel deus constituit, rata sunt omnibus & obseruata: ueluti cunctis mortalibus per brumã satius esse uidetur pingues ferre uestes si possint: & focum accendere, si ligna suppeditant. ISC. De ipsis uero sementibus multi quæruntan præcoci, an medio, an serotino sint tempore faciendæ. SOC. Nec deus una cœli temperie seu ordine semper agit annum. IS. Horum tamen quod elegeris tẽpus, siue paruas, siue magnas feceris sementes, an à præcoci incipere, usq; ad serotinum durare? SOC. Mihi isthuc profecto uidetur, atq; optimum censeo, tutioremq; serendi modum, utrumq; tẽpus attingere, quod segetes iugiter mediocres colligas, quàm quandoq; copiosas, quandoq; minime sustecturas. I. Eiusdẽ ego quoq; sentẽtiæ, præceptor sanè discipulo prius hoc iudicanti adsentior. S. Sed in semine iaciẽdo uaria ne arte uti putas oportet? IS. Omnino. Nam considerandum quod manu iacitur ut nosti. S. Noui profecto. I. Iacere quidã æqua manu possunt, nonnulli nequaquam. S. Exercitatione & in hoc opus haud aliter quàm citharœdis, ut usum scientiæ manus suppediter. I. At terra quædam tenuis, quædã crassior. S. Quid isthuc quæso? tenuiorem fortè uocas infirmiorem, crassam uero robustiorem. IS. Isthuc prorsus. S. Sed rogo putas utriq; par semen dandũ, aut alteri magis? I. Nam & ego censuerim sicut & uino uehementi plus aquæ, & homini robustiori plus oneris cum erit usus, addendum: & quidam infirmiore cibo aluntur, sic in hoc genere seruandum. S. Putas ne uetcrina copiosiore segete oblata pinguescunt, ita & terra gracilis pinguior fiat? I. Loca ris. Scito tamen ubi iacto semine herba rore cœlesti excitata exurgere cœpit, si eam ex parte aliqua euertas, haud aliter in triticum abierit, quàm si fimum addideris. Quod si totam segetem usq; ad maturitatẽ crescere sines, durum profecto fuerit gracili telluri multum seminis aut fructuũ nutrire, non secus quàm sui plures alere fœtus iam adultos. S. Planè insinuas, ut debiliori solo minus dandum sit seminis. I. Sanè. Nam & pauloante tu idem fatebaris, cum putabas debiliori minus esse imponendum negocij. S. Præterea sarculone opus sementibus? I. Nosti hyeme plures imbres? S. Quid tum postea? I. Tria ex his proueniunt incommoda: cum luto inducto gramen operitur: tum radices quædam ab inundatione tenuãtur: postremo sæpe tanta surgit materia aquis excitata, ut segetes opprimat. S. Hæc omnia uerisimile euenire. I. Igitur uidetur ne tibi ullo remedio occurrẽdum? S. Mihi quidem. IS. Quid in primis si luto obducitur? S. Humo sementem leuabis. IS. Quid si radicibus tenuatur? S. Humum superaddes. IS. Quid demum si materia exurgens humorem frugibus auferat, quemadmodum fucus apibus cibum? S. Extirpanda à satis, sicuti fucus ab alueari bus. IS. Igitur non ab re sarculis utemur. S. Profecto, sed ualde rem ante oculos posuisti cũ auenam fuco comparasti, magis quàm antea, cum eam sine comparatione memoraueras. Ex quo uidere licet quãtum ualeat recte similitudines introducere. Sed cum deinceps tempus metendi sit, dic oro siquid & in hac parte monstrare habes? ISC. Puto te scire segetem incidere oportere. S. Quid ni? I. Incidis uento aduersus, an auersus? SOC. Ego uero auersus, ac secũdum uentum: durum mihi uidetur & oculis & manibus aduersas uento aristas metere. ISCH. Alte ne, an ima tellure metis? SOCRA. Si calamus breuis fuerit, ima, ut aptiores sint manipuli. Si uero oblongus, commodum puto medium incidere, ne terentibus

Quando & quomodo seminandum

Quomodo metendum

tibus in area excutiendo, nec; uentilantibus labor superuacuus addatur, & stipula remanens combusta simum additum magnificet, agrumq; lætificet. ISCHO. De metendi ergo modo nosti ea quæ egomet. SOCR. Cupio uestigare an terere sciam. ISCHO. Nosti puto quod messes à ueterinis terantur. SOCR. Veterina ne boues, mulos, equos, & reliqua huius generis appellas? ISCHO. Hæc tantum pura huiuscemodi apta esse officio. SOCR. Quid deinde? ISCHO. Terunt, manipulicq; complanantur. SOCR. Certo sic est. Noui à terentibus eos uerti, ac sub iumentorum pedibus injici, ut non satis concussi melius excutiantur, citiusq; aream absoluant. ISCHO. Hæc igitur æque atq; egomet intelligis. SOCR. Quid deinceps, uentilabimus? ISCH. Nosti, quod si ex parte quæ uento est obuersa incipias uentilare, per totam aream palea diffunditur. SOC. Necesse. ISC. Tum etiam necesse, ut supra fruges cadant. SOC. Nimis profecto fuerit, ut frugibus superferatur in loco areæ uacuo. ISC. Quid siquis uentilabit ex ea parte incipiens, quæ uento obuersa est? SOC. Manifestum quin palea in loco statim suo, ubi aggeratur fuerit. IS. Vbi fruges purgaueris usq; ad areæ medietatem, utrum statim sic effuso frumento uẽtilabis cæteras paleas? an cumulabis iam purgatum in medium ueluti locum angustum? SO. Nempe cumulabo iam purgatum, ut supferatur palea in locum uacuum areæ, & non bis eãdem paleam uentilare. ISCH. Tu uero, ut mihi uideris, ita probe tenes quomodo sit uentilandum, ut alios docere queas. SOCR. Hæc equidem oblitus eram me scire, ac dudum cogito, si hoc modo sciuerim, & item oblitus fuerim aurificinam, choraulicam, picturam, quãq; nullus monstrauerit, sicuti nec agriculturam. Video nempe, ut hanc sic & alias artes homines exercere. ISCH. Nequaquam. Nam dudum dixi, quod agricultura ex eo generosa esset, quod maxime facilis cognitu. SOCR. Sed age Ischomache res rustica sationem continet arborum? IS. Profecto. SO. Cum igitur multa circa sementes intelligam, in serendis arboribus ignoro. IS. Profecto ignoras. SO. Quippe qui nesciam in qua tellure sit serendum, quàm alte semen demittendum, quomodoue collocandum. ISC. Disce igitur quod ignoras, scrobes quales fodiunt puto sæpe uidisti. SO. Sæpe. IS. Vidisti ne altiorem tripedanea? SO. Quin & quadrupedaneam & semis. IS. Latioremne tripedanea? SO. Per louem bipedanea & semis non uidi latiorem. IS. An altitudine minorem bipedanea? SO. Non equidem bipedanea & semipede minus altam. Nam facile plantaria euellãtur, si adeo summa tellure fodiantur. IS. Igitur satis tibi patet, ut nec; altiorem quatuor pedibus & semipede nec; breuiorem duobus & semipede scrobes fodi oporteat. SO. Necessariũ isthuc in primis scire. IS. Nosci ne aridam aut uliginosam terram? SO. Aridam mihi quidem uidetur circa Lycabectum, & huic similis. Vliginosa circa phalericam paludem, & huic item similis. IS. Vtrum deinde in aridam saturus, altius quàm in uliginosa effodies? SO. Nempe in aridam, quippe cum in uliginosa altius penetraueris aqua manabit, quæ serere prohibet. IS. Pulchre mones, sed facta scrobe scis quonam modo planta sit locanda? SO. Maxime. IS. Tum si cupis cito coalescere in subactum fodies solum an rudem? SO. Manifestũ q; in subacto ocyus proueniet. IS. Summouenda igitur terra semini. SO. Quid ni? IS. An semen rectum locabis, seu iacentem ut gamma supinum? SOC. Sanè isto modo plures oculi ac radices in terræ uiscera penetrabunt, ex quo planta firmius radicabitur, & totidem germina supra terram pullulabunt. IS. Idem atq; ego sentis, sed oro leuiter tellurem superinjcis an calcatam? SO. Calcatam profecto, alioquin periculum quin leuem aqua usq; ad imum penetrando patefaciat: aut sol per æstus exsiccando radices adurat. IS. De uitibus autem sentis mecum eadem his omnibus conuenire? SO. Profecto, & de ficu. IS. Tum ego putauerim & de cæteris arboribus fructiferis. Nam uitis cum in satione sit potissima, hac probata, facile omnia eodem modo semina probantur. SOCRAT. Oleam quomodo seris? ISCH. Disce hoc à me præterea. Scrobes huic altior paulo ac iuxta uias fodietur. Trunci quoq; in hoc genere seruntur, quibus summum caput luto contegitur. SOCR. Noui. ISCH. At puto hoc saltem ignoras, testam luto superimponendam. SOCRA. Nempe noui omnia. Sed rursus aliquid intelligo magis, quàm cum ab initio comprehensim interrogasti, an scirem serere: quippe cum interrogatio præceptio sit, olim iam disco, cum à me singula scisciatus es: ducens nãq; me per ea quæ his similia noui, ostendis planè quæ me non putabam scire. Edoctus iam hæc intelligere mihi persuadeo. IS. Profecto sic res habet, ut si te interrogarem de argẽto, bonũ ne esset an non, persuadere nõ possem, ut bonũ ab adulterino facile

De arborum sationibus

De uitibus

De olea

digno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignoſceres. De tibicinibus autem tibi perſuadere non poſſem, quod inflare tibias ſcires, ſimiliter de pictoribus ac alijs huiuſmodi. SO. Fortaſſe quoniam colendi agrum me ſcientem eſſe perſuaſiſti, quamuis mihi conſcium quod nullus unquam monſtrauerit hanc artem. ISC. Non hoc eſt, ſed iamdudum tibi dixi, quod agricultura ita humana, facilisq; ars eſt, ut eam audientes ſeu uidentes eueſtigio intelligant. Multa namq; alia nos edocet quomodo eis pulcherrime utamur. Vitem ſi prope ſit arborem conſuefacere rectam conſurgere, & luxuriantibus pampinis ætatis tẽpore umbram porrigere. Deinde ubi paulatim uua matureſcit pampinare, ut ſolibus excocta ocyus per autumnũ uindemiam præbeat. In qua ſæpenumero ob fœtus abundantes, ſicut in ficu: alios maturos, alios acerbos conſpicimus racemos. SOC. His miſſis rogo Iſchomache, cur eſt quod cum ars hæc ſit facilis, omnesq; pariter nouerint quod circa eam faciũdum, non omnes idem faciant: ſed alij quidem in magna copia degunt, alijs uero etiam neceſſaria deſunt, aut in ære potius ſunt alieno. IS. Dicam equidem. Neq; enim huius rei ſcientiæ uel ignorationi hoc dederis, ut aliqui in ea minime proficiant, aliqui uero abundent. Non profecto audies domũ decoxiſſe ob hanc cauſam ſeu famam, quod agricola ignorauerit æqua manu ſemẽ iacere, aut arbores ſerere, aut in loco ſterili ſerere, ſeu ſimum agro quàm maxime prodeſſe, uel nouale ſementibus præparare. Non hoc inquam audies, ſed potius audire licebit ſegetes nõ recepiſſe quod terram non arauerit, aut non ſtercorauerit: uindemias item nõ collegiſſe quod uites non ſeruerit, ſatasq; minime curauerit. Non oleum, non ficus, quod hæc & his ſimilia nequaquam operam dederit uti conſequeretur. Hæc demum cauſa eſt Socrates, quod maxima ſit inter colonos differentia, magis quàm ſiquis egregium aliquid in colendo reperiret aut ſentiret. Eadem & de belli ducibus ratio, cum rei militaris ſcientia ſæpe minime cauſa ſit, ut alijs alij præſtent, cum in bello quid agendum ſit quandoq; uel priuati ſciant: ſed nonnulli hoc exequuntur: quidam uero negligunt: Quemadmodũ præcipitur, per hoſticum trãſiturum exercitum ordine incedere, ut ſiquid acciderit, ad pugnam ſint paratiores: cuſtodes quoq; interdiu, noctu uero excubias pro caſtris ponere: aut ſi per loca iniqua iter faciũdum, opportuniora ſemper occupare, cum omnes uideant eſſe neceſſariũ, non omnes tamen efficiunt. Vt igitur ad agrum reuertamur, cum nullus ignoret ſtercorationem eſſe utilem, ſimumq; cumulare aut magnificare, negligunt tamen quanquam cœleſtibus aquis à deo iuuentur, quæ in loca fluentes incurua limum lætamini aptum efficiũt. Præterea materia omnis quæ campis ſeminandis aratro ſubuertitur, in aquas coniecta paluſtres tempore inueterata pro fimo utilis agro exiſtat. Deinde qua cura tellus egeat. Quod uliginoſior frugibus, ſterilior arboribus aptior, quẽadmodum aqua foſſis educitur, ac ſterilia tum arentia uliginoſis admixta caſtigantur, omnes ferè ſciunt, ſed quidam curant, alij nequaquã. Siquis autem quid quiſq; ferat locus penitus neſcire ſe dicat, neq; uidendi ex eo fructum aliquem facultatem habuerit, neu uerum quiſquam de eo percontando acceperit, nõnne facilius multo terræ ingenium, quàm hominis aut equi experiuntur? Quæ ſanè culta non mentitur. Enimuero mihi uidetur illa in promptu eſſe, facilemq; ſe ad agnoſcendum omnibus præbere. Neq; ut in cæteris artibus, à quibus exercẽdis ſeſe ignarus excuſat, ita & in hac euenit, cum omnes fermè intelligant quod bene culta bene reſpondeant. Eſt illa præterea indagatrix, & quaſi accuſatrix hominum uitæ: quippe cum nullus ignoret citra uictui neceſſaria neminem poſſe degere, quæ maxime ex re ruſtica proueniunt: hac neglecta, niſi quis fortè ex alia uiuat arte, neceſſe ut in furandi aut rapiẽdi ſuſpicionem ueniat, aut certe procul à ratione habeatur. Contingit etiam ſæpe, ut alijs alios ea reddat utilitate potiores, quoties non tam non curatur, quam lente curatur. Vt ſi alter tempore adhibeat operas atq; urgeat, alter hoc ſtudium negligat: nam opera una inter decem pollet, quæ ſit ſollicitior: altera uero ignauior, quæ abeat ante tempus. Sinere autem totum diem ſegniter agere, totius operis dimidium refert, haud aliter quàm in itinere ducentorum ſtadiorum, ſi ex duobus iuuenibus ætate roboreq; paribus, alter centum ſtadijs diligentia fretus præceſſerit, alter ſpirantes auras captando, ac fontibus umbriſq; commorando longe relinquatur. Sic & operis in agro contingit, ſi ſtudium remittunt, ſi oſcitantur, ſi ſæpe cauſantur, ſi herus non inſtet longe poſt habentur his, qui ſeduli cernuntur. Bene autem aut male opus facere id referet, ut recte facere, aut omnino non facere æque cenſeatur. Licet enim foſſores adſpicere, qui plus in uineis materiæ reliquerunt, quàm raſtro abſtulerint; quomodo ociosum ac ſuperuacuum opus

In cunctis artib. difficilius facere quæ oportet, quàm ſcire

Diligentia in re ruſtica cæteriſq; rebus quantũ poſſit

opus huiuſmodi non putabis? Hoc igitur pacto ocyus abſumetur domus, cũ fugis impenſa ſupra operis fuerit utilitatem. Nec pfecto mirũ, ſi pro diuitijs egeſtas poſtea ſubrepat. Sed præceptũ ante omnia pulcherrimũ, uolentibus rem ruſticam ſequi, unde ocyus res auctior proueniat, pater meus olim mõſtrauit, me quoq; edocuit, nunquã agrum cultum, ſed eum qui ob domini ſui negligentiã ſiue tenuitatem incultus uidetur, iuſſit emi. Quod bene cultus ager magno uæniret, ac minimi eſſet redditus. Qui uero prouentus non haberet, nullo modo ſimilem præberet uoluptatẽ, atq; ille in quo ſpes ſit, ut cultus melior effici poſſit. Nihil enim plus utilitatis, quàm locus ex inculto bene cultus tribuit. Sic igitur plures fundos plurima ferentes, ac antiqua dignos uenerationẽ, ipſe meus pater parauit, hac tantum commentatione, quam nec ipſe didicit, aut alia cogitatione adſecutus eſt, quàm erga rem ruſticam amore pariter & labore, ut haberet quod ageret, & unà cum uoluptate caperet utilitatem. Erat enim præter omnis Atheniẽſes agri ſtudioſiſſimus. S. Dic præterea, iſtos agros quos tantopere diligebat pater tuus, uendidiſſẽt ne ſi magno potuiſſet? IS. Sanè. Sed alium eueſtigio incultum emiſſet, ob colendi item uoluptatem. S. Mirum prædicas eius agriculturæ amorem, haud ſecus quàm mercatorũ frumenti: cuius gratia nauigant quocunq; ubi audierint eſſe plurimum, Ægæum, Euxinũ ſimul transfretantes pelagus, inde exportantes nauí qua ipſi aduehuntur, imponunt. Deinde cum egent pecunia, uendunt ubi putauerint maximo uænire. IS. Iocaris. Ego autem exiſtimo domus amantẽ non minus cenſeri qui domum ædificat, deinde uendit, ac rurſus alias exædificat. S. In iſtam etiam ſententiam Iſchomache penitus adducor, ut arbitrer natura quemq; id potiſſimum diligere, unde utilitatem ſperet. Deniq; conſidero quantum ueritatis ex argumento tuo profeſſor præſtitiſti. Propoſueras enim rei ruſticę artem facile omnibus patere, quod ego à te nunc perſuaſus atq; edoctus planè animaduerti. IS. Eſt adhuc aliud Socrates difficilius, quod ſanè cõmune uidetur cunctis mortalium actionibus & agriculturæ & politicæ & œconomicæ, ſcire uidelicet hominibus imperare. In huius artis cognitione maxime dixerim homines inter ſe differre ac alteri alterum præſtare. Quemadmodũ uidemus in triremi, cuius remiges gubernator ita uerbis animabit, ut alacres ac ludibundi quocũq; ille iuſſerit celeriter perueniant. Alij uero ignauum nacti magiſtrũ altero tanto uix temporis ſpatio ſegniter ac ſummo eius odio eundem curſum abſoluerint. Similis item eſt belli ducibus ratio. Nam ut priuatim cuiq; innatus quidam agendi amor, ita & toti exercitui ſub ſtrenuo imperatore alacritas quædam ad eas res nauandas, quæ ab ipſo ſpectante probari ac laudem referre poſſint, erga quem ipſi afficiuntur. Sic igitur fortem, ſic magnanimũ appellamus ducem, etiam ſi corporis uiribus deficiat, aut arcum tendere uel haſtam intorquere ignorauerit, ſeu etiam equo inſidens belatore, aut peltatus ſeſe periculis obijcere ſuperſederit: ſi tantũ præſenti animo ac eloquentiæ uiribus utatur ad excitandam militum audaciam, ut obtemperare ac ſe per medios hoſtium ignes offerre uelint: hoc pacto magna militũ manus eſſe ſub eodem dicitur, non tam numero quàm animo præſenti. Eodẽ fermè modo & in priuatis negocijs, ſiue curator, ſiue præfectus, ſeu uillicus, q ad opus queat promptos ac animo deſtinato deducere homines, is maxime mihi uidetur rem præclarã præſtare, tum facultates dominis augere, præſertim ſi ex operarijs quẽq; ignauum plectat, impigrum uero extollat. Ego uero illum cuius præſentiam ſubditi non uerentur, nunquam admirabor: ſed quo uiſo moueãtur, terreantur, ad laudem ſe inuicẽ exhortentur, hunc regiæ indolis aliquid habere putauerim. Eſt igitur hoc opus, uti ſupra diximus, in primis magnum atq; arduum, cum in cunctis rebus quas homines acturi ſunt, tum in ipſa agricultura: neq; ad conſequẽdum ſemel uidiſſe, neq; audiuiſſe ſat fuerit, ſed diſciplina opus erit & perfecta natura: quippe cum diuinum potius quàm humanum eſſe ſit putandum uoluntarijs imperare. Nam ijs omnes manifeſto parent, qui uera atq; perfecta ſint prædíti modeſtia: apud inuitos uero tyrãnidem exercere his tantum tribuunt, ut mihi uidetur, qui Tantali uitã uiuere ſunt digni apud inferos, in lucem ne iterum moriatur redire formidantis.

Nõ eſſe emẽdum agrum bene cultum

Scire imperare quàm difficile, & præclarum

FINIS

BASILEAE, IN OFFICINA FROBENIANA, PER HIERONYMVM FROBENIVM, IOANNEM HERVAGIVM, ET NICOLAVM EPISCOPIVM, ANNO M. D. XXX. MENSE AVG.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRO BEN

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca